VII. Nec dissimile huic est, quod Platoni philosopho accidit. Virum enim hunc Dionysius ad se pellectum, quod dignam philosopho sermonis libertatem in eo deprehenderet, sub initia magno in pretio habebat: sed postmodum verbis ejus quibusdam offensus, animum ab eo prorsus abalienavit, adeo quidem, ut in catastam productum, non secus ac mancipium, viginti illum minis venumdaret. Verum hunc amici, qui propterea convenerant, redemtum in Græciam remiserunt, hac sententia amice commonefactum: quod virum sapientem cum tyrannis aut rarissime, aut suavissime versari oporteat. (2) Sed tamen Dionysius a poematum condendorum studio nequaquam desistebat; quin immo histriones voce longe præstantissimos ad sollemnem Olympiæ conventum, sua illic carmina multitudini recitaturos, misit. Qui principio quidem insigni vocis elegantia admirationem non mediocrem in auditoribus excitabant; at ubi in considerationem res venit, nihil quam effusum inde risum abstulerunt. (3) De quo poematum suorum despectu certior factus Dionysius in extremam mœstitiam incidit. Qua de die in diem ingravescente, furor tandem animum ejus occupavit, adeo quidem ut omnes sibi invidere diceret, et amicos etiam insidiarum suspectos haberet. Ad extremum eo mœroris et insaniæ processit, ut necessariorum multos falsis criminibus oneratos necaret, nec paucos exilio plecteret. Inter quos erant Leptines ejus frater et Philistus, eximiæ fortitudinis viri, qui præclara sæpenumero tyranno in bellis commoda præstiterant. (4) Hi ad Thurios in Italiam profugerunt, magnumque ibi favorem adepti, cum tyranno deinceps id ipsum rogante in gratiam redierunt, et non modo in civitatem Syracusanam, sed etiam in pristinum benevolentiæ et dignitatis locum restituti sunt. Leptines insuper Dionysii filiam in conjugium accepit. Et has ille annus res gestas habuit.

VIII. Quum archontis inde magistratum Athenis gereret Dexitheus, et Romæ consules essent Lucius Lucretius et Servius Sulpicius, Evagoras Salaminiorum rex ab Æpypto in Cyprum redit, pecunias quidem ab Acoride Ægypti rege acceptas secum afferens, sed exspectatione sua longe pauciores. Quumque Salaminem obsidione summopere pressam inveniret seque omni sociorum auxilio destitutum videret, de pacificatione legationem mittere cogitur. (2) Tiribazus igitur, penes quem summa tum potestas erat, se transactionem admissurum, si Evagoras omnibus per Cyprum urbibus cedens et unius Salaminis dominio contentus certum quotannis regi tributum pendat, et ad imperata ut

ποιῇ τὸ προσταττόμενον ὡς δοῦλος δεσπότῃ. (3) Ὁ δ' Εὐαγόρας, καίπερ βαρείας οὔσης τῆς αἱρέσεως, τὰ μὲν ἄλλα πάντα συνεχώρει, τὸ δ' ὡς δοῦλον δεσπότῃ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον ἀντέλεγεν, ἔφη δὲ δεῖν αὐτὸν ὡς βασιλέα βασιλεῖ ὑποτετάχθαι. Οὐ συγχωροῦντος δὲ τοῦ Τιριβάζου, Ὀρόντης ὁ ἕτερος στρατηγός, φθονῶν τῇ δόξῃ τοῦ Τιριβάζου, γράμματα λάθρᾳ πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην ἔπεμψε κατὰ τοῦ Τιριβάζου. Κατηγόρει δ' αὐτοῦ πρῶτον μὲν ὅτι δυνάμενος ἑλεῖν τὴν Σαλαμῖνα, τοῦτο μὲν οὐ συντελεῖ, πρεσβείας δὲ προςδέχεται παρ' αὐτοῦ καὶ συλλαλεῖ περὶ κοινοπραγίας, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους συντίθεται συμμαχίαν ἰδίαν, φίλος ὢν αὐτῶν· ὃς καὶ Πυθώδε τινὰς ἔπεμψεν ἐρησομένους τὸν θεὸν περὶ τῆς ἐπαναστάσεως· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι τοὺς ἡγεμόνας τῶν δυνάμεων ἰδίους ταῖς εὐνοίαις κατασκευάζεται, τιμαῖς καὶ δωρεαῖς, ἔτι δ' ἐπαγγελίαις προςαγόμενος. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολήν, καὶ πιστεύσας ταῖς διαβολαῖς, ἔγραψε τῷ Ὀρόντῃ συλλαβεῖν τὸν Τιρίβαζον καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀποστεῖλαι. Οὗ πράξαντος τὸ προσταχθέν, ὁ μὲν Τιρίβαζος ἀναχθεὶς ὡς τὸν βασιλέα, καὶ κρίσεως τυχεῖν ἀξιώσας, κατὰ μὲν τὸ παρὸν παρεδόθη εἰς φυλακήν, μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ βασιλέως ἔχοντος πόλεμον πρὸς Καδουσίους, καὶ τὴν κρίσιν ἀναβαλλομένου, διεῖλκετο τὰ περὶ τοῦ δικαστηρίου.

IX. Ὁ δ' Ὀρόντης διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐν τῇ Κύπρῳ δυνάμεων, καὶ τὸν Εὐαγόραν πάλιν τεθαῤῥηκότως ὁρῶν ὑπομένοντα τὴν πολιορκίαν, πρὸς δὲ τούτοις τῶν στρατιωτῶν χαλεπῶς ὑπομενόντων τὴν σύλληψιν τοῦ Τιριβάζου, καὶ διὰ τοῦτο ἀπειθούντων καὶ τὴν πολιορκίαν ἐγκαταλειπόντων, δείσας ὁ Ὀρόντης τὸ τῆς περιστάσεως παράλογον, ἐξέπεμψε πρὸς τὸν Εὐαγόραν τοὺς διαλεξομένους περὶ τῆς συλλύσεως καὶ κελεύσοντας συντίθεσθαι τὴν εἰρήνην ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἠξίου συντίθεσθαι πρὸς Τιρίβαζον. (2) Ὁ μὲν οὖν Εὐαγόρας παραδόξως ἐξοσιοῦται τὴν ἅλωσιν, καὶ συνέθετο τὴν εἰρήνην ὥςτε βασιλεύειν τῆς Σαλαμῖνος καὶ τὸν ὡρισμένον διδόναι φόρον κατ' ἐνιαυτὸν καὶ ὑπακούειν ὡς βασιλεὺς βασιλεῖ προστάττοντι. Ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος, καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθείς, διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθείς, τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη. (3) Ὁ δὲ τοῦ στόλου τὴν ναυαρχίαν ἔχων Γλῶς, γεγαμηκὼς τοῦ Τιριβάζου τὴν θυγατέρα, περίφοβος ἦν μήποτε συνεργεῖν δόξας τῷ Τιριβάζῳ περὶ τῆς ὑποθέσεως, τύχῃ τιμωρίας ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἔγνω καινῇ πραγμάτων ἐπιβολῇ τὰ καθ' αὑτὸν ἀσφαλίζεσθαι. Εὐπορῶν δὲ χρημάτων καὶ στρατιωτῶν, ἔτι δὲ τοὺς τριηράρχους ταῖς εὐνοίαις ἰδίους πεποιημένος, διέγνω τοῦ βασιλέως ἀφίστασθαι. Εὐθὺς οὖν πρὸς μὲν Ἄχοριν τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων διαπρεσβευσάμενος, συμμαχίαν συνέθετο κατὰ τοῦ βασιλέως· πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους γράφων, ἐπῆρε κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ χρημάτων πλῆθος ἐπηγγέλλετο δώσειν

servus domino sit præsto, respondit. (3) Quæ optio licet perquam dura esset, Evagoras tamen reliqua omnia concedit, sed in hoc uno, ut tanquam servus ad heri jussum se accommodaret, refragatur : convenire enim, ut ipse tanquam rex regi subjectus sit, contendit. Quod ubi Tiribazus non admisit, alter copiarum præfectus Orontes, cui gloria Tiribazi invisa esset, missis clam ad Artaxerxem literis, Tiribazum criminatur, primo, quod quum Salaminem vi expugnandi facultatem in manu habeat, id tamen non faciat, sed legationibus ab hoste receptatis, de rerum communicatione cum ipso colloquatur; deinde, quod privatam belli societatem, ut amicus, cum Lacedæmoniis contraxerit; porro quod Delphos miserit, qui super bello adversus regem movendo deum consulerent; et, quod gravissimum tandem, quod copiarum duces sibi ad benevolentiam et obsequia obnoxios reddat, honoribus donisque nec non pollicitationibus magnificis illectos. (4) Perlectis hisce literis, rex calumnias istas veras esse credens, Orontæ rescribit, ut Tiribazum in vincula conjectum illico ad se transmittat. Illo mandatum exsecuto, Tiribazus ad regem perductus, in judicio de se cognosci petens, tum quidem in custodiam traditur; postea etiam, dum bello Cadusiano rex implicitus tenetur, cognitione suspensa, judicii tempus longius extrahitur.

IX. Interea Orontes, copiis in Cypro cum summo imperio præfectus, dum magno Evagoram animo rursus obsidionem tolerare, et præterea milites captivitatem Tiribazi moleste ferentes imperium detrectare et obsidionem relinquere videt, eventum aliquem necopinatum, veritus mittit ad Evagoram, qui de transactione colloquantur, et quibus ipse cum Tiribazo prius voluisset conditionibus pacem constituant. (2) Evagoras itaque, depulso præter spem captivitatis periculo, his conditionibus pacis fœdus icit, ut certum quotannis tributum regi persolvens Salaminis ipse regnum retineat et rex regis imperio auscultet. Hoc ergo pacto Cypricum illud bellum, ad decennii fere tempus, parte tamen maxima in apparatibus consumta, protractum, quum duos tantummodo per totum hoc spatium annos bellum esset, compositum est. (3) At Glos, navalis exercitus prætor, cui filia Tiribazi nupta erat, anxie metuens, ne ob communicati cum Tiribazo consilii suspicionem a rege ad supplicium raperetur, novarum se rerum molitione præmunire constituit. Et quia opum militumque copia instructus erat, et trierarchos insuper favore sibi præcipuo addictos habebat, defectionis a rege consilium cepit. Nec mora : cum Acoride Ægyptiorum rege, missis legatis, contra magnum Persarum regem fœdus init. Ad hæc Lacedæmonios per literas contra Artaxerxem excitat, magnam pecuniarum copiam se daturum promittit, et præter alias

καὶ τὰς ἄλλας ἐπαγγελίας μεγάλας ἐποιεῖτο, ὑπισχνούμενος συμπράξειν αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς τὴν πάτριον συγκατασκευάσειν. (4) Οἱ δὲ Σπαρτιᾶται καὶ πάλαι μὲν διεγνώκεισαν ἀνακτᾶσθαι τὴν ἡγεμονίαν, τότε δὲ συνετάραττον ἤδη τὰς πόλεις, καὶ πᾶσιν ὑπῆρχον φανεροὶ τὰς πόλεις καταδουλούμενοι· πρὸς δὲ τούτοις ἀδοξοῦντες ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν τῇ πρὸς τὸν βασιλέα συνθέσει τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ἐκδότους πεποιηκέναι, μετεμέλοντο τοῖς πεπραγμένοις καὶ πρόφασιν εὔλογον ἐζήτουν τοῦ πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην πολέμου. Διόπερ ἄσμενοι συνέθεντο πρὸς τὸν Γλῶν τὴν συμμαχίαν.

X. Ἀρταξέρξης δὲ καταλύσας τὸν πρὸς Καδουσίους πόλεμον, προέθηκε κρίσιν Τιριβάζῳ, καὶ δικαστὰς τρεῖς ἀπέδωκε τῶν μάλιστα εὐδοκουμένων παρὰ τοῖς Πέρσαις. Κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους ἕτεροι δικασταὶ δόξαντες κακῶς κρίνειν ζῶντες ἐξεδάρησαν, καὶ ὑπὲρ τῶν δικαστικῶν δίφρων περιτεθέντων τῶν δερμάτων, ἐπὶ τούτων ἐδίκαζον οἱ δικασταί, παρ' ὀφθαλμοὺς ἔχοντες παράδειγμα τῆς ἐν τῷ κακῶς κρίνειν τιμωρίας. (2) Οἱ μὲν οὖν κατηγοροῦντες τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντες τὴν πεμφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Ὀρόντου, ταύτην ἱκανὴν ἔφασαν ἔχειν πρὸς κατηγορίαν. Ὁ δὲ Τιρίβαζος πρὸς μὲν τὴν κατὰ τὸν Εὐαγόραν διαβολὴν [ἀνεγίνωσκε] τὴν ὑπ' Ὀρόντου γεγενημένην* ὑπακούειν ὡς βασιλέα βασιλεῖ προςήνεγκεν· ἑαυτὸν δὲ τὴν εἰρήνην συντεθεῖσθαι, ὥςτε ὑπακούειν Εὐαγόραν τῷ βασιλεῖ ὡς δοῦλον δεσπότῃ· περὶ δὲ τῶν χρησμῶν ἔφησε μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου περὶ θανάτου· καὶ τούτου μάρτυρας παρείχετο πάντας τοὺς παρόντας Ἕλληνας. Περὶ δὲ τῆς φιλίας τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους ἀπελογεῖτο, λέγων οὐκ ἐπὶ τῷ ἰδίῳ συμφέροντι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοῦ βασιλέως λυσιτελεῖ πεποιῆσθαι τὴν φιλίαν· καὶ διὰ ταύτης παρεδείκνυε τῶν μὲν Λακεδαιμονίων παρῃρῆσθαι τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας, τῷ δὲ βασιλεῖ παραδεδόσθαι ἐκδότους. Ἐπὶ τελευτῆς δὲ τῆς ἀπολογίας ὑπέμνησε τοὺς δικαστὰς ὧν τὸν βασιλέα πρότερον ἦν εὐεργετηκώς. (3) Λέγεται δὲ καὶ ἄλλας μὲν πολλὰς χρείας ἐνδεδεῖχθαι τῷ βασιλεῖ, μίαν δὲ μεγίστην, ἐξ ἧς αὐτὸν θαυμασθῆναι συνέβη καὶ μέγιστον γενέσθαι φίλον. Κατὰ γάρ τινα κυνηγίαν ἐφ' ἅρματος ὀχουμένου τοῦ βασιλέως, δύο λέοντας ἐπ' αὐτὸν ὁρμῆσαι, καὶ τῶν μὲν ἵππων τῶν ἐν τῷ τεθρίππῳ δύο διασπάσαι, τὴν δ' ὁρμὴν ἐπ' αὐτὸν ποιεῖσθαι τὸν βασιλέα· καθ' ὃν δὴ καιρὸν ἐπιφανέντα τὸν Τιρίβαζον τοὺς μὲν λέοντας ἀποκτεῖναι, τὸν δὲ βασιλέα ἐκ τῶν κινδύνων ἐξελέσθαι. (4) Ἔν τε τοῖς πολέμοις ἀνδρείᾳ διενέγκαι φασὶν αὐτόν, καὶ κατὰ τὰς συμβουλὰς οὕτως εὐστοχεῖν, ὥςτε τὸν βασιλέα χρώμενον ταῖς ἐκείνου παραγγελίαις μηδέποτε διαμαρτεῖν. Τοιαύτῃ δ' ἀπολογίᾳ χρησάμενος ὁ Τιρίβαζος ἀπελύθη τῶν ἐγκλημάτων ὡμολογημένως ὑπὸ πάντων τῶν δικαστῶν.

XI. Ὁ δὲ βασιλεὺς καθ' ἕνα τῶν δικαστῶν προςκαλούμενος, ἐπηρώτησε τίσι δικαίοις προςχὼν ἕκαστος ἀπέλυσε τον κατηγορούμενον. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος ἔφησε,

promissiones magnificas, se in conficiendis Græciæ negotiis et confirmando, qui patrius eis sit, principatu auxilium ipsis laturum pollicetur. (4) Spartani autem de imperio Græciæ ad se retrahendo jam pridem consilia agitaverant, jamque turbatis civitatibus manifesta servitutis urbibus importandæ indicia præbebant. Huc accessit, quod quum ob proditos, ut videbatur quidem, in fœdere cum Artaxerxe percusso Græcos male audirent, facti eos pœnitebat, idoneamque belli adversus ipsum renovandi occasionem quærebant. Quamobrem animo non illubente societatem cum Glo contraxerunt.

X. Artaxerxes vero, bello, quod cum Cadusiis gerebat, finito, judicio Tiribazi causam permisit, tresque ei judices eximiæ inter Persas auctoritatis dedit. Per idem forte tempus acciderat, ut judicibus quibusdam ob sententias inique latas cutis vivo corpore detracta esset, eorumque pellibus circum tribunalia expansis, super his cognitiones causarum judices exercerent; ut semper ante oculos supplicii, quod judiciorum pravitas mereretur, exemplum sibi propositum haberent. (2) Actores itaque epistolam ab Oronte missam, quam recitabant, sibi ad dicam Tiribazo impingendam sufficere contendebant. Tiribazus contra, ut calumniam de collusione cum Evagora confutaret, transactionem Orontis cum Evagora, qua hic se regi ut regem obtemperaturum annuisset, in medium proferebat, quum ipse hac conditione, ut regi tanquam servus pareret, pacem cum illo facere voluisset. Quod ad oraculum attinet, deum nihil omnino de cujusquam morte responsi edere dixit, ejusque rei cunctos, qui tum aderant Græci, testes adduxit. Amicitiam porro, quæ cum Lacedæmoniis sibi intercederet, ita excusavit, ut non ob privatum aliquod commodum, sed in regis ipsius emolumentum hanc initam fuisse diceret: hujus enim ope se Græcos in Asia Lacedæmoniis subtractos, dedititios fecisse regi suo demonstravit. Defensionem denique suam perorans, pristina in regem merita judicum memoriæ suggessit. (3) Inter alia vero officia, quibus suam regi operam fidemque multifariam declaravit, hoc maximum, quo non admirationem regis solum, verum et summum inter amicos gradum promeruit, exstitisse fertur. Dum enim in venatione quadam rex curru suo invehitur, duo in ipsum leones concitate feruntur, et duobus ad quadrigas equis discerptis, jam ipsum regem invadere properant. Tum forte Tiribazus superveniens, leonibus occisis, periculo regem exemit. (4) In bellis præterea singulari eum fortitudine polluisse memoratur; immo et consultationibus tantæ sagacitatis et prudentiæ fuisse, ut quoties rex sententiam ejus amplecteretur, nunquam aberraret. Quum ad hunc itaque modum pro se dixisset Tiribazus, unanimi cunctorum judicum consensu a criminibus, quorum reus agebatur, absolvitur.

XI. At rex judices singulatim ad se arcessens, quo juris stabilimento unusquisque innixus reum a culpa liberum pronuntiasset, exquirit. Cui primus, quod criminationes

θεωρῶν τὰ μὲν ἐγκλήματα ἀμφισβητούμενα, τὰς δ' εὐεργεσίας ὁμολογουμένας οὔσας· ὁ δὲ δεύτερος ἔφησε, καὶ τιθεμένων ἀληθινῶν τῶν ἐγκλημάτων, ὅμως τὰς εὐεργεσίας μείζους εἶναι τῆς ἁμαρτίας· ὁ δὲ τρίτος εἶπεν ὅτι τὰς μὲν εὐεργεσίας οὐ τίθεται πρὸς λόγον διὰ τὸ τὰς περὶ αὐτῶν χάριτας καὶ τιμὰς πολλαπλασίας ἀπειληφέναι παρὰ τοῦ βασιλέως τὸν Τιρίβαζον, αὐτῶν δὲ τῶν ἐγκλημάτων κατ' ἰδίαν θεωρουμένων μὴ φαίνεσθαι τούτοις ἔνοχον εἶναι τὸν κατηγορούμενον. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν δικαστὰς ἐπῄνεσεν, ὡς δικαίως κεκρικότας, τὸν δὲ Τιρίβαζον ταῖς νομιζομέναις μεγίσταις τιμαῖς ἐκόσμησε· τοῦ δὲ Ὀρόντου καταγνοὺς ὡς ψευδῆ κατηγορίαν πεπλακότος, ἔκ τε τῶν φίλων ἐξέκρινε καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀτιμίαις περιέβαλε. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

XII. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Λακεδαιμονίων πορθούντων Μαντίνειαν, τὸ μὲν θέρος διετέλεσαν οἱ Μαντινεῖς γενναίως ἀγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς πολεμίους· ἐδόκουν γὰρ ἀνδρείᾳ διαφέρειν τῶν Ἀρκάδων, καὶ διὰ τοῦθ' οἱ Λακεδαιμόνιοι πρότερον εἰώθεισαν ἐν ταῖς μάχαις τούτους παραστάτας ἔχειν καὶ πιστοτάτους τῶν συμμάχων· τοῦ δὲ χειμῶνος ἐνστάντος, καὶ τοῦ παρὰ τὴν Μαντίνειαν ποταμοῦ μεγάλην αὔξησιν ἐκ τῶν ὄμβρων λαβόντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ διαλαβόντες μεγάλοις χώμασιν, ἀπέστρεψαν τὸν ποταμὸν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πάντα τὸν σύνεγγυς τόπον ἐποίησαν λιμνάζειν. (2) Διὸ καὶ τῶν οἰκιῶν πιπτουσῶν, καταπλαγέντες οἱ Μαντινεῖς ἠναγκάσθησαν τὴν πόλιν παραδοῦναι τοῖς Λακεδαιμονίοις. Οἱ δὲ παραλαβόντες ἄλλο μὲν οὐδὲν κακὸν εἰργάσαντο τοὺς Μαντινεῖς, προςέταξαν δὲ εἰς τὰς ἀρχαίας κώμας μετοικισθῆναι. Διόπερ ἠναγκάσθησαν τὴν μὲν ἰδίαν πατρίδα κατασκάπτειν, εἰς δὲ τὰς κώμας μετοικῆσαι.

XIII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις κατὰ τὴν Σικελίαν Διονύσιος ὁ τῶν Συρακοσίων τύραννος ἔγνω κατὰ τὸν Ἀδρίαν πόλεις οἰκίζειν. Τοῦτο δὲ ἔπραττε διανοούμενος τὸν Ἰόνιον καλούμενον πόρον ἰδιοποιεῖσθαι, ἵνα τὸν ἐπὶ τὴν Ἤπειρον πλοῦν ἀσφαλῆ κατασκευάσῃ, καὶ πόλεις ἔχῃ ἰδίας εἰς τὸ δύνασθαι ναυσὶ καθορμισθῆναι· ἔσπευδε γὰρ ἄφνω μεγάλαις δυνάμεσιν ἐπιπλεῦσαι τοῖς κατὰ τὴν Ἤπειρον τόποις καὶ συλήσειν τὸ ἐν Δελφοῖς τέμενος, γέμον πολλῶν χρημάτων. Διὸ καὶ πρὸς Ἰλλυριοὺς ἐποιήσατο συμμαχίαν δι' Ἀλκέτου τοῦ Μολοττοῦ, ὃς ἐτύγχανε φυγὰς ὢν καὶ διατρίβων ἐν ταῖς Συρακούσαις. (2) Τῶν δ' Ἰλλυριῶν ἐχόντων πόλεμον, ἐξαπέστειλεν αὐτοῖς συμμάχους στρατιώτας δισχιλίους καὶ πανοπλίας Ἑλληνικὰς πεντακοσίας. Οἱ δ' Ἰλλυριοὶ τὰς μὲν πανοπλίας ἀνέδωκαν τοῖς ἀρίστοις τῶν στρατιωτῶν, τοὺς δὲ στρατιώτας κατέμιξαν τοῖς ἰδίοις στρατιώταις. Πολλὴν δὲ δύναμιν ἀθροίσαντες ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἤπειρον, καὶ κατήγαγον τὸν Ἀλκέταν ἐπὶ τὴν τῶν Μολοττῶν βασιλείαν. Οὐδενὸς δ' αὐτοῖς προςέχοντος, τὸ μὲν πρῶτον ἐπόρθησαν τὴν χώραν, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Μολοττῶν ἀντιταττομένων, ἐγένετο μάχη

dubias, at benefacta ejus manifesta esse vidisset, respondit. Alter, etiamsi daretur, vera esse, quæ objicerentur, delicta tamen a meritis longe superari, confirmat. Tertius denique dicit, meritorum Tiribazi nullam se habuisse rationem, quum beneficiis et honoribus longe amplioribus ille pro his a rege cohonestatus fuisset; sed si ipsa per se crimina examinarentur, accusatum illis minime obnoxium videri. (2) Rex igitur judices, ut qui juste sententias tulissent, collaudavit, Tiribazum vero honoribus, qui maximi apud illos censentur, exornavit. At Orontem falsæ accusationis damnatum ex amicorum catalogo expunxit extremaque ignominia notavit. Ad hunc ergo modum res in Asia se tum habebant.

XII. In Græcia Lacedæmonii Mantineæ obsidionem urgebant. Per æstatem quidem Mantinenses fortiter hosti repugnabant: videbantur enim fortitudine inter reliquos Arcades excellere, ideoque hos Spartani antea, ut auxiliares sociosque fidelissimos, in pugnis sibi adjunctos habere consueverant. Ingruente vero hieme, quum fluvius (*Ophis*) Mantineam præterlabens magnum a pluviis incrementum accepisset, Lacedæmonii, alveo magnis aggeribus intercepto, flumen ipsum in urbem averterunt, ita ut totus in propinquo locus stagni instar inundaret. (2) Propterea quum ædificia ruinam facerent, Mantinenses ea re perculsi urbem Lacedæmoniis dedere coguntur. Qua occupata, nihil aliud civibus adversi a Lacedæmoniis allatum est, quam quod in antiquos vicos denuo migrare eos jusserunt. Patriam igitur suam exscindere et in pagos transferre lares coguntur.

XIII. Sub id tempus in Sicilia Dionysius Syracusanorum tyrannus urbibus ad mare Adriaticum condendis animum intendit. Hoc ideo moliebatur, quod Ionium, uti vocatur, fretum suæ potestatis facere in animo haberet, ut tutam sibi ad Epirum navigationem aperiret, urbesque ad manum haberet, quo navibus suis appellere commode posset: propediem enim ingentes copias in Epirum transportare et templum in Delphis opibus refertissimum exspoliare festinabat. Quamobrem etiam cum Illyriis Alcetæ Molossi opera, qui exul Syracusis tum morabatur, sociale fœdus icerat. (2) Quumque Illyrii tum temporis bello distinerentur, bis mille auxiliares et quingentas armaturas Græcas illis misit. Qui, armis inter militum fortissimos divisis, auxiliares suis ordinibus immiscent, magnoque collecto exercitu, ad reducendum in regnum Molossorum Alcetam in Epirum irrumpunt, et dum nemo se illis opponit, primum agros depopulantur; post Molossis contra eos in aciem progressis, acre prœlium

καρτερά, καθ' ἣν νικήσαντες οἱ Ἰλλυριοὶ κατέκοψαν τῶν Μολοττῶν πλείους τῶν μυρίων πεντακιςχιλίων. (3) Τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ τῶν Ἠπειρωτῶν περιπεσόντων, Λακεδαιμόνιοι πυθόμενοι τὰ συμβεβηκότα, συμμαχίαν ἐξέπεμψαν τοῖς Μολόττοις, δι' ἧς τοῦ πολλοῦ θράσους ἔπαυσαν τοὺς βαρβάρους. (4) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Πάριοι κατά τινα χρησμὸν ἀποικίαν ἐκπέμψαντες εἰς τὸν Ἀδρίαν, ἔκτισαν ἐν αὐτῷ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον, συμπράξαντος αὐτοῖς Διονυσίου τοῦ τυράννου. Οὗτος γὰρ ἀποικίαν ἀπεσταλκὼς εἰς τὸν Ἀδρίαν οὐ πολλοῖς πρότερον ἔτεσιν, ἐκτικὼς ἦν τὴν πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Λίσσον. (5) Ἐκ ταύτης οὖν ὁρμώμενος Διονύσιος * σχολὴν ἄγων κατεσκεύασε νεώρια διακοσίαις τριήρεσι, καὶ τεῖχος περιέβαλε τῇ πόλει τηλικοῦτο τὸ μέγεθος, ὥςτε τῇ πόλει γενέσθαι τὸν περίβολον μέγιστον τῶν Ἑλληνίδων πόλεων. Κατεσκεύασε δὲ καὶ γυμνάσια μεγάλα παρὰ τὸν Ἄναπον ποταμόν· θεῶν τε ναοὺς κατεσκεύασε καὶ τἄλλα τὰ συντείνοντα πρὸς αὔξησιν πόλεως καὶ δόξαν.

XIV. Τοῦ δ' ἐνιαυσιαίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Διοτρέφης, ἐν Ῥώμῃ δ' ὕπατοι κατεστάθησαν Λεύκιος Οὐαλέριος καὶ Αὖλος Μάλλιος, παρὰ δ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἐνενηκοστὴ ἐνάτη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δίκων Συρακόσιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Πάριοι μὲν τὴν Φάρον οἰκίσαντες τούς τε προενοικοῦντας βαρβάρους ἔν τινι χωρίῳ καθ' ὑπερβολὴν ὀχυρῷ ὄντι εἴασαν κατοικεῖν ἀσινεῖς, αὐτοὶ δὲ παρὰ θάλατταν κτίσαντες πόλιν ἐτείχισαν. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν προοικούντων ἐν τῇ νήσῳ βαρβάρων δυσχεραινόντων ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν Ἑλλήνων, καὶ μεταπεμπομένων τοὺς πέραν κατοικοῦντας Ἰλλυριούς, μικροῖς πλοίοις πολλοῖς διέβησαν εἰς τὴν Φάρον, ὄντες ὑπὲρ τοὺς μυρίους, καὶ τοὺς Ἕλληνας πορθοῦντες πολλοὺς ἀνῄρουν. Ὁ δ' ἐν τῇ Λίσσῳ καθεσταμένος ἔπαρχος ὑπὸ Διονυσίου, τριήρεις πλείους ἔχων, ἐπέπλευσε τοῖς τῶν Ἰλλυριῶν πλοιαρίοις· καὶ τὰ μὲν βυθίσας, τὰ δὲ χειρωσάμενος, ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων πλείους τῶν πεντακιςχιλίων, ἐζώγρησε δὲ περὶ διςχιλίους. (3) Διονύσιος δὲ χρημάτων ἀπορούμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Τυῤῥηνίαν, ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα, πρόφασιν μὲν φέρων τὴν τῶν λῃστῶν κατάλυσιν, τῇ δ' ἀληθείᾳ συλήσων ἱερὸν ἅγιον, γέμον μὲν ἀναθημάτων πολλῶν, καθιδρυμένον δ' ἐν ἐπινείῳ πόλεως Ἀγύλλης Τυῤῥηνίδος· τὸ δ' ἐπίνειον ὠνομάζετο Πύργοι. (4) Καταπλεύσας δὲ νυκτὸς καὶ τὴν δύναμιν ἐκβιβάσας, ἅμ' ἡμέρᾳ προςπεσὼν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς. Ὀλίγων γὰρ ὄντων ἐν τῷ χωρίῳ φυλάκων, βιασάμενος αὐτοὺς ἐσύλησε τὸ ἱερὸν καὶ συνήθροισεν οὐκ ἔλαττον ταλάντων χιλίων· τῶν δὲ Ἀγυλλαίων ἐκβοηθησάντων, μάχῃ τε ἐκράτησεν αὐτῶν καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν καὶ τὴν χώραν πορθήσας, ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Συρακούσας. (5) Ἀποδόμενος δὲ τὰ λάφυρα, συνήγαγεν οὐκ ἐλάττω ταλάντων πεντακοσίων. Εὐπορήσας δὲ χρημάτων, ἐμισθοῦτο στρατιωτῶν παντοδαπῶν πλῆθος, καὶ δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος,

committitur, quo superiores Illyrii Molossorum supra quindecim millia trucidant. (3) Qua clade Epirotis illata, Lacedæmonii de hoc certiores facti auxilia Molossis transmittunt, quibus immanem Barbarorum ferociam compescuerunt. (4) Inter hæc rerum eventa Parii, quodam oraculo excitati, colonia in sinum Adriaticum deducta, insulam, quæ Phari nomen habet, condunt, adjuvante illos Dionysio tyranno. Is enim, annis non multis ante missa eodem colonia, urbem Lissum ædificaverat. (5) Cujus urbis occasione adjutus, dum a ceteris negotiis vacat, Dionysius navalia pro ducentis triremibus exstruit, et tantæ magnitudinis muro oppidum circumdedit, ut omnes Græcorum urbes ejus ambitu superarentur. Gymnasia insuper magnifica juxta Anapum fluvium eduxit, deorumque fana et alia, quæ ad amplificationem et gloriam hujus urbis conducerent, elaboravit.

XIV. Anno hoc præterlapso, Athenis princeps reipublicæ erat Diotrephes, et Romæ consulatum tenebant L. Valerius et A. Manlius, Elei autem egerunt Olympiadem nonagesimam nonam, qua Dicon Syracusanus in stadio palmam obtinuit. Tum Parii, qui Pharum insulam jam insederant, loco quodam egregie munito Barbaris, antiquis insulæ possessoribus, nullo a se detrimento affectis, ad inhabitandum concesso, urbem suam ad mare conditam muro et propugnaculis confirmarunt. (2) Postea vero quum Barbari, antiqui insulæ habitatores, præsentiam Græcorum moleste ferrent, Illyrii ex adversa continente ab ipsis acciti, myoparonibus non paucis in Pharum plus quam decem millia transmisere, Græcorum possessiones devastarunt, multosque cecidere. At qui Lissi præturam a Dionysio commendatam habebat, numerosa triremium classe navigia Illyriorum adortus, partem demersit, partem in suam potestatem redegit, Barbaris supra quinquies mille interfectis et bis mille captis. (3) Pecuniæ tum inopia Dionysius laborans, cum triremibus sexaginta in Etruriam expeditionem suscepit: prætextus erat, ut piratas everteret; sed verior causa, ut fanum quoddam præcipuæ religionis multisque donariis refertum expilaret. Situm hoc erat in navali Agyllæ urbis Etruriæ, quod Pyrgi nominabatur. (4) Noctu igitur cum classe appellens, copiis expositis, prima luce impressionem fecit, votoque potitus est. Nam quia perpauci erant castelli ejus custodes ac præsidiarii, facile his oppressis templum exspoliavit, et plus quam mille talenta congessit. Quumque Agyllæi ad vim propulsandam occurrerent, etiam ipsos prœlio vicit, multisque captis, et agris illorum devastatis, Syracusas remeavit. (5) Ubi spoliis distractis, non minus quingentis talentis coegit. Tanta pecuniarum vi locupletatus, milites ex omni genere quam plurimos stipendiis conduxit, numerosoque jam exercitu instructus, manifestą

φανερὸς ἦν πολεμήσων Καρχηδονίοις. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

XV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φανοστράτου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους τέτταρας, Λεύκιον Λουκρήτιον, Σέντιον Σουλπίκιον, Λεύκιον Αἰμίλιον, Λεύκιον Φούριον. Ἐπὶ δὲ τούτων Διονύσιος ὁ τῶν Συρακοσίων τύραννος παρασκευασάμενος πολεμεῖν Καρχηδονίοις, ἐζήτει λαβεῖν πρόφασιν εὔλογον τοῦ πολέμου. Ὁρῶν οὖν τὰς ὑπὸ Καρχηδονίους τεταγμένας πόλεις οἰκείως ἐχούσας πρὸς ἀπόστασιν, προςεδέχετο τὰς βουλομένας ἀφίστασθαι, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὰς συντιθέμενος, ἐπιεικῶς προσεφέρετο ταύταις. (2) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀποστέλλοντες πρὸς τὸν δυνάστην, ἀπῄτουν τὰς πόλεις· μὴ προςέχοντος δὲ αὐτοῦ, συνέβη ταύτην ἀρχὴν γενέσθαι τοῦ πολέμου. Καρχηδόνιοι μὲν πρὸς τοὺς παρόντας συμμαχίαν ποιησάμενοι, κοινῇ τὸν πόλεμον ἐπανείλοντο πρὸς τὸν τύραννον· προορώμενοι δ' ἐμφρόνως τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, τῶν τε πολιτῶν τοὺς εὐθέτους κατέλεγον στρατιώτας καὶ χρημάτων προχειρισάμενοι πλῆθος, ξενικὰς δυνάμεις μεγάλας ἐμισθοῦντο. Καταστήσαντες δὲ στρατηγὸν Μάγωνα τὸν βασιλέα, πολλὰς μυριάδας στρατιωτῶν ἐπεραίωσαν εἰς τὴν Σικελίαν καὶ τὴν Ἰταλίαν, διαπολεμεῖν ἐξ ἀμφοτέρας βουλόμενοι. (3) Ὁ δὲ Διονύσιος καὶ αὐτὸς τὰς δυνάμεις διελόμενος, τῷ μὲν ἑνὶ μέρει πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας διηγωνίζετο, τῷ δὲ ἑτέρῳ πρὸς τοὺς Φοίνικας. Πολλαὶ μὲν οὖν κατὰ μέρος ἐγίνοντο μάχαι τοῖς στρατοπέδοις καὶ συμπλοκαὶ μικραὶ καὶ συνεχεῖς, ἐν αἷς οὐδὲν ἀξιόλογον ἔργον συνετελέσθη, δύο δὲ παρατάξεις ἐγένοντο μεγάλαι καὶ περιβόητοι. Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ Διονύσιος θαυμαστῶς ἀγωνισάμενος περὶ τὰ καλούμενα Κάβαλα ἐπροτέρησε, καὶ πλείους μὲν τῶν μυρίων ἀνεῖλε τῶν βαρβάρων, οὐκ ἐλάττους δὲ τῶν πεντακισχιλίων ἐζώγρησε· τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἠνάγκασε καταφυγεῖν ἐπί τινα λόφον ἐρυμνὸν καὶ ἄνυδρον παντελῶς. Ἔπεσε δὲ καὶ Μάγων ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀγωνισάμενος λαμπρῶς. (4) Οἱ δὲ Φοίνικες καταπλαγέντες τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, εὐθὺς διεπρεσβεύσαντο περὶ διαλύσεων. Ὁ δὲ Διονύσιος ἀπεφήνατο μίαν αὐτοῖς εἶναι σύλλυσιν, ἐὰν ἐκχωρήσωσι τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πόλεων καὶ τὰ δαπανηθέντα χρήματα κατὰ τὸν πόλεμον ἐκτίσωσι.

XVI. Βαρείας δὲ καὶ ὑπερηφάνου τῆς ἀποκρίσεως δοκούσης ὑπάρχειν, οἱ Καρχηδόνιοι τῇ συνήθει πανουργίᾳ κατεστρατήγησαν τὸν Διονύσιον. Προςποιηθέντες οὖν εὐδοκεῖσθαι ταῖς ὁμολογίαις, ἔφησαν αὐτοὺς μὲν μὴ ὑπάρχειν κυρίους τῆς τῶν πόλεων παραδόσεως, ἵνα δὲ τοῖς ἄρχουσι διαλεχθῶσι περὶ τούτων, ἠξίωσαν τὸν Διονύσιον ὀλίγας ἡμέρας ἀνοχὰς ποιήσασθαι. (2) Συγχωρήσαντος δὲ τοῦ δυνάστου, καὶ τῶν ἀνοχῶν γενομένων, ὁ μὲν Διονύσιος περιχαρὴς ἦν, ὡς αὐτίκα μάλα τὴν Σικελίαν πᾶσαν παραληψόμενος, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι Μάγωνα μὲν τὸν βασιλέα μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν, ἀντὶ δὲ ἐκείνου στρατηγὸν κατέστησαν τὸν υἱὸν

belli Carthaginiensibus inferendi signa præ se ferebat. Atque hæc illo tum anno gesta sunt.

XV. Archonte Athenis Phanostrato, Romani tribunos consulari potestate creaverunt L. Lucretium, Sentium (*Servium?*) Sulpicium, L. Æmilium, et L. Furium. Hoc tempore Dionysius Syracusanorum tyrannus, ad bellum Carthaginiensibus inferendum paratus, probabilem ejus rei captandæ occasionem venabatur. Quum urbes igitur, quæ Carthaginiensibus subditæ erant, ad defectionem proclives esse animadverteret, in fidem suam, quotquot desciscere vellent, recepit, eisque, inito societatis fœdere, benignum se exhibebat. (2) Carthaginienses vero, missis initio legatis, urbes a tyranno repetebant. Quorum postulatis quod locum ille dare nollet, hoc novi belli principium exstitit. Carthaginienses igitur, cum vicinis [*Italis*] societatem pacti, communi bellum ope contra tyrannum suscipiunt. Et quia pro sua prudentia jam tum, quanta ejus moles futura esset, videbant; e civium delectu idoneos ad militiam descripsere, et magna pecuniæ vi præparata, numerosum peregrini militis agmen mercede conduxere: imperio denique Magoni, qui tum regis apud eos titulum gerebat, tradito, multa hominum millia in Italiam simul et Siciliam (nam ex utraque provincia Dionysium bello aggredi decreverant) trajecere. (3) Propterea Dionysius, dispertitas etiam ipse copias habens, qua contra Italos, qua adversus Pœnos in armis erat. Multæ quidem particulatim inter exercitus pugnæ levesque assidue conflictus fiebant: sed his memoratu dignum nihil peractum est. Duobus tamen magnis iisdemque famigeratis inter eos prœliis concursum est, quorum primo Dionysius mirifice dimicans ad Cabala (ut vocantur) victor exstitit, et plus decem millibus Barbarorum trucidavit, nec quinque millibus pauciores cepit: reliquam autem multitudinem in collem quendam munitum [desertum?] et aqua destitutum fugere coegit. Mago quoque rex ipsorum egregie pugnans cecidit. (4) Pœni vero, atrocitate cladis perterrefacti, continuo de pace legatos ad Dionysium misere. At ille unam hanc pacificationis viam esse reliquam ostendit, si urbibus Siciliæ cederent, et pecunias in bellum hoc insumtas rependerent.

XVI. Durum nimis et superbum victoris responsum istud visum. Propterea ad consuetæ calliditatis artes conversi Carthaginienses, fraude Dionysium circumveniunt. Propositas enim conditiones se ratas habere simulant, sed urbes ei tradere in potestate sua non esse prætendunt. Ideo paucorum sibi dierum inducias concedi, ut magistratus hac de re interim convenire sibi liceat, petunt. (2) Postulatis ille non refragatur, factisque induciis, perquam lætus erat, ut qui propediem totam in potestate Siciliam habiturus esset. At Carthaginienses interim Magonem regio munere functum magnifice sepeliunt, suffecto in ejus locum filio, adhuc qui-

αὐτοῦ, νέον μὲν παντελῶς ὄντα, φρονήματος δ' εὐγενοῦς ὄντα καὶ διάφορον ἀνδρείᾳ. Οὗτος δὲ πάντα τὸν τῶν ἀνοχῶν χρόνον διετέλεσε διατάττων καὶ γυμνάζων τὴν δύναμιν· διὰ δὲ τῆς τῶν ἔργων ἀθλήσεως καὶ τῆς τῶν λόγων παρακλήσεως καὶ γυμνασίας ἐν τοῖς ὅπλοις εὐπειθῆ καὶ δυνατὴν ἐποίησε τὴν στρατιάν. (3) Ὡς δ' ὁ τῆς ὁμολογίας διῆλθε χρόνος, ἀμφότεροι τὰς δυνάμεις ἐκτάξαντες, συγκατέβησαν προθύμως ἐπὶ τὴν μάχην. Γενομένης δὲ παρατάξεως ἰσχυρᾶς περὶ τὸ καλούμενον Κρόνιον, τὸ δαιμόνιον ἐναλλὰξ τῇ νίκῃ τὴν ἧτταν τῶν Καρχηδονίων διωρθώσατο. Οἱ μὲν γὰρ προνενικηκότες διὰ τὴν προγεγενημένην εὐημερίαν μεγαλαυχοῦντες, παραδόξως ἐσφάλησαν, οἱ δὲ διὰ τὴν ἧτταν πεπτωκότες ταῖς ἐλπίσιν, ἀπροσδόκητον καὶ μεγάλην εὐημερίαν ἀπηνέγκαντο.

XVII. Λεπτίνης μὲν γὰρ ἐπὶ θατέρου κέρως τεταγμένος, καὶ διαφέρων ἀνδρείᾳ, μαχόμενος ἡρωικῶς καὶ πολλοὺς ἀνελὼν τῶν Καρχηδονίων, ἐπιφανῶς κατέστρεψε τὸν βίον· τούτου δὲ πεσόντος, οἱ Φοίνικες θαρρήσαντες καὶ βιασάμενοι τοὺς ἀντιτεταγμένους ἐτρέψαντο. (2) Διονύσιος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔχων ἐπιλέκτους τοὺς συντεταγμένους, ἐπροτέρει τῶν ἀντιτεταγμένων· ὡς δ' ὁ τοῦ Λεπτίνου θάνατος ἐγνώσθη καὶ τὸ ἕτερον κέρας συνετέτριπτο, κατεπλάγησαν οἱ τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. (3) Τροπῆς δὲ παντελοῦς γενομένης, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι φιλοτιμότερον καταδιώξαντες παρήγγελλον ἀλλήλοις μηδένα ζωγρεῖν· διὸ καὶ πάντων τῶν περικαταλαμβανομένων ἀναιρουμένων, πᾶς ὁ πλησίον τόπος νεκρῶν ἐπληρώθη. (4) Τοσοῦτος δ' ἐγένετο φόνος, μνησικακούντων τῶν Φοινίκων, ὥστε τοὺς ἀναιρεθέντας εὑρεθῆναι τῶν Σικελιωτῶν πλείους τῶν μυρίων καὶ τετρακισχιλίων· οἱ δὲ περιλειφθέντες καταφυγόντες εἰς τὴν παρεμβολήν, τῆς νυκτὸς ἐπιγενομένης διεσώθησαν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μεγάλῃ παρατάξει νικήσαντες, ἀνεχώρησαν εἰς Πάνορμον. (5) Ἀνθρωπίνως δὲ τὴν εὐημερίαν ἐνεγκόντες ἀπέστειλαν πρεσβευτάς, δόντες ἐξουσίαν τῷ Διονυσίῳ καταλύσασθαι τὸν πόλεμον. Ἀσμένως δὲ τοῦ τυράννου προσδεξαμένου τοὺς λόγους, ἐγένοντο διαλύσεις, ὥστε ἔχειν ἀμφοτέρους ὧν πρότερον ὑπῆρχον κύριοι· ἐξαίρετον δ' ἔλαβον οἱ Καρχηδόνιοι τὴν τῶν Σελινουντίων πόλιν τε καὶ χώραν καὶ τῆς Ἀκραγαντίνης μέχρι τοῦ Ἁλύκου καλουμένου ποταμοῦ· ἔτισε δὲ Διονύσιος τοῖς Καρχηδονίοις τάλαντα χίλια. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

XVIII. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν Γλῶς ὁ ναυαρχήσας τῶν Περσῶν ἐν τῷ Κυπριακῷ πολέμῳ, ἀποστατήσων τοῦ βασιλέως καὶ τούς τε Λακεδαιμονίους καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα παρακεκληκὼς εἰς τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον, δολοφονηθεὶς ὑπό τινων οὐ συνετέλεσε τὴν προαίρεσιν. Μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν Ταχὼς διαδεξάμενος τὰς τούτου πράξεις, συνεστήσατο περὶ αὐτὸν δύναμιν, καὶ πόλιν ἔκτισε πλησίον τῆς θαλάττης ἐπί τινος κρημνοῦ τὴν ὀνομαζομένην Λεύκην, ἔχουσαν ἱερὸν

dem adolescentulo, sed qui generosæ mentis indole animique fiducia excelleret. Is omne induciarum tempus in ordinando et exercendo milite consumsit. Assidua igitur laborum tractatione et cohortationibus crebroque armorum usu dicto audientem et robustum exercitum fecit. (3) Exacto igitur induciarum tempore, explicatis utrinque aciebus, alacriter ad certamen descenderunt. Pugnaque juxta Cronion (quod nominant) strenue commissa, superiorem Carthaginiensium cladem victoria deus vicissim compensat. Nam qui paullo ante vicerant, successu priore turgidi et gloriabundi, tunc nec opinato succumbunt; contra quibus propter acceptam cladem omnis spes collapsa erat, hi magnum insperatumque subito felicitatis bonum reportant.

XVII. Leptines enim, qui alterum cornu regendum acceperat, ut fortitudine præcellebat, heroice prœlians, post magnam hostium stragem ab se editam gloriosa morte oppetit. Quo prolapso, resumtis Pœni animis vi hostes retro pulsos tandem in fugam vertunt. (2) Dionysius autem cum manu selectissimorum, quos circa se habebat, initio hostibus sibi oppositis prævalebat. Quum primum vero mors Leptinis innotuit, alterumque cornu jam fusum dissipatumque cernebatur, etiam Dionysii acies metu perculsa in fugam sese effundit. (3) Universis itaque terga vertentibus, Carthaginienses magno ardore insequuntur, et ne quisquam vivus capiatur, edicunt. Quumque omnes, qui in hostium manus veniebant, necarentur, totus in propinquo locus longe lateque cadaveribus oppletur. (4) Tantamque Pœni, injuriarum memores, stragem ediderunt, ut supra quater et decies mille Siculi cæsi invenirentur; superstites in castra elapsi, noctis interventu vitam conservarunt. Carthaginienses ergo tam ingenti prœlio victores Panormum recesserunt. (5) Et quia æquo animo, quemadmodum homines decet, felicitatem istam ferebant, legatione ad Dionysium missa, dirimendi belli copiam ei fecere. Quam illo lubentissime amplexo, his conditionibus transigitur, ut utrique, quæ in potestate sua prius habuissent, retinerent: Selinuntiorum tamen urbem et agrum, et Agrigentini territorii partem ad Halycum usque flumen Carthaginienses sibi exemerunt. Mille insuper talenta Dionysius exsolvere Carthaginiensibus jubetur. Atque hoc se modo res Siculæ tum habebant.

XVIII. In Asia Glos, qui summus Persicæ classis prætor in bello Cyprico fuerat, a rege suo defecturus Lacedæmonios et Ægyptiorum regem ad societatem belli excitaverat, dolo quorundam necatus, id, quod moliebatur, non peregit. Post cujus interitum Tachos, ejusdem negotii administratione suscepta, exercitu se munit, urbemque ad mare in excelsa quadam rupe, Leucam nomine, in qua re-

ἅγιον Ἀπόλλωνος. (2) Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον αὐτοῦ τελευτήσαντος, ἠμφισϐήτησαν τῆς πόλεως ταύτης Κλαζομένιοι καὶ Κυμαῖοι. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπεχείρησαν αἱ πόλεις πολέμῳ διακρίνεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα εἰπόντος τινὸς ἐρωτῆσαι τὸν θεὸν ποτέραν τῶν πόλεων κρίνει κυρίαν εἶναι δεῖν τῆς Λεύκης, ἔκρινεν ἡ Πυθία ταύτην ὑπάρχειν ἥτις ἂν πρώτη θύσῃ ἐν τῇ Λεύκῃ· ὁρμηθῆναι δὲ ἐκ τῆς ἰδίας πόλεως ἅμ' ἡλίῳ ἀνιόντι κατὰ τὴν ἡμέραν ἣν ἀμφότεροι συμφώνως ὑποστήσονται. (3) Ταχθείσης δὲ τῆς ἡμέρας, οἱ μὲν Κυμαῖοι ὑπελάμβανον ἑαυτοὺς προέχειν διὰ τὸ τὴν αὐτῶν πόλιν ἐγγυτέρω κεῖσθαι· οἱ δὲ Κλαζομένιοι, διάστημα πλέον ἀπέχοντες, τεχνάζονταί τι τοιοῦτο πρὸς τὴν νίκην· κληρώσαντες ἐξ ἑαυτῶν ἀποίκους, ἔκτισαν πλησίον τῆς Λεύκης πόλιν, ἐξ ἧς ὁρμηθέντες ἅμ' ἡλίῳ ἀνατέλλοντι, ἔφθασαν τοὺς Κυμαίους τὴν θυσίαν ἐπιτελέσαντες. (4) Τούτῳ δὲ τῷ φιλοτεχνήματι γενόμενοι κύριοι τῆς Λεύκης, ἐπώνυμον ἑορτὴν ἄγειν κατ' ἐνιαυτὸν ἐνεστήσαντο, τὴν πανήγυριν ὀνομάσαντες προφθασίαν. Τούτων δὲ πραχθέντων, αἱ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπαναστάσεις αὐτομάτως κατελύθησαν.

XIX. Λακεδαιμόνιοι δὲ μετὰ τὸν τοῦ Γλῶ καὶ τοῦ Ταχὼ θάνατον τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις ἀπέγνωσαν, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα συσκευασάμενοι, καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν πειθοῖ προςαγόμενοι, ἃς δὲ διὰ τῆς τῶν φυγάδων καθόδου βίᾳ χειρούμενοι, φανερῶς ἤδη τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος εἰς ἑαυτοὺς μεθίστασαν παρὰ τὰς κοινὰς συνθήκας τὰς ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένας, συνεπιλαϐομένου τοῦ Περσῶν βασιλέως. (2) Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀμύντου τοῦ βασιλέως ἡττηθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπογνόντος, πρὸς δὲ τούτοις τῷ δήμῳ τῶν Ὀλυνθίων δωρησαμένου πολλὴν τῆς ὁμόρου χώρας διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῆς ἑαυτοῦ δυναστείας, τὸ μὲν πρῶτον ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀλυνθίων τὰς προςόδους ἐλάμβανε τὰς ἐκ τῆς δοθείσης χώρας, μετὰ δὲ ταῦτ' ἀνελπίστως τοῦ βασιλέως ἀναλαϐόντος ἑαυτὸν καὶ τὴν ὅλην ἀρχὴν ἀνακτησαμένου, οἱ μὲν Ὀλύνθιοι τὴν χώραν ἀπαιτηθέντες οὐχ οἷοι ἦσαν ἀποδιδόναι. (3) Διόπερ Ἀμύντας ἰδίαν τε δύναμιν συνεστήσατο καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ποιησάμενος συμμάχους, ἔπεισεν ἐξαποστεῖλαι στρατηγὸν καὶ δύναμιν ἀξιόλογον ἐπὶ τοὺς Ὀλυνθίους. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι κρίναντες ἀντέχεσθαι τῶν ἐπὶ Θρᾴκης τόπων, κατέλεξαν στρατιώτας ἔκ τε τῶν πολιτῶν καὶ παρὰ τῶν συμμάχων τοὺς ἅπαντας ὑπὲρ μυρίους· παραδόντες δὲ τὴν δύναμιν Φοιϐίδᾳ τῷ Σπαρτιάτῃ, προςέταξαν συμμαχεῖν τῷ Ἀμύντᾳ καὶ μετ' ἐκείνου πολεμῆσαι τοὺς Ὀλυνθίους· ἑτέραν δὲ δύναμιν ἐπὶ Φλιουντίους ἐκπέμψαντες καὶ μάχῃ νικήσαντες, ἠνάγκασαν ὑποταγῆναι τοὺς Φλιουντίους τοῖς Λακεδαιμονίοις. (4) Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον οἱ βασιλεῖς τῶν Λακεδαιμονίων διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους ταῖς αἱρέσεσιν· Ἀγησίπολις μὲν γάρ, εἰρηνικὸς ὢν καὶ δίκαιος, ἔτι δὲ καὶ συνέσει διαφέρων, ἔφη δεῖν ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις καὶ

ligiosum Apollinis fanum, exstruxit. (2) Sed quum paullo post is vita esset defunctus, Clazomenii et Cumæi de oppido isto litem inter se excitarunt. Quam initio armis dirimere nitebantur; postea vero quum admonitu cujusdam, utris urbis Leucæ possessio vindicanda esset, deum consulerent, Pythia his illam competere respondit, qui priores illic sacris operarentur: verum ex suo utrisque loco, cum primo solis ortu, eodemque die, quem communi utrinque consensu destinaverint, proficiscendum esse. (3) Die igitur præfinito, Cumæi se prærogativam habere credebant, quod urbs sua proprior esset; at Clazomenii longiore intervallo remoti tale quidpiam ad victoriam comminiscuntur. Ex numero suo aliquot sortito delectos in coloniam non procul a Leuca mittunt. Ex hac cum oriente sole progressi, peragendo sacrificio Cumæos antevertunt. (4) Hoc astu Leuca sub dominium suum redacta, festum quotannis celebrandum instituerunt, quod ab hoc præventu Prophthasiam nuncuparunt. His ita gestis, rebelliones per Asiam sponte sua finem habuere.

XIX. Lacedæmonii igitur, post Gloi Tachique mortem res Asiæ omittendas rati, ad stabiliendas in Græcia opes suas animum converterunt; urbiumque aliis persuasione, aliis vi per restitutionem exulum subactis, manifeste jam totius Græciæ imperium contra pacta fœderis inter omnes Græcos per Antalcidam facti auxilio regis Persici ad se transferebant. (2) In Macedonia posteaquam Amyntas ab Illyriis victus, spe regni amplius defendendi abjecta, Olynthiorum populo magnum vicini agri tractum, ut nunquam imperium recuperaturus, donavisset, Olynthiorum civitas reditus ex agro donato aliquamdiu perceperat: postea vero rex, instauratis viribus in pristinam regni possessionem reversus, donatum agrum repetebat, sed Olynthii reddituros se negabant. (3) Eam ob causam Amyntas tum ipse exercitum colligit, tum Lacedæmoniis, ad societatem pertractis, auctor est, ut prætorem cum manu haud invalida contra Olynthios mittant. Hi locis illis Thraciæ adhærescendum rati, ex civium sociorumque delectu supra decem millia in universum contrahunt, traditoque Phœbidæ Spartiatæ exercitu, conjunctis cum Amynta viribus Olynthiis bellum facessere illum jubent. Aliud vero agmen Phliuntiis immittunt: quos prœlio devictos imperata sibi facere cogunt. (4) Per hoc ipsum tempus Lacedæmoniorum reges inter se moribus studiisque dissidebant. Nam Agesipolis, pacis et justitiæ amans et intelligentia eximia præditus, juratam fidem servandam nec Græcos servitute opprimen-

παρὰ τὰς κοινὰς συνθήκας μὴ καταδουλοῦσθαι τοὺς Ἕλληνας· ἀδοξεῖν γὰρ ἀπεφήνατο τὴν Σπάρτην τοῖς μὲν Πέρσαις ἐκδότους πεποιημένην τοὺς κατὰ Ἀσίαν Ἕλληνας, αὐτὴν δὲ συσκευαζομένην τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις, ἃς ἐν ταῖς κοιναῖς συνθήκαις ὤμοσαν τηρήσειν αὐτονόμους. Ὁ δ' Ἀγησίλαος, ὢν φύσει δραστικός, φιλοπόλεμος ἦν καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀντείχετο.

XX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Εὐάνδρου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους ἕξ, Κόϊντον Σουλπίκιον, Γάϊον Φάβιον, Σερουΐλιον Κορνήλιον, Πόπλιον Οὔγωνα, Σέξτον Ἄνιον καὶ Γάϊον Μάρκον. Ἐπὶ δὲ τούτων Λακεδαιμόνιοι κατελάβοντο τὴν Καδμείαν ἐν ταῖς Θήβαις διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Ὁρῶντες τὴν Βοιωτίαν ἔχουσαν πόλεών τε πλῆθος καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνδρας ὑπάρχοντας ἀνδρείᾳ διαφόρους, ἔτι δὲ τὰς Θήβας ἐχούσας παλαιὸν ἀξίωμα, καὶ τὸ σύνολον ὥςπερ ἀκρόπολίν τινα τῆς Βοιωτίας οὖσαν, εὐλαβοῦντο μήποτε καιροῦ παραφανέντος οἰκείου τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιήσηται. (2) Διόπερ τοῖς ἡγεμόσιν οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελλον ἐν ἀποῤῥήτοις, ἵν' ἐάν ποτε καιρὸν λάβωσι, καταλάβωνται τὴν Καδμείαν. Τοιαύτης δὲ γενομένης παραγγελίας, Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης, τεταγμένος ἐπί τινος ἡγεμονίας καὶ δύναμιν ἄγων ἐπὶ Ὀλυνθίους, κατελάβετο τὴν Καδμείαν. Ἀγανακτούντων δὲ τῶν Θηβαίων καὶ μεθ' ὅπλων συνδραμόντων, συνάψας μάχην αὐτοῖς καὶ νικήσας, τριακοσίους μὲν τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Θηβαίων ἐφυγάδευσε, τοὺς δὲ λοιποὺς καταπληξάμενος καὶ φρουρὰν ἰσχυρὰν ἐγκαταστησάμενος, ἐπὶ τὰς ἰδίας πράξεις ἀπηλλάγη. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι διὰ τὴν πρᾶξιν ταύτην ἀδοξοῦντες παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τὸν μὲν Φοιβίδαν ἐζημίωσαν χρήμασι, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξῆγον ἐκ τῶν Θηβῶν. (3) Οἱ μὲν οὖν Θηβαῖοι τοῦτον τὸν τρόπον τὴν αὐτονομίαν ἀποβαλόντες, ἠναγκάσθησαν ὑποταγῆναι τοῖς Λακεδαιμονίοις. Τῶν δ' Ὀλυνθίων διαπολεμούντων πρὸς Ἀμύνταν τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα, Λακεδαιμόνιοι τὸν μὲν Φοιβίδαν ἀπέστησαν τῆς ἡγεμονίας, Εὐδαμίδαν δὲ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Φοιβίδα κατέστησαν στρατηγόν. Δόντες δ' αὐτῷ τριςχιλίους ὁπλίτας, ἐξαπέστειλαν διαπολεμήσοντα τὸν πρὸς τοὺς Ὀλυνθίους πόλεμον.

XXI. Οὗτος δ' ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν τῶν Ὀλυνθίων, κοινῇ μετ' Ἀμύντου διεπολέμει πρὸς Ὀλυνθίους Εἶθ' οἱ μὲν Ὀλύνθιοι δύναμιν ἀξιόλογον ἠθροικότες, ἐπλεονέκτουν ἐν ταῖς μάχαις, στρατιώτας πλείους ἔχοντες τῶν πολεμίων. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δύναμιν ἀξιόλογον προχειρισάμενοι, κατέστησαν στρατηγὸν ἐπ' αὐτῆς Τελευτίαν· οὗτος δ' ἦν ἀδελφὸς μὲν Ἀγησιλάου τοῦ βασιλέως, θαυμαζόμενος δ' ἐπ' ἀρετῇ παρὰ τοῖς πολίταις. (2) Ἀναζεύξας οὖν μετὰ δυνάμεως ἐκ τῆς Πελοποννήσου, καὶ καταντήσας πλησίον τῆς Ὀλυνθίων, παρέλαβε τοὺς μετὰ Εὐδαμίδου στρατιώτας. Γενόμενος δὲ ἀξιόμαχος, τὸ μὲν πρῶτον τὴν τῶν Ὀλυνθίων χώραν ἐδῄωσε, καὶ συναγαγὼν πλῆθος, λείας

dos esse contendebat: infamem enim hinc Spartam fore aiebat, si quum nuper Græcos in Asia Persis dedititios reddidissent, nunc ad civitates etiam Græciæ subigendas sese comparent, quarum tamen libertatem in communibus illis pactis se sartam tectam præstituros jurassent. Agesilaus contra, natura rerum gerendarum cupidus et ad bella propensus, principatum de Græcis obtinere studebat.

XX. Archonte Athenis Menandro, Romani pro consulibus crearunt sex tribunos militares, Q. Sulpicium, C. Fabium, Servilium Cornelium, P. Ugonem(?), S. Anium et C. Marcum. Sub his Lacedæmonii Cadmeam, Thebanorum arcem, his impulsi causis occuparunt. Jam pridem animadverterant Bœotiam et urbibus abundare, et harum incolas esse viros animorum et corporis robore præstantes, et præ ceteris Thebas, pristina adhuc dignitate conspicuas, totius Bœotiæ velut arcem ac propugnaculum exsistere. Unde metus illos subiit, ne per occasionem se ostentantem imperium Græciæ sibi vindicarent. (2) Quapropter ducibus suis inter arcana mandant, ut, si quando occasionem arripere possint, Cadmeam occupent. Hujus mandati non immemor Phœbidas, copiis in Olynthios ducendis cum summo imperio præfectus, Cadmeam occupat. Quod quum indigne ferentes Thebani ad arma concurrerent, ferro cum eis decernit, prœlioque victor, trecentos ipsorum nobilissimos in exilium agit. Reliquis perterrefactis, ubi validum eis præsidium imposuerat, ad sua inde negotia digressus est. Ob hoc factum quum male apud Græcos audirent Lacedæmonii, Phœbidæ quidem multam irrogant, sed præsidium tamen non deducunt. (3) Ad hunc ergo modum Thebani libertate sua exuti et sub Lacedæmoniorum imperium redacti sunt. Sed quia pertinaciter cum Amynta belligerari Olynthii pergunt, Phœbida prætura se abdicare jusso, Eudamidæ ipsius fratri eandem tradunt, adjunctisque ter mille armatis, bellum Olynthiacum conficere ipsum jubent.

XXI. Hic, irruptione in terram Olynthiorum facta, mutua cum Amynta opera hostes impugnat. Sed validis instructi copiis Olynthii in conflictibus superiores erant, quod militum numero prævalebant. Ob hoc ingentem Lacedæmonii exercitum conscribunt, eique Teleutiam, Agesilai regis fratrem, qui mirificam apud cives virtutis existimationem habebat, ducem præficiunt. (2) Is, cum agmine suo ex Peloponneso profectus, simulac fines Olynthiorum attigerat, Eudamidæ milites assumit. Jamque ad dimicandum cum hoste sat virium habens, primum agros populatur, et prædam, quam hinc inde luculentam coegerat, inter

ἐμέρισε τοῖς στρατιώταις. Τῶν δὲ Ὀλυνθίων μετὰ τῶν συμμάχων πανδημεὶ παραταξαμένων, συνῆψε μάχην· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἰσοῤῥόπου τοῦ κινδύνου γενομένου, διεχωρίσθησαν· μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης μάχης ἰσχυρᾶς, αὐτός τε ὁ Τελευτίας ἔπεσε λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἀνῃρέθησαν πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων. (3) Τηλικαύτης δ' εὐημερίας γενομένης τοῖς Ὀλυνθίοις, οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, βουλόμενοι διορθώσασθαι τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα, δυνάμεις ἀδροτέρας ἐκπέμπειν παρεσκευάζοντο, οἱ δὲ Ὀλύνθιοι, νομίζοντες μείζοσι δυνάμεσιν ἥξειν τοὺς Σπαρτιάτας, καὶ τὸν πόλεμον ἔσεσθαι πολυχρόνιον, σίτου τε παρασκευὰς ἀξιολόγους ἐποιοῦντο καὶ παρὰ τῶν συμμάχων στρατιώτας προσελαμβάνοντο.

XXII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δημοφίλου Ῥωμαῖοι ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους κατέστησαν Πόπλιον Κορνήλιον, Λεύκιον Οὐεργίνιον, Λεύκιον Παπίριον, Μάρκον Φούριον, Οὐαλέριον Αὖλον, Μάλλιον Λεύκιον καὶ Ποστούμιον Κόϊντον. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Λακεδαιμόνιοι μὲν στρατηγὸν προχειρισάμενοι Ἀγησίπολιν τὸν βασιλέα, καὶ δύναμιν ἱκανὴν παραδόντες, ἐψηφίσαντο πρὸς Ὀλυνθίους πόλεμον. Οὗτος δὲ καταντήσας εἰς τὴν τῶν Ὀλυνθίων χώραν καὶ παραλαβὼν τοὺς προϋπάρχοντας ἐν τῇ παρεμβολῇ στρατιώτας, διεπολέμει πρὸς τοὺς ἐγχωρίους. Οἱ δ' Ὀλύνθιοι μεγάλην μὲν μάχην οὐδεμίαν κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν συνεστήσαντο, ἀκροβολισμοὺς δὲ καὶ βραχείας συμπλοκὰς ποιούμενοι διετέλεσαν, καταπεπληγμένοι τὴν μετὰ τοῦ βασιλέως δύναμιν.

XXIII. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Πυθέας, ἐν Ῥώμῃ δ' ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι ἓξ κατεστάθησαν, Τίτος Κοΐντιος, Λεύκιος Σερουίλιος, Λεύκιος Ἰούλιος, Ἀκύλιος Δέκιος, Λουκρήτιος Ἄγκος καὶ Σερούιος Σουλπίκιος, παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἑκατοστή, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Διονυσόδωρος Ταραντῖνος. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀγησίπολις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε νόσῳ, βασιλεύσας ἔτη τέτταρα καὶ δέκα· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεόμβροτος ὁ ἀδελφὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Λακεδαιμόνιοι δὲ Πολυβιάδαν στρατηγὸν καταστήσαντες, ἐξαπέστειλαν εἰς τὸν πρὸς Ὀλυνθίους πόλεμον. (3) Οὗτος δὲ παραλαβὼν τὰς δυνάμεις, καὶ τὸν πόλεμον ἐνεργῶς ἅμα καὶ στρατηγικῶς διοικῶν, ἐποίει πολλὰ προτερήματα. Ἀεὶ δὲ μᾶλλον εὐημερῶν καὶ πλείοσι μάχαις νικήσας, συνέκλεισε τοὺς Ὀλυνθίους εἰς πολιορκίαν· τέλος δὲ καταπληξάμενος τοὺς πολεμίους, προσέταξεν ὑποταγῆναι Λακεδαιμονίοις. Ἐγγραφέντων δὲ τῶν Ὀλυνθίων εἰς τὴν τῶν Σπαρτιατῶν συμμαχίαν, πολλαὶ καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ἔσπευσαν εἰς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμονίαν καταλεχθῆναι. Διὸ καὶ κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς πλεῖστον ἴσχυσαν Λακεδαιμόνιοι, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔσχον τὴν ἡγεμονίαν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. (4) Θηβαῖοι μὲν γὰρ ὑπῆρχον ἔμφρουροι, Κορίνθιοι δὲ καὶ Ἀργεῖοι διὰ τοὺς προγεγονότας

milites partitur. Postquam vero copias Olynthii universas, adhibitis insuper auxiliaribus, ad pugnam eduxerant, manus cum illis contulit. Ac primo quidem æquo Marte discessum est : sed post iterato summis viribus prœlio, ipse Teleutias præclare dimicans, et Lacedæmoniorum plures mille et ducentis ceciderunt. (3) Tanto Olynthiorum successu commoti Spartani, ut acceptum illud damnum repararent, ad majorem se expeditionem comparabant. Olynthii igitur, quod amplioribus Lacedæmonios copiis adventuros, bellumque quam diutissime protractum iri putarent, frumentorum apparatu eximio sese instruunt, et auxiliaribus subsidiis confirmant.

XXII. Archonte Athenis Demophilo, Romani consulum loco tribunos militares crearunt P. Cornelium, L. Virginium, L. Papirium, M. Furium, Valerium Aulum, Manlium Lucium et Postumium Quintum (*Lucium Valerium, A. Manlium, L. Postumium?*). (2) Horum tempore Lacedæmonii, decreto adversum Olynthios bello, regem suum Agesipolim imperatorem præesse jubent, et, quantum sat esset copiarum, ei tradunt. Is postquam hostilem terram ingressus milites e stativis illic inter suos centuriavit, mox bellum terræ incolis facessit. Olynthii vero nullum hoc anno justum cum eo prœlium commiserunt, sed velitaribus tantum exiguisque pugnis, quum exercitus, quo tum rex pollebat, vires reformidarent, ipsum lacessere non desiere.

XXIII. Post anni hujus finem Athenis archon erat Pytheas, et Romæ sex tribuni militares potestatem consularem tenebant, nempe T. Quinctius, L. Servilius, L. Julius, Acylius Decius, Lucretius Ancus (*reponendum : L. Aquilius, L. Lucretius,*) et Serv. Sulpicius. Tunc Olympias centesima Eleis acta est, qua Dionysodorus Tarentinus stadio victor evasit. (2) Horum tempore rex Lacedæmoniorum Agesipolis, post decimum quartum regni sui annum, morbo decedit, et Cleombrotus frater in ejus locum subrogatur, qui novem annos regnavit. Lacedæmonii vero Polybiadam, ducem a se creatum, bello ad Olynthum præficiunt. (3) Is, copiis sacramento sibi adstrictis, bellum strenue et imperatoria sollertia dextre administrans, crebros successus habuit. Ac fortuna subinde magis propitia usus et plerisque conflictibus victor, intra mœnia tandem Olynthios coarctavit, metuque obsessis injecto, ut Lacedæmoniorum imperio se submitterent, effecit. Qui quum primum societati Lacedæmoniorum adscripti essent, multæ etiam aliæ civitates clientelæ horum accenseri properarunt. Per hoc itaque tempus Lacedæmoniorum potentia maxime vigebat, ut penes quos imperium Græciæ terra simul marique esset. (4) Nam Thebani præsidio coercebantur; Corinthii autem et Argivi bellis hactenus gestis vires afflictas habebant; Athe-

πολέμους ὑπῆρχον τεταπεινωμένοι, Ἀθηναῖοι δὲ διὰ τὰς τῶν πολεμουμένων κληρουχίας ἠδόξουν ἐν τοῖς Ἕλλησιν· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τῆς τε πολυανθρωπίας καὶ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις μελέτης πολλὴν πρόνοιαν ἐπεποίηντο, καὶ φοβεροὶ πᾶσιν ὑπῆρχον διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἡγεμονίας. (5) Διόπερ οἱ μέγιστοι τῶν τότε δυναστῶν, λέγω δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα καὶ τὸν Σικελίας δυνάστην Διονύσιον, ἐθεράπευον τὴν Σπαρτιατῶν ἡγεμονίαν καὶ συμμαχίαν ἔσπευδον συντίθεσθαι πρὸς αὐτούς.

XXIV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νίκωνος Ῥωμαῖοι χιλιάρχους ἓξ ἀντὶ τῶν ὑπάτων κατέστησαν, Λεύκιον Παπίριον, Γάϊον Κορνήλιον, Λεύκιον Μάλλιον, Γάϊον Σερουίλιον, Οὐαλέριον Αὖλον καὶ Κόϊντον Φάβιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Καρχηδόνιοι στρατεύσαντες εἰς τὴν Ἰταλίαν, τοῖς μὲν Ἱππωνιάταις ἐκπεπτωκόσιν ἐκ τῆς πατρίδος ἀποκατέστησαν τὴν πόλιν, καὶ πάντας τοὺς πεφευγότας συναγαγόντες, πολλὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐποιήσαντο. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα λοιμικῆς νόσου τοῖς κατοικοῦσι τὴν Καρχηδόνα γενομένης, καὶ τῆς νόσου πολλὴν ἐπίτασιν ἐχούσης, πολλοὶ τῶν Καρχηδονίων διεφθάρησαν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν. Οἵ τε γὰρ Λίβυες καταφρονήσαντες αὐτῶν ἀπέστησαν, οἵ τε τὴν Σαρδόνα κατοικοῦντες, νομίσαντες ἔχειν καιρὸν κατὰ τῶν Καρχηδονίων, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτῶν καὶ συμφρονήσαντες ἐπέθεντο τοῖς Καρχηδονίοις. (3) Ἐγένετο δὲ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν θεόπεμπτός τις ἀτυχία κατὰ τὴν Καρχηδόνα. Ταραχαὶ γὰρ καὶ φόβοι καὶ πανικοὶ θόρυβοι συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ τὴν πόλιν παράδοξοι, καὶ πολλοὶ μὲν μετὰ τῶν ὅπλων ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν, ὡς πολεμίων εἰςπεπτωκότων εἰς τὴν πόλιν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὡς πολεμίους διαπολεμοῦντες, οὓς μὲν ἀνῄρουν, οὓς δὲ κατετραυμάτιζον. Τέλος δὲ θυσίαις τὸ θεῖον ἐξιλασάμενοι καὶ μεγίστων κακῶν ἀπαλλαγέντες, ταχὺ καὶ τοὺς Λίβυας κατεπολέμησαν καὶ τὴν νῆσον ἀνεκτήσαντο.

XXV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Ναυσινίκου Ῥωμαῖοι χιλιάρχους τέτταρας ἀντὶ τῶν ὑπάτων κατέστησαν, Μάρκον Κορνήλιον καὶ Σερουίλιον Κόϊντον, Μάρκον Φούριον καὶ Λεύκιον Κοίντιον. Ἐπὶ δὲ τούτων ὁ κληθεὶς Βοιωτικὸς πόλεμος ἐνέστη Λακεδαιμονίοις πρὸς Βοιωτοὺς διὰ τοιαύτας αἰτίας. Τὴν Καδμείαν φρουρούντων Λακεδαιμονίων ἀδίκως καὶ πολλοὺς τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν πεφυγαδευκότων, συνεστράφησαν οἱ φυγάδες, καὶ συνεπιλαβομένων Ἀθηναίων, κατῆλθον εἰς τὴν πατρίδα νυκτός. (2) Καὶ πρῶτον μὲν τοὺς τὰ Λακεδαιμονίων φρονοῦντας ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ἐφόνευσαν, ἔτι κοιμωμένους καταλαβόντες· ἔπειτα τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλέσαντες, συνεργοὺς ἔσχον ἅπαντας τοὺς Θηβαίους. Ταχὺ δὲ τοῦ πλήθους συνδραμόντος μετὰ τῶν ὅπλων, ἅμ' ἡμέρᾳ τὴν Καδμείαν πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν. (3) Οἱ δὲ φρουροῦντες τὴν ἄκραν Λακεδαιμόνιοι, μετὰ τῶν συμμάχων ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων καὶ πεντακοσίων, εἰς μὲν τὴν Σπάρτην ἐξέπεμψαν τοὺς δηλώσοντας τὴν τῶν Θηβαίων

nienses denique, propter debellatorum agros sorte inter colonos suos distributos, male inter Graecos audiebant; contra Lacedæmonii, ut et frequentia hominum abundarent, et in armis egregie suos exercerent, impense dabant operam, et potentia sua cunctis erant formidabiles. (5) Quo factum ut principum tunc omnium potentissimi regem Persarum dico et tyrannum Siciliæ Dionysium, Spartani imperii majestatem colerent, et societatis cum illis jungendæ cupidi essent.

XXIV. Post, quum Athenis Nico principatum teneret, et Romæ tribuni militares sex, L. Papirius, C. Cornelius, L. Manlius, C. Servilius, A. Valerius, et Q. Fabius, consulari potestate creati essent, Carthaginienses, cum exercitu in Italiam transgressi, Hipponiatis urbem suam, unde excussi fuerant, restituunt, omnesque exules, undecunque ad sese congregatos, prolixo studio excipiunt atque fovent. (2) Accidit vero aliquanto post, ut pestilens Carthaginem lues invaderet: quæ quum identidem magis ac magis ingravesceret, magna Carthaginiensium strages facta est, adeo quidem, ut periculum esset, ne imperium amitterent. Nam Afri præ contemtu illorum deficiunt, et Sardi, jam opportunam sibi datam occasionem rati, excussis imperii habenis, conspirant et vim Carthaginiensibus inferunt. (3) Quin et calamitas a deo immissa per illud tempus Carthagini incubuit. Perturbationes enim ac terrores Panicique tumultus ex improviso urbem corripere, et plurimi, armis correptis, ac si hostes urbem invasissent, ex ædibus procurrere, et inter se velut cum hoste acie congressi, alios interimere, alios sauciare. Ad extremum numine sacrificiis placato, gravissimis exemti malis, statim et Afros debellarunt, et Sardiniam ditioni suæ iterum subjecere.

XXV. Inde quum Nausinicus Athenis præturam, et Romæ quattuor tribuni militares, M. Cornelius, Q. Servilius, M. Furius et L. Quinctius, consulare imperium suscepissent; Bœoticum, quod vocant, bellum Lacedæmoniis cum Bœotis exarsit, his quidem de causis. Cadmeam Lacedæmonii præter jus et fas præsidio tenebant, multosque eximiæ dignitatis viros ad profugiendum e patria adegerant. Exules igitur, coitione inter se facta, Atheniensium subsidio noctu in patriam revertuntur. (2) Ac primo quoscunque, qui cum Lacedæmoniis sentiebant, domi suæ, dum somno adhuc detinentur, oppressos conficiunt; mox populares ad vindicandum libertatem cohortati, universam Thebanorum civitatem ad conatus hos adjuvandos promtam habent. Multitudo igitur concursat, et cum prima luce Cadmeam oppugnare maturat. (2) Lacedæmoniorum interim præsidiarii, quorum in custodia arx fuit, numero, si auxiliares connumerentur, mille et quingentis haud pauciores, Spartam miserant, qui seditiosam Thebanorum com-

ἐπανάστασιν καὶ βοηθεῖν τὴν ταχίστην παρακαλέσοντας, αὐτοὶ δ' ἐκ τόπων ὑπερδεξίων ἀμυνόμενοι τοὺς πολιορκοῦντας πολλοὺς μὲν ἀνῄρουν, οὐκ ὀλίγους δὲ κατετραυμάτιζον. (4) Οἱ δὲ Θηβαῖοι μεγάλην δύναμιν προςδοκῶντες ἥξειν ἐκ τῆς Ἑλλάδος Λακεδαιμονίοις, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς εἰς τὰς Ἀθήνας, ὑπομιμνήσκοντες μὲν ὅτι καὶ αὐτοὶ συγκατήγαγον τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων καθ' ὃν καιρὸν ὑπὸ τῶν τριάκοντα τυράννων κατεδουλώθησαν, ἀξιοῦντες δὲ πανδημεὶ βοηθῆσαι καὶ πρὸ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων παρουσίας συνεκπολεμῆσαι τὴν Καδμείαν.

XXVI. Ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων διακούσας τῶν πρέσβεων, ἐψηφίσατο παραχρῆμα δύναμιν ὡς πλείστην ἀποστεῖλαι τὴν ἐλευθερώσουσαν τὰς Θήβας, ἅμα μὲν τῆς εὐεργεσίας ἀποδιδοὺς τὰς χάριτας, ἅμα δὲ βουλόμενος τοὺς Βοιωτοὺς ἐξιδιώσασθαι καὶ συναγωνιστὰς ἰσχυροὺς ἔχειν κατὰ τῆς Λακεδαιμονίων ὑπεροχῆς· τὸ γὰρ ἔθνος τοῦτο καὶ πλήθει τῶν ἀνδρῶν καὶ ἀνδρείᾳ κατὰ πόλεμον οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει λείπεσθαι. (2) Τέλος δὲ Δημοφῶν κατασταθεὶς στρατηγός, καὶ παραχρῆμα πεντακιςχιλίους ὁπλίτας καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς καταλέξας, τῇ ὑστεραίᾳ τὴν δύναμιν ἅμ' ἡμέρᾳ προήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ δρομαῖος ἠπείγετο, φθάσαι σπεύδων τοὺς Λακεδαιμονίους· οὐδὲν δ' ἧττον ὁ δῆμος παρεσκευάζετο πανδημεὶ στρατεύειν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἐὰν ᾖ χρεία. (3) Ὁ δὲ Δημοφῶν συντόμοις ταῖς ὁδοῖς χρησάμενος παραδόξως ἐπεφάνη τοῖς Θηβαίοις. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν πολλῶν στρατιωτῶν συνδραμόντων, ταχὺ μεγάλη δύναμις ἠθροίσθη τοῖς Θηβαίοις. (4) Ὁπλῖται μὲν γὰρ συνῆλθον οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων καὶ διςχιλίων, ἱππεῖς δὲ πλείους τῶν διςχιλίων· πάντων δὲ προθύμως ἐπὶ τὴν πολιορκίαν ὁρμησάντων, διελόμενοι τὰ πλήθη τὰς προςβολὰς ἐκ διαδοχῆς ἐποιοῦντο, προςκαρτεροῦντες τοῖς κινδύνοις συνεχῶς καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νυκτός.

XXVII. Οἱ δ' ἐν τῇ Καδμείᾳ οἰκοῦντες παρακληθέντες ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων, εὐρώστως ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους, ἐλπίζοντες συντόμως ἥξειν τοὺς Λακεδαιμονίους μετὰ μεγάλης δυνάμεως. Ἕως μὲν οὖν εἶχον τροφὰς ἱκανάς, ἐνεκαρτέρουν τοῖς δεινοῖς, καὶ πολλοὺς τῶν πολιορκούντων ἀπέκτεινον καὶ κατετραυμάτιζον, συνεργὸν ἔχοντες τὴν τῆς ἀκροπόλεως ὀχυρότητα· ὡς δ' ἡ μὲν τῶν ἀναγκαίων σπάνις ἐπέτεινεν, οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ περὶ τὰς παρασκευὰς ὄντες ἐχρόνιζον, ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους. (2) Οἱ μὲν γὰρ Λακεδαιμόνιοι μέχρι θανάτου καρτερεῖν ᾤοντο δεῖν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν συμμαχίδων πόλεων συστρατεύσαντες, ὄντες πολλαπλάσιοι, παραδιδόναι τὴν Καδμείαν ἀπεφήναντο· συνηναγκάσθησαν δὲ καὶ οἱ ἐξ αὐτῆς τῆς Σπάρτης, ὄντες ὀλίγοι, παραχωρῆσαι τῆς ἀκροπόλεως· διόπερ οὗτοι μὲν ὑπόσπονδοι καθ' ὁμολογίαν ἀφεθέντες, εἰς τὴν Πελοπόννησον ἀπηλλάγησαν. (3) Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δυνάμεσιν ἀξιολόγοις προςιόντες ἐπὶ τὰς Θήβας, καὶ βραχὺ τῶν

motionem renuntiarent, et auxilium sibi ferri quam properantissime hortarentur. Ipsi vero ex locis editioribus oppugnantes arcendo multos interimunt, nec paucos vulneribus graviter affectos dimittunt. (4) Thebani ergo, dum validas e Græcia copias Lacedæmoniis subventuras conjectant, suos Athenas legatos mittunt, ut ad animum populo revocent, quod et ipsi conatus Atheniensium juverint, quo tempore triginta tyrannorum jugo servili oppressi rempublicam vindicarint; orentque, ut ad expugnandam Cadmeam totis sibi viribus ante Lacedæmoniorum adventum præsto esse velint.

XXVI. Populus vero Atheniensis, simulac Thebanorum legationem audivit, ut quam validissima e vestigio manus ad reparandam Thebanorum libertatem expediretur, scivit, tum ut gratiam pro meritis retribuerent, tum ut Thebanos hoc beneficio sibi obstrictos fortes deinceps adversus immodicam Lacedæmoniorum potentiam adjutores haberent. Gens enim ista nulla inter Græcos neque copia neque strenuitate virum inferior videbatur. (2) Imperatorem ergo Demophontem creant. Is, delectu habito, quinquies mille peditum et quingentorum equitum postridie, quum vix illucesceret, agmen ex urbe educit, et ut Lacedæmonios prævertat, festinato itinere pergit. Nihilominus tamen populus omnes militiæ vires in Bœotiam convertere, si ex usu Thebanorum ita foret, promtus et paratus erat. (3) Demophon autem viarum compendiis usus præter spem Thebanis se in conspectum dedit. Simili ardore ex aliis etiam Bœotiæ urbibus militum accursus fiebat, ita ut brevi tempore numerosus Thebanis exercitus colligeretur. (4) Peditum enim non minus quam duodecim, et equitum plus quam duo millia convenerant. Omnes promtis et alacribus ad oppugnationem animis properabant, divisaque multitudine, incursus per vices faciebant, diem simul ac noctem in certamine perdurantes.

XXVII. Interim quibus sua in arce statio erat, a præfectis excitati, fortiter hostes propulsant; brevi enim cum magnis approperaturos copiis Lacedæmonios spes erat. Et sane, quam diu alimenta suppeterent, adversa illa fortiter sustinebant, multosque oppugnantium aut occidebant aut vulnerabant, quum non parum arcis firmitate adjuvarentur. At quum necessariorum inopia subinde magis ingravesceret, et Lacedæmonii in belli hujus apparatu prolixius immorarentur, dissentire inter se obsessi cœperunt. (2) Nam Lacedæmonii ad extremum usque halitum perdurandum esse censere: auxiliares vero, e confœderatis urbibus adsciti, qui numero illos longe excedebant, deditionem Cadmeæ faciendam esse contendere. Spartani ergo, quorum non ita magnus esset numerus, arcem hosti cedere coguntur: acceptaque, prout convenerat, fide, incolumes dimissi, in Peloponnesum revertuntur. (3) Tandem Lacedæmonii copiis instructissimis ad Thebas accedunt: sed

καιρῶν ὑστερήσαντες, ἄπρακτον ἔσχον τὴν ἐπιβολήν. Τοὺς δὲ ἡγεμόνας τῆς φρουρᾶς τρεῖς ὄντας μετέστησαν εἰς κρίσιν, καὶ τοὺς μὲν δύο κατεδίκασαν θανάτῳ, τὸν μέντοι τρίτον τοσούτῳ πλήθει χρημάτων, ὥςτε μὴ δύνασθαι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοσαῦτα χρήματα ἐκτῖσαι. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀθηναῖοι μὲν ἐπανῆλθον εἰς τὴν πατρίδα, Θηβαῖοι δὲ Θεσπιὰς πολιορκήσαντες ἄπρακτον ἔσχον τὴν ἐπιβολήν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ῥωμαῖοι [μὲν] ἐπὶ ἀτελείᾳ πεντακοσίους ἀποίκους εἰς Σαρδωνίαν ἀπέστειλαν.

XXVIII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλίου Ῥωμαῖοι χιλιάρχους ἀντὶ τῶν ὑπάτων κατέστησαν τέτταρας, Λεύκιον Παπίριον, Μάρκον Πόπλιον, Τίτον Κορνήλιον, Κοίντιον Λεύκιον. Ἐπὶ δὲ τούτων, Λακεδαιμονίων ἐπταικότων περὶ τὰς Θήβας, οἱ μὲν Βοιωτοὶ θαῤῥήσαντες συνεστράφησαν, καὶ κοινὴν συμμαχίαν ποιησάμενοι, δύναμιν ἀξιόλογον συνεστήσαντο, προςδοκῶντες ἥξειν τοὺς Λακεδαιμονίους μεγάλαις δυνάμεσιν εἰς τὴν Βοιωτίαν. (2) Ἀθηναῖοι δὲ πρέσβεις τοὺς ἀξιολογωτάτους τῶν παρ' αὐτοῖς ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὰς ὑπὸ τοὺς Λακεδαιμονίους τεταγμένας πόλεις, παρακαλοῦντες ἀντέχεσθαι τῆς κοινῆς ἐλευθερίας. Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ μέγεθος τῆς περὶ αὐτοὺς δυνάμεως ὑπεροπτικῶς καὶ βαρέως ἦρχον τῶν ὑποτεταγμένων· διόπερ πολλοὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς τεταγμένων ἀπέκλινον πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. (3) Πρῶτοι δὲ πρὸς τὴν ἀπόστασιν ὑπήκουσαν Χῖοι καὶ Βυζάντιοι· καὶ μετὰ τούτους Ῥόδιοι καὶ Μυτιληναῖοι καὶ τῶν ἄλλων τινὲς νησιωτῶν· ἀεὶ δὲ μᾶλλον αὐξομένης τῆς τῶν Ἑλλήνων ὁρμῆς, πολλαὶ πόλεις προςέθεντο τοῖς Ἀθηναίοις. Ὁ δὲ δῆμος μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν συμμάχων εὐνοίᾳ, κοινὸν συνέδριον ἁπάντων τῶν συμμάχων συνεστήσαντο, καὶ συνέδρους ἀπέδειξαν ἑκάστης πόλεως. (4) Ἐτάχθη δ' ἀπὸ τῆς κοινῆς γνώμης τὸ μὲν συνέδριον ἐν ταῖς Ἀθήναις συνεδρεύειν, πόλιν δὲ ἐπ' ἴσης καὶ μεγάλην καὶ μικρὰν μιᾶς ψήφου κυρίαν εἶναι, πάσας δ' ὑπάρχειν αὐτονόμους, ἡγεμόσι χρωμένας Ἀθηναίοις. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τὴν ὁρμὴν τῶν πόλεων ὁρῶντες ἀκατάσχετον οὖσαν πρὸς τὴν ἀπόστασιν, ὅμως πρεσβείαις καὶ λόγοις φιλανθρώποις, ἔτι δ' ἐπαγγελίαις εὐεργετικαῖς ἐφιλοτιμοῦντο διορθοῦσθαι τὰς ἀλλοτριότητας τῶν ἀνθρώπων. (5) Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῆς ἐποιοῦντο πολλὴν φροντίδα, προςδοκῶντες μέγαν καὶ πολυχρόνιον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὸν Βοιωτικὸν πόλεμον, συμμαχούντων τοῖς Θηβαίοις τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τῶν κοινωνούντων τοῦ συνεδρίου.

XXIX. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἄκορις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεύς, ἀλλοτρίως διακείμενος πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα, δυνάμεις ξενικὰς ἀξιολόγους ἤθροισε· μεγάλους γὰρ μισθοὺς τοῖς ὑπακούουσι προτιθείς, συχνοὺς δ' εὐεργετῶν, ταχὺ πολλοὺς ἔσχε τῶν Ἑλλήνων ὑπακούοντας πρὸς τὴν στρατείαν. (2) Οὐκ ἐχόντων δὲ στρατηγὸν ἀξιόχρεων, μετεπέμψατο Χαβρίαν

occasione propter adventum tardiorem e manibus elapsa, nihil isto conatu effecerunt. Tribus ergo præsidii ducibus in jus vocatis, duos capite condemnarunt: tertio tam grandem pecuniæ summam irrogavere, ut solvendo non esset. (4) Tum Athenienses in patriam redierunt, et Thebani obsidioni Thespiarum frustra operam insumsere. Interea quingentorum civium coloniam Romani in Sardiniam (*Satricum?*), ita ut a vectigalibus prorsum immunes essent, deduxerunt.

XXVIII. Post hæc Callia Athenis archonte, et quattuor tribunis militum consulari potestate rempublicam Romanam administrantibus, L. Papirio, M. Poplio, T. Cornelio, Q. Lucio (*A. Manlio, P. Cornelio, T. Quintio et Lucio?*), postquam Lacedæmonii ad Thebas offendissent, Bœoti receptis animis inter se conspirarunt, initaque belli societate, exercitum ingentem conflavere, quod jamjam Lacedæmonios cum magnis in Bœotiam copiis adventaturos præsagirent. (2) Athenienses etiam nobilissimorum apud se hominum legationem ad civitates Lacedæmoniis subjectas, hortatum, uti hanc libertatis communis occasionem ne negligant, ire jubent. Enimvero Lacedæmonii propter nimiam potentiæ suæ molem, superbe nec absque gravamine subditis dominabantur. Magna itaque horum pars ad Athenienses se applicabat. (3) Primi autem, qui in defectionem consentirent, Chii et Byzantini, et post hos Rhodii et Mytilenæi aliique nonnulli insularium fuerunt. Et quum jam motus ille Græcorum magis ac magis glisceret, multæ se urbes cum Atheniensibus conjunxerunt. Populus ergo, hac sociorum benevolentia excitatus, communem omnium, quibuscum sociale fœdus icerant, senatum instituit, in quo delecti ex unaquaque civitate consultarent. (4) Convenerat autem inter ipsos decreto communi, ut consessus ille Athenis haberetur, et cunctis ex æquo urbibus, magnæ sive parvæ essent, unius suffragii jus et potestas foret, et suam quæque jurisdictionem, sub Atheniensium tamen ductu, retineret. At Lacedæmonii, quamquam eum civitatibus defectionis impetum esse videbant, qui cohiberi amplius non posset, per legationes tamen sermonibus humanissimis et plenis beneficiorum pollicitationibus alienatos ab se hominum animos ad benevolentiam revocare apprime studebant. (5) Nec minus curæ in apparatus bellicos conferebant: siquidem Bœoticum hoc bellum ingens et diuturnum, quod Athenienses Græcique alii publici illius consilii participes vires cum Thebanis conjunxerant, sibi fore prævidebant.

XXIX. Dum hæc per Græciam aguntur, Ægyptiorum rex Acoris, inimicitias jam pridem cum rege Persarum exercens, magnas peregrinorum copias contrahebat. Quum enim larga iis, qui nomina darent, stipendia promitteret, plurimisque benefaceret, brevi tempore multos Græcorum, qui ad militiam se ejus aggregarent, habebat. (2) Sed quia idoneus illis dux non erat, Chabriam Atheniensem, virum

τὸν Ἀθηναῖον, ἄνδρα καὶ συνέσει στρατηγικῇ διάφορον καὶ δόξαν ἐπ' ἀρετῇ μεγάλην πεποιημένον. Οὗτος μὲν οὖν ἄνευ τῆς τοῦ δήμου γνώμης προςδεξάμενος τὴν στρατηγίαν, ἀφηγεῖτο τῶν κατ' Αἴγυπτον δυνάμεων, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς παρεσκευάζετο πολεμεῖν πρὸς τοὺς Πέρσας. (3) Φαρνάβαζος δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀναδεδειγμένος στρατηγὸς ἐπὶ τῆς Περσικῆς δυνάμεως, παρασκευὰς μεγάλας ἐποιήσατο τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων. Ἐξέπεμψε δὲ καὶ πρὸς Ἀθηναίους πρέσβεις, κατηγορῶν μὲν Χαβρίου, ὅτι τῶν Αἰγυπτίων ἡγούμενος ἀπαλλοτριοῖ τὴν τοῦ βασιλέως εὔνοιαν ἀπὸ τοῦ δήμου, παρακαλῶν δὲ στρατηγὸν Ἰφικράτην αὐτῷ δοῦναι. (4) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, σπεύδοντες τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν εἰς εὔνοιαν προαγαγέσθαι καὶ τὸν Φαρνάβαζον ἰδιοποιήσασθαι, ταχέως τόν τε Χαβρίαν ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψαντο καὶ τὸν Ἰφικράτην στρατηγὸν ἐξαπέστειλαν συμμαχήσοντα τοῖς Πέρσαις. (5) Τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίοις σπονδὰς πεποιημένοις ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις συνέβαινε μένειν τὴν εἰρήνην μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν. Μετὰ δὲ ταῦτα Σφοδριάδου τοῦ Σπαρτιάτου τεταγμένου μὲν ἐφ' ἡγεμονίας, φύσει δ' ὄντος μετεώρου καὶ προπετοῦς, ἔπεισεν αὐτὸν Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων ἄνευ τῆς γνώμης τῶν ἐφόρων καταλαβέσθαι τὸν Πειραιέα. Ὁ δὲ Σφοδριάδης ἔχων στρατιώτας πλείους τῶν μυρίων, ἐπεβάλετο μὲν τῆς νυκτὸς καταλαβέσθαι τὸν Πειραιέα· καταφανὴς δὲ γενόμενος Ἀθηναίοις καὶ διαμαρτὼν τῆς ἐπιβολῆς, ἄπρακτος ἐπανῆλθε. Κατηγορηθεὶς δ' ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ συναγωνιστὰς ἔχων τοὺς βασιλεῖς, ἀδίκως ἀπελύθη. (6) Διόπερ οἱ Ἀθηναῖοι χαλεπῶς φέροντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ἐψηφίσαντο λελύσθαι τὰς σπονδὰς ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Κρίναντες δὲ πολεμεῖν αὐτούς, στρατηγοὺς τρεῖς εἵλοντο τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν, Τιμόθεον καὶ Χαβρίαν καὶ Καλλίστρατον. Ἐψηφίσαντο δὲ στρατιώτας μὲν ὁπλίτας καταλέξαι δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους, ναῦς δὲ πληρῶσαι διακοσίας. Προςελάβοντο δὲ καὶ τοὺς Θηβαίους ἐπὶ τὸ κοινὸν συνέδριον ἐπὶ τοῖς ἴσοις πᾶσιν. (7) Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ τὰς γενομένας κληρουχίας ἀποκαταστῆσαι τοῖς πρότερον κυρίοις γεγονόσι, καὶ νόμον ἔθεντο μηδένα τῶν Ἀθηναίων γεωργεῖν ἐκτὸς τῆς Ἀττικῆς. Διὰ δὲ ταύτης τῆς φιλανθρωπίας ἀνακτησάμενοι τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὔνοιαν, ἰσχυροτέραν ἐποιήσαντο τὴν ἰδίαν ἡγεμονίαν.

XXX. Πολλαὶ μὲν οὖν καὶ τῶν ἄλλων πόλεων διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν προεκλήθησαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἀποκλῖναι, πρῶται δὲ καὶ προθυμότατα συνεμάχησαν αἱ κατὰ τὴν Εὔβοιαν οἰκοῦσαι χωρὶς Ἑστιαίας· αὕτη γὰρ εὐεργετημένη ὑπὸ Λακεδαιμονίων μεγάλα, πεπολεμημένη δὲ δεινῶς ὑπὸ Ἀθηναίων, εὐλόγως πρὸς μὲν Ἀθηναίους ἀδιάλυτον ἐφύλαττε τὴν ἔχθραν, πρὸς δὲ τοὺς Σπαρτιάτας βεβαιοτάτην πίστιν διεφύλαττεν. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς συμ-

et imperatoria sollertia præsignem et præclaram virtute sua gloriam adeptum, arcessivit. Hic, licet absque populi consensu id fieret, imperatoris munere suscepto, copiis in Ægypto præerat, magnoque ad bellum gerendum cum Persis studio se præparabat. (3) Pharnabazus autem, summus Persicarum copiarum dux a rege declaratus, quum ingentes eorum, quæ ad bellum necessaria sunt, apparatus fecisset, nuntiis Athenas missis, Chabriam criminabatur, quod Ægyptiis ducem se præbendo benevolentiam regis a populo alienaret: inde rogabat, ut Iphicratem sibi ducem adjungerent. (4) Athenienses igitur, quibus hoc inprimis curæ erat, ut regis Persarum benevolentiam sibi conciliarent et Pharnabazum suis commodis addictum haberent, sine mora Chabriam ex Ægypto revocant, et Iphicrati Persis auxiliandi negotium imponunt. (5) Pacis inter se fœdus superioribus annis a Lacedæmoniis et Atheniensibus factum ad hæc usque tempora perduravit. Jam vero quum Sphodriades a Spartanis suis ad imperium militare evectus esset, homo elati præcipitisque ingenii, a Cleombroto Lacedæmoniorum rege instigabatur, ut sine ephororum consensu Piræeum occuparet. Decies mille igitur et amplius armatis instructus noctu Piræeum invadendo capere nititur: sed fraude Atheniensibus detecta, frustra rem molitus re infecta recessit. Quamquam vero ob hanc temeritatem ad Spartanorum senatum deferebatur, tamen, quia reges patronos causæ suæ habebat, præter jus absolutus est. (6) Hæc ergo injuria quum permolesta Atheniensibus accideret, publicum fit decretum, rupto jam manifesto a Lacedæmoniis fœdere, injuriam bello vindicandam esse. Ducibus itaque, quos inter cives habebant nobilissimos, Timotheo et Chabria cumque his Callistrato, ad militiam hanc creatis, ut vicesies mille gravis armaturæ pedites et quingentos equites sibi deligerent, navesque ducentas implerent, populiscito mandatum fuit. Thebanos insuper in senatum illum publicum iisdem, quibus ceteros, conditionibus cooptarunt. (7) Communibus etiam suffragiis comprobarunt, ut agri per sortitionem occupati dominis antiquis restituantur; et lex perrogatur, ut Atheniensium nemo extra Atticam agri colendi jus habeat. Hac demum humanitate pristinam Græcorum benevolentiam sibi recuperant; hac ipsa imperium sibi denuo confirmant.

XXX. Hæc tandem causa multas insuper alias Græciæ civitates impulit, ut in Atheniensium partes transirent. Primæ autem Euboææ urbes, summa animorum propensione Atheniensium militiæ se adjunxere, Hestiæa tantum excepta. Hæc enim, quod magnis a Lacedæmoniorum gente beneficiis cumulata, et contra ab Atheniensi populo armis gravissime infestata esset, implacabile erga hos odium, et stabilem societatis fidem erga illos merito retinebat. (2) Septuaginta igitur civitates in hoc fœdus coiverunt, quæ

μαχίαν συνέβησαν ἑβδομήκοντα πόλεις καὶ μετέσχον ἐπ' ἴσης τοῦ κοινοῦ συνεδρίου· διὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἀεὶ μᾶλλον τῆς δυνάμεως αὐξομένης, τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις ταπεινουμένης, ἐφάμιλλον τὴν ἰσχὺν τῶν πόλεων συνέβαινε γίνεσθαι. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, τῶν πραγμάτων αὐτοῖς κατὰ νοῦν προχωρούντων, δύναμιν ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Εὔβοιαν τὴν παραφυλάξουσαν μὲν τοὺς συμμάχους, καταπολεμήσουσαν δὲ τοὺς ἐναντίους. (3) Κατὰ δὲ τὴν Εὔβοιαν βραχὺ μὲν πρὸ τούτων τῶν χρόνων Νεογένης τις ὄνομα μετ' Ἰάσονος τοῦ Φεραίου συλλέξας στρατιώτας, κατελάβετο τήν τε ἀκρόπολιν τῶν Ἑστιαιέων, καὶ τύραννον ἑαυτὸν ἀπέδειξε ταύτης τῆς χώρας καὶ τῆς τῶν Ὠρειτῶν πόλεως. Ἄρχοντος δ' αὐτοῦ βιαίως καὶ ὑπερηφάνως, Λακεδαιμόνιοι Θηριππίδαν ἀπέστειλαν ἐπ' αὐτόν. (4) Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει λόγοις * τὸν τύραννον ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως· ὡς δ' οὐ προςεῖχε, παρακαλέσας τοὺς ἐγχωρίους πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπολιόρκησε τὸ χωρίον, καὶ τοῖς Ὠρείταις τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησε. Δι' ἣν αἰτίαν οἱ τὴν Ἑστιαιέων καλουμένην χώραν οἰκοῦντες οἰκείως διετέθησαν πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας, καὶ βεβαίως ἐτήρουν τὴν φιλίαν. (5) Τῆς δ' ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεμφθείσης δυνάμεως ἡγούμενος Χαβρίας ἐπόρθησε τὴν Ἑστιαιῶτιν χώραν, καὶ τὴν καλουμένην μὲν Μητρόπολιν, κειμένην δ' ἐπί τινος ἐρυμνοῦ λόφου, τειχίσας, ἀπέλιπεν ἐν αὐτῇ φρουράν, αὐτὸς δὲ ταῖς Κυκλάσι νήσοις ἐπιπλέων, προςηγάγετο Πεπάρηθον καὶ Σκίαθον καί τινας ἄλλας τεταγμένας ὑπὸ Λακεδαιμονίοις.

omnes pari conditione in consessu illo publico locum habebant. Quare dum vires Atheniensibus identidem magis accrescunt et Spartanis deminuuntur, evenit ut civitatum harum potentia iterum exæquaretur. Athenienses itaque, quibus ex animi sententia cuncta progressum habebant, armatorum manu in Eubœam trajiciunt, qua socios in officio continerent, et oppugnarent adversarios. (3) In hac insula paullo ante hæc tempora Neogenes quidam ab Iasone Pheræo adjutus cum militum manu arcem Hestiæensium subegerat et se manifesto pro tyranno tum hujus regionis, tum etiam Oritarum urbis gerebat. Sed quum violenter ac superbe imperaret, Therippidam Lacedæmonii in ipsum ducere jusserunt. (4) Hic initio verbis tyranno persuadere conatus fuerat, ut arce excederet : quum vero nihil apud eum obtineret, finitimis ad capessendam libertatem excitis, castellum expugnarat, suamque Oritis libertatem restituerat. Ob hanc igitur causam Hestiæensium regionem habitantes, bene erga Spartanos affecti, amicitiam cum ipsis firmiter colebant. (5) At dux Atheniensium Chabrias, cum adjuncta sibi manu Hestiæensium agros populatus, Metropolim, uti vocatur, in munito quodam colle sitam, muro cingit, præsidiumque in ea relinquit; ipse vero Cyclades insulas petens, Peparethum et Sciathum ac nonnullas alias Lacedæmoniis addictas in fidem suam adigit.

XXXI. Οἱ δὲ ὁρῶντες τὴν τῶν συμμάχων ὁρμὴν πρὸς τὴν ἀπόστασιν ἀκατάσχετον οὖσαν, ἐπαύσαντο τῆς προϋπαρχούσης βαρύτητος καὶ ταῖς πόλεσι φιλανθρώπως προσεφέροντο. Τοιαύταις δ' ὁμιλίαις καὶ εὐεργεσίαις χρησάμενοι, εὐνουστέρους ἅπαντας τοὺς συμμάχους κατεσκεύασαν. Ὁρῶντες δὲ τὸν πόλεμον αὐξόμενον καὶ πολλῆς ἐπιμελείας [ἐπι]δεόμενον, τάς τε ἄλλας παρασκευὰς ἐποιοῦντο φιλοτίμως καὶ τὴν διάταξιν καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν στρατιωτῶν καὶ λειτουργιῶν περιττότερον ἐξειργάσαντο. (2) Τάς τε γὰρ πόλεις καὶ τοὺς καταλεγομένους στρατιώτας εἰς τὸν πόλεμον διεῖλον εἰς δέκα μέρη· τούτων δὲ πρώτην ἐπεῖχον μερίδα Λακεδαιμόνιοι, δευτέραν δὲ καὶ τρίτην Ἀρκάδες, τετάρτην δ' Ἠλεῖοι, πέμπτην δ' Ἀχαιοί, καὶ τὴν μὲν ἕκτην ἐπλήρουν Κορίνθιοι καὶ Μεγαρεῖς, τὴν δ' ἑβδόμην Σικυώνιοι καὶ Φλιάσιοι καὶ οἱ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην οἰκοῦντες, τὴν δ' ὀγδόην Ἀκαρνᾶνες, ἐνάτην δὲ Φωκεῖς καὶ Λοκροί, τὴν δ' ἐπὶ πᾶσιν Ὀλύνθιοι καὶ οἱ ἐπὶ Θρᾴκης κατοικοῦντες σύμμαχοι. Ἦν δ' αὐτοῖς ὁ μὲν ὁπλίτης πρὸς δύο ψιλοὺς τεταγμένος, ὁ δ' ἱππεὺς πρὸς τέτταρας ὁπλίτας ἰσαζόμενος. (3) Τοιαύτης δὲ τῆς συντάξεως οὔσης, ἡγεῖτο τῆς στρατιᾶς Ἀγησίλαος ὁ βασιλεύς· περιβόητος δ' ἦν ἐν ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγικῇ συνέσει καὶ σχεδὸν ἀνίκητος γεγονὼς ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις. Ἔν τε γὰρ τοῖς λοιποῖς πολέμοις ἐθαυμάσθη, καὶ καθ' ὃν καιρὸν Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμουν τοῖς Πέρ-

XXXI. Lacedæmonii ergo, dum animos sociorum ad defectionem concitatos inhiberi non posse animadvertunt, abjecta, quam hactenus exercuerant, severitate, majori civitates humanitate complectuntur. Et hoc sane familiaritatis ac beneficentiæ studio, quidquid adhuc sociorum erat reliquum, ad majorem sibi benevolentiam adstringunt. Præterea quia bellum ingravescere multumque curæ deposcere sibi vident, quum in ceteros apparatus graviter incumbunt, tum et ordinem et distributionem militum et munerum publicorum accuratius constituunt. (2) Nam civitates auxiliares et delectos hinc ad bellum milites, in decem classes dividunt. Quarum primam ipsi Lacedæmonii obtinent, alteram et tertiam Arcades, quartam Elei, quintam Achæi, sextam Corinthii et Megarenses, septimam Sicyonii et Phliasii et Actes, quam vocant, accolæ, octavam Acarnanes, nonam Phocenses et Locri, ultimam tandem Olynthii et socii Thraciam incolentes explent. Ordinis autem hæc erat ratio, ut unus gravis armaturæ miles duorum velitum instar haberetur, eques vero quattuor armatos pedites adæquaret. (3) Exercitu ad hunc modum ordinato, imperium totius militiæ Agesilao regi committitur. Hic enim fortitudinis et sapientiæ imperatoriæ laude celebris, et tantum non ad hoc usque tempus invictus erat. Namque et in ceteris bellis summam sibi admirationem comparaverat, et quo tempore Lacedæmonii cum Persis bellum gerebant,

σαις, παραταξάμενος καὶ πολλαπλασίονα δύναμιν νικήσας, πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπῆλθε, κρατῶν τῶν ὑπαίθρων, καὶ πέρας, εἰ μὴ μετεπέμψαντο αὐτὸν οἱ Σπαρτιᾶται διά τινας πολιτικὰς χρείας, σχεδὸν ἂν καὶ τὴν ὅλην τῶν Περσῶν βασιλείαν εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους κατέστησεν. (4) Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος δραστικὸς καὶ μετὰ συνέσεως πολλῆς θρασὺς καὶ παραβόλοις πράξεσι χρώμενος. Διὸ καὶ τότε θεωροῦντες οἱ Σπαρτιᾶται τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου προςδεόμενον ἡγεμόνος ἀξιολόγου, τοῦτον τοῦ πολέμου παντὸς ἡγεμόνα κατέστησαν.

XXXII. Ὁ δ' Ἀγησίλαος προαγαγὼν τὴν δύναμιν, ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἔχων τοὺς σύμπαντας στρατιώτας πλείους τῶν μυρίων ὀκτακισχιλίων, ὧν ἦσαν Λακεδαιμονίων πέντε μόραι· τὴν δὲ μόραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. Ὁ δὲ Σκιρίτης καλούμενος λόχος παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίαν ἔχων σύστασιν μετὰ τοῦ βασιλέως ἵσταται, καὶ παραβοηθεῖ τοῖς ἀεὶ θλιβομένοις μέρεσι· συνεστὼς δ' ἐξ ἐπιλέκτων ἀνθρώπων, μεγάλας ποιεῖται ῥοπὰς ἐν ταῖς παρατάξεσι καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αἴτιος γίνεται τῆς νίκης. Ἱππεῖς δ' εἶχεν ὁ Ἀγησίλαος χιλίους καὶ πεντακοσίους. (2) Οὗτος μὲν οὖν παραγενόμενος εἰς πόλιν Θεσπιάς, φρουρουμένην ὑπὸ Λακεδαιμονίων, πλησίον ταύτης κατεστρατοπέδευσε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐφ' ἡμέρας τινὰς ἀνελάμβανεν ἐκ τῆς κακοπαθείας. Ἀθηναῖοι δὲ πυθόμενοι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων παρουσίαν εἰς τὴν Βοιωτίαν, εὐθὺς ἐβοήθουν εἰς τὰς Θήβας, ἔχοντες πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. (3) Τούτων δὲ τῶν δυνάμεων ἀθροισθεισῶν εἰς ἕνα τόπον, οἱ μὲν Θηβαῖοι λόφον τινὰ κατελάβοντο παραμήκη, σταδίους ἀπέχοντα τῆς πόλεως εἴκοσι, καὶ πρόβλημα ποιησάμενοι τὰς δυσχωρίας, ἀνέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον· τὴν γὰρ Ἀγησιλάου δόξαν καταπεπληγμένοι, τὸν ἐν τοῖς πεδίοις ἐξ ἴσου κίνδυνον ὑπομένειν εὐλαβοῦντο. (4) Ὁ δ' Ἀγησίλαος συντεταγμένῃ τῇ δυνάμει προάγων ἐπὶ τοὺς Βοιωτούς, ὡς ἤγγισε τοῖς πολεμίοις, τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ψιλοὺς ἐπαφῆκε τοῖς ἐναντίοις, πειρώμενος πῶς ἔχουσι πρὸς τὴν μάχην. Ἀποκρουσαμένων δὲ αὐτοὺς τῶν Θηβαίων ῥᾳδίως ἐκ τόπων ὑπερδεξίων, ἐπήγαγε πᾶσαν ἐπ' αὐτοὺς τὴν δύναμιν συντεταγμένην καταπληκτικῶς. (5) Χαβρίας δ' ὁ Ἀθηναῖος τῶν μισθοφόρων ἀφηγούμενος παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις δέχεσθαι τοὺς πολεμίους καταπεφρονηκότως ἅμα καὶ ἐν τῇ τάξει μένοντας, καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας ἐν ὀρθῷ τῷ δόρατι μένειν. (6) Ὧν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς παρακελεύσματος, ὁ Ἀγησίλαος θαυμάσας τήν τε εὐταξίαν τῶν πολεμίων καὶ τὴν καταφρόνησιν, τὸ μὲν βιάζεσθαι πρὸς ὑπερδεξίους τόπους καὶ συναναγκάζειν τοὺς ἐναντίους ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι πρὸς τὸν ἐκ χειρὸς κίνδυνον οὐκ ἔκρινε, πεῖραν δὲ λαβὼν ὅτι τολμήσουσιν ἀναγκαζόμενοι διαγωνίζεσθαι περὶ τῆς νίκης, ἐν τῷ πεδίῳ προεκαλεῖτο. Οὐ συγκαταβαινόντων δὲ τῶν Θη-

acie cum longe majoribus copiis congressus, victor exstiterat, et quæcunque sub dio erant in potestate habens, magnum Asiæ tractum pervaserat: denique; si ob urgentem domi necessitatem Spartani eum non revocassent, parum aberat quin toti Persarum regno extremum periculum attulisset. (4) Erat quippe vir ille ad res gerendas acer et cum prudentia audax, et mira dexteritate res difficiles exsequebatur. Idcirco tunc etiam, quum belli molem egregium sibi ducem postulare Spartani viderent, hunc totius militiæ caput esse jusserunt.

XXXII. Promotis ergo castris, Agesilaus in Bœotiam adscendit, plures quam duodeviginti millia in universum sub vexillis ducens, inter quos quinque Lacedæmoniorum tribus erant; tribus autem quingentis viris constat. Sciritarum (ut nuncupatur) apud Lacedæmonios cohors aliis non accensetur, sed proprium sibi vindicans locum regem circumstat, et semper iis partibus, quæ premuntur, succurrit; et quia ex omnium selectissimis centuriata est, ingens in acie momentum facit; et utplurimum victoriam efficit. Ultra peditatum illum equites Agesilao erant mille et quingenti. (2) Is, postquam ad Thespiarum urbem accessit, quam Lacedæmonii præsidio tutabantur, castra prope metatur, ut milites longi itineris molestia defessi vires repararent. Tum Athenienses, Lacedæmoniorum adventu in Bœotiam cognito, auxilia confestim Thebas mittunt, quæ quinquies mille peditibus et ducentis equitibus constabant. (3) His copiis in unum locum congregatis, Thebani collem quendam longissimo jugo porrectum (viginti ille stadiis ab urbe dissitus erat) occupant, et difficultate loci pro munimento usi, hostis accessum præstolantur. Quum enim Agesilai gloria terrorem ipsis injecisset, in plano æqualis pugnæ discrimen subire verebantur. (4) Is ergo, instructo cum agmine in Bœotos movens, quum primum hosti propinquavit, ut, quo ad pugnam animo essent, periculum faceret, velites in eos dimisit. Quos quum facile ex locis editioribus Thebani repulissent, totum in eos agmen ad terrorem incutiendum instructum duxit. (5) Tum Chabrias Atheniensis, stipendia facientium ductor, militibus imperat, ut contemtim hostes excipiant, et servatis ordinibus, clypeisque ad genua demissis, persistant, et projectas hosti lanceas ostentent. (6) Id quum ad unum velut hortatum milites continuo exsequerentur, Agesilaus tum concinnum ordinem tum contemtum simul hostium admiratus, vi in ardua conniti et adversarios cogere, ut consertis manibus viros se fortes præstarent, non tutum existimabat, exploratum jam habens, quod, si violentius urgerentur, de palma decertaturi essent. Ideoque, ut in planum descenderent, eos provocabat. At quum

μαχίαν συνέβησαν ἑβδομήκοντα πόλεις καὶ μετέσχον ἐπ' ἴσης τοῦ κοινοῦ συνεδρίου· διὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἀεὶ μᾶλλον τῆς δυνάμεως αὐξομένης, τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις ταπεινουμένης, ἐφάμιλλον τὴν ἰσχὺν τῶν πόλεων συνέβαινε γίνεσθαι. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, τῶν πραγμάτων αὐτοῖς κατὰ νοῦν προχωρούντων, δύναμιν ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Εὔβοιαν τὴν παραφυλάξουσαν μὲν τοὺς συμμάχους, καταπολεμήσουσαν δὲ τοὺς ἐναντίους. (2) Κατὰ δὲ τὴν Εὔβοιαν βραχὺ μὲν πρὸ τούτων τῶν χρόνων Νεογένης τις ὄνομα μετ' Ἰάσονος τοῦ Φεραίου συλλέξας στρατιώτας, κατελάβετο τήν τε ἀκρόπολιν τῶν Ἑστιαιέων, καὶ τύραννον ἑαυτὸν ἀπέδειξε ταύτης τῆς χώρας καὶ τῆς τῶν Ὠρειτῶν πόλεως. Ἄρχοντος δ' αὐτοῦ βιαίως καὶ ὑπερηφάνως, Λακεδαιμόνιοι Θηριππίδαν ἀπέστειλαν ἐπ' αὐτόν. (4) Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει λόγοις * τὸν τύραννον ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως· ὡς δ' οὐ προςεῖχε, παρακαλέσας τοὺς ἐγχωρίους πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπολιόρκησε τὸ χωρίον, καὶ τοῖς Ὠρείταις τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησε. Δι' ἣν αἰτίαν οἱ τὴν Ἑστιαιέων καλουμένην χώραν οἰκοῦντες οἰκείως διετέθησαν πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας, καὶ βεβαίως ἐτήρουν τὴν φιλίαν. (5) Τῆς δ' ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεμφθείσης δυνάμεως ἡγούμενος Χαβρίας ἐπόρθησε τὴν Ἑστιαιῶτιν χώραν, καὶ τὴν καλουμένην μὲν Μητρόπολιν, κειμένην δ' ἐπί τινος ἐρυμνοῦ λόφου, τειχίσας, ἀπέλιπεν ἐν αὐτῇ φρουράν, αὐτὸς δὲ ταῖς Κυκλάσι νήσοις ἐπιπλέων, προςηγάγετο Πεπάρηθον καὶ Σκίαθον καί τινας ἄλλας τεταγμένας ὑπὸ Λακεδαιμονίοις.

XXXI. Οἱ δὲ ὁρῶντες τὴν τῶν συμμάχων ὁρμὴν πρὸς τὴν ἀπόστασιν ἀκατάσχετον οὖσαν, ἐπαύσαντο τῆς προϋπαρχούσης βαρύτητος καὶ ταῖς πόλεσι φιλανθρώπως προσεφέροντο. Τοιαύταις δ' ὁμιλίαις καὶ εὐεργεσίαις χρησάμενοι, εὐνουστέρους ἅπαντας τοὺς συμμάχους κατεσκεύασαν. Ὁρῶντες δὲ τὸν πόλεμον αὐξόμενον καὶ πολλῆς ἐπιμελείας [ἐπι]δεόμενον, τάς τε ἄλλας παρασκευὰς ἐποιοῦντο φιλοτίμως καὶ τὴν διάταξιν καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν στρατιωτῶν καὶ λειτουργιῶν περιττότερον ἐξειργάσαντο. (2) Τάς τε γὰρ πόλεις καὶ τοὺς καταλεγομένους στρατιώτας εἰς τὸν πόλεμον διεῖλον εἰς δέκα μέρη· τούτων δὲ πρώτην ἐπεῖχον μερίδα Λακεδαιμόνιοι, δευτέραν δὲ καὶ τρίτην Ἀρκάδες, τετάρτην δ' Ἠλεῖοι, πέμπτην δ' Ἀχαιοί, καὶ τὴν μὲν ἕκτην ἐπλήρουν Κορίνθιοι καὶ Μεγαρεῖς, τὴν δ' ἑβδόμην Σικυώνιοι καὶ Φλιάσιοι καὶ οἱ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην οἰκοῦντες, τὴν δ' ὀγδόην Ἀκαρνᾶνες, ἐνάτην δὲ Φωκεῖς καὶ Λοκροί, τὴν δ' ἐπὶ πᾶσιν Ὀλύνθιοι καὶ οἱ ἐπὶ Θρᾴκης κατοικοῦντες σύμμαχοι. Ἦν δ' αὐτοῖς ὁ μὲν ὁπλίτης πρὸς δύο ψιλοὺς τεταγμένος, ὁ δ' ἱππεὺς πρὸς τέτταρας ὁπλίτας ἰσαζόμενος. (3) Τοιαύτης δὲ τῆς συντάξεως οὔσης, ἡγεῖτο τῆς στρατιᾶς Ἀγησίλαος ὁ βασιλεύς· περιβόητος δ' ἦν ἐν ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγικῇ συνέσει καὶ σχεδὸν ἀνίκητος γεγονὼς ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις. Ἔν τε γὰρ τοῖς λοιποῖς πολέμοις ἐθαυμάσθη, καὶ καθ' ὃν καιρὸν Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμουν τοῖς Πέρ-

omnes pari conditione in consessu illo publico locum habebant. Quare dum vires Atheniensibus identidem magis accrescunt et Spartanis deminuuntur, evenit ut civitatum harum potentia iterum exæquaretur. Athenienses itaque, quibus ex animi sententia cuncta progressum habebant, armatorum manu in Eubœam trajiciunt, qua socios in officio continerent, et oppugnarent adversarios. (3) In hac insula paullo ante hæc tempora Neogenes quidam ab Iasone Pheræo adjutus cum militum manu arcem Hestiæensium subegerat et se manifesto pro tyranno tum hujus regionis, tum etiam Oritarum urbis gerebat. Sed quum violenter ac superbe imperaret, Therippidam Lacedæmonii in ipsum ducere jusserunt. (4) Hic initio verbis tyranno persuadere conatus fuerat, ut arce excederet : quum vero nihil apud eum obtineret, finitimis ad capessendam libertatem excitis, castellum expugnarat, suamque Oritis libertatem restituerat. Ob hanc igitur causam Hestiæensium regionem habitantes, bene erga Spartanos affecti, amicitiam cum ipsis firmiter colebant. (5) At dux Atheniensium Chabrias, cum adjuncta sibi manu Hestiæensium agros populatus, Metropolim, uti vocatur, in munito quodam colle sitam, muro cingit, præsidiumque in ea relinquit; ipse vero Cyclades insulas petens, Peparethum et Sciathum ac nonnullas alias Lacedæmoniis addictas in fidem suam adigit.

XXXI. Lacedæmonii ergo, dum animos sociorum ad defectionem concitatos inhiberi non posse animadvertunt, abjecta, quam hactenus exercuerant, severitate, majori civitates humanitate complectuntur. Et hoc sane familiaritatis ac beneficentiæ studio, quidquid adhuc sociorum erat reliquum, ad majorem sibi benevolentiam adstringunt. Præterea quia bellum ingravescere multumque curæ deposcere sibi vident, quum in ceteros apparatus graviter incumbunt, tum et ordinem et distributionem militum et munerum publicorum accuratius constituunt. (2) Nam civitates auxiliares et delectos hinc ad bellum milites, in decem classes dividunt. Quarum primam ipsi Lacedæmonii obtinent, alteram et tertiam Arcades, quartam Elei, quintam Achæi, sextam Corinthii et Megarenses, septimam Sicyonii et Phliasii et Actes, quam vocant, accolæ, octavam Acarnanes, nonam Phocenses et Locri, ultimam tandem Olynthii et socii Thraciam incolentes explent. Ordinis autem hæc erat ratio, ut unus gravis armaturæ miles duorum velitum instar haberetur, eques vero quattuor armatos pedites adæquaret. (3) Exercitu ad hunc modum ordinato, imperium totius militiæ Agesilao regi committitur. Hic enim fortitudinis et sapientiæ imperatoriæ laude celebris, et tantum non ad hoc usque tempus invictus erat. Namque et in ceteris bellis summam sibi admirationem comparaverat, et quo tempore Lacedæmonii cum Persis bellum gerebant,

σαις, παραταξάμενος καὶ πολλαπλασίονα δύναμιν νικήσας, πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπῆλθε, κρατῶν τῶν ὑπαίθρων, καὶ πέρας, εἰ μὴ μετεπέμψαντο αὐτὸν οἱ Σπαρτιᾶται διά τινας πολιτικὰς χρείας, σχεδὸν ἂν καὶ τὴν ὅλην τῶν Περσῶν βασιλείαν εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους κατέστησεν. (4) Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος δραστικὸς καὶ μετὰ συνέσεως πολλῆς θρασὺς καὶ παραβόλοις πράξεσι χρώμενος. Διὸ καὶ τότε θεωροῦντες οἱ Σπαρτιᾶται τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου προςδεόμενον ἡγεμόνος ἀξιολόγου, τοῦτον τοῦ πολέμου παντὸς ἡγεμόνα κατέστησαν.

XXXII. Ὁ δ' Ἀγησίλαος προαγαγὼν τὴν δύναμιν, ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἔχων τοὺς σύμπαντας στρατιώτας πλείους τῶν μυρίων ὀκτακισχιλίων, ὧν ἦσαν Λακεδαιμονίων πέντε μόραι· τὴν δὲ μόραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. Ὁ δὲ Σκιρίτης καλούμενος λόχος παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίαν ἔχων σύστασιν μετὰ τοῦ βασιλέως ἵσταται, καὶ παραβοηθεῖ τοῖς ἀεὶ θλιβομένοις μέρεσι· συνεστὼς δ' ἐξ ἐπιλέκτων ἀνθρώπων, μεγάλας ποιεῖται ῥοπὰς ἐν ταῖς παρατάξεσι καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αἴτιος γίνεται τῆς νίκης. Ἱππεῖς δ' εἶχεν ὁ Ἀγησίλαος χιλίους καὶ πεντακοσίους. (2) Οὗτος μὲν οὖν παραγενόμενος εἰς πόλιν Θεσπιάς, φρουρουμένην ὑπὸ Λακεδαιμονίων, πλησίον ταύτης κατεστρατοπέδευσε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐφ' ἡμέρας τινὰς ἀνελάμβανεν ἐκ τῆς κακοπαθείας. Ἀθηναῖοι δὲ πυθόμενοι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων παρουσίαν εἰς τὴν Βοιωτίαν, εὐθὺς ἐβοήθουν εἰς τὰς Θήβας, ἔχοντες πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. (3) Τούτων δὲ τῶν δυνάμεων ἀθροισθεισῶν εἰς ἕνα τόπον, οἱ μὲν Θηβαῖοι λόφον τινὰ κατελάβοντο παραμήκη, σταδίους ἀπέχοντα τῆς πόλεως εἴκοσι, καὶ πρόβλημα ποιησάμενοι τὰς δυςχωρίας, ἀνέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον· τὴν γὰρ Ἀγησιλάου δόξαν καταπεπληγμένοι, τὸν ἐν τοῖς πεδίοις ἐξ ἴσου κίνδυνον ὑπομένειν εὐλαβοῦντο. (4) Ὁ δ' Ἀγησίλαος συντεταγμένῃ τῇ δυνάμει προάγων ἐπὶ τοὺς Βοιωτούς, ὡς ἤγγισε τοῖς πολεμίοις, τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ψιλοὺς ἐπαφῆκε τοῖς ἐναντίοις, πειρώμενος πῶς ἔχουσι πρὸς τὴν μάχην. Ἀποκρουσαμένων δὲ αὐτοὺς τῶν Θηβαίων ῥᾳδίως ἐκ τόπων ὑπερδεξίων, ἐπήγαγε πᾶσαν ἐπ' αὐτοὺς τὴν δύναμιν συντεταγμένην καταπληκτικῶς. (5) Χαβρίας δ' ὁ Ἀθηναῖος τῶν μισθοφόρων ἀφηγούμενος παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις δέχεσθαι τοὺς πολεμίους καταπεφρονηκότως ἅμα καὶ ἐν τῇ τάξει μένοντας, καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας ἐν ὀρθῷ τῷ δόρατι μένειν. (6) Ὧν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς παρακελεύσματος, ὁ Ἀγησίλαος θαυμάσας τήν τε εὐταξίαν τῶν πολεμίων καὶ τὴν καταφρόνησιν, τὸ μὲν βιάζεσθαι πρὸς ὑπερδεξίους τόπους καὶ συναναγκάζειν τοὺς ἐναντίους ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι πρὸς τὸν ἐκ χειρὸς κίνδυνον οὐκ ἔκρινε, πεῖραν δὲ λαβὼν ὅτι τολμήσουσιν ἀναγκαζόμενοι διαγωνίζεσθαι περὶ τῆς νίκης, ἐν τῷ πεδίῳ προεκαλεῖτο. Οὐ συγκαταβαινόντων δὲ τῶν Θη-

acie cum longe majoribus copiis congressus, victor exstiterat, et quæcunque sub dio erant in potestate habens, magnum Asiæ tractum pervaserat: denique; si ob urgentem domi necessitatem Spartani eum non revocassent, parum aberat quin toti Persarum regno extremum periculum attulisset. (4) Erat quippe vir ille ad res gerendas acer et cum prudentia audax, et mira dexteritate res difficiles exsequebatur. Idcirco tunc etiam, quum belli molem egregium sibi ducem postulare Spartani viderent, hunc totius militiæ caput esse jusserunt.

XXXII. Promotis ergo castris, Agesilaus in Bœotiam adscendit, plures quam duodeviginti millia in universum sub vexillis ducens, inter quos quinque Lacedæmoniorum tribus erant; tribus autem quingentis viris constat. Sciritarum (ut nuncupatur) apud Lacedæmonios cohors aliis non accensetur, sed proprium sibi vindicans locum regem circumstat, et semper iis partibus, quæ premuntur, succurrit; et quia ex omnium selectissimis centuriata est, ingens in acie momentum facit; et utplurimum victoriam efficit. Ultra peditatum illum equites Agesilao erant mille et quingenti. (2) Is, postquam ad Thespiarum urbem accessit, quam Lacedæmonii præsidio tutabantur, castra prope metatur, ut milites longi itineris molestia defessi vires repararent. Tum Athenienses, Lacedæmoniorum adventu in Bœotiam cognito, auxilia confestim Thebas mittunt, quæ quinquies mille peditibus et ducentis equitibus constabant. (3) His copiis in unum locum congregatis, Thebani collem quendam longissimo jugo porrectum (viginti ille stadiis ab urbe dissitus erat) occupant, et difficultate loci pro munimento usi, hostis accessum præstolantur. Quum enim Agesilai gloria terrorem ipsis injecisset, in plano æqualis pugnæ discrimen subire verebantur. (4) Is ergo, instructo cum agmine in Bœotos movens, quum primum hosti propinquavit, ut, quo ad pugnam animo essent, periculum faceret, velites in eos dimisit. Quos quum facile ex locis editioribus Thebani repulissent, totum in eos agmen ad terrorem incutiendum instructum duxit. (5) Tum Chabrias Atheniensis, stipendia facientium ductor, militibus imperat, ut contemtim hostes excipiant, et servatis ordinibus, clypeisque ad genua demissis, persistant, et projectas hosti lanceas ostentent. (6) Id quum ad unum velut hortatum milites continuo exsequerentur, Agesilaus tum concinnum ordinem tum contemtum simul hostium admiratus, vi in ardua conniti et adversarios cogere, ut consertis manibus viros se fortes præstarent, non tutum existimabat, exploratum jam habens, quod, si violentius urgerentur, de palma decertaturi essent. Ideoque, ut in planum descenderent, eos provocabat. At quum

βαίων, τὴν μὲν φάλαγγα τῶν πεζῶν ἀπήγαγε, τοὺς δ' ἱππεῖς καὶ τὰ ψιλικὰ τῶν ταγμάτων ἐξαποστείλας, ἐπόρθησε τὴν χώραν ἀδεῶς, καὶ πολλῶν λαφύρων ἐγκρατὴς ἐγένετο.

XXXIII. Οἱ δὲ συνόντες τῷ Ἀγησιλάῳ Σπαρτιᾶται σύμβουλοι καὶ οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες ἐθαύμαζον πῶς δραστικὸς εἶναι δοκῶν ὁ Ἀγησίλαος καὶ μείζονα καὶ δυναμικωτέραν ἔχων τὴν δύναμιν, οὐ διηγωνίσατο πρὸς τοὺς πολεμίους. Πρὸς οὓς ὁ Ἀγησίλαος ἀπεκρίθη, νῦν μὲν ἀκινδύνως τοὺς Λακεδαιμονίους νενικηκέναι· πορθουμένῃ γὰρ τῇ χώρᾳ μὴ τετολμηκέναι τοὺς Βοιωτοὺς βοηθῆσαι· εἰ δ' αὐτῶν τῶν πολεμίων παρακεχωρηκότων τῆς νίκης, ἐβιάσατο τοὺς πολεμίους ὑπομένειν τὸ δεινόν, ἴσως ἂν διὰ τὸ παράλογον τῆς τύχης ἐδύναντο καὶ πταῖσαι κατὰ τὸν κίνδυνον οἱ Λακεδαιμόνιοι. (2) Τότε μὲν οὖν διὰ τῆς ἀποκρίσεως ταύτης ἔδοξε μετρίως κατεστοχάσθαι τὸ δυνάμενον ἀποβῆναι, ὕστερον δὲ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδοξεν οὐχ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῶν τινα χρησμὸν εἰρηκέναι. Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι μετὰ πολλῆς δυνάμεως στρατεύσαντες ἐπὶ Θηβαίους, καὶ συναναγκάσαντες αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίσασθαι, μεγάλῃ συμφορᾷ περιέπεσον. (3) Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐν Λεύκτροις ἡττηθέντες πολλοὺς ἀπώλεσαν τῶν πολιτῶν, ἐν οἷς καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Κλεόμβροτος ἔπεσε· μετὰ δὲ ταῦτα περὶ Μαντίνειαν πολεμήσαντες τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀνελπίστως ἀπέβαλον. Ἀγαθὴ γὰρ ἡ τύχη τοὺς μέγα φρονοῦντας παραδόξως σφῆλαι καὶ διδάξαι μηδὲν ἄγαν κατελπίζειν. Ὁ δ' οὖν Ἀγησίλαος ἐχεφρόνως ἀρκεσθεὶς τῷ πρώτῳ προτερήματι, τὴν δύναμιν ἀσινῆ διεφύλαξε. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀγησίλαος μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Πελοπόννησον, οἱ δὲ Θηβαῖοι διὰ τὴν Χαβρίου στρατηγίαν σωθέντες, ἐθαύμασαν τἀνδρὸς τὴν ἐν τῷ στρατηγήματι ἀγχίνοιαν. Ὁ δὲ Χαβρίας, πολλῶν καὶ καλῶν αὐτῷ πεπραγμένων κατὰ πόλεμον, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα ἐσεμνύνετο τῷ στρατηγήματι, καὶ τὰς εἰκόνας τὰς ὑπὸ τοῦ δήμου δοθείσας αὐτῷ καθίστανεν ἐχούσας τοῦτο τὸ σχῆμα. (5) Οἱ δὲ Θηβαῖοι μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τὴν Ἀγησιλάου στρατεύσαντες ἐπὶ Θεσπιάς, τὴν μὲν προφυλακὴν οὖσαν ἀνδρῶν διακοσίων ἀνεῖλον, τῇ δὲ πόλει προσβολὰς συνεχεῖς ποιούμενοι, καὶ μηδὲν ἀξιόλογον πράξαντες, ἀπῆγον τὴν δύναμιν εἰς τὰς Θήβας. (6) Φοιβίδας δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἀξιόλογον φρουρὰν ἐν ταῖς Θεσπιαῖς ἔχων, ἐκχυθεὶς ἐκ τῆς πόλεως καὶ προπετῶς τοῖς ἀποχωροῦσι Θηβαίοις ἐπιθέμενος, τῶν μὲν στρατιωτῶν ἀπέβαλε πλείους τῶν πεντακοσίων, αὐτὸς δὲ λαμπρῶς ἀγωνισάμενος καὶ πολλοῖς ἐναντίοις τραύμασι περιπεσών, ἡρωικῶς κατέστρεψε τὸν βίον.

XXXIV. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον χρόνῳ πάλιν τῶν Λακεδαιμονίων τῇ αὐτῇ δυνάμει στρατευσάντων ἐπὶ τὰς Θήβας, οἱ μὲν Θηβαῖοι δυσχωρίας τινὰς ἑτέρας καταλαμβανόμενοι, διεκώλυον μὲν τοὺς πολεμίους λεηλατεῖν τὴν χώραν, κατὰ στόμα δὲ πρὸς ἅπασαν τὴν δύ-

se loco non commoverent, peditum inde phalangem abduxit, et equitatu cum levis armaturæ militibus dimisso, agros secure vastavit: unde magna spoliorum vis ad ipsum redibat.

XXXIII. Consiliariis autem, qui cum Agesilao erant, ordinumque ductoribus mirum id videbatur, quod Agesilaus pro strenuo hactenus bellatore habitus et longe majore ac validiore exercitu instructus, prœlio tamen non disceptasset. His id responsi Agesilaus dedit: Nunc sine ullo discrimine Lacedæmonios vicisse, dum ad propulsandam agrorum vastationem Bœoti excurrere ausi non fuerint; si vero post ultro concessam ab ipsis victoriam, ad subeundum eos pugnæ discrimen coegisset, per incertos fortunæ casus fieri potuisse etiam hoc, ut in prœlio cladem acciperent Lacedæmonii. (2) Hoc vir ille responso tunc quidem mediocriter eventum conjectasse visus est: at effectus postea arguit, non humanam ab eo vocem, sed dei quasi oraculum tunc prolatum fuisse. Enimvero Lacedæmonii brevi post, quum numerosissimis Thebanos copiis aggressi pro libertate certamen inire coegissent, ingentibus se calamitatibus involverunt. (3) Primo namque in Leuctris devicti ingentem civium suorum jacturam fecere, inter quos ipse etiam rex Cleombrotus occubuit; post ad Mantineam belligerantes capite ipso offenderunt, et, quod nemo putasset, imperium Græciæ perdidere. In hoc enim præcipue vires exserit fortuna, ut nimium elatos opinione celerius evertat, et spes non supra modum extendendas esse doceat. Quamobrem Agesilaus prudenter fecit, quod priore illo successu contentus, absque ullo detrimento exercitum conservavit. (4) Exinde copias suas Agesilaus in Peloponnesum reduxit. Thebani vero Chabriæ ductu e periculo tum erepti, acutum viri strategema admiratione prosecuti sunt. Qui, licet multa in bellis præclara gessisset, hoc ipsum tamen imperatoriæ artis commentum præ ceteris magnificum esse volebat, adeo ut donatas populi favore statuas ad eundem gestum conformandas curaret. (5) Thebani, post Agesilai discessum infestis Thespias copiis adorti, excubias illarum (ducentos hæc milites habebant) occidunt. Inde crebris urbem assultibus impetentes, quum nihil opera dignum efficerent, Thebas cohortes suas reducere instituunt. (6) Tum Phœbidas Lacedæmonius, qui valido Thespias præsidio in tutela habebat, ex urbe effusus, dum Thebanos recedentes nimis præcipitanter insequitur, amissis suorum plus quam quingentis, ipse insigniter prœliando et plurima exadversum vulnera accipiendo heroice vitam claudit.

XXXIV. Nec ita multo post quum denuo Lacedæmonii iisdem copiis expeditionem contra Thebas suscepissent, Thebani, aliis quibusdam locis, quæ difficilem habebant aditum, insessis, populationes quidem agrorum prohibebant, adversa tamen fronte cum toto hostium exercitu congredi in

LXII. Κατὰ δὲ τὴν Πελοπόννησον Λακεδαιμόνιοι μὲν Πολύτροπον στρατηγὸν ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, ἔχοντα πολιτικοὺς μὲν ὁπλίτας χιλίους, φυγάδας δ' Ἀργείων καὶ Βοιωτῶν πεντακοσίους. Οὗτος δὲ παρελθὼν εἰς Ὀρχομενὸν τὸν Ἀρκαδικόν, παρεφύλαττε τὴν πόλιν ταύτην, οἰκείως διακειμένην πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας. (2) Λυκομήδης δ' ὁ Μαντινεύς, στρατηγὸς ὢν τῶν Ἀρκάδων, παραλαβὼν τοὺς καλουμένους ἐπιλέκτους, ὄντας πεντακισχιλίους, ἧκεν ἐπὶ τὸν Ὀρχομενόν. Προαγαγόντων δὲ τὴν δύναμιν Λακεδαιμονίων ἐκ τῆς πόλεως, ἐγένετο μάχη καρτερά, καθ' ἣν ὅ τε στρατηγὸς τῶν Λακεδαιμονίων ἀνῃρέθη καὶ τῶν ἄλλων εἰς διακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ συνεδιώχθησαν εἰς τὴν πόλιν. (3) Οἱ δὲ Ἀρκάδες, καίπερ νενικηκότες, ὅμως εὐλαβοῦντο τὸ βάρος τῆς Σπάρτης, καὶ καθ' αὑτοὺς οὐχ

Græcorum gestis exordium sumit. Atque hæc isto quidem anno peracta ita sunt.

LXI. Postea vero quam Archontis magistratum Athenis Lysistratus cepisset, seditio Romæ exarsit, quod pars consules, pars tribunos militares creandos esse censerent. Dissensio hæc creandorum magistratuum comitia ad tempus interrupit; tribunos tamen militum sex deinde eligi placuit, qui fuerunt L. Æmilius, C. Virginius (*Veturius*), Serv. Sulpicius, L. Quinctius, C. Cornelius, C. Valerius. (2) Per id tempus Polydorus Pheræus, Thessalorum princeps, ad ebrietatem provocatus, venenata potione a fratre suo Alexandro necatur. Is, in principatu successor, annos undecim illum tenuit. Et ut per scelus nefarium ac vim injustam imperium occuparat, ita pro instituti sui ratione illud tyrannice administravit. Quum enim superiores dynastæ eo, quod æquos et mites se populo exhiberent, benevolentiam et favorem hominum sibi conciliassent, iste violenter et aspere dominando cunctorum sibi odium conflabat. (3) Quapropter iniquitatem ejus subtimescentes Larissæorum nonnulli, quibus Aleuadarum cognomentum nobilitas adscivit, de evertendo principatu inter se conspirant. In Macedoniam igitur profecti, Alexandrum regem, ut ad destruendas tyranni opes sibi præsto sit, inducunt. (4) Dum horum illi satagunt, Alexander Pheræus, de apparatu contra se certior factus, aptorum ad militiam delectus instituit, in Macedonia cum hoste depugnare cogitans. At rex Macedonum, profugis e Larissa sibi adjunctis, et copiis ad Larissam ductis, hostes prævertit: et a civibus intromissus, urbe præter arcem potitur. (5) Tum arcem quoque obsidet, et Crannone in fidem accepta, Thessalis se urbes redditurum promittit, sed postea existimationis suæ negligens, præsidiis communitas in potestate sua retinuit. Alexander autem Pheræus, fuga simul ac terrore perculsus, in urbem Pheræorum se recepit. Atque hic Thessaliæ tum status erat.

LXII. In Peloponneso interea Lacedæmonii mille cives armatos, cum quingentis ex Argis et Bœotia profugis, Polytropo duce, in Arcadiam miserunt. Hic ad Orchomenum Arcadiæ progressus, præsidio amicam Spartanis urbem munit. (2) At Lycomedes Mantinensis, Arcadum tunc prætor, cum delectorum agmine, quod quinque millibus constabat, versus Orchomenum signa movet. Ibi copiis Lacedæmoniorum in hostem eductis, validum initur prœlium, quo et dux Lacedæmoniorum, cumque eo ducenti alii occumbunt. Reliquos a tergo premens hostis in urbem fugatos compellit. (3) Etsi autem victoria penes Arcades tum steterat, eximiam tamen potentiam Spartæ reveriti, suo Lacedæmonios màrte debellari posse diffidebant. Ideo ad-

ὑπέλαβον δυνήσεσθαι τοῖς Λακεδαιμονίοις διαπολεμεῖν. Διὸ καὶ παραλαβόντες Ἀργείους τε καὶ Ἠλείους, τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀπέστειλαν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἀξιοῦντες συμμαχίαν ποιήσασθαι κατὰ τῶν Σπαρτιατῶν· ὡς δ' οὐδεὶς αὐτοῖς προςεῖχε, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τοὺς Θηβαίους, ἔπεισαν αὐτοὺς συμμαχίαν συνθέσθαι κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων. (4) Εὐθὺς οὖν οἱ Βοιωτοὶ τὴν δύναμιν ἐξῆγον, προςλαβόμενοι συμμάχους Λοκρούς τε καὶ Φωκεῖς. Οὗτοι μὲν οὖν προῆγον ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, βοιωταρχούντων Ἐπαμεινώνδου καὶ Πελοπίδου· τούτοις γὰρ οἱ ἄλλοι βοιωτάρχαι παρακεχωρήκεισαν ἑκουσίως τῆς στρατηγίας διά τε τὴν σύνεσιν καὶ τὴν ἀνδρείαν τῶν ἀνδρῶν. (5) Ὡς δὲ κατήντησαν ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν, ἧκον πρὸς αὐτοὺς πανδημεὶ οἵ τε Ἀρκάδες καὶ Ἠλεῖοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι πάντες. Ἀθροισθέντων δὲ πλειόνων ἢ ἑπτακισμυρίων, οἱ μὲν ἡγεμόνες αὐτῶν συνεδρεύσαντες ἔγνωσαν ἐπ' αὐτὴν βαδίζειν τὴν Σπάρτην καὶ πᾶσαν τὴν Λακωνικὴν πορθῆσαι.

LXIII. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, πολλοὺς μὲν ἀποβεβληκότες τῶν νέων ἐν τῇ περὶ Λεῦκτρα συμφορᾷ, οὐκ ὀλίγους δ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἥτταις ἀπολωλεκότες, καὶ τὸ σύνολον εἰς ὀλίγους πολιτικοὺς στρατιώτας ὑπὸ τῆς τύχης συγκεκλεισμένοι, πρὸς δὲ τούτοις τῶν συμμάχων τῶν μὲν ἀφεστηκότων, τῶν δὲ διὰ τὰς ὁμοίας αἰτίας ὀλιγανδρούντων, εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἔπιπτον. Διόπερ ἠναγκάζοντο καταφεύγειν ἐπὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν, οἷς τριάκοντα μὲν τυράννους ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπέστησαν, τὰ δὲ τείχη τῆς πόλεως ἐκώλυσαν οἰκοδομεῖν, ἐπεβάλοντο δὲ καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀναιροῦντες τὴν Ἀττικὴν ποιῆσαι μηλόβοτον. (2) Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ἰσχυρότερόν ἐστιν ἀνάγκης καὶ τύχης, δι' ὧν ἐβιάσθησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμιωτάτων δεηθῆναι. Ὅμως δ' οὐ διεσφάλησαν τῶν ἐλπίδων. Ὁ γὰρ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, μεγαλόψυχος ὢν καὶ φιλάνθρωπος, τὴν μὲν τῶν Θηβαίων ἰσχὺν οὐ κατεπλάγησαν, τοῖς δὲ Λακεδαιμονίους ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύουσιν ἐψηφίσαντο βοηθεῖν πανδημεί. Καὶ παραχρῆμα στρατηγὸν καταστήσαντες τὸν Ἰφικράτην ἐξέπεμψαν καὶ τοὺς νέους αὐθημερόν, ὄντας μυρίους καὶ δισχιλίους. Ἰφικράτης μὲν οὖν, προθύμους ἔχων τοὺς στρατιώτας, προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως κατὰ σπουδήν. (3) Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, τῶν πολεμίων ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Λακωνικῆς καταστρατοπεδευόντων, καὶ αὐτοὶ πανδημεὶ τὴν ἐκ τῆς Σπάρτης ἔξοδον ποιησάμενοι προῆγον ἐπὶ τοὺς ἐναντίους, ταῖς μὲν τῶν στρατιωτῶν δυνάμεσι τεταπεινωμένοι, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς τεθαρρηκότες. (4) Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν ὁρῶντες τὴν τῶν Λακεδαιμονίων δυςείςβολον οὖσαν, τὸ μὲν ἀθρόᾳ τηλικαύτῃ δυνάμει ποιεῖσθαι τὴν ἐμβολὴν οὐχ ἡγοῦντο συμφέρειν, εἰς τέτταρα δὲ μέρη διελόμενοι σφᾶς αὐτούς, κατὰ πλείονας τόπους ἔκριναν ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον.

LXIV. Ἡ μὲν οὖν πρώτη μερὶς τῶν Βοιωτῶν

scitis in societatem Argivis et Eleis, primo legatis Athenas missis, societatem belli secum jungi petunt. Quo denegato, Thebanos ad ineundum secum fœdus adducunt. (4) Confestim itaque Bœoti, adjunctis sibi Locris et Phocensibus, expeditionem ineunt, et castra in Peloponnesum, Epaminonda et Pelopida Bœotarchis, promovent: his enim ceteri magistratus hujus collegii summum militiæ imperium ultro concesserant, quod hi duo viri sapientia et fortitudine præstarent. (5) Jamque Arcadiæ fines attigerant, quum universa Arcadum et Eleorum multitudo cum ceteris sociis omnibus illis occurrit. Congregatis ergo plus quam septuaginta hominum millibus, duces senatu habito ad ipsam mox Spartam contendere, totamque Laconiam populationibus infestam reddere decreverunt.

LXIII. Lacedæmonii vero, quum post præcipuum juventutis robur in strage Leuctrica deperditum, nec paucos in pugnis hic illic adversis amissos, ad summam oppidani militis paucitatem a belli fortuna redacti essent, sociorumque alii defecissent, alii easdem ob causas virorum inopia laborarent, omnino, quomodo rebus suis consulerent, non habebant. Ad Atheniensium igitur, quibus triginta tyrannos olim imposuerant, quosque mœnia urbis instaurare vetuerant, et quorum urbe funditus subversa Atticam per omnia pascuam reddere constituerant, opem refugere cogebantur. (2) Necessitate siquidem et fortuna nihil omnium est valentius: quorum vis tum Lacedæmonios etiam perculit, ut hostibus infestissimis preces adhiberent. Nec tamen spes illos fefellit. Nam ea populus Atheniensis magnitudine animorum fuit et humanitate, ut potentiam Thebanorum nihil reformidarent, et Lacedæmoniis, cum extremæ jam servitutis periculo conflictantibus, auxilia totis viribus subministranda decernerent. Extemplo Iphicratem, imperio militari præfectum, cum duodecim millibus juvenum eodem die conscriptorum expeditionem suscipere jubent. Is alacres habens ad procinctum milites citato agmine pergit. (3) Non segnius Lacedæmonii, quum hostes ad Laconiæ fines jam castra protulissent, cum omni militiæ robore Sparta egressi, festinato in eos contendunt, numero quidem militum deminuti, sed pristinæ animorum virtuti adhuc probe fidentes. (4) Viderat interim Epaminondas, in regionem Lacedæmoniam perquam difficilem esse ingressum. Cum tantis ergo copiis conjunctim impressionem fieri non conducere ratus, quadripartito agmine pluribus in locis irruptionem facere decrevit.

LXIV. Primum agmen (recto) itinere ad Sellasiam urbem

[ἴσην] τὴν πορείαν ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν Σελλασίαν καλουμένην πόλιν, καὶ τοὺς τῇδε κατοικοῦντας ἀπέστησε τῶν Λακεδαιμονίων. (2) Ἀργεῖοι δὲ κατὰ τοὺς ὅρους τῆς Τεγεάτιδος χώρας ἐμβαλόντες, συνῆψαν μάχην τοῖς φρουροῦσι τὰς παρόδους, καὶ τόν τε ἡγεμόνα τῆς φρουρᾶς Ἀλέξανδρον τὸν Σπαρτιάτην ἀνεῖλον καὶ τῶν ἄλλων εἰς διακοσίους ἀπέκτειναν, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ οἱ τῶν Βοιωτῶν φυγάδες. (3) Ἡ δὲ τρίτη μερίς, ἐκ τῶν Ἀρκάδων συνεστηκυῖα καὶ στρατιώτας ἔχουσα πλείστους, εἰσέβαλεν εἰς τὴν Σκιρῖτιν καλουμένην χώραν, ἣν παρεφύλαττεν Ἰσχόλας, ἀνὴρ ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει διαφέρων, μετὰ πολλῶν στρατιωτῶν. Οὗτος δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων στρατιωτῶν ἐπετελέσατο πρᾶξιν ἡρωικὴν καὶ μνήμης ἀξίαν. Ὁρῶν γὰρ ὅτι διὰ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων πάντες οἱ συνάψαντες μάχην ἀναιρεθήσονται, τὸ μὲν λιπεῖν τὴν ἐν ταῖς παρόδοις τάξιν ἀνάξιον τῆς Σπάρτης ἔκρινε, τὸ δὲ διασῶσαι τοὺς στρατιώτας χρήσιμον ἔσεσθαι τῇ πατρίδι, παραδόξως ἀμφοτέρων προενοήθη, καὶ τὴν γενομένην ποτὲ περὶ Θερμοπύλας ἀνδρείαν τοῦ βασιλέως Λεωνίδου φιλοτίμως ἐμιμήσατο. (4) Διαλέξας γὰρ τοὺς νέους, τούτους μὲν ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην, χρησίμους ἔσεσθαι * τῇ κινδυνευούσῃ περὶ τῶν ὅλων· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων φυλάττων τὴν τάξιν καὶ πολλοὺς ἀνελὼν τῶν πολεμίων, κυκλωθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων μετὰ πάντων ἀνῃρέθη. (5) Ἠλεῖοι δὲ τὴν τετάρτην μοῖραν ἔχοντες, καὶ κατ' ἄλλους τόπους πεπταμένους διελθόντες, εἰς τὴν Σελλασίαν παρεγένοντο· εἰς τοῦτον γὰρ τὸν τόπον πᾶσι καταντᾶν παρήγγελτο. Ἀθροισθείσης δὲ πάσης τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Σελλασίαν, προῆγον ἐπ' αὐτὴν τὴν Σπάρτην, πορθοῦντες ἅμα καὶ πυρπολοῦντες τὴν χώραν.

LXV. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, πεντακόσια ἔτη τὴν Λακωνικὴν τετηρηκότες ἀπόρθητον, τότε θεωροῦντες δῃουμένην ὑπὸ τῶν πολεμίων οὐκ ἐκαρτέρουν, ἀλλὰ τοῖς θυμοῖς προπίπτοντες ἐξεπήδων ἐκ τῆς πόλεως· κωλυόμενοι δ' ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων προϊέναι μακρότερον ἀπὸ τῆς πατρίδος, μή τις ἐπίθηται, ἐπείσθησαν τὴν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ τῇ πόλει παρέχεσθαι τὴν ἀσφάλειαν. (2) Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν διὰ τοῦ Ταϋγέτου καταβαινόντων ἐπὶ τὸν Εὐρώταν, καὶ διαβαινόντων τὸν ποταμὸν σφοδρὸν ὄντα τῷ ῥεύματι κατὰ τὴν χειμερινὴν ὥραν, ὁρῶντες οἱ Λακεδαιμόνιοι τεταραγμένην τὴν δύναμιν τῶν ἐναντίων διὰ τὴν χαλεπότητα τῆς διαβάσεως, καιρὸν ἔλαβον εὔθετον πρὸς τὴν ἐπίθεσιν· καὶ τὰς μὲν γυναῖκας καὶ παῖδας, ἔτι δὲ καὶ τοὺς γεγηρακότας, ἀπέλιπον ἐν τῇ πόλει φυλάττοντας τὴν Σπάρτην, αὐτοὶ δὲ πανδημεὶ συντάξαντες τοὺς νέους ἐξεχύθησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ προσπεσόντες ἄφνω τοῖς διαβαίνουσι πολὺν ἐποιοῦντο φόνον. (3) Ἀμυνομένων δὲ τῶν Βοιωτῶν καὶ τῶν Ἀρκάδων, καὶ τῷ πλήθει κυκλούντων τοὺς ἐναντίους, οἱ Σπαρτιᾶται πολλοὺς ἀνῃρηκότες ἐπανῆλθον εἰς τὴν πόλιν, φανερῶς ἐνδεδειγμένοι τὰς ἰδίας ἀνδραγαθίας. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν πάσῃ τῇ

sic ipsis dictam contendit, et regionis ejus incolas a Lacedæmoniis alienavit. (2) Argivi, qui alterum efficiebant agmen, agri Tegeatici fines ingressi, cum præsidio, quod transitum illic observabat, manus conseruerunt, et præfectum ejus, Alexandrum Spartiatam, cumque eo ducentos alios, interemere: inter quos Bœotorum exules quoque erant. (3) Tertium agmen, in quo Arcades dispositi erant, numero militum superantes, in territorium, quod Sciriticum illis vocatur, ubi Ischolas, vir tam intelligentia quam fortitudine præstans, cum manu haud contemnenda excubabat, irrumpit. Præsidii hujus ductor, si quisquam alius inter milites nobilis et conspicuus, facinus heroicum et ad omnem posteritatis memoriam commendandum peregit. Quum enim futurum prospiceret, ut sui cum tanta hostium turba congressi internecione cæderentur, stationem quidem in hoc aditu sibi assignatam relinquere Spartana virtute indignum æstimavit, sed interim patriæ suæ emolumento fore censuit, si militibus incolumitatem præstaret. Mirum in utramque partem viri consilium, quo Leonidæ quondam regis ad Thermopylas magnanimitatem magnifice imitatus est. (4) Juniores enim ex cohorte sua delectos, ut qui (*patriæ*) in prœlio de summa rerum committendo utilem navare operam possent, Spartam ire jussit. Ipse vero cum veteranis propugnando magnam hostium cædem fecit, tandem vero ab Arcadum corona undique circumventus cum tota sua manu occubuit. (5) Quartum denique agmen ducentes Elei, quum per alia magis aperta loca transiissent, ad Sellasiam tandem accesserunt. In hunc enim locum ut omnes convenirent, edictum fuerat. Congregatos igitur huc exercitus Spartam ipsam versus movent, et populationibus incendiisque regionem devastant.

LXV. Tum Lacedæmonii Laconiam, per quingentos annos omnis populationis expertem, exscindi ab hoste conspicantes, non perferre amplius poterant, sed fervida animorum concitatione in hostes prosiliebant. At quum seniorum interventu longius a patria excurrere prohiberentur, ne quis interea illam opprimeret, vix tandem, ut animis ad moderationem revocatis, defensioni urbis studerent, admoniti, morem consilio gessere. (2) Interim Epaminondæ agmen, de Taygeto monte ad Eurotam progressum flumen, quod per hibernam illam tempestatem intumuerat, transire nitebatur. Turbatos igitur ordines per transitus difficultatem Lacedæmonii dum vident, idoneam hanc invadendi eos occasionem arripuerunt. Uxoribus igitur liberisque et senibus ad custodiam urbis relictis, ipsi cum universa juniorum multitudine bene ordinata in hostem sese effundunt, et subito incursu magnam in transitu cædem faciunt. (3) Sed quum Bœoti et Arcades fortiter resisterent, et turba suorum adversarios circumvenirent, plurimis tandem occisis, in urbem Spartani revertuntur, illustri virtutem suam specimine testificati. (4) Mox ubi totum Epaminondas exercitum magno cum terrore urbi admovebat, Spar-

δυνάμει καταπληκτικῶς προςβαλόντων τῇ πόλει, οἱ μὲν Σπαρτιᾶται συνεργὸν ἔχοντες τὴν τῶν τόπων ὀχυρότητα, πολλοὺς μὲν ἀπέκτειναν τῶν προπετῶς βιαζομένων, τέλος δ' οἱ πολιορκοῦντες πᾶσαν εἰςενεγκάμενοι σπουδήν, τὸ μὲν πρῶτον ἀπείκαζον βίᾳ χειρώσασθαι τὴν Σπάρτην· ἐπεὶ δὲ τῶν βιαζομένων οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δ' ἐτραυματίζοντο, ἀνεκαλέσαντο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας οἱ περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν, αὐτοὶ δὲ προςελθόντες τῇ πόλει προεκαλοῦντο τοὺς Σπαρτιάτας εἰς παράταξιν, ἢ συνομολογεῖσθαι προςέταττον ἥττους εἶναι τῶν πολεμίων. Ἀποκριναμένων δὲ τῶν Σπαρτιατῶν ὅτι καιρὸν λαβόντες εὔθετον διαγωνιοῦνται περὶ τῶν ὅλων, ἀπηλλάγησαν ἀπὸ τῆς πόλεως. Πᾶσαν δὲ τὴν Λακωνικὴν δῃώσαντες, καὶ λαφύρων ἀναρίθμητον πλῆθος ἀθροίσαντες, ἀπεχώρησαν εἰς τὴν Ἀρκαδίαν. (5) Μετὰ δὲ ταῦτ' Ἀθηναῖοι μέν, ὑστερηκότες τῶν καιρῶν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ἀττικήν, οὐδὲν πράξαντες μνήμης ἄξιον. Τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις παρὰ τῶν συμμάχων ἧκον βοηθήσοντες στρατιῶται τετρακιςχίλιοι. Πρὸς δὲ τούτοις προςθέντες τοὺς εἵλωτας ἠλευθερωμένους προςφάτως χιλίους καὶ τῶν Βοιωτῶν φυγάδων διακοσίους, ἔτι δ' ἐκ τῶν σύνεγγυς πόλεων οὐκ ὀλίγους μεταπεμψάμενοι, κατεσκεύαζον δύναμιν ἀντίπαλον τοῖς πολεμίοις. Ταύτην δ' ἀθρόαν συνέχοντες καὶ γυμνάζοντες, ἀεὶ μᾶλλον ἐθάρρουν καὶ παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα.

LXVI. Ἐπαμεινώνδας δὲ φύσει μεγαλεπίβολος ὢν καὶ δόξης ὀρεγόμενος αἰωνίου, συνεβούλευε τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις οἰκίσαι τὴν Μεσσήνην, πολλὰ μὲν ἔτη γεγενημένην ἀνάστατον ὑπὸ Λακεδαιμονίων, τόπον δ' εὔθετον ἔχουσαν κατὰ τῆς Σπάρτης. Συγκατατιθεμένων δὲ πάντων, ἀνεζήτησε τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Μεσσηνίων, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς βουλομένους καταλέξας εἰς τὴν πολιτείαν, ἔκτισε τὴν Μεσσήνην, πολλοὺς ποιήσας αὐτῆς οἰκήτορας. Τούτοις δὲ κατακληρουχήσας τὴν χώραν καὶ ἀνοικοδομήσας, ἀνέσωσε πόλιν ἐπίσημον Ἑλληνίδα, καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. (2) Οὐκ ἀνοίκειον δ' εἶναι νομίζω, πολλάκις τῆς Μεσσήνης ἁλούσης καὶ κατασκαφείσης, τὰ περὶ αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς ὡς ἐν κεφαλαίοις παραδραμεῖν. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν οἱ ἀπὸ Νηλέως καὶ Νέστορος κατέσχον αὐτὴν μέχρι τῶν Τρωικῶν χρόνων, μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Ἀγαμέμνονος Ὀρέστης καὶ οἱ ἀπὸ τούτου μέχρι τῆς καθόδου τῶν Ἡρακλειδῶν, ἀπὸ δὲ ταύτης Κρεσφόντης ἔλαχε τὴν Μεσσηνίαν μερίδα, καὶ οἱ ἀπὸ τούτου μέχρι τινὸς ἐβασίλευσαν αὐτῆς· ὕστερον δὲ τῶν ἀπὸ Κρεσφόντου τὴν βασιλείαν ἀποβαλόντων, Λακεδαιμόνιοι κύριοι κατέστησαν αὐτῆς. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα Τηλέκλου τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων ἀποθανόντος ἐν ἀγῶνι, κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἱ Μεσσήνιοι. Τοῦτον δὲ τὸν πόλεμον εἰκοσαετῆ φασι γενέσθαι, κατομοσαμένων τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ἀνακάμψαι εἰς

tani, locorum præsidio adjuti, multis, qui protervius assultarent; necem inferunt. Jamque omni ad oppugnationem urbis conatu adhibito, vi Spartam subacturi videbantur. Sed quum pars violentius sese ingerentium occumberet, pars vulneribus conficeretur, tuba militem Epaminondas revocavit. Tum urbi appropinquantes, ut in aciem descenderent Spartani, aut inferiores se hostibus esse confiterentur, postulabant. Responsum ab illis datur, se opportunitatem nactos de summa rerum certamen nequaquam defugituros. Omissa igitur urbe, Laconiam universam populantur, et infinito spoliorum numero ditati in Arcadiam se recipiunt. (5) Post hæc Athenienses, quum tardius, quam maturitas exigeret, venissent, nulla re memorabili gesta, in Atticam redierunt. Interim Lacedæmoniis a confœderatis quattuor millia auxiliariorum subvenerunt. Præter hos Helotas mille recens manumissos et ducentos ex Bœotia exules succenturiarunt: manum insuper haud exiguam a vicinis oppidis acciverunt. Quo factum ut justas ad confligendum cum hoste copias jam haberent. Quas dum simul conjunctas retinent et assidue exercent, subinde magis audaces et ad certamen de summa rerum paratiores fiunt.

LXVI. Sed Epaminondas, natura res magnificas affectans et sempiternæ gloriæ cupidus, suasor et hortator est Arcadibus et ceteris belli sociis, ut Messenen civium frequentia denuo instaurent, quæ per multos jam annos a Lacedæmoniis excisa jacuerat: erat autem commodissimo ad invadendam Spartam situ. Impetrato consensu omnium, quotquot adhuc superstites erant Messenii, eos undique conquisivit, multisque aliis, qui se huc aggregare vellent, in civitatem adscriptis, Messenen magno civium numero auctam renovavit. Tum agris sorte divisis, et regione ædificiis exornata, prænobilem Græciæ civitatem in integrum vindicavit, unde magnam inter cunctos mortales gloriam consecutus est. (2) Hoc loco non ineptum fore arbitror, si, quum toties Messene capta dirutaque sit, a primo res ejus initio summatim percurram. Antiquitus Nelei ac Nestoris familia ad tempus Trojani belli usque eam possedit, deinde Agamemnonis filius Orestes ejusque posteri ad reditum deinceps Heraclidarum, hinc Cresphontes pro sua Messeniam parte sortitus est, ejusque posteritas aliquamdiu regnum in ea tenuit. Quo tandem ab illis amisso, Lacedæmoniorum in ditionem venit. (3) Postquam enim Teleclus rex Lacedæmoniorum in acie ceciderat, Spartani Messenios debellarunt. Bellum hoc ad viginti annos protractum fuisse memoratur: ubi, non prius se reversuros, quam Messenen expugnassent, Lacedæmonii se-

τὴν Σπάρτην, ἐὰν μὴ Μεσσήνην ἕλωσι. Τότε δὲ συνέβη τοὺς παρθενίας ὀνομασθέντας γεννηθῆναι καὶ κτίσαι τὴν τῶν Ταραντίνων πόλιν. Ὕστερον δὲ δουλευόντων Μεσσηνίων τοῖς Λακεδαιμονίοις, Ἀριστομένης ἔπεισε τοὺς Μεσσηνίους ἀποστῆναι τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ πολλὰ κακὰ διειργάσατο τοὺς Σπαρτιάτας· ὅτε καὶ Τυρταῖος ὁ ποιητὴς ὑπὸ Ἀθηναίων ἡγεμὼν ἐδόθη τοῖς Σπαρτιάταις. (4) Ἔνιοι δὲ τὸν Ἀριστομένην γεγονέναι φασὶ κατὰ τὸν εἰκοσαετῆ πόλεμον. Ὁ δ' ὕστατος ἐγένετο πόλεμος αὐτοῖς σεισμοῦ μεγάλου γενομένου· καὶ τῆς μὲν Σπάρτης ὅλης σχεδὸν συγχυθείσης, ἀνδρῶν δ' ἐρήμου γενομένης, οἱ Μεσσηνίων περιλειφθέντες ᾤκισαν τὴν Ἰθώμην μετὰ τῶν συναποστατῶν εἱλώτων, ἀναστάτου γεγενημένης τῆς Μεσσήνης πολλοὺς χρόνους. (5) Ἀτυχήσαντες δ' ἐν πᾶσι τοῖς πολέμοις, τὸ τελευταῖον ἀνάστατοι γενόμενοι κατῴκησαν ἐν Ναυπάκτῳ, δόντων αὐτοῖς Ἀθηναίων οἰκητήριον τήνδε τὴν πόλιν. Καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν εἰς Κεφαλληνίαν ἐξέπεσον, τινὲς δ' ἐν Σικελίᾳ Μεσσήνην τὴν ἀπ' ἐκείνων ὀνομασθεῖσαν κατῴκησαν. (6) Τὸ δὲ τελευταῖον κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς Θηβαῖοι, πείσαντος αὐτοὺς Ἐπαμεινώνδου καὶ πανταχόθεν συναγαγόντος τοὺς Μεσσηνίους, ᾤκισαν τὴν Μεσσήνην καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοῖς χώραν ἀποκατέστησαν. Περὶ μὲν οὖν τὴν Μεσσήνην τοσαύτας καὶ τηλικαύτας συνέβη γενέσθαι μεταβολάς.

cramento sese adstrinxerant. Qua tempestate nati sunt illi qui Partheniæ nominantur, et Tarentinorum urbem condiderunt. Post id tempus, quum jugo Lacedæmoniorum servili premerentur Messenii, Aristomenes ad defectionem cives impulit, magnisque cladibus Spartanos affecit: quo tempore etiam Tyrtæus poeta dux belli Spartanis datus est ab Atheniensibus. (4) Quamquam sunt qui Aristomenem vicennali bello viguisse tradant. Ultimum eis bellum fuit post horrendum illum terræ motum, ubi tota prope Sparta fœde disjecta, et civibus viduata est. Tum enim reliquiæ Messeniorum cum Helotibus defectionis sociis Ithomen habitatoribus frequentarunt, quod Messene per multum ætatis jam desolata jaceret. (5) Sed quum adversum per omnia Martem experirentur, ad extremum omnino profligati et ejecti Naupacti consederunt, quam Athenienses incolendam eis concesserant. Hinc aliqui in Cephalleniam profugi venerunt, aliqui in Sicilia Messanam a se dictam incoluerunt. (6) Thebani denique ad præsens tempus consilio Epaminondæ, qui Messenios undequaque colligebat, Messenen instaurarunt, antiquis territorii finibus possessioni illorum restitutis. Tot igitur et tantas Messeniorum civitas mutationes experta est.

LXVII. Οἱ δὲ Θηβαῖοι πάντα τὰ προειρημένα συντελέσαντες ἐν ἡμέραις ὀγδοήκοντα καὶ πέντε, καὶ καταλιπόντες φυλακὴν ἀξιόλογον τῆς Μεσσήνης, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. Λακεδαιμόνιοι δὲ παραδόξως ἀποτετριμμένοι τοὺς πολεμίους, ἀπέστειλαν πρεσβευτὰς εἰς τὰς Ἀθήνας τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ τὰς μὲν ὁμολογίας ἐποιήσαντο περὶ τῆς ἡγεμονίας, ὥστε τῆς μὲν θαλάττης ἄρχειν Ἀθηναίους, τῆς δὲ γῆς τοὺς Λακεδαιμονίους, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν ἐποιήσαντο κοινὰς τὰς ἡγεμονίας. (2) Ἀρκάδες δὲ Λυκομήδην στρατηγὸν προχειρισάμενοι, καὶ παραδόντες αὐτῷ τοὺς ἐπιλέκτους ὀνομαζομένους, ὄντας πεντακισχιλίους, ἐστράτευσαν ἐπὶ Πελλήνην τῆς Λακωνικῆς· καὶ τὴν πόλιν βίᾳ χειρωσάμενοι, τοὺς μὲν ἐγκαταληφθέντας φρουροὺς τῶν Λακεδαιμονίων ἀπέκτειναν, ὄντας πλείους τῶν τριακοσίων, τὴν δὲ πόλιν ἐξανδραποδισάμενοι καὶ τὴν χώραν δῃώσαντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν, φθάσαντες τὴν παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων βοήθειαν. (3) Βοιωτοὶ δέ, μεταπεμπομένων αὐτοὺς Θετταλῶν ἐπ' ἐλευθερώσει μὲν τῶν πόλεων, καταλύσει δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίου τυραννίδος, ἐξαπέστειλαν Πελοπίδαν εἰς Θετταλίαν μετὰ δυνάμεως, δόντες ἐντολὰς αὐτῷ εἰς τὸ συμφέρον τῶν Βοιωτῶν διοικῆσαι τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν. (4) Οὗτος δὲ καταντήσας εἰς Λάρισαν, καὶ καταλαβὼν τὴν ἀκρόπολιν φρουρουμένην ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ταύτην μὲν παρέλαβεν, εἰς δὲ τὴν Μακεδονίαν παρελθὼν καὶ συμμαχίαν ποιησάμενος πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα, ὁμη-

LXVII. Posteaquam vero Thebani hæc omnia intra octoginta quinque dies confecerant, præsidio valido circa Messenen relicto, in patriam redierunt. Lacedæmonii vero, tam inexspectato hostem amoliti, nobilissimorum civium legationem Athenas mittunt, et de principatu his conditionibus paciscuntur, ut Athenienses maris, Lacedæmonii terræ imperium usurpent. Postea tamen commune sibi utraque civitas imperium asseruit. (2) Tum Arcades ducem sibi creant Lycomedem, eumque cum quinquies mille lectissima juvenum manu ad Pellenen Laconiæ obsidendam mittunt. Hi, urbe per vim expugnata, relictum a Lacedæmoniis ibi præsidium plures quam trecentos trucidant, urbemque deprædati, pervastata regione, domum sese referunt, priusquam auxilia a Lacedæmoniis subvenissent. (3) Tum etiam Bœoti, a Thessalis acciti, ut impotenti dominatu Alexandri Pheræorum tyranni subverso, libertatem civitatibus restituerent, Pelopidam valido exercitu instructum in Thessaliam miserunt, cum his mandatis, ut ad commodum Bœotorum res illic administraret. (4) Hic Larissam provectus, arcem, quam Alexandri præsidio adhuc munitam invenit, occupat, et in Macedoniam progressus, cum rege Macedonum Alexandro belli fœdus icit, ob-

ρον ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν Φίλιππον, ὃν ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Θήβας. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Θετταλίαν διοικησάμενος ὥς ποτ' ἔδοξεν αὐτῷ συμφέρειν τοῖς Βοιωτοῖς, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν οἰκείαν.

LXVIII. Τούτων δὲ πραχθέντων Ἀρκάδες καὶ Ἀργεῖοι καὶ Ἠλεῖοι συμφρονήσαντες ἔγνωσαν στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ πρεσβεύσαντες πρὸς Βοιωτούς, ἔπεισαν αὐτοὺς κοινωνεῖν τοῦ πολέμου. Οἱ δ' Ἐπαμεινώνδαν καταστήσαντες ἡγεμόνα μετ' ἄλλων βοιωταρχῶν, ἐξέπεμψαν στρατιώτας πεζοὺς μὲν ἑπτακισχιλίους, ἱππεῖς δ' ἑξακοσίους. Ἀθηναῖοι δὲ πυθόμενοι τὴν Βοιωτῶν στρατιὰν παριοῦσαν εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἐξέπεμψαν δύναμιν καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐτοὺς Χαβρίαν. (2) Οὗτος δὲ παρελθὼν εἰς Κόρινθον, καὶ προςλαβόμενος καὶ παρὰ Μεγαρέων καὶ Πελληνέων, ἔτι δὲ Κορινθίων στρατιώτας, στρατόπεδον συνεστήσατο ἀνδρῶν μυρίων· μετὰ δὲ ταῦτα Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων παραγενομένων εἰς Κόρινθον, συνήχθησαν οἱ σύμπαντες διςμυρίων οὐκ ἐλάττους. (3) Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ὀχυρώσασθαι τὰς παρόδους καὶ διακωλύειν τοὺς Βοιωτοὺς τῆς εἰς Πελοπόννησον εἰςβολῆς. Ἀρξάμενοι δ' ἀπὸ Κεγχρεῶν μέχρι Λεχαίου σταυρώμασι καὶ βαθείαις τάφροις διελάμβανον τὸν τόπον· ταχὺ δὲ τῶν ἔργων συντελουμένων, διά τε τὴν πολυχειρίαν καὶ τὰς προθυμίας τῶν ἀνδρῶν ἔφθασαν τοὺς Βοιωτοὺς πάντα τόπον ὀχυρώσαντες. (4) Ὁ δ' Ἐπαμεινώνδας ἥκων μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπεσκέψατο, καὶ κατανοήσας εὐεφοδώτατον εἶναι τόπον καθ' ὃν οἱ Λακεδαιμόνιοι παρεφύλαττον, τὸ μὲν πρῶτον προεκαλεῖτο τοὺς πολεμίους εἰς παράταξιν, σχεδὸν τριπλασίους ὄντας τοῖς πλήθεσιν, οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ἐκτὸς τοῦ τειχίσματος παρελθεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ χαρακώματος ἀμυνομένων ἁπάντων, προςῆγε τὴν βίαν τοῖς πολεμίοις. (5) Κατὰ πάντα μὲν οὖν τὸν τόπον ἐγίνοντο προςβολαὶ καρτεραί, μάλιστα δὲ κατὰ Λακεδαιμονίους, εὐεφόδων ὄντων καὶ δυςφυλάκτων τῶν τόπων. Μεγάλης δὲ φιλοτιμίας γενομένης παρ' ἀμφοτέροις, Ἐπαμεινώνδας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς ἀρίστους τῶν Θηβαίων, μόγις ἐβιάσατο τοὺς Λακεδαιμονίους· διακόψας δὲ τὴν φυλακὴν αὐτῶν καὶ τὴν δύναμιν διαγαγών, παρῆλθεν εἰς τὴν Πελοπόννησον, διαπραξάμενος ἔργον οὐδὲν τῶν προκατειργασμένων καταδεέστερον.

LXIX. Εὐθὺς δὲ ἐπὶ Τροιζῆνα καὶ Ἐπίδαυρον πορευθείς, τὴν μὲν χώραν ἐδῄωσε, τῶν δὲ πόλεων οὐχ ἠδυνήθη κρατῆσαι διὰ τὸ φρουρὰς ἔχειν ἀξιολόγους, Σικυῶνα δὲ καὶ Φλιοῦντα καί τινας πόλεις καταπληξάμενος προςηγάγετο. Στρατεύσας δ' ἐπὶ Κόρινθον, καὶ τῶν Κορινθίων ἐπεξελθόντων, νικήσας μάχῃ, τούτους μὲν ἐντὸς τῶν τειχῶν συνεδίωξε, τῶν δὲ Βοιωτῶν διὰ τὴν εὐημερίαν μετεωρισθέντων, καί τινων προχείρως τολμησάντων διὰ τῆς πύλης εἰς τὴν πόλιν εἰςβιάζεσθαι, οἱ μὲν Κορίνθιοι δείσαντες ἐτράπησαν εἰς τὰς οἰκίας, Χαβρίας δ' ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς ἐμφρό-

sidemque ab eo Philippum ejus fratrem sibi traditum Thebas mittit. Ac rebus, prout conducere Bœotorum reipublicæ videbatur, confectis, in patriam se recepit.

LXVIII. His tum ita gestis, Arcades cum Argivis et Eleis unanimi consensu arma Lacedæmoniis inferre decreverunt, et missa ad Bœotos legatione, ut in partem hujus belli venirent, illis persuaserunt. Hi, delato ad Epaminondam ceterosque Bœotarchas imperio, septem millia peditum, et sexcentos equites expediunt. Athenienses de Bœotorum in Peloponnesum transitu certiores facti, exercitum duce Chabria contra illos mittunt. (2) Is Corinthum devectus, assumtis Megarensium, Pellenæorum et Corinthiorum militibus, decies mille virûm agmen conflavit. Quibus quum se Lacedæmonii ceterique socii Corinthi adjunxissent, totus in universum exercitus non infra viginti millia habebat. (3) Aditus ergo præmunire et a Peloponnesi ingressu Bœotos prohibere placuit. A Cenchreis igitur exorsi vallo fossaque profunda ad Lechæum locum obfirmant. Festinus operi exitus : multitudine enim ac diligentia operantium alacri effectum est ut totus ille locus, priusquam Bœoti advenissent, præmuniretur. (4) Quum primum cum exercitu accessit Epaminondas, omnibus diligenter inspectis, animadvertit, quo loco præsidium Laconicum in statione esset, perruptionem minime difficilem dari. Principio igitur Lacedæmonios, tribus ferme partibus auctiores, ut acie secum disceptent, lacessit. Ubi nemo extra propugnacula exire audet, sed omnes valli fossæque objectu se tutantur, violentum in hostes impetum facit. (5) Ex omni statim parte acerrima fit impressio, sed ubi Lacedæmonii agebant, maxime, quod locus ille minus excubiis aptus et transitu facilior erat. Magna utrimque contentione res geritur. Epaminondas, virtutis Thebanæ florem secum habens, non absque negotio Lacedæmonios tandem retropellit, disjectoque illorum præsidio, cum agmine suo perrumpens, tutum sibi in Peloponnesum iter patefacit. Quo ipso facinus a se jam ante gestis nihilo inferius peregit.

LXIX. Extemplo Trœzenem et Epidaurum petens, agrum quidem illorum vastat, sed urbes ipsas, quippe non contemnendis firmatas præsidiis, subigere nequit. Sicyonem tamen et Phliuntem cum aliis quibusdam terrore subactas in fidem accepit. Infestis hinc armis Corinthum petit, effusisque oppidanis, pugna victos ad mœnia usque prosequitur. Ibi fortunæ benignitate pars Bœotorum se efferens per portam temeraria quadam audacia introrupit : quumque Corinthii intra ædes præcipiti terrore agerentur, Chabrias, Atheniensium imperator, tam cordate quam fi-

νως ἅμα καὶ τεθαῤῥηκότως ὑποστάς, τοὺς μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως, πολλοὺς δὲ τῶν Βοιωτῶν κατέβαλε. (2) Γενομένης δὲ φιλοτιμίας, οἱ μὲν Βοιωτοὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν συντάξαντες, ἐπῆγον ἐπὶ τὴν Κόρινθον καταπληκτικῶς· ὁ δὲ Χαβρίας ἀναλαβὼν τοὺς Ἀθηναίους, προῆγεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ καταλαβόμενος τοὺς ὑπερδεξίους τόπους, ὑπέστη τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. (3) Οἱ μὲν οὖν Βοιωτοί, πεποιθότες ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις καὶ ταῖς ἐν τοῖς συνεχέσι πολέμοις ἐμπειρίαις, τῇ βίᾳ τοὺς Ἀθηναίους ἤλπιζον χειρώσασθαι, οἱ δὲ περὶ τὸν Χαβρίαν ἐκ τόπων ὑπερδεξίων ἀγωνιζόμενοι, καὶ πολλῶν ἐκ τῆς πόλεως χορηγουμένων, οὓς μὲν ἀνῄρουν τῶν βιαζομένων, τοὺς δὲ κατετίτρωσκον. (4) Οἱ δὲ Βοιωτοί, πολλὰ μὲν κακοπαθήσαντες, οὐδὲν δὲ πρᾶξαι δυνάμενοι, τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο. Χαβρίας μὲν οὖν ἐπὶ ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγικῇ δυνάμει θαυμασθείς, τοῦτον τὸν τρόπον ἀπετρίψατο τοὺς πολεμίους.

LXX. Ἐκ δὲ τῆς Σικελίας Κελτοὶ καὶ Ἴϐηρες δισχίλιοι κατέπλευσαν εἰς Κόρινθον, ἐκπεμφθέντες ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου συμμαχῆσαι Λακεδαιμονίοις, εἰς μῆνας πέντε τοὺς μισθοὺς εἰληφότες. Οἱ δ' Ἕλληνες πεῖραν αὐτῶν βουλόμενοι λαβεῖν, προῆγον αὐτούς, καὶ κατὰ τὰς συμπλοκὰς καὶ μάχας ἀνδραγαθούντων αὐτῶν, πολλοὶ τῶν τε Βοιωτῶν καὶ τῶν συμμάχων ὑπ' αὐτῶν ἀνῃροῦντο. Διόπερ δόξαντες εὐχειρίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρειν καὶ πολλὰς χρείας παρασχόμενοι, καὶ τιμηθέντες ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, τοῦ θέρους λήγοντος ἐξαπεστάλησαν εἰς τὴν Σικελίαν. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα Φιλίσκος μὲν ὑπ' Ἀρταξέρξου τοῦ βασιλέως ἀποσταλείς, κατέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, παρακαλῶν τοὺς Ἕλληνας διαλύσασθαι μὲν τοὺς πολέμους, εἰρήνην δὲ κοινὴν συνθέσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἀσμένως ὑπήκουσαν, Θηβαῖοι δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ὅλην τὴν Βοιωτίαν ὑπὸ μίαν ἄγοντες συντέλειαν, οὐ προσεδέχθησαν. Ἀπογνωσθείσης δὲ τῆς κοινῆς εἰρήνης, ὁ μὲν Φιλίσκος καταλιπὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις δισχιλίους ἐπιλέκτους μισθοφόρους ἔχοντας τοὺς μισθούς, ἀπῆλθεν εἰς τὴν Ἀσίαν. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Εὔφρων ὁ Σικυώνιος, διαφέρων θράσει καὶ ἀπονοίᾳ, συνεργοὺς λαβὼν Ἀργείους, ἐπέθετο τυραννίδι. Κρατήσας δὲ τῆς ἐπιβολῆς, τετταράκοντα τοὺς εὐπορωτάτους τῶν Σικυωνίων ἐφυγάδευσε, δημεύσας αὐτῶν τὰς οὐσίας, καὶ πολλῶν χρημάτων κυριεύσας, μισθοφόρους ἤθροισε καὶ τῆς πόλεως ἐδυνάστευσεν.

LXXI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Ναυσιγένους ἐν Ῥώμῃ χιλίαρχοι κατεστάθησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων τέτταρες, Λεύκιος Παπίριος, Λεύκιος Μενήνιος, Σερούιος Κορνήλιος, Σερούιος Σουλπίκιος, παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη τρίτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πυθόστρατος Ἀθηναῖος. Ἐπὶ δὲ τούτων Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ὁ Ἀμύντου υἱὸς ἐδολοφόνησεν Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφόν, καὶ ἐβασίλευσε τῆς Μακεδονίας ἔτη τρία. (2) Κατὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν Πελοπίδας,

denter Bœotis resistens, partem ex urbe proturbat, partem, eamque non minimam, prosternit. (2) Quumque certamen ita exarsisset, Bœoti cum toto exercitu probe instructo, ad Corinthum terribilem in modum accesserunt. Tum Chabrias Athenienses suos expeditos habens, ex urbe erumpit, et editioribus occupatis locis, hostium impressionem sustinet. (3) Bœoti contra, quos vires corporum et longus bellorum usus animabat, vi sua Athenienses subigi posse non diffidebant. At Chabriani, dum e sublimioribus locis depugnant, et prolixam interim rerum utilium copiam ex urbe suppeditatam habent, vim inferentes partem ingruentium occidunt, partem vulnerant. (4) Unde evenit, ut Bœoti, multis affecti cladibus, quum nihil efficere possent, retro copias abducerent. Chabrias vero, quod hunc ad modum hostes submovisset, ob virilis animi promtitudinem et constantiam artisque imperatoriæ facultatem in admiratione habebatur.

LXX. Sub hæc ex Sicilia Gallorum et Hispanorum duo millia Corinthi appulerunt. Dionysius hos tyrannus, numerato in præsens quinque mensium stipendio, Lacedæmoniis auxilio miserat. Græci, ut periculum virtutis ipsorum facerent, hos simul in hostem eduxerunt; quumque fortes se viros in pugnis exhiberent, multi Bœotorum sociique nominis ab iis occisi sunt. Posteaquam itaque utilem Græcis operam navarant, eximiam ob præstans tum manuum tum animorum robur laudem adepti, et digni, quos Lacedæmonii præmiis afficerent, habiti, sub exitum æstatis in Siciliam dimittuntur. (2) Post hæc Philiscus, Artaxerxis regis legatus, in Græciam venit hortatum ut solutis tandem bellis, mutuam inter se pacem confirmarent. Cui ceteri obsecundant, et quidem non illubentes : soli Thebani, quia ipsis pertinaciter propositum erat sub unum totam Bœotiam censum cogere, conditionem repudiant. Quare communitate pacis desperata, mercenarios bis mille selectissimos, quibus jam soluta ad hoc stipendia erant, Lacedæmoniis relinquens Philiscus in Asiam discedit. (3) Dum hæc geruntur, Euphron Sicyonius, confidentia et temeritate nulli secundus, assumtis in consortium Argivis, dominatus occupandi consilia cepit, et fortuna conatus adjuvante, extemplo civium potentissimos quadraginta exilium patria mutare coegit, bonaque ipsorum publicavit : unde magna vi opum potitus, conducto peregrinorum militum præsidio, urbem in potestate retinuit.

LXXI. Archonte dehinc Athenis Nausigene, et Romæ tribunis militaribus quattuor, L. Papirio, L. Menenio, Serv. Cornelio, Serv. Sulpicio, consulum in locum subrogatis, tertia supra centesimam Olympias apud Eleos acta est, qua Pythostratus Atheniensis coronam stadio meruit. Hoc anno Ptolemæus Alorites, Amyntæ filius, Alexandrum fratrem suum dolo interemit, et Macedoniæ regnum per annos tres administravit. (2) Tum in Bœotia Pelopidas, Epami-

ἐφάμιλλος ὢν τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ τῇ κατὰ πόλεμον δόξῃ, καὶ θεωρῶν ἐκεῖνον τὰ περὶ τὴν Πελοπόννησον συμφερόντως κατεσκευακότα τοῖς Βοιωτοῖς, ἔσπευδε τὰ ἐκτὸς Πελοποννήσου δι' ἑαυτοῦ προςάγεσθαι τοῖς Θηβαίοις. Παραλαβὼν δὲ Ἰσμηνίαν, ἄνδρα φίλον μὲν ἑαυτοῦ, θαυμαζόμενον δ' ἐπ' ἀρετῇ, παρῆλθεν εἰς Θετταλίαν. Καταντήσας δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Φερῶν τύραννον, ἀλόγως συνελήφθη μετ' Ἰσμηνίου καὶ εἰς φυλακὴν παρεδόθη. (3) Θηβαίων δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι παροξυνθέντων, καὶ ταχέως εἰς τὴν Θετταλίαν ἐκπεμψάντων ὁπλίτας μὲν ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δ' ἑξακοσίους, φοβηθεὶς Ἀλέξανδρος ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς εἰς τὰς Ἀθήνας περὶ συμμαχίας. Ὧ παραχρῆμα ὁ δῆμος ἐξέπεμψε ναῦς μὲν τριάκοντα, στρατιώτας δὲ χιλίους, ὧν ἦν στρατηγὸς Αὐτοκλῆς. (4) Ἐν ὅσῳ δ' οὗτος περιέπλει τὴν Εὔβοιαν, Θηβαῖοι κατήντησαν εἰς Θετταλίαν. Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου πεζὴν δύναμιν ἠθροικότος καὶ ἱππεῖς πολλαπλασίους ἔχοντος τῶν Βοιωτῶν, τὸ μὲν πρῶτον οἱ Βοιωτοὶ διὰ μάχης ἔκρινον λῦσαι τὸν πόλεμον, συνεργοὺς ἔχοντες τοὺς Θετταλούς· ὡς δ' οὗτοι μὲν αὐτοὺς ἐγκατέλιπον, Ἀθηναῖοι δὲ καί τινες ἄλλοι σύμμαχοι παρεγένοντο τῷ Ἀλεξάνδρῳ, τὰ δὲ σῖτα καὶ ποτὰ καὶ τἄλλα πάντα ἐπέλειπε τοῖς Βοιωτοῖς, ἔγνωσαν οἱ βοιωτάρχαι τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον ποιεῖσθαι. (5) Ἀναζευξάντων δ' αὐτῶν, καὶ τῆς πορείας οὔσης διὰ χώρας πεδιάδος, Ἀλέξανδρος ἐπηκολούθει πολλοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς οὐραγίας ἐπέθετο. Τῶν δὲ Βοιωτῶν οἱ μὲν κατακοντιζόμενοι συνεχῶς ἀπέθνησκον, οἱ δὲ τραύμασι περιέπιπτον, τέλος δ' οὔτε μένειν οὔτε προάγειν ἐώμενοι, εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἐξέπιπτον, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανιζόντων. (6) Ἤδη δ' αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ἀπεγνωκότων, Ἐπαμεινώνδας ἰδιωτεύων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατεστάθη στρατηγός. Εὐθύς τε διαλέξας τούς τε ψιλοὺς καὶ τοὺς ἱππεῖς, τούτους μὲν αὐτὸς ἀνέλαβε, καὶ ταχθεὶς ἐπὶ τῆς οὐραγίας, διὰ τούτων ἀνέστελλε τοὺς ἐπακολουθοῦντας πολεμίους καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν παρείχετο τοῖς προηγουμένοις ὁπλίταις· ποιούμενος δὲ μάχας ἐξ ὑποστροφῆς καὶ τάξει φιλοτέχνῳ χρώμενος, διέσωσε τὸ στρατόπεδον. (7) Ἀεὶ δὲ μᾶλλον διὰ τῶν κατορθωμάτων αὔξων τὴν ἰδίαν εὐδοξίαν, μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρά τε τοῖς πολίταις καὶ τοῖς συμμάχοις. Οἱ δὲ Θηβαῖοι τοὺς τότε βοιωταρχήσαντας καταδικάσαντες, πολλοῖς χρήμασιν ἐζημίωσαν.

LXXII. Ἐπιζητουμένης δὲ τῆς αἰτίας πῶς ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ ἰδιώτης ὢν ἐστρατεύετο μετὰ τῶν εἰς Θετταλίαν ἀποσταλέντων, ἀποδοτέον τὸν οἰκεῖον λόγον τῆς ἀπολογίας. Τῇ μάχῃ τῇ περὶ Κόρινθον Ἐπαμεινώνδας διακόψας τὴν ἐπὶ τοῦ προτειχίσματος φυλακὴν τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ δυνάμενος πολλοὺς ἀνελεῖν τῶν πολεμίων, ἠρκέσθη τῷ προτερήματι καὶ τῆς ἐπὶ πλεῖον μάχης ἀπέστη. (2) Γενομένης δὲ περὶ αὐτὸν ἱκανῆς ὑποψίας ὡς πεφεισμένου τῶν Λακεδαιμονίων ἰδίας ἕνεκα χάριτος, οἱ φθονοῦντες αὐτοῦ τῇ δόξῃ καιρὸν

nondæ bellicæ gloriæ studio æmulus, ubi res in Peloponneso ad reipublicæ Bœoticæ emolumentum ab eo confectas vidit, etiam ipse extra Peloponnesum sita Thebanorum ditioni subjicere properavit. Quapropter Ismenia, magnæ ob virtutem existimationis viro sibique inprimis amico, in societatem negotii assumto, in Thessaliam contendit, et cum Alexandro Pheræorum tyranno pacifice congressus, inopinato captus una cum Ismenia custodiæ traditur. (3) Exacerbati hoc facto Thebani octo millia gravis armaturæ militum, et sexcentos equites in Thessaliam mittunt. Quorum adventu territus Alexander per legatos Athenienses ad societatem secum ineundam invitat. Confestim ei populus triginta naves, prætore classis Autocle, cum mille militibus transmittit. (4) Interea vero dum iste Eubœam circumnavigat, Thebani in Thessaliam transierant. Quamvis autem et pedestribus copiis instructus esset Alexander, et equitatu Bœotis multum præpolleret, hi tamen pugna finiendum esse bellum initio censebant, auxiliis Thessalorum roborati; at quum ab his destituerentur, et Athenienses aliique nonnulli auxiliarii se cum Alexandro junxissent, cibus etiam potusque et omnis ceteroqui commeatus Bœotos deficeret; Bœotarchis domum regredi placuit. (5) Retroversis igitur signis, dum per campestria iter habent, Alexander cum equitatu insecutus extremum agmen invadit. Tum Bœotorum alii jaculis confixi oppetunt, alii vulneribus gravantur, ac postremo, quum neque subsistendi neque procedendi facultas esset, quo se verterent, aut quid agerent, non habent; ad quam perplexitatem victus etiam penuria accessit. (6) Jamque nihil spei ipsis reliquum erat, quum Epaminondas, privatam tunc vitam agens, ab exercitu dux creatur. Is statim delectam levis armaturæ manum et equites in postremo agmine disposuit, cumque his insectantes a tergo hostes repulit, ac crebis excursibus manus conserens, præeuntibus gravis armaturæ militibus securitatem præstitit, sollertique aciei structura utens exercitum conservavit. (7) Inde quia majorem subinde gloriam rebus dextre ac feliciter gestis acquirebat, præcipuam apud cives sociosque laudem promeruit. At qui tum magistratum Bœotorum gerebant, Thebani iis grandem pecuniæ multam irrogarunt.

LXXII. Hic quum quæstio offeratur, quid causæ fuerit ut tantus vir in expeditione Thessalica gregarium tunc militem ageret, apta ad defensionem Epaminondæ ratio nobis reddenda est. In prœlio ad Corinthum Epaminondas, præsidio Lacedæmoniorum, quod vallum tutabatur, disjecto, ingentem hostium cædem facere poterat: verum successu illo contentus, a pugna ulterius persequenda sibi temperavit. (2) In magnam idcirco suspicionem raptus, quasi privatam captando gratiam Lacedæmoniis pepercisset, ab obtrectatoribus, qui gloriæ ipsius invidebant, quum speciosæ

ἔλαβον εὐλόγου διαβολῆς. Ἐπενεγκάντων οὖν αὐτῷ προδοσίας ἔγκλημα, τὸ πλῆθος παροξυνθὲν ἀπέστησεν αὐτὸν τῆς βοιωταρχίας, καὶ ἰδιώτην ποιῆσαν ἐξαπέστειλε μετὰ τῶν ἄλλων. Ὡς δὲ ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐξήλειψε τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολάς, τότε ὁ δῆμος ἀποκατέστησεν αὐτὸν εἰς τὴν προγεγενημένην εὐδοξίαν. (3) Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Λακεδαιμονίοις πρὸς Ἀρκάδας ἐγένετο μεγάλη μάχη, ἐν ᾗ ἐνίκησαν Λακεδαιμόνιοι ἐπιφανῶς. Μετὰ γὰρ τὴν ἐν Λεύκτροις ἧτταν τοῦτο πρῶτον αὐτοῖς παράδοξον εὐτύχημα ἐγένετο· ἔπεσον γὰρ Ἀρκάδων μὲν ὑπὲρ τοὺς μυρίους, Λακεδαιμονίων δ' οὐδείς. Προεῖπον δ' αὐτοῖς αἱ Δωδωνίδες ἱέρειαι διότι ὁ πόλεμος οὗτος Λακεδαιμονίοις ἄδακρυς ἔσται. (4) Μετὰ δὲ τὴν μάχην οἱ Ἀρκάδες, φοβηθέντες τὰς τῶν Λακεδαιμονίων εἰσβολάς, ἔκτισαν ἐπί τινος ἐπικαίρου τόπου τὴν ὀνομαζομένην Μεγάλην πόλιν, συῤῥίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας τετταράκοντα τῶν ὀνομαζομένων Μαιναλίων καὶ Παῤῥασίων Ἀρκάδων. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἐν τούτοις ἦν.

LXXIII. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Διονύσιος ὁ τύραννος ἔχων δυνάμεις ἀξιολόγους, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ὁρῶν οὐκ εὖ διακειμένους πρὸς τὸν πόλεμον διά τε τὴν γεγενημένην παρ' αὐτοῖς λοιμικὴν νόσον καὶ τὴν ἀπόστασιν τῶν Λιβύων, ἔγνω στρατεύειν ἐπ' αὐτούς. Οὐκ ἔχων δὲ πρόφασιν ἀξιόλογον τῆς διαφορᾶς, προσεποιήθη τοὺς κατὰ τὴν ἐπικράτειαν Φοίνικας ἐπιβεβηκέναι τῆς ὑπ' αὐτὸν χώρας. (2) Παρασκευασάμενος οὖν πεζοὺς μὲν τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους, τριήρεις δὲ τριακοσίας καὶ τὴν ἁρμόζουσαν τῇ δυνάμει ταύτῃ παρασκευήν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν ὑπὸ Καρχηδονίους χώραν. Καὶ Σελινοῦντα μὲν καὶ Ἔντελλαν εὐθὺς προσηγάγετο, καὶ τὴν χώραν πᾶσαν πορθήσας καὶ τῆς πόλεως τῶν Ἐρυκίνων ἐγκρατὴς γενόμενος, ἐπολιόρκησε Λιλύβαιον· πολλῶν δ' ὄντων ἐν αὐτῷ στρατιωτῶν, τὴν πολιορκίαν ἔλυσεν. (3) Ἀκούσας δὲ τὰ νεώρια τῶν Καρχηδονίων ἐμπεπρῆσθαι, καὶ δόξας πάντα τὸν στόλον αὐτῶν διεφθάρθαι, κατεφρόνησε, καὶ τῶν ἰδίων τριήρων ἑκατὸν μὲν καὶ τριάκοντα τὰς ἀρίστας ἀπέστειλεν εἰς τὸν τῶν Ἐρυκίνων λιμένα, τὰς δ' ἄλλας ἁπάσας ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Συρακούσας. (4) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραδόξως διακοσίας ναῦς πληρώσαντες, ἐπέπλευσαν ταῖς ὁρμούσαις ἐν τῷ λιμένι τῶν Ἐρυκίνων· ἀνελπίστου δὲ τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, ἀπήγαγον τῶν τριήρων τὰς πλείστας. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ χειμῶνος ἐνστάντος, ἀνοχὰς ποιησάμενοι διεχωρίσθησαν εἰς τὰς οἰκείας ἑκάτεροι πόλεις. (5) Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀῤῥωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησε, δυναστεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν ἔτη δώδεκα.

LXXIV. Οὐκ ἀνοίκειον δ' ἐστὶ τῆς ὑποκειμένης ἱστορίας διελθεῖν τάς τε αἰτίας τῆς τελευτῆς καὶ τὰ συμβάντα τούτῳ τῷ δυνάστῃ περὶ τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. Διονυσίου τοίνυν δεδιδαχότος Ἀθήνησι Ληναίοις τραγῳδίαν καὶ νικήσαντος, τῶν ἐν τῷ χορῷ τις

calumniæ tempus arripuissent, proditionis accusabatur. Qua criminatione vulgus exasperatum, abrogato Bœotarchiæ magistratu, privatam deinceps vitam agere atque inter gregarios militare eum jussit. At postquam rebus præclare gestis aspersam calumniæ maculam absterserat, in pristinam a populo dignitatem restitutus est. (3) Haud longe post, acre inter Lacedæmonios et Arcades prœlium committitur, quo victoriam Lacedæmonii clarissimam reportant: quod primum eis certamen post cladem Leuctricam felicem necopinato exitum habuit. Arcadum enim supra decem millia cecidere, Lacedæmoniorum ne unus quidem. Dodonææ sacerdotes ita cecinerant, bellum hoc absque lacrimis exiturum Lacedæmoniis. (4) Ab hac pugna Lacedæmoniorum impressiones veriti Arcades opportuno quodam loco Magnam, quam vocant, Urbem condidere, quadraginta Mænaliorum et Parrhasiorum, uti nominantur, Arcadum pagis in eam conjectis. Atque is tum Græciæ status erat.

LXXIII. In Sicilia vero Dionysius tyrannus, magnis instructus copiis, ubi Carthaginienses propter luem pestiferam apud eos grassatam et defectionem Afrorum non bene paratos videbat, expeditionem in eos facere decrevit. At quum nihil omnino probabilis causæ ad litem sese offerret, Pœnos e Carthaginiensium ditione regni sui agros incursasse prætendit. (2) Peditum ergo triginta et equitum tribus millibus trecentisque triremibus coactis cum apparatu tantis copiis idoneo, Carthaginiensium regionem invadit, et statim Selinuntem atque Entellam subigit, et omnem circumcirca terram populatus atque Erycinorum insuper urbe potitus, Lilybæum tandem obsidione cingit. Sed quod validum in ea præsidium excubaret, mox illam solvit. (3) Hinc de navalibus Carthaginiensium incendio absumtis certior factus totamque ita classem periisse ratus, contemtu hostis securius rem gerit. Centum ergo et triginta classis suæ triremes eximias Erycinorum portum occupare, ac reliquas omnes Syracusas redire jubet. (4) At Carthaginienses præter opinionem cum ducentis navibus probe instructis classem in Erycinorum portu subsistentem aggrediuntur, improvisoque hoc incursu maximam triremium partem abripiunt. Sed quum hiems tum instaret, pactis mutuo induciis, utrique in suas quique civitates recedunt. (5) Nec diu post Dionysius, morbo correptus, inter vivos agere desiit, postquam triginta octo regnaverat annos: cui filius in principatu succedens Dionysius per duodecim hunc annos tenuit.

LXXIV. Hic non male conveniens historiæ nostræ instituto fuerit, si et causam mortis, et quæ circa vitæ terminum principi huic acciderint, enarremus. Igitur quum in Athenis Lenæis tragœdiam exhibens Dionysius victor proclamatus esset, quidam cantoris in choro munere functus,

ᾀδων, ὑπολαβὼν τιμηθήσεσθαι λαμπρῶς, ἐὰν πρῶτος ἀπαγγείλῃ τὴν νίκην, διέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον. Καταλαβὼν δ' ἐκεῖ ναῦν ἐκπλέουσαν εἰς Σικελίαν, καὶ μεταβὰς εἰς ταύτην, οὐρίοις ἐχρήσατο πνεύμασι, καὶ καταπλεύσας εἰς Συρακούσας, συντόμως ἀπήγγειλε τῷ τυράννῳ τὴν νίκην. (2) Ὁ δὲ Διονύσιος τοῦτον μὲν ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ περιχαρὴς ἐγένετο καὶ τοῖς θεοῖς εὐαγγέλια θύσας, πότους καὶ μεγάλας εὐωχίας ἐπετέλεσεν. Ἑστιῶν δὲ λαμπρῶς τοὺς φίλους, καὶ κατὰ τοὺς πότους φιλοτιμότερον τῇ μέθῃ δοὺς ἑαυτόν, εἰς ἀῤῥωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐμφορηθέντων ὑγρῶν. (3) Ἔχων δὲ παρὰ θεῶν λόγιον τότε τελευτήσειν ὅταν τῶν κρειττόνων περιγένηται, τὸν χρησμὸν ἀνέφερεν ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους, ὑπολαμβάνων τούτους κρείττους ἑαυτοῦ εἶναι. Διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς πλεονάκις πεπολεμηκὼς εἰώθει κατὰ τὰς νίκας ὑποφεύγειν καὶ ἑκουσίως ἡττᾶσθαι, ἵνα μὴ δόξῃ τῶν ἰσχυροτέρων γεγονέναι κρείττων. (4) Οὐ μὴν ἠδυνήθη γε τῇ πανουργίᾳ κατασοφίσασθαι τὴν ἐκ τῆς πεπρωμένης ἀνάγκην, ἀλλὰ ποιητὴς ὢν κακὸς καὶ διακριθεὶς ἐν Ἀθήναις ἐνίκησε τοὺς κρείττονας ποιητάς. Εὐλόγως οὖν κατὰ τὸν χρησμὸν διὰ τὸ περιγενέσθαι τῶν κρειττόνων ἐπακολουθοῦσαν ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. (5) Ὁ δὲ Διονύσιος ὁ νεώτερος διαδεξάμενος τὴν τυραννίδα, πρῶτον τὰ πλήθη συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν, παρεκάλεσε τοῖς οἰκείοις λόγοις τηρεῖν τὴν πατροπαράδοτον πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, ἔπειτα τὸν πατέρα μεγαλοπρεπῶς θάψας κατὰ τὴν ἀκρόπολιν πρὸς ταῖς βασιλίσι καλουμέναις πύλαις, ἠσφαλίσατο τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν.

LXXV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Πολυζήλου κατὰ μὲν τὴν Ῥώμην ἀναρχία διά τινας πολιτικὰς στάσεις ἐγένετο, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ἐν τῇ Θετταλίᾳ περί τινων ἐγκαλέσας τῇ πόλει τῶν Σκοτουσσαίων, ἐκάλεσεν αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν καὶ περιστήσας τοὺς μισθοφόρους, ἅπαντας ἀπέσφαξε· τὰ δὲ σώματα τῶν τετελευτηκότων ῥίψας εἰς τὴν πρὸ τῶν τειχῶν τάφρον τὴν πόλιν διήρπασεν. (2) Ἐπαμεινώνδας δ' ὁ Θηβαῖος μετὰ δυνάμεως ἐμβαλὼν εἰς Πελοπόννησον, τοὺς Ἀχαιοὺς καί τινας ἄλλας πόλεις προσηγάγετο, Δύμην δὲ καὶ Ναύπακτον καὶ Καλυδῶνα φρουρουμένην ὑπ' Ἀχαιῶν ἠλευθέρωσεν. Ἐστράτευσαν δὲ καὶ εἰς Θετταλίαν Βοιωτοί, καὶ Πελοπίδαν ἐκομίσαντο παρ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Φερῶν τυράννου. (3) Φλιασίοις δὲ πολεμουμένοις ὑπ' Ἀργείων Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων πεμφθεὶς στρατηγός, μετὰ δυνάμεως ἐβοήθησε τοῖς Φλιασίοις πολιορκουμένοις· νικήσας δὲ τοὺς Ἀργείους δυσὶ μάχαις καὶ τὴν ἀσφάλειαν περιποιήσας τοῖς Φλιασίοις, ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας.

LXXVI. Τοῦ δ' ἐνιαυσιαίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Κηφισόδωρος, ἐν Ῥώμῃ δ' ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους ὁ δῆμος τέτταρας κατέστησε, Λεύκιον Φούριον, Παῦλον Μάλλιον, Σερούιον Σουλπίκιον καὶ Σερούιον Κορνήλιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Θεμίσων ὁ Ἐρετρίας τύραννος Ὠρωπὸν κατελάβετο· ταύτην

honorificum se donum relaturum sperabat, si primus victoriam hanc renuntiaret. Statim ergo Corinthum navigat, ibique navem, quam in Siciliam offenderat trajecturam, ingressus, secundo ventorum flatu Syracusas appellit, e vestigioque tyranno victoriæ nuntium perfert. (2) Is lætitia haud modica perfusus, hominem benigne remuneratur, utque pro nuntio tam felici sacrificando diis grates exsolvat, epulas et compotationes magnifico cum apparatu institutas peregit. At vero dum splendide amicos excipit, et inter pocula nimium ebrietati indulget, per humoris ingesti copiam in vehementissimum morbum conjicitur. (3) Deorum jam pridem oraculo præmonitus erat, tum moriturum, quum se meliores vicisset. Fatidicam hanc vocem ad Carthaginienses detorquebat, hos se potentiores esse ratus. Ideo licet identidem cum illis bellum gereret, victoriam tamen subterfugere, et ultro victum se fateri solebat, ne validioribus superior fuisse videretur. (4) Vaframento tamen isto fati necessitatem haudquaquam eludere potuit: sed quum ipse malus poeta se longe præstantiores in hoc genere artifices Atheniensium judicio superasset, consentaneum oraculo erat, ut qui meliores vicisset, mox vitæ quoque terminum haberet. (5) Dionysius vero junior, simulac tyrannidem capessit, advocata plebem concione aptis verbis adhortatus est, ut benevolentiam a patre quasi per manus traditam erga se conservaret. Hinc patri magnificum ad regias, uti vocant, portas in arce funus quum peregisset, imperium confirmare studebat.

LXXV. Archonte Athenis Polyzelo, Romæ propter intestinos tumultus magistratuum solitudo erat, in Græcia vero Pheræorum tyrannus Alexander, Scotussæorum in Thessalia urbi crimina quædam intentans, ut ad concionem venirent, civibus edixit. Qui quum venissent, mercenariorum agmine circumventos omnes trucidavit, et cadaveribus interfectorum in fossam ante muros projectis, urbem direptioni tradidit. (2) Tum Epaminondas etiam Thebanus, cum exercitu Peloponnesum ingressus, Achæos nonnullosque alios in partes suas adduxit: Dymen præterea et Naupactum et Calydonem Achæorum præsidio munitam in libertatem vindicavit. In Thessaliam quoque Bœoti expeditionem fecerunt, qua Pelopidam Alexandro Pheræorum tyranno extorserunt. (3) Phliasii tum Argivorum armis premebantur. Chares itaque dux ab Atheniensibus eo missus, auxilium obsidione cinctis præstitit; et duobus prœliis de Argivis victor quum tutos ab hoste Phliasios reddidisset, Athenas est regressus.

LXXVI. Post exitum hujus anni, summa Athenis jurisdictio penes Cephisodorum erat, et Romæ consularis potestas ad tribunos militares quattuor, nempe L. Furium, Paulum Manlium, Serv. Sulpicium, et Serv. Cornelium redierat. Tum Eretriæ tyrannus Themiso in potestatem suam redegit

δὲ τὴν πόλιν οὖσαν Ἀθηναίων παραλόγως ἀπέβαλε. Τῶν γὰρ Ἀθηναίων στρατευσάντων ἐπ' αὐτὸν καὶ πολὺ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερεχόντων, οἱ Θηβαῖοι βοηθήσαντες αὐτῷ, καὶ παραλαβόντες ἐν παρακαταθήκῃ τὴν πόλιν, οὐκ ἀπέδωκαν. (2) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Κῷοι μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν οἰκουμένην πόλιν καὶ κατεσκεύασαν αὐτὴν ἀξιόλογον· πλῆθός τε γὰρ ἀνδρῶν εἰς ταύτην ἠθροίσθη καὶ τείχη πολυτελῆ κατεσκευάσθη καὶ λιμὴν ἀξιόλογος. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χρόνων ἀεὶ μᾶλλον ηὐξήθη προσόδοις τε δημοσίαις καὶ τοῖς τῶν ἰδιωτῶν πλούτοις, καὶ τὸ σύνολον ἐνάμιλλος ἐγένετο ταῖς πρωτευούσαις πόλεσιν. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀποστείλας πρέσβεις, ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας τοὺς μὲν πολέμους καταλύσασθαι καὶ κοινὴν εἰρήνην συνθέσθαι πρὸς ἀλλήλους. Διόπερ ὅ τε Λακωνικὸς καὶ Βοιωτικὸς κληθεὶς πόλεμος κατελύθη, πλεῖον μείνας ἐτῶν πέντε, τὴν ἀρχὴν λαβὼν ἀπὸ τῶν Λευκτρικῶν. (4) Ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης Ἰσοκράτης τε ὁ ῥήτωρ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος, ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι, Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος ἐσχατόγηρως ὤν· μέμνηται γὰρ τῆς Ἐπαμεινώνδου τελευτῆς μετ' ὀλίγον χρόνον γεγενημένης· Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης, πρὸς δὲ τούτοις Αἰσχίνης ὁ Σφήττιος ὁ Σωκρατικός.

LXXVII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χίωνος ἐν Ῥώμῃ ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι κατεστάθησαν Κόϊντος Σερουίλιος καὶ Γάϊος Οὐετούριος καὶ Αὖλος Κορνήλιος, πρὸς δὲ τούτοις Μάρκος Κορνήλιος καὶ Μάρκος Φάβιος. Ἐπὶ δὲ τούτων εἰρήνης οὔσης κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, πάλιν ἀρχαὶ πολέμων συνέστησάν τισι τῶν πόλεων καὶ νεωτέρων πραγμάτων καινοτομία παράλογος. Οἱ γὰρ τῶν Ἀρκάδων φυγάδες ὁρμηθέντες ἐξ Ἤλιδος, κατελάβοντο τῆς ὀνομαζομένης Τριφυλίας χωρίον ὀχυρὸν ὃ προσηγόρευται Λασιών. (2) Ἐκ πολλῶν δὲ χρόνων περὶ τῆς Τριφυλίας ἠμφισβήτουν Ἀρκάδες καὶ Ἠλεῖοι, καὶ κατὰ τὰς ἑκατέρων ἐν ταῖς μεταβολαῖς ὑπεροχὰς ἐναλλὰξ ἐκυρίευον τῆς χώρας· κατὰ δὲ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς τῶν Ἀρκάδων κρατούντων τὴν Τριφυλίαν, προφάσει τῶν φυγάδων ἀφῃροῦντο ταύτην τῶν Ἀρκάδων οἱ Ἠλεῖοι. (3) Διὸ καὶ παροξυνθέντες οἱ Ἀρκάδες τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἐξαποστείλαντες ἀπῄτουν τὸ χωρίον· ὡς δ' οὐδεὶς προσεῖχε, μετεπέμψαντο παρ' Ἀθηναίων συμμαχίαν καὶ μετὰ ταύτης ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν Λασιῶνα. Τῶν δὲ Ἠλείων βοηθησάντων τοῖς φυγάσιν, ἐγένετο μάχη πλησίον τοῦ Λασίωνος, καὶ τῶν Ἀρκάδων πολλαπλασίων ὄντων, ἡττήθησαν οἱ Ἠλεῖοι καὶ πλείους τῶν διακοσίων στρατιωτῶν ἀπέβαλον. Ταύτης δὲ ἀρχῆς τοῦ πολέμου γενομένης, συνέβη τὴν διαφορὰν ἐπὶ πλέον προβῆναι τοῖς Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις. (4) Εὐθὺς γὰρ οἱ μὲν Ἀρκάδες μετεωρισθέντες τῷ προτερήματι, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἠλείαν,

Oropum, quæ Atheniensium juris erat. Sed inexspectato eam rursus amisit. Quum enim Athenienses copiis longe superiores bellum ipsi facerent, arcessitis in auxilium Thebanis urbs ut depositum traditur, quam illi postea non restituerunt. (2) Dum hæc agebantur, Coi in urbem, quæ nunc frequentatur, commigrarunt, eamque ad splendorem magnificum provexere. Nam magnus civium numerus in eam adscriptus, mœniaque multis impendiis educta, portus denique celebratu dignus ibi exstructus est. Ab hoc itaque tempore tum vectigalibus publicis tum privatorum opibus magis ac magis crevit, adeo quidem, ut cum primariis certare urbibus haud vereretur. (3) Sub has rerum vices Persarum rex, legatione ad Græcos missa, ut bellicis tandem controversiis finem statuerent et communem inter se pacem sancirent, persuasit. Laconicum proinde et Bœoticum, quod vocant, bellum, quod a Leuctrico inde conflictu supra quinque annos duraverat, tandem est solutum. (4) Hac autem ætate viri propter eruditionem memoria digni exstiterunt Isocrates rhetor et discipuli ejusdem, et Aristoteles philosophus, et Anaximenes Lampsacenus, et Plato Atheniensis, Pythagoricorum insuper philosophorum postremi. His accedunt Xenophon historiarum scriptor, decrepitæ jam senectutis (nam interitus Epaminondæ, qui brevi post evenit, mentionem adhuc facit), itemque Aristippus et Antisthenes, Æschinesque Sphettius Socraticus.

LXXVII. Archontis inde munus Athenis suscepit Chion, et Romæ consularis potestas his tribunis militaribus, Q. Servilio, C. Veturio, A. Cornelio, M. Cornelio et M. Fabio, demandata est. Hoc tempore dum tota Græcia pace fruitur, nova rursus bellorum initia rerumque molitiones novarum inter civitates nonnullas repente exsistunt. Arcadum namque exules, eruptione ab Elide facta, munitum Triphyliæ castellum, cui Lasionis nomen, occupant. (2) De Triphylia per longum inde tempus inter Arcades et Eleos disceptatum fuerat: et pars alterutra per alternas fortunæ vices superior regionis dominium tenuerat. Quod quum tempestate illa penes Arcades esset, Elei prætextu exulum Arcadibus illam ademerunt. (3) Arcades injuria exacerbati missis initio legatis castellum repetunt. Ubi nemo attendit, arcessitis in belli societatem Atheniensibus, infesto Lasionem exercitu oppugnant. Sed quia præsto exulibus manus auxiliatrix Eleorum fuit, pugna juxta Lasionem committitur, et dum Arcades numero longe superant, Elei funduntur et plus quam ducentos de suis amittunt. Jactis his belli seminibus, dissidium hoc inter Arcades et Eleos longius proserpit. (4) Nam Arcades confestim, inflatis hoc successu animis, ducto in Elidis regionem exercitu, urbes aliquot, Margana,

καὶ εἷλον πόλεις Μάργανα καὶ Κρόνιον, ἔτι δὲ Κυπαρισσίαν καὶ Κορυφάσιον. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις κατὰ τὴν Μακεδονίαν Πτολεμαῖος μὲν ὁ Ἀλωρίτης ἐδολοφονήθη ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περδίκκα, βασιλεύσας ἔτη τρία· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ Περδίκκας ἐβασίλευσε τῆς Μακεδονίας ἔτη πέντε.

LXXVIII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Τιμοκράτους ἐν Ῥώμῃ μὲν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι τρεῖς κατεστάθησαν, Τίτος Κοίντιος, Σερούιος Κορνήλιος καὶ Σερούιος Σουλπίκιος, Ὀλυμπιὰς δὲ ὑπὸ Πισατῶν καὶ Ἀρκάδων ἤχθη τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Φωκίδης Ἀθηναῖος. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Πισᾶται μὲν ἀνανεωσάμενοι τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πατρίδος καί τισι μυθικαῖς καὶ παλαιαῖς ἀποδείξεσι χρώμενοι, τὴν θέσιν τῆς Ὀλυμπιακῆς πανηγύρεως αὐτοῖς προςήκειν ἀπεφαίνοντο. Κρίνοντες δὲ τὸν παρόντα καιρὸν εὔθετον ἔχειν ἀμφιςβητῆσαι τοῦ ἀγῶνος, συμμαχίαν ἐποιήσαντο πρὸς Ἀρκάδας ὄντας πολεμίους Ἠλείων· συναγωνιστὰς δὲ λαβόντες τούτους, ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς Ἠλείους ἄρτι τιθέντας τὸν ἀγῶνα. (3) Ἀντιστάντων δὲ τῶν Ἠλείων πανδημεί, συνέστη μάχη καρτερά, θεωμένων τὴν μάχην τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν πανήγυριν Ἑλλήνων ἐστεφανωμένων καὶ μεθ' ἡσυχίας ἀκινδύνως ἐπισημαινομένων τὰς ἑκατέρωθεν ἀνδραγαθίας. Τέλος Πισᾶται νικήσαντες ἔθηκαν τὸν ἀγῶνα, καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι διὰ τὸ δοκεῖν βίᾳ καὶ ἀδίκως διατεθῆναι. (4) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἐπαμεινώνδας ὁ Θηβαῖος, μέγιστον ἔχων τῶν πολιτῶν ἀξίωμα, συναχθείσης ἐκκλησίας, διελέχθη τοῖς πολίταις, προτρεπόμενος αὐτοὺς ἀντέχεσθαι τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας. Διελθὼν δὲ λόγον ἐκ χρόνου πεφροντισμένον, ἐδείκνυε τὴν ἐπιβολὴν ταύτην συμφέρουσάν τε καὶ δυνατήν, τά τε ἄλλα προφερόμενος καὶ διότι τοῖς πεζῇ κρατοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι περιποιήσασθαι τὴν τῆς θαλάττης ἀρχήν· καὶ γὰρ Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὸς Ξέρξην πολέμῳ διακοσίας ναῦς ἰδίᾳ πληροῦντας, Λακεδαιμονίοις δέκα ναῦς παρεχομένοις ὑποτετάχθαι. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν οἰκείως διαλεχθείς, ἔπεισε τοὺς Θηβαίους ἀντέχεσθαι τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς.

LXXIX. Εὐθὺς οὖν ὁ δῆμος ἐψηφίσατο τριήρεις μὲν ἑκατὸν ναυπηγεῖσθαι, νεώρια δὲ ταύταις ἴσα τὸν ἀριθμόν, Ῥοδίους δὲ καὶ Χίους καὶ Βυζαντίους προτρέπεσθαι βοηθῆσαι ταῖς ἐπιβολαῖς. Αὐτὸς δὲ μετὰ δυνάμεως ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ τὰς εἰρημένας πόλεις, Λάχητα μὲν τὸν Ἀθηναίων στρατηγόν, ἔχοντα στόλον ἀξιόλογον καὶ διακωλύειν τοὺς Θηβαίους ἀπεσταλμένον, καταπληξάμενος καὶ ἀποπλεῦσαι συναναγκάσας, ἰδίας τὰς πόλεις τοῖς Θηβαίοις ἐποίησεν. (2) Εἰ μὲν οὖν ὁ ἀνὴρ οὗτος πλείω χρόνον ἐπέζησεν, ὡμολογημένως ἂν οἱ Θηβαῖοι τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν καὶ τὴν τῆς θαλάττης ἀρχὴν προςεκτήσαντο· ἐπεὶ δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν τῇ περὶ τὴν Μαντίνειαν μάχῃ λαμπροτάτην τὴν νίκην τῇ πατρίδι περιποιήσας ἡρωικῶς ἐτελεύτησεν, εὐθέως καὶ τὰ

Cronion, Cyparissiam et Coryphasion ceperunt. (5) Interea Ptolemæus Alorites in Macedonia a fratre Perdicca, quum triennium regnasset, dolose interemtus est, et successor in regno Perdiccas per quinquennium potestate regia Macedoniam tenuit.

LXXVIII. Dein Timocrates Athenis reipublicæ præfuit, et Romæ tres militum tribuni, T. Quinctius, Serv. Cornelius et Serv. Sulpicius, consulari potestate subrogati sunt. Celebrata tunc a Pisatis et Arcadibus Olympias supra centesimam quarta, Phocide Atheniensi stadii victore. (2) Sub hoc tempus accidit ut Pisatæ, quo antiquam patriæ dignitatem renovarent, fabulosis quibusdam et vetustis subnixi argumentis, Olympicos agendi conventus jus penes se esse contenderent. Præsens ergo tempus ad disceptandam hanc controversiam opportunum rati, Arcades, tum Eleorum hostes, ad belli societatem adsciscunt, horumque auxilio in Eleos, qui jam ludos instituerant, expeditionem faciunt. (3) Quibus quum Elei totis reipublicæ viribus sese opponerent, atrox initur prœlium, cujus Græci, qui tum ad panegyricam hanc sollemnitatem frequentes convenerant, spectatores erant coronati, et quieti extraque periculi aleam positi, ad strenua utriusque partis facinora plausus edebant. Victores tandem Pisatæ ludos administrarunt; sed hanc Olympiadem Elei, quod per vim et præter jus acta videretur, annalibus non adscripserunt. (4) Inter has rerum vices Epaminondas Thebanus, cujus maxima inter populares dignatio esset, ad cives in concionem vocatos verba facit, quibus ad imperium maris capessendum illos hortabatur. In eo sermone, jam diu ante præmeditato, negotium hoc tam peractu facile, quam reipublicæ utile fore ostendit, et quum alia in medium affert, tum hoc etiam probat, quod dominantes in terra facile etiam maris dominium sibi comparare queant. Athenienses enim, licet ducentas in bello Xerxico naves cum omni apparatu possiderent, Lacedæmoniis tamen, qui decem præbebant, auscultasse. Quum hæc multaque alia, quæ præsenti argumento convenirent, disseruisset, Thebanos ad vindicandum sibi maris imperium induxit.

LXXIX. Mox igitur a populo sciscitur, ut triremes centum ac totidem navalia exstruantur: tum ut Rhodii, Chiique et Byzantii ad subsidiariam his inceptis operam navandum invitentur. Epaminondas ipse, cum aliquanta manu ad jam memoratas civitates missus, Lachetem, Atheniensium ducem classe valida instructum, et Thebanorum conatus impedire jussum, ita perterruit, ut classem abducere cogeretur, urbesque illas Thebanis adjunxit. (2) Quod si longius vitæ spatium huic viro concessum fuisset, terræ marisque imperium Thebani haud dubie acquisivissent: at quia brevi post prœlio ad Mantineam clarissimam patriæ victoriam adeptus heroice occubuit, statim res Thebanæ

τῶν Θηβαίων πράγματα τῇ τούτου τελευτῇ συναπέθανεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τὰ κατὰ μέρος μικρὸν ὕστερον ἀκριβῶς δίεξιμεν. (3) Τότε δὲ τοῖς Θηβαίοις ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὸν Ὀρχομενὸν διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Τῶν φυγάδων τινὲς βουλόμενοι τὴν ἐν Θήβαις πολιτείαν εἰς ἀριστοκρατικὴν κατάστασιν μεταστῆσαι, συνέπεισαν τοὺς τῶν Ὀρχομενίων ἱππεῖς ὄντας τριακοσίους συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐπιβολῆς. (4) Οὗτοι δὲ εἰωθότες ἐκ Θηβῶν ἀπαντᾶν ἡμέρᾳ τεταγμένῃ πρὸς τὴν ἐξοπλισίαν, εἰς ταύτην συνέθεντο ποιήσασθαι τὴν ἐπίθεσιν· πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων κοινωνούντων τῆς προθέσεως καὶ προσορμησάντων, ἀπήντησαν πρὸς τὸν καιρόν. (5) Οἱ μὲν οὖν συστησάμενοι τὴν πρᾶξιν μετανοήσαντες ἐδήλωσαν τοῖς βοιωτάρχαις τὴν ἐπίθεσιν, προδόντες τοὺς συνομόσαντας, καὶ διὰ τῆς εὐεργεσίας ταύτης ἑαυτοῖς ἐπορίσαντο τὴν σωτηρίαν. Τῶν δ' ἀρχόντων συλλαβόντων τοὺς τῶν Ὀρχομενίων ἱππεῖς καὶ παραγαγόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὁ δῆμος ἐψηφίσατο τούτους μὲν ἀποσφάξαι, τοὺς δ' Ὀρχομενίους ἐξανδραποδίσασθαι καὶ τὴν πόλιν κατασκάψαι. Ἐκ παλαιῶν γὰρ χρόνων οἱ Θηβαῖοι πρὸς τούτους ἀλλοτρίως διέκειντο, δασμοφοροῦντες μὲν τοῖς Μινύαις ἐν τοῖς ἡρωικοῖς χρόνοις, ὕστερον δ' ὑφ' Ἡρακλέους ἐλευθερωθέντες. (6) Οἱ δ' οὖν Θηβαῖοι καιρὸν ἔχειν νομίσαντες καὶ προφάσεις εὐλόγους τῆς τιμωρίας λαβόντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν Ὀρχομενόν· ἑλόντες δὲ τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἀπέκτειναν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσαντο.

LXXX. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Θετταλοὶ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Φερῶν τύραννον διαπολεμοῦντες, καὶ πλείοσι μάχαις ἡττώμενοι, πολλοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἀπολωλεκότες, πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Θηβαίους, ἀξιοῦντες αὐτοῖς βοηθῆσαι καὶ στρατηγὸν αὐτοῖς ἐξαποστεῖλαι Πελοπίδαν. Ἤδεισαν γὰρ τοῦτον τὸν ἄνδρα διὰ τὴν ὑπ' Ἀλεξάνδρου σύλληψιν ἀλλοτριώτατα διακείμενον πρὸς τὸν δυνάστην, ἅμα δὲ καὶ ἀνδρείᾳ διάφορον καὶ ἐπὶ στρατηγικῇ συνέσει διαβεβοημένον. (2) Συναχθείσης δὲ τῆς κοινῆς συνόδου τῶν Βοιωτῶν, καὶ τῶν πρέσβεων διαλεχθέντων περὶ ὧν εἶχον ἐντολάς, οἱ μὲν Βοιωτοὶ πάντα συνεχώρησαν τοῖς Θετταλοῖς, καὶ δόντες εἰς ἑπτακισχιλίους στρατιώτας τῷ Πελοπίδᾳ, συντόμως ἐκέλευον βοηθεῖν αὐτὸν τοῖς δεομένοις. Τοῦ δὲ Πελοπίδου ταχέως μετὰ τῆς δυνάμεως ἐξιόντος, συνέβη τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν. (3) Πολλῶν δὲ τὸ γεγονὸς ὑποπτευσαμένων, τῶν μάντεών τινες ἀπεφήναντο διὰ τὴν γενομένην τῆς πόλεως ἔξοδον τῶν στρατιωτῶν ἐκλιπεῖν τὸν ἥλιον. Καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων προλεγόντων τὸν τοῦ Πελοπίδου θάνατον, οὐδὲν ἧττον ὁ Πελοπίδας ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν στρατείαν, ὑπὸ τοῦ χρεὼν ἀγόμενος. (4) Ὡς δὲ κατήντησεν εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον κατέλαβε προκατειλημμένον τοὺς ὑπερδεξίους τόπους καὶ στρατιώτας ἔχοντα πλείους τῶν δισμυρίων, ἀντεστρατοπέδευσε μὲν τοῖς πολεμίοις, προσλαβόμενος δὲ συμμάχους παρὰ τῶν Θετταλῶν, συνῆψε μάχην τοῖς ἐναντίοις. (5) Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου διὰ τὰς

cum ipso velut emortuæ conciderunt. Verum hæc singula paullum infra diligenter persequemur. (3) Tum vero Orchomenum invadere placuit Thebanis, idque ob hasce causas. Exules nonnulli reipublicæ Thebanæ statum in aristocratiam transformare cupiebant, et ad consilii hujus societatem trecentos Orchomeniorum equites pellexerunt. (4) Hi quum Thebis stata quadam die ad armorum lustrationem excurrere solerent, sub id ipsum tempus impressionem facere constituerunt; quumque plures etiam alii se ad conatus hujus expeditionem aggregassent, opportuno tandem tempore convenere. (5) Tum conspirationis principes, quos cœptorum pœnitere cœperat, insidias Bœotarchis aperiunt, et proditis conjurationis sociis, hoc suo merito incolumitatem sibi comparant. At Orchomeniorum equitibus, jussu magistratus in vincula conjectis, inque concionem deinde productis, supplicium capitale populus irrogavit, Orchomenios vero ipsos sub corona venumdari, urbemque eorum exscindi jussit. A vetustis enim inde temporibus infensi Orchomeniis Thebani fuerant, propterea quod heroum tempore tributum illis pendere, donec ab Hercule vindicarentur, coacti fuissent. (6) Nunc ergo commodam se occasionem et probabilem ulciscendi causam adeptos rati, infestis Orchomenum armis aggrediuntur, ac urbe in potestatem redacta, quidquid virorum inerat, trucidant, imbellemque ætatem ac sexum sub hasta vendunt.

LXXX. Hoc ipso tempore Thessali cum Alexandro Pheræorum tyranno belligerabantur: sed quia compluries acie victi magnam vim militum amiserant, de auxiliis sibi mittendis ac summo exercitus duce Pelopida Thebanos sollicitarunt. Virum enim istum Alexandro inimicissimum propter vincula pridem ab ipso injecta, ac virilis animi robore eximium, imperatoria denique sapientia ubique gentium percelebrem esse norant. (2) Convocato igitur universæ Bœotiæ concilio, legati mandata sua exponunt Bœotique ad omnia, quæ petebantur, faciles ac benignos sese exhibent, et Pelopidam e vestigio cum septem millium exercitu indigentibus auxilium ferre jubent. Qui quum sine mora copias educeret, forte accidit, ut solis lumen obscuraretur. (3) Quod prodigium multos reddebat sollicitos, erantque inter hariolos nonnulli, qui per hunc agminis egressum urbis solem defecturum interpretarentur. Qua divinatione quum Pelopidæ interitum portenderent, his tamen nihil motus Pelopidas fati ipsius ductu ad militiam hanc perrexit. (4) Ubi in Thessaliam pervenit, Alexandrum plus quam viginti millibus instructum editiora jam insedisse loca comperit. E regione igitur hostium castra metatus, adunatis Thessalorum copiis auxiliaribus, pugnam cum adversariis commisit. (5) At quum propter locorum eminentiam prævaleret

ὑπεροχὰς τῶν τόπων πλεονεκτοῦντος, ὁ Πελοπίδας σπεύδων διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας κρῖναι τὴν μάχην, ἐπ' αὐτὸν ὥρμησε τὸν Ἀλέξανδρον. Τοῦ δὲ δυνάστου μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ὑποστάντος, ἐγένετο μάχη καρτερά, καθ' ἣν ὁ Πελοπίδας ἀριστεύων πάντα τὸν περὶ αὐτὸν τόπον νεκρῶν κατέστρωσε· τέλος δ' ἐπιθεὶς τῷ κινδύνῳ καὶ τοὺς πολεμίους τρεψάμενος τὴν μὲν νίκην περιεποιήσατο, τὸν δὲ αὐτοῦ βίον ἀπέλιπε, πολλοῖς περιπεσὼν τραύμασι καὶ τὸ ζῆν ἡρωικῶς προέμενος. (6) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς καὶ τοῖς ὅλοις συντριβείς, ἠναγκάσθη καθ' ὁμολογίαν τοῖς μὲν Θετταλοῖς τὰς καταπεπολεμημένας πόλεις ἀποδοῦναι, Μάγνητας δὲ καὶ τοὺς Φθιώτας Ἀχαιοὺς παραδοῦναι Βοιωτοῖς, καὶ τὸ λοιπὸν Φερῶν μόνον ἄρχοντα σύμμαχον εἶναι Βοιωτοῖς.

LXXXI. Οἱ δὲ Θηβαῖοι περιβόητον νίκην ἀπενηνεγμένοι, πρὸς ἅπαντας ἔφασαν ἑαυτοὺς ἡττῆσθαι διὰ τὴν Πελοπίδου τελευτήν. Ἀξιόλογον γὰρ ἀπολωλεκότες ἄνδρα, κατὰ λόγον ἔκρινον τὴν νίκην ἥττονα ὑπάρχειν τῆς Πελοπίδου δόξης. Πολλὰς γὰρ καὶ μεγάλας χρείας παρέσχετο τῇ πατρίδι, πλεῖστον δὲ συνεβάλετο πρὸς τὴν τῶν Θηβαίων αὔξησιν. Ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων καταλήψει, καθ' ἣν ἀνεκτήσαντο τὴν Καδμείαν, ὡμολογημένως ἅπαντες τούτῳ τὸ πρωτεῖον τοῦ κατορθώματος ἀπονέμουσι· τὴν δ' εὐημερίαν ταύτην συνέβη πάντων τῶν ὕστερον γενομένων ἀγαθῶν αἰτίαν γενέσθαι. (2) Ἐν δὲ τῇ περὶ Τέγυραν μάχῃ μόνος Πελοπίδας τῶν βοιωταρχῶν ἐνίκησε τοὺς Λακεδαιμονίους, πλεῖον ἰσχύοντας τῶν Ἑλλήνων· ὅτε δὴ διὰ τὸ μέγεθος τῆς νίκης πρῶτον ἔστησαν Θηβαῖοι τρόπαιον κατὰ Λακεδαιμονίων. Κατὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἡγήσατο τοῦ ἱεροῦ λόχου, μεθ' οὗ προεμβαλὼν τοῖς Σπαρτιάταις ἀρχηγὸς ἐγένετο τῆς νίκης. Ἐν δὲ ταῖς ἐπὶ Λακεδαίμονα στρατείαις ἑπτὰ μὲν ἡγήσατο μυριάδων, πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ Σπάρτῃ τρόπαιον ἔστησε κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων τῶν πάντα τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἀπορθήτων γεγενημένων. (3) Πρὸς δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα πρεσβεύσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν παρέλαβεν, ἣν ἀνάστατον οὖσαν ἔτη τριακόσια Θηβαῖοι πάλιν ἀποκατέστησαν. Ἐπὶ τελευτῆς δὲ διαγωνισάμενος πρὸς Ἀλέξανδρον ἔχοντα πολλαπλάσιον δύναμιν, οὐ μόνον ἐπιφανῶς ἐνίκησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν θάνατον ἔσχεν ἐπ' ἀρετῇ περιβόητον καλῶς ἀγωνισάμενος. Πρὸς δὲ τοὺς πολίτας οὕτω διετέθη ὥστε ἀπὸ τῆς εἰς τὰς Θήβας καθόδου τῶν πολιτῶν μέχρι τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς βοιωταρχῶν πάντα τὸν χρόνον διετέλεσε, μηδενὸς ἄλλου τῶν πολιτῶν ταύτης ἠξιωμένου τῆς τιμῆς. (4) Πελοπίδας μὲν οὖν, διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ὑπὸ πάντων ἀποδοχῆς ἠξιωμένος, ἐχέτω καὶ παρ' ἡμῶν τὸν διὰ τῆς ἱστορίας ἔπαινον. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Κλέαρχος, τὸ γένος ὢν ἐξ Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, ἐπέθετο τυραννίδι· κρατήσας δὲ τῆς ἐπιβολῆς, ἐζήλωσε μὲν τὴν Διονυσίου τοῦ Συρακοσίων τυράννου διαγωγήν, τυραννεύσας δὲ τῶν Ἡρα-

Alexander, Pelopidas sua ipsius virtute prælium decernere contendens in ipsum sese ducem intulit. Quo cum selectissimorum juvenum manu fortiter obsistente, prœlium fit acerrimum, quo Pelopidas, quum militis tum ducis optimi munere defungens, omnem circa se locum strage hominum replet. Tandem ubi finem certamini imposuit, profligatis fugatisque hostibus, victoriam quidem adeptus est, sed ipse multis confectus vulneribus oppetiit, vitamque heroico plane exitu profudit. (6) Tum Alexander, altero jam prœlio victus, fractis per omnia viribus, oppida jam pridem subacta Thessalis restituere, Magnetesque et Phthiotas Achæos Bœotis tradere, et Pherarum dominatu in posterum contentus, Bœotorum socius esse per transactionem cogebatur.

LXXXI. Etiamsi vero Thebani victoriam celeberrimam tunc obtinuissent, palam tamen se victos esse ob interitum Pelopidæ profitebantur. Nam quia virum tam egregium amiserant, ejus gloria victoriam multo inferiorem esse recte censebant. Præclara enim sæpenumero commoda patriæ suæ præstiterat, ac plurimum ad reipublicæ Thebanæ amplificationem contulerat. Nam in vindicatione urbis per exules facta, ubi Cadmeam recuperarunt, omnes una voce palmam præclari facinoris Pelopidæ assignant: quod sane facinus probe peractum omnium deinceps bonorum causa Thebanis exstitit. (2) In pugna dehinc ad Tegyram unus inter omnes Bœotarchas Lacedæmonios, Græcorum potentissimos, devicit Pelopidas. Ubi propter victoriæ magnificentiam primum de Lacedæmoniis tropæum Thebani statuerunt. In Leuctrica inde pugna sacræ cohortis dux fuit, cum qua quod princeps in Lacedæmonios impressionem faceret, victoriæ auctor suis exstitit. In expeditionibus porro contra Lacedæmonios susceptis septuaginta millium imperator fuit, et tropæum de Lacedæmoniis in ipsius Spartæ limine erexit, qui per omne prius ævum oppugnationis ignari fuerant. (3) Legatus ad regem Persarum in communi pacificatione Messenen seorsum recepit, quam per trecentos annos desolatam Thebani instauraverant. Ad extremum cum Alexandro, longe majoribus copiis instructo, decertans non modo victoriam obtinuit insignem, sed etiam famigeratum virtutis nomine exitum vitæ præclare prœliando consecutus est. Cives denique ita tractavit, ut ab exulum inde reditu ad suam usque mortem Bœotarchæ munere ac potestate perpetuo fungeretur, quum nemo quisquam inter cives tali honoris prærogativa dignus haberetur. (4) Pelopidas ergo, quia sua virtute approbationem omnium promeruit, historicam a nobis etiam commendationem habeto. Sub idem tempus Clearchus, Heraclea urbe Ponti oriundus, ad dominatum capessendum animum adjecit: cœptaque feliciter exsecutus, totum se ad imitationem Dionysii Syracusanorum tyranni composuit, ac principatum Heracleotarum per duodecim annos magnifice ges-

κλειστῶν ἐπιφανῶς ἦρξεν ἔτη δώδεκα. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ἔχων δύναμιν πεζικήν τε καὶ ναυτικήν, Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας εἷλε, Κυζικηνοῖς δὲ πολιορκουμένοις ἐβοήθησε.

LXXXII. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Χαρικλείδης, ἐν Ῥώμῃ δ' ὕπατοι κατεστάθησαν Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερχος καὶ Λεύκιος Σέξτιος Λατερίας. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀρκάδες μετὰ Πισαίων κοινῇ τεθεικότες ὑπῆρχον τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, καὶ ἐκυρίευον τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ χρημάτων. Τῶν δὲ Μαντινέων ἀναλαβόντων εἰς τοὺς ἰδίους βίους οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναθημάτων, ἔσπευδον οἱ παρανομήσαντες διακατέχειν τὸν πρὸς Ἠλείους πόλεμον, ἵνα μὴ δῶσιν ἐν εἰρήνῃ λόγον τῶν ἀναλωθέντων. (2) Τῶν δὲ ἄλλων Ἀρκάδων βουλομένων συνθέσθαι τὴν εἰρήνην, στάσιν ἐκίνησαν πρὸς τοὺς ὁμοεθνεῖς. Γενομένων οὖν δυοῖν ἑταιρειῶν, συνέβαινε τῆς μὲν τοὺς Τεγεάτας, τῆς δὲ τοὺς Μαντινεῖς ἡγεῖσθαι. (3) Ἐπὶ πολὺ δὲ τῆς διαφορᾶς αὐξηθείσης, εἰς τὴν διὰ τῶν ὅπλων κρίσιν κατήντησαν· καὶ Τεγεᾶται μὲν πρεσβεύσαντες πρὸς Βοιωτοὺς ἔπεισαν ἑαυτοῖς βοηθεῖν, οἱ δὲ Βοιωτοὶ στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Ἐπαμεινώνδαν καὶ δύναμιν ἀξιόλογον δόντες, ἐξαπέστειλαν βοηθῆσαι τοῖς Τεγεάταις. (4) Οἱ δὲ Μαντινεῖς τὴν ἐκ τῆς Βοιωτίας δύναμιν καὶ τὴν Ἐπαμεινώνδου δόξαν καταπλαγέντες, πρὸς τοὺς ἐχθροτάτους τῶν Βοιωτῶν Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους πρέσβεις ἐκπέμψαντες ἔπεισαν συμμαχεῖν. Ὧν ἀμφοτέρων ἁδρὰς δυνάμεις ταχέως ἀποστειλάντων, ἀγῶνες πολλοὶ καὶ μεγάλοι κατὰ τὴν Πελοπόννησον συνέστησαν. (5) Εὐθὺς οὖν Λακεδαιμόνιοι μὲν πλησίον οἰκοῦντες ἐστράτευσαν εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, Ἐπαμεινώνδας δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν· μετὰ τῆς δυνάμεως προϊὼν καὶ τῆς Μαντινείας οὐ μακρὰν ἀπέχων ἐπύθετο παρὰ τῶν ἐγχωρίων ὅτι Λακεδαιμόνιοι πανδημεὶ πορθοῦσι τὴν τῶν Τεγεατῶν χώραν. (6) Ὑπολαβὼν οὖν ἔρημον εἶναι στρατιωτῶν τὴν Σπάρτην, ἐπεβάλετο μὲν μέγα τι πρᾶξαι, τὴν δὲ τύχην ἔσχεν ἀντιπράττουσαν. Αὐτὸς μὲν γὰρ νυκτὸς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Σπάρτην, ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Ἆγις ὑποπτεύσας τὴν ἀγχίνοιαν τὴν Ἐπαμεινώνδου, κατεστοχάσατο μὲν τὸ μέλλον ἐμφρόνως, ἐξέπεμψε δέ τινας Κρῆτας ἡμεροδρόμους, δι' ὧν καταταχήσας τὸν Ἐπαμεινώνδαν, τοῖς ἀπολελειμμένοις ἐν τῇ Σπάρτῃ ἐδήλωσε διότι Βοιωτοὶ συντόμως ἥξουσιν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα πορθήσοντες τὴν πόλιν, αὐτὸς δ' ὡς ἂν τάχιστα δύνηται μετὰ τῆς δυνάμεως ἥξει βοηθήσων τῇ πατρίδι. Ἐκέλευεν οὖν τοῖς ἐν τῇ Σπάρτῃ παραφυλάττειν τὴν πόλιν μηδὲν καταπεπληγμένους· ταχὺ γὰρ αὐτὸν ἐπιφανέντα βοηθήσειν.

LXXXIII. Τῶν δὲ Κρητῶν συντόμως τὸ παραγγελθὲν ποιησάντων, παραδόξως οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἅλωσιν τῆς πατρίδος ἐξέφυγον. Μὴ προδηλωθείσης γὰρ τῆς ἐπιθέσεως, ἔλαθεν ἂν ὁ Ἐπαμεινώνδας εἰσπε-

sit. (5) Interea dum hæc fiunt, Timotheus, Atheniensium prætor, pedestres ac navales copias ducens Toronen et Potidæam obsidet expugnatque, et Cyzicenis obsidione laborantibus succurrit.

LXXXII. Post anni hujus exitum Athenis reipublicæ Chariclides, et Romæ L. Æmilius Mamercus, et L. Sextius Lateranus Consules sunt creati. Quo tempore Arcades communi cum Pisæis auctoritate et opera ludos ad Olympiam ediderant, et templi sacrarumque opum ibi potestatem sibi vindicarant. Et quia Mantinenses non pauca ex donariis ad profanos vitæ usus transtulerant, sacrilegii auctores in hoc toti erant, ut bellum cum Eleis foveretur, ne, restituta pace, reddendis male insumtorum rationibus obnoxii fierent. (2) Quare quum Arcades ceteri pacem componi vellent, seditionem ipsi adversus cognatam sibi gentem excitabant. In duas exinde factiones discessum: quarum unam Tegeatæ, alteram Mantinenses ductitarunt. (3) Ac gliscente majorem in modum dissidio, ad armorum tandem judicium rem devolverunt. Tegeatæ, missa legatione, Bœotorum auxilia implorarunt. Bœoti statim Epaminondam belli ducem creant, et validis instructum copiis ad sublevandos auxilio Tegeatas mittunt. (4) At Mantinenses, illo Bœotorum exercitu et Epaminondæ gloria perterrefacti, ad capitales Bœotorum inimicos Athenienses et Lacedæmonios suam et ipsi legationem destinant, et de jungenda belli societate eos sollicitant. Magnum utrimque militum robur confestim suppeditatur, et crebra in Peloponneso certamina magnis viribus committuntur. (5) Primum igitur Lacedæmonii in vicinam sibi Arcadiam impressionem faciunt. Epaminondas sub id tempus signa promovebat, et jam non procul a Mantinea aberat, quum Lacedæmonios cum omni suorum multitudine Tegeatarum agros populari inaudit. (6) Spartam igitur propugnatoribus vacuam esse conjectans, ingens quidem facinus aggreditur, sed fortuna conatibus refragatur. Noctu enim ipse infesto Spartam exercitu petit. Sed rex Lacedæmoniorum Agis, vafritiam Epaminondæ suspectam habens, prudenter quod subsecuturum erat conjecit, et celeriter Epaminondam antevertens, per cursores quosdam Cretenses Spartanis domi relictis jam jam ad Lacedæmonem oppugnandam accessuros Bœotos, se vero, quam ocissime queat, patriæ cum copiis subsidio venturum significavit. In custodia igitur urbem ut haberent, deposito omni metu, præcepit; se enim cum auxiliis statim appariturum.

LXXXIII. Cretenses jussa festinanter et raptim expediunt. Quo factum, ut patriæ subigendæ periculum necopinato Lacedæmonii effugerent. Nam insidiis non detectis, de improviso Epaminondas Spartam oppressisset. Sagacita-

σῶν εἰς τὴν Σπάρτην. Τὴν μὲν οὖν ἐπίνοιαν τῶν στρατηγῶν ἀμφοτέρων δικαίως ἄν τις ἀποδέξαιτο, συνετωτέραν δὲ στρατηγίαν τὴν τοῦ Λακεδαιμονίου ἡγήσαιτο. (2) Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Ἐπαμεινώνδας ὅλην τὴν νύκτα διαγρυπνήσας, καὶ τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ κατὰ σπουδὴν διανύσας, ἅμ' ἡμέρᾳ προςῆγε τῇ Σπάρτῃ. Ὁ δ' ἐπὶ τῆς φυλακῆς ἀπολελειμμένος Ἀγησίλαος ὀλίγῳ πρότερον χρόνῳ τῶν Κρητῶν ἀκούσας τὰ κατὰ μέρος, εὐθὺς μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο τῆς πόλεως. (3) Τοὺς μὲν οὖν πρεσβυτάτους τῶν παίδων καὶ τοὺς γεγηρακότας ἐπὶ τὰ τέγη τῶν οἰκιῶν ἀνεβίβασε, καὶ προςέταξεν ἀπὸ τούτων ἀμύνεσθαι τοὺς εἰς τὴν πόλιν βιαζομένους, αὐτὸς δὲ τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις συντάξας, διεμέρισεν εἰς τὰς πρὸ τῆς πόλεως δυςχωρίας καὶ παρόδους, καὶ πάντας τοὺς δυναμένους τόπους δέξασθαι δίοδον ἐμφράξας, ἀνέμενε τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. (4) Ἐπαμεινώνδας δ' εἰς πλείω μέρη διελόμενος τοὺς στρατιώτας, καὶ πάντῃ προςπίπτων κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, ὡς εἶδε τὴν τῶν Σπαρτιατῶν σύνταξιν, εὐθὺς ἔγνω μεμηνυμένην τὴν πρᾶξιν· ὅμως δὲ προςμαχόμενος πᾶσι κατὰ μέρος καὶ ταῖς δυςχωρίαις ἐλαττούμενος συνῆπτεν εἰς χεῖρας. (5) Πολλὰ δὲ παθὼν καὶ δράσας οὐκ ἀπέστη τῆς φιλοτιμίας, ἕως τὸ στράτευμα τῶν Λακεδαιμονίων ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην· πολλῶν δὲ βοηθούντων τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ τῆς νυκτὸς καταλαβούσης, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν.

LXXXIV. Πυθόμενος δὲ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων ὅτι Μαντινεῖς πανδημεὶ πάρεισι βοηθοῦντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, τότε μὲν ἀναχωρήσας μικρὸν ἀπὸ τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσε· παραγγείλας δὲ δειπνοποιεῖσθαι, καταλιπὼν τῶν ἱππέων τινάς, τούτοις μὲν παρήγγειλεν ἑωθινῆς φυλακῆς πυρὰ καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀφορμήσας, ἔσπευσεν ἄφνω περιπεσεῖν τοῖς ἀπολελειμμένοις ἐν τῇ Μαντινείᾳ. (2) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πολλὴν διανύσας ὁδόν, ἄφνω τοῖς Μαντινεῦσιν ἀνελπίστως ἐπέῤῥαξεν, οὐ μὴν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, καίπερ ἅπαντα τῇ στρατηγίᾳ προνοησάμενος, ἀλλὰ τὴν τύχην λαβὼν ἀντιπράττουσαν, παραδόξως ἀπέβαλε τὴν νίκην. Ἄρτι γὰρ αὐτοῦ πλησιάζοντος ἐρήμῳ τῇ πόλει, κατήντησαν ἐπὶ θάτερα τῆς Μαντινείας οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων στρατιῶται πρὸς τὴν συμμαχίαν, ὄντες ἑξακιςχίλιοι, στρατηγὸν δ' ἔχοντες Ἡγέλοχον, ἄνδρα τῶν παρὰ τοῖς πολίταις ἐπαινουμένων. Οὗτος δὲ τοὺς ἱκανοὺς εἰς τὴν πόλιν παρειςαγαγών, τὴν ἄλλην δύναμιν ἐξέταξεν, ὡς μάχῃ διακριθησόμενος. (3) Εὐθὺς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ Μαντινεῖς ἐπεφάνησαν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὅλων κρίσιν ἅπαντες παρεσκευάζοντο καὶ τοὺς πανταχόθεν συμμάχους μετεπέμποντο. (4) Τοῖς μὲν οὖν Μαντινεῦσιν ἐβοήθουν Ἠλεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι τινές, ὧν ὁ σύμπας ἀριθμὸς ἦν πεζοὶ μὲν πλείους τῶν διςμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ διςχιλίους· τοῖς δὲ Τεγεάταις συνεμάχουν οἱ πλεῖστοι καὶ κράτιστοι τῶν Ἀρκάδων καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Βοιωτοὶ καὶ Ἀργεῖοι καί τινες ἕτεροι

tem ergo ducis utriusque approbatione ac laude merito quis prosequatur, prudentiæ tamen imperatoriæ palmam Lacedæmonio tribuerit. (2) Epaminondas ergo, quum totam illam noctem pervigil viæ spatium celeritate sollicita peregisset, simulatque illuxerat, Spartæ exercitum admovit. Agesilaus vero, qui ad custodiam urbis relictus fuerat, vix paullo ante de singulis certior factus, quam maxima potuit diligentia, urbis curam gessit. (3) Pueros igitur ætate grandiusculos et senes tecta domorum, ut inde impressionem hostis in urbem arcerent, conscendere jussit: ipse aliis, qui ætate ac robore valebant, in difficiles ante urbem aditus distributis, locisque omnibus, qua transitus aperiretur, obseptis, adventum hostis præstolabatur. (4) Epaminondas autem, diviso in plures acies exercitu, eodem undique momento impressionem faciens, ut objectos Spartanorum ordines vidit, statim rem hosti proditam intellexit. Nihilominus tamen, licet angustiis viarum præpeditus, cum omnibus circumquaque cohortibus divisim manus contulit. (5) Multisque cladibus acceptis et illatis, non prius a conatu suo destitit, quam exercitus Lacedæmoniorum Spartam remeasset. Quum magna itaque vis obsessis auxilio ventitaret, nocte jam ingruente, oppugnandi finem statuit.

LXXXIV. Tum ex captivis forte cognoscit, Mantinenses cum omni civitatis robore ad eripiendum Lacedæmonios periculo accelerare : conversis igitur signis, non procul ab urbe tum quidem castra metatur; sed statim jussis cœnare militibus, et aliquanto equitum numero illic relicto, quos ad matutinam usque vigiliam in castris ignes alere jusserat, cum exercitu inde movit, relictos Mantineæ desubito obruere festinans. (2) Postero itaque die, longissima viarum spatia emensus, ex improviso repente in Mantinenses impetum facit. Quamquam vero omnia, ut sollers imperator, tum providerat, quod proposuerat tamen obtinere non potuit: sed fortunam sibi obnitentem expertus, inopinato victoriam amisit. Quum primum enim ad urbem defensore vacuam propius accessit, ex altera Mantineæ regione auxiliaris Atheniensium manus occurrit. Erant autem sex millia, quos Hegelochus, laudatus inter cives vir, ducebat. Hic, idoneo in urbem præsidio submisso, reliquum agmen, ut pugna disceptaturus, explicuit. (3) E vestigio Lacedæmoniorum quoque et Mantinensium exercitus apparuere; omnesque ut de summa tandem rerum decernerent, evocatis undique auxiliaribus, sese accingebant. (4) Mantinensibus opem ferebant Elei, Lacedæmonii, Athenienses et quidam alii, omnisque adeo numerus erat plus quam viginti millia peditum, et bis mille circiter equitum. Tegeatis vero operam navabant auxiliarem Arcadum plerique numero ac opibus prævalentes, cumque his Achæi, Bœoti, Argivi et non-

τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν ἔξωθεν συμμάχων· οἱ δὲ πάντες ἠθροίσθησαν πεζοὶ μὲν ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τῶν τρισχιλίων.

LXXXV. Ἀμφοτέρων δὲ συντόμως [προ]καταβάντων εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα, καὶ διαταχθέντων τῶν στρατοπέδων, οἱ μὲν μάντεις σφαγιασάμενοι παρ' ἀμφοτέροις ἀπεφαίνοντο τὴν νίκην ὑπὸ τῶν θεῶν προφαινομένην. (2) Κατὰ δὲ τὴν τάξιν Μαντινεῖς μὲν μετὰ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων τὸ δεξιὸν ἐπεῖχον κέρας, ἔχοντες παραστάτας καὶ συναγωνιστὰς Λακεδαιμονίους, τούτοις δὲ συνεχεῖς ἦσαν Ἠλεῖοι καὶ Ἀχαιοί, καὶ τῶν ἄλλων οἱ καταδεέστεροι τὴν λοιπὴν ἐπεῖχον τάξιν· τὸ δ' εὐώνυμον κέρας ἀνεπλήρουν Ἀθηναῖοι. Θηβαῖοι δ' αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας ἐτάχθησαν, παραστάτας ἔχοντες Ἀρκάδας, τὸ δὲ δεξιὸν παρέδωκαν Ἀργείοις· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος ἀνεπλήρου τὴν μέσην τάξιν, Εὐβοεῖς καὶ Λοκροὶ καὶ Σικυώνιοι, πρὸς δὲ τούτοις Μεσσήνιοι καὶ Μαλιεῖς καὶ Αἰνιᾶνες, ἔτι δὲ καὶ Θετταλοὶ καὶ οἱ λοιποὶ σύμμαχοι. Τοὺς δ' ἱππεῖς ἐφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων ἀμφότεροι διεῖλοντο. (3) Τῶν δὲ στρατευμάτων τοῦτον τὸν τρόπον τεταγμένων, ὡς ἤδη πλησίον ὑπῆρχον ἀλλήλων, αἱ μὲν σάλπιγγες τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, αἱ δὲ δυνάμεις ἠλάλαξαν καὶ τῷ μεγέθει τῆς βοῆς τὴν νίκην ἐσήμαινον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἱππομαχίαν ἐν τοῖς κέρασι συνεστήσαντο, καθ' ἣν ταῖς φιλοτιμίαις ἑαυτοὺς ὑπερεβάλοντο. (4) Οἱ μὲν γὰρ τῶν Ἀθηναίων ἱππεῖς τοῖς τῶν Θηβαίων ἐπελάσαντες ἠλαττοῦντο οὐχ οὕτω ταῖς τῶν ἵππων ἀρεταῖς οὐδὲ ταῖς ἰδίαις εὐψυχίαις οὐδὲ ταῖς κατὰ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαις· ἐν γὰρ τούτοις ἅπασιν οὐχ ἦν καταδεέστερον τὸ τῶν Ἀθηναίων ἱππικόν· τῷ δὲ πλήθει καὶ τῇ παρασκευῇ τῶν ψιλῶν καὶ τῇ στρατηγικῇ συντάξει πολὺ τῶν ἐναντίων ἐλείποντο. Αὐτοὶ μὲν οὖν ὀλίγους εἶχον ἀκοντιστάς, οἱ δὲ Θηβαῖοι τριπλασίους σφενδονήτας καὶ ἀκοντιστὰς τοὺς ἐκ τῶν περὶ τὴν Θετταλίαν τόπων ἀπεσταλμένους. (5) Οὗτοι περιττότερον ἐκ παίδων ζηλοῦντες τὴν ἐν τούτοις μάχην, μεγάλην ῥοπὴν ποιεῖν εἰώθεισαν ἐν ταῖς μάχαις διὰ τὴν ἐν τούτοις ἐμπειρίαν. Διόπερ οἱ Ἀθηναῖοι κατατιτρωσκόμενοι μὲν ὑπὸ τῶν ψιλικῶν, καταπονούμενοι δ' ὑπὸ τῶν ἀνθεστηκότων, ἅπαντες ἐτράπησαν· τὴν δὲ φυγὴν ἐκτὸς τῶν κεράτων ποιησάμενοι, διωρθώσαντο τὴν ἧτταν. (6) Ἅμα μὲν γὰρ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν οὐκ ἐτάραξαν τὴν ἰδίαν φάλαγγα, ἅμα δὲ περιπεσόντες Εὐβοεῦσι καὶ μισθοφόροις τισὶν ἀπεσταλμένοις ἐπὶ τὴν κατάληψιν τῶν πλησίον λόφων, συνάψαντες αὐτοῖς μάχην ἅπαντας ἀπέκτειναν. (7) Οἱ δὲ τῶν Θηβαίων ἱππεῖς τοὺς μὲν φεύγοντας οὐκ ἐπεδίωξαν, ἐπὶ δὲ τὴν φάλαγγα τῶν ἀντιτεταγμένων ἐπελάσαντες, ἐφιλοτιμοῦντο παραλλάξαι τοὺς πεζούς. Ἰσχυρᾶς δὲ μάχης γενομένης, καὶ τῶν Ἀθηναίων καταπονουμένων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, ὁ τῶν Ἠλείων ἵππαρχος ἐπὶ τῆς οὐραγίας τεταγμένος ἐπεβοήθησε τοῖς φεύγουσι, καὶ πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν καταβαλών, παλίντροπον ἐποίησε τὴν μάχην.

nulli de Peloponnesiis extraneisque sociis alii. Quorum summa in unum collectorum fuit triginta millia peditum, equitum vero ter circiter mille.

LXXXV. Jamque ad capitale certamen instructa acie exercitus uterque descendit; quum, cæsis hic et istic victimis, extispices victoriam utrisque a diis portendi nuntiarunt. (2) Ceterum Mantinenses cum Arcadibus ceteris dextrum in acie cornu tenebant, quorum adstites et proximi in certamine socii erant Lacedæmonii. Vicini his Elei Achæique: infirmiores alii reliquam aciei partem integrabant; sinistrum vero cornu explebant Athenienses. E regione Thebani in lævo quidem cornu se ipsos locaverant, ita ut adstarent proxime Arcades; dextrum vero cornu Argivis tradiderant; reliqua multitudo, Eubœenses, Locri, Sicyonii, Messenii, Malienses, Ænianes, præterea Thessali et cetera confœderatorum manus aciem mediam stipabant. Equites utrinque in cornua distributi erant. (3) Dispositis ad hunc aciei modum copiis, quum alteri jam alteris imminerent, tubæ bellicum canunt, exercitus vociferantur, ipsaque barritus magnitudine victoriam portendunt. Ac primum equestre a cornibus prœlium committitur, in quo strenua contentione semetipsi vincunt. (4) Nam Atheniensium equitatus, in Thebanorum equites sese immittens, non tam equorum virtute, aut proprio animorum robore, vel equestris rei peritia (his enim omnibus Atheniensium equitatus nulli secundus habetur), quam multitudine et apparatu militum levis armaturæ inferiores erant; nec non imperatoria aciei structura hostibus longe concedebant. Perpaucos enim ipsi jaculatores sibi attributos habebant; quum triplo Thebanis plures essent ferentarii, qui fundis ac missilibus ceteris rem agerent, e finitimis Thessaliæ locis suppeditati. (5) Hi namque a pueritia in eo pugnæ genere studiosius exercitati magnum conflictibus momentum per suam in his peritiam afferre solent. Quo factum ut Athenienses, dum partim a rorariis sauciantur, partim ab equitatu sibi adverso premuntur, omnes fugam arriperent. Sed quod fuga extra cornua committeretur, damnum illud acceptum facile correxerunt. (6) Nam et suam inter retrocedendum phalangem non perturbant, et in Eubœenses et mercenarios quosdam, ad vicinos occupandum colles præmissos, delati, manu cum eis conserta, internecione omnes occiderunt. (7) Thebanus vero eques fugientium tergis non inhæsit, sed in oppositum incurrens agmen peditum, aciem prætervehi nitebatur. Acris tum conflictus oritur. Jamque Athenienses defatigati terga obvertebant, quum Eleorum præfectus equitum, extremam servans aciem, fugientibus succurrit, plurimisque Bœotorum profligatis, pugnam redintegravit. (8)

(6) Οἱ μὲν οὖν τῶν Ἠλείων ἱππεῖς τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιφανέντες τῷ λαιῷ κέρατι, τὸ γεγονὸς περὶ τοὺς συμμάχους ἐλάττωμα διωρθώσαντο. Ἐπὶ δὲ θατέρου κέρατος ἐπιῤῥαξάντων ἀλλήλοις τῶν ἱππέων, βραχὺν χρόνον ἡ μάχη διέμεινεν ἰσόῤῥοπος, μετὰ δὲ ταῦτα διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν ἱππέων οἱ μετὰ τῶν Μαντινέων ὄντες ἐβιάσθησαν, καὶ συχνοὺς ἀποβαλόντες, κατέφυγον πρὸς τὴν ἰδίαν φάλαγγα.

LXXXVI. Ἡ μὲν οὖν τῶν παρ' ἀμφοτέροις ἱππέων μάχη τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος· αἱ δὲ πεζικαὶ δυνάμεις ὡς συνῆλθον εἰς χεῖρας τοῖς πολεμίοις, μεγάλους καὶ θαυμαστοὺς ἀγῶνας συνεστήσαντο. Οὐδέποτε γὰρ Ἑλλήνων πρὸς Ἕλληνας ἀγωνιζομένων οὔτε πλῆθος ἀνδρῶν τοσοῦτο παρετάξατο οὔθ' ἡγεμόνες ἀξιολογώτεροι τοῖς ἀξιώμασιν οὔτε ἄνδρες δυνατώτεροι ταῖς ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνδραγαθίαις. (2) Οἱ γὰρ πεζομαχεῖν ἄριστα δυνάμενοι κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς Βοιωτοὶ καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὴν τάξιν ἀνθεστηκότες [πρῶτον] μάχην συνῆψαν, οὐδεμίαν φειδὼ ποιούμενοι τοῦ ζῆν. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον τύπτοντες ἀλλήλους τοῖς δόρασι, καὶ διὰ τὴν πυκνότητα τῶν πληγῶν τὰ πλεῖστα συντρίψαντες, εἰς τὸν ἀπὸ τῆς μαχαίρας ἀγῶνα κατήντησαν. (3) Συμπλεκόμενοι δὲ τοῖς σώμασι καὶ παντοίας διαθέσεις τραυμάτων ἀπεργαζόμενοι, τοῖς θυμοῖς οὐκ ἔληγον· ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον τοῖς δεινοῖς ἐγκαρτερούντων, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρ' ἑκατέροις ἀνδραγαθίας οὐδεμίαν ῥοπὴν ἐλάμβανεν ἡ μάχη. Ἕκαστος γὰρ τοῦ παθεῖν τι δεινὸν καταφρονῶν, τοῦ δὲ δρᾶσαί τι λαμπρὸν ἐφιέμενος, εὐγενῶς ἀνεδέχετο τὸν ὑπὲρ τῆς δόξης θάνατον. (4) Ἰσχυρᾶς δὲ μάχης ἐπὶ πολύν τε χρόνον γενομένης καὶ τοῦ κινδύνου μηδεμίαν ῥοπὴν λαμβάνοντος, ὁ μὲν Ἐπαμεινώνδας ὑπολαβὼν τῆς ἰδίας ἀρετῆς προςδεῖσθαι τὴν νίκην, ἔγνω δι' ἑαυτοῦ κρῖναι τὸν κίνδυνον. Εὐθὺς οὖν ἀναλαβὼν τοὺς ἀρίστους καὶ μετὰ τούτων συμφράξας, εἰςέβαλεν εἰς μέσους τοὺς πολεμίους· καθηγούμενος δὲ τοῦ συντάγματος, καὶ πρῶτος ἀκοντίσας, ἔβαλε τὸν ἡγούμενον τῶν Λακεδαιμονίων. (5) Εὐθὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων εἰς χεῖρας ἐρχομένων, οὓς μὲν ἀνελών, οὓς δὲ καταπληξάμενος διέκοψε τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τὸ ἀξίωμα τοῦ Ἐπαμεινώνδου καὶ τὸ βάρος τοῦ περὶ αὐτὸν συστήματος καταπλαγέντες, ἀνεχώρουν ἐκ τῆς μάχης· ἐπιχειμένων δὲ τῶν Βοιωτῶν καὶ τοὺς ἐσχάτους ἀεὶ φονευόντων, νεκρῶν ἐσωρεύθη πλῆθος.

LXXXVII. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι θεωροῦντες Ἐπαμεινώνδαν προθυμότερον προπίπτοντα τῷ θυμῷ, συνέδραμον ἐπ' αὐτόν. Πολλῶν δὲ καὶ πυκνῶν φερομένων βελῶν, τὰ μὲν ἐξένευε, τὰ δὲ διεκρούετο, τινὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος ἐξαιρῶν, τούτοις ἠμύνετο τοὺς ἐπιφερομένους. Ἡρωικῶς δ' ὑπὲρ τῆς νίκης ἀγωνισάμενος, καιρίαν ἔλαβε πληγὴν εἰς τὸν θώρακα. Κλασθέντος δὲ τοῦ δόρατος, καὶ τοῦ σιδήρου καταλειφθέντος ἐν τῷ σώματι, παραχρῆμα ἔπεσε κατισχυθεὶς ὑπὸ τῆς πληγῆς. Περὶ δὲ τοῦ σώματος ἐμπεσούσης φιλοτιμίας,

Ad hunc ergo modum Eleorum equitatus cladem in sinistro cornu sociis illatam maturo subsidio reparavit. In altero vero cornu, commissis inter se equitibus, ad exiguum pugna tempus in æquilibrio mansit: statimque multitudine ac robore Bœotici ac Thessalici equitatus repulsi Mantinenses cum magna suorum jactura ad phalangem suam refugerunt.

LXXXVI. Equestre igitur prœlium hujusmodi exitum apud utrosque habuit. Pedestres vero copiæ, ut manus cum hoste contulerunt, vehemens et mirificum excitarunt certamen. In nullo enim unquam Græcorum cum Græcis prœlio neque major hominum multitudo conflixit, neque præstantiores auctoritate duces eminuerunt, neque strenuiores in periculis sustinendis viri sese exhibuerunt. (2) Nam quorum summa per illam ætatem virtus erat in acie pedestri, Bœoti Lacedæmoniique, quod adversos sibi ordines haberent, (primi) conflictum tam cupide inierunt, ut nulla vitæ ratio haberetur. Initium ab hastarum incursu factum. Quibus ob crebritatem ictuum majori ex parte fractis, ad gladiorum certamen descensum fuit. (3) Hinc corporibus conserti, omne genus vulnerum infligere, nec quidquam de pertinacia animorum remittere. Dumque ad bene longum tempus discrimina fortiter sustinent, invicta utriusque partis strenuitate effectum est ut diu neutram in partem momentum pugnæ nutaret. Suum enim quisque periculum flocci faciens, et illustre quidpiam edere cupiens, generoso mentis ardore pro gloria mortem oppetit. (4) Quum ad longum vero tempus prœlium ferveret, et quorsum victoria inclinatura esset, haud discerneretur, sua ad victoriam opus esse virtute Epaminondas arbitratus, suo ipsius periculo discriminare prœlium statuit. Confestim ergo fortissimos, quos habebat, assumit, horumque globo stipatus, in medium hostium agmen impressionem facit. Tum ducem se cohorti suæ præbens, telo primus emisso, Lacedæmoniorum ducem verberat. (5) Quumque mox alii quoque manus conseruissent, aliis trucidatis, aliis perterrefactis, phalangem hostium perfringit. Lacedæmonii enim, quod et auctoritas Epaminondæ et conferti circa ipsum globi vis terrorem injiceret, e conflictu pedem referunt. Instant vero Bœoti, et ultimum quemque trucidant. Unde ingens cadaverum multitudo coacervatur.

LXXXVII. Quum vero Epaminondam animo abreptum præcipitantius irruere vident Lacedæmonii, concursu in ipsum facto, multis confertisque telis virum petunt: quæ partim declinat, partim depellit, nonnulla etiam e corpore evulsa in hostem retorquet. Interea dum pro victoria consequenda heroice decertat, in pectore letale vulnus accipit, hastilique defracto et ferro in corpore relicto, acerbitate vulneris subactus illico prolabitur. Hic vehemens de corpore conflictus inardescit, multisque hinc inde cæsis, vix

καὶ πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις ἀναιρεθέντων, μόγις οἱ Θηβαῖοι τῇ ῥώμῃ τῶν σωμάτων προέχοντες κατεπόνησαν τοὺς Λακεδαιμονίους. (2) Φυγῆς δὲ γενομένης, οἱ μὲν Βοιωτοὶ βραχὺν ἐπιδιώξαντες χρόνον ἀνέστρεψαν, ἀναγκαιότατον ἡγούμενοι τὸ κυριεῦσαι τῶν νεκρῶν. Ἀνακαλεσαμένων οὖν τῶν σαλπιγκτῶν τοὺς στρατιώτας, ἅπαντες τῆς μάχης ἀπέστησαν, καὶ τρόπαιον ἀμφότεροι στήσαντες ἠμφισβήτουν τῆς νίκης. (3) Οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι νενικηκότες τοὺς περὶ τὸν λόφον Εὐβοεῖς καὶ μισθοφόρους, κύριοι τῶν νεκρῶν ὑπῆρχον, οἱ δὲ Βοιωτοὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπὸ κράτους ἡττηκότες καὶ κρατοῦντες τῶν πεπτωκότων, προσένεμον ἑαυτοῖς τὴν νίκην. (4) Ἐπὶ μὲν οὖν χρόνον τινὰ περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως οὐδέτεροι διεπρεσβεύσαντο, ἵνα μὴ δόξωσιν ἐκχωρεῖν τοῦ πρωτείου· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Λακεδαιμονίων πρώτων ἐπικηρυκευσαμένων περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως ἀμφότεροι τοὺς ἰδίους ἔθαψαν. (5) Ἐπαμεινώνδας δ' ἔτι ζῶν εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπηνέχθη, καὶ τῶν συγκληθέντων ἰατρῶν ἀποφηναμένων ὅτι πάντως, ὅταν ἐκ τοῦ θώρακος ἐξαιρεθῇ τὸ δόρυ, συμβήσεται καὶ τὸν θάνατον ἐπακολουθῆσαι, εὐψυχοτάτην τοῦ βίου καταστροφὴν ἐποιήσατο. (6) Πρῶτον μὲν γὰρ τὸν ὑπασπιστὴν προσκαλεσάμενος, ἐπηρώτησεν εἰ διασέσωκε τὴν ἀσπίδα. Τοῦ δὲ φήσαντος καὶ θέντος αὐτὴν πρὸ τῆς ὁράσεως, πάλιν ἐπηρώτησε πότεροι νενικήκασιν. Ἀποφαινομένου δὲ τοῦ παιδὸς ὅτι Βοιωτοὶ νενικήκασιν, Ὥρα, φησίν, ἐστὶ τελευτᾶν, καὶ προσέταξεν ἐκσπάσαι τὸ δόρυ. Ἀναβοησάντων δὲ τῶν παρόντων φίλων, καί τινος εἰπόντος ὅτι Τελευτᾷς ἄτεκνος, Ἐπαμεινώνδα, καὶ δακρύσαντος, Μὰ Δία μέν, φησίν, ἀλλὰ καταλείπω δύο θυγατέρας, τήν τε ἐν Λεύκτροις νίκην καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ. Καὶ τοῦ δόρατος ἐξαιρεθέντος, ἄνευ πάσης ταραχῆς ἐξέπνευσεν.

LXXXVIII. Ἡμεῖς δ' εἰωθότες ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν τελευταῖς ἐπιλέγειν τὸν ἴδιον ἔπαινον, οὐδαμῶς ἁρμόττον ἡγούμεθα παραδραμεῖν ἀνδρὸς τηλικούτου τὴν τελευτὴν ἀνεπισήμαντον. Δοκεῖ γάρ [μοι] μὴ μόνον τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβαλεῖν ἐν τῇ στρατηγικῇ συνέσει καὶ ἐμπειρίᾳ, πρὸς δὲ τούτοις ἐπιεικείᾳ τε καὶ μεγαλοψυχίᾳ. (2) Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἡλικίαν τὴν τούτου γεγόνασιν ἄνδρες ἐπιφανεῖς, Πελοπίδας τε Θηβαῖος καὶ Τιμόθεος καὶ Κόνων, ἔτι δὲ Χαβρίας τε καὶ Ἰφικράτης οἱ Ἀθηναῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Ἀγησίλαος ὁ Σπαρτιάτης, βραχὺ τοῖς χρόνοις προτερῶν, ἐν δὲ τοῖς πρὸ τούτου χρόνοις ἐπὶ τῶν Μηδικῶν καὶ Περσικῶν καιρῶν Σόλων καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ Μιλτιάδης, ἔτι δὲ Κίμων καὶ Μυρωνίδης καὶ Περικλῆς καί τινες ἕτεροι παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Γέλων ὁ Δεινομένους καί τινες ἕτεροι. (3) Ἀλλ' ὅμως εἴ τις συγκρίναι τὰς τούτων ἀρετὰς τῇ Ἐπαμεινώνδου στρατηγίᾳ τε καὶ δόξῃ, πολὺ ἂν προέχουσαν εὕροι τὴν περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν ἀρετήν. Παρὰ μὲν γὰρ ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ἓν ἂν εὕροι προτέρημα τῆς δόξης, παρὰ δὲ τούτῳ πάσας τὰς ἀρετὰς ἠθροισμένας. Καὶ

tandem magno cum labore Thebani, viribus corporum prævalentes, Lacedæmonios repellunt. (2) Oborta fuga, Bœoti ad breve spatium insecuti revertuntur, quod cadaveribus potiri ante omnia necessarium ducerent. Revocatis igitur tubarum sonitu militibus, a pugna destiterunt omnes: et excitato utrimque tropæo, de victoria ambigebant. (3) Nam Athenienses, victis ad collem Eubœensibus et conductitiis, cadavera in potestate habebant; contra Bœoti, quod acie Lacedæmonios vicissent, cæsosque in arbitrio suo haberent, victoriam sibi tribuebant. (4) Ad tempus igitur neutra pars de tollendis ad sepulturam mortuis legationem misit, ne primas hosti concedere viderentur. Primi tamen Lacedæmonii cæsos ad sepulturam misso caduceatore poposcerunt: et tum suos utrique inhumarunt. (5) Ceterum Epaminondas vivus adhuc in castra relatus fuerat. Ibi quum arcessiti ad eum medici, mortem certissime insecuturam, quum primum pectore telum extractum foret, asseverarent, fortissimo vitam exitu terminavit. (6) Nam primo armigerum ad se vocatum, an clypeum servasset, interrogavit. Quod quum affirmaret, oculisque rem subjiceret, utri vicissent, iterum quæsivit. Puero, Bœotos vicisse, respondente, Jam moriendi tempus est, inquit: telumque sibi eximi jussit. Ibi clamor amicorum, qui tum aderant, exortus: et quum quidam large profusis lacrimis, Itane sine liberis e vita migras? diceret: Non per Jovem, ille respondit, sed filias duas, victoriam ad Leuctra et Mantineam, post me relinquo. Et educto hastæ mucrone, absque omni perturbatione animam efflavit.

LXXXVIII. Jam quia præstantium virorum obitus honorifica quapiam laude prosequi solemus, nequaquam decere nos arbitramur, si absque peculiari celebratione tanti viri exitum prætereamus. Hic enim [mihi] non suæ tantum ætatis imperatores arte et peritia militari, adde etiam æquitate ac celsitudine animi, superasse videtur. (2) Clarissimi enim hoc seculo viri, Pelopidas Thebanus, Timotheus, Conon, Chabrias, Iphicrates Athenienses, Agesilaus etiam Spartanus, licet ætate paullo superior, floruerunt, et ante eum Medicis et Persicis temporibus Solon, Themistocles, Miltiades, Cimon, Myronides, Pericles aliique nonnulli apud Athenienses, et Gelo Dinomenis filius in Sicilia, et quidam alii inclaruerunt. (3) Quorum omnium virtutes si quis cum Epaminondæ sollertia militari et gloria contulerit, virtutem Epaminondæ longe præstantiorem deprehendet. Nam apud ceteros unum dumtaxat gloriæ decus eximium sese offeret: apud hunc omnes in unum in quoque collectæ virtutes effulgebunt. Corporis enim robore, dicendi facul-

γὰρ ῥώμῃ σώματος καὶ λόγου δεινότητι, πρὸς δὲ τούτοις ψυχῆς λαμπρότητι καὶ μισαργυρίᾳ καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ τὸ μέγιστον, ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγικῇ συνέσει πολὺ διήνεγκε πάντων. (4) Τοιγαροῦν ἡ πατρὶς αὐτοῦ ζῶντος μὲν ἐκτήσατο τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος, τελευτήσαντος δὲ ταύτης ἐστερήθη, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ μεταβολῆς ἐπειράθη, καὶ πέρας διὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν ἡγουμένων ἀνδραποδισμοῦ καὶ κατασκαφῆς ἔλαβε πεῖραν. Ἐπαμεινώνδας μὲν οὖν παρὰ πᾶσι περιβόητον ἔχων τὴν ἀρετήν, τοιαύτης ἔτυχε καταστροφῆς τοῦ βίου.

sis Athenas legatis, ad pacem secum ineundum populum hoc ipso permovit, quod nihil sibi juris in Amphipolin vindicabat. (2) Bello itaque Atheniensium liberatus, quum Agim Pæonum regem fato concessisse audiret, commodam sibi Pæones invadendi occasionem præbitam existimavit. Armata igitur manu terram illorum ingressus, Barbaros acie vicit, gentemque deinceps parere Macedonibus coegit. (3) Restabant tamen hostes Illyrii, quos debellandi magno tenebatur studio. Advocata igitur concione, quum apposita militem oratione ad bellum instigasset, copias in Illyriorum fines duxit, non minus decem millibus peditum, et sexcentos equites sub vexillis habens. (4) Bardylis autem, rex Illyriorum, hostium adventu cognito, primum legatos ad Philippum de pace redintegranda misit, his pactis, ut quæ tunc in potestate oppida haberent, uterque sub ditione retinerent. Ad quod Philippus, se pacis quidem cupidum esse, sed eam non prius admissurum quam cunctis Macedonici regni urbibus decesserint Illyrii, respondit. Legatis itaque infecto negotio reversis, Bardylis victoriis ante partis suorumque virtute confisus, cum manu hostibus occurrit, decem millia peditum exquisitæ virtutis et circa quingentos equites in armis habens. (5) Quumque proximi essent inter se exercitus, subito ingenti cum vociferatu prœlium capessitur. In dextro cornu Philippus cum robore Macedonum eximio versans, circumagi jussit equites, ut ex obliquo in hostes impressionem facerent: ipse a fronte irruens, certamen validissimum commisit. (6) Illyrii contra ad formam laterculi aciem instruunt, et fortiter in discrimen pugnæ cum hoste descendunt. Diuque anceps, propter eximiam utriusque exercitus fortitudinem, erat prœlium. Cadebant multi, longeque plures vulnerabantur. Et modo huc, modo illuc, momentum pugnæ vergebat, prout vicissim a dimicantium virtute pondus accepit: tandem quum equitatus tum a latere tum a tergo premeret, et Philippus cum fortissimis suorum heroice decertaret, vulgus Illyriorum in fugam se præcipitare cogitur. (7) Ad longum inde spatium Macedones insequuntur. Plurimisque in fuga trucidatis, Philippus tandem suis receptui signum dedit, excitatoque tropæo, qui ex suis in acie defuncti erant sepelivit. Tum Illyrii, missa legatione, ubi cunctis Macedonici nominis urbibus excessere, pacem impetrarunt, quum plus septem millibus isto in conflictu de ipsis occubuissent.

V. Nos, postquam per Macedoniam et Illyridem gesta recensuimus, ad aliarum res gentium nunc transitum facicmus. In Sicilia Dionysius junior, Syracusanorum tyran-

τῶν Συρακοσίων τύραννος ὁ νεώτερος, παρειληφὼς μὲν τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς ἀνωτέρω καιροῖς, ἄπρακτος δὲ ὢν καὶ πολὺ τοῦ πατρὸς καταδεέστερος, προςεποιεῖτο διὰ τὴν ἀπραγίαν εἰρηνικὸς εἶναι καὶ πρᾶος τὸν τρόπον. (2) Διόπερ πρὸς Καρχηδονίους διαδεδεγμένος τὸν πόλεμον, πρός τε τούτους εἰρήνην συνέθετο, καὶ πρὸς Λευκανοὺς ὁμοίως διαπολεμήσας ἀργῶς ἐπί τινα χρόνον, καὶ ταῖς τελευταίαις μάχαις ἐπὶ τοῦ προτερήματος γενόμενος, ἀσμένως πρὸς αὐτοὺς κατελύσατο τὸν πόλεμον. (3) Κατὰ δὲ τὴν Ἀπουλίαν δύο πόλεις ἔκτισε, βουλόμενος ἀσφαλῆ τοῖς πλέουσι τὸν Ἰόνιον πόρον ποιῆσαι· οἱ γὰρ τὴν παραθαλαττίαν οἰκοῦντες βάρβαροι λῃστρίσι πολλαῖς πλέοντες, ἄπλουν τοῖς ἐμπόροις παρεσκεύαζον πᾶσαν τὴν περὶ τὸν Ἀδρίαν θάλατταν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα δοὺς ἑαυτὸν εἰς βίον εἰρηνικόν, ἐξέλυσε μὲν τῶν στρατιωτῶν τὰς ἐν τοῖς πολέμοις γυμνασίας, μεγίστην δὲ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστείαν παραλαβών, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ πατρὸς λεγομένην ἀδάμαντι δεδέσθαι τυραννίδα διὰ τὴν ἰδίαν ἀνανδρίαν παραδόξως ἀπέβαλε. Τὰς δὲ αἰτίας τῆς καταλύσεως καὶ τὰς κατὰ μέρος πράξεις ἀναγράφειν πειρασόμεθα.

VI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Κηφισοδότου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Λικίνιον καὶ Γάϊον Σουλπίκιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Δίων ὁ Ἱππαρίνου, Συρακοσίων ὑπάρχων ἐπιφανέστατος, ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς ἠλευθέρωσε Συρακοσίους καὶ τοὺς ἄλλους Σικελιώτας διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. (2) Ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος ἐκ δυοῖν γυναικῶν ἦν πεπαιδοποιημένος, ἐκ μὲν τῆς πρώτης Λοκρίδος οὔσης τὸ γένος Διονύσιον τὸν διαδεξάμενον τὴν τυραννίδα, ἐκ δὲ τῆς δευτέρας Ἱππαρίνου θυγατρὸς οὔσης, εὐδοκιμωτάτου Συρακοσίων, δύο παῖδας, Ἱππαρῖνον καὶ Νυσαῖον. (3) Ἐτύγχανε δὲ τῆς δευτέρας γυναικὸς ἀδελφὸς ὢν Δίων, ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχων προκοπὴν καὶ κατ' ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν πολὺ προέχων τῶν κατ' αὐτὸν Συρακοσίων. (4) Οὗτος δὲ διὰ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς εἰς ὑποψίαν ἦλθε τῷ τυράννῳ, δόξας ἀξιόχρεως εἶναι καταλῦσαι τὴν τυραννίδα. Φοβούμενος οὖν αὐτὸν ὁ Διονύσιος, ἔκρινεν ἐκποδὼν ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. Ὁ δὲ Δίων αἰσθόμενος τὸ μὲν πρῶτον ἐκρύφθη παρά τισι τῶν φίλων, μετὰ δὲ ταῦτα ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας εἰς Πελοπόννησον, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν Μεγακλῆν καὶ Ἡρακλείδην τὸν ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν τεταγμένον ὑπὸ τοῦ τυράννου. (5) Καταπλεύσας δ' εἰς τὴν Κόρινθον, τοὺς μὲν Κορινθίους ἠξίου συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας τῶν Συρακοσίων, αὐτὸς δὲ μισθοφόρους συνῆγε καὶ πανοπλίας συνήθροιζε. Ταχὺ δὲ πολλῶν ὑπακουόντων, πανοπλίας τε παρεσκευάσατο καὶ μισθοφόρους συχνούς, καὶ φορτηγοὺς δύο ναῦς μισθωσάμενος, τά τε ὅπλα καὶ τοὺς μισθοφόρους ἐνθέμενος, αὐτὸς μὲν ταύτας τὰς φορτίδας ἔχων ἐξέπλευσεν

nus, qui regnum pridem acceperat, quum ineptus ad res gerendas et patre suo longe inferior esset, animi pacifici morumque lenitatis prætextu ignaviam dissimulabat. (2) Ideo licet hereditarium veluti bellum cum Carthaginiensibus accepisset, pacem tamen cum illis fecit. Cum Lucanis etiam negligenter aliquamdiu bellum gessit: ac quamquam postremis aliquot pugnis superior abierat, belli tamen finiendi conditiones percupide amplexus est. (3) In Apulia duas condidit urbes, quo tutum per Ionium mare navigantibus transitum præstaret. Nam Barbari maris accolæ, magno navium prædatoriarum numero divagantes, sinum Adriaticum mercatoribus infestum reddebant. (4) Post hæc vitæ pacatiori se dedens, exercitationes militum bellicas exolescere permisit. Quare etsi maximum in Europa regnum acceperat, imperium tamen tyrannidemque adamante, ut pater jactabat, revinctam, effeminata inertia de improviso perdidit. Quem vero ad modum eversus sit, et quæ singulatim egerit, ut jam recenseantur, dabimus operam.

VI. Jam archontis magistratum Athenis Cephisodotus [*Cephisodorus?*] et Romæ consulare imperium C. Licinius et C. Sulpicius tenebant, quum Dion Hipparini filius, inter Syracusanos clarissimus, e Sicilia profugit, et animi sui præstantia tum Syracusanos tum alios quoque Siculos in libertatem vindicavit. Quod his de causis accidit. (2) Dionysius senior ex duabus uxoribus prolem susceperat: ex prima, quæ Locrensis erat natione, Dionysium, in regno successorem; ex altera, filia Hipparini qui in summa existimatione erat apud Syracusanos, duos filios, Hipparinum et Nysæum, procreaverat. (3) Hujus secundæ uxoris frater erat Dion, vir magni in philosophia progressus, virtute insuper et rei militaris scientia cunctis suæ ætatis Syracusanis longe præstans. (4) Hunc sua nobilitas, animique magnitudo insignis, tyranno suspectum reddiderant, quippe qui ad tyrannidem destruendam peridoneus videretur. Metuens ergo sibi ab illo Dionysius, virum ad necem raptum e medio facessere decrevit. Id præsentiens Dion, apud necessarios quosdam initio delitescit; postea ex Sicilia in Peloponnesum fugit, a Megacle germano et Heraclide, qui militum tyranni præfectum egerat, comitatus. (5) Ubi Corinthum pervenit, a civitate contendit, uti curam libertatis Syracusiis restituendæ una secum capessant. Illico mercenariorum ipse manum contrahit, et armis conquirendis studium impendit. Dumque multi ad voluntatem ejus sese applicant, brevi tempore magnam armorum copiam comparat, validamque ære militantium manum cogit. Duobus exinde navibus onerariis, mercede conductis, arma et milites imponit. Atque his tantum instructis e

ἐκ Ζακύνθου τῆς πρὸς Κεφαλληνίαν εἰς τὴν Σικελίαν, Ἡρακλείδην δὲ ἀπέλιπε τριήρεις τινὰς καὶ ἑτέρας φορτηγοὺς ἄξοντα κατόπιν εἰς τὰς Συρακούσας.

VII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀνδρόμαχος ὁ Ταυρομενίτης, Τιμαίου μὲν τοῦ τὰς ἱστορίας συγγράψαντος πατὴρ ὤν, πλούτῳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἤθροισε τοὺς ἐκ τῆς Νάξου τῆς κατασκαφείσης ὑπὸ Διονυσίου περιλειφθέντας. Οἰκίσας δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς Νάξου λόφον τὸν ὀνομαζόμενον Ταῦρον, καὶ μείνας κατ' αὐτὸν πλείω χρόνον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ταύρου μονῆς ὠνόμασε Ταυρομένιον. Ταχὺ δὲ τῆς πόλεως ἐπίδοσιν λαμβανούσης, οἱ μὲν οἰκήτορες μεγάλους περιεποιήσαντο πλούτους, ἡ δὲ πόλις ἀξιόλογον ἀξίωμα περιποιησαμένη, τὸ τελευταῖον ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ Καίσαρος ἀναστήσαντος τοὺς Ταυρομενίτας ἐκ τῆς πατρίδος, Ῥωμαίων ἀποικίαν ἐδέξατο. (2) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις οἱ τὴν Εὔβοιαν κατοικοῦντες ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῶν μὲν τοὺς Βοιωτοὺς τῶν δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐπικαλεσαμένων, συνέστη πόλεμος κατὰ τὴν Εὔβοιαν. Γενομένων δὲ πλειόνων συμπλοκῶν καὶ ἀκροβολισμῶν, ὁτὲ μὲν οἱ Θηβαῖοι ἐπροτέρουν, ὁτὲ δ' οἱ Ἀθηναῖοι τὴν νίκην ἀπεφέροντο. Μεγάλη μὲν οὖν παράταξις οὐδεμία συνετελέσθη· τῆς δὲ νήσου διὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον καταφθαρείσης, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων παρ' ἀμφοτέρων διαφθαρέντων, μόγις ταῖς συμφοραῖς νουθετηθέντες εἰς ὁμόνοιαν ἦλθον καὶ τὴν εἰρήνην συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους. Οἱ μὲν οὖν Βοιωτοὶ τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον ποιησάμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἦγον. (3) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κῴων, ἔτι δὲ Βυζαντίων ἀποστάντων, ἐνέπεσον εἰς πόλεμον τὸν ὀνομασθέντα συμμαχικόν, ὃς διέμεινεν ἔτη τρία. Ἑλόμενοι δὲ στρατηγοὺς Χάρητα καὶ Χαβρίαν ἀπέστειλαν μετὰ δυνάμεως. Οὗτοι δὲ πλεύσαντες ἐπὶ τὴν Χίον, κατέλαβον παραγεγονότας συμμάχους τοῖς Χίοις παρὰ Βυζαντίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κῴων, ἔτι δὲ Μαυσώλου τοῦ Καρῶν δυνάστου. Ἐκτάξαντες δὲ τὴν δύναμιν, ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. (4) Ὁ μὲν οὖν Χάρης τοῦ πεζοῦ στρατεύματος ἡγούμενος κατὰ γῆν προσῄει τοῖς τείχεσι, καὶ πρὸς τοὺς τῆς πόλεως ἐκχυθέντας ἐπ' αὐτὸν διηγωνίζετο· ὁ δὲ Χαβρίας προσπλεύσας τῷ λιμένι, ναυμαχίαν καρτερὰν συνεστήσατο, καὶ τῆς νεὼς τοῖς ἐμβόλοις ἀναῤῥαγείσης κατεπονεῖτο. Οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων νεῶν εἴξαντες τῷ καιρῷ διεσώθησαν, ὁ δ' ἀντὶ τῆς ἥττης ἀλλαξάμενος τὸν εὐκλεᾶ θάνατον, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς νεὼς καὶ τρωθεὶς ἐτελεύτησε.

VIII. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς μεγάλῃ παρατάξει νενικηκὼς τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ πάντας τοὺς μέχρι τῆς Λυχνίτιδος καλουμένης λίμνης κατοικοῦντας ὑπηκόους πεποιημένος, ἀνέκαμψεν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συντεθειμένος ἔνδοξον εἰρήνην πρὸς τοὺς Ἰλλυριούς, περιβόητός τε ὑπάρχων παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἐπὶ τοῖς δι' ἀνδρείαν

Zacyntho, quæ Cephalleniæ adjacet, in Siciliam transmittit: Heracliden vero, triremes aliquot aliasque onerarias paullo post adducturum Syracusas, reliquerat.

VII. Dum hæc geruntur, Andromachus Tauromenita, Timæi historici parens, vir opibus et claritate animi excellens, quidquid exsulum Naxi, quam Dionysius exsciderat, reliquum erat, hinc inde congregavit, et Taurum collem, qui Naxo imminet, habitandum illis dedit. Et quia ad longum temporis spatium illic substiterat, a mansione hac in Tauro Tauromenium nuncupavit. Quumque subitis hoc oppidum incrementis bearetur, factum est ut et incolæ magnas opes, et urbs dignitatem amplissimam sibi compararet. Nostra tandem ætate, translatis per Cæsarem e patria Tauromenitis, Romanorum coloniam accepit. (2) Interea qui Eubœam incolunt, excitatis inter se dissidiis, alii Bœotorum, alii Atheniensium subsidium implorant; bellumque per Eubœam exoritur. Etsi autem conflictus leviores ac velitationes crebro inter ipsos exsistebant, ac modo Thebani superiores erant, modo Athenienses victoriam referebant; magno tamen prœlio nunquam dimicatum fuit. Tandem insula per hoc bellum intestinum vastata, multaque hominum cæde ultro citroque peracta, vix cladibus prudentiores facti, concordia instaurata, pacem inter se constituere. Bœoti igitur, domum reversi, arma deposuerunt. (3) Athenienses vero, quum Chii, Rhodii, Coi et Byzantini defecissent, in bellum, quod Sociale vocatur, et triennium duravit, inciderunt. Ad quod Charetem et Chabriam, imperatores delectos, cum exercitu mittunt. Hi adversus Chium profecti, sociorum auxilia a Byzantiis, Rhodiis, Cois et Mausolo, Carum regulo, Chiis suppeditata offendunt. Tum distibutis ordine copiis, urbem terra marique oppugnant. (4) Et Chares, pedestris exercitus dux, a terra muros invadit, cumque oppidanis, qui eruptiones facerent, certamen init; Chabrias, ad portum evectus, prœlium navale acriter committit: sed nave prætoria rostrorum impetu perfracta, succumbit. Qui in ceteris erant navibus, tempori cedendum rati, incolumes evadunt: dux vero, gloriosam mortem ignominiosa deditione commutans, dum pro navi propugnat, vulnere accepto, cadit.

VIII. Per idem tempus Macedonum rex Philippus, postquam, Illyriis magno prœlio devictis, omnes ad Lychnitidem usque paludem habitantes imperio subdiderat, pacem cum illis gloriosam pactus, in Macedoniam regreditur: et quia res prope collapsas virtute sua erexerat, celebre inter

κατωρθωμένοις. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν τὴν Ἀμφίπολιν οἰκούντων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διατεθέντων καὶ πολλὰς ἀφορμὰς δόντων εἰς πόλεμον, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς ἀξιολόγῳ δυνάμει. Προςαγαγὼν δὲ τοῖς τείχεσι μηχανὰς καὶ πολιορκίας ἐνεργοὺς καὶ συνεχεῖς ποιησάμενος, κατέβαλε μὲν τοῖς κριοῖς μέρος τι τοῦ τείχους, παρειςελθὼν δ' εἰς τὴν πόλιν διὰ τοῦ πτώματος καὶ τῶν ἀντιστάντων πολλοὺς καταβαλών, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως· καὶ τοὺς μὲν ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διακειμένους ἐφυγάδευσε, τοῖς δ' ἄλλοις φιλανθρώπως προςηνέχθη. (3) Ἡ δὲ πόλις αὕτη κειμένη κατὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων εὐφυῶς, πολλὰ συνεβάλετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν. Εὐθὺς γὰρ τὴν μὲν Πύδναν ἐχειρώσατο, πρὸς δὲ Ὀλυνθίους συμμαχίαν ἔθετο, καὶ Ποτίδαιαν ὡμολόγησε περιποιήσειν αὐτοῖς, ὑπὲρ ἧς Ὀλύνθιοι πολλὴν σπουδὴν ἔσχον κυριεῦσαι τῆς πόλεως. (4) Τῶν δ' Ὀλυνθίων βαρεῖαν πόλιν οἰκούντων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ταύτην ἐνοικούντων πολλὴν ἐχόντων ῥοπὴν εἰς τὸν πόλεμον, περιμάχητος ἦν ἡ πόλις τοῖς ἡγεμονίας μείζονος ὀρεγομένοις. Διόπερ οἵ τε Ἀθηναῖοι καὶ ὁ Φίλιππος διεφιλοτιμοῦντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς τῶν Ὀλυνθίων συμμαχίας. (5) Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Φίλιππος Ποτίδαιαν ἐκπολιορκήσας, τὴν μὲν τῶν Ἀθηναίων φρουρὰν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ φιλανθρώπως αὐτῇ προςενεγκάμενος, ἐξαπέστειλεν εἰς τὰς Ἀθήνας· σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων διὰ τὸ βάρος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως· τὴν δὲ πόλιν ἐξανδραποδισάμενος παρέδωκε τοῖς Ὀλυνθίοις, δωρησάμενος ἅμα καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν κτήσεις. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν ἐπὶ πόλιν Κρηνίδας, ταύτην μὲν ἐπαυξήσας οἰκητόρων πλήθει μετωνόμασε Φιλίππους, ἀφ' ἑαυτοῦ προςαγορεύσας· τὰ δὲ κατὰ τὴν χώραν χρύσεια μέταλλα παντελῶς ὄντα λιτὰ καὶ ἄδοξα, ταῖς κατασκευαῖς ἐπὶ τοσοῦτον ηὔξησεν, ὥςτε δύνασθαι φέρειν αὐτῷ πρόςοδον πλεῖον ἢ ταλάντων χιλίων. (7) Ἐκ δὲ τούτων ταχὺ σωρεύσας πλοῦτον, ἀεὶ μᾶλλον διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν χρημάτων εἰς ὑπεροχὴν μεγάλην ἤγαγε τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν· νόμισμα γὰρ χρυσοῦν κόψας τὸ προςαγορευθὲν ἀπ' ἐκείνου Φιλίππειον, μισθοφόρων τε δύναμιν ἀξιόλογον συνεστήσατο καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλοὺς διὰ τούτου προετρέψατο προδότας γενέσθαι τῶν πατρίδων. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αἱ κατὰ μέρος πράξεις ἕκαστα δηλώσουσιν. Ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὰς συνεχεῖς πράξεις μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

IX. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέους Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Γάϊον Ποιτήλιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Δίων ὁ Ἱππαρίνου κατέπλευσεν εἰς τὴν Σικελίαν, καταλύσων τὴν Διονυσίου τυραννίδα. Ἐλαχίσταις δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων χρησάμενος ἀφορμαῖς, μεγίστην δυναστείαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην κατέλυσεν ἀνελπίστως. (2) Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν ὅτι δυσὶ φορτηγοῖς ναυσὶ καταπλεύσας περιεγένετο δυνάστου ναῦς μὲν μακρὰς ἔχοντος

Macedones nomen ejus habebatur. (2) Post hoc quum Amphipolitani inimicis erga Philippum animis multas belli causas præberent, validis eos copiis invadit, admotisque ad mœnia machinis, acriter et assidue oppugnationem urgens, arietum ictu muri partem dejicit, perque ruinas irrumpens, multis obsistentium prostratis, urbe potitur, et mulctatis exilio inimicis, humanissimum ceteris sese exhibet. (3) Urbs hæc, quum opportunum in Thraciam vicinosque locos situm haberet, permultum ad incrementa Philippo adjecit. Nam statim post Pydnam subegit, et cum Olynthiis societatem iniit, se Potidæam illis subjecturum pollicitus, cujus adipiscendæ magno studio tenebantur. (4) Quia vero Olynthiorum urbs opibus et potentia pollebat et propter civium multitudinem plurimum momenti ad bellum habebat, factum est ut, qui dominationis amplioris cupidi erant, de illa disceptarent. Quapropter Athenienses et Philippus, ut societatis fœdere sibi eam adjungerent, magno studio utrinque contendebant. (5) Sed enimvero Philippus, expugnata Potidæa, Atheniense præsidium ex urbe deduxit, et clementer tractatum Athenas remisit; nam populum Atheniensem valde reverebatur, quod potentia et dignitate civitas illa præstabat; urbem servitio mancipatam Olynthiis tradidit, agros simul et fundos territorii ipsis donans. (6) Hinc ad Crenidas profectus, urbem habitatorum frequentia amplificatam de nomine suo Philippos nuncupavit; atque aurifodinas, quæ per regionem illam erant, perquam tenues et obscuras hactenus, operum structuris eo provexit, ut plus quam mille talentûm reditum ipsi afferre possent. (7) Unde coacervatis brevi divitiis, ad luculentiorem subinde majestatem regnum Macedoniæ hac opum abundantia promovit. Aureum enim nummum, Philippicum ab eo dictum, cudit, quo magnas mercenariorum copias contraxit, multosque Græcorum ad patriæ suæ proditionem illexit. Quæ singula particularis rerum series planiora faciet. Nunc ad subsequentia gesta sermonem transferemus.

IX. Jam Athenis reipublicæ princeps erat Agathocles, Romæque consulatum administrabant M. Fabius et C. Pœtelius, quum Dion Hipparini filius in Siciliam ad opprimendam Dionysii tyrannidem trajecit. Exiguis vero adjumentis, ut nemo quispiam ante ipsum, instructus, maximum totius Europæ dominatum præter omnium spem evertit. (2) Quis enim credidisset, eum, qui cum duabus tantum onerariis appulerat, superiorem futurum tyranno qui longis

τετρακοσίας, στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν εἰς δέκα μυριάδας, ἱππεῖς δε μυρίους, ὅπλων δὲ καὶ σίτου καὶ χρημάτων τοσαύτην παρασκευὴν ὅσην εἰκὸς ἦν κεκτῆσθαι τὸν μέλλοντα χορηγήσειν δαψιλῶς ταῖς προειρημέναις δυνάμεσι, χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων πόλιν μὲν ἔχοντα μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων, λιμένας δὲ καὶ νεώρια καὶ κατεσκευασμένας ἀκροπόλεις ἀναλώτους, ἔτι δὲ συμμάχων δυνατῶν ἔχοντα πλῆθος; (3) Αἰτία δ' ὑπῆρχε τῷ Δίωνι τῶν προτερημάτων μάλιστα μὲν ἡ ἰδία λαμπρότης τῆς ψυχῆς καὶ ἀνδρεία καὶ ἡ τῶν ἐλευθεροῦσθαι μελλόντων εὔνοια, τὸ δὲ τούτων ἁπάντων μεῖζον, ἥ τε ἀνανδρία τοῦ τυράννου καὶ τὸ τῶν ἀρχομένων πρὸς αὐτὸν μῖσος. Πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς ἕνα καιρὸν συνδραμόντα παραδόξως τὰς ἀπιστουμένας πράξεις πρὸς τέλος ἤγαγεν. (4) Ἡμεῖς δ' ἀφέμενοι τούτων τῶν λόγων, ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν κατὰ μέρος πεπραγμένων τρεψόμεθα. Δίων γὰρ ἐκ Ζακύνθου τῆς πρὸς Κεφαλληνίαν δυσὶ φορτίσι ναυσὶν ἀναχθεὶς κατέπλευσε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ὀνομαζομένην Μινώαν. Αὕτη δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Μίνωος ἐκτίσθη τοῦ βασιλέως Κρητῶν, καθ' ὃν καιρὸν ζητῶν Δαίδαλον ἐπεξενώθη Κωκάλῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Σικανῶν· κατὰ δὲ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς ἡ μὲν πόλις αὕτη τοῖς Καρχηδονίοις ὑπήκουεν, ὁ δ' ἐπιστάτης αὐτῆς, ὄνομα Πάραλος, φίλος ὢν Δίωνος, προθύμως ὑπεδέξατο αὐτόν. (5) Ὁ δὲ Δίων ἐξελόμενος ἐκ τῶν φορτηγῶν πανοπλίας πεντακισχιλίας τῷ Παράλῳ παρέδωκε, καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν ἁμάξαις παρακομίσαι πρὸς τὰς Συρακούσας· αὐτὸς δὲ τοὺς μισθοφόρους παραλαβών, ὄντας χιλίους, προῆγεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας. Ἐν παρόδῳ δὲ τούς τε Ἀκραγαντίνους καὶ Γελῴους καί τινας τῶν τὴν μεσόγειον οἰκούντων Σικανῶν τε καὶ Σικελῶν, ἔτι δὲ Καμαριναίους πείσας συνελευθερῶσαι τοὺς Συρακοσίους, προῆγεν ἐπὶ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυράνννου. (6) Πολλῶν δὲ πάντοθεν συῤῥυέντων μετὰ τῶν ὅπλων, ταχὺ πλείους τῶν δισμυρίων στρατιωτῶν ἠθροίσθησαν. Οὐδὲν δ' ἧττον καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας Ἑλλήνων καὶ Μεσσηνίων μετεπέμφθησαν, καὶ πάντες σὺν πολλῇ προθυμίᾳ κατὰ σπουδὴν ἧκον.

X. Ὡς δ' ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Συρακοσίας ὁ Δίων ἦν, ἀπήντα πρὸς αὐτὸν πλῆθος ἀνόπλων ἀνθρώπων ἔκ τε τῆς χώρας καὶ τῆς πόλεως· ἀπίστως γὰρ διακείμενος ὁ Διονύσιος πρὸς τοὺς Συρακοσίους, πολλῶν τὰ ὅπλα παρῄρητο. (2) Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ὁ μὲν τύραννος περὶ τὰς νεοκτίστους πόλεις κατὰ τὸν Ἀδρίαν διέτριβε μετὰ πολλῶν δυνάμεων· οἱ δ' ἐπὶ τῆς φυλακῆς τῶν Συρακουσῶν ἀπολειφθέντες ἡγεμόνες τὸ μὲν πρῶτον ἐπειρῶντο μετακαλεῖσθαι τοὺς Συρακοσίους ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως· ἀκατασχέτου δὲ τῆς ὁρμῆς τῶν ὄχλων οὔσης, ἀπογνόντες τοὺς μισθοφόρους καὶ τοὺς τὰ τοῦ δυνάστου φρονοῦντας ἤθροισαν, καὶ τὰς τάξεις πληρώσαντες τοῖς ἀφεστηκόσιν ἐπιθέσθαι διέγνωσαν. (3) Δίων δὲ τοῖς μὲν ἀνόπλοις τῶν Συρακοσίων διέδωκε τὰς πεντακισχιλίας πανοπλίας, τοὺς δὲ ἄλλους ἐκ τῶν

navibus quadringentis, et centum fere peditum millibus et decem millibus equitum, armorum prælerea fiumentique et pecuniarum tanto apparatu instructus erat, quantus potentiæ illius conveniebat, qui in tantas, ut recensuimus, copias affatim sumtus facturus esset, et qui, præter jam dicta, urbem Græcarum omnium maximam, portus insuper navaliaque, et arces egregie munitas atque inexpugnabiles, tantam denique vim auxiliarium potentissimorum habebat? (3) Successus autem Dionis maxime juvabant ipsius magnitudo animi ac virtus, et in libertatem vindicandorum popularium addictæ voluntates : et quòd majus his omnibus, effeminata tyranni mollities et ignavia, odiumque subditorum adversus ipsum. Hæc omnia quum uno temporis momento simul concurrerent, res incredibiles ad exitum necopinatum perduxere. (4) Verum exordio hoc abrupto, ad singularum rerum gestarum descriptionem nos convertemus. Dion igitur e Zacyntho, Cephalleniæ propinqua, cum duobus navibus onerariis evectus, ad Minoam Agrigentini tractus urbem appulit. Hæc a Minoe quondam rege Cretensium condita fuit, quo tempore Dædalum quærens, Cocali Sicanorum regis hospes erat : tum vero Carthaginiensibus parebat, præfectusque ejus Paralus, Dionis amicus, prompto illum animo suscepit. (5) Dion ergo, quum desumtas ex onerariis quinquies mille armaturas Paralo tradidisset, rogavit eum, ut plaustris ad Syracusas hasce devehendas curaret. Ipse, adjunctis sibi mercenariis, qui mille erant, eodem iter intendit. In transitu Agrigentinos et Geloos, nonnullosque de Sicanis et Siculis mediterranea incolentibus, Camarinæos insuper ad liberandum communi ope Syracusanos adhortatus sibi junxit : cumque his ad labefactandum tyranni opes perrexit. (6) Et quia ex omnibus hinc inde locis armati ad ipsum confluebant, brevi supra viginti millia hominum sub vexillis habebantur. Nihilo minus tamen ex Italia quoque Græcorum et Messeniorum multi acciti erant, omnesque cum magna propensione animorum non cunctanter adventarunt.

X. Quum primum vero agri Syracusani confinia attigit Dion, multitudo hominum inermis ex rure et urbe illi occurrit. Quum enim Dionysius male fideret Syracusanis, multos armis exuerat. (2) Eo tum forte tempore tyrannus in urbibus ad mare Adriaticum nuper exstructis cum magnis copiis versabatur. Interea duces, ad custodiam urbis Syracusanæ relicti, a defectionis ausu revocare cives tentabant. Quum vero impetus multitudinis nullo modo cohiberi posset, desperantes, coactis mercenariis et iis, qui in urbe principis adhuc partes fovebant, expletisque ordinibus, invadere defectores constituerunt. (3) Tum Dion illas quinquies mille armaturas inter Syracusanos armis destitutos distribuit, ceteros etiam armis fortuitis, prout poterat, instruxit

δυνατῶν τοῖς παρατυχοῦσιν ὅπλοις συνεσκεύασε. Συναγαγὼν δ' ἅπαντας εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν, ἀπεφαίνετο μὲν ἑαυτὸν ἥκειν ἐπὶ τὴν ἐλευθέρωσιν τῶν Σικελιωτῶν, παρεκάλει δὲ στρατηγοὺς αἱρεῖσθαι τοὺς εὐθέτους πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῆς αὐτονομίας καὶ τὴν κατάλυσιν τῆς ὅλης τυραννίδος. Τὸ δὲ πλῆθος ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς φωνῆς ἀνεβόησε στρατηγοὺς αἱρεῖσθαι τόν τε Δίωνα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μεγακλῆν αὐτοκράτορας. (4) Εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκτάξας τὴν δύναμιν προςῆγε τῇ πόλει. Οὐδενὸς δ' ἀντιποιουμένου τῶν ὑπαίθρων, ἀδεῶς εἰςῆλθεν ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ διὰ τῆς Ἀχραδινῆς πορευθεὶς εἰς τὴν ἀγορὰν κατεστρατοπέδευσεν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐπεξιέναι. (5) Ὁ δὲ σύμπας ἀριθμὸς ἦν τῶν μετὰ Δίωνος στρατιωτῶν οὐχ ἐλάττους τῶν πεντακιςμυρίων. Οὗτοι δὲ πάντες ἐστεφανωμένοι κατῆλθον εἰς τὴν πόλιν, προηγουμένου τοῦ τε Δίωνος καὶ τοῦ Μεγακλέους καὶ μετὰ τούτων τριάκοντα Συρακοσίων, οἱ μόνοι τῶν κατὰ τὴν Πελοπόννησον φυγάδων Συρακοσίοις μετασχεῖν τῶν κινδύνων ἠθέλησαν.

XI. Τῆς δὲ πόλεως πάσης μετημφιασμένης ἀντὶ τῆς δουλείας τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τῆς τυραννίδος εἰς πανηγυρικὴν ἱλαρότητα τῆς τύχης ἀγούσης, πᾶσα οἰκία θυσιῶν καὶ χαρᾶς ἔγεμε, τῶν ἰδιωτῶν ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἑστίαις θυμιώντων, καὶ περὶ μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν εὐχαριστούντων τοῖς θεοῖς, περὶ δὲ τῶν μελλόντων εὐχὰς ἀγαθὰς ποιουμένων· ἐγένετο δὲ καὶ τῶν γυναικῶν ἐπὶ ταῖς ἀνελπίστοις εὐημερίαις ὀλολυγμὸς πολὺς καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν συνδρομαί. (2) Οὐδεὶς δ' ἦν ἐλεύθερος, οὐ δοῦλος, οὐ ξένος, ὃς οὐχ ἔσπευδεν ἰδεῖν τὸν Δίωνα, καὶ τὴν ἀρετὴν τἀνδρὸς πάντες ἀπεδέχοντο μειζόνως ἢ κατ' ἄνθρωπον. Καὶ τοῦτ' εὐλόγως ἔπασχον διὰ τὸ μέγεθος καὶ παράδοξον τῆς μεταβολῆς· πεντηκονταετοῦς γὰρ δουλείας πεπειραμένοι, καὶ τῆς ἐλευθερίας διὰ τὸν χρόνον ἐπιλελησμένοι, δι' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν ἀπελύθησαν τῆς συμφορᾶς. (3) Διονύσιος δὲ κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς αὐτὸς μὲν ἔτυχε διατρίβων περὶ Καυλωνίαν τῆς Ἰταλίας, Φίλιστον δὲ τὸν στρατηγὸν περὶ τὸν Ἀδρίαν ὄντα μετεπέμψατο μετὰ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, καὶ προςέταξε πλεῖν εἰς τὰς Συρακούσας. Ἀμφοτέρων δ' εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἐλθεῖν σπευδόντων, ὁ μὲν Διονύσιος ἧκεν εἰς τὰς Συρακούσας ἡμέραις ὕστερον ἑπτὰ τῆς Δίωνος καθόδου. (4) Εὐθὺς οὖν καταστρατηγῆσαι βουλόμενος τοὺς Συρακοσίους, περὶ διαλύσεως ἐπρεσβεύετο, καὶ πολλὰς ἐμφάσεις ἐδίδου παραδώσειν τὴν τυραννίδα τῷ δήμῳ, καὶ τῆς δημοκρατίας ἀλλάξεσθαι τιμὰς ἀξιολόγους· ἠξίου τε πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτόν, μεθ' ὧν συνεδρεύσας καταλύσηται τὸν πόλεμον. (5) Οἱ μὲν οὖν Συρακόσιοι μετεωρισθέντες ταῖς ἐλπίσιν, ἐξαπέστειλαν πρέσβεις τοὺς ἀξιολογωτάτους τῶν ἀνδρῶν. Ὁ δὲ Διονύσιος τούτοις μὲν φυλακὴν περιστήσας ἀνεβάλετο τὴν ἔντευξιν, αὐτὸς δ' ὁρῶν τοὺς Συρακοσίους διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς εἰρήνης τά τε περὶ τὰς φυ-

Convocatis deinde in concionem publicam universis, ad restituendum Siculorum nationi libertatem se venisse profitetur, ducesque jubet creari, qui et liberæ jurisdictioni restituendæ et tyrannidi funditus exscindendæ idonei sint. Statim una voce ab universo populo conclamatur, Dionem ejusque fratrem Megaclem imperatores cum summa potestate eligendos esse. (4) Confestim igitur a concione, instructo inque ordinem disposito exercitu, ad urbem movet: dumque nemo patentem sibi campum asserit, fidenter mœnia intrat, et per Achradinen in forum progressus, castra ibi ponit, quum hostium nemo aggredi illum auderet. (5) Numerus autem militantium cum Dione quinquaginta millibus non erat minor. Hique omnes corollis redimiti urbem intraverant, præeunte Dione cum Megacle et triginta Syracusanis, qui e numero eorum, qui in Peloponneso exulabant, soli eandem periculi aleam cum civibus Syracusanis experiri voluerant.

XI. Tunc civitas tota pro servitute libertatem induit: et tristitiam, tyrannidis comitem, in panegyricam festamque hilaritatem fortuna mutavit; omnis domus sacrificiis et gaudiis plena erat, quum homines in focis suis thura adolerent, gratamque pro bonis præsentibus diis mentem testificarentur, et fausta pro futurorum exitu vota conciperent. Mulierum quoque ob insperatam felicitatem multa erat jubilatio et per totam urbem concursus. (2) Non liber, non servus, non peregrinus tum erat, qui Dionem non spectatum accelerasset virtutemque viri, quem omnes magis, quam pro conditione humana, suspiciebant. Nec præter rationem hoc illis accidebat: tam ingens hæc erat mutatio, et tam inopinatus illius eventus. Nam ubi quinquaginta annorum servitutem experti, temporis diuturnitate libertatis jam oblivia traxerant, unius hominis virtute effectum est ut calamitate eximerentur. (3) Sub id vero tempus ad Cauloniam in Italia morabatur Dionysius. Philistum igitur, exercitus ducem, circa Adriam tum versantem, cum classe arcessit, utque recto Syracusas cursu petat injungit. Quumque ad eundem uterque locum citato itinere properaret, Dionysius septimo die post reditum Dionis Syracusas pervenit. (4) Statim igitur astu Syracusanos circumvenire cogitans, de pace legatos misit, per quos variis utique modis ostendit, se populo dominatum restituere velle, si in republica honores aliquos insignes recipere sibi liceat. Legatos itaque ad se mitti petit, quibuscum, habito senatu, bello finem statuat. (5) Syracusani, in spes sublimes adducti, legationem ex primariis ad ipsum viris mittunt: quibus custodia statim adhibita, Dionysius de die in diem colloquium suspendit. Interim Syracusanos spe pa-

λακὰς ῥᾳθύμως ἔχοντας καὶ τὰ πρὸς μάχην ἀπαρασκεύους, ἄφνω τὰς πύλας τῆς κατὰ τὴν Νῆσον ἀκροπόλεως ἀνοίξας ἐξεχύθη συντεταγμένῃ τῇ δυνάμει.

XII. Τῶν δὲ Συρακοσίων κατεσκευακότων ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν διατειχίσματα, προσέπεσον οἱ μισθοφόροι τῷ τείχει μετὰ πολλῆς βοῆς καὶ καταπλήξεως· καὶ πολλοὺς μὲν τῶν φυλάκων ἀνεῖλον, τοῦ δὲ τείχους ἐντὸς γενόμενοι πρὸς τοὺς ἐκβοηθοῦντας διηγωνίζοντο. (2) Ὁ δὲ Δίων ἀνελπίστως παρεσπονδημένος, μετὰ τῶν ἀρίστων στρατιωτῶν ἀπήντα τοῖς πολεμίοις· καὶ συνάψας μάχην, πολὺν ἐποίει φόνον. Ἐν σταδιαίῳ [ὀλίγῳ] δὲ διαστήματι τῆς [διατειχίου ἔσω] μάχης οὔσης, συνέδραμε πλῆθος στρατιωτῶν εἰς στενὸν τόπον. (3) Διὸ καὶ παρ' ἀμφοτέροις οἱ ταῖς ἀνδραγαθίαις πρωτεύοντες συγκατέβησαν εἰς τὸν κίνδυνον· καὶ τῶν μὲν τοῦ Διονυσίου μισθοφόρων διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγγελιῶν, τῶν δὲ Συρακοσίων διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐλευθερίας εἰς ὑπερβάλλουσαν φιλοτιμίαν ἐκτραπέντων, τὸ μὲν πρῶτον ἰσόρροπος ἦν ἡ μάχη, τῆς παρ' ἀμφοτέροις ἀρετῆς οὔσης ἰσομάχου, καὶ πολλοὶ μὲν ἔπιπτον, οὐκ ὀλίγοι δὲ κατετιτρώσκοντο πάσας τὰς πληγὰς ἐναντίας λαμβάνοντες· οἱ μὲν γὰρ πρωτοστάται τὸν ὑπὲρ τῶν ἄλλων θάνατον ὑπέμενον εὐψύχως, οἱ δ' ἐπιτεταγμένοι τοὺς πίπτοντας ὑπερασπίζοντες καὶ τοῖς δεινοῖς ἐγκαρτεροῦντες, τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ὑπὲρ τῆς νίκης ἀνεδέχοντο. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα Δίων μὲν ἀριστεῦσαι βουλόμενος ἐν τῇ μάχῃ καὶ σπεύδων δι' ἑαυτοῦ περιποιήσασθαι τὴν νίκην, εἰς μέσους ἐβιάσατο τοὺς πολεμίους· ἡρωικῶς δ' ἀγωνιζόμενος πολλοὺς μὲν ἐφόνευσε, τὴν δ' ὅλην σύνταξιν τῶν μισθοφόρων διακόψας ἐναπελήφθη μόνος τῷ πλήθει· πολλῶν δ' ἐπ' αὐτὸν ῥιφέντων βελῶν εἴς τε τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνος, ταῦτα μὲν ἐξέφυγε διὰ τὴν τῶν ὅπλων κατασκευήν· εἰς δὲ τὸν δεξιὸν βραχίονα τρωθεὶς συγκατηνέχθη τῷ βάρει τῆς πληγῆς, καὶ τοῖς πολεμίοις παρ' ὀλίγον ὑποχείριος ἐγένετο. (5) Οἱ δὲ Συρακόσιοι δείσαντες ὑπὲρ τῆς κατὰ τὸν στρατηγὸν σωτηρίας, ἐπέρραξαν τοῖς μισθοφόροις βαρείᾳ συντάξει, καὶ τὸν μὲν Δίωνα καταπονούμενον ἐξήρπασαν ἐκ τῶν κινδύνων, τοὺς δὲ πολεμίους βιασάμενοι φυγεῖν ἠνάγκασαν. Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸν ἄλλον τόπον τοῦ τείχους προτερούντων τῶν Συρακοσίων, οἱ τοῦ τυράννου μισθοφόροι συνεδιώχθησαν ἐντὸς πυλῶν τῶν ἐν τῇ Νήσῳ. Ἐπιφανεῖ δὲ μάχῃ νικήσαντες οἱ Συρακόσιοι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βεβαίως κτησάμενοι, τρόπαιον ἔστησαν κατὰ τοῦ τυράννου.

XIII. Μετὰ δὲ ταῦτα Διονύσιος μὲν ἐπταικὼς καὶ τὴν δυναστείαν ἀπογιγνώσκων ἤδη, ἐν μὲν ταῖς ἀκροπόλεσιν ἀπέλιπε φρουρὰς ἀξιολόγους, αὐτὸς δὲ τοὺς τετελευτηκότας, ὀκτακοσίους ὄντας, λαβὼν τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν, ἔθαψε λαμπρῶς, χρυσοῖς μὲν στεφάνοις ἐστεφανωμένους, πορφυρίσι δὲ καλαῖς περιβεβλημένους· ἤλπιζε γὰρ διὰ τῆς τούτων σπουδῆς προτρέψασθαι τοὺς ἄλλους εἰς τὸ προθύμως κινδυνεύειν ὑπὲρ τῆς τυ-

cis custodias negligentius obire et ad dimicandum imparatiores esse videns, reseratis extemplo arcis, quæ in Insula est, portis, cum agmine instructo erupit.

XII. Murus illic a mari ad mare Syracusanorum opera exstructus erat. Hunc mercenarii magno cum vociferatu et terrore invadunt; quumque, non paucis excubitorum occisis, interius penetrassent, cum ceteris ad defensionem progressis manus conferunt. (2) Dion igitur, contra fidem induciarum necopinato deceptus, cum fortissimorum agmine obviam hosti tendit, prœlioque conserto, magnam stragem edidit. Quum enim intra exiguum unius tantum stadii intervallum muro illo intergerino descriptum pugnaretur, militum turba in angustum locum confluxerat. (3) Quo factum, ut utrinque virtute præcellentes in certamen descenderent. Mercenarios Dionysii promissorum amplitudo, Syracusanos libertatis spes ad summum vincendi studium excitabat. Quum igitur æqualis utrinque in pugnando virtus esset, diu anceps consistebat prœlium: multique cadebant, nec pauci vulneribus, adverso pectore exceptis, conficiebantur. Nam primipilares mortem pro reliquis generosis animis oppetebant. Post hos collocati, scutis cadentes protegebant, et quævis adversa fortiter eluctantes, ultimum pro victoria discrimen in se recipiebant. (4) Dion vero, egregii quidpiam in hoc prœlio designare cupiens, ut suo victoriam marte pararet, in medios hostes violenter sese intulit, et heroice depugnando, trucidatis quamplurimis, totam mercenariorum aciem divulsit, solusque tandem hostium turba interclusus est. Ibi licet multis undique telis in scutum et galeam conjectis impeteretur, armorum tamen firmitas periculum ab eo depulit, sed ad dextrum sauciatus brachium, ob vulneris gravitatem labare cœpit; nec multum abfuit, quin hostium manus subisset. (5) Verum Syracusani, de incolumitate ducis solliciti, conserta manu in mercenarios irruperunt et Dione, qui jam viribus exhaustus erat, periculis exemto, hostes fugam arripere coegerunt. Sic quum reliqua etiam muri parte cives prævalerent, peregrinus tyranni miles intra portas Insulæ fuga sibi prospicere coactus est. Nobili igitur prœlio victores Syracusani, libertate jam firmiter recuperata, tropæum contra tyrannum excitarunt.

XIII. Dionysius hac clade affectus, de dominatu suo jam desperans, satis magna in arce præsidia reliquit, ipse vero cæsos in acie, quorum octingenti erant numero, impetratis ab hoste cadaveribus, honorifice, aureis nimirum coronis redimitos, et purpureis vestibus eleganter amictos, sepulturæ mandavit. Hoc enim erga defunctos studio reliquos se inescaturum sperabat, ut pro tyrannide sua discrimina promtius adirent. Tum, qui fortiter rem gesserant,

ραννίδος· τοὺς δ' ἀνδραγαθήσαντας μεγάλαις δωρεαῖς ἐτίμησε. Πρὸς δὲ τοὺς Συρακοσίους διεπέμπετο περὶ διαλύσεως. (2) Ὁ δὲ Δίων περὶ μὲν τῶν πρεσβειῶν ἀεί τινας εὐλόγους προφάσεις ποριζόμενος ἀνεβάλλετο, ἐν τοσούτῳ δὲ τὸ λοιπὸν τοῦ τείχους κατασκευάσας μεθ' ἡσυχίας, τότε τὰς πρεσβείας μετεπέμπετο, καταστρατηγηκὼς τοὺς πολεμίους ταῖς τῆς εἰρήνης ἐλπίσι. Γενομένων δὲ λόγων περὶ συλλύσεως, ὁ Δίων ἀπεκρίθη τοῖς πρέσβεσι μίαν εἶναι σύλλυσιν, ἐὰν ἀποθέμενος τὴν τυραννίδα βούληται τυχεῖν τιμῶν τινων. Ὁ δὲ Διονύσιος, ὑπερηφάνου τῆς ἀποκρίσεως γενομένης, συναγαγὼν τοὺς ἡγεμόνας ἐβουλεύετο πῶς χρὴ τοὺς Συρακοσίους ἀμύνασθαι. (3) Πάντων δ' εὐπορῶν πλὴν σίτου καὶ θαλαττοκρατῶν, ἐλῄστευε τὴν χώραν, καὶ τὰς τροφὰς ἐκ τῶν προνομῶν κακῶς ποριζόμενος, ἐξαπέστειλε ναῦς φορτίδας καὶ χρήματα πρὸς τὸν τοῦ σίτου καταγορασμόν. Οἱ δὲ Συρακόσιοι ναῦς μακρὰς πολλὰς ἔχοντες, καὶ κατὰ τοὺς εὐκαίρους τόπους ἐπιφαινόμενοι, πολλὴν τῆς ὑπὸ τῶν ἐμπόρων κομιζομένης ἀγορᾶς παρῃροῦντο. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὰς Συρακούσας ἐν τούτοις ἦν.

XIV. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου ἐδολοφονήθη. Οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὡς τυραννοκτόνοι μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς, ὕστερον δὲ μετανοήσαντες, καὶ τοὺς μισθοφόρους χρήμασι πείσαντες, ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς τυράννους, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἀντιπραττόντων ἀνεῖλον, κατασκευασάμενοι δὲ τὴν δύναμιν ἀξιόλογον, βίᾳ κατεῖχον τὴν ἀρχήν. (2) Οἱ δ' Ἀλευάδαι καλούμενοι παρὰ τοῖς Θετταλοῖς, δι' εὐγένειαν δὲ ἀξίωμα ἔχοντες περιβόητον, ἀντέπραττον τοῖς τυράννοις. Οὐκ ὄντες δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἀξιόμαχοι, προσελάβοντο Φίλιππον σύμμαχον τὸν Μακεδόνων βασιλέα. Οὗτος δ' ἐπανελθὼν εἰς τὴν Θετταλίαν, κατεπολέμησε τοὺς τυράννους, καὶ ταῖς πόλεσιν ἀνακτησάμενος τὴν ἐλευθερίαν, μεγάλην εὔνοιαν εἰς τοὺς Θετταλοὺς ἐνεδείξατο· διόπερ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα πράξεσιν ἀεὶ συναγωνιστὰς ἔσχεν οὐ μόνον αὐτός, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ὁ υἱὸς Ἀλέξανδρος. (3) Τῶν δὲ συγγραφέων Δημόφιλος μὲν ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρός, ὀνομασθέντα δὲ ἱερόν, συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως· ἐγένετο δ' ὁ πόλεμος οὗτος ἔτη ἕνδεκα, ἕως τῆς φθορᾶς τῶν διανειμαμένων τὰ ἱερὰ χρήματα· (4) Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως· (5) Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτά, συμπεριλαβὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις περί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Σικελίαν.

XV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἐλπίνου Ῥωμαῖοι

magnis honoravit muneribus. Misit inde qui de pace cum Syracusanis tractarent. (2) At Dion, novas subinde excusationes commentus, legationis negotium procrastinabat Interea reliquam muri partem sine interpellatione absolvit. Tunc vero, exspectatione pacis hostem frustratus, legatos arcessit. Ibi quum de bello componendo verba fierent, Dion hanc unicam pacificandi viam esse respondit, si tyrannide deposita honores sibi quosdam Dionysius habere vellet. Quod responsum quum superbum nimis tyranno videretur, cum ducibus in senatum advocatis deliberavit, qua ratione Syracusanos ulcisci posset. (3) Omni quidem copia abundabat, præterquam frumento, et mare insuper in potestate habebat. Ideo prædationibus agrum infestum reddebat, et alimentis pabulando ad tempus difficulter acquisitis, naves tandem onerarias et pecunias ad commeatus emendos misit. At Syracusani, quum navium longarum multitudinem haberent, opportunis locis mercatores aggressi, magnam annonæ, quæ a mercatoribus advehebatur, partem ipsis adimebant. Rerum ergo Syracusanarum status tum ita se habebat.

XIV. Ceterum in Græcia Alexander, Pherarum tyrannus, a Thebe uxore sua, ejusque fratribus Lycophrone ac Tisiphono dolose trucidatus est. Hi primo, ut tyrannicidæ, in gratia non exigua fuerunt: sed consiliis postea mutatis, quum militem peregrinum largitionibus sibi devinxissent, ipsi pro tyrannis sese gesserunt, multosque adversariorum e medio sustulerunt, validisque copiis instructi vi principatum retinuerunt. (2) At Aleuadæ qui nuncupantur, homines propter nobilitatem dignitate celebres inter Thessalos, tyrannos sibi oppugnandos proposuere. Quum vero per se tantæ molitioni non sufficerent, Philippi Macedonum regis auxilium sibi adjunxerunt. Hic in Thessaliam reversus, tyrannos debellavit, et çivitatibus libertatem recuperans magnam erga Thessalos ostendit benevolentiam. Quocirca in omnibus, quæ postea gessit, perpetuos non solum ipse, verum etiam filius dehinc Alexander, hos certaminum socios et auxiliares habuit. (3) Inter scriptores Demophilus, Ephori historici filius, qui derelictam a patre historiam belli, quod Sacrum nominatur, concinnavit, ab hoc tempore exorditur, quo Delphici oraculi templum a Philomelo Phocensi occupatum direptumque est: bellum vero id per annos undecim, donec sacræ pecuniæ raptores misere periissent, duravit. (4) Callisthenes vero, decem libris res Graecorum complexus, ad templum nefario Philomeli scelere captum historiæ seriem deduxit. (5) A sacrilegio vero hoc suæ Diyllus Atheniensis historiæ libros viginti septem auspicatus, res in Græcia et Sicilia his temporibus gestas omnes recenset.

XV. Quum archontis magistratum Athenis Elpines, et

κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Ποπίλλιον Λαινάτην καὶ Γναῖον Μάλλιον Ἰμπεριῶσον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἕκτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πῶρος Μαλιεύς. Ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ἠθροίσθη περὶ τὴν Λευκανίαν πλῆθος ἀνθρώπων πανταχόθεν μιγάδων, πλείστων δὲ δούλων δραπετῶν. Οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ληστρικὸν ἐνεστήσαντο βίον, καὶ διὰ τὴν ἐν ταῖς ἀγραυλίαις καὶ καταδρομαῖς συνήθειαν ἔσχον τριβὴν καὶ μελέτην τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων· διὸ καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι προτεροῦντες τῶν ἐγχωρίων εἰς αὔξησιν ἀξιολογωτέραν κατέστησαν. (2) Καὶ πρῶτον μὲν Τερῖναν πόλιν ἐκπολιορκήσαντες διήρπασαν, ἔπειτα Ἱππώνιον καὶ Θουρίους καὶ πολλὰς ἄλλας χειρωσάμενοι, κοινὴν πολιτείαν συνέθεντο, καὶ προσηγορεύθησαν Βρέττιοι διὰ τὸ πλείστους εἶναι δούλους· κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον οἱ δραπέται βρέττιοι προσηγορεύοντο. Τὸ μὲν οὖν τῶν Βρεττίων πλῆθος οὕτω συνέστη κατὰ τὴν Ἰταλίαν.

XVI. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Φίλιστος μὲν ὁ Διονυσίου στρατηγὸς πλεύσας εἰς Ῥήγιον, διεκόμισε τοὺς ἱππεῖς εἰς Συρακούσας, ὄντας πλείους τῶν πεντακοσίων· προσθεὶς δὲ τούτοις ἱππεῖς τε ἄλλους πλείονας καὶ πεζοὺς δισχιλίους, ἐστράτευσεν ἐπὶ Λεοντίνους ἀφεστηκότας ἀπὸ Διονυσίου· νυκτὸς δὲ παρεισπεσὼν ἐντὸς τοῦ τείχους, κατελάβετο μέρος τῆς πόλεως. Γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς καὶ τῶν Συρακοσίων βοηθησάντων, ἡττηθεὶς ἐξέπεσεν ἐκ τῶν Λεοντίνων. (2) Ἡρακλείδης δὲ ὁ καταλελειμμένος ὑπὸ Δίωνος ναύαρχος τῶν μακρῶν νεῶν ἐν Πελοποννήσῳ, διά τινας χειμῶνας ἐμποδισθείς, ὑστέρησε τῆς καθόδου τῶν περὶ τὸν Δίωνα καὶ τῆς τῶν Συρακοσίων ἐλευθερώσεως· ἧκε δ' ἄγων ναῦς μὲν μακρὰς εἴκοσι, χιλίους δὲ στρατιώτας καὶ πεντακοσίους. Ὢν δὲ ἀνὴρ ἐπισημότατος, καὶ δόξας ἄξιος ὑπάρχειν, ᾑρέθη ναύαρχος ὑπὸ τῶν Συρακοσίων, καὶ μετὰ Δίωνος τεταγμένος διεπολέμει πρὸς Διονύσιον. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα Φίλιστος ἀποδειχθεὶς στρατηγός, καὶ καταρτίσας τριήρεις ἑξήκοντα, πρὸς Συρακοσίους ἐναυμάχησεν ἔχοντας ναῦς παραπλησίους τὸν ἀριθμόν. Γενομένου δ' ἀγῶνος καρτεροῦ, καὶ τοῦ Φιλίστου τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας προτεροῦντος, ὕστερον δὲ ἀποληφθέντος ὑπὸ τῶν πολεμίων, οἱ μὲν Συρακόσιοι πανταχόθεν κυκλώσαντες τὰς ναῦς, ἐφιλοτιμοῦντο ζωγρίᾳ λαβεῖν τὸν στρατηγόν, ὁ δὲ Φίλιστος εὐλαβηθεὶς τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αἰκίαν, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε, πλείστας μὲν καὶ μεγίστας χρείας παρεσχημένος τοῖς τυράννοις, πιστότατος δὲ τῶν φίλων τοῖς δυνάσταις γεγονώς. (4) Οἱ δὲ Συρακόσιοι νικήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ, τὸ μὲν σῶμα τοῦ Φιλίστου διαμερίσαντες καὶ δι' ὅλης τῆς πόλεως ἑλκύσαντες ἄταφον ἐξέρριψαν, Διονύσιος δὲ τὸν μὲν πρακτικώτατον τῶν φίλων ἀποβαλών, καὶ στρατηγὸν μὲν ἕτερον ἀξιόχρεων οὐκ ἔχων, αὐτὸς δ' οὐ δυνάμενος φέρειν τὸ τοῦ πολέμου βάρος, ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Δίωνα, τὸ μὲν πρῶτον τὴν ἡμίσειαν τῆς ἀρχῆς παραδιδούς, ὕστερον δὲ βουλόμενος ὅλην ἐγχειρίζειν.

consulatum Romæ M. Popilius Lænas et Cn. Manlius Imperiosus administrarent, jamque Olympias sexta post centesimam ageretur, qua stadio vicit Porus Maliensis; in Italia multitudo quædam hominum promiscuorum, plerique autem servi erant fugitivi, ex variis undique locis circa Lucaniam confluxit. Hi primitus vitam prædatoriam instituebant : mox excubiarum in agris et incursionum consuetudine rerum bellicarum exercitationem usumque sibi compararunt. Quum bellicis ergo conflictibus terræ incolis superiores evaderent, ad augmentum insigne progressi sunt. (2) Ac primum Terinam urbem expugnatam diripuerunt; hinc, Hipponio Thuriisque et multis aliis subactis, propriam sibi rempublicam constituerunt. Et quia plerique servi erant, Brutiorum nomen assumsere : indigenarum enim sermone fugitivi Brutii nuncupantur. Brutiorum ergo in Italia multitudo hunc ad modum coaluit.

XVI. In Sicilia tum Philistus, Dionysii legatus, Rhegium transmisit, et supra quingentos equites Syracusas transportavit; aliumque his equitatum numerosiorem, peditumque duo millia adjiciens, Leontinos, qui desciverant a Dionysio, invasit. Noctu igitur furtim mœnia ingressus, partem urbis occupat : ubi validus oritur conflictus, et suppetias ferentibus Syracusanis, Philistus viribus inferior Leontinorum oppido exturbatur. (2) Interim Heraclides, a Dione prætor navium longarum in Peloponneso relictus, quum tempestatibus impeditus ad reditum Dionis in patriam et Syracusarum liberationem maturius adesse non potuisset, venit tandem cum viginti navibus longis ac mille et quingentis armatis. Et quia vir nobilissimus erat, dignusque habitus, qui tantæ rei præficeretur, navarchus a Syracusanis declaratur, et communicato cum Dione consilio et opera, bellum adversus Dionysium administrabat. (3) Sub hæc Philistus, summus classis prætor a Dionysio creatus, triremibus sexaginta instructis bellum navale cum Syracusanis, numero navium haud inferioribus, suscepit. Acre tum prœlium conseritur, in quo sua primum virtute Philistus prævalebat; sed ab hostibus tandem circumventus, quum Syracusani undique circumfusi id summo studio agerent, ut imperatorem vivum caperent, ille, ut vitaret, quæ in captivos committi solent, probra et cruciatus, mortem sibi conscivit, postquam maximum sui usum tyrannis præbuerat, summamque fidei integritatem præ ceteris amicis principibus declararat. (4) Syracusani, prœlio victores, dilaceratum Philisti cadaver per totam urbem traxerunt et insepultum tandem abjecerunt. Dionysius ergo, amisso amicorum strenuissimo, quum, qui digne subrogaretur, non inveniret, nec per se belli onus gestare posset, missis ad Dionem legatis dimidium regni primum obtulit, mox totum ipsi cedere voluit.

XVII. Τοῦ δὲ Δίωνος ἀποκριθέντος ὅτι τοῖς Συρακοσίοις δίκαιόν ἐστι παραδιδόναι τὴν ἀκρόπολιν ἐπί τισιν ἐξαιρέτοις χρήμασι καὶ τιμαῖς, ὁ μὲν Διονύσιος ἕτοιμος ἦν τὴν ἄκραν παραδιδόναι τῷ δήμῳ, ὥςτε τοὺς μισθοφόρους καὶ τὰ χρήματα λαβόντα εἰς τὴν Ἰταλίαν μεταστῆναι, ὁ δὲ Δίων συνεβούλευε τοῖς Συρακοσίοις δέχεσθαι τὰ διδόμενα. Ὁ δὲ δῆμος ὑπὸ τῶν ἀκαίρων δημηγόρων πεισθεὶς ἀντεῖπε, νομίζων κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσειν τὸν τύραννον. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Διονύσιος τοὺς ἀρίστους τῶν μισθοφόρων ἀπέλιπε φυλάξοντας τὴν ἄκραν, αὐτὸς δ' ἐνθέμενος τὰ χρήματα καὶ πᾶσαν τὴν βασιλικὴν παρασκευήν, ἔλαθεν ἐκπλεύσας καὶ κατῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. (3) Οἱ δὲ Συρακόσιοι πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν, τῶν μὲν οἰομένων δεῖν τὴν στρατηγίαν καὶ τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν ἐγχειρίζειν Ἡρακλείδῃ διὰ τὸ τοῦτον δοκεῖν μηδέποτ' ἂν ἐπιθέσθαι τυραννίδι, τῶν δὲ ἀποφαινομένων τὸν Δίωνα δεῖν ἔχειν τὴν τῶν ἁπάντων ἡγεμονίαν. Πρὸς δὲ τούτοις πολλῶν ὀφειλομένων μισθῶν τοῖς ἐκ Πελοποννήσου ξένοις τοῖς ἠλευθερωκόσι τὰς Συρακούσας, καὶ χρημάτων σπανιζούσης τῆς πόλεως, οἱ μὲν μισθοφόροι τῶν χρημάτων ἀποστερούμενοι συνεστράφησαν, ὄντες πλείους τῶν τριςχιλίων· πάντες δ' ἐπίλεκτοι ταῖς ἀρεταῖς καὶ διὰ τὴν ἄθλησιν τῶν πολεμικῶν ἔργων διαπεπονημένοι, πολὺ τῶν Συρακοσίων ταῖς ἀρεταῖς ὑπερεβάλλοντο. (4) Ὁ δὲ Δίων ἀξιούμενος ὑπὸ τῶν μισθοφόρων συναποστῆναι, καὶ παρὰ τῶν Συρακοσίων ὡς κοινῶν ἐχθρῶν λαβεῖν τιμωρίαν, τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖπε, μετὰ δὲ ταῦτα συναναγκαζόμενος ὑπὸ τῆς περιστάσεως, προσεδέξατο τὴν ἡγεμονίαν τῶν ξένων, καὶ μετ' ἐκείνων ταχθεὶς ἀνέζευξεν ἐπὶ τοὺς Λεοντίνους. (5) Οἱ δὲ Συρακόσιοι συστραφέντες ἐδίωκον τοὺς μισθοφόρους, καὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν συνάψαντες μάχην καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, ἀπεχώρησαν. Ὁ δὲ Δίων λαμπρᾷ μάχῃ νικήσας, οὐδὲν ἐμνησικάκησε τοῖς Συρακοσίοις· ἀποστειλάντων γὰρ πρὸς αὐτὸν κήρυκα περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, τήν τε τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν ἔδωκε καὶ τοὺς ἁλόντας πολλοὺς ὄντας ἀπέλυσεν ἄνευ λύτρων. Πολλοὶ γὰρ ἐν τῇ φυγῇ μέλλοντες φονεύεσθαι διηγόρευον ἑαυτοὺς εἶναι τῶν τὰ Δίωνος φρονούντων, καὶ πάντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐξέφυγον τὸν θάνατον.

XVIII. Μετὰ δὲ ταῦτα Διονύσιος μὲν στρατηγὸν ἀπέστειλεν εἰς τὰς Συρακούσας Νύψιον τὸν Νεαπολίτην, ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει στρατηγικῇ διαφέροντα· συνεξέπεμψε δ' αὐτῷ καὶ φορτηγὰ πλοῖα σίτου καὶ τῆς ἄλλης ἀγορᾶς γέμοντα. Οὗτος μὲν οὖν ἐκ Λοκρῶν ἀναχθεὶς ἐτέλει τὸν εἰς Συρακούσας πλοῦν. (2) Οἱ δὲ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν μισθοφόροι τοῦ τυράννου, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπιλιπόντος τοῦ σίτου, καὶ τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων δεινῶς πιεζόμενοι, μέχρι μέν τινος ὑπέμενον εὐψύχως τὴν ἔνδειαν, τῆς δὲ φύσεως ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἡττωμένης καὶ τῆς σωτηρίας ἀπογινωσκομένης, συνδραμόντες εἰς ἐκκλησίαν νυκτὸς ἐψηφίσαντο παραδοῦναι τὴν ἀκρόπολιν καὶ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς Συρα-

XVII. Sed ubi Dion respondit, æquum esse ut, arce Syracusanis dedita, sub conditione selectarum quarundam opum honorumque excederet; ad reddendam populo arcem, his pactis, ut mercenariis opibusque assumtis in Italiam trajiceret, paratus erat tyrannus: Dionisque consilium erat, ut oblata acciperentur. Sed populus, ab importunis oratoribus in contrariam sententiam pertractus, Dioni refragabatur, quod vi tyrannum a se expugnatum iri non dubitaret. (2) Tum Dionysius conductitiorum fortissimos ad custodiam arcis reliquit: sed ipse, thesauris cum omni regia supellectili in naves impositis, clam inde solvit et in Italiam trajecit. (3) Interea Syracusani in partes discesserunt, dum hi militare imperium summamque potestatem Heraclidæ, quod is nunquam tyrannidem affectaturus videbatur, demandandum censent; alii Dionem rerum summæ præficiendum contendunt. Accessit huc quod plurimum stipendii exteris militibus, qui ex Peloponneso liberatum Syracusas venerant, debebatur. quum igitur pecuniarum indigentia civitas laboraret, mercenarii stipendiis fraudati in agmen sese colligebant: plures erant autem ter mille, spectatæ virtutis omnes, longoque rerum bellicarum usu exercitati; quo factum ut fortitudine Syracusanis longe præstarent. (4) Ab his Dion rogatus, ut una secum deficeret, et de Syracusanis, ut communi hoste, vindictam exigeret, primum quidem denegavit, mox tamen præsente rerum statu coactus, externi militis imperium deinde suscepit, cumque illis conjunctus Leontinos versus agmen duxit. (5) At Syracusani, inter se adunati, mercenarios persequuntur, et conserta inter vias pugna, post magnam suorum acturam retrocedunt. Quamquam vero insignem victoriam obtinuerat Dion, injuriarum tamen erga populares recordari noluit. Quum enim de tollendis ad sepulturam mortuis caduceatorem ad ipsum mitterent, non solum hoc ipsis concessit, sed captivos, quorum magnus erat numerus, absque pretio liberos dimisit. Multi enim in fuga jamjam trucidandi, Dionis se causæ æquiores fuisse profitebantur; eaque de causa præsens mortis discrimen omnes effugerunt.

XVIII. Posthac Dionysius Nypsium, civem Neapolitanum, fortitudine ac militari scientia præstantem, cum imperio Syracusas misit, cumque eo naves onerarias, frumentis alioque commeatu refertas, expedivit. Is igitur a Locris provectus, cursum Syracusas versus peragebat. (2) Interea præsidiarii tyranni in arce, licet ob defectum annonæ summa rerum necessariarum inopia vexarentur, ad tempus tamen aliquod magna animorum constantia famem tolerabant; ad extremum vero, quum necessitas naturam vinceret, nec ullam salutis viam aliam prospicerent, concilio per noctem inito, arcis ac suimet ipsorum postridie deditionem

κοσίοις ἅμ' ἡμέρᾳ. (2) Ἤδη δὲ τῆς νυκτὸς ληγούσης, οἱ μὲν μισθοφόροι κήρυκας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς Συρακοσίους περὶ τῆς διαλύσεως, ὁ δὲ Νύψιος, διαφαινούσης ἤδη τῆς ἡμέρας, κατέπλευσε μετὰ τοῦ στόλου καὶ καθωρμίσθη περὶ τὴν Ἀρέθουσαν. Διόπερ τῆς ἐνδείας παραχρῆμα μεταβαλούσης εἰς πολλὴν δαψίλειαν τῶν ἐπιτηδείων, ὁ μὲν στρατηγὸς Νύψιος ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας, κοινὴν ἐκκλησίαν συναγαγὼν καὶ διαλεχθεὶς οἰκείως τοῖς παροῦσι καιροῖς, προθύμους κατεσκεύασε πρὸς τοὺς μέλλοντας κινδύνους. Ἡ μὲν οὖν ἀκρόπολις ἤδη παραδιδομένη τοῖς Συρακοσίοις, τὸν εἰρημένον τρόπον ἀνελπίστως διεφυλάχθη. (4) Οἱ δὲ Συρακόσιοι πληρώσαντες ἁπάσας τὰς τριήρεις, ἐπέπλευσαν τοῖς πολεμίοις ἔτι περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῆς ἀγορᾶς διατρίβουσιν. Ἀπροςδοκήτου δὲ τῆς ἐφόδου γενομένης, καὶ τῶν κατὰ τὴν ἀκρόπολιν μισθοφόρων τεθορυβημένως ἀντιταχθέντων ταῖς πολεμίαις τριήρεσιν, ἐγένετο ναυμαχία, καθ' ἣν οἱ Συρακόσιοι ἐπροτέρησαν, καὶ τινὰς μὲν τῶν νεῶν κατέδυσαν, τινῶν δ' ἐγκρατεῖς κατέστησαν, τὰς δὲ λοιπὰς πρὸς τὴν γῆν κατεδίωξαν. (5) Μετεωρισθέντες δ' ἐπὶ τῷ προτερήματι, τοῖς μὲν θεοῖς μεγαλοπρεπῶς ἔθυσαν ἐπινίκια, αὐτοὶ δ' εἰς εὐωχίας καὶ πότους ἐκτραπέντες, καταφρονοῦντες τῶν ἡττημένων ῥαθύμως εἶχον τὰ περὶ τὰς φυλακάς.

XIX. Νύψιος δ' ὁ τῶν μισθοφόρων στρατηγὸς ἀναμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν ἧτταν, νυκτὸς ἐκτεταγμένῃ τῇ δυνάμει παραδόξως προσέπεσε τῷ κατεσκευασμένῳ τείχει. Εὑρὼν δὲ τοὺς φύλακας διὰ τὴν καταφρόνησιν καὶ μέθην εἰς ὕπνον τετραμμένους, προςέθηκε τὰς παρεσκευασμένας κλίμακας πρὸς τὴν χρείαν. (2) Διὰ δὲ τούτων οἱ κράτιστοι τῶν μισθοφόρων ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ τοὺς φύλακας φονεύσαντες ἀνέῳξαν τὰς πύλας. Εἰςπεσόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν πόλιν, οἱ μὲν στρατηγοὶ τῶν Συρακοσίων ἐκ τῆς μέθης μεθύοντες ἐπειρῶντο βοηθεῖν, ἐμποδιζόμενοι δὲ ταῖς ὁρμαῖς διὰ τὸν οἶνον, οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, οἱ δ' ἔφυγον. Κατειλημμένης δὲ τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως στρατιωτῶν σχεδὸν ἁπάντων εἰςπεσόντων ἐντὸς τοῦ περιτειχίσματος, τῶν δὲ Συρακοσίων διὰ τὸ παράδοξον καὶ τὴν ἀταξίαν ἐκπεπληγμένων, πολὺς ἐγένετο φόνος. (3) Τῶν δὲ τοῦ τυράννου στρατιωτῶν πλειόνων ἢ μυρίων ὄντων καὶ συντεταγμένων καλῶς, οὐδεὶς τὸ βάρος αὐτῶν ὑπομεῖναι δυνατὸς ἦν, ἅτε τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς, ἔτι δὲ ἀνεργίας τοὺς ἐλαττουμένους ἐμποδιζούσης. (4) Κρατηθείσης δὲ τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, εὐθὺς ἐπὶ τὰς οἰκίας οἱ νενικηκότες ὥρμησαν· καὶ πολλὰ μὲν χρήματα διεφορεῖτο, οὐκ ὀλίγα δὲ σώματα γυναικῶν καὶ παίδων, ἔτι δ' οἰκετῶν ἐξηνδραποδίζετο. Κατὰ δὲ τοὺς στενωποὺς καὶ τὰς ἄλλας ὁδοὺς ἀντιταττομένων Συρακοσίων, ἐγίνοντο συνεχεῖς συμπλοκαί, καὶ πολλοὶ μὲν ἀπέθνησκον, οὐκ ὀλίγοι δὲ τραύμασι περιέπιπτον. Τὴν μὲν οὖν νύκτα διετέλεσαν ἀλλήλους ἀναιροῦντες ὡς ἔτυχε διὰ τὸ σκότος, καὶ πᾶς τόπος νεκρῶν ἔγεμεν.

facere Syracusanis decreverunt. (3) Jamque nox finita erat, et mercenarii caduceatores de pacificatione ad Syracusanos mittebant, quum extemplo Nypsius primo statim diluculo cum classe advehitur, eamque propter fontem Arethusam sistit. Statim ergo extrema victus penuria in largam alimoniæ copiam mutatur. Tum exposito imperator milite omnes in concionem advocat, et oratione ad præsens tempus accommodata exercitum allocutus cunctos ad futura deinceps pericula promtos et alacres reddit. Arx itaque, jamjam tradenda Syracusanis, ad hunc, quem diximus, modum ex insperato conservata est. (4) Tum Syracusani, impletis quotquot aderant triremibus, in hostem subito invehuntur, adhuc in eximendo commeatu occupatum. Et quum subita hæc esset incursio, præsidiumque arcis mercenarium tumultuarie triremibus hosticis occurreret, navale prœlium committitur, in quo victores Syracusani hostium naves aliquot demergunt, nonnullas capiunt, et reliquas in fugam actas ad litus usque persequuntur. (5) Hoc elati successu, sacra quidem ob partam victoriam diis magnifice peregerunt: sed interim ad convivia potumque conversi, dum hostem devictum flocci pendunt, excubias negligenter administrant.

XIX. Nypsius ergo, dux mercenariorum, cladem pugnando resarcire cupiens, cum ordinatis noctu copiis ex improviso murum nuper exstructum invadit, ac custodes ex nimia fiducia et temulentia in somnum prolapsos offendens, scalas, ad hunc usum fabricatas, applicat. (2) Quarum adminiculo ex præsidiariis fortissimi murum ascendunt, cæsisque custodibus, portas reserant. Impressione itaque in urbem facta, Syracusanorum duces, a potu adhuc ebrii, auxilium suis ferre conabantur; et quum vinum conatûs impediret, alii cadebant, alii fugæ se mandabant. Jamque urbs capta erat, et milites ex arce ferme omnes intra munitiones urbis penetraverant: dumque oppidani, propter inopinatum hunc casum et ordinis confusionem attoniti, trepidant, ingens peragitur cædes. (3) Et quia propugnatorum tyranni plures quam decem millia erant, aciemque probe ordinatam habebant; nemo vires ipsorum sustinere poterat, quippe quum tumultu et consternatione, ducumque inopia victi impedirentur. (4) Occupato igitur foro, statim in domos a victoribus irruitur. Ibi magna vis opum diripitur: nec exigua feminarum, puerorum, ministrorumque turba in captivitatem trahitur. In angiportis ceterisque vicis, resistentibus Syracusanis, continuæ fiunt dimicationes. Multitudo ingens cadit, nec minor sauciatur. Et noctem quidem illam mutuis in se cædibus grassando, ut sors ferebat, in tenebris transegerunt, nullusque locus in urbe cadaveribus non stratus et oppletus erat.

XX. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὸ μὲν τῆς συμφορᾶς μέγεθος συνεωράθη, οἱ δὲ Συρακόσιοι, μίαν ἔχοντες σωτηρίαν τὴν ἀπὸ τοῦ Δίωνος βοήθειαν, ἐξαπέστειλαν ἱππεῖς εἰς Λεοντίνους, δεόμενοι τοῦ Δίωνος μὴ περιιδεῖν τὴν πατρίδα δοριάλωτον γινομένην, καὶ τῶν μὲν ἡμαρτημένων δοῦναι συγγνώμην αὐτοῖς, τὰς δὲ παρούσας δυστυχίας ἐλεήσαντα διορθώσασθαι τὴν τῆς πατρίδος συμφοράν. (2) Ὁ δὲ Δίων, λαμπρὸς ὢν τὴν ψυχὴν καὶ διὰ τὴν ἐκ φιλοσοφίας παιδείαν ἐξημερωμένος τοὺς λογισμούς, οὐκ ἐμνησικάκησε τοῖς πολίταις, ἀλλὰ τοὺς μισθοφόρους πείσας παραχρῆμα ἀνέζευξε, καὶ διανύσας ὀξέως τὴν εἰς Συρακούσας ὁδόν, ἧκε πρὸς τὰ Ἑξάπυλα. (3) Ἐνταῦθα δὲ διατάξας τοὺς στρατιώτας, προσῆγε κατὰ τάχος, καὶ κατέλαβεν ἐκ τῆς πόλεως τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας ὑπὲρ τοὺς μυρίους· οὗτοι δὲ πάντες ἀπαντῶντες μετὰ δακρύων ἱκέτευον ἀμῦναι τοῖς ἰδίοις ἀκληρήμασιν. Οἱ δ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως μισθοφόροι, κεκρατηκότες ἤδη τῆς προθέσεως, τὰς μὲν περὶ τὴν ἀγορὰν οἰκίας διαρπάσαντες ἐνέπρησαν, ἐπὶ δὲ τὰς λοιπὰς ὁρμήσαντες διήρπαζον τὰς ἐν ταύταις κτήσεις. (4) Καθ' ὃν δὴ καιρὸν Δίων κατὰ πολλοὺς τόπους εἰσπεσὼν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς πολεμίοις περὶ τὰς ἁρπαγὰς ἀσχολουμένοις ἐπιθέμενος, πάντας τοὺς περιτυγχάνοντας ἔκτεινε κομίζοντας ἐπὶ τῶν ὤμων παντοδαπὰς κατασκευάς· διὰ δὲ τὸ παράδοξον τῆς παρουσίας καὶ τὴν ἀταξίαν καὶ τὴν ταραχὴν τῶν διαφορούντων τὰς κτήσεις, εὐχερῶς ἅπαντες ἐχειροῦντο. Τέλος δὲ πλειόνων ἢ τετρακισχιλίων φονευθέντων, τῶν μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις, τῶν δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ λοιποὶ συνέφυγον εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὰς πύλας κλείσαντες, ἐξέφυγον τὸν κίνδυνον. (5) Δίων δὲ κάλλιστον τῶν προγεγενημένων ἔργων ὑπ' αὐτοῦ διαπραξάμενος, τὰς μὲν καιομένας οἰκίας διέσωσε κατασβέσας τὴν φλόγα, τὸ δὲ περιτείχισμα καλῶς κατασκευασάμενος, μιᾷ πράξει τήν τε πόλιν ὠχύρωσε καὶ τοὺς πολεμίους ἀποτειχίσας εἶρξε τῆς ἐπὶ τὴν γῆν ἐξόδου. Καθαρὰν δὲ τῶν νεκρῶν ποιήσας τὴν πόλιν καὶ τρόπαιον στήσας, ἔθυσε τοῖς θεοῖς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. (6) Συναχθείσης δ' ἐκκλησίας, ὁ μὲν δῆμος εὐχαριστῶν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν αὐτοκράτορα τὸν Δίωνα καὶ τιμὰς ἀπένειμεν ἡρωικάς, ὁ δὲ Δίων ἀκολούθως τοῖς πεπραγμένοις ἐπιεικῶς τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἅπαντας ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων, καὶ τὸ πλῆθος παραμυθησάμενος εἰς κοινὴν ἤγαγεν ὁμόνοιαν. Οἱ δὲ Συρακόσιοι πανδήμοις ἐπαίνοις καὶ ἀποδοχαῖς μεγάλαις ἐτίμων τὸν εὐεργέτην, ὡς μόνον σωτῆρα γεγονότα τῆς πατρίδος. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

XXI. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κῴων, ἔτι δὲ Βυζαντίων διαπολεμούντων πρὸς Ἀθηναίους τὸν συμμαχικὸν πόλεμον, ἀμφότεροι μεγάλας παρασκευὰς ἐποιοῦντο, βουλόμενοι ναυμαχίᾳ κρῖναι τὸν πόλεμον. Ἀθηναῖοι δὲ Χάρητα μὲν μετὰ νεῶν ἑξήκοντα προαπεσταλκότες ἦσαν ἐν τοῖς ἄνω καιροῖς, τότε δὲ ἄλλας ἑξήκοντα πληρώσαντες καὶ στρατηγοὺς

XX. Ut primum vero illuxit, tum demum calamitatis magnitudo conspiciendam se dedit. Quum ergo nullam nisi a Dionis auxilio salutem haberent cives, equitum suorum nonnullos ad eum in Leontinorum urbem properare jubent, cum obtestatione rogatum, ne patriam hosti prædam fieri sinat, sed venia delictorum sibi concessa, præsentis infortunii misertus, ex profligatissima conditione patriam allevet erigatque. (2) Dion, qui vir magnanimus erat, et mentem philosophiæ studiis excultam habebat, civibus suis neutiquam succensendum arbitratus, militibus stipendio conductis expeditionem persuadet. Cumque his iter confestim ingreditur, viamque Syracusanam festinanter emensus, ad Hexapyla pervenit. (3) Ibi disposita in ordinem acie, concitatius pergit, et obviam sibi habet magnam puerorum, mulierum senumque ex urbe turbam supra decem millia; qui omnes supplicum more profusisque eum lacrimis orabant, ut ærumnis hisce suis opitularetur. Interea præsidium arcis, sui jam voti compos, ædes circumforaneas prius direptas incenderant, jamque in reliquas impetu facto, quidquid facultatum inerat, prædam sibi faciebant. (4) Quo ipso temporis momento Dion, pluribus simul locis impressionem in urbem faciens, hostes jam unice in rapinis occupatos invadit, et quotquot illi occurrunt, qui variarum supellectilium sarcinis humeros gravatos habebant, eos omnes trucidat. Nam quia subito illos adventu oppresserat, et sine ordine ac tumultuarie prædas hinc illinc hostes differebant, minimo negotio sternebantur omnes. Ad extremum, quum ultra quattuor millia partim intra ædes, partim in viis trucidati essent, superstites in arcem refugerunt, portisque occlusis periculum evitarunt. (5) Dion ubi facinus hoc, omnium ab ipso prius gestorum longe pulcherrimum, confecerat, domos jam flagrantes, exstinctis incendiis, conservat, murumque arci prætensum firmiter instaurat: et sic una eademque opera urbem præmunit, hostique intercluso exitum ad terram obstruit. Hinc urbem a cadaverum strage repurgat, erectoque tropæo, sacrum diis epulum, ob vindicatam patriæ salutem, instituit. (6) Populus contra, ut gratum Dioni animum testaretur, advocata concione, summi imperatoris munus ei suffragiis publicis commendat, et honores heroicos impertitur. Exin Dion, prout rebus ab ipso gestis consentaneum erat, omnibus, qui ex malevolentia et odio in ipsum deliquerant, humaniter ignovit, populumque monitis et exhortationibus ad concordiæ inter omnes æque tuendæ studium perduxit. Cives autem per omnes ordines laude ac veneratione magnifice virum bene de ipsis meritum, ut unicum patriæ servatorem, remunerarunt. Atque hic tum Siciliæ status fuit.

XXI. In Græcia, dum crudescente adhuc bello sociali Chii, Rhodii, Coi, nec non Byzantii, cum Atheniensibus belligerantur, utrinque magni fiunt apparatus, ut exitum rei pugna navali experiantur. Athenienses igitur, licet sub Charete duce navium classem jam antea expedivissent, alias tamen sexaginta, prioribus superadditas, miserunt:

ἐπιστήσαντες τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν, Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον, ἐξαπέστειλαν κοινῇ μετὰ Χάρητος διαπολεμεῖν τοῖς ἀφεστηκόσι τῶν συμμάχων. (2) Οἱ δὲ Χῖοι καὶ Ῥόδιοι καὶ Βυζάντιοι μετὰ τῶν συμμάχων ἑκατὸν ναῦς πληρώσαντες Ἴμβρον μὲν καὶ Λῆμνον οὖσαν Ἀθηναίων ἐπόρθησαν, ἐπὶ δὲ Σάμον πολλῇ δυνάμει στρατεύσαντες τὴν μὲν χώραν ἐδῄωσαν, τὴν δὲ πόλιν ἐπολιόρκουν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν· πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας νήσους οὔσας ὑπ' Ἀθηναίους κακοποιήσαντες, χρήματα ἤθροισαν εἰς τὰς τοῦ πολέμου χρείας. (3) Οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ πάντες ἀθροισθέντες τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλοντο πολιορκῆσαι τὴν τῶν Βυζαντίων πόλιν, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Χίων καὶ τῶν συμμάχων τὴν μὲν πολιορκίαν τῆς Σάμου λυσάντων, ἐπὶ δὲ τὴν βοήθειαν τοῖς Βυζαντίοις τρεπομένων, συνηθροίσθησαν πάντες οἱ στόλοι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Μελλούσης δὲ γένεσθαι τῆς ναυμαχίας, μέγας ἄνεμος ἐπιπεσὼν διεκώλυσεν αὐτῶν τὴν προαίρεσιν. (4) Τοῦ δὲ Χάρητος παρὰ φύσιν βουλομένου ναυμαχεῖν, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον ἐναντιουμένων διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κλύδωνος, ὁ μὲν Χάρης ἐπιμαρτυρόμενος τοῖς στρατιώταις διέβαλε τοὺς συνάρχοντας ὡς προδότας, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἔγραψε περὶ αὐτῶν ὡς ἐγκαταλελοιπότων ἑκουσίως τὴν ναυμαχίαν· οἱ δ' Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες, καὶ κρίσιν τῷ Ἰφικράτει καὶ Τιμοθέῳ προθέντες, ἐζημίωσαν αὐτοὺς πολλοῖς ταλάντοις καὶ τῆς στρατηγίας ἀπέστησαν.

XXII. Χάρης δὲ παραλαβὼν παντὸς τοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν, καὶ σπεύδων τῆς δαπάνης ἀπαλλάξαι τοὺς Ἀθηναίους, ἐπεχείρησε πράξει παραβόλῳ. Ἀρταβάζου γὰρ ἀποστάντος ἀπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ μέλλοντος ὀλίγοις στρατιώταις πρὸς τοὺς σατράπας διαγωνίζεσθαι μυριάδας ἑπτὰ στρατιωτῶν ἔχοντας, συμμαχήσαντος αὐτῷ Χάρητος πάσῃ τῇ δυνάμει, καὶ νικήσαντος τὴν τοῦ βασιλέως δύναμιν, ὁ μὲν Ἀρτάβαζος ἀποδιδοὺς τῆς εὐεργεσίας χάριτας, ἐδωρήσατο πλῆθος χρημάτων, ἐξ ὧν δυνατὸν ἦν πᾶσαν τὴν δύναμιν ὀψωνιάζεσθαι. (2) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὸ μὲν πρῶτον ἀπεδέξαντο τὴν πρᾶξιν τοῦ Χάρητος, ὕστερον δὲ τοῦ βασιλέως πρέσβεις ἀποστείλαντος καὶ κατηγοροῦντος τοῦ Χάρητος, τὴν ἐναντίαν ἔσχον γνώμην· διεδόθη γὰρ λόγος ὅτι τοῖς πολεμίοις τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς ἐπηγγείλατο τριακοσίαις ναυσὶ συγκαταπολεμήσειν τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτ' οὖν ὁ δῆμος εὐλαβηθεὶς ἔκρινε καταλύσασθαι τὸν πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας πόλεμον· εὑρὼν δὲ κἀκείνους ἐπιθυμοῦντας τῆς εἰρήνης, ῥᾳδίως πρὸς αὐτοὺς διελύσατο. Ὁ μὲν οὖν συμμαχικὸς ὀνομασθεὶς πόλεμος τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, διαμείνας ἔτη τρία. (3) Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν τρεῖς βασιλεῖς συνέστησαν ἐπὶ τὸν Φίλιππον, ὅ τε τῶν Θρᾳκῶν καὶ Παιόνων καὶ Ἰλλυριῶν. Οὗτοι γὰρ ὄντες ὅμοροι τοῖς Μακεδόσι, καὶ τὴν αὔξησιν ὑφορώμενοι τοῦ Φιλίππου, καθ' ἑαυτοὺς μὲν οὐκ ἦσαν ἀξιόμαχοι προηττημένοι, κοινῇ δὲ πολεμοῦντες ὑπέλαβον ῥᾳδίως αὐτοῦ περιέσεσθαι.

quarum præturam civium suorum nobilissimis, Iphicrati et Timotheo, commendarunt, ut æquato cum Charete imperio adversus rebelles socios bellum continuarent. (2) Ex altera parte Chii, Rhodii et Byzantii cum auxiliaribus, centum navium classe instructa, Imbrum et Lemnum Atheniensibus addictas populantur. Inde magnis copiis Samum adorti agros devastant, et urbem terra marique oppugnant. Multas præterea juris Attici insulas diripiendo pecunias ad belli usus compilant. (3) Atheniensium inde prætores, contractis in unum copiis, primum ad obsidendum Byzantium animos adjecere. Sub hæc quum Chii sociique fœderis, Sami obsidione soluta, ad Byzantiorum tutelam se convertissent, omnes copiæ navales ad Hellespontum convenere. Jamque proximum erat, ut prœlio navali decerneretur, quum subito ingens ventorum procella ingruens cœpta intervertit. (4) Dumque nihilominus, etiam adversante natura, Chares confligendum statuit, Iphicrates autem et Timotheus propter vim tempestatis, refragantur; Chares, militum fidem obtestatus, collegas proditionis incusat, perque literas populo significat, ex industria prœlium ab illis destitutum. Quo exasperati cives actionem utrique intendunt, et multis talentis plexos ab imperii munere removent.

XXII. Chares exinde classis totius præturam adeptus, dum impendiis rempublicam liberare properat, facinus quoddam præceps aggreditur. Artabazus a rege defecerat, jamque parva manu contra satrapas septuaginta millium exercitu instructos dimicaturus erat. Ad hunc se Chares cum universis copiis aggregat. Artabazus igitur victoriam de regiis adeptus, ut gratiam pro beneficiis repensaret, tanta illum pecuniæ summa remunerat, ut in totum inde exercitum stipendia erogare posset. (2) Pergratum hoc Charetis factum initio Atheniensibus accidit. Sed posteaquam per legationem de ista Charetis injuria rex cum civitate expostulavit, longe secius affecti sunt. Diditus enim rumor erat, regem trecentarum navium subsidia hostibus Atheniensium promisisse. Id reformidans populus, bellum cum defectoribus componere decrevit. Quos quum non minus pacis cupidos esse cognovit, facile cum illis transegit. Sociale itaque bellum, quum tres durasset annos, hoc fine terminatum est. (3) Interim in Macedonia tres simul reges, Thracum Pæonumque et Illyriorum, contra Philippum conspirant. Hi Macedonibus finitimi, quum vires Philippi in dies magis ac magis crescentes lividis oculis intuerentur, nec tamen jampridem ab eo victis pares ad rebellandum vires suppeterent, hoc modo victoriam de ipso relaturos se confidebant, si junctis illi copiis bellum inferrent. Verum

Διόπερ ἀθροιζόντων τὰς δυνάμεις, ἐπιφανεὶς ἀσυντάκτοις καὶ καταπληξάμενος ἠνάγκασε προςθέσθαι τοῖς Μακεδόσιν.

XXIII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιστράτου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Γαΐον Πλώτιον. Ἐπὶ δὲ τούτων ὁ κληθεὶς ἱερὸς πόλεμος συνέστη, καὶ διέμεινεν ἔτη ἐννέα. Φιλόμηλος γὰρ ὁ Φωκεύς, ἀνὴρ θράσει καὶ παρανομίᾳ διαφέρων, κατελάβετο μὲν τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν, ἐξέκαυσε δὲ τὸν ἱερὸν πόλεμον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. (2) Λακεδαιμονίων πρὸς Βοιωτοὺς διαπολεμησάντων τὸν Λευκτρικὸν πόλεμον καὶ καταπολεμηθέντων, οἱ μὲν Θηβαῖοι διὰ τὴν κατάληψιν τῆς Καδμείας δίκας μεγάλας ἐπαγαγόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐν Ἀμφικτύοσι, κατεδίκασαν αὐτοὺς πολλοῖς χρήμασιν. (3) Οἱ δὲ Φωκεῖς ἐπεργασάμενοι πολλὴν τῆς ἱερᾶς χώρας τῆς ὀνομαζομένης Κιῤῥαίας, δίκας ὑπέσχον ἐν Ἀμφικτύοσι, καὶ πολλοῖς ταλάντοις κατεκρίθησαν. Οὐκ ἐκτινόντων δ' αὐτῶν τὰ ὀφλήματα, οἱ μὲν ἱερομνήμονες ἐν Ἀμφικτύοσι κατηγόρουν τῶν Φωκέων, καὶ τὸ συνέδριον ἠξίουν, ἐὰν μὴ τὰ χρήματα τῷ θεῷ ἀποδῶσιν οἱ Φωκεῖς, καθιερῶσαι τὴν χώραν τῶν ἀποστερούντων τὸν θεόν· ὁμοίως δ' ἔφασαν δεῖν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς καταδικασθέντας ἐκτίνειν τὰ ὀφλήματα, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Λακεδαιμόνιοι· ἐὰν δὲ μὴ ὑπακούωσι, κοινῇ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μισοπονηρίας ἀξιοῦσθαι. (4) Τῶν δ' Ἑλλήνων συνεπικυρούντων τὰ δόγματα τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τῆς τῶν Φωκέων χώρας μελλούσης καθιεροῦσθαι, ὁ Φιλόμηλος, μέγιστον ἔχων ἐν τοῖς Φωκεῦσιν ἀξίωμα, διελέχθη τοῖς ὁμοεθνέσι, διδάσκων ὡς ἐκτῖσαι μὲν οὐ δύνανται τὰ χρήματα διὰ τὸ μέγεθος τῆς καταδίκης, περιορᾶν δὲ καθιερωμένην τὴν χώραν οὐ μόνον ἀνάνδρων ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ κίνδυνον ἐπιφέρειν καὶ τῷ τῶν ἁπάντων βίῳ ἀνατροπήν. (5) Ἐπειρᾶτο δὲ καὶ τὰς κρίσεις τῶν Ἀμφικτυόνων ἀδίκους δεικνύναι κατὰ τὸ δυνατόν· μικρᾶς γὰρ παντελῶς χώρας κατεργασθείσης μεγίστας ζημίας τεθεῖσθαι. Συνεβούλευεν οὖν ταύτας ἀκύρους ποιῆσαι, καὶ μεγάλας ἀφορμὰς ἔχειν ἀπεφαίνετο τοὺς Φωκεῖς κατὰ τῶν Ἀμφικτυόνων· τὸ γὰρ παλαιὸν τοῦ μαντείου τὴν ἐξουσίαν καὶ προστασίαν ἐσχηκέναι τούτους. Καὶ μάρτυρα τὸν ἀρχαιότατον καὶ μέγιστον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον παρείχετο λέγοντα

αὐτὰρ Φωκήων Σχεδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

(6) Διόπερ ἔφη δεῖν ἀμφιςβητεῖν περὶ τῆς τοῦ μαντείου προστασίας, ὡς οὔσης πατρίου τοῖς Φωκεῦσιν. Ἐπηγγέλλετο δὲ κατορθώσειν τὴν ἐπιβολήν, ἐὰν αὐτὸν αὐτοκράτορα καταστήσωσι στρατηγὸν τῆς ὅλης ἐπιβολῆς καὶ κύριον.

XXIV. Τῶν δὲ Φωκέων διὰ τὸν ἐκ τῆς καταδίκης φόβον ἑλομένων αὐτὸν αὐτοκράτορα στρατηγόν, ὁ Φιλόμηλος ἐνεργῶς ἐπετέλει τὰς ἐπαγγελίας. Πρῶτον

hos, dum copias adhuc cogunt, nec ullosdum ordines instructos habent, subito adventu oppressos et perculsos in jura Macedonici regni concedere Philippus coegit.

XXIII. Postquam archon Athenis Callistratus, consules Romæ M. Fabius et C. Plotius creati erant, bellum, quod sacrum nominatur, conflatum est, novemque annos duravit. Philomelus enim Phocensis, confidentia et scelerata morum pravitate nemini secundus, templo in Delphis occupato, bellum sacrum his de causis accendit. (2) Quum Lacedæmonii Leuctrico, quod cum Thebanis gesserant, bello devicti essent, Thebani propter Cadmeam occupatam, Spartanis in Amphictyonum judicio magnopere accusatis grandem pecuniæ summam irrogarant. (3) Phocenses etiam, quod magnum terræ sacræ tractum, quæ Cirrhæa nuncupatur, opere rustico excoluissent, repetundarum in senatu Amphictyonum arcessiti ac multis talentis condemnati fuerunt. Quum vero multam non exsolverent, hieromnemones, impacta Phocensibus dica, senatum Amphictyonum rogarunt, ut nisi pecunia deo persolveretur, depeculatorum agros deo consecrarent. Itemque a ceteris quoque damnatis, inter quos erant Lacedæmonii, exigenda quæ deberentur contendebant. Quodsi parere abnuerent, communi omnium Græcorum odio expositi forent. (4) Hoc Amphictyonum decretum quum Græcorum suffragiis comprobaretur, jamque prope esset ut ager Phocensium sacris dei usibus addiceretur; Philomelus, cujus summa tunc inter Phocenses dignitas erat, verba popularibus faciens, pecunias ob multæ magnitudinem nequaquam exsolvi posse; pati vero, ut ager devoveatur, non effeminatorum modo hominum esse, sed etiam cum periculo conjunctum vitæque omnium labefactationem et ruinam afferre docebat. (5) Operam quoque dabat, ut, pro qua posset facultate sententias Amphictyonum iniquas esse demonstraret; siquidem ob parvum admodum, quem coluissent, agrum multa longe maxima esset inflicta. Consilium proinde illis dabat, ut judicium illud rescinderent, causasque, cur id facerent, non exiguas Phocensibus suppetere confirmabat. Jam olim in potestate ac clientela ipsorum oraculum fuisse: in cujus rei testimonium antiquissimi omniumque maximi poetæ, Homeri, versus allegabat, ubi canit poeta:

Qui Cyparissum habent Pythonaque rupe jacentem,
Phocenses Schediusque regunt et Epistrophus (acer).

(6) Idcirco de patrocinio templi fatidici controversandum esse, quod patrium et avitum utique esset Phocensibus, asserebat. Quodsi absolutam sibi potestatem, ut summo imperatori, novi hujus negotii traderent, summa illud dexteritate se administraturum spopondit.

XXIV. Phocenses igitur multæ in se decretæ metu dictatorem creant Philomelum, qui promissa factis gnaviter exsequitur. Nam primum itinere Spartam suscepto, arcanos

μὲν γὰρ παρελθὼν εἰς τὴν Σπάρτην, ἐν ἀποῤῥήτοις διελέχθη τῷ βασιλεῖ τῶν Λακεδαιμονίων Ἀρχιδάμῳ, ὅτι κοινὸς ὁ ἀγών ἐστιν αὐτῷ περὶ τοῦ ποιῆσαι τὰς κρίσεις τῶν Ἀμφικτυόνων ἀκύρους· εἶναι γὰρ καὶ κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων μεγάλας καὶ ἀδίκους ἀποφάσεις τῶν Ἀμφικτυόνων. Ἐδήλωσεν οὖν αὐτῷ διότι τοὺς Δελφοὺς καταλαβέσθαι διέγνωκε, καὶ τῆς προστασίας ἐὰν ἐγκρατὴς γένηται, τὰ δόγματα τῶν Ἀμφικτυόνων ἀκυρώσει. (2) Ὁ δ᾽ Ἀρχίδαμος ἀποδεξάμενος τὸν λόγον, φανερῶς μὲν κατὰ τὸ παρὸν οὐκ ἔφησε βοηθήσειν, λάθρᾳ δὲ πάντα συμπράξειν, χορηγῶν καὶ χρήματα καὶ μισθοφόρους. Ὁ δὲ Φιλόμηλος παρὰ μὲν τούτου πεντεκαίδεκα τάλαντα λαβών, ἰδίᾳ δὲ προσθεὶς οὐκ ἐλάττω τούτων, μισθοφόρους τε ξένους ἐμισθώσατο καὶ τῶν Φωκέων ἐπέλεξε χιλίους, οὓς ὠνόμασε πελταστάς. (3) Ἀθροίσας δὲ στρατιωτῶν πλῆθος καὶ καταλαβόμενος τὸ μαντεῖον, τούς τε Θρακίδας καλουμένους τῶν Δελφῶν ἐναντιουμένους ἀνεῖλε καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσε· τοὺς δ᾽ ἄλλους ὁρῶν καταπεπληγμένους, παρεκάλει θαῤῥεῖν, ὡς οὐδενὸς ἐσομένου περὶ αὐτοὺς δεινοῦ. (4) Διαβοηθείσης δὲ τῆς περὶ τὸ ἱερὸν καταλήψεως, Λοκροὶ μὲν οἱ πλησίον οἰκοῦντες παραχρῆμα ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν Φιλόμηλον. Γενομένης δὲ περὶ Δελφοὺς μάχης, οἱ μὲν Λοκροὶ λειφθέντες καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες τῶν στρατιωτῶν ἔφυγον εἰς τὴν οἰκείαν, ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ, τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἔκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε καὶ τὰ περὶ τῶν καταδίκων γράμματα κατέλυσεν. (5) Αὐτὸς δὲ διέδωκε λόγον ὡς οὔτε συλᾶν τὸ μαντεῖον διέγνωκεν οὔτ᾽ ἄλλην οὐδεμίαν παράνομον πρᾶξιν συντελεῖν βεβούλευται, τῆς δὲ προγονικῆς προστασίας ἀμφισβητῶν καὶ τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀδίκους ἀποφάσεις ἀκυρῶσαι βουλόμενος βοηθεῖ τοῖς πατρίοις νόμοις τῶν Φωκέων.

XXV. Οἱ δὲ Βοιωτοὶ συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν τῷ μαντείῳ, καὶ παραχρῆμα στρατιώτας ἐξέπεμψαν. Τούτων δὲ πραττομένων, ὁ Φιλόμηλος τεῖχός τε περιεβάλετο τῷ ἱερῷ καὶ μισθοφόρους ἤθροισε πολλούς, ἀναβιβάσας τοὺς μισθοὺς καὶ ποιήσας ἡμιολίους, καὶ τῶν Φωκέων ἐπιλέγων τοὺς ἀρίστους κατέγραφε, καὶ ταχὺ δύναμιν ἀξιόλογον ἤθροισεν· οὐκ ἐλάττους γὰρ τῶν πεντακισχιλίων στρατιωτῶν ἔχων προεκάθητο τῶν Δελφῶν, φοβερὸς ὢν ἤδη τοῖς πρὸς αὐτὸν πολεμεῖν βουλομένοις. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν χώραν, καὶ πολλὴν τῆς πολεμίας γῆς δῃώσας, κατεστρατοπεδεύσατο πλησίον ποταμοῦ τινος ῥέοντος παρὰ φρούριον ὀχυρόν. Τούτῳ δὲ προσβολὰς ποιησάμενος, καὶ μὴ δυνάμενος ἑλεῖν, τῆς μὲν πολιορκίας ἀπέστη, πρὸς δὲ τοὺς Λοκροὺς συνάψας μάχην, ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν εἴκοσι, καὶ τῶν νεκρῶν οὐ δυνηθεὶς κρατῆσαι, τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν διὰ κήρυκος ᾐτήσατο. Οἱ δὲ Λοκροὶ τὴν ἀναίρεσιν οὐ συγχωροῦντες, ἀπόκρισιν ἔδωκαν ὅτι παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους. (3) Ὁ δὲ Φιλόμηλος χαλεπῶς φέρων τὸ

hac de re sermones cum Archidamo Lacedæmoniorum rege confert, quod ipsi non minus, quam sibi, contendendum esset, ut irritæ sententiæ Amphictyonum redderentur · nam contra Lacedæmonios quoque magnas et injustas ab Amphictyonibus sententias pronuntiatas esse. Consilium igitur Delphos occupandi, et si patrocinium ejus sui juris fecerit, Amphictyonum decreta antiquandi, regi aperit. (2) Archidamus, cui non improbaretur hæc oratio, in præsens quidem manifestis se illum auxiliis non instructurum, sed clam pecuniis et militibus mercenariis præsto futurum recepit. Tum Philomelus, acceptis ab eo quindecim talentis, deque suo totidem adjectis, peregrinos hinc inde milites stipendio conduxit. E Phocensibus autem mille delegit, quos peltastas nominavit. (3) Magna itaque vi militum coacta, templum invadit. Obsistunt quidem illi Delphorum nonnulli, qui Thracidæ nuncupantur : verum hos ille occidit, et bona eorum publicavit · Ceterosque perculsos videns, bonum habere animum jussit : nihil enim mali passuros. (4) Jam quum fani occupati fama percrebresceret, Locri, finitimos incolentes tractus, armatis Philomelum copiis aggrediuntur, verum commissa circa Delphos pugna, succumbunt, et post magnam suorum cædem domum fuga se recipiunt. Philomelus, hac victoria excitatus, decreta Amphictyonum e columnis excidit, et tabulas damnatorum abolevit. (5) Interea rumores passim disseminaverat, se neque templum exspoliare constituisse, neque alterius iniqui facinoris designandi consilia agitare : sed quia prærogativam a majoribus traditam vindicaret, et injustas Amphictyonum sententias abrogare cuperet, patriis Phocensium legibus defensionem præstare.

XXV. At Bœoti, publicam ad deliberationem congregati, templo succurrendum decernunt, et armatorum confestim manum expediunt. Quæ dum geruntur, Philomelus muro templum circumdedit, et conscriptis hinc inde militum copiis, dimidium toti supererogans, stipendium auxit, delectuque habito, Phocensium fortissimos conscripsit, brevique insignem exercitum contraxit. Nam non infra quinque millia sub signis habens transitum ad Delphos occupavit, ac bello ipsum aggressuris jam formidabilis erat. (2) Hinc armis in Locrorum terram promotis, compluribus in locis eam populatur, et juxta flumen quoddam, castellum egregie munitum præterlabens, castra ponit. Id oppugnationibus aliquot tentatum ubi capere nequit, obsidione intermissa, cum Locris manus conserens, viginti suorum amittit : quorum cadavera dum recuperare vi non potest, per caduceatorem, ut sibi restituantur, petit. Locri, collectione mortuorum negata, respondent, apud universos Græcos communi lege sancitum haberi, ut sacrilegi abjiciantur insepulti. (3) Hanc

συμβεβηκός, συνῆψε μάχην τοῖς Λοκροῖς, καὶ πᾶσαν εἰςενεγκάμενος φιλοτιμίαν, ἀνεῖλέ τινας τῶν πολεμίων, καὶ τῶν σωμάτων κυριεύσας ἠνάγκασε τοὺς Λοκροὺς ἀλλαγὴν ποιήσασθαι τῶν νεκρῶν. Κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων, καὶ πολλὴν πορθήσας τῆς Λοκρίδος, ἐπανῆλθεν εἰς Δελφούς, ἐμπεπληκὼς ὠφελείας τοὺς στρατιώτας. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τοῦ πολέμου βουλόμενος χρήσασθαι τῷ μαντείῳ, τὴν Πυθίαν ἠνάγκασεν ἀναβᾶσαν ἐπὶ τὸν τρίποδα δοῦναι τὸν χρησμόν.

XXVI. Ἐπεὶ δὲ τοῦ τρίποδος ἐμνήσθην, οὐκ ἄκαιρον προςαναλαβεῖν ἡγοῦμαι τὴν παλαιὰν περὶ αὐτοῦ παραδεδομένην ἱστορίαν. Λέγεται γὰρ τὸ παλαιὸν αἶγας εὑρεῖν τὸ μαντεῖον· οὗ χάριν αἰξὶ μάλιστα χρηστηριάζονται μέχρι τοῦ νῦν οἱ Δελφοί. (2) Τὸν δὲ τρόπον τῆς εὑρέσεως γενέσθαι φασὶ τοιοῦτον. Ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ καθ' ὅν ἐστι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, καὶ περὶ τοῦτο γενομένων αἰγῶν διὰ τὸ μήπω κατοικεῖσθαι τοὺς Δελφούς, ἀεὶ τῷ χάσματι τὴν προςιοῦσαν καὶ προςβλέψασαν αὐτῷ σκιρτᾶν θαυμαστῶς καὶ προΐεσθαι φωνὴν διάφορον ἢ πρότερον εἰώθει φθέγγεσθαι. (3) Τὸν δ' ἐπιστατοῦντα ταῖς αἰξὶ θαυμάσαι τὸ παράδοξον, καὶ προςελθόντα τῷ χάσματι καὶ κατιδόντα οἷόνπερ ἦν ταὐτὸ παθεῖν ταῖς αἰξίν· ἐκείνας τε γὰρ ὅμοια ποιεῖν τοῖς ἐνθουσιάζουσι καὶ τοῦτον προλέγειν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς φήμης παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις διαδοθείσης περὶ τοῦ πάθους τῶν προςιόντων τῷ χάσματι, πλείους ἀπαντᾶν ἐπὶ τὸν τόπον· διὰ δὲ τὸ παράδοξον πάντων ἀποπειρωμένων, τοὺς ἀεὶ πλησιάζοντας ἐνθουσιάζειν. Δι' ἃς αἰτίας θαυμασθῆναί τε τὸ μαντεῖον καὶ νομισθῆναι τῆς Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον. (4) Καὶ χρόνον μέν τινα τοὺς βουλομένους μαντεύεσθαι προςιόντας τῷ χάσματι ποιεῖσθαι τὰς μαντείας ἀλλήλοις· μετὰ δὲ ταῦτα πολλῶν καθαλλομένων εἰς τὸ χάσμα διὰ τὸν ἐνθουσιασμόν, καὶ πάντων ἀφανιζομένων, δόξαι τοῖς κατοικοῦσι περὶ τὸν τόπον, ἵνα μηδεὶς κινδυνεύῃ, προφῆτίν τε μίαν πᾶσι καταστῆσαι γυναῖκα καὶ διὰ ταύτης γίνεσθαι τὴν χρησμολογίαν. Ταύτῃ δὲ κατασκευασθῆναι μηχανὴν ἐφ' ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν καὶ μαντεύεσθαι τοῖς βουλομένοις. (5) Εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ' ὧν αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι· σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατασκευάσματος ἀπομιμήματα γίνεσθαι τοὺς ἔτι καὶ νῦν κατασκευαζομένους χαλκοῦς τρίποδας. Ὃν μὲν οὖν τρόπον εὑρέθη τὸ μαντεῖον καὶ δι' ἃς αἰτίας ὁ τρίπους κατεσκευάσθη, ἱκανῶς εἰρῆσθαι νομίζω. (6) Θεσπιῳδεῖν δὲ τὸ ἀρχαῖον λέγεται παρθένους διά τε τὸ τῆς φύσεως ἀδιάφθορον καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ὁμογενές· ταύτας γὰρ εὐθετεῖν πρὸς τὸ τηρεῖν τὰ ἀπόῤῥητα τῶν χρησμῳδουμένων. Ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις χρόνοις φασὶν Ἐχεκράτην τὸν Θετταλὸν παραγενόμενον εἰς τὸ χρηστήριον καὶ θεασάμενον τὴν χρησμολογοῦσαν παρθένον, ἐρασθῆναι διὰ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ συναρπάσαντα βιάσασθαι· τοὺς δὲ Δελφοὺς διὰ τὸ γεγενημένον πάθος εἰς τὸ λοιπὸν νομοθετῆσαι

repulsam molestissime ferens Philomelus, cum Locrensibus iterum confligit, omnique studio elaborans, nonnullis hostium interfectis, cadaveribus potitur; atque ita ad permutationem cæsorum eos cogit. Jamque campos in potestate habens, Locride passim devastata, cum milite prædis onusto Delphos regreditur. Exin de belli eventu ex oraculo aliquid resciscere cupiens, vi Pythiam adegit, ut tripode conscenso, responsum sibi daret.

XXVI. Postquam vero mentio tripodis hic sese offert, historiam antiquitus de illo traditam hic repetere non intempestivum arbitror. Olim a capris oraculum hoc inventum memoratur. Cujus gratia mactatis utplurimum capris ad hunc usque diem petunt oracula Delphi. (2) Inventionis hunc porro modum tradunt: terræ hiatus eo loco fuit, ubi nunc adytum quod vocatur templi exsistit, circumque hunc capræ pascentes oberrarunt, quod Delphi tunc nondum colerentur. Ibi accidit ut, quæcunque propius ad voraginem accedens despiceret, mirum in modum exsultaret, et vocem ab usitata prius dissonam emitteret. (3) Id pastor gregis ut insolens admiratus, quid rei foret, exploraturus accessit; et ipse despectans, eodem modo, quo capræ, affectus est. Nam istæ ut divino afflatæ spiritu se gerere; hic futuros eventus præcinere. Mox fama per accolas divulgata, quod tam miris appropinquantes specui modis afficerentur, plures eo loci convenere; quumque propter rei novitatem periculum facerent omnes, quicunque propius adierant, furore divino corripiebantur. Hinc locus ille ceu fatidicus pro miraculo habitus, Terræque oraculum esse creditum fuit. (4) Duravit ad tempus ille mos, ut, qui divinare vellent, antro propinquantes de futuris alter alteri responsarent. Sed quum multi per excessum mentis lymphaticum in specum desultarent, omnesque e conspectu hominum auferrentur; consultius accolis visum, ne quis idem periculum incurreret, unam omnibus feminam vatem consecrari, quæ fatidicis effatis præesset; machinamque illi fabricari, qua conscensa, citra noxam afflatu divino repleri et consulentibus vaticinari posset. (5) Machinæ tres erant bases: unde tripodi illi nomen obvenit. Figuram ejus propemodum omnes etiamnum conflati ex ære tripodes imitantur. Quem igitur ad modum oraculi sedes inventa, quibusque de causis tripus exstructus sit, satis jam declaratum arbitror. (6) Sortes a virginibus quondam editas fama est, quod et naturam haberent incorruptam et sexus cum Diana communionem. Adde quod servandis oraculorum secretis magis idoneæ videbantur. Sed propinquiore, aiunt, memoria Thessalus quidam Echecrates, ad oraculum profectus, ex fatidicæ virginis intuitu, propter eximiam ejus venustatem, amore exardescit, raptæque stuprum offert. Quod facinus Delphos impulit, ut lege sancita caverent, ne virgo

μηκέτι παρθένον χρηστηριάζειν, ἀλλὰ γυναῖκα πρεσβυτέραν πεντήκοντα ἐτῶν χρησμολογεῖν· κοσμεῖσθαι δ' αὐτὴν παρθενικῇ σκευῇ, καθάπερ ὑπομνήματι τῆς παλαιᾶς προφήτιδος. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ μαντείου μυθολογούμενα τοιαῦτ' ἐστίν· ἡμεῖς δ' ἐπανάξομεν ἐπὶ τὰς Φιλομήλου πράξεις.

XXVII. Οὗτος γὰρ κρατῶν τοῦ μαντείου προσέταττε τῇ Πυθίᾳ τὴν μαντείαν ἀπὸ τοῦ τρίποδος ποιεῖσθαι κατὰ τὰ πάτρια. Ἀποκριναμένης δ' αὐτῆς ὅτι * ταῦτά ἐστι τὰ πάτρια, διηπειλήσατο καὶ συνηνάγκασε τὴν ἀνάβασιν ποιεῖσθαι ἐπὶ τὸν τρίποδα. Ἀποφθεγξαμένης δ' αὐτῆς πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βιαζομένου ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ πράττειν ὃ βούλεται, ἀσμένως τὸ ῥηθὲν ἐδέξατο καὶ τὸν προσήκοντα χρησμὸν ἔχειν ἀπεφήνατο. Εὐθὺς δὲ καὶ τὸν χρησμὸν ἔγγραφον ποιήσας καὶ προθεὶς εἰς τοὐμφανές, ἅπασιν ἐποίησε φανερὸν ὅτι ὁ θεὸς αὐτῷ δίδωσιν ἐξουσίαν πράττειν ὅ, τι βούλεται. (2) Συναγαγὼν δ' ἐκκλησίαν καὶ τὴν μαντείαν τοῖς πλήθεσι δηλώσας καὶ παρακαλέσας θαῤῥεῖν, ἐτρέπετο πρὸς τὰς τοῦ πολέμου πράξεις. Ἐγένετο δ' αὐτῷ καὶ σημεῖον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος· ἀετὸς γὰρ ὑπερπετόμενος τὸν νεὼν τοῦ θεοῦ καὶ συγκυλισθεὶς ἐπὶ τὴν γῆν, τὰς τρεφομένας ἐν τῷ ἱερῷ περιστερὰς ἐθήρευεν, ὧν ἐνίας ἀπ' αὐτῶν ἥρπαζε τῶν βωμῶν. Τὸ δὲ σημεῖον ἔφασαν οἱ περὶ ταῦτ' ἀσχολούμενοι σημαίνειν τῷ Φιλομήλῳ καὶ τοῖς Φωκεῦσι κρατήσειν τῶν περὶ Δελφοὺς πραγμάτων. (3) Ἐπαρθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις ἐπέλεξε τῶν φίλων τοὺς εὐθετωτάτους εἰς τὰς πρεσβείας, καὶ τούτων τοὺς μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, τοὺς δ' εἰς Λακεδαίμονα, τοὺς δ' εἰς τὰς Θήβας ἐξέπεμψεν· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας τὰς ἐπισημοτάτας τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων ἀπέστειλεν, ἀπολογούμενος ὅτι κατείληπται τοὺς Δελφούς, οὐ τοῖς ἱεροῖς χρήμασιν ἐπιβουλεύων, ἀλλὰ τῆς τοῦ ἱεροῦ προστασίας ἀμφισβητῶν· εἶναι γὰρ Φωκέων αὐτὴν ἰδίαν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἀποδεδειγμένην. (4) Τῶν δὲ χρημάτων τὸν λόγον ἔφη πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀποδώσειν, καὶ τόν τε σταθμὸν καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναθημάτων ἕτοιμος εἶναι παραδιδόναι τοῖς βουλομένοις ἐξετάζειν. Ἠξίου δέ, ἄν τις δι' ἔχθραν ἢ φθόνον πολεμῇ Φωκεῦσι, μάλιστα μὲν συμμαχεῖν, εἰ δὲ μή γε, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. (5) Τῶν δὲ πρέσβεων τὸ προσταχθὲν πραξάντων, Ἀθηναῖοι μὲν καὶ Λακεδαιμόνιοι καί τινες ἄλλοι συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν συνέθεντο καὶ βοηθήσειν ἐπηγγείλαντο, Βοιωτοὶ δὲ καὶ Λοκροὶ καί τινες ἕτεροι τἀναντία τούτοις ἐψηφίσαντο, καὶ τὸν πόλεμον ὑπὲρ τοῦ θεοῦ πρὸς τοὺς Φωκεῖς ἐπανείλοντο. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

XXVIII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Διοτίμου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Μάρκιον καὶ Γναῖον Μάλλιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Φιλόμηλος μὲν προορώμενος τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, μισθοφόρων τε πλῆθος ἤθροιζε τῶν τε Φωκέων τοὺς εὐθέτους κατέλεγεν εἰς τὴν στρατείαν. (2) Τοῦ δὲ πολέμου προσδεομένου χρημάτων, τῶν μὲν ἱερῶν ἀναθημάτων ἀπείχετο, τοὺς δὲ Δελφοὺς

deinceps, sed femina quinquagenaria major, virgineo tamen ornatu, tanquam in pristinæ vatis memoriam, dei responsis præsideret. Hæc sunt quæ de oraculi origine ex vetusta fabularum traditione referuntur. Jam ad Philomeli res gestas regrediemur.

XXVII. Is, fano in potestatem redacto, Pythiam ritu patrio ex tripode oraculum sibi reddere jussit. Quumque vates hunc (non?) esse patrium morem diceret, minis illam adegit, ut tripodem conscenderet. Ibi mulier, ad vim inferentis auctoritatem sese accommodans, licere ipsi, quidquid liberet, respondit. Quod læto ille animo complexus, conveniens negotio suo responsum se habere affirmavit. Idque statim in tabula descriptum publice omnibus legendum proposuit, ut omnibus demonstraret, rerum pro libitu gerendarum licentiam ipsi deum dedisse. (2) Concione etiam populi advocata, divinam ex adyto vocem multitudini exponit, omnesque ad constantiam exhortatur. Hinc ad negotia belli denuo se convertit. Quin et prodigium ad ipsum Apollinis templum ei offertur. Nam aquila, fanum dei supervolitans et ad terram se devolvens, nutritas in templo columbas venabatur, adeo ut nonnullas ex ipsis altaribus corriperet. Eo portendi Philomelo et Phocensibus, hisce studiis occupati dictitabant, eos rerum apud Delphos potituros esse. (3) Hinc magnopere inflatus, amicorum maxime idoneos legationibus destinat, horumque nonnullos Athenas, quosdam Lacedæmonem, partem etiam Thebas itidemque in ceteras Græciæ urbes insigniores, mittit, cum hac excusatione : Delphos a se occupatos, non quod sacris opibus insidias tenderet, sed ut fani patrocinium popularibus suis vindicaret; hoc enim antiquissimis temporibus proprium ipsis designatum esse. (4) Rationem etiam pecuniæ cunctis Græcis reddere, pondusque ac numerum donariorum recensere, quisquis id exigeret, paratum se esse confirmat. Rogavit tandem, si quis ex odio vel invidia bellum Phocensibus facesseret, ut secum arma potius conjungeret: sin minus, ut ab armis saltem abstineret. (5) His mandatis quum legati strenue fungerentur, Athenienses et Lacedæmonii aliique nonnulli sociale fœdus cum eo pacti auxilia promittunt; sed Bœoti cum Locrensibus et quidam alii in contrariam eunt sententiam, bellumque pro deo contra Phocenses gerendum suscipiunt. Ista per hujus anni curriculum gesta sunt.

XXVIII. Jam Athenis Diotimus archontis, Romæ C. Marcius et Cn. Manlius consulum munus adierant, quum Philomelus, prævidens belli magnitudinem, ingentem vim militum stipendia facientium contraxit, quibus etiam Phocenses armis idoneos, habito delectu, aggregavit. (2) At quum pecuniis ad bellum opus esset, a sacris quidem donariis abstinuit; sed a Delphis, qui fortunæ benignitate ac divitiis

εὐδαιμονίᾳ καὶ πλούτῳ διαφέροντας ἐπράξατο πλῆθος χρημάτων ἱκανὸν εἰς τοὺς τῶν ξένων μισθούς. Κατασκευάσας οὖν ἀξιόλογον δύναμιν προήγαγεν εἰς ὕπαιθρον, καὶ φανερὸς ἦν ἑτοίμως ἔχων διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους τοῖς Φωκεῦσι. (3) Τῶν δὲ Λοκρῶν στρατευσαμένων ἐπ' αὐτόν, ἐγένετο μάχη περὶ τὰς Φαιδριάδας καλουμένας πέτρας, ἣν νικήσας ὁ Φιλόμηλος πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, οὐκ ὀλίγους δ' ἐζώγρησε, τινὰς δὲ κατὰ τῆς πέτρας συνηνάγκασεν ἑαυτοὺς καταχρημνίσαι. Μετὰ δὲ τὴν μάχην ταύτην οἱ μὲν Φωκεῖς ἐπήρθησαν τοῖς φρονήμασι διὰ τὴν εὐημερίαν, οἱ δὲ Λοκροὶ ταπεινωθέντες πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς τὰς Θήβας, ἀξιοῦντες τοὺς Βοιωτοὺς βοηθεῖν αὐτοῖς τε καὶ τῷ θεῷ. (4) Οἱ δὲ Βοιωτοὶ διά τε τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν καὶ διὰ τὸ συμφέρειν αὐτοῖς τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων κρίσεις βεβαίας εἶναι πρός τε τοὺς Θετταλοὺς ἐπρέσβευσαν καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύονας, ἀξιοῦντες κοινῇ πολεμῆσαι τοῖς Φωκεῦσι. Ψηφισαμένων δὲ τῶν Ἀμφικτυόνων τὸν πρὸς Φωκεῖς πόλεμον, πολλὴ ταραχὴ καὶ διάστασις ἦν καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα. Οἱ μὲν γὰρ ἔκριναν βοηθεῖν τῷ θεῷ καὶ τοὺς Φωκεῖς ὡς ἱεροσύλους κολάζειν, οἱ δὲ πρὸς τὴν τῶν Φωκέων βοήθειαν ἀπέκλιναν.

XXIX. Σχιζομένης δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων αἱρέσεως, τῷ μὲν ἱερῷ βοηθεῖν ἔγνωσαν Βοιωτοὶ καὶ Λοκροὶ καὶ Θετταλοὶ καὶ Περραιβοί, πρὸς δὲ τούτοις Δωριεῖς καὶ Δόλοπες, ἔτι δὲ Ἀθαμᾶνες καὶ Ἀχαιοὶ Φθιῶται καὶ Μάγνητες, ἔτι δὲ Αἰνιᾶνες καί τινες ἕτεροι, τοῖς δὲ Φωκεῦσι συνεμάχουν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι καί τινες ἕτεροι τῶν Πελοποννησίων. (2) Προθυμότατα δὲ συνέπραττον οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ τοιαύτας αἰτίας. Ἐν τῷ Λευκτρικῷ πολέμῳ Θηβαῖοι καταπολεμήσαντες τοὺς Λακεδαιμονίους δίκην ἐπήνεγκαν εἰς Ἀμφικτύονας κατὰ τῶν Σπαρτιατῶν, ὅτι Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης κατελάβετο τὴν Καδμείαν, καὶ διετιμήσαντο τὸ ἀδίκημα ταλάντων πεντακοσίων. Καταδικασθέντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τὴν δίκην οὐκ ἐκτινύντων κατὰ τὸν ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων καιρόν, οἱ Θηβαῖοι πάλιν δίκην ἐπήνεγκαν διπλοῦ τοῦ ἀδικήματος. (3) Τῶν δ' Ἀμφικτυόνων χιλίοις ταλάντοις καταδικασάντων, οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ὀφλήματος ὁμοίας τοῖς Φωκεῦσι τὰς ἀποφάσεις ἐποιοῦντο, λέγοντες ἀδίκως ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων καταδεδικάσθαι. (4) Διόπερ κοινοῦ ὄντος τοῦ συμφέροντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι κατ' ἰδίαν μὲν ὤκνουν ὑπὲρ τῆς καταδίκης ἄρασθαι τὸν πόλεμον, διὰ δὲ τοῦ προσώπου τῶν Φωκέων εὐσχημονέστερον ἔκρινον ἀκυρῶσαι τὰς κρίσεις τῶν Ἀμφικτυόνων. Διὰ δὴ ταύτας τὰς αἰτίας ἑτοιμότατα συνεμάχουν τοῖς Φωκεῦσι καὶ τὴν προστασίαν τοῦ ἱεροῦ συγκατεσκεύαζον αὐτοῖς.

XXX. Φανεροῦ δ' ὄντος ὅτι [καὶ] Βοιωτοὶ μεγάλῃ δυνάμει στρατεύσουσιν ἐπὶ τοὺς Φωκεῖς, ὁ Φιλόμηλος ἔκρινε μισθοφόρων ἀθροίζειν πλῆθος. Προσδεομένου δὲ τοῦ πολέμου χρημάτων πλειόνων, ἠναγκάζετο τοῖς

ceteros anteibant, pecuniarum quantum ad stipendia mercenariorum sufficeret exegit. Quum igitur satis magnum exercitum collegisset, sub dium prodiit, manifeste jam ostendens se cum quovis Phocensium hoste ad decernendum esse paratum. (3) Tum arma in illum expedientibus Locris, prœlio concurritur ad Phædriades quas vocant petras, quo Philomelus victor multos hostium interemit, nec exiguum numerum cepit, nonnullos etiam de rupe se præcipites dare coegit. Ab hac pugna res prospere succedentes animos Phocensibus attollunt, Locrensibus contra fortunæ iniquitas deprimit. Legatione idcirco Thebas missa, ut sibi deoque subveniatur, postulant. (4) Bœoti, tum quod suam erga deos pietatem constare vellent, tum quod rata haberi Amphictyonum decreta permultum sua interesset, per legatos a Thessalis ceterisque Amphictyonibus, ut commune secum bellum facessant Phocensibus, contendunt. Postquam ergo senatusconsultum Amphictyones de bello contra Phocenses fecerunt, ingens motus et dissidium per totam Græciam exoritur. Pars deo subveniendum, ac Phocenses, ut sacrilegos, ultione persequendos censere; pars ad Phocensium defensionem inclinare.

XXIX. Dumque ita in diversa gentes urbesque studia distrahuntur, Bœoti, Locrenses, Thessali, Perrhæbi, cumque his Dorienses, Dolopes, Athamanes, Achæi Phthiotæ, Magnetes, Ænianes et quidam alii deo suppetias decernunt. Cum Phocensibus societatem armorum jungunt Athenienses et Lacedæmonii et nonnulli ex Peloponnesiis alii. (2) In partes vero istorum promtissime transierunt Lacedæmonii, has ob causas. Quum Thebani in pugna Leuctrica Lacedæmonios debellassent, litem Spartanis in Amphictyonum judicio intenderant, quod Phœbidas Spartanus Cadmeam occupasset, eamque injuriam quingentis talentis æstimarant. Sed quum post condemnationem illam ad definitum a legibus terminum adjudicatam multæ summam non dissolvissent, Thebani novam contra illos actionem multæ duplicis instituerant. (3) Ad mille igitur talenta ab Amphictyonibus condemnati Spartani, ob debitorum magnitudinem eodem quo Phocenses prætextu utebantur, quod injustam damnationis sententiam in se tulissent Amphictyones. (4) Quocirca, licet commune foret emolumentum, per se tamen Lacedæmonii condemnationis nomine bellum suscipere supersedebant. At sub Phocensium persona si Amphictyonum decreta irrita facerent, id quidem honestius in speciem existimabant. His ergo de causis summa propensione causam Phocensium adjuvantes, tutelare jus templi interim acquirere ipsis moliebantur.

XXX. Ceterum ubi jam certum erat, validissimum a Bœotis exercitum in Phocenses duci, Philomelus majore conductitii militis robore se confirmare statuit. At quia majores bellum sumtus flagitabat, donariis sacris manus

ἱεροῖς ἀναθήμασιν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας καὶ συλᾶν τὸ μαντεῖον. Ὑποστησαμένου δ' αὐτοῦ τοῖς ξένοις μισθοὺς ἡμιολίους, ταχὺ πλῆθος ἠθροίσθη μισθοφόρων, πολλῶν ὑπακουόντων πρὸς τὴν στρατείαν διὰ τὸ μέγεθος τῶν μισθῶν. (2) Τῶν μὲν οὖν ἐπιεικῶν ἀνδρῶν οὐδεὶς ἀπεγράψατο πρὸς τὴν στρατείαν διὰ τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, οἱ δὲ πονηρότατοι καὶ θεῶν διὰ τὴν πλεονεξίαν καταφρονοῦντες προθύμως συνέτρεχον πρὸς τὸν Φιλόμηλον, καὶ ταχὺ δύναμις ἰσχυρὰ συνέστη τῶν πρὸς τὴν ἱεροσυλίαν ὁρμωμένων. (3) Ὁ μὲν οὖν Φιλόμηλος διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐπορίας ταχὺ δύναμιν ἀξιόχρεων κατεσκευάσατο. Εὐθὺς οὖν ἐστράτευσεν εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν χώραν ἔχων στρατιώτας ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς πλείους τῶν μυρίων. Ἀντιταχθέντων δὲ τῶν Λοκρῶν, καὶ τῶν Βοιωτῶν βοηθησάντων τοῖς Λοκροῖς, ἱππομαχία συνέστη, καθ' ἣν ἐπροτέρησαν οἱ Φωκεῖς. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Θετταλοὶ μετὰ τῶν πλησιοχώρων συμμάχων ἀθροισθέντες εἰς ἑξακισχιλίους ἧκον εἰς τὴν Λοκρίδα, καὶ συνάψαντες μάχην τοῖς Φωκεῦσι περὶ λόφον Ἀργόλαν ὀνομαζόμενον ἡττήθησαν. Ἐπιφανέντων δὲ Βοιωτῶν μυρίοις καὶ τρισχιλίοις στρατιώταις, καὶ τῶν ἐκ Πελοποννήσου Ἀχαιῶν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις βοηθησάντων τοῖς Φωκεῦσιν, ἀντεστρατοπέδευσαν αἱ δυνάμεις, ἀμφοτέρων ἀθροισθέντων εἰς ἕνα τόπον.

XXXI. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Βοιωτοὶ κατὰ τὰς προνομὰς ζωγρήσαντες οὐκ ὀλίγους τῶν μισθοφόρων, προαγαγόντες πρὸ τῆς πόλεως ἐκήρυξαν ὅτι τούσδε τοὺς ἄνδρας οἱ Ἀμφικτύονες στρατευσαμένους μετὰ τῶν ἱεροσύλων θανάτῳ κολάζουσιν· εὐθὺς δὲ καὶ τῶν ἔργων τοῖς λόγοις ἀκολουθούντων, ἅπαντας κατηκόντισαν. (2) Ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ παρὰ τοῖς Φωκεῦσι μισθοφόροι παροξυνθέντες ἠξίουν τὸν Φιλόμηλον τῆς ὁμοίας τιμωρίας ἀξιῶσαι τοὺς πολεμίους. Μεγάλην δὲ φιλονεικίαν εἰσενεγκάμενοι καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν χώραν πλανωμένων παρὰ τοῖς πολεμίοις ζωγρήσαντες ἀνήγαγον· οὓς ἅπαντας ὁ Φιλόμηλος κατηκόντισε. Διὰ δὲ ταύτης τῆς κολάσεως τοὺς ἐναντίους ἐποίησαν μεταθέσθαι τῆς ὑπερηφάνου καὶ δεινῆς τιμωρίας. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν δυνάμεων εἰς ἄλλην χώραν ἐμβαλουσῶν, καὶ τὴν ὁδοιπορίαν ποιουμένων διὰ τόπων καταδένδρων καὶ τραχέων, ἄφνω συνέμιξαν ἀλλήλοις οἱ προηγούμενοι τῆς στρατιᾶς. Γενομένης δὲ συμπλοκῆς, εἶτα μάχης ἰσχυρᾶς, οἱ Βοιωτοὶ τῷ πλήθει πολὺ προέχοντες ἐνίκησαν τοὺς Φωκεῖς. (4) Τῆς δὲ φυγῆς γενομένης διὰ τόπου κρημνώδους καὶ δυσεξίτου, πολλοὶ τῶν Φωκέων καὶ μισθοφόρων κατεκόπησαν· ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐκθύμως ἀγωνισάμενος καὶ πολλοῖς τραύμασι περιπεσών, εἴς τινα κρημνώδη τόπον συνεκλείσθη· οὐκ ἔχων δὲ διέξοδον, καὶ φοβούμενος τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αἰκίαν, ἑαυτὸν κατεκρήμνισε, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον δοὺς τῷ δαιμονίῳ δίκας κατέστρεψε τὸν βίον. (5) Ὁ δὲ συνάρχων αὐτῷ στρατηγὸς Ὀνόμαρχος διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν, καὶ μετὰ τῆς ἀνασωζομένης δυνάμεως ἀναχωρήσας,

Injicere coactus, templum deprædatur. Quare quum stipendii sesquiplum peregrino militi polliceretur, magna vis hominum ad eum confluit, et propter stipendii amplitudinem ultro quamplurimi imperio se ejus addicunt. (2) Modestorum tamen virorum nullus eam in militiam nomen suum est professus, quod pietas erga deos aliud suadebat. Interim deterrimus quisque deosque lucri gratia nauci habens cupide Philomelo sese aggregabat; brevique robustissimæ copiæ ex hominibus sacræ prædæ avidis coaluerunt. (3) Affluentia igitur rerum omnium in causa fuit, ut justum non longo temporis intervallo exercitum Philomelus compararet. Et statim decem millia et amplius equitum peditumque instructa habens, in Locrensium agros expeditionem facit. Hi Bœotorum auxiliis confirmati occurrunt, prœliumque equestre committitur, quo Phocenses abeunt superiores. (4) Haud multo post Thessali cum finitimorum auxiliari manu ad sex millia coacti in Locridem descendunt, et, inito cum Phocensibus conflictu, ad collem, quem Argolam vocant, vincuntur. Hinc quum Bœoti cum tredecim millibus supervenirent, et Achæi e Peloponneso mille et quingentos in subsidium Phocensibus adducerent, copiæ utrinque in unum congregatæ locum castra castris opponunt.

XXXI. Accidit tum ut inter pabulandum mercenariorum numerus haud exiguus in manus Bœotorum veniret. Quibus ante urbis mœnia productis, præconis voce proclamari jusserunt, viros hosce, qui militarem sacrilegis operam prostituissent, ab Amphictyonibus capite multari. Nec mora, verba res sequitur, omnesque confodiuntur. (2) Hac re vehementer exacerbati milites, qui Phocensibus stipendiabantur, a Philomelo contendunt, ut eodem hostes supplicio dignetur : magnaque in hoc ipsi contentione incumbunt, ac plurimos hostium in agris palantes capiunt, et vivos imperatori adducunt. Quos ille omnes jaculis conficiendos suis tradit. Hac talionis exsecutione effecit ut superbum et immane supplicii genus hostes retractarent. (3) Quum vero deinde exercitus in alium regionis tractum se conferrent, jamque iter per silvas et aspreta facerent, ex improviso primum utrinque agmen inter se occurrit, oriturque velitatio, et acris inde pugna, qua Bœoti numero longe superiores Phocensium aciem profligant. (4) Quumque fuga per confragosos et difficiles exitu saltus fieret, multi Phocensium et conductitiorum trucidantur. Philomelus animose decertans, multisque vulneribus confectus, in præruptum quendam locum coarctatur. Dumque nullam evadendi viam habet, cruciatus, qui captum se exciperent, metuens, præcipiti de rupe saltu se dimittit. Atque hoc modo numini pœnas exsolvens vitam conclusit. (5) Collega vero ipsius Onomarchus, imperatoris munere suscepto, cum reliquiis exercitus, quæ cladem hanc evaserant, retro movit, et a fuga sparsim

ἀνελάμβανε τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς ἐπανιόντας. (6) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Μεθώνην μὲν ἐκπολιορκήσας καὶ διαρπάσας κατέσκαψε, Παγασὰς δὲ χειρωσάμενος ἠνάγκασεν ὑποταγῆναι. Κατὰ δὲ τὸν Πόντον Λεύκων ὁ τοῦ Βοσπόρου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη τετταράκοντα, τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Σπάρτακος ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη πέντε. (7) Ῥωμαίοις δὲ πρὸς Φαλίσκους συνέστη πόλεμος, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη, καταδρομαὶ δὲ καὶ πορθήσεις τῆς χώρας τῶν Φαλίσκων ἐγένοντο. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Δίωνος τοῦ στρατηγοῦ σφαγέντος ὑπὸ Ζακυνθίων τῶν μισθοφόρων, τὴν ἡγεμονίαν διεδέξατο Κάλλιππος ὁ τούτους πρὸς τὸν φόνον παρασκευάσας, καὶ ἦρξε μῆνας τρεισκαίδεκα.

ex Ægypto militum præfecto, proditionis societatem inierat. Hunc ergo ad custodiam partis cujusdam in urbe obeundam et negotium proditionis adjuvandum reliquit: ipse vero cum quingentis militibus ex oppido egrediens, ad publicum Phœnicum conventum se pergere simulavit; secum autem duxit ex civibus centum nobilissimos, ac si consiliarii forent. (2) Hos, quum primum ad regem accesserunt, comprehensos Artaxerxi tradidit. Rex Tennen, ut amicum, comiter excipiens, centum illos, tanquam defectionis auctores, jaculis confixit. Hinc ubi quingenti Sidoniorum primorum cum supplicum insignibus venissent, Tenneu ad se revocatum, num urbem ei tradere posset, interrogavit. Quam maxime enim cavebat, ne pactione Sidon sibi traderetur, quo scilicet civibus irrecuperabili damno affectis, horum supplicio reliquas urbes deterreret. (3) Confirmante autem Tenne urbem se dediturum, rex implacabilem servans iram quingentos illos supplicum more oleas gestantes omnes jaculis trajecit. Postea Tennes, cum mercenariis Ægyptiis congressus, ut ipsum cum rege intra mœnia reciperent, facile persuasit. (4) Hoc proditionis dolo Sidon in manus Persarum devenit. Tunc rex, Tennæ operam sibi non amplius profuturam existimans, hominem interfici jussit. Interim Sidonii ante regis adventum naves universas cremaverant, ne quis nave aufugiens suæ privatim saluti consulere posset. Sed ubi mœnibus occupatis urbem captam et innumeris hominum millibus undique circumfusam viderunt, se cum liberis et uxoribus intra ædes conclusos admotis flammis combussere. (5) Numerum hoc incendio consumtorum, si domestica simul ministeria connumeres, quadraginta millia excessisse ferunt. Post hanc Sidoniorum cladem, qua tota urbs una cum incolis flammis consumta est, rex aream igni desolatam multis talentis vendebat. (6) Nam quia beata rerum omnium copia cives floruerant, magna vis auri et argenti per incendium conflata reperiebatur. Atque hic fuit calamitatis, quam Sidonii experti sunt, exitus. Reliquæ urbes terrore perculsæ Persis se dedere. (7) Paullo ante hoc tempus Artemisia Cariæ princeps vita defuncta est, quum biennium imperasset. Ejus principatum Idrieus frater accepit, tenuitque per annos septem. (8) In Italia Romani cum Prænestinis inducias, cum Samnitibus fœdus iniere, et ducentos et sexaginta Tarquinienses publice in foro securi percusserunt. (9) In Sicilia Leptines et Callippus Syracusani, copiis militaribus instructi, Rhegium, quæ a Dionysii tyranni junioris præsidio tenebatur, oppugnant, ejectoque præsidio illo, Rheginis jurisdictionem suam restituunt.

XLVI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀπολλοδώρου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Γάϊον Σουλπίκιον. Ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ τὴν Κύπρον Σαλαμινίων πολιορκουμένων ὑπ' Εὐαγόρου καὶ Φωκίωνος, αἱ μὲν ἄλλαι πόλεις ἅπασαι τοῖς Πέρσαις ὑπετάγησαν, τῆς δὲ Σαλαμῖνος βασιλεύων Πνυταγόρας μόνος ὑπέμεινε τὴν πολιορκίαν. (2) Ὁ δ' Εὐαγόρας πατρῴαν ἀρχὴν τὴν Σαλαμινίων ἀνεκτᾶτο, καὶ διὰ τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν τὴν κάθοδον εἰς τὴν βασιλείαν ἐποιεῖτο. Μετὰ δὲ ταῦτα διαβληθέντος αὐτοῦ πρὸς Ἀρταξέρξην, καὶ τοῦ βασιλέως βοηθοῦντος τῷ Πνυταγόρᾳ, ὁ μὲν Εὐαγόρας ἀπογνοὺς τὴν κάθοδον, καὶ περὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολογησάμενος, ἄλλης ἡγεμονίας ἠξιώθη κατὰ τὴν Ἀσίαν μείζονος. (3) Κακῶς δὲ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν διοικήσας ἔφυγε πάλιν εἰς Κύπρον, καὶ συλληφθεὶς τιμωρίας ἠξιώθη. Ὁ δὲ Πνυταγόρας ἑκουσίως ὑποταγεὶς τοῖς Πέρσαις, τὸ λοιπὸν ἀδεῶς ἐβασίλευε τῆς Σαλαμῖνος. (4) Ὁ δὲ τῶν Περσῶν βασιλεὺς μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Σιδῶνος, παραγενομένων αὐτῷ τῶν συμμάχων ἔκ τε Ἄργους καὶ Θηβῶν καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδων πόλεων, ἀθροίσας πᾶσαν τὴν δύναμιν προῆγεν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον. (5) Καταντήσας δ' ἐπὶ τὴν μεγάλην λίμνην, καθ' ἥν ἐστι τὰ καλούμενα Βάραθρα, μέρος τῆς δυνάμεως ἀπέβαλε διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν τόπων. Περὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν λίμνην φύσεως καὶ τοῦ περὶ αὐτὴν παραδόξου συμπτώματος προειρηκότες ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ, τὸ διλογεῖν περὶ τῶν αὐτῶν παρήσομεν. (6) Διελθὼν δὲ τὰ Βάραθρα μετὰ τῆς δυνάμεως ὁ βασιλεὺς ἧκεν εἰς τὸ Πηλούσιον. Αὕτη δ' ἐστὶ [πρώτη] πόλις ἐπὶ τοῦ πρώτου στόματος καθ' ὃν τόπον ὁ Νεῖλος ποιεῖται τὴν ἐκβολήν. Οἱ μὲν οὖν Πέρσαι κατεστρατοπέδευσαν ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τοῦ Πηλουσίου, οἱ δ' Ἕλληνες πρὸς αὐτῷ τῷ πολίσματι. (7) Οἱ δ' Αἰγύπτιοι, δεδωκότων αὐτοῖς τῶν Περσῶν πολὺν χρόνον εἰς τὴν παρασκευήν, πάντα μὲν τὰ στόματα τοῦ Νείλου καλῶς κατεσκευακότες ὑπῆρχον, μάλιστα δὲ τὸ πρὸς τῷ Πηλουσίῳ διὰ τὸ πρῶτον εἶναι τοῦτο καὶ μάλιστα κείμενον εὐκαίρως. (8) Ἐφρούρουν δὲ τὸ χωρίον στρατιῶται πεντακισχίλιοι, στρατηγοῦντος Φιλόφρονος τοῦ στρατηγοῦ. Οἱ δὲ Θηβαῖοι σπεύδοντες ἄριστοι φανῆναι τῶν συστρατευομένων Ἑλλήνων, πρῶτοι καὶ μόνοι διὰ στενῆς τινος καὶ βαθείας διώρυγος ἐτόλμησαν διαβῆναι παραβόλως. (9) Διαβάντων δ' αὐτῶν, οἱ φρουροῦντες τὸ Πηλούσιον ἐκχυθέντες ἐκ τῆς πόλεως συνῆψαν μάχην πρὸς τοὺς Θηβαίους· μεγάλου δ' ἀγῶνος γενομένου διὰ τὰς παρ' ἀμφοτέροις φιλοτιμίας, τότε μὲν ἐν τῷ κινδύνῳ διημερεύσαντες ὑπὸ τῆς νυκτὸς διελύθησαν.

XLVII. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῦ βασιλέως εἰς τρία μέρη τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν μερίσαντος, ἑκάστη μερὶς εἶχε στρατηγὸν Ἕλληνα καὶ τούτῳ παρακαθεσταμένον ἡγεμόνα ἄνδρα Πέρσην προκεχριμένον ἐπ' ἀρετῇ τε καὶ εὐνοίᾳ. (2) Τὴν μὲν οὖν πρώτην τάξιν ἐπεῖχον οἱ Βοιωτοί, στρατηγὸν μὲν ἔχοντες Λακράτην τὸν Θη-

XLVI. Archon exinde Athenis erat Apollodorus, et Romæ M. Valerius cum C. Sulpicio consul, quum in Cypro, Salamine ab Evagora et Phocione circumsessa, urbes ceteræ omnes se Persis submisere; at Pnytagoras, Salaminis rex, solus obsidionem sustinuit. (2) Interim Evagoras paternum sibi regnum asserebat, et regis Persarum auxilio restitutionem sui in pristinum moliebatur. Sed criminose postea delatus apud Artaxerxem, quum rex Pnytagoram adjuvaret, abjecta spe restitutionis, de objectis se criminibus purgat, aliamque ista majorem in Asia provinciam sortitur. (3) Quam quum male administrasset, in Cyprum denuo profugit, ubi comprehensus supplicium subit. At Pnytagoras, ultro Persarum se imperio subjiciens, regnum Salaminis, nullo deinceps obstante, retinet. (4) Interea Persarum rex, quum post excidium Sidonis auxiliares copiæ ex Argis et Thebis Græcisque Asiæ oppidis ad ipsum venissent, conjunctis in unum exercitibus, signa versus Ægyptum profert. (5) Ad magnam vero paludem, ubi quæ Barathra nominantur occurrunt, per imperitiam locorum exercitus partem amittit. Quia vero de natura hujus stagni et rerum insolentia, quæ hic contingunt, in primo a nobis libro dictum est, iterare jam illa supersedebimus. (6) Post voragines autem illas superatas rex ad Pelusium venit, quæ [prima] primi ostii urbs est, ubi Nilus mare ingreditur. Hic Persæ quadraginta stadiorum intervallo a Pelusio, Græci prope ipsam urbem castra metantur. (7) Interim Ægyptii, quod longius ad præparandum bello necessaria spatium illis Persæ dederant, omnia Nili ostia probe communierant, maxime vero Pelusium, quod et primum erat, et situm habebat perquam opportunum. (8) Tutabantur id quinquies mille præsidiarii, in quos Philophron imperium habebat. Thebanos autem cupido incesserat virtutem suam præ cunctis e Græcia hujus militiæ sociis declarandi. Ideo soli ante omnes alios fossam quandam, ut arctam, ita profundam, conatu audacissimo trajiciendam aggressi sunt. (9) Quam ubi superarunt, qui pro defensione Pelusii excubabant, ex oppido effusi manus cum Thebanis conserunt. Ingens tunc certamen oritur, quod summa utrinque contentione res gerebatur: quumque totum illum diem in conflictu exegissent, vix noctis interventu tandem dirimuntur.

XLVII. Postridie rex copias Græcorum in tria agmina divisit, sic ut unumquodque imperatorem Græcum haberet, cui dux Persa, qui virtute et benevolentia ceteris præferretur, adhibitus erat. (2) Primum ordinem tenebant Bœoti, quorum imperator Lacrates Thebanus, dux Rosaces Persa.

βαῖον, ἡγεμόνα δὲ Πέρσην Ῥωσάκην· οὗτος δὲ ἀπόγονος μὲν ἦν ἑνὸς τῶν ἑπτὰ Περσῶν τῶν τοὺς μάγους καταλυσάντων, σατράπης δὲ Ἰωνίας καὶ Λυδίας· συνείπετο δ' αὐτῷ πολλὴ μὲν ἵππος, οὐκ ὀλίγη δὲ πεζικὴ στρατιὰ τῶν βαρβάρων. (3) Δευτέρα δ' ἦν μερὶς ἡ τῶν Ἀργείων, Νικοστράτου στρατηγοῦντος καὶ μετ' αὐτοῦ Πέρσου συνάρχοντος Ἀρισταζάνου· οὗτος δ' ἦν εἰςαγγελεὺς τοῦ βασιλέως καὶ πιστότατος τῶν φίλων μετὰ Βαγώαν· προςωρίσθησαν δ' αὐτῷ στρατιῶται μὲν ἐπίλεκτοι πεντακιςχίλιοι, τριήρεις δὲ ὀγδοήκοντα. (4) Τῆς δὲ τρίτης μερίδος ἐστρατήγει Μέντωρ ὁ τὴν Σιδῶνα παραδούς, ἔχων τοὺς προϋπάρχοντας αὐτῷ μισθοφόρους· συνεστρατεύετο δ' αὐτῷ Βαγώας, ᾧ μάλιστα βασιλεὺς ἐνεπίστευε, τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ διαφέρων· εἶχε δ' οὗτος τοὺς τοῦ βασιλέως Ἕλληνας καὶ τῶν βαρβάρων ἱκανὸν πλῆθος καὶ ναῦς οὐκ ὀλίγας. (5) Αὐτὸς δὲ τὴν λοιπὴν δύναμιν ἔχων ἐφήδρευε τοῖς ὅλοις πράγμασι. Τοιαύτης δὲ διαιρέσεως γενομένης παρὰ τοῖς Πέρσαις, ὁ μὲν τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Νεκτανεβὼς οὔτε τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων οὔτε τὴν ὅλην διάταξιν τῶν Περσῶν κατεπλάγη, καίπερ πολὺ λειπόμενος τοῦ πλήθους. (6) Εἶχε γὰρ Ἕλληνας μὲν μισθοφόρους διςμυρίους, Λίβυας δὲ παραπλησίους τούτοις, Αἰγυπτίους δὲ τοὺς μαχίμους παρ' αὐτοῖς ὀνομαζομένους ἑξακιςμυρίους, πρὸς δὲ τούτοις πλοίων ποταμίων πρὸς τὰς κατὰ τὸν Νεῖλον μάχας καὶ συμπλοκὰς εὐθέτων ἄπιστον πλῆθος. (7) Ὠχύρωτο δ' αὐτῷ καὶ ἡ πρὸς τὴν Ἀραβίαν νεύουσα πλευρὰ τοῦ ποταμοῦ, πεπυκνωμένη πολίσμασιν, ἔτι δὲ τειχίσμασι καὶ τάφροις πᾶσα διειλημμένη. Ἔχων δὲ καὶ τὰς ἄλλας παρασκευὰς πάσας πρὸς τὸν πόλεμον ἱκανάς, διὰ τὴν ἰδίαν ἀβουλίαν ταχὺ τοῖς ὅλοις ἔπταισεν.

XLVIII. Αἰτία δ' ἐγένετο τῆς ἥττης μάλισθ' ἡ τοῦ στρατηγεῖν ἀπειρία καὶ τὸ προνενικῆσθαι τοὺς Πέρσας ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν πρὸ ταύτης γεγενημένην στρατείαν. (2) Ἐσχηκὼς γὰρ τοὺς τότε στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας καὶ διαφέροντας ἀρετῇ τε καὶ ἀγχινοίᾳ στρατηγικῇ, Διόφαντον τὸν Ἀθηναῖον καὶ Λάμιον τὸν Σπαρτιάτην, διὰ τούτων ἅπαντα κατώρθωσε· τότε δ' ὑπολαμβάνων ἑαυτὸν ἱκανὸν εἶναι στρατηγόν, οὐδενὶ τῆς ἡγεμονίας μετεδίδου, καὶ διὰ τὴν ἀπειρίαν οὐδὲν ἠδύνατο πράττειν τῶν ἐν τῷ πολέμῳ χρησίμων. (3) Τὰ μὲν οὖν πολίσματα φρουραῖς ἀξιολόγοις διαλαβὼν παρεφύλαττεν, αὐτὸς δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἔχων τριςμυρίους, τῶν δ' Ἑλλήνων πεντακιςχιλίους, τῶν δὲ Λιβύων τοὺς ἡμίσεις, ταῖς εὐκαιροτάταις τῶν εἰςβολῶν ἐφήδρευε. Τοιαύτης δὲ παρ' ἀμφοτέροις οὔσης τῆς διατάξεως, Νικόστρατος μὲν ὁ τῶν Ἀργείων στρατηγὸς ἔχων ἡγεμόνας Αἰγυπτίους, ὧν ἦσαν ὅμηροι παῖδες παρὰ τοῖς Πέρσαις καὶ γυναῖκες, παρέπλευσε μετὰ τοῦ στόλου διά τινος διώρυγος εἰς τόπον κεκρυμμένον. Ἐκβιβάσας δὲ τοὺς στρατιώτας καὶ παρεμβολὴν ὀχυρωσάμενος κατεστρατοπέδευσεν. (4) Οἱ δὲ τὸν πλησίον τόπον παραφυλάττοντες μισθοφόροι τῶν Αἰγυπτίων ὡς ᾔσθοντο

Hic ad septem illos Persas, qui Magis imperium ademerant, genus referebat, Ioniæ Lydiæque satrapes. Equitatus eum numerosus, nec exigua peditum barbarorum manus sequebatur. (3) Secundum agmen ex Argivis constabat, imperatore Nicostrato, cui Aristazanes Persa collega erat adjunctus. Is internuntium apud regem agebat, probatissimæ secundum Bagoam inter amicos fidei; selectissimorum militum quinque millia cum octoginta triremibus attributos sibi habebat. (4) Tertiam partem Mentor ducebat, is, qui Sidonem prodiderat, sub quo prius mercenariorum agmen erat. Commilito hujus et imperii socius Bagoas, vir audax, et ad omne facinus iniquum, ut nemo quisquam, promtus, cui rex plurimum fidebat. Hic Græcos regis clientes validamque Barbarorum manum nec contemnendam classem in potestate habebat. (5) Rex ipse, reliquum agmen penes se retinens, summæ totius belli intentus erat. Partitis ad hunc modum copiis Persarum, Nectanebus, Ægyptiorum rex, quamvis numero longe inferior, tamen nec multitudine hostium, nec tota illa Persarum acie quidquam deterrebatur. (6) Græcorum enim, qui stipendia facerent, viginti, Afrorum totidem, et Ægyptiorum, qui bellatores nominantur, sexaginta millia sub vexillis habebat. Accessit huc navium fluviatilium ad pugnas et conflictus in Nilo accommodatarum incredibilis prope numerus. (7) Quin etiam ripam fluminis, quæ Arabiam respicit, frequentibus castellorum præsidiis et murorum ac fossarum ductibus munitam habebat; reliqui insuper apparatus ad bellum necessarii copia non exigua instructus erat. Sed tamen per consilii inopiam et imprudentiam accidit ut de summa rerum brevi tempore dejiceretur.

XLVIII. Præcipua rei male gestæ causa erat, quod bellum recte administrare nesciebat, et priore expeditione victoriam de Persis retulerat. (2) Quum enim nobilissimos tunc imperatores, Diophantum Atheniensem et Lamium Spartanum, quorum excellens tum virtus, tum sollertia in ducendis exercitibus erat, habuisset, cuncta horum opera dextre ac feliciter gesserat. Jam vero, quum se idoneum satis huic bello imperatorem fore persuasum haberet, neminem in partem administrationis admittere volebat: ideoque nihil eorum, quæ salutaria exsistunt in bello, per imperitiam illam suam efficere potuit. (3) Postquam igitur oppida præsidiis non invalidis firmarat, ipse cum triginta millibus Ægyptiorum, et quinque Græcorum, Afrorumque dimidio, aditus irruptionibus maxime opportunos insedit. Ad hunc ergo modum rebus utrobique instructis, Nicostratus, Argivorum imperator, duces nactus Ægyptios, quorum liberi et uxores a Persis obsides tenebantur, cum classe per fossam quandam in locum a conspectu remotiorem transmisit, expositisque militibus et castris ibidem firmatis, consedit. (4) Qui vicinas tutabantur munitiones Ægyptiorum præsidiarii, adventu hostium cognito, ad propulsan-

τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν, εὐθὺς ἐξεβοήθουν ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν ἑπτακισχιλίων. (5) Ἔχων δ' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν Κλεινίας ὁ Κῷος συνέταξε τὴν δύναμιν εἰς μάχην. Ἀντιταχθέντων δὲ τῶν καταπεπλευκότων, ἐγένετο καρτερὰ μάχη, καθ' ἣν οἱ μετὰ τῶν Περσῶν Ἕλληνες ἀγωνισάμενοι λαμπρῶς τόν τε στρατηγὸν Κλεινίαν ἐφόνευσαν καὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν κατέκοψαν πλείους τῶν πεντακισχιλίων. (6) Νεκτανεβὼς δ' ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἀκούσας τὴν τῶν ἰδίων ἀπώλειαν κατεπλάγη, νομίσας καὶ τὴν λοιπὴν τῶν Περσῶν δύναμιν ῥᾳδίως διαβήσεσθαι τὸν ποταμόν. (7) Ὑπολαβὼν δὲ τοὺς πολεμίους μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτὴν ἥξειν τὴν Μέμφιν, ἔκρινε ταύτης μάλιστα προνοήσασθαι· οὗτος μὲν οὖν μετὰ τῆς περὶ αὐτὸν στρατιᾶς ἐπανελθὼν εἰς Μέμφιν, τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν παρεσκευάζετο.

XLIX. Ὁ δὲ τῆς πρώτης μερίδος ἀφηγούμενος Λακράτης ὁ Θηβαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ Πηλουσίου πολιορκίαν ὥρμησεν· ἀποστρέψας δὲ τῆς διώρυγος τὸ ῥεῦμα πρὸς ἕτερα μέρη, καὶ τὸν ἀναξηρανθέντα τόπον χώσας, μηχανὰς προσήγαγε τῇ πόλει. Ἐπὶ πολὺ δὲ μέρος πεσόντων τῶν τειχῶν, οἱ τὸ Πηλούσιον φρουροῦντες ὀξέως ἀντῳκοδόμησαν ἕτερα καὶ πύργους ξυλίνους ἀξιολόγους ἀνέστησαν. (2) Ἐπὶ δέ τινας ἡμέρας συνεχοῦς γινομένης τῆς τειχομαχίας, τὸ μὲν πρῶτον οἱ κατὰ τὸ Πηλούσιον Ἕλληνες ἐῤῥωμένως ἠμύναντο τοὺς πολιορκοῦντας· ὡς δ' ἐπύθοντο τὴν τοῦ βασιλέως ἀναχώρησιν εἰς Μέμφιν, καταπλαγέντες περὶ διαλύσεως ἐπρεσβεύοντο. (3) Τοῦ δὲ Λακράτους δόντος αὐτοῖς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις ὅτι, παραδόντων αὐτῶν τὸ Πηλούσιον, ἀποκομισθήσονται πάντες εἰς τὴν Ἑλλάδα μεθ' ὧν ἂν ἐξενέγκωσι, παρέδοσαν τὸ φρούριον. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀρταξέρξης ἀπέστειλε Βαγώαν μετὰ στρατιωτῶν βαρβάρων παραληψόμενον τὸ Πηλούσιον· οἱ δὲ στρατιῶται παριόντες εἰς τὸ χωρίον, τῶν ἐξιόντων Ἑλλήνων ἀφῃροῦντο πολλὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐκκομιζομένων. (5) Ἀγανακτούντων δὲ τῶν ἀδικουμένων καὶ θεοὺς τοὺς ἐπόπτας τῶν ὅρκων ἐπιβοωμένων, παροξυνθεὶς ὁ Λακράτης τροπὴν ἐποίησε τῶν βαρβάρων, καί τινας καταβαλὼν ἐπεκούρησε τοῖς παρασπονδουμένοις. (6) Τοῦ δὲ Βαγώου φυγόντος πρὸς τὸν βασιλέα καὶ κατηγοροῦντος τοῦ Λακράτους, ὁ Ἀρταξέρξης ἔκρινε δίκαια πεπονθέναι τοὺς περὶ τὸν Βαγώαν, καὶ τῶν Περσῶν τοὺς αἰτίους τῆς ἁρπαγῆς ἀπέκτεινε. Τὸ μὲν οὖν Πηλούσιον τοῦτον τὸν τρόπον παρεδόθη τοῖς Πέρσαις. (7) Μέντωρ δὲ ὁ τοῦ τρίτου μέρους ἡγούμενος Βούβαστον καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις χειρωσάμενος, ὑπηκόους ἐποίησε τῷ βασιλεῖ δι' ἑνὸς στρατηγήματος. Πασῶν γὰρ τῶν πόλεων φρουρουμένων ὑπὸ δυοῖν ἐθνῶν, Ἑλλήνων τε καὶ Αἰγυπτίων, ὁ Μέντωρ διέδωκε λόγον εἰς τοὺς στρατιώτας ὅτι βασιλεὺς Ἀρταξέρξης τοῖς μὲν ἑκουσίως παραδιδοῦσι τὰς πόλεις φιλανθρώπως χρήσασθαι διέγνωκε, τοῖς δὲ βίᾳ κρατηθεῖσι τὴν αὐτὴν ἀπονέμειν τιμωρίαν ἥνπερ τοῖς Σιδωνίοις ἐπέστησε· καὶ τοῖς φυλάττουσι

dum eos ad septies mille ocius excurrunt. (5) Præfectus horum Clinias, ex insula Co, ad pugnam aciem explicat. Suos contra ordines recens advecti instruunt. Ibi vehemens initur prœlium, quo Græci Persarum socii præclare decertantes et ducem ipsum Cliniam perimunt et de reliquo agmine plus quam quinque millia trucidant. (6) Qua suorum cæde audita, Nectanebus, rex Ægyptiorum, quod ceteras Persarum copias non magno fluvium negotio trajecturas putaret, non mediocriter expavescit. (7) Veritus igitur, ne hostis vim omnem in regiam urbem Memphin converteret, in defendendæ hujus curam præcipue incumbendum sibi duxit. Cum manu igitur, quam circum se habebat, Memphin regressus, ad arcendam oppugnationis vim se præparavit.

XLIX. Interea primi agminis ductor Lacrates Thebanus ad obsidionem Pelusii festinat, alveoque fossæ aliorsum derivato, eductoque per siccum aggere, machinas urbi admovit. Quumque ad longum mœnia tractum procubuissent, castelli propugnatores pro his alia turresque ex ligno spectabiles propere excitarunt. (2) Hæc circa muros conflictatio dies aliquot duravit, dum Græci pro castello propugnantes fortiter obsidentibus resistunt. At ubi primum fama de regis discessu Memphim versus ad ipsos delata erat, metu abrepti de compositione legatos mittunt. (3) Quibus quum Lacrates sub juramenti religione fidem dedisset, fore ut Pelusii deditione facta, cum rebus, quas secum efferrent, in Græciam reveherentur, castellum tradiderunt. (4) Tum Artaxerxes Bagoam, qui Pelusium in potestatem reciperet, cum Barbarorum præsidio misit. Cujus milites, oppidum ingressi, Græcis exeuntibus multa, quæ exportabant, adimere. (5) Illi contra, injuriis affecti, ægre ferre, deosque jurisjurandi testes atque vindices obtestari. Qua re ad justam indignationem excitatus Lacrates, Barbaros in fugam vertit, et aliquot prostratis, Græcos, contra fidem datam violatos, tutatur. (6) Etsi vero Bagoas, ex fuga ad regem reversus, Lacratem in crimen vocavit, pro merito tamen acceptos esse Bagoæ milites rex judicavit, et de Persis rapinæ auctoribus supplicium sumsit. Hoc igitur modo Pelusium deditionem Persis fecit. (7) At Mentor, tertii agminis dux, Bubastum multasque alias urbes subegit, quas uno hoc strategemate ad regis obedientiam reduxit. Quum enim hæ omnes duarum gentium, Græcorum videlicet et Ægyptiorum, præsidiis defenderentur, hunc rumorem in castris divulgavit Mentor, constituisse Artaxerxem quam humanissime accipere et dimittere eos, qui ultro in fidem regis urbes dedissent; et contra, quos vi superasset, non mitiorem illis pœnam inflicturum, quam Sidonii luissent. Portarum etiam

τὰς πύλας παρήγγειλεν ἐᾶν τοὺς βουλομένους παρ' αὐτῶν αὐτομολεῖν. (8) Διόπερ ἀκωλύτως τῶν ἡλωκότων Αἰγυπτίων ἀπιόντων ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ταχέως εἰς ἁπάσας τὰς κατὰ τὴν Αἴγυπτον πόλεις ὁ λόγος ὁ προειρημένος διεσπάρη. Εὐθὺς οὖν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς ἐγχωρίους πανταχῇ διεφέροντο, καὶ στάσεως αἱ πόλεις ἐπληροῦντο. Ἑκάτεροι γὰρ ἰδίᾳ διεφιλοτιμοῦντο παραδιδόναι τὰ φρούρια, καὶ τῆς χάριτος ταύτης ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδας ἠλλάττοντο· ὅπερ καὶ περὶ πρώτην τὴν Βούβαστον συνέβη γενέσθαι.

L. Ὡς γὰρ οἱ περὶ τὸν Μέντορα καὶ Βαγώαν πλησίον αὐτῆς κατεστρατοπέδευσαν, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι λάθρᾳ τῶν Ἑλλήνων ἐξέπεμψάν τινα πρὸς τὸν Βαγώαν, ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν τὴν πόλιν, ἐὰν αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν συγχωρήσωσιν. (2) Οἱ δ' Ἕλληνες αἰσθόμενοι τὸ γεγονός, κατεδίωξαν τὸν ἀπεσταλμένον, καὶ φόβον ἐπικρεμάσαντες ἤκουσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἐφ' οἷς παροξυνθέντες ἐπέθεντο τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τινὰς μὲν ἀπέκτειναν, τινὰς δὲ τραυματίας ποιήσαντες, τοὺς λοιποὺς συνήλασαν εἰς μέρος τι τῆς πόλεως. (3) Οἱ δ' ἡττηθέντες δηλώσαντες τῷ Βαγώᾳ τὸ γεγονός, ἠξίουν κατὰ τάχος ἐλθόντα παραλαβεῖν τὴν πόλιν παρ' αὐτῶν. Τῶν δὲ Ἑλλήνων πρὸς τὸν Μέντορα λάθρᾳ διακηρυκευσαμένων, ὁ Μέντωρ ἐν ἀπορρήτοις παρεκάλεσεν αὐτούς, ὅταν Βαγώας εἰς τὴν πόλιν εἰσέλθῃ, τὴν ἐπίθεσιν τοῖς βαρβάροις ποιήσασθαι. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Βαγώου μετὰ τῶν Περσῶν εἰσιόντος ἄνευ τῆς τῶν Ἑλλήνων συγκαταθέσεως, καὶ μέρους τῶν στρατιωτῶν εἰσεληλυθότος, οἱ μὲν Ἕλληνες ἄφνω τὰς πύλας κλείσαντες ἐπέθεντο τοῖς ἐντὸς τῶν τειχῶν ὑπάρχουσι, καὶ πάντας ἀνελόντες τὸν Βαγώαν αὐτὸν ἐζώγρησαν. (5) Ὁ δὲ τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας ἐν τῷ Μέντορι κειμένας ὁρῶν, ἐδεήθη σῶσαι, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν κατεπηγγείλατο μηδὲν πράξειν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. (6) Ὁ δὲ Μέντωρ πείσας τοὺς Ἕλληνας ἀφεῖναι τὸν Βαγώαν καὶ δι' ἑαυτοῦ γενέσθαι τὴν παράδοσιν, τὴν μὲν ἐπιγραφὴν τοῦ προτερήματος αὐτὸς ἀπηνέγκατο, τῷ δὲ Βαγώᾳ τῆς σωτηρίας αἴτιος γενόμενος, συνέθετο πρὸς αὐτὸν κοινοπραγίαν, καὶ δοὺς ὅρκους καὶ λαβὼν περὶ τούτων, διετέλεσε τὴν σύνθεσιν φυλάττων μέχρι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς. (7) Διὸ καὶ συνέβη τούτους [παρὰ βασιλεῖ] συμφρονοῦντας ὕστερον πλεῖστον ἰσχῦσαι τῶν φίλων καὶ συγγενῶν τῶν παρ' Ἀρταξέρξῃ· ὁ μὲν γὰρ Μέντωρ ἐν τοῖς παραθαλαττίοις μέρεσι τῆς Ἀσίας ἡγεμὼν μέγιστος ἀποδειχθεὶς τῷ βασιλεῖ μεγάλας παρείχετο χρείας, ἐκ μὲν τῆς Ἑλλάδος μισθοφόρους ἀθροίζων καὶ πέμπων πρὸς Ἀρταξέρξην, κατὰ δὲ τὰς πράξεις ἀνδρείως καὶ πιστῶς ἅπαντα διοικῶν· (8) ὁ δὲ Βαγώας ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις ἅπαντα τῷ βασιλεῖ διῳκηκὼς τοσοῦτον ἴσχυσε διὰ τὴν πρὸς τὸν Μέντορα κοινωνίαν τῶν πράξεων, ὥςτε τῆς βασιλείας κύριον εἶναι καὶ μηδὲν πράττειν τὸν Ἀρταξέρξην ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοὺς διαδόχους ἀεὶ τῆς βασιλείας οὗτος ἀπεδείκνυε καὶ πάντα βασιλέως εἶχε πλὴν τῆς προσηγορίας. Ἀλλὰ περὶ

custodibus mandavit, ut liberum transfugis exitum permitterent. (8) Quare quum nullo prohibente captivi e castris Ægyptii abirent, brevi per omnes Ægypti urbes fama illa disseminatur. Extemplo dissensionibus inter peregrinum militem et indigenas exortis, oppida seditionibus implentur. Utrique enim certatim in hoc incumbebant, ut suo castella studio proderentur, utque spes emolumentorum suas cum ista victoris gratia permutarent. Id quod statim Bubasti fieri cœpit.

L. Postquam enim Mentor et Bagoas castra urbi admoverant, Ægyptii, Græcis nescientibus, per quendam e suis deditionem Bagoæ offerunt, si impune dimittantur. (2) Hoc animadverso, Græci nuntium persecuti retinent, et terrore injecto, uti se res haberet, ex eo cognoscunt. Inde graviter commoti, impetu in Ægyptios facto, alios occidunt, alios vulnerant, reliquos in partem quandam urbis compellunt. (3) Profligati, quod factum erat, Bagoæ significant, utque sine mora urbem a se traditam occupet, exorant. Interea etiam a Græcis caduceator ad Mentorem venerat. Hic ergo Græcos secreto adhortatur, ut, quum primum Bagoas oppidum intraverit, Barbaros adoriantur. (4) Ingresso cum Persis Bagoa, sed absque Græcorum consensu, simulac pars militum intromissa est, Græci confestim portas occludunt, et Barbaros, intra mœnia subito incursu oppressos, ad unum omnes trucidant, ipsumque Bagoam capiunt. (5) Hic, totam salutis spem in Mentore sibi repositam cernens, ut incolumitatem sibi præstet, rogat et obtestatur, se nihil absque sententia illius deinceps facturum spondens. (6) Mentor, Græcis ad dimittendum Bagoam et deditionem urbis sibi faciendam persuasis, successus hujus titulum et laudem ipse aufert. Hinc post recuperatam beneficio suo Bagoæ salutem, rerum omnium societatem, dato acceptoque juramento, cum eo paciscitur, pactumque constanter ad vitæ exitum usque servat. (7) Unde factum, ut hi duo inter se concordes postea plurimum inter amicos et cognatos apud regem Artaxerxem possent. Mentor enim, per maritimos Asiæ tractus summus a rege præses declaratus, magno regi commodo fuit, dum conductos ære milites e Græcia identidem regi mittit, et res summa fide ac strenuitate administrat. (8) Bagoas, in superioris Asiæ satrapiis regis loco dispensans omnia, eo potentiæ per illam cum Mentore rerum omnium communicationem ascendit, ut regnum in potestate sua haberet, nec Artaxerxes quidquam absque ejus voluntate ageret; eoque defuncto, imperii successores in reliquum perpetuo ipse diceret et crearet, et omnia regis munia præter solum no-

μὲν τούτων τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν.

LI. Τότε δὲ μετὰ τὴν τῆς Βουβάστου παράδοσιν αἱ λοιπαὶ πόλεις καταπλαγεῖσαι καθ' ὁμολογίαν παρεδόθησαν τοῖς Πέρσαις. Ἐν δὲ τῇ Μέμφει διατρίβων ὁ βασιλεὺς Νεκτανεβὼς καὶ θεωρῶν τὴν τῶν πόλεων ὁρμήν, οὐκ ἐτόλμησεν ὑποστῆναι τοὺς ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας κινδύνους. Ἀπογνοὺς οὖν τὴν βασιλείαν καὶ τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων ἀναλαβών, ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. (2) Ἀρταξέρξης δὲ παραλαβὼν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, καὶ τῶν ἀξιολογωτάτων πόλεων τὰ τείχη περιελών, τὰ μὲν ἱερὰ συλήσας ἤθροισεν ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ πλῆθος, ἀπήνεγκε δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν ἀρχαίων ἱερῶν ἀναγραφάς, ἃς ὕστερον Βαγώας πολλῶν χρημάτων ἀπελύτρωσε τοῖς ἱερεῦσι τῶν Αἰγυπτίων. (3) Τοὺς δὲ συστρατευσαμένους τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον δωρεαῖς ἀξιολόγοις τιμήσας ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας· τῆς δ' Αἰγύπτου σατράπην καταστήσας Φερενδάτην, ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Βαβυλῶνα, πολλὰ μὲν χρήματα καὶ λάφυρα κομίζων, δόξαν δὲ μεγάλην ἐκ τῶν κατορθωμάτων περιπεποιημένος.

LII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου Ῥωμαῖοι ἔστησαν ὑπάτους Μάρκιον Γάϊον καὶ Πόπλιον Οὐαλέριον. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀρταξέρξης ὁρῶν μεγάλας ἑαυτῷ παρεσχημένον χρείας ἐν τῷ πρὸς Αἰγυπτίους πολέμῳ Μέντορα τὸν στρατηγόν, προῆγεν αὐτὸν μάλιστα τῶν φίλων. (2) Τιμήσας δ' ἀριστείοις τὸν ἄνδρα, ἐδωρήσατο αὐτῷ ἀργυρίου μὲν ἑκατὸν τάλαντα, τῆς δ' ἄλλης πολυτελοῦς κατασκευῆς τὴν κρατίστην· ἀπέδειξε δὲ σατράπην τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν παραλίας καὶ τὸν πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας πόλεμον ἐπέτρεψεν, αὐτοκράτορα στρατηγὸν ἀποδείξας. (3) Ὁ δὲ Μέντωρ ἔχων οἰκειότητα πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ Μέμνονα τοὺς διαπεπολεμηκότας μὲν πρὸς Πέρσας ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις, τότε δὲ πεφευγότας ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ διατρίβοντας παρὰ Φιλίππῳ, δεηθεὶς τοῦ βασιλέως, ἔπεισεν αὐτὸν ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων· εὐθὺς δὲ καὶ μετεπέμψατο πρὸς ἑαυτὸν ἀμφοτέρους μεθ' ὅλης τῆς συγγενείας. (4) Ἦσαν γὰρ Ἀρταβάζῳ γεγονότες ἐκ τῆς Μέντορος καὶ Μέμνονος ἀδελφῆς υἱοὶ μὲν ἕνδεκα, θυγατέρες δὲ δέκα. Ψυχαγωγούμενος δ' ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν τέκνων ὁ Μέντωρ, προῆγε τοὺς παῖδας, παραδιδοὺς αὐτοῖς τὰς ἐπιφανεστάτας ἐν τοῖς στρατιώταις ἡγεμονίας. (5) Ἐστρατεύσατο δ' ἐπὶ πρῶτον Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέων τύραννον, ἀφεστηκότα τοῦ βασιλέως καὶ πολλῶν ὀχυρωμάτων καὶ πόλεων κυριεύοντα. (6) Ἐπαγγειλάμενος δ' αὐτῷ πείσειν τὸν βασιλέα καὶ * τῶν ἐγκλημάτων ἀπολῦσαι, συνῆλθεν εἰς λόγους, καὶ παρακρουσάμενος αὐτὸν συνέλαβε. Κυριεύσας δὲ τοῦ δακτυλίου, καὶ γράψας εἰς τὰς πόλεις ὅτι διήλλακται τῷ βασιλεῖ διὰ Μέντορος, καὶ σφραγισάμενος τὰς ἐπιστολὰς τῷ τοῦ Ἑρμείου δακτυλίῳ, συνεξέπεμψε τοὺς παραληψομένους τὰ χωρία. (7) Οἱ δ' ἐν ταῖς πόλεσι πιστεύσαντες τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπητῶς προσδεξάμενοι,

men usurparet. Verum hæc singulatim suo deinceps tempore exponemus.

LI. Jam vero post Bubasti deditionem urbes ceteræ metu adactæ certis conditionibus in Persarum fidem se dediderunt. Interim Memphi subsistens rex Nectanebus, ubi urbes ad proditionem propensas vidit, discrimini pro conservando imperio sese objicere non audebat; sed spe regni abjecta, cum majori opum parte in Æthiopiam aufugit. (2) Artaxerxes itaque totam Ægyptum occupavit, oppidorum maxime nobilium mœnia destruxit, fanisque exspoliatis ingentem vim auri argentique congessit, inter alia etiam commentarios ex templis antiquis secum asportavit, quos postea Bagoas grandi pecuniæ summa redimendos sacerdotibus concessit. (3) Tum Græcos, quorum opera militiam istam confecerat, pro merito cujusque muneribus amplissimis honoratos in patriam dimisit; et Pherendate Ægypti provinciam administrare jusso, Babylonem cum exercitu rediit, opibus spoliisque quam plurimis onustus, magnaque rerum strenue et feliciter expeditarum gloria amplificatus.

LII. Athenis tum archontis munere Callimachus, et Romæ consulatu fungebantur C. Marcius et P. Valerius, quum Artaxerxes, plurimum sibi profuisse Mentorem videns in bello contra Ægyptios, præ ceteris eum amicis provexit: (2) utque insigni fortitudinis præmio virum honestaret, centum argenti talenta et ex alia magni pretii supellectile optima quæque illi donavit. Oræ tandem Asiaticæ præfecturam et belli contra defectores administrationem ei commisit, supremo exercituum prætori designato. (3) Quum vero necessitudo Mentori cum Artabazo et Memnone, qui bellum Persis non ita pridem intulerant, jamque ex Asia profugi apud Philippum in Macedonia commorabantur, intercederet; supplicando regem inflexit, ut culpam viris condonaret. Et statim utrumque cum omni familia ad sese arcessivit. (4) Artabazo enim e Mentoris et Memnonis sorore undecim filii et decem filiæ prognati fuerant. Qua matrimonii felicitate plurimum delectatus Mentor, adolescentes ad nobilissimas militiæ præfecturas evexit. (5) Primam autem expeditionem contra Hermeam Atarnensium tyrannum, Artaxerxi rebellem, cujus in potestate munitiones urbesque complures erant, suscepit. (6) Hunc promissione quadam, fore ut noxæ apud regem eximeretur, ad colloquium pellexit; sed fraude circumventum in vincula conjecit, et annulo potitus, literas Hermiæ sigillo signatas ad urbes dedit, ipsius nomine significans, eum in pristinam regis gratiam per Mentorem restitutum esse. Simul etiam, qui castella in regis fidem acciperent, misit. (7) Urbium præfecti, fide literis habita, pacemque cupide amplexi, ubique arces et oppida regi permiserunt. Hac ergo callidi-

παρέδωκαν πάντες τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις. Μέντωρ μὲν οὖν δι' ἀπάτης ταχὺ παραλαβὼν ἀκινδύνως τὰ τῶν ἀποστατῶν πολίσματα, μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχε παρὰ τῷ βασιλεῖ, δόξας δύνασθαι στρατηγεῖν πραγματικῶς. (8) Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους τοῖς Πέρσαις, τοὺς μὲν βιασάμενος τοὺς δὲ καταστρατηγήσας, ἅπαντας ταχέως κατεπολέμησε. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν. (9) Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Φίλιππος μὲν ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς στρατεύσας ἐπὶ τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις, Γεῖραν μὲν φρούριον ἐκπολιορκήσας κατέσκαψε, τῶν δ' ἄλλων πολισμάτων ἔνια καταπληξάμενος ἠνάγκασεν ὑποτάττεσθαι· ἐπὶ δὲ τὰς Φερὰς τῆς Θετταλίας παρελθών, Πειθόλαον δυναστεύοντα τῆς πόλεως ἐξέβαλεν. (10) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ἐν τῷ Πόντῳ Σπάρτακος ὁ τοῦ Πόντου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη πέντε, τὴν δ' ἡγεμονίαν διαδεξάμενος ὁ ἀδελφὸς Παρισάδης ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ὀκτώ.

LIII. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Θεόφιλος, ἐν Ῥώμῃ δὲ κατεστάθησαν ὕπατοι Γάϊος Σουλπίκιος καὶ Γάϊος Κοίντιος, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ὀγδόη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πολυκλῆς Κυρηναῖος. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Φίλιππος μὲν σπεύδων τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις χειρώσασθαι, Μηκύβερναν μὲν καὶ Τορώνην χωρὶς κινδύνων διὰ προδοσίας παρέλαβεν· ἐπὶ δὲ τὴν μεγίστην τῶν περὶ τοὺς τόπους τούτους πόλεων Ὄλυνθον στρατεύσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως, τὸ μὲν πρῶτον νικήσας τοὺς Ὀλυνθίους δυσὶ μάχαις συνέκλεισεν εἰς πολιορκίαν· προσβολὰς δὲ συνεχεῖς ποιούμενος, πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν ἐν ταῖς τειχομαχίαις· τὸ δὲ τελευταῖον φθείρας χρήμασι τοὺς προεστηκότας τῶν Ὀλυνθίων Εὐθυκράτην τε καὶ Λασθένην, διὰ τούτων προδοθεῖσαν τὴν Ὄλυνθον εἷλε. (3) Διαρπάσας δ' αὐτὴν καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξανδραποδισάμενος ἐλαφυροπώλησε. Τοῦτο δὲ πράξας χρημάτων τε πολλῶν εἰς τὸν πόλεμον εὐπόρησε καὶ τὰς ἄλλας πόλεις τὰς ἐναντιουμένας κατεπλήξατο. Τοὺς δὲ ἀνδραγαθήσαντας τῶν στρατιωτῶν κατὰ τὴν μάχην ἀξίαις δωρεαῖς τιμήσας, καὶ χρημάτων πλῆθος διαδοὺς τοῖς ἐν ταῖς πόλεσιν ἰσχύουσι, πολλοὺς ἔσχε προδότας τῶν πατρίδων. Καὶ αὐτὸς δὲ ἀπεφαίνετο διὰ χρυσίου πολὺ μᾶλλον ἢ διὰ τῶν ὅπλων ηὐξηκέναι τὴν ἰδίαν βασιλείαν.

LIV. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὴν αὔξησιν ὑφορώμενοι τοῦ Φιλίππου, τοῖς ἀεὶ πολεμουμένοις ὑπ' αὐτοῦ ἐβοήθουν, πρέσβεις ἀποστέλλοντες ἐπὶ τὰς πόλεις καὶ παρακαλοῦντες τηρεῖν τὴν αὐτονομίαν καὶ τοὺς ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρμῶντας τῶν πολιτῶν θανάτῳ κολάζειν· ἐπηγγέλλοντο δὲ πᾶσι συμμαχήσειν, καὶ φανερῶς ἑαυτοὺς πολεμίους ἀποδείξαντες τῷ βασιλεῖ, διεπολέμουν πρὸς Φίλιππον. (2) Μάλιστα δ' αὐτοὺς παρώξυνε προστῆναι τῆς Ἑλλάδος Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, δεινότατος ὢν τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους Ἑλλήνων. (3) Οὐ μὴν ἡ πόλις γε ἀναστεῖλαι τῆς ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρμῆς ἠδυνήθη τοὺς πο-

tate Mentor brevi recuperatis citra periculum urbibus defectorum, magnam apud regem gratiam inivit, quod imperatoris munus strenue atque efficaciter gerere videretur. (8) Nec minus alios etiam duces a Persis alienatos, partim vi subactos, partim imperatoria arte circumventos, omnes brevi debellavit. Et hic tum rerum per Asiam status erat. (9) In Europa Macedonum rex Philippus, Chalcidicas urbes exercitu adortus, Giram (*Ziram* s. *Sirram?*) castellum expugnatum diruit, aliorumque oppidorum nonnulla, formidine injecta, imperata facere coegit; Pherasque Thessaliæ denuo aggressus, Pitholaum inde tyrannum ejecit. (10) Per id tempus Spartacus rex Ponti, quum quinque annos regnasset, mortem obiit, regnumque adeptus frater ejus Parisades annos triginta octo illud administravit.

LIII. Post annum hunc exactum Athenis Theophilus archon erat, Romæ consulare imperium habebant C. Sulpicius et C. Quinctius, quando octava supra centesimam Olympias acta est, qua stadio vicit Polycles Cyrenæus. (2) Tum Philippus, urbes ad Hellespontum ditioni suæ adjicere properans, Mecybernam et Toronen citra pugnæ discrimen proditione occupavit. Hinc Olynthum, maximam ejus regionis civitatem, numeroso cum exercitu invadens, duobus initio prœliis victos Olynthios ad tolerandam obsidionem adegit. Deinde crebris oppugnationibus urbem tentans, magnam suorum muros subeuntium jacturam fecit; postremo autem Euthycrate ac Lasthene, qui summo tum magistratu fungebantur, pecunia corruptis, eorum perfidia Olynthum sibi proditam cepit, captamque diripuit, et cives servituti addictos cum reliqua præda venumdedit. (3) Quo peracto, et magnis opibus ad belli usum locupletatus est, et ceteras urbes sibi adversantes perterrefecit. Dignis inde muneribus eos, qui in conflictibus strenue rem gesserant, prosecutus ac magnam pecuniæ vim inter potentiores urbium cives distribuens, multos ad patrias sibi prodendas paratos habebat, adeo ut ipse gloriari non dubitaret, longe magis auro se quam armis regnum suum auxisse.

LIV. Inter hæc Athenienses, non æquis oculis crescentem Philippi potentiam intuentes, bello ab eo petitis subinde auxilia mittere et per legatos ad conservandam libertatem urbes hortari, civesque proditionem molientes ut capitali supplicio coercerent, suadere; omnibus societatem armorum pollicebantur, et apertos se Philippi hostes professi, contra eum belligerabant. (2) Præcipue vero illos ad patrocinium Græciæ suscipiendum excitabat Demosthenes, omnium tunc temporis Græcorum oratorum præstantissimus. (3) Verum civitas proditionum libidinem in oppidanis reprimere non poterat: tantus proditorum quasi proventus

λίτας· τοιαύτη φορά τις προδοτῶν ὑπῆρξε τότε κατὰ τὴν Ἑλλάδα. Διὸ καί φασι τὸν Φίλιππον βουλόμενον ἑλεῖν τινα πόλιν ὀχυρότητι διαφέρουσαν, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ τῶν ἐγχωρίων ἀνάλωτον αὐτὴν ἐκ βίας ὑπάρχειν, ἐπερωτῆσαι εἰ οὐδ' ὁ χρυσὸς τὸ τεῖχος ὑπερβῆναι δυνατός ἐστιν. (4) Ἦν γὰρ πεῖραν εἰληφὼς ὅτι τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα χειρωθῆναι τῷ χρυσῷ ῥᾴδιόν ἐστι καταπολεμῆσαι. Ἐγκατασκευάζων οὖν ἐν ταῖς πόλεσι προδότας διὰ τῆς δωροδοκίας, καὶ τοὺς δεχομένους τὸ χρυσίον ξένους καὶ φίλους ὀνομάζων, ταῖς πονηραῖς ὁμιλίαις διέφθειρε τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων.

LV. Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Ὀλύνθου Ὀλύμπια ποιήσας τοῖς θεοῖς ἐπινίκια, μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συνετέλεσε· πανήγυριν δὲ μεγάλην συστησάμενος καὶ λαμπροὺς ἀγῶνας ποιήσας, πολλοὺς τῶν ἐπιδημούντων ξένων ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις παρελάμβανε. (2) Παρὰ δὲ τοὺς πότους πολλαῖς ὁμιλίαις χρώμενος, καὶ πολλοῖς μὲν ποτήρια διδοὺς κατὰ τὰς προπόσεις, οὐκ ὀλίγοις δὲ δωρεὰς ἀπονέμων, πᾶσι δὲ μεγάλας ἐπαγγελίας εὐχρήστως ποιούμενος, πολλοὺς ἔσχεν ἐπιθυμητὰς τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας. (3) Καὶ δήποτ' ἐν τῷ συμποσίῳ κατανοήσας Σάτυρον τὸν ὑποκριτὴν σκυθρωπὸν ἤρετο διὰ τί μόνος οὐδὲν ἀξιοῖ μεταλαβεῖν τῆς παρ' αὐτοῦ φιλανθρωπίας· τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι βούλεται παρ' αὐτοῦ τυχεῖν τινος δωρεᾶς, δεδοικέναι δὲ μήποτε δηλώσας τὴν προκεχειρισμένην ἔντευξιν ἀποτύχῃ, ὁ μὲν βασιλεὺς περιχαρὴς γενόμενος διεβεβαιώσατο πᾶν ὅ,τι ἂν αἰτήσῃ χαρίσασθαι· ὁ δ' εἶπεν ὅτι ξένου τινὸς ἑαυτοῦ δύο παρθένοι τὴν ἡλικίαν ἔχουσαι γάμου τυγχάνουσιν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις οὖσαι· ταύτας οὖν βούλεσθαι λαβεῖν, οὐχ ἵνα λυσιτέλειάν τινα περιποιήσηται τυχὼν τῆς δωρεᾶς, ἀλλ' ἵνα προικίσας ἀμφοτέρας συνοικίσῃ καὶ μὴ περιίδῃ μηδὲν παθούσας ἀνάξιον τῆς ἡλικίας. (4) Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Φίλιππος ἀσμένως τὴν αἴτησιν προςδεξάμενος παραχρῆμα τὰς παρθένους ἐδωρήσατο τῷ Σατύρῳ. Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας παντοδαπὰς εὐεργεσίας καὶ δωρεὰς διασπείρων, ἐκομίζετο τοὺς μισθοὺς πολλαπλασίους τῆς χάριτος. Πολλοὶ γὰρ ταῖς τῆς εὐεργεσίας ἐλπίσι προκληθέντες ἔφθασαν ἀλλήλους προςνέμοντες ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ καὶ τὰς πατρίδας ἐγχειρίζοντες.

LVI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Θεμιστοκλέους ἐν Ῥώμῃ τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν διεδέξαντο Γάϊος Κορνήλιος καὶ Μάρκος Ποπίλλιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Βοιωτοὶ πολλὴν τῆς Φωκίδος χώραν πορθήσαντες περὶ τὴν ὀνομαζομένην Ὑάμπολιν ἐνίκησαν τοὺς πολεμίους καὶ κατέβαλον αὐτῶν περὶ ἑβδομήκοντα. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα Βοιωτοὶ περὶ Κορώνειαν συμπλακέντες τοῖς Φωκεῦσιν ἡττήθησαν καὶ συχνοὺς ἀπέβαλον. Ἔπειτα τῶν Φωκέων κατεχόντων ἱκανάς τινας πόλεις ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, στρατεύσαντες οἱ Βοιωτοὶ καὶ τὸν σῖτον ἐκ τῆς χώρας τῶν πολεμίων φθείραντες, κατὰ τὴν ἐπάνοδον ἡττήθησαν. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Φάλαικος μὲν ὁ τῶν Φωκέων στρατηγὸς διαβληθεὶς ὅτι πολλὰ τῶν ἱερῶν χρημάτων κέκλοφεν, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς ἀρχῆς.

per Græciam tunc erat. Idcirco Philippum, quum urbem quandam præclare munitam capere animum induxisset, ex quodam ejus loci, qui nulla vi expugnari urbem posse diceret, quæsivisse ferunt, num etiam fieri nequeat ut aurum mœnia transcendat? (4) Nam usu edoctus fuerat, quæ armis subigi non possent, ea auro quam facillime debellari. Largitionibus itaque in urbibus proditores subornans et corrumpi se patientes hospites et amicos suos appellans, turpibus commerciis hominum ingenia et mores depravabat.

LV. Post captam Olynthiorum urbem, partæ victoriæ nomine Olympicos diis ludos instituens, sacra magnificentissimo apparatu peregit, magnaque spectatorum frequentia coacta, præclara edidit certamina, et advenarum plurimos conviviis adhibuit. (2) Quumque inter pocula colloquiis crebris uteretur, multisque pocula a se propinata exhiberet, nec paucis munera largiretur, omnibus denique promissiones amplissimas liberaliter faceret; hoc ipso effecit ut quam plurimi amicitiam ejus expeterent. (3) In convivio aliquando Satyrum histrionem, corrugatam habere frontem animadvertens, cur solus nullum humanitatis suæ fructum percipere vellet, interrogavit. Respondente illo, optare se quidem nonnihil ab eo beneficii consequi; sed vereri, ne, si petitionem institutam palam fecisset, repulsam pateretur: exhilaratus rex, quidquid petiturus esset, se liberaliter erogaturum confirmavit. Tum ille dixit duas hospitis sui cujusdam virgines, jam nubili ætate, inter captivas teneri; has igitur se expetere, non ut aliquid lucri ex munere isto sibi compararet, verum ut de suo dotatas nuptum elocaret, nec aliquid ætatis flore indignum pati sineret. (4) Quam ejus petitionem rex probatam ratamque habens, illico puellas Satyro concessit. Multa etiam alia omnis generis beneficia et dona disseminans, multiplicem benignitatis mercedem reportabat. Complures enim munificentiæ illius spe excitati, studia et operam Philippo exhibendo patriasque in manus ejus tradendo certatim se invicem prævenire cupiebant.

LVI. Themistocle Athenis archonte, Romæ C. Cornelius et M. Popillius consules sunt creati. Sub his Bœoti, agris Phocensium longe lateque vastatis, ad Hyampolin hostes profligarunt, septuaginta circiter de numero ipsorum interemtis. (2) Sed aliquanto post, ad Coroneam cum Phocensibus inito conflictu, succumbunt, multis suorum in acie cæsis. Hinc quum Phocenses non mediocres aliquot urbes in Bœotia tenerent, sumtis in eos armis Bœoti segetes in hostico populantur, sed in reditu vincuntur. (3) Dum hæc geruntur, Phalæcus, dux summus Phocensium, quod magnam vim pecuniæ sacræ surripuisset accusatus, im-

Ἀντὶ δὲ τούτου στρατηγῶν αἱρεθέντων τριῶν, Δεινοκράτους καὶ Καλλίου καὶ Σωφάνους, ἐγένετο ζήτησις τῶν ἱερῶν χρημάτων καὶ λόγον τοὺς κεχειρικότας οἱ Φωκεῖς ἀπήτουν· ἦν δὲ τὰ πλεῖστα διῳκηκὼς Φίλων. (4) Οὗτος δ' οὐ δυνάμενος ἀποδοῦναι τὸν λόγον, κατεδικάσθη, καὶ στρεβλωθεὶς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, τοὺς μετέχοντας τῆς κλοπῆς ἐμήνυσεν, αὐτὸς δὲ ταῖς ἐσχάταις αἰκίαις περιπεσὼν οἰκείαν τῆς ἀσεβείας ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. (5) Οἱ δὲ νοσφισάμενοι τὰ χρήματα τὰ σωζόμενα καὶ περιόντα τῶν ἐκ τῆς κλοπῆς ἀπέδωκαν, αὐτοὶ δὲ ἐθανατώθησαν ὡς ἱερόσυλοι. Τῶν δὲ προγεγενημένων στρατηγῶν ὁ μὲν πρῶτος ἄρξας Φιλόμηλος ἀπέσχετο τῶν ἀναθημάτων, ὁ δὲ δεύτερος, προσαγορευόμενος μὲν Ὀνόμαρχος, ἀδελφὸς δ' ὢν Φιλομήλου, πλεῖστα τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων κατεδαπάνησε, τρίτος δὲ Φάϋλλος ὁ ἀδελφὸς Ὀνομάρχου στρατηγήσας οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναθημάτων κατέκοψεν εἰς τὰς τῶν ξένων μισθοφοράς. (6) Τὰς γὰρ ἀνατεθείσας ὑπὸ Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως χρυσᾶς πλίνθους, οὔσας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διταλάντους, κατέκοψεν εἰς νόμισμα, φιάλας δὲ χρυσᾶς τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διμναίους καὶ λέοντα χρυσοῦν καὶ γυναῖκα, τριάκοντα ταλάντων χρυσοῦ σταθμὸν ἀγόντων τῶν πάντων· ὥστε τὸ πᾶν κατακοπὲν χρυσίον εἰς ἀργυρίου λόγον ἀναγομένων τῶν χρημάτων εὑρίσκεσθαι τάλαντα τετρακισχίλια, τῶν δὲ ἀργυρῶν ἀναθημάτων τῶν τε ὑπὸ Κροίσου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνατεθέντων τοὺς πάντας στρατηγοὺς δεδαπανηκέναι τάλαντα πλείω τῶν ἑξακισχιλίων, προστιθεμένων δὲ καὶ τῶν χρυσῶν ἀναθημάτων, ὑπερβάλλειν τὰ μύρια τάλαντα. (7) Ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων φασὶν οὐκ ἐλάττω γενέσθαι τὰ συληθέντα τῶν ἐν τοῖς Περσικοῖς θησαυροῖς ὑπ' Ἀλεξάνδρου κατακτηθέντων. Ἐπεχείρησαν δ' οἱ περὶ τὸν Φάλαικον στρατηγοὶ καὶ τὸν ναὸν ὀρύττειν, εἰπόντος τινὸς ὡς ἐν αὐτῷ θησαυρὸς εἴη πολὺν ἔχων ἄργυρόν τε καὶ χρυσόν· καὶ τὰ περὶ τὴν ἑστίαν καὶ τὸν τρίποδα φιλοτίμως ἀνέσκαπτον· ὁ δὲ μηνύσας τὸν θησαυρὸν μάρτυρα παρείχετο τὸν ἐπιφανέστατον καὶ ἀρχαιότατον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον ἐν οἷς λέγει

οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

(8) Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐγχειρούντων σκάπτειν τὰ περὶ τὸν τρίποδα, σεισμοὶ μεγάλοι γενόμενοι τοῖς Φωκεῦσι φόβον ἐπέστησαν· φανερῶς δὲ τῶν θεῶν προσημαινόντων τὴν κατὰ τῶν ἱεροσύλων κόλασιν, ἀπέστησαν τῶν ἔργων. Ὁ δὲ τῆς παρανομίας ταύτης ἡγεμὼν Φίλων ὁ προειρημένος ταχὺ τῷ δαιμονίῳ τὰς προσηκούσας δίκας ἐξέτισε.

LVII. Τῆς δὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων φθορᾶς τὴν μὲν ὅλην ἐπιγραφὴν ἔσχον Φωκεῖς, μετέσχον δὲ τῆς αἱρέσεως Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι οἱ συμμαχήσαντες τοῖς Φωκεῦσι καὶ οὐ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐκπεμπομένων στρατιωτῶν τοὺς μισθοὺς λαβόντες. (2) Οὕτω δὲ

perium amittit. Imperatores ei tres sufficiuntur, Dinocrates, Callias et Sophanes, qui sacræ pecuniæ quæstionem, quum Phocenses rationem a dispensatoribus reposcerent, instituere. Administrationis vero pars maxima fuerat penes Philonem. (4) Is, quod liquide rationem reddere non posset, damnatus, et tormentis jussu prætorum subjectus, multos furti consortes nominavit. Ipse vero ultimis cruciatibus affectus, dignum impietate sua vitæ exitum invenit. (5) Depeculatores, quidquid de furtis adhuc residuum atque salvum erat, restituerunt, sed ipsi ut sacrilegi capite luerunt. Priorum sane ducum, qui primus imperium gesserat, Philomelus a sacris templi donariis se continuerat. Successor vero ejus et frater Onomarchus plurimum de consecratis deo ad belli sumtus convertit. Tertius inde Phayllus Onomarchi frater, dum prætoris munere fungitur, non pauca de repositis in templo, ad persolvendum conductitiis stipendia, concidit. (6) Aureos enim lateres centum viginti, a Crœso Lydorum rege dedicatos, binûm talentûm pondere, ad monetæ usum conflavit; eodem etiam modo trecentas sexaginta phialas aureas, quarum singulæ duas minas habebant, aureique leonis et feminæ signa, quæ omnia triginta auri talenta pendebant; ita ut omne quod excusum est aurum, juxta argenti rationem æstimatum, quattuor millia talentûm efficeret. Ex donariis porro argenteis, quæ tum Crœsus, tum alii consecraverant, a cunctis prætoribus plus quam sex millia talentûm absumtum fuerat; adeo ut summa omnium, si aurea simul comprehendas, decem millia talentorum æstimationem excedat. (7) Nec desunt auctores qui non minus sacrilegio abreptum fuisse tradant, quam quod Alexander in Persarum thesauris postea acquisivit. Quid, Phalæcus cum ordinum suorum ductoribus pavimentum templi eruere conatus fuerat, propterea quod grandem auri argentique thesaurum ibi contineri a quodam indicatum erat. Et loca quidem circa aram et tripodem effoderunt diligenter. Thesauri vero index clarissimi et antiquissimi poetæ Homeri testimonium adducebat, ubi sic canit :

Quanta nec includit Phœbi, qui spicula torquet,
saxosa in Pythone solum de marmore factum.

(8) Jamque a militibus vicina tripodi effodi cœpta erant, quum magni terræ motus exorti terrorem Phocensibus injecere. Et quia manifestis deorum prodigiis vindicta sacrilegis denuntiabatur, ab opere destiterunt. Dux vero et auctor tam impii facinoris Philon, de quo jam dictum est, brevi post meritas numini pœnas exsolvit.

LVII. Tametsi vero totum illud crimen opum sacrarum tam nefarie dissipatarum Phocensibus adscriberetur, tamen Athenienses quoque et Lacedæmonii, qui auxiliis Phocenses sublevabant, eidem culpæ obnoxii erant, quod majora, quam pro numero militum, quos mittebant, stipendia accipe-

τοῖς Ἀθηναίοις ὁ χρόνος οὗτος ἤνεγκεν ἐξαμαρτάνειν εἰς τὸ δαιμόνιον, ὥστε μικρὸν ἀνώτερον τῶν Δελφικῶν καιρῶν Ἰφικράτους διατρίβοντος περὶ Κέρκυραν μετὰ ναυτικῆς δυνάμεως, καὶ Διονυσίου τοῦ Συρακοσίων δυνάστου πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν καὶ Δελφοὺς ἀγάλματα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος δεδημιουργημένα, περιτυχὼν ταῖς κομιζούσαις αὐτὰ ναυσὶν ὁ Ἰφικράτης καὶ κρατήσας αὐτῶν, διεπέμψατο πρὸς τὸν δῆμον ἐπερωτῶν τί χρὴ πράττειν, οἱ δ' Ἀθηναῖοι προσέταξαν αὐτῷ μὴ τὰ τῶν θεῶν ἐξετάζειν, ἀλλὰ σκοπεῖν ὅπως τοὺς στρατιώτας διαθρέψῃ. (3) Ἰφικράτης μὲν οὖν ὑπακούσας τῷ δόγματι τῆς πατρίδος, ἐλαφυροπώλησε τὸν τῶν θεῶν κόσμον· ὁ δὲ τύραννος ὀργισθεὶς τοῖς Ἀθηναίοις, ἔγραψε πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολὴν τοιαύτην· « Διονύσιος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ Εὖ μὲν πράττειν οὐχ ἐπιτήδειόν ἐστι γράφειν, ἐπεὶ τοὺς θεοὺς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἱεροσυλεῖτε, καὶ τὰ ἀγάλματα τὰ εἰς ἀνάθεσιν ὑφ' ἡμῶν τοῖς θεοῖς ἀπεσταλμένα παρελόμενοι κατεκόψατε, καὶ περὶ τοὺς μεγίστους τῶν θεῶν ἠσεβήκατε, περὶ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Δελφοῖς καὶ τὸν Ὀλύμπιον. » (4) Ἀθηναῖοι μὲν οὖν περὶ τὸ θεῖον τοιαῦτ' ἔπραξαν, καὶ ταῦτ' εὐχόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα πατρῷον αὐτῶν εἶναι καὶ πρόγονον· Λακεδαιμόνιοι δὲ τῷ περὶ Δελφοὺς μαντείῳ χρησάμενοι, καὶ τὴν θαυμαζομένην παρὰ πᾶσι πολιτείαν διὰ τούτου κτησάμενοι, καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἔτι καὶ νῦν τὸν θεὸν ἐπερωτῶντες, ἐτόλμησαν τοῖς τὸ ἱερὸν συλήσασι κοινωνῆσαι τῆς παρανομίας.

LVIII. Κατὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν οἱ μὲν Φωκεῖς τρεῖς πόλεις ἔχοντες ὠχυρωμένας, Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν καὶ Κορσιάς, ἐκ τούτων ἐποιοῦντο τὴν ἐπὶ τοὺς Βοιωτοὺς στρατείαν. Εὐπορούμενοι δὲ μισθοφόρων, τήν τε χώραν ἐδῄουν καὶ κατὰ τὰς ἐπιθέσεις καὶ συμπλοκὰς περιεγίνοντο τῶν ἐγχωρίων. (2) Διόπερ οἱ Βοιωτοί, θλιβόμενοι μὲν τῷ πολέμῳ καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπολωλεκότες, χρημάτων δὲ ἀπορούμενοι, πρέσβεις ἐξέπεμψαν πρὸς τὸν Φίλιππον ἀξιοῦντες βοηθῆσαι. (3) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἡδέως ὁρῶν τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν, καὶ βουλόμενος τὰ Λευκτρικὰ φρονήματα συστεῖλαι τῶν Βοιωτῶν, ὀλίγους ἀπέστειλε στρατιώτας, αὐτὸ μόνον φυλαττόμενος τὸ δοκεῖν μὴ περιορᾶν τὸ μαντεῖον σεσυλημένον. (4) Τῶν δὲ Φωκέων οἰκοδομούντων φρούριον περὶ τὰς ὀνομαζομένας Ἄβας, καθ' ἅς ἐστιν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἱερόν, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Βοιωτοί. Εὐθὺς δ' αὐτῶν οἱ μὲν εἰς τὰς ἔγγιστα πόλεις φυγόντες διεσπάρησαν, οἱ δ' εἰς τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος καταφυγόντες εἰς πεντακοσίους ἀπώλοντο. (5) Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα θεῖα περὶ τοὺς Φωκεῖς συνέβη γενέσθαι περὶ τούτους τοὺς χρόνους, μάλιστα δὲ τὸ μέλλον λέγεσθαι. Οἱ γὰρ εἰς τὸν νεὼν καταφυγόντες ὑπέλαβον διὰ τῆς τῶν θεῶν ἐπικουρίας σωθήσεσθαι, τοὐναντίον δὲ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τῆς προσηκούσης τοῖς ἱεροσύλοις τιμωρίας ἔτυχον. (6) Πολλῆς γὰρ οὔσης στιβάδος περὶ τὸν νεών, καὶ πυρὸς ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν

rent. (2) Usque adeo vero tempus hoc tulit, ut Athenienses protervius in numen delinquerent, ut paullo ante expilationem Delphicam, quum Iphicrates ad Corcyram cum vi classiaria subsisteret, et Dionysius Syracusanorum princeps tum signa ex auro et ebore fabricata Olympiam et Delphos transmitteret, ille in naves, quæ dona votiva portabant, forte fortuna incidens, iisque potitus, Athenas mitteret, cum hac sciscitatione, quid facto nunc opus esset, populusque contra, non scrupulose deorum res examinare, sed quomodo militem alat, providere ipsum juberet. (3) Quod patriæ decretum exsecutus Iphicrates, deorum ornamenta non secus ac quamvis prædam aliam distraxit. Unde tyrannus, ira in Athenienses commotus, his verbis ad illos scripsit : « Dionysius senatui et populo Atheniensium. Salvere et bene rem gerere vos ut scribam minime convenit, quandoquidem sacrilegia in deos terra marique perpetratis; quin et simulacra, quæ consecratum diis misimus, intercepta, in pecuniæ usum concidistis. Qua impietate deorum maximos, Apollinem Delphicum et Jovem Olympium, violastis. » (4) Hæc tum Athenienses in numen committere non verebantur, qui tamen Apollinem deum patrium et progenitorem suum esse gloriari solebant. Lacedæmonii etiam, quamvis rempublicam suam cunctis gentibus admirabilem Delphici oraculi consilio instituissent, deque rebus maximis, ut etiamnum, dei voluntatem exquirerent, tamen cum fani expilatoribus sacrilegæ impietatis societatem inire non dubitabant.

LVIII. Ceterum in Bœotia e tribus oppidis, Orchomeno, Coronea et Corsiis, quæ probe munita sub se habebant, Phocenses copias contra Bœotos expediebant. Quumque affatim suppeterent qui mercenariam illis operam ad militiam locarent, agros hostium populabantur, et in incursionibus conflictibusque superiores incolis abibant. (2) Quamobrem Bœoti, quum et belli oneribus premerentur, et magnam suorum militum jacturam fecissent, pecuniarum denique inopia laborarent, missis ad Philippum legatis, subsidia petiverunt. (3) Pergratum regi accidit, quod res illorum afflictas cerneret, et spiritus Bœotorum Leuctricos restringere cupiens, milites paucos misit, hoc solummodo cavens, ne oraculi despoliationem neglexisse videretur. (4) Castellum tunc exstruebant Phocenses ad oppidum, quod Abas vocant, juxta quam Apollinis sacrum templum est. Quos quum armata Bœoti manu invasissent, alii continuo in vicinas dispersi urbes confugere, alii circiter quingenti in Apollinis templum dilapsi interierunt. (5) Multa etiam alia tunc divina quadam sorte Phocensibus acciderunt; sed hoc, quod jam memorabitur, omnium est evidentissimum. Qui enim fuga sibi in templum consuluerant, deorum patrocinio se incolumes fore putabant : e contrario autem divina quadam providentia convenientem sacrilegis pœnam exsolverunt. (6) Nam quum multum stramenti circa templum esset atque ignem in tentoriis fugientes reliquissent,

πεφευγότων ἀπολελειμμένου, συνέβη τῆς στιβάδος ἐκκαυθείσης τοσαύτην ἐξαφθῆναι φλόγα παραδόξως, ὥστε τὸν ναὸν καὶ τοὺς καταπεφευγότας εἰς αὐτὸν Φωκεῖς ζῶντας καταφλεχθῆναι. Τοῖς γὰρ ἱεροσύλοις ἔδοξε τὸ θεῖον μὴ διδόναι τὴν ἐκ τῆς ἱκεσίας συγχωρουμένην ἀσφάλειαν.

LIX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀρχίου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Τίτον Κοίντιον. Ἐπὶ δὲ τούτων ὁ Φωκικὸς πόλεμος, διαμείνας ἔτη δέκα, κατελύθη τόνδε τὸν τρόπον. Βοιωτῶν καὶ Φωκέων τεταπεινωμένων διὰ τὸ μῆκος τοῦ πολέμου, Φωκεῖς μὲν πρέσβεις ἐξαπέστειλαν εἰς Λακεδαίμονα περὶ βοηθείας, Σπαρτιᾶται δὲ χιλίους ὁπλίτας ἐξέπεμψαν, στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Ἀρχίδαμον τὸν βασιλέα. (2) Βοιωτῶν δὲ παραπλησίως τούτοις διαπρεσβευσαμένων πρὸς Φίλιππον περὶ συμμαχίας, ὁ Φίλιππος παραλαβὼν τοὺς Θετταλοὺς ἧκεν εἰς τὴν Λοκρίδα μετὰ πολλῆς δυνάμεως. Καταλαβὼν δὲ Φάλαικον πάλιν τῆς στρατηγίας ἠξιωμένον καὶ * τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος ἔχοντα, παρεσκευάζετο παρατάξει κρῖναι τὸν πόλεμον· ὁ δὲ Φάλαικος ἐν τῇ Νικαίᾳ διατρίβων, καὶ θεωρῶν αὐτὸν οὐκ ἀξιόμαχον ὄντα, διεπρεσβεύσατο πρὸς τὸν βασιλέα περὶ διαλύσεων. (3) Γενομένης δ' ὁμολογίας ὥστε τὸν Φάλαικον μετὰ τῶν στρατιωτῶν ἀπελθεῖν ὅποι βούλοιτο, οὗτος μὲν ὑπόσπονδος εἰς τὴν Πελοπόννησον ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μισθοφόρων, ὄντων ὀκτακισχιλίων, οἱ δὲ Φωκεῖς συντριβέντες ταῖς ἐλπίσι παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης ἀνελπίστως καταλύσας τὸν ἱερὸν πόλεμον, συνήδρευσε μετὰ τῶν Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν. Ἔκρινεν οὖν συναγαγεῖν τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον, καὶ τούτῳ τὴν περὶ τῶν ὅλων διάγνωσιν ἐπιτρέψαι.

LX. Ἔδοξεν οὖν τοῖς συνέδροις μεταδοῦναι τῷ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ τῆς Ἀμφικτυονίας, καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον οἱ καταπολεμηθέντες Φωκεῖς εἶχον· τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι τριῶν πόλεων περιελεῖν τὰ τείχη, καὶ μηδεμίαν κοινωνίαν εἶναι τοῖς Φωκεῦσι τοῦ ἱεροῦ μηδὲ τοῦ Ἀμφικτυονικοῦ συνεδρίου· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μήτε ἵππους μήτε ὅπλα κτήσασθαι, μέχρι ἂν οὗ τὰ χρήματα ἐκτίσωσι τῷ θεῷ τὰ σεσυλημένα· τοὺς δὲ πεφευγότας τῶν Φωκέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετεσχηκότων τῆς ἱεροσυλίας ἐναγεῖς εἶναι καὶ ἀγωγίμους πάντοθεν· (2) τὰς δὲ πόλεις ἁπάσας τῶν Φωκέων κατασκάψαι καὶ μετοικίσαι εἰς κώμας, ὧν ἑκάστην μὴ πλεῖον ἔχειν οἰκιῶν πεντήκοντα, μηδὲ διεστάναι ἔλαττον σταδίου τὰς κώμας ἀπ' ἀλλήλων· ἔχειν δὲ Φωκεῖς τὴν χώραν, καὶ φέρειν κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ φόρον τάλαντα ἑξήκοντα, μέχρι ἂν ἐκτίσωσι τὰ ἀπογραφέντα χρήματα κατὰ τὴν ἱεροσυλίαν· τιθέναι δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Φίλιππον μετὰ Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς Φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας· (3) τοὺς δὲ Ἀμφικτύονας καὶ τὸν Φίλιππον τὰ ὅπλα τῶν Φωκέων καὶ τῶν μισθοφόρων καταπετροκοπῆσαι καὶ τὰ λείψανα

accidit ut ex succensis his stramentis tanta ex improviso flamma excitaretur, ut et fanum et qui in illud profugerant Phocenses vivi comburerentur. Deus enim sacrilegis incolumitatem, quæ alias supplicibus præstari solet, concedere noluisse visus est.

LIX. Archonte Athenis Archia, Romani consules crearunt M. Æmilium et F. Quinctium. Sub his bellum Phocense, quod in decimum annum extractum fuerat, finem ad hunc modum invenit. Postquam Bœoti et Phocenses diuturna belli mora debilitati erant, Phocenses missis Lacedæmonem legatis, auxilia expetiverunt. Quibus Spartani mille gravis armaturæ milites, quorum Archidamus rex imperator erat, in subsidium miserunt. (2) Similiter Bœoti suppetias a Philippo per legatos postularunt. Qui, assumtis in societatem Thessalis, cum magno exercitu in Locridem descendit, ubi Phalæcum, denuo ad imperatorium munus evectum, cum conductitiorum copiis offendens, instructa acie bellum disceptare maturavit. Phalæcus, tunc temporis Nicææ subsistens, ubi se viribus ad dimicandum imparem vidit, ad paciscendum cum rege legatos misit. (3) Facta igitur pactione, ex qua Phalæcus quo vellet cum exercitu posset abire, hic data acceptaque fide, cum mercenariis, quorum octo millia erant, in Peloponnesum discessit. Phocenses vero, omni spe deminuti, Philippo sese dederunt. (4) Rex, ubi citra pugnam ex insperato finem sacro bello imposuerat, cum Bœotis ac Thessalis senatum habuit, in quo decrevit, ut, indicto Amphictyonum concilio, horum arbitrio totius rei cognitio integra permitteretur.

LX. Placuit igitur senatoribus, ut Philippus cum posteris suis in Amphictyonum collegium adscisceretur, et gemini suffragii jus, quod antea Phocenses debellati habuissent, usurparet: utque trium (?) in Phocide urbium mœnia destruerentur: nec templi deinceps et Amphictyonum curiæ Phocenses essent participes: nec equos in posterum armaque possiderent, usque dum pecunias sacrilegio surreptas deo exsolvissent; ut exules Phocensium et quotquot in partem sacrilegii venissent, piaculares haberentur, quos ex omni loco retrahere cuivis liceret. (2) Ad hæc, ut cunctas Phocensium urbes solo æquarent, ipsasque in vicos transferrent, quorum unusquisque plus quam quinquaginta domos non haberet, nec minus stadii intervallo a se invicem pagi distarent: ut Phocenses quidem agrum suum retinerent, sed quotannis sexaginta talentorum vectigal deo penderent, donec summam in tabulas sacrilegii tempore relatam exsolvissent; ut Pythiorum ludos Philippus cum Bœotis et Thessalis ederet, quod Corinthii sceleris in templum a Phocensibus commissi fuissent participes; (3) ut Amphictyones cum Philippo arma Phocensium et mercenariorum ad petras allisa confringerent, et reliquias horum

αὐτῶν κατακαῦσαι καὶ τοὺς ἵππους ἀποδόσθαι. Ἀκολούθως δὲ τούτοις διέταξαν οἱ Ἀμφικτύονες τὰ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μαντείου καὶ τἄλλα πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ κοινὴν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν τοῖς Ἕλλησιν ἀνήκοντα. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα Φίλιππος μὲν τὰ δεδογμένα τοῖς Ἀμφικτύοσι συγκαταστήσας καὶ πάντας φιλοφρονηθεὶς ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν, οὐ μόνον δόξαν εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς στρατηγικῆς περιπεποιημένος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν αὐτῷ αὔξησιν γενέσθαι μεγάλα προκατασκευασάμενος. (5) Ἐπεθύμει γὰρ τῆς Ἑλλάδος ἀποδειχθῆναι στρατηγὸς αὐτοκράτωρ καὶ τὸν πρὸς Πέρσας ἐξενεγκεῖν πόλεμον· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν, νῦν δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας τρεψόμεθα.

LXI. Δίκαιον δ' εἶναι νομίζομεν πρῶτον ἀναγράψαι τὴν ἐκ θεῶν γενομένην τοῖς εἰς τὸ μαντεῖον παρανενομηκόσι κόλασιν. Ὅλως γὰρ οὐ μόνον τοῖς αὐθένταις τῆς ἱεροσυλίας, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς προσαψαμένοις μόνον τῆς παρανομίας ἀπαραίτητος ἐκ τοῦ δαιμονίου ἐπηκολούθησε τιμωρία. (2) Ὁ μὲν γὰρ ἀρχιτέκτων τῆς καταλήψεως τοῦ ἱεροῦ Φιλόμηλος κατά τινα περίστασιν πολεμικὴν ἑαυτὸν κατεκρήμνισεν. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ὀνόμαρχος διαδεξάμενος τὴν τῶν ἀπονοηθέντων στρατηγίαν, μετὰ τῶν συμπαραταξαμένων ἐν Θετταλίᾳ Φωκέων καὶ μισθοφόρων κατακοπεὶς ἐσταυρώθη. (3) Ὁ δὲ τρίτος καὶ πλεῖστα τῶν ἀναθημάτων κατακόψας Φάϋλλος πολυχρονίῳ νόσῳ νοσήσας οὐδ' ἀπολυθῆναι συντόμως τῆς τιμωρίας ἠδυνήθη. Ὁ δ' ἐπὶ πᾶσι Φάλαικος τὰ λείψανα τῆς ἱεροσυλίας ἀναλαβὼν ἐν πλάναις καὶ μεγάλοις φόβοις καὶ κινδύνοις ἐφ' ἱκανὸν χρόνον ἐβίωσεν, οὐχ ἵνα μακαριώτερος γένηται τῶν συνασεβησάντων, ἀλλ' ἵνα πλείω χρόνον στρεβλωθεὶς καὶ πολλοῖς διὰ τὴν ἀτυχίαν γενόμενος γνώριμος περιβόητον ἔχῃ τὴν συμφοράν. (4) Οὗτος γὰρ μετὰ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας φυγὴν μετὰ τῶν μισθοφόρων τὸ μὲν πρῶτον διέτριβε περὶ τὴν Πελοπόννησον, συνέχων τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν ἱεροσυληθέντων λειψάνων, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Κορίνθῳ μισθωσάμενος πλοῖα φορτηγὰ μεγάλα, καὶ τέτταρας ἔχων ἡμιολίας, παρεσκευάζετο πρὸς τὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πλοῦν, νομίζων ἐν τούτοις τοῖς τόποις ἢ καταλήψεσθαί τινα πόλιν ἢ τεύξεσθαι μισθοφορίας· ἐτύγχανε γὰρ Λευκανοῖς πρὸς Ταραντίνους συνεστηκὼς πόλεμος. Πρὸς δὲ τοὺς συμπλέοντας ἔφη μετάπεμπτος πλεῖν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας.

LXII. Ἐκπλεύσαντος δ' αὐτοῦ καὶ πελαγίου γενομένου, στρατιῶταί τινες τῶν ἐν τῷ μεγίστῳ πλοίῳ κομιζομένων, ᾧπερ αὐτὸς ὁ Φάλαικος ἐνέπλει, λόγον ἀλλήλοις ἐδίδοσαν, ὑπονοοῦντες μηδένα μεταπέμψασθαι σφᾶς. Οὔτε γὰρ ἡγεμόνας ἑώρων ἀπὸ τῶν ἐπικαλουμένων συμπλέοντας, οὔτε ὁ πλοῦς ἦν ὀλίγος, ἀλλὰ πολὺς ὑπέκειτο καὶ χαλεπός. (2) Διόπερ ἀπιστοῦντες ἅμα τοῖς λεγομένοις καὶ φοβούμενοι τὴν διαπόντιον

comburerent: equorum denique facerent auctionem. Post hæc, quæ ad instaurandi oraculi curam pertinerent, et cetera omnia, quæ ad religionem et pacem communem atque concordiam inter Græcos facerent, ordinarunt. (4) Decretis Amphictyonum confirmatis, Philippus, humaniter omnes complexus, in Macedoniam exercitum reduxit, nec pietatis solummodo et imperatoriæ virtutis gloriam sibi comparavit, sed ad futuram quoque imperii amplificationem magnos progressus fecit. (5) Jam dudum enim cupide expetebat ut summus Græcorum imperator designaretur, bellumque Persis inferret: id quod etiam evenit. Verum hæc congruo deinceps tempore singulatim referemus. Nunc autem vero ad connexam præcedentibus historiæ seriem nos convertemus.

LXI. Sed prius officii nostri esse ducimus vindictam commemorare, qua sacrilegos oraculi direptores dii prosecuti sunt. Cunctos enim in universum, non modo eos qui principes sacrilegii exstiterunt, verum illos etiam qui nefas hoc solum attigere, pœna inexpiabilis a numine secuta est. (2) Nam primus occupandi templi quasi architectus, Philomelus, casu quodam belli in angustias conclusus, præcipitem se dejecit. Frater ejus Onomarchus, post susceptum vecordis ac desperati exercitus imperium, cum Phocensibus et mercenariis, qui simul cum ipso in acie stabant, concisus in Thessalia crucique affixus est. (3) Tertius, qui maximam donariorum partem comminuit, Phayllus, cum diuturno conflictans morbo, ne præcise quidem a supplicio liberari potuit. Ultimus omnium Phalæcus, arreptis sacri peculatus reliquiis, in errore metuque ingenti et periculis ad bene longum tempus vitam egit, nequaquam ut beatior scelerum consortibus foret, sed ut diutius excruciatus, et adversis casibus apud complures innotescens, famigeratam calamitatem haberet. (4) Hic enim post fugam, qua captivitatem evasit, cum mercenariis initio circa Peloponnesum commorans, de sacri peculatus reliquiis militem sustentabat. Post ad Corinthum onerarias aliquot magnas conduxit, et quattuor alias hemiolias secum habens, cursum in Italiam Siciliamque adornabat, futurum sperans, ut vel urbem istic locorum aliquam occuparet, vel stipendio alicubi conduceretur. Inter Lucanos enim ac Tarentinos bellum tunc temporis coortum erat. Apud navigationis autem socios accitum se a Siculis Italisque simulabat.

LXII. Quumque vela faciens per altum mare tenderet, militum nonnulli, qui in navi maxima cum Phalæco vehebantur, colloquio inter se habito, suspicabantur a nemine se arcessitos esse. Neque enim duces ab expetentibus auxilia missos simul ire cernebant, neque exiguam, sed bene longam et molestiis plenissimam propositam habebant navigationem. (2) Propterea non amplius credendum Phalæco arbitrati et transmarinam illam expeditionem reformi-

στρατείαν, συνίσταντο, καὶ μάλισθ' οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες τῶν μισθοφόρων. Τέλος δὲ σπασάμενοι τὰ ξίφη, καὶ καταπληξάμενοι τόν τε Φάλαικον καὶ τὸν κυβερνήτην, ἠνάγκασαν εἰς τοὐπίσω πάλιν ἀποπλεῖν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις πλοίοις κομιζομένων ποιησάντων, κατέπλευσαν εἰς τὴν Πελοπόννησον. (3) Ἀθροισθέντες δ' εἰς Μαλέαν ἄκραν τῆς Λακωνικῆς, ἐκεῖ κατέλαβον ἐκ Κρήτης καταπεπλευκότας τοὺς Κνωσίους πρέσβεις ἐπὶ συναγωγῇ μισθοφόρων. Ὧν διαλεχθέντων τῷ τε Φαλαίκῳ καὶ τοῖς ἡγεμόσι, καὶ δόντων ἀξιολόγους μισθούς, μετὰ τούτων ἅπαντες ἐξέπλευσαν. Καταράντες δὲ τῆς Κρήτης εἰς Κνωσόν, εὐθὺς ἐξ ἐφόδου πόλιν κατελάβοντο τὴν καλουμένην Λύκτον. (4) Τοῖς δὲ Λυκτίοις ἐκ τῆς πατρίδος ἐκπεπτωκόσι παράδοξος καὶ σύντομος ἐφάνη βοήθεια. Περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ταραντίνων διαπολεμούντων πρὸς Λευκανούς, καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντας προγόνους ἑαυτῶν, πεμψάντων πρέσβεις περὶ βοηθείας, οἱ μὲν Σπαρτιᾶται διὰ τὴν συγγένειαν προθύμως ἔχοντες συμμαχῆσαι, ταχέως δύναμιν ἤθροιζον πεζικήν τε καὶ ναυτικήν, καὶ ταύτης στρατηγὸν ἀπέδειξαν Ἀρχίδαμον τὸν βασιλέα· μελλόντων δ' ἀπαίρειν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἠξίωσαν οἱ Λύκτιοι πρῶτον αὐτοῖς βοηθῆσαι· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεισθέντες καὶ πλεύσαντες εἰς τὴν Κρήτην, τοὺς μισθοφόρους ἐνίκησαν, τοῖς δὲ Λυκτίοις ἀνέσωσαν τὴν πατρίδα.

dantes, inter se conspirant, ac præ ceteris quidem qui mercenariis erant præfecti. Postremo itaque strictis gladiis Phalæcum et navis gubernatorem perterrefactos retro navigationem instituere cogunt. Idem quum fecissent qui in ceteris navibus erant, in Peloponnesum revertuntur. (3) Maleam deinde Laconiæ promontorium simul appulsi, Gnossiorum ibi legatos, qui ad conscribendum peregrinos milites forte advenerant, offendunt. Verbisque inter hos et Phalæcum ceterosque duces commutatis, quum largum stipendium numeraretur, omnes cum illis in Cretam transmittunt, Gnossumque transvecti, primo statim incursu urbem, quæ Lyctus vocatur, capiunt. (4) Sed Lyctiis, patria sede ita expulsis, insperatum subito auxilium supervenit. Etenim quum per id tempus Tarentini cum Lucanis bellum gerentes ad Lacedæmonios, majores suos, de ferendis suppetiis legatos misissent, Spartani, pro necessitudine cognationis ad subveniendum illis promti, confestim terrestres ac navales copias collegerunt, earumque ducem designarunt regem Archidamum. Jamque in Italiam soluturis, rogatum Lyctii venerunt, ut sibi prius opem ferrent. Inducti ad hoc Lacedæmonii in Cretam transiere, ac profligata conductitiorum Phalæci manu, patriam suam Lyctiis vindicarunt.

LXIII. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀρχίδαμος πλεύσας εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ συμμαχήσας τοῖς Ταραντίνοις, ἔν τινι μάχῃ διαγωνισάμενος λαμπρῶς ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ κατὰ μὲν τὴν στρατηγίαν καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐπαινούμενος, κατὰ δὲ τὴν πρὸς Φωκεῖς συμμαχίαν μόνην βλασφημούμενος, ὡς μάλιστ' αἴτιος γεγονὼς τῆς τῶν Δελφῶν καταλήψεως. (2) Ἀρχίδαμος μὲν οὖν ἐβασίλευσε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι, τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα. Ἔπειτα οἱ μὲν Ἀρχιδάμου μισθοφόροι μετεσχηκότες τῆς τοῦ μαντείου συλήσεως, ὑπὸ τῶν Λευκανῶν κατηκοντίσθησαν· ὁ δὲ Φάλαικος ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Λύκτου, Κυδωνίαν πολιορκεῖν ἐπεχείρησε. (3) Κατασκευάσαντος δὲ αὐτοῦ μηχανὰς πολιορκητικὰς καὶ προσάγοντος τῇ πόλει, κεραυνῶν πεσόντων, αὗται μὲν ὑπὸ τοῦ θείου πυρὸς κατεφλέχθησαν, τῶν δὲ μισθοφόρων πολλοὶ παραβοηθοῦντες ταῖς μηχαναῖς, ὑπὸ τοῦ πυρὸς διεφθάρησαν· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ στρατηγὸς Φάλαικος. (4) Ἔνιοι δέ φασιν αὐτὸν προσκόψαντά τινι τῶν μισθοφόρων ὑπὸ τούτου σφαγῆναι. Οἱ δὲ περιλειφθέντες τῶν μισθοφόρων ἀναληφθέντες ὑπὸ Ἠλείων φυγάδων εἰς τὴν Πελοπόννησον ἐκομίσθησαν, καὶ μετὰ τούτων ἐπολέμουν πρὸς Ἠλείους. (5) Ἀρκάδων δὲ συναγωνισαμένων τοῖς Ἠλείοις, καὶ μάχῃ νικησάντων τοὺς φυγάδας, πολλοὶ μὲν τῶν μισθοφόρων ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ περιλειφθέντες εἰς τετρακισχιλίους ἐζωγρήθησαν. (6) Διελομένων δὲ τῶν τε Ἀρκάδων καὶ Ἠλείων τοὺς αἰχμαλώτους, οἱ μὲν Ἀρκάδες τοὺς ἑαυτοῖς μερισθέν-

LXIII. Tum Archidamus, in Italiam profectus, auxiliarem Tarentinis operam navat, et in prœlio quodam egregie dimicans occumbit, vir artibus imperatoriis ceteraque vita laudabilis, solam ob societatem Phocensibus præstitam male audiens, ut præcipuus occupandæ Delphorum urbis et templi instigator et auctor. (2) Rex Lacedæmoniorum fuit annos triginta tres, et successorem habuit filium Agin per annos quindecim [novem?]. Post etiam milites, qui sub Archidamo meruerant et direptæ quondam ex oraculo prædæ consortes fuerant, a Lucanis trucidati perierunt. Ceterum Phalæcus, Lycto ejectus, Cydoniæ oppugnationem aggreditur. (3) Dumque machinas prosternendis mœnibus apparat, et propius ad urbem adducit, fulminis igne cœlitus delapsi machinæ cremantur, et magna pars militum, dum machinis succurrunt, flammis illis correpti absumuntur. Inter quos erat dux ipse Phalæcus. (4) Nonnulli tamen a militum suorum quopiam, quem offenderat, confossum tradunt. Pars militum superstes, ab Eleis exulibus conducta, in Peloponnesum transportatur, operamque suam ad oppugnandum populares illis navat. (5) Sed quum Arcades, Eleis auxiliati, pugna exules superarent, magnus conductitiorum numerus cæditur, et reliqui ad quattuor millia vivi capiuntur. (6) Hinc facta inter Arcades et Eleos captivorum divisione, Arcades suam partem sub hasta

τας ἅπαντας ἐλαφυροπώλησαν, οἱ δ' Ἠλεῖοι διὰ τὴν εἰς τὸ μαντεῖον παρανομίαν ἀπέσφαξαν.

LXIV. Οἱ μὲν οὖν τῆς ἱεροσυλίας μετασχόντες τοῦτον τὸν τρόπον ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τιμωρίας ἠξιώθησαν. Αἱ δ' ἐπισημόταται πόλεις κοινωνήσασαι τῆς παρανομίας ὕστερον ὑπ' Ἀντιπάτρου καταπολεμηθεῖσαι τὴν ἡγεμονίαν ἅμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπέβαλον. (2) Αἱ δὲ τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἡγεμόνων γυναῖκες περιθέμεναι τοὺς χρυσοῦς ἐκ Δελφῶν ὅρμους οἰκείας τῆς ἀσεβείας τιμωρίας ἔτυχον. Ἡ μὲν γὰρ τὸν τῆς Ἑλένης γεγενημένον φορέσασα εἰς ἑταιρικὴν αἰσχύνην ἐνέπεσε καὶ τὸ κάλλος προέβαλε τοῖς ἐνυβρίζειν προαιρουμένοις, ἡ δὲ τὸν τῆς Ἐριφύλης περιθεμένη, τῆς οἰκίας ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου τῶν υἱῶν ὑπὸ μανίας ἐμπυρισθείσης, μετὰ ταύτης ζῶσα κατεφλέχθη. Οἱ μὲν οὖν τοῦ δαιμονίου καταφρονεῖν τολμήσαντες τὸν εἰρημένον τρόπον ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίας ἠξιώθησαν. (3) Ὁ δὲ τούτῳ τῷ μαντείῳ βοηθήσας Φίλιππος ἀπὸ τούτων τῶν χρόνων ἀεὶ μᾶλλον αὐξόμενος, τὸ τελευταῖον διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν ἡγεμὼν ἀπεδείχθη τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ μεγίστην βασιλείαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην περιεποιήσατο. Ἡμεῖς δὲ ἀρκούντως διεληλυθότες τὸν ἱερὸν πόλεμον, ἐπάνιμεν ἐπὶ τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις.

LXV. Κατὰ γὰρ τὴν Σικελίαν Συρακόσιοι στασιάζοντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ τυραννίσι πολλαῖς καὶ ποικίλαις δουλεύειν ἀναγκαζόμενοι, πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς Κόρινθον, ἀξιοῦντες αὐτοῖς ἀποστεῖλαι στρατηγὸν τὸν ἐπιμελησόμενον τῆς πόλεως καὶ καταλύσοντα τὴν τῶν τυραννεῖν ἐπιβαλομένων πλεονεξίαν. (2) Οἱ δὲ κρίνοντες δίκαιον εἶναι τοῖς ἀπογόνοις βοηθεῖν, ἐψηφίσαντο πέμπειν στρατηγὸν Τιμολέοντα Τιμαινέτου, πρωτεύοντα τῶν πολιτῶν ἀνδρείᾳ τε καὶ συνέσει στρατηγικῇ καὶ καθόλου πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον. Ἴδιον δέ τι συνέβη περὶ τὸν ἄνδρα συμπεσεῖν, ὃ συνελάβετο αὐτῷ πρὸς τὴν τῆς στρατηγίας αἵρεσιν. (3) Τιμοφάνης γὰρ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ προέχων τῶν Κορινθίων πλούτῳ τε καὶ τόλμῃ, πάλαι μὲν ἦν φανερὸς τυραννίδος ὀρεγόμενος, τότε δὲ τοὺς ἀπόρους ἀναλαμβάνων καὶ πανοπλίας κατασκευαζόμενος καὶ τοὺς πονηροτάτους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, κατὰ τὴν ἀγορὰν περιῄει, οὐ προσποιούμενος ὅτι τύραννός ἐστι, τὰ δὲ τῆς τυραννίδος ἔργα διαπραττόμενος. (4) Ὁ δὲ Τιμολέων ἀλλοτριώτατος ὢν μοναρχίας, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει πείθειν τὸν ἀδελφὸν ἀποστῆναι τῆς ἐπιβολῆς· ὡς δ' οὐχ ὑπήκουεν, ἀλλ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐπετείνετο τῇ τόλμῃ, ἀδυνατῶν αὐτὸν λόγῳ διορθώσασθαι, περιπατῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπέσφαξε. (5) Θορύβου δὲ γενομένου, καὶ τῶν πολιτῶν συνδραμόντων διά τε τὸ παράδοξον καὶ τὴν δεινότητα τῆς πράξεως, στάσις ἐγένετο. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν δεῖν ὡς ἐμφύλιον φόνον πεπραχότα τὸν Τιμολέοντα τυγχάνειν τῆς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας, οἱ δὲ τοὐναντίον ἀπεφαίνοντο ἐπαινεῖν τὸν ἄνδρα ὡς τυραννοκτόνον. (6) Τῆς δὲ γερουσίας συνεδρευούσης ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν ἀμφισβη-

vendiderunt, sed Elei propter nefas in oraculi direptione commissum suos trucidarunt.

LXIV. Ad hunc modum sacrilegii participes debitas numini pœnas expendere. Nobilissimæ etiam Græcorum civitates, quæ in partem sacrilegii venerant, post ab Antipatro debellatæ, imperium cum libertate perdiderunt. (2) Quin etiam principum in Phocide uxores, quæ aurea ex Delphis monilia sibi circumdederant, meritas impietatis pœnas incurrerunt. Nam quæ Helenes torquem gestabat, in turpitudinem meretriciam prolapsa, formæ elegantiam protervæ scortatorum libidini prostituit. Alia, quæ Eriphyles ornatum sibi induerat, ædibus a filiorum natu maximo præ insania incensis, viva cum domo conflagravit. Ad eum, quem diximus, modum numen contemnere ausi pœnas diis persolverunt. (3) Contra, qui defensionem oraculo præstitit, Philippus, ex illo tempore subinde magis auctus ob suam erga numen pietatem Græciæ totius imperator ad extremum est renuntiatus, regnumque in Europa amplissimum sibi paravit. Jam postquam belli sacri historiam, quantum sufficere nobis videtur, persecuti sumus, ad alias res generis redeamus.

LXV. In Sicilia Syracusani, tumultibus intestinis laborantes, quum a multis sævisque tyrannis varie servilem ad modum premerentur, Corinthum legatos miserunt, per quos imperatorem, qui, suscepta urbis cura, illorum, qui tyrannidem affectant, cupiditatem infringeret, sibi dari petiere. (2) Æquum Corinthiis videbatur, si generis primordia a se trahentibus subvenirent. Quare de mittendo illuc Timoleonte Timæneti filio decretum faciunt. Primas hic fortitudinis et scientiæ militaris tenebat, et, ut breviter dicam, omni virtutis genere exornatus erat. Sed peculiare ei quidpiam evenit, quod, ut imperator deligeretur, non parum ei commodavit. (3) Timophanes, ejus germanus, qui Corinthios opibus et confidentia præstabat, jam dudum affectati regni indicia non obscura præbuerat. Sub id vero tempus egenos fovendo armaque comparando et improbissimum quemque sibi aggregando forum obibat, tyrannum quidem se esse dissimulans, interim tamen opera tyrannidis exercens. (4) At Timoleon, ab unius dominatione quam maxime abhorrens, initio argumentis permovere fratrem, ut a cœpto desisteret, studebat: quum ille non modo non audiret, sed in dies etiam audaciores conciperet spiritus; quoniam verbis ad saniorem reduci mentem nequiret, in foro deambulans hominem obtruncat. (5) Hinc tumultus excitatur, dumque cives ad facinus tam insolens et atrox concurrunt, res in seditionem abit. Pars enim Timoleonti, quod civili sanguine dextram imbuisset, pœnam legibus constitutam infligi debere censebant; alii contra virum hunc, ut tyrannicidam, laudibus afficiendum esse contendebant. (6) Senatus propterea in curia fit consessus, et controversia ad

τήσεως ἐπὶ τὸ συνέδριον ἀναπεμφθείσης, οἱ μὲν ἐχθροὶ τοῦ Τιμολέοντος κατηγόρουν, οἱ δὲ χαριέστεροι συνηγοροῦντες συνεβούλευον σώζειν τὸν ἄνδρα. (7) Ἀκρίτου δ' ἔτι τῆς ζητήσεως οὔσης, κατέπλευσαν ἐκ τῶν Συρακουσῶν οἱ πρέσβεις, καὶ τῇ γερουσίᾳ τὰς ἐντολὰς δηλώσαντες ἠξίουν τὴν ταχίστην ἀποστεῖλαι τὸν στρατηγό. (8) Ἔδοξεν οὖν τῷ συνεδρίῳ πέμπειν τὸν Τιμολέοντα, καὶ πρὸς τὸ κατορθῶσαι τὴν πρᾶξιν ξένας τινὰς καὶ παραδόξους αἱρέσεις αὐτῷ προέθηκαν. Διεβεβαιώσαντο γάρ, ἐὰν μὲν καλῶς ἄρξῃ τῶν Συρακοσίων, κρίνειν αὐτὸν τυραννοκτόνον, ἐὰν δὲ πλεονεκτικώτερον, ἀδελφοῦ φονέα. (9) Ὁ δὲ Τιμολέων οὐχ οὕτω διὰ τὸν ἐπικρεμασθέντα φόβον ὑπὸ τῆς γερουσίας ὡς διὰ τὴν ἀρετὴν καλῶς καὶ συμφερόντως προέστη τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πραγμάτων. Καρχηδονίους μὲν γὰρ κατεπολέμησε, τὰς δὲ κατεσκαμμένας ὑπὸ τῶν βαρβάρων Ἑλληνίδας πόλεις ἀποκατέστησε, πᾶσαν δὲ Σικελίαν ἠλευθέρωσε, καθόλου δὲ τὰς Συρακούσας καὶ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις παραλαβὼν ἐρήμους, ἐποίησε πολυανθρωπίᾳ διενεγκεῖν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τὰ κατὰ μέρος μικρὸν ὕστερον ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν, νῦν δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

LXVI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐβούλου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Σερούιον Σουλπίκιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Τιμολέων ὁ Κορίνθιος προκεχειρισμένος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τὴν ἐν Συρακούσαις στρατηγίαν, παρεσκευάζετο πρὸς τὸν εἰς τὴν Σικελίαν ἔκπλουν. (2) Ἑπτακοσίους μὲν οὖν ξένους ἐμισθώσατο, στρατιωτῶν δὲ τέτταρας τριήρεις πληρώσας καὶ ταχυναυτούσας τρεῖς, ἐξέπλευσεν ἐκ Κορίνθου. Ἐν παράπλῳ δὲ παρὰ Λευκαδίων καὶ Κερκυραίων τρεῖς ναῦς προςλαβόμενος, ἐπεραιοῦτο δέκα ναυσὶ τὸν Ἰόνιον καλούμενον πόρον. (3) Ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι τῷ Τιμολέοντι κατὰ τὸν πλοῦν, τοῦ δαιμονίου συνεπιλαβομένου τῆς ἐπιβολῆς καὶ προσημαίνοντος τὴν ἐσομένην περὶ αὐτὸν εὐδοξίαν καὶ λαμπρότητα τῶν πράξεων. Δι' ὅλης γὰρ τῆς νυκτὸς προηγεῖτο λαμπὰς καιομένη κατὰ τὸν οὐρανὸν μέχρι οὗ συνέβη τὸν στόλον εἰς τὴν Ἰταλίαν καταπλεῦσαι. (4) Ὁ δὲ Τιμολέων προακηκοὼς ἦν ἐν Κορίνθῳ τῶν τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἱερειῶν, ὅτι κατὰ τὸν ὕπνον αὐταῖς αἱ θεαὶ προήγγειλαν συμπλεύσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Τιμολέοντα κατὰ τὸν πλοῦν τὸν εἰς τὴν ἱερὰν αὐτῶν νῆσον. (5) Διόπερ ὁ Τιμολέων καὶ οἱ συμπλέοντες περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς τῶν θεῶν συνεργουσῶν αὐτοῖς. Τὴν δ' ἀρίστην τῶν νεῶν καθιερώσας ταῖς θεαῖς ὁ Τιμολέων ὠνόμασεν αὐτὴν Δήμητρος καὶ Κόρης ἱεράν. Καταπλεύσαντος δὲ τοῦ στόλου χωρὶς κινδύνων εἰς τὸ Μεταπόντιον τῆς Ἰταλίας, ἐπικατέπλευσε Καρχηδονία τριήρης ἔχουσα πρεσβευτὰς Καρχηδονίους. (6) Οὗτοι δ' ἐντυχόντες τῷ Τιμολέοντι, διεμαρτύραντο μὴ κατάρχειν πολέμου μηδ' ἐπιβαίνειν τῇ Σικελίᾳ. Ὁ δὲ Τιμολέων, ἐπικαλουμένων αὐτὸν τῶν Ῥηγίνων καὶ

eum delata, inimici Timoleontem acerbissime criminantur; sed qui ad æquitatem propensiores erant, patrocinio viri suscepto, impunitatem illi tribuendam esse consulunt. (7) Necdum decisa fuerat quæstio, quum legati Syracusis advecti, expositis in curia mandatis, quam celerrime imperatorem sibi mitti petunt. (8) Timoleontem ergo mitti senatui placet, utque rem tanto melius gerat, inusitatam quandam miramque optionem illi proponunt. Nam si probe Syracusis imperium gesserit, tyrannicidam se illum judicaturos; sin avarius, pro fratris interfectore habituros confirmant. (9) Timoleon vero non tam metu periculi, quod a senatu impenderet, quam studio virtutis excitatus, præclare et utiliter rebus in Sicilia præfuit. Nam Carthaginienses debellavit, urbes Græcas a Barbaris eversas restituit, totique Siciliæ libertatem reparavit, Syracusas denique et urbes Græci nominis desolatas nactus, incolarum frequentia insignes reddidit. Verum de his brevi post suo convenienter loco disseremus: nunc ad cohærentem historiæ partem sermo nobis transferetur.

LXVI. Archonte Athenis Eubulo populus Romanus consules creavit M. Fabium et Serv. Sulpicium. Sub his Timoleon Corinthius, supremus militiæ Syracusanæ dux a civibus suis creatus, navigationem in Siciliam adornabat. (2) Septingentis igitur exteris stipendio conductis, et quattuor triremibus, cum quibus tres celeres ac expeditæ erant conjunctæ, impletis, Corintho solvit. In transcursu deinde tres naves a Leucadiis et Corcyræis adjunxit. Atque ita cum decem navium classe Ionium, quem vocant, sinum trajecit. (3) In hoc transitu peculiare quidpiam et insolens Timoleonti obvenit, quo numen, susceptum ab eo negotium adjuvans, futuram ipsius gloriam et rerum gerendarum claritudinem portendit. Per totam enim noctem ardens in cœlo fax iter facientem præcessit, donec classem Italiæ advertit. (4) Jam ante Timoleon Corinthi a Cereris et Proserpinæ sacerdotibus inaudiverat, ipsas dearum nuntio per quietem edoctas esse, futurum ut cum Timoleonte in consecratam sibi insulam navigarent. (5) Timoleon proinde comitesque lætos habebant animos, quod dii cœptis favore et ope sua adspirarent. Optimam igitur navium, dearum numini dicatam, Cereri ac Proserpinæ sacram nominari jussit. Jamque citra omne periculum classis Metapontum Italiæ contigerat, quum triremis, Carthaginiensium legatos vehens, occurrit. (6) Hi, cum Timoleonte colloquio instituto, ne belli initium faciat, neve Siciliæ pedem inferat, protestantur. At ille a Rheginis, armorum societatem

συμμαχήσειν ἐπαγγελλομένων, ἐξέπλευσεν εὐθέως ἐκ τοῦ Μεταποντίου, σπεύδων φθάσαι τὴν περὶ αὐτὸν φήμην. (7) Σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο μήποτε Καρχηδόνιοι θαλαττοκρατοῦντες κωλύσωσιν αὐτὸν εἰς Σικελίαν διαπλεῦσαι. Οὗτος μὲν οὖν κατὰ σπουδὴν ἐτέλει τὸν εἰς Ῥήγιον πλοῦν.

LXVII. Καρχηδόνιοι δὲ βραχὺ πρὸ τούτων τῶν καιρῶν πυθόμενοι τὸ μέγεθος τοῦ κατὰ Σικελίαν ἐσομένου πολέμου, ταῖς μὲν κατὰ Σικελίαν συμμαχίσι πόλεσι φιλανθρώπως προσεφέροντο, καὶ πρὸς τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους τὴν διαφορὰν καταλύσαντες, φιλίαν συνέθεντο, μάλιστα δὲ πρὸς Ἱκέταν τὸν τῶν Συρακοσίων δυναστεύοντα διὰ τὸ τοῦτον πλεῖον ἰσχύειν. (2) Αὐτοὶ δὲ πολλὴν δύναμιν ναυτικήν τε καὶ πεζικὴν παρασκευασάμενοι διεβίβασαν εἰς Σικελίαν, Ἄννωνα στρατηγὸν ἐπιστήσαντες. Εἶχον δὲ μακρὰς ναῦς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν πεντακισμυρίους, ἅρματα δὲ τριακόσια, συνωρίδας δὲ ὑπὲρ τὰς δισχιλίας, χωρὶς δὲ τούτων ὅπλα καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ μηχανὰς πολιορκητικὰς παμπληθεῖς καὶ σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων πλῆθος ἀνυπέρβλητον. (3) Ἐπὶ πρώτην δὲ τὴν τῶν Ἐντελλίνων πόλιν ἐλθόντες τήν τε χώραν ἐδῄωσαν καὶ τοὺς ἐγχωρίους εἰς πολιορκίαν συνέκλεισαν. Οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικοῦντες Καμπανοὶ καταπλαγέντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψαν εἰς τὰς ἄλλας πόλεις τὰς ἀλλοτρίως διακειμένας πρὸς Καρχηδονίους περὶ βοηθείας. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδεὶς ὑπήκουσεν· οἱ δὲ τὴν Γαλαρίαν πόλιν οἰκοῦντες ἐξέπεμψαν αὐτοῖς στρατιώτας ὁπλίτας χιλίους. Τούτοις δ' ὑπαντήσαντες οἱ Φοίνικες, καὶ περιχυθέντες τῷ πλήθει, πάντας κατέκοψαν. (4) Οἱ δὲ τὴν Αἴτνην κατοικοῦντες Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον παρεσκευάζοντο συμμαχίαν ἐκπέμπειν εἰς τὴν Ἔντελλαν διὰ τὴν συγγένειαν, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τῶν Γαλαρίνων συμφορὰν ἀκούσαντες, ἔκριναν ἡσυχίαν ἄγειν.

LXVIII. Τοῦ δὲ Διονυσίου κυριεύοντος τῶν Συρακουσῶν, Ἱκέτας ἔχων περὶ αὐτὸν ἀξιόλογον δύναμιν ἐστράτευσεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας· καὶ τὸ μὲν πρῶτον χάρακα βαλόμενος περὶ τὸ Ὀλύμπιον, διεπολέμει τῷ κρατοῦντι τῆς πόλεως [Διονυσίῳ τῷ] τυράννῳ. (2) Χρονιζούσης δὲ τῆς πολιορκίας καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐκλιπόντων, ὁ μὲν Ἱκέτας ἀνέζευξεν εἰς Λεοντίνους· ἐκ ταύτης γὰρ ὡρμᾶτο τῆς πόλεως· ὁ δὲ Διονύσιος ἐπακολουθήσας αὐτοῖς, καὶ καταλαβὼν τὴν οὐραγίαν, συνεστήσατο μάχην. (3) Ὁ δ' Ἱκέτας ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν Διονύσιον συνῆψε μάχην, καὶ πλείους τῶν τρισχιλίων μισθοφόρων ἀνελών, τοὺς λοιποὺς φυγεῖν ἠνάγκασεν. Ὀξεῖ δὲ τῷ διωγμῷ χρησάμενος, καὶ συνεισπεσὼν τοῖς φεύγουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἐκράτησε τῶν Συρακουσῶν πλὴν τῆς Νήσου. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Ἱκέταν καὶ Διονύσιον ἐν τούτοις ἦν. (4) Τιμολέων δὲ μετὰ τὴν κατάληψιν τῶν Συρακουσῶν τρισὶν ἡμέραις ὕστερον κατέπλευσεν εἰς τὸ Ῥήγιον, καὶ καθωρμίσθη πλησίον τῆς πόλεως. (5) Ἐπικαταπλευσάντων δὲ καὶ τῶν

pollicitantibus, advocatus, Metaponto citra moram discedit, adventus sui famam antevertere properans. (7) Majorem enim in modum verebatur, ne Carthaginienses, maris potentes, transitum in Siciliam præcluderent. Summa idcirco diligentia Rhegium trajicere maturat.

LXVII. Carthaginienses vero, paullo ante hoc tempus de belli per Siciliam exarsuri magnitudine certiores facti, erga confœderatas Siciliæ civitates benigne se gerere, cum tyrannis insulæ, decisis controversiis, amicitiam jungere, inprimis vero Hicetam Syracusanorum principem, quod potentia ceteros anteiret, sibi conciliare. (2) Tandem magnis instructi copiis tam pedestribus quam navalibus in Siciliam, Hannone duce, transmittunt. Naves illis erant longæ centum et quinquaginta, terrestris exercitus quinquaginta millia, currus trecenti, et bigarum supra duo millia, et ultra hæc arma telaque omnis generis et machinarum oppugnationibus destinatarum ingens numerus; frumenti denique rerumque aliarum, quæ bellorum usibus inserviunt, copia fere immensa. (3) Primamque omnium Entellinorum urbem aggressi, pervastatis agris, oppidanos intra mœnia conclusos obsident. Urbem tunc Campani tenebant: qui multitudine hostium perterriti, urbes ceteras, quibus odia cum Carthaginiensibus intercedebant, de ferendis auxiliis sollicitant. Aliorum quidem nemo postulatis assensit; soli Galarini mille armaturæ gravis subsidio miserunt. Quos tamen in itinere obviam facti Pœni multitudine circumventos ad unum omnes contrucidarunt. (4) Campani quidem Ætnam inhabitantes auxiliis Entellam, consanguinitate devincti, sublevare initio parati erant, sed clade Galarinorum audita, bello abstinere satius duxerunt.

LXVIII. Tum vero temporis Dionysius pristinum in Syracusas imperium exercebat. Hicetas ergo validam eo manum duxit, castrisque fossa valloque ad Olympium munitis, [Dionysium] tyrannum qui urbem tenebat oppugnare cœpit. (2) Sed protracta obsidione, propter commeatus inopiam Hicetas ad Leontinos (ex hac enim urbe expeditiones faciebat) exercitum abduxit. Consectatus eum Dionysius, dum agmen extremum lacessit, pugnæ causam præbuit. (3) Hicetas enim conversis in hostem signis manus cum eo conserit, et plus quam tribus conductitiorum millibus interfectis, reliquos in fugam compellit. Dumque citato fugientes cursu insectatur, una cum ipsis in urbem irrumpit, et Syracusis præter Insulam potitur. Atque ita res tunc inter Hicetam et Dionysium gerebatur. (4) Sed Timoleon, triduo post Syracusas recuperatas Rhegium appulsus, haud procul ab urbe stationem habebat. (5) Advenerant tunc etiam Carthaginiensium triremes vigin-

Καρχηδονίων εἴκοσι τριήρεσι, καὶ τῶν Ῥηγίνων συνεργούντων τῷ Τιμολέοντι καὶ κοινὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ πόλει συναγαγόντων καὶ περὶ συλλύσεως δημηγορούντων, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι διαλαβόντες τὸν Τιμολέοντα πεισθήσεσθαι τὸν εἰς Κόρινθον ἀπόπλουν ποιήσασθαι, ῥᾳθύμως εἶχον τὰ κατὰ τὰς φυλακάς· ὁ δὲ Τιμολέων οὐδεμίαν ἔμφασιν διδοὺς τοῦ δρασμοῦ, αὐτὸς μὲν πλησίον τοῦ βήματος ἔμεινε, λάθρᾳ δὲ παρήγγειλε τὰς ἐννέα ναῦς ἀποπλεῦσαι τὴν ταχίστην. (6) Περισπωμένων δὲ τῶν Καρχηδονίων ταῖς ψυχαῖς περὶ τοὺς ἐγκαθέτως δημηγοροῦντας μακρῶς τῶν Ῥηγίνων, ἔλαθεν ὁ Τιμολέων διαδρὰς ἐπὶ τὴν ὑπολελειμμένην ναῦν, καὶ ταχέως ἐξέπλευσεν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καταστρατηγηθέντες ἐπεβάλοντο διώκειν τοὺς περὶ τὸν Τιμολέοντα. (7) Ἐκείνων δὲ προειληφότων ἱκανὸν διάστημα, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης, ἔφθασαν οἱ περὶ τὸν Τιμολέοντα ἀποπλεύσαντες εἰς τὸ Ταυρομένιον. (8) Ὁ δὲ τῆς πόλεως ταύτης ἡγούμενος διὰ παντὸς πεφρονηκὼς τὰ τῶν Συρακοσίων, Ἀνδρόμαχος, φιλοφρόνως ὑπεδέξατο τοὺς διωκομένους, καὶ πολλὰ συνεβάλετο πρὸς τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. (9) Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἱκέτας ἀναλαβὼν τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀρίστους πεντακισχιλίους, ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς Ἀδρανίτας ἀντιπράττοντας αὐτῷ, καὶ πλησίον τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσεν· ὁ δὲ Τιμολέων προςλαβόμενος παρὰ τῶν Ταυρομενίων στρατιώτας, ἀνέζευξεν ἐκ τοῦ Ταυρομενίου, τοὺς ἅπαντας ἔχων οὐ πλείους τῶν χιλίων. (10) Ἀρχομένης δὲ τῆς νυκτὸς ἀφορμήσας, καὶ διανύσας ἐπὶ τὸ Ἄδρανον δευτεραῖος, ἀνελπίστως ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Ἱκέταν δειπνοποιουμένοις· παρειςπεσὼν δ' εἰς τὴν παρεμβολήν, καὶ φονεύσας πλείους τῶν τριακοσίων, ζωγρήσας δὲ περὶ ἑξακοσίους, τῆς παρεμβολῆς ἐκράτησε. (11) Τούτῳ δὲ τῷ στρατηγήματι ἕτερον ἐπειςάγων παραχρῆμα ἐπὶ τὰς Συρακούσας ἀφώρμησε, καὶ δρομαῖος τὴν ὁδὸν διανύσας, ἀπροςδοκήτως προςέπεσε ταῖς Συρακούσαις, καταταχήσας τοὺς ἀπὸ τῆς τροπῆς φεύγοντας. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

LXIX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Λυκίσκου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Μάρκον Ποπίλλιον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἑκατοστὴ καὶ ἐνάτη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀριστόλοχος Ἀθηναῖος. Ἐπὶ δὲ τούτων Ῥωμαίοις μὲν πρὸς Καρχηδονίους πρῶτον συνθῆκαι ἐγένοντο. (2) Κατὰ δὲ τὴν Καρίαν Ἰδριεὺς ὁ δυνάστης τῶν Καρῶν ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη ἑπτά, τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ ἐδυνάστευσεν ἔτη τέτταρα. (3) Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων μὲν Ἀδρανίτας καὶ Τυνδαρίτας εἰς συμμαχίαν προςλαβόμενος, στρατιώτας οὐκ ὀλίγους παρ' αὐτῶν παρέλαβεν. Ἐν δὲ ταῖς Συρακούσαις πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τὴν πόλιν, Διονυσίου μὲν τὴν Νῆσον ἔχοντος, Ἱκέτα δὲ τῆς Ἀχραδινῆς καὶ Νέας πόλεως κυριεύοντος, Τιμολέοντος δὲ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως παρειληφότος, καὶ Καρχηδονίων τριήρεσι μὲν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα καταπεπλευκότων εἰς τὸν μέγαν λιμένα,

ti; quumque Rhegini Timoleontis cœpto faventes, concilio populi indicto, de compositione conciones instituerent, Pœni, reditum Timoleonti in patriam persuasum iri arbitrantes, vigilum stationes non satis diligenter dispositas habebant. Timoleon ergo, nullam fugæ significationem præ se ferens, ipse quidem tribunali adhærebat, sed novem classis suæ navibus clam præceperat, ut quam citissime cursum inde arriperent. (6) Interea dum Carthaginiensium animi circa Rheginorum orationes astuto consilio prolixiores distracti sunt, Timoleon ad relictam se navem clanculum subducens ocissime in altum provehitur. Carthaginienses, hoc strategemate decepti, abeuntem persequi conantur. (7) Verum quia longius ille spatium jam anticipaverat, et nox imminebat, Timoleon cum suis Tauromenium evasit. (8) Princeps ejus urbis Andromachus, perpetuo Syracusanorum rebus studens, benigne profugos excepit, nec parum ad hoc, ut persequentium vim effugerent, ipsis contulit. Hicetas post hæc, quinque millibus delectissimorum in exercitu militum contra Hadranitas qui ipsi adversabantur ductis, prope urbem castra posuit. (9) Timoleon vero, aliquot cohortibus a Tauromenio acceptis, inde movit, in universum non supra mille ducens. (10) Egressus autem sub principium noctis, altero die iter Hadranum versus confecit. Ibi nec opinatas Hicetæ copias ad cibum sumendum conversas opprimit, et in castra impressionem faciens; plus quam trecentis interfectis, sexcentis circiter captis, ipsa quoque castra occupat. (11) Huic strategemati aliud conjungens, agmine raptim ducto Syracusas pergit, iterque cursim emensus ex improviso in urbem Syracusanam irrumpit, quum celeritate sua etiam in fugam conjectos antevertisset. Has itaque res annus ille habuit.

LXIX. Archonte Athenis Lycisco, Romani consules crearunt M. Valerium et M. Popillium; Olympias vero acta est nona post centesimam, qua stadio vicit Aristolochus Atheniensis. Sub his Romani primum cum Carthaginiensibus fœdus inierunt. (2) In Caria tum Idrieus Carum princeps diem postremum obiit, septem annis in regno exactis; quem Ada soror et conjux in imperio secuta annos quattuor regnavit. (3) In Sicilia Timoleon Hadranitarum et Tyndaritarum societate confirmatus, non mediocri militum numero inde sese auxit. Syracusas interim magna rerum perturbatio obtinebat, quum Dionysius Insulam teneret, Hicetas Achradinam et Novam urbem in potestate haberet, Timoleon reliqua urbis loca occupasset, Carthaginienses denique centum quinquaginta triremium classe magnum portum intrassent, et cum quinquaginta millibus

πεζοῖς δὲ στρατιώταις πεντακισμυρίοις κατεστρατοπεδευκότων· διόπερ τῶν περὶ τὸν Τιμολέοντα καταπεπληγμένων τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ἄλογός τις καὶ παράδοξος ἐγένετο μεταβολή. (4) Πρῶτον μὲν γὰρ Μάμερκος ὁ τῶν Καταναίων τύραννος δύναμιν ἀξιόλογον ἔχων προσέθετο τῷ Τιμολέοντι· ἔπειτα πολλὰ τῶν φρουρίων ὀρεγόμενα τῆς ἐλευθερίας ἀπέκλινε πρὸς αὐτόν· τὸ δὲ τελευταῖον Κορίνθιοι δέκα ναῦς πληρώσαντες χρήματά τε πορίσαντες ἐξαπέστειλαν εἰς τὰς Συρακούσας. (5) Ὧν πραχθέντων Τιμολέων μὲν ἐθάρρησεν, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι φοβηθέντες ἀπέπλευσαν ἐκ τοῦ λιμένος ἀλόγως, καὶ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως εἰς τὴν ἰδίαν ἐπικράτειαν ἀπηλλάγησαν. (6) Μονωθέντος δὲ τοῦ Ἱκέτα, Τιμολέων περιγενόμενος τῶν πολεμίων ἐκράτησε τῶν Συρακουσῶν. Εὐθὺς δὲ καὶ τὴν Μεσσήνην μετατιθεμένην πρὸς Καρχηδονίους ἀνεκτήσατο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν. (7) Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Φίλιππος πατρικὴν ἔχθραν διαδεδεγμένος πρὸς Ἰλλυριοὺς καὶ τὴν διαφορὰν ἀμετάθετον ἔχων, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ πολλῆς δυνάμεως. Πορθήσας δὲ τὴν χώραν καὶ πολλὰ τῶν πολισμάτων χειρωσάμενος, μετὰ πολλῶν λαφύρων ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν. (8) Μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν εἰς τὴν Θετταλίαν καὶ τοὺς τυράννους ἐκ τῶν πόλεων ἐκβαλών, ἰδίους ταῖς εὐνοίαις ἐποιήσατο τοὺς Θετταλούς· ἤλπιζε γὰρ τούτους ἔχων συμμάχους καὶ τοὺς Ἕλληνας ῥᾳδίως εἰς εὔνοιαν προτρέψασθαι· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. Εὐθὺς γὰρ οἱ πλησιόχωροι τῶν Ἑλλήνων συνενεχθέντες τῇ τῶν Θετταλῶν κρίσει, συμμαχίαν προθύμως πρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο.

LXX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Πυθοδότου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Πλαύτιον καὶ Τίτον Μάλλιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Τιμολέων καταπληξάμενος Διονύσιον τὸν τύραννον, ἔπεισεν αὐτὸν παραδοῦναι τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενον ἀπελθεῖν εἰς Πελοπόννησον ὑπόσπονδον ἔχοντα τὰ ἴδια χρήματα. (2) Οὗτος μὲν οὖν δι' ἀνανδρίαν καὶ ταπεινότητα ψυχῆς τήν τε περιβόητον τυραννίδα καὶ δεδεμένην, ὡς ἔφασαν, ἀδάμαντι, τὸν εἰρημένον τρόπον ἀπέλιπε καὶ κατεβίωσεν ἀπορούμενος ἐν Κορίνθῳ, τὸν δ' ἴδιον βίον καὶ τὴν μεταβολὴν ἔσχε παράδειγμα τοῖς καυχωμένοις ἀφρόνως ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις. (3) Ὁ γὰρ ἔχων τετρακοσίας τριήρεις μετ' ὀλίγον ἐν μικρῷ στρογγύλῳ πλοίῳ κατέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον, περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν. (4) Τιμολέων δὲ παραλαβὼν τὴν νῆσον καὶ φρούρια τὰ Διονυσίῳ πρότερον ὑπακούοντα, τὰς μὲν κατὰ τὴν νῆσον ἀκροπόλεις καὶ τὰ τυραννεῖα κατέσκαψε, τοῖς δὲ φρουρίοις ἀπέδωκε τὴν ἐλευθερίαν. (5) Εὐθὺς δὲ καὶ νομογραφεῖν ἤρξατο, τιθεὶς δημοκρατικοὺς νόμους, καὶ τὰ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων δίκαια καὶ τἄλλα πάντα ἀκριβῶς διέταξε, πλείστην φροντίδα τῆς ἰσότητος ποιούμενος. (6) Κατέστησε δὲ καὶ τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἐντιμοτάτην ἀρχήν, ἣν ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου οἱ Συρακόσιοι καλοῦσι·

terrestrium copiarum juxta consedissent. Jamque metum tanta hostium multitudo Timoleontis copiis injecerat, quum subito inopinata quædam mutatio rerum contigit. (4) Primo enim Mamercus, Catinensium tyrannus, copiis egregiis instructus, Timoleonti se adjunxit; postea castellorum multa libertatis amore voluntates studiaque ad eundem inclinarant; Corinthii denique decem naves milite completas et stipendium de suo erogatum Syracusas transmisere. (5) Quo factum ut animos Timoleon resumeret, et Carthaginienses timore perculsi nec satis prudenter e portu regressi cum toto exercitu in suam ditionem discederent. (6) Auxiliis ad hunc modum Hiceta destituto, hostibus superior Timoleon urbe Syracusarum potitur. Statim etiam Messanam, quæ in Carthaginiensium partes transierat, in fidem suam recepit. Atque is tum rerum in Sicilia status erat. (7) In Macedonia interim Philippus, odii Illyriorum, quod quasi hereditarium a patre acceperat, et controversiæ, quam pertinaciter fovebat, stimulis incitatus, cum valido terras illorum exercitu invadit, agrosque populatus, multis urbium expugnatis, cum præda copiosissima in Macedoniam sese refert. (8) Post in Thessaliam profectus, tyrannos ex oppidis exturbat, atque Thessalos hac benevolentia sibi adstringit. Per horum enim societatem Græcorum quoque se favorem non magno consecuturum negotio sperabat. Id quod exitus etiam docuit. Finitimi enim Græci, statim judicio Thessalorum de Philippo adstipulantes, magna animorum propensione fœdus cum rege inierunt.

LXX. Archonte dehinc Athenis Pythodoto, et Romæ consulare imperium administrantibus C. Plautio et T. Manlio, Timoleon Dionysio, jam ad summam trepidationem adacto, persuasit tandem, ut arcis deditionem faceret, et abdicato principatu, in Peloponnesum sub tuti discessus fide cum facultatibus suis abiret. (2) Hic ergo per ignaviam animique dejectionem tyrannidem famigeratam et adamante, ut prædicabant, revinctam, quo dictum est modo, reliquit, et in egestate reliquum vitæ transegit. Cujus tum vita tum fortunæ commutatio luculentum iis exemplum præbet, qui stolide felici rerum successu efferuntur. (3) Nam qui quadringentas prius triremes habuerat, non multo post nave oneraria, eaque non magna, Corinthum navigavit, mirificum mutatæ insigniter conditionis spectaculum exhibens. (4) Timoleon, insula castellisque, quæ Dionysius pridem tenuerat, occupatis, arces per insulam et regia tyrannorum palatia evertit, arcibusque præsidio hactenus custoditis libertatem reddidit. (5) Et continuo ad scribendum leges conversus, eas sancivit, quæ populari administrationi convenirent. Privatorum quoque contractuum jura et cetera diligenter ordinans in hoc maxime operam dedit, ut æqualitatem instauraret. (6) Summum præterea magistratum annuum, quem Jovis Olympii Amphipoliam Syracu-

καὶ ᾑρέθη πρῶτος ἀμφίπολος Διὸς Ὀλυμπίου Καλλιμένης, καὶ τὸ λοιπὸν διετέλεσαν οἱ Συρακόσιοι τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐπιγράφοντες τούτοις τοῖς ἄρχουσι μέχρι τῶνδε τῶν ἱστοριῶν γραφομένων καὶ τῆς κατὰ τὴν πολιτείαν ἀλλαγῆς· τῶν γὰρ Ῥωμαίων μεταδόντων τοῖς Σικελιώταις τῆς πολιτείας, ἡ τῶν ἀμφιπόλων ἀρχὴ ἐταπεινώθη, διαμείνασα ἔτη πλείω τῶν τριακοσίων. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

LXXI. Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Φίλιππος τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις Ἑλληνίδας εἰς εὔνοιαν προκαλεσάμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Θρᾴκην. Κερσοβλέπτης γὰρ ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν διετέλει τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ὁμορούσας τῇ Θρᾴκῃ καταστρεφόμενος καὶ τὴν χώραν καταφθείρων. (2) Βουλόμενος οὖν ἐμφράξαι τῶν βαρβάρων τὴν ὁρμήν, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς σὺν πολλῇ δυνάμει. Νικήσας δὲ πλείοσι μάχαις τοὺς Θρᾷκας, τοῖς μὲν καταπολεμηθεῖσι βαρβάροις προσέταξε δεκάτας τελεῖν τοῖς Μακεδόσιν, αὐτὸς δ' ἐν τοῖς ἐπικαίροις τόποις κτίσας ἀξιολόγους πόλεις, ἔπαυσε τοῦ θράσους τοὺς Θρᾷκας. Διόπερ αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις ἀπολυθεῖσαι τῶν φόβων εἰς τὴν συμμαχίαν τοῦ Φιλίππου προθυμότατα κατετάχθησαν. (3) Τῶν δὲ συγγραφέων Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῇ τῶν Φιλιππικῶν ἱστορίᾳ κατέταξε τρεῖς βίβλους περιεχούσας Σικελικὰς πράξεις· ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῆς Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου τυραννίδος, διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα, καὶ κατέστρεψεν εἰς τὴν ἔκπτωσιν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου. Εἰσὶ δὲ αἱ βίβλοι τρεῖς, ἀπὸ τῆς μιᾶς τετταρακοστῆς ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τετταρακοστῆς.

LXXII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Σωσιγένους Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Γναῖον Ποιτήλιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀρύμβας ὁ τῶν Μολοττῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη δέκα, ἀπολιπὼν υἱὸν τὸν Πύρρου πατέρα Αἰακίδην· τὴν δ' ἀρχὴν διεδέξατο Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς Ὀλυμπιάδος, συνεργήσαντος Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος. (2) Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων μὲν ἐστράτευσεν ἐπὶ Λεοντίνους· εἰς ταύτην γὰρ τὴν πόλιν Ἱκέτας καταπεφεύγει μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον προσέβαλε τῇ Νέᾳ καλουμένῃ πόλει· μετὰ δὲ ταῦτα πολλῶν στρατιωτῶν ἐν τῇ πόλει συγκεκλεισμένων, καὶ ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀμυνομένων, ἄπρακτος γενόμενος ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. (3) Παρελθὼν δὲ πρὸς πόλιν Ἔγγυον, τυραννουμένην ὑπὸ Λεπτίνου, προσβολὰς συνεχεῖς ἐποιεῖτο, βουλόμενος τὸν μὲν Λεπτίνην ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς δ' Ἐγγυΐνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποδοῦναι. (4) Περὶ ταῦτα δὲ τοῦ Τιμολέοντος ὄντος, Ἱκέτας πανδημεὶ στρατεύσας ἐκ τῶν Λεοντίνων ἐπολιόρκει τὰς Συρακούσας· πολλοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλὼν ταχέως ἐπανῆλθεν εἰς τοὺς Λεοντίνους. (5) Ὁ δὲ Τιμολέων καταπληξάμενος τὸν Λεπτίνην, τοῦτον μὲν ὑπόσπονδον ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἐνδεικνύμενος τοῖς Ἕλλησι τὰς τῶν καταπολεμηθέντων τυράννων ἐκπτώσεις. Οὔσης δὲ καὶ τῆς τῶν Ἀπολλωνια-

sani nominant, instituit, primusque Jovis Olympii Amphipolus (id est, famulus) erat Callimenes. Hinc mos apud Syracusanos inolevit, ut magistratibus hisce anni deinceps inscriberentur: quod ad præsens usque tempus, quo historiam hanc concinnamus, et reipublicæ status immutatus est, duravit. Postquam enim Romani cum Siculis civitatis suæ jura communicarunt, famulorum munus antiquari cœpit, quum supra trecentos annos floruisset. Atque ita se res Siculæ tunc habebant.

LXXI. In Macedonia Philippus, ut Græca per Thraciam oppida ad sui benevolentiam invitaret, expeditionem in Thraces movit. Cersobleptes enim, illorum rex, Græci nominis ad Hellespontum urbes subigere et agros passim vastare non desinebat. (2) Ut Barbarorum itaque conatibus sese objiceret Philippus, magnum in eos exercitum duxit, et multis prœliis victor, Barbaros bello domitos ad decimas regno Macedoniæ persolvendas adegit. Oppidis etiam, ubi opportunum videbatur, conditis, protervam Thracum audaciam repressit. Quare Græci nominis civitates, metu liberæ, cupidissime in Philippi regis societatem transierunt. (3) Quod ad scriptores, Theopompus Chius historiæ suæ de gestis Philippi tres libros, qui res Siculas complectuntur, intexuit. Exorsus autem a Dionysii senioris dominatu, quinquaginta annorum tempus recensens, in exilio Dionysii junioris desinit. Hi tres libri a quadragesimo primo ad quadragesimum tertium usque numerantur.

LXXII. Archonte Athenis Sosigene, Romani consules crearunt M. Valerium et C. Pœtelium. Sub his Arymbas, rex Molossorum, post decimum regni sui annum vita decedit, filio post se relicto Æacida, qui Pyrrhum genuit. Sed in defuncti locum, adjutante Philippo Macedone, Alexander Olympiadis germanus sufficitur. (2) In Sicilia Timoleon adversus Leontinos, ad quos numerosa cum manu Hicetas se receperat, arma sumsit, et primo quidem Novam, quam vocant, urbem oppugnabat. Sed quum magna vis militum ibi conclusa de mœnibus subeuntes facile propulsaret, obsidionem re infecta solvit. (3) Deinde Engyum Leptinis tyrannide pressam aggressus, continuis urbem oppugnationibus fatigabat, expulso tyranno Engyinis libertatem redditurus. (4) Dum his Timoleon occupatur, Hicetas, omnibus e Leontinis copiis eductis, Syracusas oppugnatum venit. Sed quum ingens sui militis damnum faceret, ad Leontinos confestim retrocedit. (5) Interea Leptinem, terrore ad deditionem perculsum Timoleon, data incolumitatis fide, in Peloponnesum dimittit, tyrannorum a se bello fractorum exilia Græcis suis ostentans. Et quia Leptinis do-

τῶν πόλεως ὑπὸ τὸν Λεπτίνην, παραλαβὼν τὴν Ἀπολλωνίαν, ταύτῃ τε καὶ τῇ τῶν Ἐγγυίνων ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν.

LXXIII. Ἀπορούμενος δὲ χρημάτων εἰς τὰς τῶν ξένων μισθοδοσίας, ἐξαπέστειλε στρατιώτας χιλίους μετὰ τῶν ἀξιολογωτάτων ἡγεμόνων εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν. Οὗτοι δὲ πολλὴν χώραν πορθήσαντες, καὶ λαφύρων πλῆθος κομίσαντες, παρέδωκαν τῷ Τιμολέοντι. Ὁ δὲ λαφυροπωλήσας τὴν λείαν καὶ χρημάτων πλῆθος ἀθροίσας, ἔδωκε τοῖς μισθοφόροις εἰς πλείω χρόνον τοὺς μισθούς. (2) Ἐκράτησε δὲ καὶ τῆς Ἐντέλλης, καὶ τοὺς τὰ Καρχηδονίων μάλιστα φρονοῦντας πεντεκαίδεκα θανατώσας, τοῖς ἄλλοις ἀπένειμε τὴν ἐλευθερίαν. Τοῦ δὲ Τιμολέοντος αὐξομένου τῇ τε δυνάμει καὶ τῇ κατὰ τὴν στρατηγίαν δόξῃ, αἱ μὲν Ἑλληνίδες πόλεις αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν ἅπασαι προθύμως ὑπετάγησαν τῷ Τιμολέοντι διὰ τὸ πάσαις τὰς αὐτονομίας ἀποδιδόναι, τῶν δὲ Σικελῶν καὶ Σικανῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τοὺς Καρχηδονίους τεταγμένων πολλαὶ διεπρεσβεύοντο πόλεις, σπεύδουσαι παραληφθῆναι πρὸς τὴν συμμαχίαν. (3) Καρχηδόνιοι δὲ τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν στρατηγοὺς ὁρῶντες ἀγεννῶς τὸν πόλεμον διοικοῦντας, ἔκριναν ἑτέρους ἀποστέλλειν μετὰ δυνάμεως μεγάλης. Εὐθὺς οὖν τῶν πολιτῶν κατέλεγον τοὺς ἀρίστους εἰς τὴν στρατείαν καὶ τῶν Λιβύων τοὺς εὐθέτους ἐστρατολόγουν, χωρὶς δὲ τούτων προχειρισάμενοι χρημάτων πλῆθος μισθοφόρους ἐξενολόγουν Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ Λίγυας· ἐναυπηγοῦντο δὲ καὶ ναῦς μακρὰς καὶ φορτηγοὺς πολλὰς ἤθροιζον καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἀνυπέρβλητον ἐποιοῦντο.

LXXIV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικομάχου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Μάρκιον καὶ Τίτον Μάλλιον Τορκουᾶτον. Ἐπὶ δὲ τούτων Φωκίων μὲν ὁ Ἀθηναῖος κατεπολέμησε Κλείταρχον τὸν Ἐρετρίας τύραννον καθεσταμένον ὑπὸ Φιλίππου. (2) Κατὰ δὲ τὴν Καρίαν Πιξώδαρος ὁ νεώτερος τῶν ἀδελφῶν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς δυναστείας Ἄδαν καὶ ἐδυνάστευσεν ἔτη πέντε ἕως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν. Φίλιππος δὲ ἀεὶ μᾶλλον αὐξόμενος ἐπὶ τὴν Πέρινθον ἐστράτευσεν, ἐναντιουμένην μὲν αὐτῷ, πρὸς δὲ Ἀθηναίους ἀποκλίνουσαν. (3) Συστησάμενος δὲ πολιορκίαν, καὶ μηχανὰς προσάγων τῇ πόλει καθ' ἡμέραν, ἐκ διαδοχῆς προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν. (4) Ὀγδοηκονταπήχεις δὲ πύργους κατασκευάσας, ὑπεραίροντας πολὺ τῶν κατὰ τὴν Πέρινθον πύργων, ἐξ ὑπεροχῆς κατεπόνει τοὺς πολιορκουμένους· ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῶν κριῶν σαλεύων τὰ τείχη καὶ διὰ τῆς μεταλλείας ὑπορύττων ἐπὶ πολὺ μέρος τοῦ τείχους κατέβαλεν. Ἀμυνομένων δὲ τῶν Περινθίων εὐρώστως, καὶ ταχὺ τεῖχος ἕτερον ἀντοικοδομησάντων, ἀγῶνες [ἕτεροι] θαυμαστοὶ καὶ τειχομαχίαι συνίσταντο. (5) Μεγάλης δὲ φιλοτιμίας ἐξ ἀμφοτέρων συνισταμένης, ὁ μὲν βασιλεὺς πολλοὺς ἔχων καὶ παντοδαποὺς ὀξυβελεῖς, διὰ τούτων τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων διαγωνιζομένους

minatum Apolloniatæ etiam sustinuerant, Apolloniam simul in fidem accipit, et tam his quam Engyinis jurisdictionem suam reddit.

LXXIII. Sed quum rei nummariæ difficultate premeretur, nec esset unde militi stipendium numeraret, mille armatos cum ducibus spectatissimis in provincias Carthaginiensium excurrere jussit. Hi terras illorum longe lateque populati, prædam, quam inde luculentissimam retulerant, Timoleonti tradiderunt. Qua sub hasta venumdata, quum pecuniarum vim magnam coegisset, ad prolixum inde tempus stipendia conductitiis persolvit. (2) Mox Entella quoque potitus, et quindecim ex civium numero, qui Carthaginiensium partibus maxime addicti fuerant, capite multatis, ceteros in libertatem vindicavit. Quumque viribus et rei militaris gloria magis ac magis cresceret Timoleon, quotquot erant per Siciliam Græcarum gentium urbes, propensis se animis cunctæ Timoleonti submisere, quod singulis, uti legibus suis viverent, concedebat. Quin etiam multæ Sicanorum Siculorumque et aliorum Carthaginiensibus subjectorum civitates mature per legatos, uti in sociale ab ipso fœdus reciperentur, contendebant. (3) At Carthaginienses, ignaviter bellum in Sicilia a præfectis suis administrari videntes, alios cum magno exercitu mittendos decreverunt. Propterea e popularibus optimum quemque, et Afrorum quos bello aptos judicarent, ad hanc militiam delegerunt. Præter hæc magna æris copia collecta, conductitiis Hispanorum, Gallorum et Ligurum copiis se instruxerunt. Naves insuper tam longas quam actuarias non exiguo numero cogebant, de cetero quoque apparatu ita solliciti, ut nihil uberius confici posset.

LXXIV. Archonte Athenis Nicomacho, et consulibus Romæ C. Marcio et T. Manlio Torquato, Phocion Atheniensis Clitarchum, Eretriæ tyrannum, a Philippo civitati præfectum, bello fregit. (2) Tum in Caria Pixodarus, fratrum ætate minimus, Adam regno expulit, et per annos quinque usque ad Alexandri in Asiam expeditionem principatum tenuit. Philippus autem, subinde potentior factus, in Perinthum arma movit, quæ in Athenienses prona conatibus ejus adversabatur. (3) Obsidionem igitur intentans, in dies singulos machinis urbi admotis, per vices ita, ut semper integri fessis succederent, mœnia quassat. (4) Turribus præterea octoginta cubitorum, quæ turres Perinthiorum longe supereminerent, excitatis, ex superiori loco circumsessos fatigat; arietumque incursu muros verberans, horumque fundamenta suffossionibus longe productis labefactans, partem eorum demolitur. Sed quum Perinthii strenue se defenderent, aliumque brevi murum exstruxissent, mirificæ pro mœnibus concertationes et pugnæ gerebantur. (5) Interim dum magno utriusque ardore conflictatur, rex, catapultarum copia abundans, propugnantes e pinnis hostes

διέφθειρεν, οἱ δὲ Περίνθιοι, πολλοὺς καθ' ἡμέραν ἀποβάλλοντες, συμμαχίαν καὶ βέλη καὶ καταπέλτας παρὰ τῶν Βυζαντίων προςελάβοντο. (6) Ἐξισωθέντες οὖν πάλιν τοῖς πολεμίοις ἀνεθάῤῥησαν, καὶ τετολμηκότως τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος κινδύνους ὑπέμενον. Οὐ μὴν ὁ βασιλεὺς ἔληγε τῆς φιλοτιμίας, ἀλλὰ διελόμενος τὰς δυνάμεις εἰς πλείω μέρη, συνεχῶς ἐκ διαδοχῆς ἐτειχομάχει καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ. Τριςμυρίους δ' ἔχων στρατιώτας καὶ βελῶν καὶ μηχανῶν πολιορκητικῶν πλῆθος, ἔτι δὲ τὰς ἄλλας μηχανὰς ἀνυπερβλήτους, κατεπόνει τοὺς πολιορκουμένους.

conficit. Quo factum ut Perinthii, multis quotidie suorum amissis, subsidiis telisque et catapultis e Byzantio missis sese confirmarent. (6) Jamque viribus hosti pares, animos resumunt, et discrimina pro salute patriæ fortiter subeunt. Nihil tamen interim rex a studio remittit, sed diviso in plures cohortes exercitu, alios aliis per vices sufficiens, continenter interdiu noctuque mœnia oppugnat. Quumque triginta sub signis millia, telorumque et machinarum, tum diruendis mœnibus aptarum, tum ceterarum, multitudinem infinitam prope haberet, obsessos valde premebat.

LXXV. Τῆς δὲ πολιορκίας πολυχρονίου γενομένης, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν πολλῶν μὲν ἀναιρουμένων, οὐκ ὀλίγων δὲ τραυματιζομένων, τῶν δ' ἐπιτηδείων ἐκλιπόντων, προςδόκιμος ἦν ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις. Οὐ μὴν ἡ τύχη γε περιεῖδε τὴν τῶν κινδυνευόντων σωτηρίαν, ἀλλὰ παράδοξον αὐτοῖς κατεσκεύασε βοήθειαν. Τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως αὐξήσεως διαβεβοημένης κατὰ τὴν Ἀσίαν, ὁ βασιλεὺς ὑφορώμενος τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν, ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ σατράπας βοηθ.ῖν Περινθίοις παντὶ σθένει. (2) Διόπερ οἱ σατράπαι συμφρονήσαντες ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Πέρινθον μισθοφόρων πλῆθος καὶ χρήματα δαψιλῆ καὶ σῖτον ἱκανὸν καὶ βέλη καὶ τἄλλα πάντα τὰ πρὸς τὴν τοῦ πολέμου χρείαν. Ὁμοίως δὲ καὶ Βυζάντιοι τοὺς ἀρίστους τῶν παρ' ἑαυτοῖς ἡγεμόνων καὶ στρατιωτῶν ἐξαπέστειλαν. Ἐφαμίλλων δὲ τῶν δυνάμεων γενομένων καὶ τοῦ πολέμου καινοποιηθέντος, πάλιν ἡ πολιορκία φιλοτιμίαν ἐλάμβανεν ἀνυπέρβλητον. (3) Ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος τοῖς κριοῖς τύπτων τὰ τείχη συνεχῶς κατέβαλλε, καὶ διὰ τῶν ὀξυβελῶν ἀνείργων τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, ἅμα μὲν διὰ τῶν πεπτωκότων τειχῶν ἀθρόοις τοῖς στρατιώταις εἰςέπιπτεν, ἅμα δὲ διὰ τῶν κλιμάκων πρὸς τὰ γεγυμνωμένα τῶν τειχῶν προςέβαινε· διὸ καὶ τῆς μάχης ἐκ χειρὸς οὔσης, οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ τραύμασι πολλοῖς περιέπιπτον. Τὰ δὲ τῆς νίκης ἔπαθλα προεκαλεῖτο τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδραγαθίας. (4) Οἱ μὲν γὰρ Μακεδόνες ἐλπίζοντες εὐδαίμονα πόλιν διαρπάσειν καὶ δωρεαῖς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου τιμηθήσεσθαι, διὰ τὴν τοῦ λυσιτελοῦς ἐλπίδα τοῖς δεινοῖς ἐνεκαρτέρουν· οἱ δὲ πολιορκούμενοι τὰ τῆς ἁλώσεως δεινὰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, ὑπέμενον εὐψύχως τὸν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας κίνδυνον.

LXXV. Jamque propter obsidionem longius protractam crebrasque oppidanorum cædes et vulnera et necessariorum inopiam periculum erat, ne urbs propediem in hostium manus veniret; quum fortuna, periclitantium saluti deesse nolens, auxilium necopinatum eis conciliavit. Divulgatis enim per Asiam potentiæ regis Macedonum incrementis, Persarum rex, cui tantæ Philippi vires suspectæ esse cœperunt, regionum maritimarum satrapis per literas mandavit, ut quanto possent robore Perinthiis subvenirent. (2) Hi ergo, conjunctis animis et opibus, numerosas mercenariorum catervas, æris signati vim magnam largamque frumenti et telorum copiam aliaque cuncta ad belli usum necessaria subministrarunt. Sic Byzantii quoque ducum et militum suorum optimos illuc miserunt. Jam æquatis utrinque viribus belloque redintegrato, tanta rursus contentione oppugnari defendique urbs cœpit, ut major non posset. (3) Nam Philippus assiduo arietum incussu partem aliquam muri prosternere, et catapultis a propugnaculis hostes depellens, qua per ruinas muri cum densa militum turba irrumpere, qua scalis nudatas defensoribus pinnas conscendere. Ideo quum gladiis res cominus gereretur, alii occumbere, alii multis vulneribus confici : siquidem præmia victoriæ dimicantium utrinque virtutem excitabant. (4) Macedones enim, dum opulentam se urbem direpturos muneraque a Philippo honorifica consecuturos persuasum habent, emolumentorum spes ad quævis adversa fortiter sustinendum accendit : obsessi, dum oculis quasi subjectas habent calamitates, quæ expugnationem comitantur, generosis animis nihil discriminis pro incolumitate sua patriæque subterfugiunt.

LXXVI. Συνεβάλλετο δὲ τοῖς πολιορκουμένοις ἡ φύσις τῆς πόλεως πολλὰ πρὸς τὴν [ὑπὲρ] τῶν ὅλων νίκην. Ἡ γὰρ Πέρινθος κεῖται μὲν παρὰ θάλατταν ἐπί τινος αὐχένος ὑψηλοῦ χεῤῥονήσου σταδιαῖον ἐχούσης τὸν αὐχένα, τὰς δ' οἰκίας ἔχει πεπυκνωμένας καὶ τοῖς ὕψεσι διαφερούσας. (2) Αὗται δὲ ταῖς οἰκοδομαῖς ἀεὶ κατὰ τὴν εἰς τὸν λόφον ἀνάβασιν ἀλλήλων ὑπερέχουσι, καὶ τὸ σχῆμα τῆς ὅλης πόλεως θεατροειδὲς ἀποτελοῦσι. Διόπερ τῶν τειχῶν συνεχῶς καταβαλλομένων οὐδὲν ἠλαττοῦντο· διοικοδομοῦντες γὰρ τοὺς στενωποὺς ταῖς ἀεὶ κατώτάταις οἰκίαις ὥςπερ ὀχυροῖς τισι

LXXVI. Plurimum obsidione pressis ad totius belli victoriam contulit natura loci. Ad mare enim Perinthus sita est, in edito peninsulæ jugo ad stadii longitudinem porrecto. Ædes inter se confertas et altitudine conspicuas habet. (2) Harum aliæ alias pro acclivitate collis supereminent, ita ut forma urbis quandam theatri similitudinem referat. Idcirco licet mœnia longo tractu dejicerentur, non multum tamen munimentis ipsorum decedebat. Angiportis enim obstructis, inferiores subinde domos firmi loco muri insidé-

τείχεσιν ἐχρῶντο. (3) Διόπερ ὁ Φίλιππος μετὰ πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων τοῦ τείχους κρατήσας, ἰσχυρότερον ηὕρισκε τὸ τεῖχος τὸ διὰ τῶν οἰκιῶν αὐτομάτως ἡτοιμασμένον. Πρὸς δὲ τούτοις ἐκ τοῦ Βυζαντίου πάντων τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων ἑτοίμως χορηγουμένων, ἐμέρισε τὰς δυνάμεις εἰς δύο μέρη, καὶ τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν ἀπέλιπεν ἐπὶ τῆς πολιορκίας, ἐπιστήσας αὐτοῖς τοὺς ἀρίστους ἡγεμόνας, τοὺς δ' ἄλλους παραλαβὼν αὐτὸς προσέπεσεν ἄφνω τῷ Βυζαντίῳ καὶ πολιορκίαν ἰσχυρὰν συνεστήσατο. (4) Οἱ δὲ Βυζάντιοι, τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τῶν βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν χρησίμων παρὰ τοῖς Περινθίοις ὄντων, εἰς πολλὴν ἐνέπιπτον ἀμηχανίαν. Καὶ τὰ μὲν περὶ Περινθίους καὶ Βυζαντίους ἐν τούτοις ἦν. (5) Τῶν δὲ συγγραφέων Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν· περιείληφε δὲ τῇ γραφῇ πράξεις τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου· χρόνον δὲ περιέλαβε σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα, καὶ βίβλους γέγραφε τριάκοντα, προοίμιον ἑκάστῃ προθείς. (6) Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτήν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς.

LXXVII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Θεοφράστου Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Αὖλον Κορνήλιον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη δεκάτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀντικλῆς Ἀθηναῖος. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Φιλίππου Βυζάντιον πολιορκοῦντος, Ἀθηναῖοι μὲν ἔκριναν τὸν Φίλιππον λελυκέναι τὴν πρὸς αὐτοὺς συντεθεῖσαν εἰρήνην· εὐθὺς δὲ καὶ δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν βοηθήσουσαν τοῖς Βυζαντίοις. Ὁμοίως δὲ τούτοις Χῖοι καὶ Κῷοι καὶ Ῥόδιοι καί τινες ἕτεροι τῶν Ἑλλήνων συμμαχίαν ἐξέπεμψαν τοῖς Βυζαντίοις. (3) Διόπερ Φίλιππος καταπλαγεὶς τῇ συνδρομῇ τῶν Ἑλλήνων, τὴν πολιορκίαν τῶν πόλεων ἔλυσε, καὶ πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τοὺς ἐναντιουμένους συνέθετο τὴν εἰρήνην. (4) Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Καρχηδόνιοι μὲν μεγάλας παρασκευὰς εἰς τὸν πόλεμον πεποιημένοι διεβίβασαν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Σικελίαν. Εἶχον δὲ σύμπαντας σὺν τοῖς προϋπάρχουσιν ἐν τῇ νήσῳ πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ἑπτακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ καὶ ἅρματα καὶ συνωρίδας οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων, ναῦς δὲ μακρὰς μὲν διακοσίας, φορτηγοὺς δὲ τὰς τοὺς ἵππους τε καὶ βέλη καὶ σῖτον καὶ τἄλλα κομιζούσας πλείους τῶν χιλίων. (5) Τιμολέων δὲ πυθόμενος τὸ μέγεθος τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως, οὐ κατεπλάγη τοὺς βαρβάρους, καίπερ εἰς ὀλίγους στρατιώτας συνεσταλμένος. Ἔχων δὲ πόλεμον πρὸς Ἱκέταν, διελύσατο πρὸς αὐτόν, καὶ προσλαβόμενος τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, οὐ μετρίως ηὔξησε τὴν ἰδίαν δύναμιν.

LXXVIII. Ἔδοξε δ' αὐτῷ τὸν πρὸς τοὺς Φοίνικας

bant. (3) Philippus itaque, post varios labores et casus periculosissimos muro superato, alium, quem ædificiorum situs effecerat, longe firmiorem invenit. Præterea quum omnia ad belli usus idonea promte et affatim e Byzantio suppeditarentur, exercitum in duo partitus, dimidium ad oppugnationem continuandam sub optimorum ducum imperio reliquit: cum ceteris subito ipse Byzantium invasit, idque acerrime oppugnare cœpit. (4) Quæ res oppidanos, qui militem, tela ceteraque bellis commoda Perinthiis commodaverant, in magnam conjecit consilii inopiam. Hæc tum ad Perinthum et Byzantium gerebantur. (5) Hic Ephorus, scriptorum unus, historiæ suæ opus cum obsidione Perinthi concludit. Scriptis autem suis res a Græcis et Barbaris ab Heraclidarum reditu per septingentorum circiter et quinquaginta annorum decursum gestas, et in triginta volumina, quorum singulis præfatio præposita, distributas comprehendit. (6) Hinc, ubi historiam finit Ephorus, alterum opus exorditur Diyllus Atheniensis, Græcorum et Barbarorum gesta ad Philippi usque obitum contexens.

LXXVII. Archonte Athenis Theophrasto, Romani consules crearunt M. Valerium et A. Cornelium; Olympias vero acta est decima supra centesimam, qua stadio vicit Anticles Atheniensis. (2) Sub his, Philippo Byzantium obsidente, Athenienses pacem, quam cum eo firmaverant, violatam arbitrati, extemplo numerosas contra ipsum copias navales subsidio Byzantinis mittunt. Quos Chii, Coi, Rhodii et Græcorum alii quidam secuti, auxiliares eodem copias mittunt. (3) Eo Græcorum concursu Philippus territus, obsidione intermissa, pacem cum Atheniensibus ceterisque Græcis, quos adversos habebat, constituit. (4) In Siciliam interea Carthaginienses post magnos belli apparatus copias trajecerunt: quarum numerus in universum septuaginta peditum millia cum iis, quos jam in Sicilia habebant, excessit. Equites vero currusque cum bigis non pauciores erant decem millibus; naves denique longæ ducentæ et onerariæ equos, instrumenta, commeatum et id genus reliqua vehentes, plus quam mille. (5) Nec vero de tanta hostilis exercitus magnitudine certior factus Timoleon expavit, licet militum ejus numerus in arctum restrictus esset. Sed quum bellum ipsi intercederet cum Hiceta, id composuit militumque ejus accessione non parum vires exercitus sui auxit.

LXXVIII. Commodissimum vero duxit, si bellum cum

ἀγῶνα συστήσασθαι κατὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν, ὅπως τὴν μὲν τῶν συμμάχων χώραν ἀσινῆ διαφυλάξῃ, τὴν δ' ὑπὸ τοὺς βαρβάρους οὖσαν καταφθείρῃ. (2) Εὐθὺς οὖν τούς τε μισθοφόρους καὶ Συρακοσίους καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους ἀθροίσας, καὶ κοινὴν ἐκκλησίαν συναγαγών, παρώρμησε τοῖς οἰκείοις λόγοις τὰ πλήθη πρὸς τὸν τῶν ὅλων ἀγῶνα· πάντων δ' ἀποδεξαμένων τοὺς λόγους, καὶ βοώντων ἄγειν τὴν ταχίστην ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, προῆγεν, ἔχων τοὺς σύμπαντας οὐ πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων. (3) Ἤδη δ' αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀκραγαντίνην ὄντος, παραδόξως ἐνέπεσε τῇ στρατιᾷ ταραχὴ καὶ στάσις. Τῶν γὰρ μισθοφόρων τις ὄνομα Θρασίος, σεσυληκὼς τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν μετὰ τῶν Φωκέων, ἀπονοίᾳ δὲ καὶ θράσει διαφέρων, ἀκόλουθον τοῖς πρότερον τετολμημένοις πρᾶξιν ἐπετελέσατο. (4) Τῶν γὰρ ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων τῶν μετασχόντων τῆς εἰς τὸ μαντεῖον παρανομίας τετευχότων ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τῆς προσηκούσης τιμωρίας, καθάπερ μικρῷ πρότερον ἀνεγράψαμεν, μόνος οὗτος διαλεληθὼς τὸ θεῖον ἐπεχείρησε τοὺς μισθοφόρους παρορμᾶν πρὸς ἀπόστασιν. (5) Ἔφη γὰρ τὸν Τιμολέοντα παραφρονοῦντα πρὸς ὁμολογουμένην ἀπώλειαν ἄγειν τοὺς στρατιώτας· ἑξαπλασίους γὰρ ὄντας τοὺς Καρχηδονίους καὶ πάσαις ταῖς παρασκευαῖς ἀνυπερβλήτους ὑπάρχοντας ἐπαγγέλλεται νικήσειν, ἐναποκυβεύων ταῖς τῶν μισθοφόρων ψυχαῖς, οὐδὲ τοὺς ὀφειλομένους μισθοὺς πολλοῦ χρόνου διὰ τὴν ἀπορίαν ἀποδεδωκώς. (6) Συνεβούλευεν οὖν ἀνακάμπτειν εἰς τὰς Συρακούσας καὶ τοὺς μισθοὺς ἀπαιτεῖν, ἐπὶ δὲ στρατείαν ἀπεγνωσμένην μὴ συνακολουθεῖν.

LXXIX. Τῶν δὲ μισθοφόρων τοὺς λόγους ἀσμένως δεχομένων καὶ νεωτερίζειν ἐπιχειρούντων, μόγις πολλὰ δεηθεὶς αὐτῶν καὶ δωρεὰς ἐπαγγελλόμενος κατέπαυσε τὴν ταραχήν. Ὅμως δὲ τῷ Θρασίῳ χιλίων συνακολουθησάντων, τὴν μὲν τούτων κόλασιν εἰς ἕτερον ἀνεβάλετο καιρόν, γράψας δὲ πρὸς τοὺς ἐν Συρακούσαις φίλους προσδέξασθαι αὐτοὺς φιλοφρόνως καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποδοῦναι, τὴν μὲν ταραχὴν πᾶσαν εἰς τέλος κατέσβεσε, τῶν δ' ἀπειθησάντων ἀφείλετο τὴν ἐκ τῆς νίκης εὐδοξίαν. (2) Αὐτὸς δὲ τοὺς ἄλλους ταῖς φιλανθρώποις ἐντεύξεσιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἀποκαταστήσας προῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους οὐ μακρὰν στρατοπεδεύοντας. Συναγαγὼν δ' εἰς ἐκκλησίαν τοὺς στρατιώτας, καὶ διὰ τῶν λόγων θάῤῥος παραστήσας τοῖς πλήθεσι, διῆλθε μὲν τὴν τῶν Φοινίκων ἀνανδρίαν, ὑπέμνησε δὲ τῆς Γέλωνος εὐημερίας. (3) Πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις καὶ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, κατὰ τύχην ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων εἰς τὰς στιβάδας, ὁ Τιμολέων ἔφη δέχεσθαι τὸν οἰωνὸν τῆς νίκης· τὸν γὰρ Ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι. (4) Οἱ δὲ στρατιῶται, παραγγείλαντος τοῦ Τιμολέοντος, ἐκ τῶν σελίνων πλέξαντες στεφάνους καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθέντες προῆγον μετὰ χαρᾶς, ὡς τῶν θεῶν προσημαινόντων αὐ-

Pœnis gerendum in Carthaginiensium territoria transferret, ut agros sociorum hoc pacto inviolatos conservaret, contra hosticos damnis afficeret. (2) Extemplo igitur mercenariis et Syracusanis cum reliquis sociis in unum congregatis, concionem publicam instituit: ubi accommodatis ad præsens negotium verbis, ad certamen de summa rerum fidenter adeundum multitudinem exhortatus est. Quam orationem quum assensu et lætis acclamationibus cuncti exciperent, et se quam ocissime in hostem duci juberent; signa promovit, non plures omnino quam duodecim millia secum ducens. (3) Jamque in Agrigentinorum fines perventum erat, quum subito ingens in castris tumultus et seditio exoritur. Quidam nomine Thrasius, ex illorum grege unus, qui stipendia facerent, vir temeritate ac confidentia nulli secundus, qui Phocensium etiam socius in templi Delphici exspoliatione fuerat, consentaneum prioribus ausis facinus admisit. (4) Quum enim plerique omnes, qui sceleris in oraculum patrati consortes fuerunt, meritis a numine suppliciis (ut paullo ante relatum est) affecti essent, hic solus divinæ providentiæ ultionem subterfugisse videri poterat. Et tunc conductitios ad seditionem concitare nitebatur. (5) Timoleontem enim dixit mente captum ad certissimam milites necem ducere; nam sexies numerosiorem esse Carthaginiensium exercitum, et sic omni apparatu instructum, ut nemini concederet. Nihilominus, inquit, ille victoriam pollicetur, quasi tesseris de militum suorum animabus ludat quum debita per longum tempus stipendia ob inopiam expedire nequeat. (6) Suadebat igitur, ut Syracusas regressi stipendia flagitarent, nec ad profligatam istam expeditionem illum sequerentur.

LXXIX. Non ingratus erat hic sermo conductitiis. Dumque ad innovandum res se converterunt, Timoleon multum obsecrando et donativa pollicendo difficulter tandem obtinuit, ut a tumultu desisterent. Nihilominus tamen Thrasio mille secuti sunt, quorum castigationem in aliud tempus prorogavit. Interim Syracusanos amicos per literas monet, ut desertoribus, benigne acceptis, exhibito stipendio satisfaciant. Ita quidem exortum perturbationis incendium prorsus exstinxit, et contumaces a gloria illustris victoriæ exclusit. (2) Reliquis vero alloquiorum humanitate ad pristinum benevolentiæ affectum reductis, in hostem, non procul inde castra metatum movit. Tum indicta concione militari, exaggerando Pœnorum ignaviam et felices Gelonis successus in mentem revocando, multitudinis animos ad prœlium audentiores fecit. (3) Quumque omnes una voce exclamarent, impressionem in Barbaros faciendam, pugnamque sine mora inceptandam esse; forte accidit ut apiorum fasciculi ad insternendos toros in jumentis apportarentur. Hoc victoriæ omen se amplecti dixit Timoleon: Isthmiacam enim coronam ex apio contexi. (4) Quin etiam milites, Timoleonte sic jubente, ex apiis sibi corollas nectunt, hisque capite redimiti, cum gaudio in hostem tendunt, ac si certam dii victoriam portenderent. Quod etiam eventus ratum fe-

τοῖς τὴν νίκην· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. (5) Περιεγένοντο γὰρ ἀνελπίστως τῶν πολεμίων, οὐ μόνον διὰ τὰς ἰδίας ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν θεῶν συνεργίαν. Ὁ μὲν γὰρ Τιμολέων ἐκτάξας τὴν δύναμιν κατέβαινεν ἀπό τινων λόφων ἐπὶ τὸν ποταμόν, καὶ μυρίων ἤδη διαβεβηκότων, ἐξ ἐφόδου τούτοις ἐπέρραξε, τεταγμένος αὐτὸς ἐπὶ μέσης τῆς φάλαγγος. (6) Γενομένης δὲ μάχης καρτερᾶς, καὶ τῶν Ἑλλήνων ὑπερεχόντων ταῖς τε ἀρεταῖς καὶ ταῖς εὐχειρίαις, πολὺς ἐγίνετο φόνος τῶν βαρβάρων. Ἤδη δὲ φευγόντων τῶν διαβεβηκότων, ἡ πᾶσα δύναμις τῶν Καρχηδονίων περαιωθεῖσα τὸ ῥεῖθρον διωρθώσατο τὴν τῶν ἰδίων ἧτταν.

LXXX. Καινοποιηθείσης δὲ τῆς μάχης, καὶ τῶν Φοινίκων τῷ πλήθει περιχεομένων τοὺς Ἕλληνας, ἄφνω πολὺς ἐκ τοῦ περιέχοντος ὄμβρος κατερράγη καὶ χαλάζης εὐμεγέθους πλῆθος, ἀστραπαί τε καὶ βρονταὶ μετὰ μεγάλων πνευμάτων κατέσκηπτον· καὶ τούτων ἁπάντων θυελλοφορουμένων τοῖς μὲν Ἕλλησι κατὰ νώτου, τοῖς δὲ βαρβάροις κατὰ πρόσωπον, οἱ μὲν περὶ τὸν Τιμολέοντα τὸ σύμπτωμα ῥᾳδίως ὑπέμενον, οἱ δὲ Φοίνικες τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως φέρειν ἀδυνατοῦντες, ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπικειμένων, πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. (2) Πάντων δ' ἐπὶ τὸν ποταμὸν τρεπομένων, ἀναμὶξ ἱππέων τε καὶ πεζῶν, καὶ τῶν ἁρμάτων ἅμα τούτοις φυρομένων, οἱ μὲν ὑπ' ἀλλήλων συμπατούμενοι καὶ τοῖς τῶν συμμάχων ξίφεσι καὶ λόγχαις περιπειρόμενοι τὴν συμφορὰν ἔσχον ἀβοήθητον, οἱ δ' ὑπὸ τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις ἱππέων εἰς τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῖθρον ἀγεληδὸν συνελαυνόμενοι καὶ κατὰ νώτου τὰς πληγὰς λαμβάνοντες ἀπέθνησκον. (3) Πολλοὶ δὲ ἄνευ πολεμίας πληγῆς διεφθείροντο, σωρευομένων τῶν σωμάτων διά τε τὸν φόβον καὶ τὸ πλῆθος καὶ διὰ τὰς ἐν τῷ ῥείθρῳ δυσχερείας. Τὸ δὲ μέγιστον, λάβρων γεγενημένων τῶν ὄμβρων, ὁ ποταμὸς βιαιοτέρῳ τῷ ῥεύματι καταφερόμενος πολλοὺς ἐβάπτιζε καὶ μετὰ τῶν ὅπλων διανηχομένους διέφθειρε. (4) Τέλος δὲ τῶν Καρχηδονίων οἱ μὲν τὸν ἱερὸν λόχον ἀναπληροῦντες, καὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ὄντες δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ταῖς δ' ἀρεταῖς καὶ δόξαις, ἔτι δὲ ταῖς οὐσίαις, πρωτεύοντες, ἅπαντες ἀγωνισάμενοι λαμπρῶς κατεκόπησαν. (5) Τῶν δ' ἄλλων τῶν συστρατευομένων αὐτοῖς ἀπέθανον πλείους τῶν μυρίων, αἰχμάλωτοι δ' ἐλήφθησαν οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων. Τῶν δὲ ἁρμάτων τὰ μὲν πολλὰ συνετρίβη κατὰ τὸν ἀγῶνα, διακόσια δ' ἥλω· τὰ δὲ σκευοφόρα καὶ τὰ ζεύγη καὶ τὰ πλήθη τῶν ἁμαξῶν ὑποχείρια τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. (6) Τῶν δ' ὅπλων τὰ πολλὰ μὲν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ διεφθάρη, ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ Τιμολέοντος σκηνὴν χίλιοι μὲν θώρακες, ἀσπίδες δὲ πλείους τῶν μυρίων ἀπηνέχθησαν. Τούτων δ' ὕστερον τὰ μὲν ἐν τοῖς ἐν Συρακούσαις ναοῖς ἀνετέθη, τὰ δὲ τοῖς συμμάχοις διεμερίσθη, τινὰ δ' εἰς Κόρινθον Τιμολέων ἀπέστειλε, προστάξας εἰς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀναθεῖναι.

LXXXI. Πολλῶν δὲ χρημάτων καταληφθέντων διὰ

cit. (5) Nam ex insperato non sua tantum virtute, sed deorum etiam adjumento hostem superarunt. Timoleon etenim instructa acie de collibus quibusdam ad flumen descendebat. Jamque decem millia Barbarorum transierant, quum subito eos incursu ipse medium phalangis obtinens invasit. (6) Acri pugna commissa, in qua virtute manuumque promtitudine Græci superiores erant, funesta Barbarorum strages edita est. Verum quum qui prius transmiserant, fugæ jam sese tradiderunt, totus Carthaginiensium exercitus flumen transgressus cladem suorum emendavit.

LXXX. Recrudescente igitur prœlio, quum Pœni multitudine sua Græcos circumvenire jam inciperent, subito vehemens ex aere imber et ingens simul vis grandinis decidit, fulguraque ac tonitrua cum ventis rapidissimis ingravescunt. Quorum omnium procella Græcorum terga et Barbarorum facies impetebat. Unde factum ut Timoleontis exercitus hanc aeris importunitatem facile toleraret; Pœni vero, sustinendis tot adversis impares, quum simul a Græcis quoque urgerentur, fugam arriperent. (2) Dumque tota se multitudo ad flumen vertit, et pedites cum equitibus ac curribus permixti divagantur, mutua inter se collisione protriti et sociorum gladiis hastisque transfixi, cladem fœdissimam et cui nullam adhibere opem liceret, sustinebant. Alii, ab hostium equitatu in vortices fluvii agminatim compulsi, vulneribus tergo acceptis occumbebant. (3) Multi etiam citra ictum hostilem, quum propter metum nimiamque multitudinem et difficultates amnis tot corpora in arcto coacervarentur, peribant. Et quod non minimum erat, e pluviis immodice fusis violentiore tunc impetu fluvius decurrens multos, præsertim qui cum armis ad tranatandum sese in illum abjecerant, demersit. (4) Tandem qui sacram Carthaginiensium cohortem explebant, numero bis mille ac quingenti, animorumque robore et gloria, nec non fortunarum amplitudine ceteros anteibant, præclare dimicantes ad unum omnes cæduntur. (5) De cetera commilitonum turba plus quam decem millia cadunt, nec minus quam quindecim milla capiuntur. Curruum plerique in ipso conflictu diffracti: ducenti solummodo in potestatem venere. Jumentis, bigis et reliqua vehiculorum multitudine Græci potiuntur. (6) Armorum pars maxima, gurgitibus hausta, intercidit. Mille tamen loricæ et plures quam decies mille clypei in prætorium Timoleontis comportantur. Quorum alia in templis Syracusanorum fixa, alia inter socios belli distributa sunt: nonnulla Corinthum transmissa in Neptuni sacrario Timoleon dedicari jussit.

LXXXI. Tametsi autem ingens opum vis capta erat,

τὸ [καὶ] τοὺς Καρχηδονίους ἐσχηκέναι πλῆθος ἐκπωμάτων ἀργυρῶν τε καὶ χρυσῶν, ἔτι δὲ τὸν ἄλλον κόσμον ὑπερβάλλοντα διὰ τὸ μέγεθος τῆς παρ' αὐτοῖς εὐπορίας, ἅπαντα συνεχώρησε τοῖς στρατιώταις ἔχειν ἔπαθλα τῆς ἀνδραγαθίας. (2) Τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ διαφυγόντες τὸν ἐν τῇ μάχῃ κίνδυνον μόγις εἰς τὸ Λιλύβαιον διεσώθησαν. Τοσαύτη δ' αὐτοὺς κατάπληξις καὶ δέος κατεῖχεν, ὥστε μὴ τολμᾶν εἰς τὰς ναῦς ἐμβαίνειν μηδ' ἀποπλεῖν εἰς τὴν Λιβύην, ὡς διὰ τὴν τῶν θεῶν ἀλλοτριότητα πρὸς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ πελάγους καταποθησομένους. (3) Οἱ δ' ἐν τῇ Καρχηδόνι πυθόμενοι τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, συνετρίβησαν ταῖς ψυχαῖς, καὶ συντόμως ὑπελάμβανον ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς τὸν Τιμολέοντα μετὰ τῆς δυνάμεως. Εὐθὺς δὲ Γέσκωνα τὸν Ἄννωνος πεφυγαδευμένον κατήγαγον καὶ στρατηγὸν ἀπέδειξαν διὰ τὸ δοκεῖν τόλμῃ τε καὶ στρατηγίᾳ διαφέρειν. (4) Αὐτοὶ δ' ἔκριναν πολιτικοῖς μὲν σώμασι μὴ διακινδυνεύειν, μισθοφόρους δὲ ἀλλοεθνεῖς ἀθροίζειν, καὶ μάλιστα Ἕλληνας· ὑπακούσεσθαι δ' αὐτοῖς πρὸς τὴν στρατείαν πολλοὺς ὑπελάμβανον διὰ τὸ μέγεθος τῆς μισθοφορᾶς καὶ τὴν εὐπορίαν τῆς Καρχηδόνος. Εἰς δὲ τὴν Σικελίαν τοὺς εὐθέτους πρέσβεις ἐξέπεμψαν, προστάξαντες ἐφ' οἷς ἂν ᾖ δυνατὸν συνθέσθαι τὴν εἰρήνην.

LXXXII. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λυσιμαχίδης, ἐν Ῥώμῃ δὲ ὕπατοι καθειστήκεισαν Κόϊντος Σερουίλιος καὶ Μάρκιος Ῥούτιλος. Ἐπὶ δὲ τούτων Τιμολέων ἐπανελθὼν εἰς Συρακούσας πρῶτον μὲν τοὺς ἐγκαταλιπόντας μισθοφόρους τοὺς μετὰ Θρασίου πάντας ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλεν, ὡς προδότας ὄντας. (2) Οὗτοι δ' εἰς τὴν Ἰταλίαν διαβάντες, καὶ χωρίον τι παραθαλάττιον ἐν τῇ Βρεττίᾳ καταλαβόμενοι, διήρπασαν. Οἱ δὲ Βρέττιοι παροξυνθέντες εὐθὺς μετὰ δυνάμεως πολλῆς ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτούς, καὶ τὸ χωρίον ἐκπολιορκήσαντες, ἅπαντας κατηκόντισαν. Οἱ μὲν οὖν καταλιπόντες τὸν Τιμολέοντα μισθοφόροι τῆς ἰδίας παρανομίας ἔπαθλον τοιαύτης συμφορᾶς ἔτυχον. (3) Ὁ δὲ Τιμολέων Ποστούμιον τὸν Τυῤῥηνὸν δώδεκα λῃστρίσι τοὺς πλέοντας λῃζόμενον, καὶ καταπλεύσαντα εἰς Συρακούσας ὡς φίλον, συλλαβὼν ἐθανάτωσεν. Ὑπεδέξατο δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Κορινθίων ἐκπεμφθέντας οἰκήτορας φιλοφρόνως, ὄντας τὸν ἀριθμὸν πεντακισχιλίους. Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Καρχηδονίων διαπρεσβευσαμένων καὶ πολλὰ δεηθέντων, συνεχώρησεν αὐτοῖς τὴν εἰρήνην, ὥστε τὰς μὲν Ἑλληνίδας πόλεις ἁπάσας ἐλευθέρας εἶναι, τὸν δὲ Ἅλυκον καλούμενον ποταμὸν ὅριον εἶναι τῆς ἑκατέρων ἐπικρατείας· μὴ ἐξεῖναι δὲ Καρχηδονίοις βοηθῆσαι τοῖς τυράννοις πολεμοῦσι πρὸς Συρακοσίους. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν μὲν Ἱκέταν καταπολεμήσας ἔθαψε, τοὺς δ' ἐν Αἴτνῃ Καμπανοὺς ἐκπολιορκήσας διέφθειρε. Καὶ Νικόδημον μὲν τὸν Κεντοριπίνων τύραννον καταπληξάμενος ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως, Ἀπολλωνιάδην δὲ τὸν Ἀγυριναίων δυνάστην παύσας τῆς τυραννίδος, τοὺς ἐλευθερωθέντας Συρακοσίους ἐποίησε.

quod aureis et argenteis poculis aliisque magni pretii ornamentis pro opulentiæ suæ magnitudine Carthaginienses abundarent; quidquid tamen hujus erat, id totum in fortitudinis præmium militibus concessit. (2) Qui discrimen pugnæ evaserant Carthaginienses, ægre se Lilybæum receperunt, eo pavoris ac consternationis redacti, ut nec naves ingredi Africamque repetere, veluti jam propter offensam deorum a mari Libyco absorbendi, auderent. (3) Tam fœdæ calamitatis nuntius Carthaginem allatus majorem in modum animos illorum fregit, et primo quoque tempore cum exercitu Timoleontem ad opprimendos sese venturum existimarunt. Quare confestim Gesconi, Hannonis filio, ex exilio revocato, quod animi promtitudine et rei bellicæ præstare videbatur, ducis munus demandant. (4) Sed civium deinceps corpora discrimini bellorum permittere non consultum rati, ex aliis gentibus, maximeque Græcis, militem stipendio conducere statuunt, nihil dubitantes, quin ob divitias Carthaginiensium et mercedis amplitudinem plurimi se ad hanc militiam aggregaturi essent. Idoneos etiam in Siciliam legatos mittunt, cum mandatis, ut quibus possent conditionibus pacem instaurarent.

LXXXII. Post exitum hujus anni archontis nomine Athenis præerat Lysimachides, Romanæ vero reipublicæ consulari potestate Q. Servilius et Marcius Rutilus; quum Timoleon Syracusas regressus ante omnia mercenarios omnes, qui a fide illius signisque auctore Thrasio discesserant, tanquam proditores urbe expulit. (2) Qui in Italiam transportati, oppidum quoddam maritimum in Brutiis occupatum diripuere. Quam insolentiam Brutii non ferendam rati, magnum illico exercitum in eos duxerunt, expugnatoque oppido, universos contrucidarunt. Tam calamitosum exitum Timoleontis defectores, velut improbitatis suæ præmium, sortiti fuerunt. (3) Hinc Postumium Tyrrhenum, qui duodecim navibus prædatoriis mare infestum navigantibus habebat, Syracusas amici nomine ingressum comprehendit et capitali supplicio affecit. Omni tum etiam humanitate complectitur quinque millia hominum, quos ad novas occupandum sedes Corinthii transmiserant. Posteaquam vero per legatos pacem Carthaginienses multis ab eo precibus expetiverunt; his illam pactis concessit, ut universas Græci nominis urbes libertate sua frui sinerent, Halycusque amnis provincias utrinque disterminaret, nec tyrannis deinceps contra Syracusanos auxilia suppeditare Carthaginiensibus liceret. (4) Hicetam exinde bello domitum sepultura dignatus est (*supplicio affecit?*), et Campanos, expugnata Ætna, delevit. Nicodemum quoque Centoripinorum tyrannum, adeo perterrefecit, ut ex urbe profugeret. Tum Apolloniaden, qui pro Agyrinæorum principe ac domino se gerebat, dominatu se abdicare coegit, et populum in libertatem vindicatum Syracusana civitate donat. Omnibus denique ty-

Καθόλου δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους ῥιζολογήσας, καὶ τὰς πόλεις ἐλευθερώσας, εἰς τὴν συμμαχίαν προςεδέξατο. (5) Κηρύξαντος δ' αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διότι οἱ Συρακόσιοι διδόασι χώραν καὶ οἰκίας τοῖς βουλομένοις μετέχειν τῆς ἐν Συρακούσαις πολιτείας, πολλοὶ πρὸς τὴν κληρουχίαν Ἕλληνες ἀπήντησαν· τέλος δὲ οἰκήτορες ἀπεδείχθησαν εἰς μὲν τὴν Συρακοσίαν τὴν ἀδιαίρετον τετρακιςμύριοι, εἰς δὲ τὴν Ἀγυριναίαν μύριοι διὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος τῆς χώρας. (6) Εὐθὺς δὲ καὶ τοὺς προϋπάρχοντας νόμους ἐν ταῖς Συρακούσαις, οὓς συνέγραψε Διοκλῆς, διώρθωσε. Καὶ τοὺς μὲν περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων ἢ κληρονομιῶν εἴασεν ἀμεταθέτους, τοὺς δὲ περὶ τῶν δημοσίων νενομοθετημένους πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ὥς ποτ' ἐδόκει συμφέρειν διώρθωσεν. (7) Ἐπιστάτης δ' ἦν καὶ διορθωτὴς τῆς νομοθεσίας Κέφαλος ὁ Κορίνθιος, ἀνὴρ ἐν παιδείᾳ καὶ συνέσει δεδοξασμένος. Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος τοὺς μὲν Λεοντίνους εἰς Συρακούσας μετῴκισεν, εἰς δὲ τὴν Καμαριναίαν οἰκήτορας προσθεὶς ἐπηύξησε τὴν πόλιν.

LXXXIII. Καθόλου δὲ πάντα τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν εἰρηνικῶς καταστήσας, ἐποίησε τὰς πόλεις ταχὺ λαβεῖν πολλὴν αὔξησιν πρὸς εὐδαιμονίαν. Ἐκ πολλοῦ γὰρ χρόνου διὰ τὰς στάσεις καὶ τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, ἔτι δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐπανισταμένων ἀεὶ τυράννων, αἱ μὲν πόλεις ἔρημοι τῶν οἰκητόρων ἦσαν, αἱ δὲ χῶραι διὰ τὴν ἀργίαν ἐξηγριῶντο καὶ καρπῶν ἡμέρων ἄφοροι καθειστήκεισαν· τότε δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιπολασάντων οἰκητόρων καὶ διὰ τὴν πολυχρόνιον ἐπιγεγενημένην εἰρήνην ἐξημερωθεῖσαι ταῖς ἐργασίαις, πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐξήνεγκαν καρπούς. Τούτους δ' οἱ Σικελιῶται λυσιτελῶς πιπράσκοντες τοῖς ἐμπόροις, ταχὺ προςανέδραμον ταῖς οὐσίαις. (2) Τοιγαροῦν διὰ τὴν ἐκ τούτων εὐπορίαν πολλὰ καὶ μεγάλα κατεσκευάσθη κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀναθήματα, ἐν μὲν ταῖς Συρακούσαις ὁ κατὰ τὴν Νῆσον οἶκος ὁ ἑξηκοντάκλινος ὀνομαζόμενος, τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἔργων ὑπεραίρων τῷ μεγέθει καὶ τῇ κατασκευῇ, ὃν κατεσκεύασε μὲν Ἀγαθοκλῆς ὁ δυνάστης, διὰ δὲ τὸ βάρος τῶν ἔργων ὑπεραίρων τοὺς τῶν θεῶν ναούς, ἐπισημασίας ἔτυχεν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου κεραυνωθείς, οἵ τε παρὰ τὸν μικρὸν λιμένα πύργοι, τὰς μὲν ἐπιγραφὰς ἔχοντες ἐξ ἑτερογενῶν λίθων, σημαίνοντες δὲ τὴν τοῦ κατασκευάσαντος αὐτοὺς προςηγορίαν Ἀγαθοκλέους, ὁμοίως δὲ τούτοις μικρὸν ὕστερον ὑπὸ Ἱέρωνος τοῦ βασιλέως τό τε κατὰ τὴν ἀγορὰν Ὀλύμπιον, καὶ ὁ πλησίον τοῦ θεάτρου βωμός, τὸ μὲν μῆκος ὢν σταδίου, τὸ δ' ὕψος καὶ πλάτος ἔχων τούτῳ κατὰ λόγον. (3) Ἐν δὲ ταῖς ἐλάττοσι πόλεσιν, ἐν αἷς ἡ τῶν Ἀγυριναίων καταριθμεῖται, μετασχοῦσα τῆς τότε κληρουχίας διὰ τὴν προειρημένην ἐκ τῶν καρπῶν εὐπορίαν, θέατρον μὲν κατεσκεύασε μετὰ τὸ τῶν Συρακοσίων κάλλιστον τῶν κατὰ Σικελίαν, θεῶν τε ναοὺς καὶ βουλευτήριον καὶ ἀγοράν, ἔτι δὲ πύργων ἀξιολόγων κα-

rannis per insulam exstirpatis, civitates ab illis oppressas liberavit, et societatis fœdere sibi adstrinxit. (5) Hinc præconis voce per universam Græciam proclamari jussit, Syracusanos agros domosque se offerre omnibus, qui reipublicæ Syracusanæ membra fieri cupiant. Quo factum ut plurimi e Græcia ad sortitionem convolarent. Tandem in Syracusanorum agrum, sorti divisionis nondum subjectum, quadragies mille, in Agyrinensem, quod ager ibi amplissimus et singularis regionis amœnitas esset, decies mille coloni designantur. (6) Mox etiam veteres leges Syracusanorum, a Diocle scriptas corrigendas sibi proposuit. Quæ privatarum rerum contractus aut hereditates concernerent, in his nihil reformavit; quæ vero ad reipublicæ administrationem et commoda pertinerent, eas pro suo instituto, sicut expedire videbatur, emendavit. (7) Emendationi huic præfuit Cephalus, patria Corinthius, vir ab eruditione ac prudentia bonam famam consecutus. Hoc negotio perfunctus, Leontinos in civitatem Syracusanorum transtulit, et Camarinam, numero civium ampliatam, non parum auxit.

LXXXIII. Quid multa? dum omnia per Siciliam summa cum tranquillitate et pace ordinat ac constituit, brevi effecit ut civitates magnos ad felicitatem progressus haberent. Nam per dissidia bellaque intestina, quibus jam longo tempore Sicilia vexabatur, et per tyrannorum subinde excitatorum multitudinem, eo deventum erat, ut urbes habitatoribus vacuæ, agri, cessante cultura, vasti sterilesque et mansuetorum fructuum expertes jacerent. Quum vero colonorum frequentia tunc increbresceret, et diuturna pax per omnia vigeret, ager passim operantium studio excultus varios omnis generis fructus edere cœpit: quibus magno cum emolumento mercatoribus venumdatis, mirum in modum brevi opes suas cumularunt. (2) Quæ rerum abundantia in causa fuit, ut magnificæ passim ædificationes in honorem deorum per illam ætatem instituerentur: ut domus Syracusis in Insula, quæ a sexaginta lectis cognomentum accepit, cuncta per Siciliam opera magnitudine et structura superans; quam princeps Agathocles eduxit, sed quia deorum templa ex alto despiceret, manifesta numinis indignatione fulmine cœlesti tacta fuit. Deinde turres ad minorem portum, quarum inscriptiones diversi generis continentur saxis, et nomen Agathoclis, qui illas exstruxit, præ se ferunt. Huc accedunt conditum non longo tempore post ab Hierone rege Olympium in foro, et prope theatrum ara, per stadii longitudinem excurrens, altitudinis vero et latitudinis proportione illi respondens. (3) In minoribus porro oppidis, quibus Agyrinæorum urbs accensetur, quæ ob dictam frugum abundantiam novos etiam ipsa colonos ad divisionem agrorum recepit, theatrum, post Syracusanum omnium tota Sicilia pulcherrimum, deorumque fana et curiam et forum, turres præterea magnifici

κατασκευὰς καὶ τάφους πυραμίδων πολλῶν καὶ μεγάλων διαφόρων ταῖς φιλοτεχνίαις.

LXXXIV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χαρώνδου τὴν ὕπατον ἀρχὴν διεδέξαντο Λεύκιος Αἰμίλιος καὶ Γάϊος Πλώτιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Φίλιππος ὁ βασιλεὺς τοὺς πλείστους τῶν Ἑλλήνων εἰς φιλίαν προηγμένος ἐφιλοτιμεῖτο καὶ τοὺς Ἀθηναίους καταπληξάμενος ἀδήριτον ἔχειν τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος. (2) Διόπερ ἄφνω καταλαβόμενος Ἐλάτειαν πόλιν, καὶ τὰς δυνάμεις εἰς ταύτην ἀθροίσας, διέγνω πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. Ἀπαρασκεύων δ' ὄντων αὐτῶν διὰ τὴν συντεθειμένην εἰρήνην, ἤλπιζε ῥᾳδίως περιποιήσασθαι τὴν νίκην· ὅπερ καὶ συνετελέσθη. Καταληφθείσης γὰρ τῆς Ἐλατείας, ἧκόν τινες νυκτὸς ἀπαγγέλλοντες τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως, καὶ διότι ταχέως ἥξει Φίλιππος μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Ἀττικήν. (3) Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων διὰ τὸ παράδοξον τῆς πράξεως καταπλαγέντες τούς τε σαλπιγκτὰς μετεπέμποντο καὶ σημαίνειν προσέταττον δι' ὅλης τῆς νυκτός. Τῆς δὲ φήμης εἰς πᾶσαν οἰκίαν διαδοθείσης, ἡ μὲν πόλις ὀρθὴ διὰ τὸν φόβον ἦν, ὁ δὲ δῆμος ἅπας ἅμ' ἡμέρᾳ συνέδραμεν εἰς τὸ θέατρον πρὸ τοῦ συγκαλέσαι τοὺς ἄρχοντας, ὡς ἦν ἔθος. (4) Ὡς δ' ἧκον οἱ στρατηγοὶ καὶ τὸν μηνύσαντα παρῆγον κἀκεῖνος εἶπε, σιωπὴ μὲν καὶ φόβος κατεῖχε τὸ θέατρον, καὶ τῶν εἰωθότων δημηγορεῖν οὐδεὶς ἐτόλμα συμβουλεῦσαι· πλεονάκις δὲ τοῦ κήρυκος καλέσαντος τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας, οὐδεὶς παρῄει σύμβουλος. (5) Ἀπορίας οὖν μεγάλης οὔσης καὶ καταπλήξεως, ἀπέβλεπε τὸ πλῆθος ἐπὶ τὸν Δημοσθένην. Ὁ δὲ καταβὰς καὶ τὸν δῆμον παρακαλέσας θαῤῥεῖν, ἀπεφαίνετο δεῖν παραχρῆμα πρέσβεις ἀποστέλλειν εἰς τὰς Θήβας καὶ παρακαλεῖν τοὺς Βοιωτοὺς κοινῇ τὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγῶνα τίθεσθαι· πρὸς γὰρ τοὺς ἄλλους συμμάχους ὁ καιρὸς οὐ συνεχώρει πέμπειν πρεσβείας περὶ τῆς συμμαχίας. Ἐν ἡμέραις γὰρ δυσὶ προσδόκιμος ἦν ὁ βασιλεὺς ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικήν, καὶ τῆς ὁδοιπορίας οὔσης διὰ τῆς Βοιωτίας, ἡ παρὰ τῶν Βοιωτῶν συμμαχία μόνη κατελείπετο, φανεροῦ γ' ὄντος ὅτι Φίλιππος, φίλος ὢν καὶ σύμμαχος Βοιωτοῖς, τούτους ἐν παρόδῳ πειράσεται παραλαβεῖν εἰς τὸν κατ' Ἀθηναίων πόλεμον.

LXXXV. Τοῦ δὲ δήμου τὸν λόγον ἀποδεξαμένου, καὶ τοῦ περὶ τῆς πρεσβείας ψηφίσματος ὑπὸ Δημοσθένους γραφέντος, ὁ μὲν δῆμος ἐζήτει τὸν δυνατώτατον εἰπεῖν· ὁ δὲ Δημοσθένης ὑπήκουσε προθύμως πρὸς τὴν χρείαν. Τέλος δ' ὀξέως πρεσβεύσας καὶ πείσας ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας. Ὁ δὲ δῆμος τῇ τῶν Βοιωτῶν συμμαχίᾳ διπλασιάσας τὴν προϋπάρχουσαν δύναμιν, ἐνεθάῤῥησε ταῖς ἐλπίσιν. (2) Εὐθὺς δὲ καὶ στρατηγοὺς κατέστησε τοὺς περὶ Χάρητα καὶ Λυσικλέα, καὶ πανδημεὶ μετὰ τῶν ὅπλων ἐξέπεμψε τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν Βοιωτίαν. Τῶν δὲ νέων ἁπάντων προθύμως εἰς τὸν ἀγῶνα καταντώντων, οὗτοι μὲν κατὰ σπουδὴν ὁδοιπορήσαντες ἧκον εἰς Χαιρώνειαν τῆς Βοιωτίας· οἱ

operis, et monumentorum sepulcralium pyramides ingenti mole eximiaque arte spectandas excitavit.

LXXXIV. Postquam Athenis Charondas (?) ad munus archontis, et Romæ L. Æmilius et C. Plotius ad consulare imperium delecti erant, Philippus Macedoniæ rex, jam plerisque Græcorum in amicitiam pellectis, id omni contentione deinceps agebat, ut perculsis Atheniensibus imperium Græciæ absque controversia obtineret. (2) Quapropter Elateam subito occupat, et evocatis illuc copiis, bellum Atheniensibus inferre constituit, victoriam facile adepturum se sperans, quod propter pacis fœdus ad bellum imparati essent. Id quod etiam evenit. Nam capta Elatea, quidam noctu Athenas advolant, Elateam in Macedonum potestate jam esse et Philippum cum omnibus statim copiis in Atticam venturum nuntiantes. (3) Atheniensium præfecti, re inopinata consternati, tubicines ad se accitos per totam noctem classicum sonare jubent. Fama itaque celeriter per omnes ædes divagata, cives arrectos metu animos habebant. Quum primum vero illuxit, populus, antequam a magistratu, ut solemne erat, vocaretur, in theatrum concurrit. (4) Quo quum prætores, adducto secum indice, venissent, isque rem exposuisset, silentium et pavor theatrum occupat, nec cui illorum, qui ad populum agere solebant, aliquid ad consulendum animi subest. Et licet præco identidem, qui de omnium salute verba facerent, evocaret, nemo tamen, qui aliquid consilii proferret, comparebat. (5) In summa igitur consilii inopia et trepidatione multitudo in Demosthenem oculos convertit: qui in medium progressus, ad firmitatem animorum populum exhortatur, et quamprimum Thebas mittendos esse legatos ostendit, qui Bœotos commune pro libertate omnium certamen una cum ipsis adire exhortentur. A ceteris enim confœderatis auxilia petere temporis angustia non patiebatur, quod intra spatium bidui rex Atticam ingressurus videretur: quumque per Bœotiam iter faceret, unicum a Bœotis auxilium restabat. Nec dubium erat quin Philippus, amicitia et fœdere cum Bœotis conjunctus, eosdem in transitu ad bellum Atheniensibus inferendum sollicitaturus esset.

LXXXV. Placet hæc sententia populo, ac statim auctore Demosthene de mittenda legatione plebiscitum scribitur; sed qui facundia maxime polleat, ad munus hoc obeundum quæritur. Ad quod Demosthenes facilem invitantibus sese præbens, summa celeritate pergit, Bœotis persuadet, Athenas redit. Populus ergo, duplo majoribus copiis, quam prius habuerant, per accessionem Bœotorum instructus, animum rursus ad bonas spes erexit. (2) Mox etiam duces bello Charetem et Lysiclem præfecit, et cum toto agmine in Bœotiam contendere jubet. Omnes, quos tunc florida ætate civitas Attica habebat, mira animorum promtitudine sese ad militiam hanc obtulerant. Ideo raptim confecto itinere Chæroneam Bœotiæ pervenere. Quorum

δὲ Βοιωτοὶ θαυμάσαντες τὴν ὀξύτητα τῆς τῶν Ἀθηναίων παρουσίας, καὶ αὐτοὶ σπουδῆς οὐδὲν ἐλλείποντες ἀπήντησαν μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ κοινῇ στρατοπεδεύσαντες ὑπέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. (3) Φίλιππος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Βοιωτῶν πρέσβεις, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος Πύθων. Οὗτος γὰρ διαβεβοημένος ἐπὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι, καὶ συγκριθεὶς παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς κατὰ τὴν περὶ τῆς συμμαχίας δημηγορίαν πρὸς Δημοσθένην, τῶν μὲν ἄλλων ἐπρώτευσε, τούτου δὲ ἐφάνη καταδεέστερος. (4) Καὶ Δημοσθένης δὲ αὐτὸς ὡς μέγα τι κατειργασμένος ἐν τοῖς συγγεγραμμένοις ὑπ' αὐτοῦ λόγοις σεμνύνεται τῇ πρὸς τὸν ῥήτορα τοῦτον δημηγορίᾳ ἐν οἷς λέγει « Τότ' ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐχ ὑπεχώρησα. » (5) Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Φίλιππος, ἀποτυχὼν τῆς τῶν Βοιωτῶν συμμαχίας, οὐδὲν ἧττον ἔκρινε πρὸς ἀμφοτέρους διαγωνίσασθαι· διὸ καὶ προςαναμείνας τοὺς ἀφυστεροῦντας τῶν συμμάχων ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἔχων πεζοὺς μὲν πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππεῖς δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων. (6) Ἀμφοτέρων δὲ πρὸς τὴν μάχην εὐτρεπῶν γενομένων, τοῖς μὲν φρονήμασι καὶ ταῖς προθυμίαις ἔτι δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις ἐφάμιλλοι καθειστήκεισαν, τῷ δὲ πλήθει καὶ τῇ κατὰ τὴν στρατηγίαν ἀρετῇ προεῖχεν ὁ βασιλεύς. (7) Πολλὰς γὰρ καὶ ποικίλας παρατάξεις ἠγωνισμένος, καὶ ἐν ταῖς πλείσταις μάχαις νενικηκώς, μεγάλην εἶχεν ἐμπειρίαν τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. Παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ μὲν ἀγαθώτατοι τῶν στρατηγῶν ἐτετελευτήκεισαν, Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας, ἔτι δὲ Τιμόθεος, τῶν δ' ὑπολελειμμένων Χάρης πρωτεύων οὐδὲν διέφερε τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν κατὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἐνέργειαν καὶ βουλήν.

LXXXVI. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῶν δυνάμεων ἐκταττομένων, ὁ μὲν βασιλεὺς τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον, ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν ὄντα, διάδηλον δὲ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς ἐνεργείας ἔχοντα, κατέστησεν ἐπὶ θάτερον τῶν κεράτων, παρακαταστήσας αὐτῷ τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἀξιολογωτάτους· αὐτὸς δὲ τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὴν ἡγεμονίαν εἶχε τοῦ ἑτέρου μέρους, καὶ τὰς κατὰ μέρος τάξεις οἰκείως τοῖς παροῦσι καιροῖς διεκόσμησεν. (2) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι κατ' ἔθνος τὴν διαίρεσιν τῆς τάξεως ποιησάμενοι τοῖς μὲν Βοιωτοῖς τὸ ἕτερον μέρος παρέδωκαν, αὐτοὶ δὲ τοῦ λοιποῦ τὴν ἡγεμονίαν εἶχον. Γενομένης δὲ μάχης καρτερᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ πολλῶν πιπτόντων παρ' ἀμφοτέροις, μέχρι μὲν τινος ὁ ἀγὼν ἀμφιδοξουμένας εἶχε τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Ἀλεξάνδρου φιλοτιμουμένου τῷ πατρὶ τὴν ἰδίαν ἀνδραγαθίαν ἐνδείξασθαι, καὶ φιλοτιμίας ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντος, ὁμοίως δὲ καὶ πολλῶν αὐτῷ συναγωνιζομένων ἀνδρῶν ἀγαθῶν, πρῶτος τὸ συνεχὲς τῆς τῶν πολεμίων τάξεως ἔῤῥηξε, καὶ πολλοὺς καταβαλών, κατεπόνει τοὺς καθ' ἑαυτὸν τεταγμένους. (4) Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν παραστατῶν αὐτῷ ποιησάντων, τὸ συνεχὲς ἀεὶ τῆς τά-

celeritatem Bœoti demirati, nihil diligentiæ etiam ipsi reliquum fecerunt, sumtisque armis obviam Atheniensibus progressi, et castris ipsorum adunati, hostis adventum exspectarunt. (3) Philippus autem initio legatos ad concilium Bœotorum miserat, inter quos nobilissimus erat Python. Hunc enim tam celebrem dicendi facultas reddiderat, ut in concione de societate ipsi Demostheni opponeretur: ubi ceteris quidem præstantior, Demosthene autem inferior habitus est. (4) Quid? quod Demosthenes ipse in quadam orationum a se compositarum, ac si rem magnam confecisset, de sermone contra oratorem istum habito gloriatur his verbis: « Tunc ego Pythoni confidenter agenti, quum veluti torrente verborum vos obrueret, nequaquam cessi. » (5) Quamquam vero societatem Bœotorum non obtinuerat Philippus, nihilominus tamen cum utrisque armis disceptare constituit. Ideo exspectatis prius quæ sequebantur auxiliis, Bœotiam ingreditur, peditatum triginta millibus haud minorem, nec infra bis mille equites ducens. (6) Exercitus uterque ad pugnam erat paratissimus, spiritu quidem et promtitudine animorum, nec non virtute, alter alteri nihil concedens: sed militum numero et belli administrandi scientia rex longe præstabat. (7) Is enim variis in bellis, collatis cum hoste signis, dimicaverat, et ut plurimum victoria potitus, magnam sibi rei bellicæ experientiam comparaverat. Atheniensium contra optimi duces, Iphicrates, Chabrias, Timotheus, ultimum jam diem obierant: reliquorum omnium princeps Chares imperatoria strenuitate consilioque a vulgari et gregario milite nihil differebat.

LXXXVI. Sub ortum ergo lucis acies utrinque expediri cœpit. Rex filium Alexandrum, pubertatis annos ingressum, qui virtutis et acrimoniæ in rebus peragendis manifesta jam tum documenta præbuerat, unum cornu regere jubet, ducibus, quos tum selectissimos habere licuit, illi attributis. Ipse cum delecto militum robore alterum tenens cornu, ordines, prout temporis ratio exigeret, suo quemque loco, disponit. (2) Athenienses pro gentium diversitate series aciei distribuunt, et permisso Bœotis altero cornu, ipsi reliquum administrant. Atrox tunc prœlium ad longum tempus conseritur, et magna fit utrinque strages, victoriæ spe in neutram inclinente partem: (3) donec Alexander, patri fortitudinis suæ specimen exhibendi tanto studio contendens, ut nihil reliquum faceret, viris strenuissimis conatum ejus adjuvantibus, primus vicinam hostium aciem perrupit, multisque prostratis, oppositos sibi defatigavit. (4) Idem quum adstites quoque facerent, proximi ordines dirupti sunt. Post magnas tandem strues cadave-

ξεως παρεῤῥήγνυτο. Πολλῶν δὲ σωρευομένων νεκρῶν, οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον πρῶτοι βιασάμενοι τοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἐτρέψαντο. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς προκινδυνεύων, καὶ τῆς νίκης τὴν ἐπιγραφὴν οὐδ' αὐτῷ παραχωρῶν Ἀλεξάνδρῳ, τὸ μὲν πρῶτον ἐξέωσε τῇ βίᾳ τοὺς ἀντιτεταγμένους, ἔπειτα δὲ καὶ φεύγειν συναναγκάσας αἴτιος ἐγένετο τῆς νίκης. (5) Τῶν δ' Ἀθηναίων ἔπεσον μὲν ἐν τῇ μάχῃ πλείους τῶν χιλίων, ἥλωσαν δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων. (6) Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Βοιωτῶν πολλοὶ μὲν ἀνῃρέθησαν, οὐκ ὀλίγοι δὲ ἐζωγρήθησαν. Μετὰ δὲ τὴν μάχην ὁ Φίλιππος τρόπαιον στήσας, καὶ τοὺς νεκροὺς εἰς ταφὴν συγχωρήσας, ἐπινίκια τοῖς θεοῖς ἔθυσε καὶ τοὺς ἀνδραγαθήσαντας κατὰ τὴν ἀξίαν ἐτίμησε.

LXXXVII. Λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ παρὰ τὸν πότον πολὺν ἐμφορησάμενος ἄκρατον καὶ μετὰ τῶν φίλων τὸν ἐπινίκιον ἄγων κῶμον διὰ μέσων τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν ὑβρίζων διὰ λόγων τὰς τῶν ἀκληρούντων δυστυχίας· Δημάδην δὲ τὸν ῥήτορα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ὄντα χρήσασθαι παῤῥησίᾳ, καὶ λόγον ἀποφθέγξασθαι δυνάμενον ἀναστεῖλαι τὴν τοῦ βασιλέως ἀσέλγειαν. (2) Φασὶ γὰρ εἰπεῖν αὐτόν, Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοι περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου; τὸν δὲ Φίλιππον τῇ τῆς ἐπιπλήξεως εὐστοχίᾳ κινηθέντα τοσοῦτο μεταβαλεῖν τὴν ὅλην διάθεσιν, ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀποῤῥῖψαι, τὰ δὲ συνακολουθοῦντα κατὰ τὸν κῶμον σύμβολα τῆς ὕβρεως ἀποτρίψασθαι, τὸν δ' ἄνδρα τὸν χρησάμενον τῇ παῤῥησίᾳ θαυμάσαι καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολύσαντα πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν ἐντίμως. (3) Τέλος δ' ὑπὸ τοῦ Δημάδου καθομιληθέντα ταῖς Ἀττικαῖς χάρισι πάντας ἀπολῦσαι τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων, καθόλου δ' ἀποθέμενον τὴν ἐκ τῆς νίκης ὑπερηφανίαν, πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ συνθέσθαι πρὸς αὐτοὺς φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν, εἰς δὲ τὰς Θήβας φρουρὰν ἐγκαταστήσαντα συγχωρῆσαι τὴν εἰρήνην τοῖς Βοιωτοῖς.

LXXXVIII. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μετὰ τὴν ἧτταν Λυσικλέους μὲν τοῦ στρατηγοῦ θάνατον κατέγνωσαν, Λυκούργου τοῦ ῥήτορος κατηγορήσαντος. Οὗτος γὰρ τῶν τότε ῥητόρων μέγιστον ἔχων ἀξίωμα, καὶ δώδεκα μὲν ἔτη τὰς προσόδους τῆς πόλεως διοικήσας ἐπαινουμένως, βίον δ' ἐζηκὼς ἐπ' ἀρετῇ περιβόητον, πικρότατος ἦν [ἐν τοῖς λόγοις] κατήγορος. (2) Γνοίη δ' ἄν τις αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀξίαν καὶ πικρίαν ἐν οἷς τοῦ Λυσικλέους κατηγορῶν λέγει, « Ἐστρατήγεις, ὦ Λύσικλες, καὶ χιλίων μὲν πολιτῶν τετελευτηκότων, δισχιλίων δ' αἰχμαλώτων γεγονότων, τροπαίου δὲ κατὰ τῆς πόλεως ἑστηκότος, τῆς δ' Ἑλλάδος ἁπάσης δουλευούσης, καὶ τούτων ἁπάντων γεγενημένων σοῦ ἡγουμένου καὶ στρατηγοῦντος, τολμᾷς ζῆν καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλειν, ὑπόμνημα γεγονὼς αἰσχύνης καὶ ὀνείδους τῇ πατρίδι; » (3) Ἴδιον δέ τι συνέβη γενέσθαι κατὰ τοὺς ὑποκειμένους χρόνους. Καθ'

rum ea parte excitatas adversos sibi primus in fugam Alexander vertit. Nec minus rex ipse, in prima acie dimicans, ne filio quidem Alexandro victoriæ titulum concedens, objectum sibi agmen primo statione sua depulit, eoque in fugam conjecto, victoriæ dein auctor exstitit. (5) Atheniensium hoc prœlio mille ac plures cecidere, nec pauciores duobus millibus capti sunt. (6) Magna pariter Bœotorum multitudo interemta est, nec exigua in manus hostium venit. Ab hac pugna tropæum Philippus statuit, et concessis ad sepulturam mortuis, de reportata victoria sacrum diis fecit, et qui viros sese fortes præbuerant, pro merito cujusque honoravit.

LXXXVII. Sunt qui tradant, Philippum, quum post largum meri potum ostentandæ victoriæ causa cum amicis comessationem instituisset, per mediam captivorum turbam incessisse, verbisque contumeliosis adversæ fortunæ casum miseris exprobrasse. Ibi Demadem oratorem, qui captivorum in grege tunc erat, orationis libertate usum, verbum coercendæ regis petulantiæ accommodatum enuntiasse. (2) Ad hunc vero modum locutus fertur : Quando personam Agamemnonis fortuna tibi, rex, induit, Thersitæ facta repræsentare nonne te pudet? Hac increpationis sollertia motum Philippum usque adeo totum priorem habitum immutavisse, ut non solum abjectis corollis, adjuncta comessationi petulantiæ signa procul facessere jussisset, sed virum etiam, qui liberius ipsum reprehendisset, admiratum captivitate liberatum honorifico deinceps loco apud se habuisset. (3) Gratiis ergo Atticis per Demadæ familiaritatem delibutum, captivos omnes absque pretio liberos dimisisse. Ac deposita tandem, quæ victoriæ comes est, superbia, missis ad populum Atheniensem legatis, amicitiæ et societatis fœdus cum ipsis renovasse : impositoque Thebis præsidio, pacem Bœotorum genti concessisse.

LXXXVIII. Hanc cladem passi Athenienses Lysicli, summo belli præfecto, capitale supplicium irrogarunt, Lycurgo ipsum accusante, qui maximam inter ejus ætatis oratores dignitatem habebat, et vectigalia civitatis viginti annos multa cum laude administrarat, vitamque cum summa virtutis gloria exegerat; sed acerbissimus omnium accusator erat. (2) Orationum ejus dignitatem et amaritiem vel ex his verbis, quibus in accusatione Lysiclis utitur, conjeceris : « Belli prætor fuisti, o Lysicles; et quamvis civium mille occubuerint, bis mille captivitatem subierint, tropæum ad urbis hujus ignominiam sit excitatum, universæ Græciæ jugum servitutis injectum; et hæc tandem, te duce, te summo belli imperatore, acciderint; vivere tamen audes, solisque jubar intueri sustines, et in forum prodire non erubescis, patriæ tuæ dedecoris pudendi et opprobrii monumentum? » (3) Singulare quidpiam hac tempestate evenit. Quando enim ad Chæroneam depu-

ὃν γὰρ καιρὸν ἡ περὶ τὴν Χαιρώνειαν ἐγένετο μάχη, ἑτέρα παράταξις συνέστη κατὰ τὴν Ἰταλίαν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ, διαπολεμούντων μὲν Ταραντίνων πρὸς Λευκανούς, συναγωνιζομένου δὲ τοῖς Ταραντίνοις Ἀρχιδάμου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως, ὅτε συνέβη καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀρχίδαμον. (4) Οὗτος μὲν οὖν ἦρξε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία καὶ εἴκοσι, τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἄγις ἦρξεν ἔτη ἐννέα. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Τιμόθεος ὁ τῆς Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ τύραννος ἐτελεύτησε δυναστεύσας ἔτη πεντεκαίδεκα, τὴν δὲ τυραννίδα διαδεξάμενος ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος ἦρξεν ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα.

LXXXIX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φρυνίχου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Τίτον Μάλλιον Τορκουᾶτον καὶ Πόπλιον Δέκιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Φίλιππος ὁ βασιλεὺς πεφρονηματισμένος τῇ περὶ Χαιρώνειαν νίκῃ, καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πόλεις καταπεπληγμένος, ἐφιλοτιμεῖτο γενέσθαι πάσης τῆς Ἑλλάδος ἡγεμών. (2) Διαδοὺς δὲ λόγον ὅτι βούλεται πρὸς Πέρσας ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων πόλεμον ἄρασθαι, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτῶν δίκας ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ἱερὰ γενομένης παρανομίας, ἰδίους τοὺς Ἕλληνας ταῖς εὐνοίαις ἐποιήσατο. Φιλοφρονούμενος δὲ πρὸς ἅπαντας, καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσιν ἀπεφαίνετο βούλεσθαι διαλεχθῆναι περὶ τῶν συμφερόντων. (3) Διόπερ ἐν Κορίνθῳ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου συναχθέντος, διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου, καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποθείς, προετρέψατο τοὺς συνέδρους εἰς πόλεμον. Τέλος δὲ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένων αὐτὸν στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῆς Ἑλλάδος, μεγάλας παρασκευὰς ἐποιεῖτο πρὸς τὴν ἐπὶ τοὺς Πέρσας στρατείαν. Διατάξας δ' ἑκάστῃ πόλει τὸ πλῆθος τῶν εἰς συμμαχίαν στρατιωτῶν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν. Καὶ τὰ μὲν περὶ Φίλιππον ἐν τούτοις ἦν.

XC. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων ὁ Κορίνθιος ἅπαντα τοῖς Συρακοσίοις καὶ τοῖς Σικελιώταις κατωρθωκὼς ἐτελεύτησε, στρατηγήσας ἔτη ὀκτώ. Οἱ δὲ Συρακόσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν, μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτόν, καὶ κατὰ τὴν ἐκφορὰν ἀθροισθέντος τοῦ πλήθους, τόδε τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσεν ὁ δῆμος τῶν Συρακοσίων. Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον· τοῦτον δὲ θάπτειν ἀπὸ διακοσίων μνῶν, τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς καὶ ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας καὶ τὰς μεγίστας τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀνοικίσας αἴτιος ἐγενήθη τῆς ἐλευθερίας τοῖς Σικελιώταις. (2) Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀριοβαρζάνης μὲν ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι καὶ ἕξ, τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Μιθριδάτης ἦρξεν ἔτη πέντε πρὸς τοῖς τριάκοντα. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς Λατίνους καὶ Καμπανοὺς παραταξάμενοι περὶ πόλιν Σούεσσαν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλοντο. Ὁ δὲ κατωρθωκὼς τὴν μάχην Μάλλιος ὁ ὕπατος ἐθριάμβευσεν.

gnatum est, eadem die ac hora aliud in Italia certamen inter Tarentinos et Lucanos est commissum, in quo Archidamus Lacedæmoniorum rex, auxiliarem Tarentinis operam exhibens, oppetivit. (4) Lacedæmoniorum ille regnum per annos viginti tres administravit. (5) Successit ei filius Agis, novemque annos clavum tenuit. Per id tempus Timotheus, Heracleæ Ponticæ tyrannus, quindecimo principatus anno vita defunctus est: cui frater Dionysius successit, duosque et triginta annos dominatum illic obtinuit.

LXXXIX. Archontis magistratum Athenis Phrynichus, consularem Romæ T. Manlius Torquatus et P. Decius inierant, quum Philippus rex ob victoriam ad Chæroneam partam magnos gerens spiritus, postquam nobilissimis Græciæ urbibus pavorem injecerat, hoc omni studio agebat, ut totius Græciæ imperator deligeretur. (2) Fama igitur de se sparsa, quod Persis bellum inferre pro Græcorum emolumentis, et ob admissam in templa deorum impietatem vindictam de illis sumere in animo haberet, benevolentiam Græcorum sibi adjunxit. Quumque humanum ac liberalem omnibus privatim ac publice se exhiberet, civitatibus tandem se de commodis reipublicæ cum ipsis consultare velle denuntiavit. (3) Postquam igitur communis Græcorum senatus Corinthum convenerat, de bello contra Persas suscipiendo disserit, et præclaram de successu rei spem faciens, ad belli societatem concilium exhortatur. Ad extremum Græciæ totius imperator cum summa potestate creatus, magnificos in expeditionem Persicam apparatus facit, certoque militum auxiliariorum numero singulis urbibus indicto, in Macedoniam redit. Atque hoc modo Philippi res constitutæ erant.

XC. In Sicilia vero Timoleon, quum Siculorum juxta ac Syracusanorum rempublicam instaurasset, octavo administrationis suæ anno vivere desiit. Syracusani igitur, qui in magna hunc virum æstimatione habuerant, ob virtutem et beneficiorum magnitudinem magnificum ei funus adornant. Quod quum efferretur multitudine convocata, hoc decretum promulgatum est: Populus Syracusanus hunc Timoleontem Timæneti filium ducentarum minarum funere effert, honestavit autem in omne tempus certaminibus musicis, equestribus et gymnicis, quod debellatis Barbaris maximas Græcorum in Sicilia urbes deductis coloniis frequentavit, et libertatis Siculorum vindex exstitit. (2) Per idem tempus Ariobarzanes diem obiit, regni sui anno vicesimo sexto. Quem Mithridates in regno consecutus, triginta quinque annos regnavit. Tum Romani, acie cum Latinis et Campanis ad urbem Suessam [*Sinuessam*] congressi, victores abierunt, et parte agrorum victos mulctarunt. Manlius autem consul, cujus auspiciis res hoc prœlio bene gesta erat, triumphum egit.

XCI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Πυθοδώρου Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Ποπλίλιον καὶ Τιβέριον Αἰμίλιον Μάμερκον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη πρώτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Κλεόμαντις Κλειτόριος. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Φίλιππος ὁ βασιλεύς, ἡγεμὼν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καθεσταμένος καὶ τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον ἐνστησάμενος, Ἄτταλον μὲν καὶ Παρμενίωνα προαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν, μέρος τῆς δυνάμεως δοὺς καὶ προστάξας ἐλευθεροῦν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, αὐτὸς δὲ σπεύδων μετὰ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ἐπανελέσθαι τὸν πόλεμον, ἐπηρώτησε τὴν Πυθίαν εἰ κρατήσει τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν. Ἡ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ τόνδε τὸν χρησμόν·

Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύσων.

(3) Ὁ μὲν οὖν Φίλιππος, σκολιῶς ἔχοντος τοῦ χρησμοῦ, πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον ἐξεδέχετο τὸ λόγιον, ὡς τοῦ μαντείου προλέγοντος τὸν Πέρσην ἱερείου τρόπον τυθήσεσθαι· τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐσήμαινεν ἐν πανηγύρει καὶ θεῶν θυσίαις τὸν Φίλιππον ὥσπερ τὸν ταῦρον ἐστεμμένον σφαγήσεσθαι. (4) Οὐ μὴν ἀλλὰ δόξας συμμαχεῖν αὐτῷ τοὺς θεοὺς περιχαρὴς ἦν, ὡς τῆς Ἀσίας ὑπὸ Μακεδονίας ἐσομένης αἰχμαλώτου. Εὐθὺς οὖν θυσίας μεγαλοπρεπεῖς ἐπετέλει τοῖς θεοῖς, καὶ τῆς θυγατρὸς Κλεοπάτρας τῆς ἐξ Ὀλυμπιάδος συνετέλει γάμους, καὶ ταύτην Ἀλεξάνδρῳ συνῴκισε τῷ βασιλεῖ μὲν τῶν Ἠπειρωτῶν, ἀδελφῷ δὲ ὄντι γνησίῳ τῆς Ὀλυμπιάδος. (5) Ἅμα δὲ ταῖς τῶν θεῶν τιμαῖς, βουλόμενος ὡς πλείστους τῶν Ἑλλήνων μετασχεῖν τῆς εὐωχίας, ἀγῶνάς τε μουσικοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἐποίει καὶ λαμπρὰς ἑστιάσεις τῶν φίλων καὶ ξένων. (6) Διόπερ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος μετεπέμπετο τοὺς ἰδιοξένους, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις παρήγγειλε παραλαμβάνειν τῶν ἀπὸ τῆς ξένης γνωρίμων ὡς πλείστους. Σφόδρα γὰρ ἐφιλοτιμεῖτο φιλοφρονεῖσθαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας καὶ διὰ τὰς δεδομένας αὐτῷ τῆς ὅλης ἡγεμονίας τιμὰς προσηκούσαις ὁμιλίαις ἀμείβεσθαι.

XCII. Τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συῤῥεόντων, καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, οὐ μόνον κατ' ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐστεφάνωσαν αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιολόγων πόλεων αἱ πλείους, ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων. (2) Ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου τούτου διὰ τοῦ κήρυκος, τὸ τελευταῖον εἶπεν, « ἄν τις ἐπιβουλεύσας Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καταφύγῃ πρὸς Ἀθηναίους, παραδόσιμον εἶναι τοῦτον ». Διὰ δὲ τῆς αὐτοματιζούσης φήμης ὥσπερ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ διεσήμαινε τὸ δαιμόνιον τὴν ἐσομένην ἐπιβουλὴν εὐθὺς τῷ Φιλίππῳ. (3) Ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ ἕτεραί τινες ὥσπερ ἐνθεάζουσαι ἐγένοντο φωναὶ προδηλοῦσαι τὴν τοῦ βασιλέως καταστροφήν. Ἐν γὰρ τῷ βασιλικῷ πότῳ Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδός, πρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ, προστάξαντος αὐτῷ τοῦ Φιλίππου προενέγκασθαι τῶν ἐπιτετευγμένων ποιημάτων καὶ μάλιστα

XCI. Quum Pythodorus Atheniensis reipublicæ princeps esset, Romæque consulatu fungerentur Q. Publilius et Tiberius Æmilius Mamercus, Olympias acta est undecima supra centesimam, qua stadio vicit Cleomantis Clitorius. (2) Hoc anno Philippus, summus belli dux a Græcis factus, bellum Persicum inchoavit, atque Attalum et Parmenionem, cum parte copiarum et mandatis, ut urbes ibi Græcas liberarent, in Asiam præmisit. Ipse deorum consensu bellum suscipere studens, an victoriam de rege Persarum adepturus esset, Pythiam interrogavit. Quæ hujusmodi oraculum ipsi cecinit :

Serta gerit taurus, jamque adstat qui immolet illum.

(3) Id ambigue dictum ad suam Philippus utilitatem detorquebat, quasi Persam victimæ instar jugulatum iri fatidico carmine prædiceretur; sed rei veritas longe aliter se habebat, quum ex adverso significaretur, fore ut Philippus in frequenti hominum conventu sacroque deorum epulo, veluti taurus coronis redimitus, mactandus esset. (4) Interim deos sibi visus auxiliares habere, plurimum lætabatur, ac si jamjam Asiæ captivitatis jugum Macedones imposituri essent. Continuo igitur magnificum diis sacrificium instituens Cleopatræ, ex Olympiade sibi editæ, nuptias celebravit. Hanc Alexandro Epirotarum regi, qui germanus Olympiadis frater erat, in matrimonium dedit. (5) Præter deorum vero honores, quum convivio nuptiali quamplurimos Græcorum interesse cuperet, certamina musica conviviaque amicis et hospitibus excipiendis magnifico cum apparatu et splendore adornavit. (6) Ex universa igitur Græcia suos sibi hospites evocavit, et familiaribus suis injunxit, ut quamplurimos ipsis notos ex peregrinis locis arcesserent. In hoc enim maxime operam dabat, ut suam Græcis benevolentiam luculente testatam faceret, et pro delatis summi imperii honoribus per benignos hosce congressus gratiam illis retribueret.

XCII. Undique ergo ingens multitudo ad solemnitatem illam confluit: dumque nuptiæ et certamina Ægis Macedoniæ peraguntur, non tantum pro sese nobilissimi quique, sed etiam magni nominis urbes pleræque aureis coronis Philippum munerantur. In urbium numero Athenæ quoque erant. (2) Ibi dum coronam a populo missam præco voce clara commendat, ad finem annectit, « si quis post structas Philippo insidias Athenis receptum quærat, eum deditum iri. » Per hanc vocem fortuito prolatam, divina quadam providentia insidiarum jamjam imminens periculum deus Philippo denuntiavit. (3) Id genus etiam aliæ ceu divino quodam afflatu voces edebantur, quibus vitæ exitus regi portenderetur. Interfuit tunc convivio Neoptolemus tragœdus, magnitudine vocis et nominis celebritate facile primus. Hunc carminum quæ in mentem venirent, inprimis eorum,

τῶν ἀνηκόντων πρὸς τὴν κατὰ τῶν Περσῶν στρατείαν, ὁ μὲν τεχνίτης κρίνας οἰκεῖον ὑποληφθήσεσθαι τὸ ποίημα τῇ διαβάσει τοῦ Φιλίππου, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιπλῆξαι βουλόμενος τοῦ Περσῶν βασιλέως, καίπερ οὖσαν μεγάλην καὶ περιβόητον, ὅπως μεταπέσοι ποτὲ εἰς τοὐναντίον ὑπὸ τῆς τύχης, ἤρξατο λέγειν τόδε τὸ ποίημα·

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον
καὶ μεγάλων πεδίων ἀρούρας,
φρονεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι
δόμων δόμους, ἀφροσύνᾳ
πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι.
Ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπους
κέλευθον ἔργῳ σκοτίαν,
ἄφνω δ' ἄφαντος προςέβα
μακρὰς ἀφαιρούμενος ἐλπίδας
θνατῶν πολύμοχθος Ἅδας,

καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς συνεῖρε, πάντα πρὸς τὴν ὁμοίαν φερόμενα διάνοιαν. (4) Ὁ δὲ Φίλιππος ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖς ἀπηγγελμένοις ὅλος ἦν, καὶ τελείως φερόμενος τῇ διανοίᾳ πρὸς τὴν τοῦ Περσῶν βασιλέως καταστροφήν, ἅμα δὲ καὶ τὸν πυθόχρηστον χρησμὸν ἀνελογίζετο, παραπλησίαν ἔχοντα διάνοιαν τοῖς ὑπὸ τοῦ τραγῳδοῦ ῥηθεῖσι. (5) Τέλος δὲ τοῦ πότου διαλυθέντος, καὶ τῶν ἀγώνων κατὰ τὴν ὑστεραίαν τὴν ἀρχὴν λαμβανόντων, τὸ μὲν πλῆθος ἔτι νυκτὸς οὔσης συνέτρεχεν εἰς τὸ θέατρον, ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῆς πομπῆς γινομένης σὺν ταῖς ἄλλαις ταῖς μεγαλοπρεπέσι κατασκευαῖς εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε ταῖς τε δημιουργίαις περιττῶς εἰργασμένα καὶ τῇ λαμπρότητι τοῦ πλούτου θαυμαστῶς κεκοσμημένα· σὺν δὲ τούτοις αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου τριςκαιδέκατον ἐπόμπευε θεοπρεπὲς εἴδωλον, σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῦ βασιλέως τοῖς δώδεκα θεοῖς.

XCIII. Τοῦ δὲ θεάτρου πληρωθέντος, αὐτὸς ὁ Φίλιππος ᾔει λευκὸν ἔχων ἱμάτιον καὶ προστεταχὼς τοὺς δορυφόρους μακρὰν ἀφεστῶτας ἀφ' ἑαυτοῦ συνακολουθεῖν· ἐνεδείκνυτο γὰρ πᾶσιν ὅτι τηρούμενος τῇ κοινῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ τῆς τῶν δορυφόρων φυλακῆς οὐκ ἔχει χρείαν. (2) Τηλικαύτης δ' οὔσης περὶ αὐτὸν ὑπεροχῆς, καὶ πάντων ἐπαινούντων ἅμα καὶ μακαριζόντων τὸν ἄνδρα, παράδοξος καὶ παντελῶς ἀνέλπιστος ἐφάνη κατὰ τοῦ βασιλέως ἐπιβουλὴ καὶ θάνατος. (3) Ἵνα δὲ σαφὴς ὁ περὶ τούτων γένηται λόγος, προεκθησόμεθα τὰς αἰτίας τῆς ἐπιβουλῆς. Παυσανίας ἦν τὸ μὲν γένος Μακεδὼν ἐκ τῆς Ὀρεστίδος καλουμένης, τοῦ δὲ βασιλέως σωματοφύλαξ καὶ διὰ τὸ κάλλος φίλος γεγονὼς τοῦ Φιλίππου. (4) Οὗτος ὁρῶν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενον ἕτερον Παυσανίαν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ, ὀνειδιστικοῖς πρὸς αὐτὸν ἐχρήσατο λόγοις, φήσας ἀνδρόγυνον εἶναι καὶ τοὺς τῶν βουλομένων ἔρωτας ἑτοίμως προςδέχεσθαι. (5) Ὁ δὲ τὴν ἐκ τῆς λοιδορίας ὕβριν οὐκ ἐνέγκας, τὸ μὲν παρὸν κατεσιώπησεν, Ἀττάλῳ δέ τινι τῶν φίλων ἀνακοινωσάμενος περὶ τῶν μελλόντων πράττεσθαι, ἑκουσίως καὶ παραδόξως ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησε. (6) Μετ' ὀλίγας γὰρ ἡμέρας τοῦ Φιλίππου πρὸς Πλευρίαν τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα διαγωνιζομένου,

quæ expeditioni Persicæ convenirent, aliquot recitare jusserat. Artifex ergo poema quoddam ad transitum Philippi in Asiam, ut putabat, accommodum, quo felicitatem regis Persarum, quantumvis magnam et toto orbe decantatam, a fortuna tamen pessum aliquando dandam perstringeret, his verbis exorditur :

Vos celsiores animos æthere habentes,
superbitis nunc per amplorum camporum arva :
ædes supra ædes struitis tùmore inani,
stolideque curriculum vitæ extrahitis.
Sed ecce grassans celeri pede heû tenebras
operi objicit, brevi spes
tacitusque morte longas
resecat, labore satis cumulatus, Orcus.

Alia etiam his connexa adjicit, quæ ad eandem omnia sententiam tendebant. (4) Sed Philippus lætus in his, quæ recitabantur, totus erat, et cogitatione sua prorsus ad regis Persarum eversionem ferebatur : simul etiam redditum e tripode sibi effatum animo revolvens, quod cum tragœdi verbis plane consentiret. (5) Soluto tandem convivio, quum ludi die proximo inciperent, ingens turba, durante adhuc nocte, in theatrum concurrit. Prima luce in pompa cum cetero apparatu sumtuosissimo imagines duodecim deorum præferuntur, quam artificiossime confectæ et splendidissimo rerum pretiosarum cultu mirifice exornatæ. Inter has decimum tertium Philippi simulacrum divino per omnia habitu ostentatur : quo consessus in deorum senatu majestatem sibi rex arrogabat.

XCIII. Pleno jam theatro ipse candidam indutus stolam prodit, satellitibus, ut per longum se intervallum sequerentur, jussis : ostendere enim cunctis volebat, quod communi Græcorum benevolentia munitus satellitum præsidio neutiquam indigeret. (2) Ad hoc igitur majestatis culmen elatum, dum omnes lætis acclamationibus magnisque laudibus prosequuntur virumque beatissimum prædicant, ex inopinato et præter omnium exspectationem insidiæ et mors regem occupant. (3) Ut autem narratio sit perspicua, caussas insidiarum prius exponemus. Pausanias patria erat Macedo, e gente Orestide oriundus, corporis regii custodum unus, et propter elegantiam Philippo carus. (4) Is aliam quendam ejusdem nominis adolescentem, ut a rege amari vidit, probrosis verbis incessit, semivirum esse, qui amores quorumlibet ultro acceptaret, dictitans. (5) Ille contumeliam hanc indigne ferens, ad tempus silentio tegit. Post cum Attalo, quid faciendum sit, communicans, voluntariam sibi mortem opinione citius consciscit. (6) Quum enim post dies non multos contra Pleuriam Illyriorum regem Philippus acie dimicaret, Pausanias pro rege propu-

πρὸ τοῦ βασιλέως στὰς ἁπάσας τὰς φερομένας ἐπ' αὐτὸν πληγὰς ἀνεδέξατο τῷ ἰδίῳ σώματι καὶ μετήλλαξε. (7) Διαβοηθείσης δὲ τῆς πράξεως, ὁ μὲν Ἄτταλος, εἷς ὢν τῶν ἐξ αὐλῆς καὶ πολὺ δυναμένων παρὰ τῷ βασιλεῖ, ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον τὸν Παυσανίαν, καὶ πολὺν ἐμφορήσας ἄκρατον, παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῖς ὀρεωκόμοις εἰς ὕβριν καὶ παροινίαν ἑταιρικήν. (8) Ὁ δὲ ἀνανήψας ἐκ τῆς μέθης, καὶ τῇ τοῦ σώματος ὕβρει περιαλγὴς γενόμενος, τοῦ Ἀττάλου κατηγόρησεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ Φίλιππος παρωξύνθη μὲν ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ τῆς πράξεως, διὰ δὲ τὴν πρὸς Ἄτταλον οἰκειότητα καὶ τὴν εἰς τὸ παρὸν αὐτοῦ χρείαν οὐκ ἐβούλετο μισοπονηρεῖν. (9) Ἦν γὰρ ὁ Ἄτταλος τῆς μὲν ἐπιγαμηθείσης γυναικὸς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κλεοπάτρας ἀδελφιδοῦς, ἐπὶ δὲ τῆς προαπεσταλμένης δυνάμεως εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγὸς προκεχειρισμένος, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν ἀνδρεῖος. Διόπερ ὁ βασιλεὺς πραΰναι βουλόμενος τοῦ Παυσανίου τὴν ἐπὶ τῷ πάθει γεγενημένην δικαίαν ὀργήν, δωρεὰς ἀξιολόγους ἀπένειμεν αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν σωματοφυλακίαν προῆγεν αὐτὸν ἐντίμως.

XCIV. Ὁ δὲ Παυσανίας ἀμετάθετον φυλάττων τὴν ὀργήν, ἔσπευδε μὴ μόνον παρὰ τοῦ πράξαντος λαβεῖν τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ μὴ τιμωροῦντος αὐτῷ. Συνεπελάβετο δὲ ταύτης τῆς προαιρέσεως μάλιστα ὁ σοφιστὴς Ἑρμοκράτης. Τοῦ γὰρ Παυσανίου σχολάζοντος αὐτῷ, καὶ κατὰ τὴν διατριβὴν πυθομένου πῶς ἄν τις γένοιτο ἐπιφανέστατος, ὁ σοφιστὴς ἀπεκρίθη, εἰ τὸν τὰ μέγιστα πράξαντα ἀνέλοι· τῇ γὰρ περὶ τούτου μνήμῃ συμπεριληφθήσεσθαι καὶ τὸν τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ ποιησάμενον. (2) Ἀνενέγκας δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν ὀργὴν τὸν λόγον, καὶ διὰ τὸν θυμὸν οὐδεμίαν τῆς γνώμης ὑπέρθεσιν ποιησάμενος, ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑποκειμένοις ἀγῶσι τὴν ἐπιβουλὴν συνεστήσατο τοιῷδέ τινι τρόπῳ. (3) Ἵππους παραστησάμενος ταῖς πύλαις, παρῆλθε πρὸς τὰς εἰς τὸ θέατρον εἰσόδους ἔχων κεκρυμμένην Κελτικὴν μάχαιραν. Τοῦ δὲ Φιλίππου τοὺς παρακολουθοῦντας φίλους κελεύσαντος προεισελθεῖν εἰς τὸ θέατρον, καὶ τῶν δορυφόρων διεστώτων, ὁρῶν τὸν βασιλέα μεμονωμένον, προσέδραμε, καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διανταίαν ἐνέγκας πληγήν, τὸν μὲν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν, αὐτὸς δ' ἐπὶ τὰς πύλας καὶ τοὺς ἡτοιμασμένους πρὸς τὴν φυγὴν ἔθει ἵππους. (4) Εὐθὺς δὲ τῶν σωματοφυλάκων οἱ μὲν πρὸς τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως ὥρμησαν, οἱ δ' ἐπὶ τὸν τοῦ σφαγέως διωγμὸν ἐξεχύθησαν, ἐν οἷς ὑπῆρχον Λεόννατος καὶ Περδίκκας καὶ Ἄτταλος. Ὁ δὲ Παυσανίας προλαβὼν τῆς διώξεως ἔφθασεν ἂν ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναπηδήσας, εἰ μὴ τῆς ὑποδέσεως περὶ ἄμπελόν τινα περιπλακείσης ἔπεσεν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Περδίκκαν καταλαβόντες αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνιστάμενον καὶ συγκεντήσαντες ἀνεῖλον.

XCV. Φίλιππος μὲν οὖν μέγιστος γενόμενος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης βασιλέων, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἑαυτὸν τοῖς δώδεκα θεοῖς σύνθρονον

guans, quotquot in eum tela jacerentur, corpore suo excipit, atque vitam ita finit. (7) Divulgata ejus morte, Attalus, ex purpuratis unus multumque apud regem pollens, ad convivium Pausaniam alterum vocat, largoque mero gravati corpus, ceu scorti cujusdam, contumeliosa protervitate subagitandum mulionibus prostituit. (8) Ille, a temulentia ad sobriam mentem reversus, quum tantam injuriæ atrocitatem gravissime doleret, Attalum coram rege accusat. Qui, licet non parum scelestissimo hoc facto commoveretur, tamen ob necessitudinem cum Attalo, et quia operam ejus præsens rerum usus exigeret, animadvertere in flagitium noluit. (9) Fuit enim Attalus Cleopatræ, post alteram uxorem a rege in matrimonium acceptæ, patruelis, et præmissi in Asiam exercitus imperator designatus, vir in certaminibus bellicis perquam strenuus. Quamobrem ut animum Pausaniæ ob injuriam sibi factam justo dolore accensum mitigaret, eximiis affectum muneribus ad honestiorem inter corporis sui custodes locum provexit.

XCIV. At Pausanias, iram fovens implacabilem, non injuriæ solummodo auctorem, sed eum quoque, qui pœnam irrogare neglexerat, ulcisci decrevit. In proposito autem maxime illum confirmavit Hermocrates sophista. Huic enim quum operam daret Pausanias, et in disputatione quadam percontaretur, quonam pacto illustrissimum sibi nomen aliquis comparare posset; Si, qui maximas res gessisset, virum interficeret, sophista respondit: cum hujus enim mentione istius simul memoriam conjunctam fore, qui cædem perpetrarit. (2) Hunc sermonem ad iræ suæ cupiditatem accommodans Pausanias, et propter animi commotionem nullam sententiæ dilationem intervenire sinens, per eos ipsos ludorum dies insidias composuit hoc quidem modo. (3) Equis ad portas urbis dispositis, ad ostia theatri progreditur, Gallico, quem occultum habebat, gladio accinctus. Philippus tunc amicos, a quibus eo deductus fuerat, præire se in theatrum jussit, stipatoribus per intervallum aliquod inde remotis. Ibi dum solum esse regem videt, accurrit, et transversarium per latera vulnus inferens, mortuum humi prosternit, ipseque festinanter ad præparatos sibi juxta portas equos fugam intendit. (4) E vestigio satellitum alii ad corpus regis properant, alii ad sicarium persequendum effunduntur; inter quos Leonnatus, Perdiccas et Attalus erant. Et sane Pausanias in fuga illa prægressus conscenso properanter equo insequentes antevertisset, nisi calceamento viti cuidam implexo detentus procidisset. Tum Perdiccas cum sociis jam resurgere conantem opprimunt, et multis ictibus confossum trucidant.

XCV. Hunc itaque Philippus, qui potentissimus inter omnes suæ ætatis reges in Europa evasit, et duodecim se diis, velut ejusdem majestatis consortem, ob imperii ma-

καταριθμήσας, τοιαύτης ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, ἄρξας ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι. (2) Δοκεῖ δ' οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐλαχίστας μὲν εἰς τὴν μοναρχίαν ἀφορμὰς παρειληφέναι, μεγίστην δὲ τῶν παρ' Ἕλλησι μοναρχιῶν κατακτήσασθαι, ηὐξηκέναι δὲ τὴν ἡγεμονίαν οὐχ οὕτω διὰ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἀνδραγαθίας, ὡς διὰ τῆς ἐν τοῖς λόγοις ὁμιλίας καὶ φιλοφροσύνης. (3) Φασὶ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Φίλιππον σεμνύνεσθαι μᾶλλον ἐπὶ τῇ στρατηγικῇ συνέσει καὶ τοῖς διὰ τῆς ὁμιλίας ἐπιτεύγμασιν ἤπερ ἐπὶ τῇ κατὰ τὰς συμμαχίας ἀνδρείᾳ· (4) τῶν μὲν γὰρ κατὰ τοὺς ἀγῶνας κατορθωμάτων μετέχειν ἅπαντας τοὺς στρατευομένους, τῶν δὲ διὰ τῆς ὁμιλίας γινομένων ἐπιτευγμάτων αὐτὸν μόνον λαμβάνειν τὴν ἐπιγραφήν. (5) Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ πάρεσμεν ἐπὶ τὴν Φιλίππου τελευτήν, ταύτην μὲν τὴν βίβλον αὐτοῦ περιγράψομεν κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν· τῆς δ' ἐχομένης τὴν ἀρχὴν τὴν Ἀλεξάνδρου παράληψιν τῆς βασιλείας ποιησάμενοι πειρασόμεθα περιλαβεῖν ἁπάσας αὐτοῦ τὰς πράξεις ἐν μιᾷ βίβλῳ.

gnitudinem annumeravat, vitæ exitum est sortitus, postquam viginti quattuor annos imperaverat. (2) Rex iste, a tenuissimis regni adjumentis exorsus, amplissimum inter Græcos regnum sibi comparasse, et imperium non tam armis strenue gerendis, quam sermonis comitate in congressu, et benignæ voluntatis erga homines declaratione auxisse judicatur. (3) Ipsum utique Philippum magis de imperatoria arte et conciliatis dextre benigno sermone hominum animis, quam strenuitate in pugnæ consociatione gloriari solitum perhibent. (4) Pugnarum enim successus universis ejusdem militiæ sociis esse communes, quæ vero affabilitate et benignis sermonibus effecisset, horum laudem sibi uni adscribendam dictitabat. (5) Jam postquam regis hujus exitum attigimus, hic, ut initio propositum, libro finem imponemus. Sequentem ab Alexandri in regnum paternum successione exorsi, omnes ejus res gestas ut uno comprehendamus libro, operam dabimus.

ΒΙΒΛΟΣ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τῶν Διοδώρου βίβλων εἰς δύο βίβλους διῃρημένῃ.

Ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ ἢ τῷ πρώτῳ τμήματι.

α΄. Ὡς Ἀλέξανδρος διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν κατέστησε τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν.
β΄. Ὡς τὰ νεωτερίζοντα τῶν ἐθνῶν ἀνεκτήσατο.
γ΄. Ὡς Θήβας κατασκάψας καὶ φόβον ἐπιστήσας τοῖς Ἕλλησι, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῆς Ἑλλάδος ᾑρέθη.
δ΄. Ὡς διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν, τοὺς σατράπας ἐνίκησε περὶ τὸν ἐν Φρυγίᾳ Γράνικον ποταμόν.
ε΄. Ὡς Μίλητον καὶ Ἁλικαρνασσὸν ἐξεπολιόρκησε.
ϛ΄. Μάχη Δαρείου πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας καὶ νίκη Ἀλεξάνδρου.
ζ΄. Τύρου πολιορκία καὶ Αἰγύπτου παράληψις καὶ πάροδος εἰς Ἄμμωνα τοῦ βασιλέως.
η΄. Παράταξις ἐν Ἀρβήλοις Ἀλεξάνδρου πρὸς Δαρεῖον καὶ νίκη Ἀλεξάνδρου.
θ΄. Μάχη Ἀντιπάτρου πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ νίκη Ἀντιπάτρου.

Ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ ἢ τῷ δευτέρῳ τμήματι.

α΄. Ἀρβήλων ἅλωσις ὑπ' Ἀλεξάνδρου καὶ κατάληψις πολλῶν χρημάτων.
β΄. Ἀνάληψις τῆς δυνάμεως ἐν Βαβυλῶνι καὶ δωρεαὶ τοῖς ἀνδραγαθήσασι.
γ΄. Παρουσία τῶν ἀποσταλέντων μισθοφόρων καὶ συμμάχων.
δ΄. Διάταξις καὶ κατασκευὴ τῆς δυνάμεως.
ε΄. Ὡς Ἀλέξανδρος παρέλαβε Σοῦσαν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ θησαυρούς.
ϛ΄. Ὡς τῶν παρόδων ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῶν ὀνομαζομένων Πυλῶν ἐκράτησεν.
ζ΄. Ὡς τοὺς ἀκρωτηριασθέντας Ἑλλήνων εὐεργέτησε, καὶ τὴν Περσέπολιν παραλαβὼν διήρπασεν.
η΄. Ὡς κωμάσας ἐνέπρησε τὰ βασίλεια.
θ΄. Δαρείου θάνατος ὑπὸ Βήσσου.
ι΄. Ἀλεξάνδρου στρατεία εἰς τὴν Ὑρκανίαν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων παραδόξων ἀπαγγελία.
ια΄. Ὡς Ἀλέξανδρος ἐπὶ Μάρδους στρατεύσας κατεπολέμησε τὸ ἔθνος
ιβ΄. Ὡς Θάληστρις ἡ τῶν Ἀμαζονίδων βασιλεύουσα συνέμιξεν Ἀλεξάνδρῳ.
ιγ΄. Ὡς ὁ βασιλεὺς ἀνίκητον ἑαυτὸν εἶναι νομίσας ἐζήλωσε τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν.
ιδ΄. Στρατεία Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας Ἀρείους, καὶ ἅλωσις τῆς Πέτρας.
ιε΄. Ἐπιβουλὴ τοῦ βασιλέως καὶ κόλασις τῶν ἐπιθεμένων, ὧν οἱ ἐπιφανέστατοι Παρμενίων καὶ Φιλώτας.
ιϛ΄. Στρατεία Ἀλεξάνδρου εἰς τοὺς Παροπαμισάδας, καὶ τὰ πραχθέντα κατ' αὐτῶν.
ιζ΄. Ἡ γενομένη ἐν Ἀρείοις μονομαχία, καὶ παράληψις τοῦ ἔθνους.
ιη΄. Βήσσου τοῦ ἀνελόντος Δαρεῖον θάνατος.
ιθ΄. Ὡς Ἀλέξανδρος διὰ τῆς ἀνύδρου πορευθεὶς πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν.
κ΄. Ὡς τοὺς Βραγχίδας τὸ παλαιὸν ὑπὸ Περσῶν μετοικισθέν-

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

Decimus septimus Diodori Siculi liber in duas partes divisus hæc complectitur.

In primo volumine vel sectione prima hæc sunt capita.

1. *Ut Alexander in regno paterno successor res imperii sui constituerit.*
2. *Ut gentes, quæ res novas moliebantur, ad officium reduxerit.*
3. *Ut excidio Thebarum terrore Græcis injecto, imperator Græcorum cum summa potestate sit creatus.*
4. *Ut trajectis in Asiam copiis, satrapas ad Granicum Phrygiæ amnem deviceril.*
5. *Ut Miletum et Halicarnassum expugnaril.*
6. *Pugna Darii cum Alexandro ad Issum Ciliciæ, et Alexandri victoria.*
7. *Ut rex Tyrum oppugnarit, Ægyptum subegerit et Ammonis oraculum accesserit.*
8. *Alexander ad Arbela cum Dario collata acie pugnat et victor evadit.*
9. *Prælium Antipatri cum Lacedæmoniis et victoria Antipatri.*

In volumine secundo vel sectione altera.

1. *Arbela in potestatem Alexandri cum magna vi opum rediguntur.*
2. *Exercitus Babylone recreatur et præmia iis, qui strenuos se viros gesserant, exhibentur.*
3. *Ut conductitiorum et auxiliarium sociorum agmen Alexandro missum advenerit.*
4. *Ut copias ordinarit et instruxerit.*
5. *Alexander Susis et thesauris ibi reconditis potitur.*
6. *Ut transitus locorum et Pylas, quas vocant, potestatis suæ fecerit.*
7. *Ut Græcos a Persis mutilatos benigne tractarit et Persepolim a se captam direptioni tradiderit.*
8. *Ut per comessationem regiam incenderit.*
9. *De Dario a Besso trucidato.*
10. *Alexandri in Hyrcaniam expeditio et eorum, quæ mirabilia ibi nascuntur, commemoratio.*
11. *Ut ducto in Mardos exercitu Alexander gentem debellarit.*
12. *Ut Thalestris Amazonum regina cum Alexandro congressa fuerit.*
13. *Ut Alexander, invictum se esse arbitratus, Persarum delicias imitari cœperit.*
14. *Militia Alexandri adversus rebelles Arianos et Petræ expugnatio.*
15. *De insidiis regi structis et suppliciis auctorum, quorum nobilissimi Parmenio et Philotas.*
16. *Expeditio Alexandri in Paropamisadas et res contra illos gestæ.*
17. *De singulari ejus inter Arios pugna et gentis hujus subactione.*
18. *Bessus, Darii parricida, supplicio afficitur.*
19. *Ut Alexander, dum terram aquis destitutam peragrat, militum non paucos amiserit.*
20. *Branchidas, olim a Persis ad extremos regni fines collo-*

τας εἰς τὰ ἔσχατα τῆς βασιλείας ὡς προδότας τῶν Ἑλλήνων ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρος.

κα'. Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Σογδιανοὺς καὶ Σκύθας ἐστράτευσεν.

κβ'. Ὡς οἱ πρωτεύοντες Σογδιανῶν ἀπαγόμενοι πρὸς θάνατον παραδόξως ἐσώθησαν.

κγ'. Ὡς Ἀλέξανδρος ἀποστάντας τοὺς Σογδιανοὺς κατεπολέμησε, καὶ κατέσφαξεν αὐτῶν πλείους τῶν δώδεκα μυριάδων.

κδ'. Ὡς Βακτριανοὺς ἐκόλασε καὶ Σογδιανοὺς τὸ δεύτερον ἐχειρώσατο καὶ πόλεις ἔκτισεν εὐκαίρως πρὸς τὰς τῶν ἀφισταμένων κολάσεις.

κε'. Ἀπόστασις τρίτη Σογδιανῶν, καὶ ἅλωσις τῶν εἰς τὴν Πέτραν καταφυγόντων.

κς'. Περὶ τοῦ ἐν Βασίστοις κυνηγίου καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῷ θηρίων.

κζ'. Περὶ τῆς εἰς τὸν Διόνυσον ἁμαρτίας καὶ τῆς παρὰ τὸν πότον ἀναιρέσεως Κλείτου.

κη'. Περὶ τῆς Καλλισθένους τελευτῆς.

κθ'. Στρατεία τοῦ βασιλέως εἰς τοὺς καλουμένους Ναύτακας, καὶ φθορὰ τῆς δυνάμεως ὑπὸ πολλῆς χιόνος.

λ'. Ὡς Ἀλέξανδρος ἐρασθεὶς Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου, ἔγημεν αὐτήν, καὶ τῶν φίλων πολλοὺς ἔπεισε γῆμαι τὰς τῶν ἐπισήμων βαρβάρων θυγατέρας.

λα'. Παρασκευὴ τῆς ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατείας.

λβ'. Ἐμβολὴ εἰς τὴν Ἰνδικὴν καὶ ἀναίρεσις ἄρδην τοῦ πρώτου ἔθνους πρὸς κατάπληξιν τῶν ἄλλων.

λγ'. Ὡς τὴν Νυσίαν ὀνομαζομένην πόλιν εὐεργέτησε διὰ τὴν ἀπὸ Διονύσου συγγένειαν.

λδ'. Ὡς Μάσσακα πόλιν ὀχυρὰν ἐκπορθήσας τοὺς μισθοφόρους ἅπαντας λαμπρῶς ἀγωνισαμένους κατέκοψεν.

λε'. Ὡς τὴν Ἄορνον καλουμένην Πέτραν, ἀνάλωτον ἀεὶ γεγενημένην, ἐξεπολιόρκησεν.

λς'. Ὡς Ταξίλην μὲν τὸν βασιλέα τῶν Ἰνδῶν προσηγάγετο, Πῶρον δὲ μεγάλῃ παρατάξει νικήσας, καὶ τοῦ σώματος κρατήσας, ἀπέδωκε τὴν βασιλείαν αὐτῷ δι' ἀνδραγαθίαν.

λζ'. Ἀπαγγελία τῶν κατὰ τὴν χώραν παραδόξων ὄφεών τε καὶ τῶν φυομένων καρπῶν.

λη'. Ὡς τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν τὰ μὲν προσηγάγετο τὰ δὲ κατεπολέμησεν.

λθ'. Ὡς τὴν ὑπὸ Σωπείθην τεταγμένην ἐχειρώσατο.

μ'. Περὶ τῆς εὐνομίας τῶν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλεων.

μα'. Περὶ τῆς ἀρετῆς τῶν δωρηθέντων Ἀλεξάνδρῳ κυνῶν.

μβ'. Περὶ τῆς ἀφηγήσεως τοῦ Ἰνδῶν βασιλέως.

μγ'. Ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου βουλομένου διαβῆναι τὸν Γάγγην ποταμὸν καὶ στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας ὀνομαζομένους οἱ Μακεδόνες οὐχ ὑπήκουσαν.

μδ'. Ὡς ὅρια θέμενος τῆς στρατείας ὁ βασιλεὺς ἐπῆλθε τὰ λοιπὰ τῶν Ἰνδῶν.

με'. Ὡς διὰ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ κατέπλευσεν ἐπὶ τὸν κατὰ μεσημβρίαν Ὠκεανόν, καὶ τοξευθεὶς ἐκινδύνευσεν.

μς'. Περὶ τῆς γενομένης μονομαχίας ἐκ προκλήσεως.

μζ'. Περὶ τῶν καταπολεμηθέντων Ἰνδῶν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ.

μη'. Περὶ τῶν παραδόσεων καὶ νομίμων παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις καὶ τῶν θηριώδη βίον ἐχόντων.

μθ'. Ὡς οἱ τὸν Ὠκεανὸν πλεύσαντες συνέμιξαν Ἀλεξάνδρῳ παρὰ θάλατταν ἐστρατοπεδευκότι, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν ἀπήγγειλαν.

ν'. Ὡς πάλιν ἐκπλεύσαντες πολλὴν τῆς παραθαλαττίας χώρας παρέπλευσαν.

catos, ut Græcorum proditores, Alexander morte afficit.

21. *Rex Sogdianis et Scythis bellum infert.*

22. *Ut primores Sogdianorum, jam ad capitale supplicium abducti, præter exspectationem servati fuerint.*

23. *Alexander Sogdianos perduelles armis subigit et plures quam decies duodecim millia trucidat.*

24. *Ut Bactrianos punierit, et Sogdianos iterum subegerit, urbesque ad castigationem rebellium opportunas condiderit.*

25. *Tertia Sogdianorum defectio et expugnatio illorum, qui fuga in Petram sibi consuluerant.*

26. *De venatione in Basistis et ferarum ibi multitudine.*

27. *De impietate in Bacchum et de Clito inter compotandum trucidato.*

28. *De Callisthenis interitu.*

29. *Expeditionem contra Nautacas, ut vocantur, rex facit, et magna pars copiarum nivis exuberantia enecatur.*

30. *Alexander Roxanen, Oxyartis filiam, amat et uxorem ducit et multis amicorum, ut nobilium Barbarorum natas sibi matrimonio jungant, persuadet.*

31. *Apparatus expeditionis contra Indos.*

32. *Impressio in Indiam et primæ gentis internecio ad terrorem aliorum.*

33. *Ut Nysiam quam vocant urbem propter cognationem sibi cum Baccho intercedentem beneficiis affecerit.*

34. *Ut post expugnatam urbem munitissimam Massaca, mercenarios universos, egregie præliatos, confecerit.*

35. *Ut Petram, quam Aornum dicunt, nunquam hactenus captam, expugnarit.*

36. *Ut Taxilen Indorum regem sibi adjunxerit, Poroque ingenti pugna superato et capto regnum propter fortitudinem restituerit.*

37. *Narratio de serpentibus regionis illius et fructibus admirandis.*

38. *Ut finitimas gentes partim in fidem acceperit, partim debellarit.*

39. *Ut provinciam Sopithæ in potestatem redegerit.*

40. *De optimarum legum institutis in provinciæ hujus oppidis.*

41. *De canum Alexandro donatorum præstantia.*

42. *De regis Indorum narratione.*

43. *Ut, quum Alexander, Gandaridis bellum illaturus, Gangem flumen transire in animo haberet, Macedones sequi noluerint.*

44. *Ut, positis expeditionis suæ terminis, reliquos Indiæ populos rex accesserit.*

45. *Ut per Indum fluvium in Oceanum australem denavigarit, et a sagittæ ictu in magnum vitæ periculum venerit.*

46. *De singulari quadam pugna ex provocatione inita.*

47. *De Indis in utraque fluvii ora ad Oceanum usque subactis.*

48. *De institutis per traditionem acceptis et legibus indigenarum, populisque belluinam vitam agentibus.*

49. *Qui Oceanum intrarant, cum Alexandro iterum se conjungunt juxta mare stativa habenti, et quæ per navigationem obtigerint recensent.*

50. *Ut excursibus denuo factis, magnos oræ maritimæ tractus præternavigarint.*

να′. Ὡς τῶν Περσῶν τρισμυρίους νεανίσκους ἐπιλέξας, καὶ παιδεύσας τὰ πολεμικὰ τῶν ἔργων, ἀντίταγμα κατεσκεύασε τῇ Μακεδονικῇ φάλαγγι.

νβ′. Ὡς Ἅρπαλος διὰ τὴν τρυφὴν καὶ τὰς ὑπερβολὰς τῶν δαπανημάτων διαβληθεὶς ἔφυγεν ἐκ Βαβυλῶνος καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ἱκέτης ἐγένετο.

νγ′. Ὡς διαδρὰς ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀνῃρέθη, καὶ τῶν χρημάτων ἑπτακόσια μὲν τάλαντα παρέθετο τοῖς Ἀθηναίοις, τετρακισχίλια δὲ καὶ μισθοφόρους ὀκτακισχιλίους περὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς ἀπέλιπεν.

νδ′. Ὡς Ἀλέξανδρος τοὺς γεγηρακότας τῶν Μακεδόνων χρεολυτήσας, καὶ καταναλώσας μύρια τάλαντα, ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας.

νε′. Ὡς στασιαζόντων τῶν Μακεδόνων ἐκόλασε τοὺς αἰτίους.

νϛ′. Ὡς Πευκέστης ἤγαγε πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τῶν Περσῶν ἐπιλέξας τοξότας καὶ σφενδονήτας μυρίους.

νζ′. Ὡς τὰς τάξεις ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν ἀναμίξας τοῖς Μακεδόσι τοὺς Πέρσας.

νη′. Ὡς τοῖς ἐπιγόνοις παισὶ μυρίοις οὖσι τὰς δαπάνας καὶ παιδείας μισθοὺς ἅπασιν ἐχορήγει.

νθ′. Ὡς Λεωσθένης ἤρξατο κινεῖν τὸν πρὸς Μακεδόνας πόλεμον.

ξ′. Ὡς Ἀλέξανδρος ἐπὶ Κοσσαίους ἐστράτευσεν.

ξα′. Ὡς πορευομένου τοῦ βασιλέως εἰς Βαβυλῶνα προεῖπον οἱ Χαλδαῖοι τῷ Ἀλεξάνδρῳ τελευτήσειν αὐτόν, ἐὰν εἰς τὴν Βαβυλῶνα εἰςέλθῃ.

ξβ′. Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐν ἀρχῇ μὲν κατεπλάγη καὶ παρήλλαξε τὴν Βαβυλῶνα, ὕστερον δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων πεισθεὶς κατήντησεν εἰς τὴν πόλιν.

ξγ′. Περὶ τοῦ πλήθους τῶν παραγενομένων πρεσβειῶν.

ξδ′. Περὶ τῆς Ἡφαιστίωνος ταφῆς καὶ τοῦ πλήθους τῶν εἰς αὐτὴν δαπανηθέντων χρημάτων.

ξε′. Περὶ τῶν σημείων τῶν γεγενημένων Ἀλεξάνδρῳ καὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.

51. *Alexander tricies mille juvenes ex Persis delectos disciplinis bellicis imbuit, eorumque agmine, phalangis Macedonicæ loco, sese munit.*

52. *Ut Harpalus ob vitæ mollitiem et enormem pecuniarum profusionem male audiens Babylone profugerit et ad populum Atheniensem supplex se contulerit.*

53. *Ut fuga ex Attica elapsus, interemtus sit, et talentis septingentis apud Athenienses depositis, octo* [sex] *millia et mercenarios octies mille circa Tænarum Laconicæ reliquerit.*

54. *Ut Alexander Macedones senio confectos, ære ipsorum alieno decem millia talentûm impendio prius dissoluto, in suam quosque patriam dimiserit.*

55. *Ut exorta Macedonum seditione, auctores puniverit.*

56. *Peucestes decies* [vicies] *mille sagittarios et funditores ex Persarum delectu Alexandro adducit.*

57. *Ut ordines rex instruxerit ita ut Macedones Persis essent permixti.*

58. *Ut Macedonum filiis educationis sumtus et disciplinæ mercedem, universis decem millibus numero, liberaliter suppeditarit.*

59. *Ut Leosthenes bellum Macedonibus movere cœperit.*

60. *Expeditio Alexandri in Cossæos.*

61. *Ut regi Babylonem petenti Chaldæi prædixerint, fore ut urbem illam ingressus fato concederet.*

62. *Ut Alexander initio absterritus Babylonem declinarit, sed post a philosophis Græcis persuasus urbem introierit.*

63. *Quanta legatorum multitudo ad ipsum venerit.*

64. *De funere Hephæstionis et sumtuum magnificentia in illud factorum.*

65. *De prodigiis Alexandro exhibitis ejusque morte.*

I. Ἡ μὲν πρὸ ταύτης βίβλος, οὖσα τῆς ὅλης συντάξεως ἑκκαιδεκάτη, τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου βασιλείας· περιελήφθησαν δ' ἐν αὐτῇ πράξεις αἱ μὲν τοῦ Φιλίππου πᾶσαι μέχρι τῆς τελευτῆς, αἱ δὲ τῶν ἄλλων βασιλέων τε καὶ ἐθνῶν καὶ πόλεων ὅσαι γεγόνασι κατὰ τοὺς τῆς βασιλείας ταύτης χρόνους, ὄντας ἐτῶν εἴκοσι καὶ τεττάρων. (2) Ἐν ταύτῃ δὲ τὰς συνεχεῖς πράξεις ἀναγράφοντες ἀρξόμεθα μὲν ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, περιλαβόντες δὲ δὲ τὰ τούτῳ τῷ βασιλεῖ πραχθέντα μέχρι τῆς τελευτῆς συναναγράψομεν καὶ τὰ ἅμα τούτοις συντελεσθέντα ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης. Οὕτω γὰρ μάλιστα ὑπολαμβάνομεν τὰς πράξεις εὐμνημονεύτους ἔσεσθαι, κεφαλαιωδῶς τεθείσας καὶ συνεχὲς ἐχούσας ταῖς ἀρχαῖς τὸ τέλος. (3) Ἐν ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ μεγάλας πράξεις οὗτος ὁ βασιλεὺς κατειργάσατο, καὶ διὰ τὴν ἰδίαν σύνεσίν τε καὶ ἀνδρείαν ὑπερεβάλετο τῷ μεγέθει τῶν ἔργων πάντας τοὺς ἐξ αἰῶνος τῇ μνήμῃ παραδεδομένους βασιλεῖς. (4) Ἐν ἔτεσι γὰρ δώδεκα καταστρεψάμενος τῆς μὲν Εὐρώπης οὐκ ὀλίγα, τὴν δὲ Ἀσίαν σχεδὸν ἅπασαν, εἰκότως περιβόητον ἔσχε τὴν δόξαν καὶ τοῖς παλαιοῖς ἥρωσι καὶ ἡμιθέοις ἰσάζουσαν.

I. Antecedens hunc liber, qui operis nostri sextus est et decimus, ab initiis regni Philippi, Amynta patre geniti, exorsus, tum omnes Philippi res ad obitum usque gestas, tum quæ alii quoque reges, nationes et civitates per regni illius tempus, quod viginti quattuor annorum fuit, peregerunt, comprehendit. (2) In hoc quæ sequuntur expósituri, initium inde sumemus, ubi Alexander regnare cœpit: simul etiam, dum principis hujus facta ad finem usque recensemus, ab aliis per notissimas orbis partes gesta complectemur. Sic enim res facilius memoria retineri arbitramur, quum in certa digestæ capita connexum principio finem habent. (3) Brevi autem temporis intervallo res maximas hic rex confecit, operumque suorum magnitudine, quæ propria ingenii sollertia et virtute designavit, reges omnes, quotquot ab omnium seculorum memoria celebrantur, superavit. (4) Nam quum intra annos duodecim non exiguam Europæ partem totamque fere Asiam subegerit, merito tantam hinc nominis celebritatem consecutus est, ut priscos heroes et semideos gloria exæquarit. Verum ut

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν τῷ προοιμίῳ προλαμβάνειν τι τῶν κατωρθωμένων τούτῳ τῷ βασιλεῖ· αὐταὶ γὰρ αἱ κατὰ μέρος πράξεις ἱκανῶς μηνύσουσι τὸ μέγεθος τῆς δόξης αὐτοῦ. (5) Ἀλέξανδρος οὖν γεγονὼς κατὰ πατέρα μὲν ἀφ' Ἡρακλέους, κατὰ δὲ μητέρα τῶν Αἰακιδῶν, οἰκείαν ἔσχε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς τῶν προγόνων εὐδοξίας. Ἡμεῖς δὲ τοὺς ἁρμόττοντας τῇ γραφῇ χρόνους παραθέντες ἐπὶ τὰς οἰκείας τῆς ὑποκειμένης ἱστορίας πράξεις τρεψόμεθα.

II. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐαινέτου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον Φούριον καὶ Γάϊον Μαίνιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, πρῶτον μὲν τοὺς φονεῖς τοῦ πατρὸς τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας ἠξίωσε· μετὰ δὲ ταῦτα τῆς ταφῆς τοῦ γονέως τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ποιησάμενος, κατέστησε τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν πολὺ κάλλιον ἢ πάντες προσεδόκησαν. (2) Νέος γὰρ ὢν παντελῶς καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ὑπό τινων καταφρονούμενος, πρῶτον μὲν τὰ πλήθη οἰκείοις λόγοις παρεστήσατο πρὸς εὔνοιαν. Ἔφη γὰρ ὄνομα μόνον διηλλάχθαι βασιλέως, τὰς δὲ πράξεις χειρισθήσεσθαι μηδὲν καταδεέστερον τῆς ἐπὶ τοῦ πατρὸς γενομένης οἰκονομίας. Ἔπειτα ταῖς πρεσβείαις χρηματίσας φιλανθρώπως, παρεκάλεσε τοὺς Ἕλληνας τηρεῖν πρὸς αὐτὸν τὴν πατροπαράδοτον εὔνοιαν. (3) Τῶν δὲ στρατιωτῶν πυκνὰς ποιησάμενος ἐξοπλισίας μελέτας τε καὶ γυμνασίας πολεμικάς, εὐπειθῆ κατεσκεύασε τὴν δύναμιν. Ἔχων δὲ τῆς βασιλείας ἔφεδρον Ἄτταλον τὸν ἀδελφιδοῦν Κλεοπάτρας τῆς ἐπιγαμηθείσης ὑπὸ Φιλίππου, τοῦτον ἔκρινεν ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι· καὶ γὰρ ἐτύγχανε παιδίον ἐκ τῆς Κλεοπάτρας γεγονὸς τῷ Φιλίππῳ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως ὀλίγαις πρότερον ἡμέραις. (4) Ὁ δ' Ἄτταλος προαπεσταλμένος ἦν εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγὸς τῶν δυνάμεων μετὰ Παρμενίωνος· εὐεργετικὸς δὲ ὢν καὶ ταῖς ὁμιλίαις ἐκθεραπεύων τοὺς στρατιώτας, μεγάλης ἐτύγχανεν ἀποδοχῆς ἐν τῷ στρατοπέδῳ. Εὐλόγως οὖν τοῦτον εὐλαβεῖτο μήποτε τῆς ἀρχῆς ἀντιποιήσηται, συνεργοὺς λαβὼν τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἐναντιουμένους ἑαυτῷ. (5) Διόπερ τῶν φίλων προχειρισάμενος Ἑκαταῖον ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἱκανῶν στρατιωτῶν, δοὺς ἐντολὰς μάλιστα μὲν ἀγαγεῖν ζῶντα τὸν Ἄτταλον, ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύνηται κατεργάσασθαι, δολοφονῆσαι τὸν ἄνδρα τὴν ταχίστην. (6) Οὗτος μὲν οὖν διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ συμμίξας τοῖς περὶ τὸν Παρμενίωνα καὶ Ἄτταλον, ἐπετήρει τὸν καιρὸν τῆς προκεχειρισμένης πράξεως.

III. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πυθόμενος πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων μετεώρους εἶναι πρὸς καινοτομίαν, εἰς πολλὴν ἀγωνίαν ἐνέπιπτεν. (2) Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ Δημοσθένους δημαγωγοῦντος κατὰ τῶν Μακεδόνων τήν τε Φιλίππου τελευτὴν ἀσμένως ἤκουσαν καὶ τῆς ἡγεμονίας τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐξεχώρουν τοῖς Μακεδόσι· διαπρεσβευσάμενοι δὲ πρὸς Ἄτταλον ἐν ἀποῤῥήτοις συνετίθεντο κοινοπραγίαν, καὶ πολλὰς τῶν πόλεων προετρέ-

anticipemus in præfatione quidpiam laudabiliter ab hoc rege factorum, non opus esse ducimus: nam res ipsæ singulatim enarratæ gloriæ ejus majestatem satis indicabunt. (5) Alexander ergo paternum genus ab Hercule, maternum ab Æacidis ducens, naturam et virtutem majorum gloriæ consentaneam habuit. Nunc tempore, quod narrationi huic congruit, indicato, ad institutæ historiæ materiam nos convertemus.

II. Quum archon Athenis Euænetus, Romæ consules essent L. Furius et C. Mænius, Alexander, gubernaculis regni susceptis, justas ante omnia pœnas cædis paternæ auctoribus inflixit. Hinc ubi quam potuit sepulturæ patris diligentiam impenderat, negotia regni longe melius, quam quisquam putasset, constituit. (2) Quamvis enim juvenis admodum esset, et ob paucitatem annorum a nonnullis contemneretur, primo vulgus in benevolentiam sui plenis humanitate alloquiis pellexit. Inter alia, nomen regis dumtaxat mutatum esse, res vero non deterius quam vivo adhuc parente administratum iri, dixit. Deinde legationes benigne audiens, ad tuendam Græcos benevolentiam, quam a patre velut hereditariam accepisset, adhortatus est. (3) Tum crebra armorum expeditione studiisque bellicis militem exercens, morigerum ad omnia exercitum sibi reddidit. Insidias autem regno ipsius nectebat Attalus, Cleopatræ, quam alteram Philippus uxorem duxerat, patruelis. Hunc igitur e medio submovendum statuit. Nam paucis ante regis obitum diebus puer ex Cleopatra Philippo natus erat. (4) Legatus paullo ante in Asiam cum exercitu, Parmenione collega, transmiserat Attalus: ibique, quum et beneficiis et sermonis illecebris milites demulceret, gratiam non mediocrem apud exercitum inierat. Non igitur sine causa rex ab eo cavendum sibi existimavit, ne quando, adjuvantibus Græcis regi adversis, regnum sibi vindicaret. (5) Ex familiarium proinde numero Hecatæum delegit, eumque cum manu armatorum non exigua in Asiam misit, hoc potissimum injungens, ut vivum sibi Attalum sisteret; sin effici hoc non posset, ut quamprimum dolo hominem interficiendum curaret. (6) Ille igitur in Asiam transvectus, sociata cum Parmenione et Attalo familiaritate, negotii sibi demandati tempus commodum exspectabat.

III. Interea Alexander, multos Græcorum ad res novas arrectis esse animis certior factus, in magnam sollicitudinem incidit. (2) Nam Athenienses, Demosthene in Macedones populum concitante, lætis Philippi interitum auribus exceperant, deque principatu Græciæ Macedonibus neutiquam cedendum arbitrabantur. Jamque transmissis ad Attalum legatis, secreto totius negotii administrationem cum eo communicaverant, multasque civitates ad libertatem asse-

ποντο τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι· (3) Αἰτωλοὶ δὲ κατάγειν τοὺς ἐξ Ἀκαρνανίας φυγάδας ἐψηφίσαντο διὰ Φιλίππου πεῖραν εἰληφότας τῆς φυγῆς· Ἀμβρακιῶται δὲ πεισθέντες Ἀριστάρχῳ τὴν μὲν ὑπὸ Φιλίππου κατασταθεῖσαν φρουρὰν ἐξέβαλον, τὴν δὲ πόλιν ἐποίησαν δημοκρατεῖσθαι· (4) ὁμοίως δὲ τούτοις Θηβαῖοι τὴν μὲν ἐν τῇ Καδμείᾳ φρουρὰν ἐκβαλεῖν ἐψηφίσαντο, τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ μὴ συγχωρεῖν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν· Ἀρκάδες δὲ οὔτε Φιλίππῳ συνεχώρησαν τὴν ἡγεμονίαν μόνοι τῶν Ἑλλήνων οὔτ' Ἀλεξάνδρῳ προσέσχον· (5) τῶν δ' ἄλλων Πελοποννησίων Ἀργεῖοι καὶ Ἠλεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι καί τινες ἕτεροι πρὸς τὴν αὐτονομίαν ὥρμησαν· τῶν δὲ ὑπεροικούντων τὴν Μακεδονίαν ἐθνῶν οὐκ ὀλίγα πρὸς ἀπόστασιν ὥρμα, καὶ πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τοὺς τῇδε κατοικοῦντας βαρβάρους. (6) Ἀλλ' ὅμως τηλικούτων πραγμάτων καὶ τοσούτων φόβων κατεχόντων τὴν βασιλείαν, Ἀλέξανδρος νέος ὢν παντελῶς ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν δυσχερῆ παραδόξως καὶ συντόμως κατεστήσατο. Οὓς μὲν γὰρ πειθοῖ διὰ τῆς ὁμιλίας προσηγάγετο, οὓς δὲ φόβῳ διωρθώσατο, τινὰς δὲ βίᾳ χειρωσάμενος ὑπηκόους ἐποιήσατο.

IV. Πρώτους δὲ Θετταλοὺς ὑπομνήσας τῆς ἀρχαίας ἀφ' Ἡρακλέους συγγενείας, καὶ λόγοις φιλανθρώποις, ἔτι δὲ μεγάλαις ἐπαγγελίαις, μετεωρίσας ἔπεισε τὴν πατροπαράδοτον ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος αὐτῷ συγχωρῆσαι κοινῷ τῆς Θετταλίας δόγματι. (2) Μετὰ δὲ τούτους τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν ὁμοίαν εὔνοιαν προσαγαγόμενος παρῆλθεν εἰς Πύλας, καὶ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συναγαγὼν ἔπεισεν ἑαυτῷ κοινῷ δόγματι δοθῆναι τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν. (3) Τοῖς δ' Ἀμβρακιώταις διαπρεσβευσάμενος καὶ φιλανθρώπως ὁμιλήσας, ἔπεισεν αὐτοὺς βραχὺ προειληφέναι τὴν μέλλουσαν ὑπ' αὐτοῦ δίδοσθαι μετὰ προθυμίας αὐτονομίαν. (4) Πρὸς δὲ τὴν κατάπληξιν τῶν ἀπειθούντων ἦγε τὴν δύναμιν τῶν Μακεδόνων κεκοσμημένην καταπληκτικῶς. Ὀξείαις δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις χρησάμενος ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, καὶ πλησίον τῆς Καδμείας καταστρατοπεδεύσας, ἐπέστησε τὸν φόβον τῇ πόλει τῶν Θηβαίων. (5) Καθ' ὃν δὴ χρόνον Ἀθηναῖοι πυθόμενοι τὴν εἰς Βοιωτίαν πάροδον τοῦ βασιλέως, τῆς προϋπαρχούσης καταφρονήσεως ἀπέστησαν. Ἡ γὰρ ὀξύτης τοῦ νεανίσκου καὶ ἡ διὰ τῶν πράξεων ἐνέργεια τοὺς ἀλλοτριοφρονοῦντας μεγάλως ἐξέπληττε. (6) Διόπερ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας ἐψηφίσαντο κατακομίζειν, τῶν δὲ τειχῶν τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. Πρὸς δὲ τὸν Ἀλέξανδρον πρέσβεις ἐξαπέστειλαν, ἀξιοῦντες συγγνώμην ἔχειν, εἰ τὴν ἡγεμονίαν μὴ ταχέως συγχωροῦσιν. (7) Ἐν δὲ τοῖς πρέσβεσι καὶ Δημοσθένης ἐκπεμφθεὶς οὐ συνῆλθε μετὰ τῶν ἄλλων πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλ' ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνέκαμψεν εἰς τὰς Ἀθήνας, εἴτε διὰ τὰ πεπολιτευμένα κατὰ Μακεδόνων φοβηθεὶς, εἴτε βουλόμενος τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἄμεμπτον αὐτὸν διαφυλάττειν.

rendam instigabant. (3) Ætoli de reducendis Acarnanum exulibus, quos Philippus extorres egerat, tum fecerant decretum. Ambraciotæ, suadente Aristarcho, præsidium a Philippo ibi collocatum ejecerant, et reipublicæ administrandæ potestatem populo restituerant. (4) Eodem modo Thebani pellendum e Cadmea præsidium Alexandroque imperium Græciæ non concedendum publice sciverant. Arcades, ut soli Philippum Græciæ principem facere abnuerant, ita nec Alexandro addicti esse volebant. (5) Ex reliquis Peloponnesiis Argivi, Elei, Lacedæmonii et quidam alii jurisdictioni propriæ totis sese animis dederant. Gentes denique non paucæ, quæ ultra Macedoniam habitabant, defectionem moliebantur, et magnus inter Barbaros illic motus erat. (6) Quæ licet ita se haberent, tantis regno negotiis et tot undique terroribus occupato, nihilominus Alexander, quantumvis adolescens, omnes principatus difficultates brevi tempore præter omnium existimationem expeditas fecit, dum hos colloquiorum blanditiis, istos metu in viam reducit, nonnullos etiam vi domitos imperata facere cogit.

IV. Primos itaque Thessalos, cognationis antiquæ ab Hercule admonitos ac tum sermonum humanitate tum amplitudine promissorum excitatos, induxit ut imperium Græciæ, a patre sibi hereditarie traditum, publico Thessaliæ decreto ipsi deferrent. (2) Quo impetrato, conterminas etiam gentes in eundem favorem adduxit, et ad Pylas transgressus, convocato Amphictyonum senatu, ut communi omnium decreto summus Græciæ dux crearetur, effecit. (3) Ambraciotis legatione et oratione humanissima hoc persuasit, libertatem, quam ipsi paullo ante vindicassent, propenso in eos favore se illis redditurum fuisse. (4) Ut vero dicto minus audientes perterrefaceret, copias Macedonum, ad terrorem instructas, citatis itineribus in Bœotiam traduxit, et castris juxta Cadmeam positis, civitati Thebanorum metum incussit. (5) Sub quod tempus Athenienses, transitu regis in Bœotiam explorato, flocci pendere illum desierunt. Celeritas enim juvenis et in rebus efficiendis gnavitas dissidentes ab illo magnopere percellebat. (6) Athenienses igitur de comportandis, quas rure habebant, rebus et mœnibus pro facultate muniendis decretum fecerunt; missisque legatis orarunt Alexandrum, ut veniam ipsis tribueret, quod imperium non citius illi permisissent. (7) Cum legatis etiam Demosthenes ire jussus fuerat. Sed is cum ceteris ad Alexandrum non pervenit, sed ex Cithærone Athenas rediit : vel quod ob orationes publice contra Macedones habitas sibi timeret, vel ut inculpatum regi Persarum se reservaret. (8) Ma-

(8) Πολλὰ γὰρ χρήματά φασιν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Περσῶν, ἵνα πολιτεύηται κατὰ Μακεδόνων· περὶ ὧν καὶ τὸν Αἰσχίνην φασὶν ὀνειδίζοντα τῷ Δημοσθένει κατά τινα λόγον τὴν δωροδοκίαν εἰπεῖν, « Νῦν μέντοι τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκεν αὐτοῦ τὸ βασιλικὸν χρυσίον. Ἔσται δὲ οὐδὲ τοῦτο ἱκανόν· οὐδεὶς γὰρ πώποτε πλοῦτος τρόπου πονηροῦ περιεγένετο. » (9) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τοῖς πρέσβεσι τῶν Ἀθηναίων φιλανθρώπους ἀποκρίσεις δούς, ἀπέλυσε τοῦ πολλοῦ φόβου τὸν δῆμον. Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου παραγγείλαντος εἰς Κόρινθον ἀπαντᾶν τάς τε πρεσβείας καὶ τοὺς συνέδρους, ἐπειδὴ συνῆλθον οἱ συνεδρεύειν εἰωθότες, διαλεχθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ λόγοις ἐπιεικέσι χρησάμενος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας ψηφίσασθαι στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῆς Ἑλλάδος εἶναι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ συστρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας ὑπὲρ ὧν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήμαρτον. Τυχὼν δὲ ταύτης τῆς τιμῆς ὁ βασιλεὺς ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Μακεδονίαν.

V. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διήλθομεν, μεταβιβάσομεν τὸν λόγον ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις. Μετὰ γὰρ τὴν Φιλίππου τελευτὴν Ἄτταλος τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει νεωτερίζειν καὶ πρὸς Ἀθηναίους συνετίθετο κοινοπραγίαν κατ' Ἀλεξάνδρου, ὕστερον δὲ μετανοήσας, τὴν μὲν ἀποδοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ Δημοσθένους ἐπιστολὴν τηρήσας ἀπέστειλε πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ λόγοις φιλανθρώποις ἐπειρᾶτο τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς ἀποτρίψασθαι· (2) τοῦ δ' Ἑκαταίου κατὰ τὰς τοῦ βασιλέως ἐντολὰς δολοφονήσαντος τὸν Ἄτταλον, ἡ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν τῶν Μακεδόνων δύναμις ἐπαύσατο τοῦ μετεωρίζεσθαι πρὸς ἀπόστασιν, τοῦ μὲν Ἀττάλου πεφονευμένου, τοῦ δὲ Παρμενίωνος οἰκειότατα διακειμένου πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον. (3) Περὶ δὲ τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας μέλλοντας ἡμᾶς ἀναγράφειν ἀναγκαῖόν ἐστι βραχὺ τοῖς χρόνοις προαναλαβεῖν τὴν ἱστορίαν. Φιλίππου γὰρ ἔτι βασιλεύοντος, ἦρχε τῶν Περσῶν Ὦχος, καὶ προσεφέρετο τοῖς ὑποτεταγμένοις ὠμῶς καὶ βιαίως. Μισουμένου δὲ αὐτοῦ διὰ τὴν χαλεπότητα τῶν τρόπων, Βαγώας ὁ χιλίαρχος, εὐνοῦχος μὲν ὢν τὴν ἕξιν, πονηρὸς δὲ καὶ πολεμικὸς τὴν φύσιν, ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον διά τινος ἰατροῦ, τὸν δὲ νεώτατον τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως Ἄρσην εἰσήγαγεν εἰς τὴν βασιλείαν. (4) Ἀνεῖλε δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ βασιλέως, ὄντας νέους παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῷ γένηται. Τοῦ δὲ μειρακίου ταῖς γενομέναις παρανομίαις προσκόπτοντος, καὶ φανεροῦ καθεστῶτος ὅτι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων, φθάσας αὐτοῦ τὰς ἐπιβουλὰς ὁ Βαγώας ἀνεῖλε τὸν Ἄρσην μετὰ τῶν τέκνων τρίτον ἔτος ἤδη βασιλεύοντα. (5) Ἐρήμου δ' ὄντος τοῦ βασιλέως οἴκου, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξομένου τὴν ἀρχήν, προχειρισάμενος ἕνα τῶν φίλων Δαρεῖον ὄνομα, τούτῳ συγκατεσκεύασε τὴν βασιλείαν. Οὗτος δ' ἦν υἱὸς Ἀρσάνου τοῦ Ὀστάνου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν

gnam enim pecuniarum vim a Persis, ut Macedonum causam in dicendis sententiis oppugnaret, hunc accepisse fama est. Quod Æschinem quoque in oratione quadam, ubi munerum captationem Demostheni exprobrat, his verbis notasse dicunt : « Nunc regium quidem aurum abunde sumtus illi subministrat. Verum nec hoc diu sufficiet : nullæ enim usquam divitiæ improbis moribus sat grandes esse possunt. » (9) Alexander vero quum legatis Atheniensium perhumaniter respondisset, ingenti populum metu liberavit. Legationes inde ac senatores concilii ad Corinthum sibi occurrere jussit. Quo quum venissent qui consiliis publicis præesse solebant, perbenigna rex oratione disserens eo Græcos permovit, ut summum Græciæ imperatorem Alexandrum designarent, et auxilia contra Persas ob maleficia in Græcos ulciscendos ei sciscerent. Hos consecutus honores, in Macedoniam rex cum exercitu remeavit.

V. Jam memoratis Græciæ rebus, ad alia per Asiam gesta sermonem convertemus. Nam post Philippi interitum Attalus primum quidem res novas moliebatur, jamque fœdus cum Atheniensibus ad oppugnandum communi opera Alexandrum inierat; sed mutato post consilio, epistolam a Demosthene sibi redditam et asservatam transmisit Alexandro, verborum blandimentis ingesta sibi crimina diluere conatus. (2) Verum quum Hecatæus Attalum jussu regis per dolum obtruncasset, Asiaticus Macedonum exercitus ad defectionem propendere desiit, quod et Attalus jam exstinctus, et Parmenio erga Alexandrum optime affectus erat. (3) Sed quum de Persarum regno jam scripturi simus, historiæ tempora ut paullo altius repetamus, necessarium est. Etenim regnante adhuc Philippo, Ochus Persis imperabat, crudelemque et violentum erga subditos sese gerens, ob asperitatem morum in odio cunctorum erat. Bagoas ergo, militum tribunus, conditione eunuchus, sed natura sceleratus et bellicosus, veneno regem e medio sustulit, medici ad hoc opera usus : filiumque ejus natu minimum, Arsen nomine, in regnum collocavit. (4) Simul etiam fratribus novi regis, quorum tenerior adhuc ætas erat, necem intulit, ut desertus hoc modo rex tanto plus obsequii illi præstaret. Quum vero sceleribus istis offensus adolescens se pœnas de auctore sumturum esse manifestis argumentis declararet; insidiis occupatis, Bagoas Arsen cum liberis tertio imperii anno interemit. (5) Regia domo sic ad solitudinem redacta, quum nemo ex ea gente superesset, qui successionem in regno sibi vindicaret, Darium, ex amicis quendam, delegit, atque hunc in regni possessionem collocavit. Hic Arsanum, Ostanis filium, qui Artaxerxis Persarum regis frater erat, parentem habe-

βασιλεύσαντος. (6) Ἴδιον δέ τι συνέβη περὶ τὸν Βαγώαν γενέσθαι καὶ μνήμης ἄξιον. Χρώμενος γὰρ τῇ συνήθει μιαιφονίᾳ τὸν Δαρεῖον ἐπεβάλετο διὰ φαρμακείας ἀνελεῖν· μηνυθείσης δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, ὁ βασιλεὺς ὡς ἐπί τινι φιλανθρωπίᾳ προςκαλεσάμενος τὸν Βαγώαν, καὶ δοὺς τὸ ποτήριον, ἠνάγκασε πιεῖν τὸ φάρμακον.

VI. Ἠξιώθη δὲ τῆς βασιλείας ὁ Δαρεῖος δοκῶν πολὺ προέχειν ἀνδρείᾳ Περσῶν. Ἀρταξέρξου γάρ ποτε τοῦ βασιλέως πολεμοῦντος πρὸς Καδουσίους, καί τινος τῶν Καδουσίων ἐπ' ἀλκῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαβεβοημένου καὶ προκαλεσαμένου τὸν βουλόμενον Περσῶν μονομαχῆσαι, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ὑπακοῦσαι, μόνος δὲ Δαρεῖος ὑποστὰς τὸν κίνδυνον, τὸν προκαλεσάμενον ἀπέκτεινε, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ βασιλέως μεγάλαις ἐτιμήθη δωρεαῖς, παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις τὸ πρωτεῖον τῆς ἀνδρείας ἀπηνέγκατο. (2) Διὰ ταύτην δὴ τὴν ἀνδραγαθίαν ἄξιος τῆς βασιλείας νομισθείς, παρέλαβε τὴν ἀρχὴν περὶ τούτους τοὺς χρόνους ἐν οἷς Φιλίππου τελευτήσαντος διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ἀλέξανδρος. (3) Τοιοῦτον δ' ἄνδρα τῆς τύχης παραδούσης ἀντίπαλον τῇ κατ' Ἀλέξανδρον ἀρετῇ, συνέβη πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας συστῆναι περὶ τοῦ πρωτείου. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αἱ κατὰ μέρος πράξεις ἕκαστα δηλώσουσιν· ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας τρεψόμεθα.

VII. Δαρεῖος γὰρ παραλαβὼν τὴν βασιλείαν πρὸ μὲν τῆς Φιλίππου τελευτῆς ἐφιλοτιμεῖτο τὸν μέλλοντα πόλεμον εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀποστρέψαι· ἐκείνου δὲ τελευτήσαντος, ἀπελύθη τῆς ἀγωνίας, καταφρονήσας τῆς Ἀλεξάνδρου νεότητος. (2) Ἐπεὶ δ' ἡ τῶν πράξεων ἐνέργεια καὶ ὀξύτης ἐποίησε μὲν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀναλαβεῖν, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου γενέσθαι περιβόητον, τότε δὴ νουθετηθεὶς τοῖς ἔργοις ὁ Δαρεῖος ἐπιμέλειαν μεγάλην ἐποιεῖτο τῶν δυνάμεων, τριήρεις τε πολλὰς κατασκευαζόμενος καὶ [πολλὰς] δυνάμεις ἀξιολόγους συνιστάμενος, ἡγεμόνας τε τοὺς ἀρίστους προκρίνων, ἐν οἷς ὑπῆρχε καὶ Μέμνων ὁ Ῥόδιος, διαφέρων ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει στρατηγικῇ. (3) Τούτῳ δὲ δοὺς ὁ βασιλεὺς μισθοφόρους πεντακισχιλίους, προςέταξε παρελθεῖν ἐπὶ πόλιν Κύζικον, καὶ πειρᾶσθαι ταύτην χειρώσασθαι. Οὗτος μὲν οὖν μετὰ τοσούτων στρατιωτῶν προῆγε διὰ τῆς Ἴδης. (4) Τὸ δ' ὄρος τοῦτο μυθολογοῦσί τινες τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τῆς Μελισσέως Ἴδης. Μέγιστον δὲ ὑπάρχον τῶν κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θεοπρεπές, ἐν ᾧ φασι κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου. (5) Γενέσθαι δ' ἐν τούτῳ λέγεται καὶ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους, οὓς σίδηρον ἐργάσασθαι πρώτους, μαθόντας τὴν ἐργασίαν παρὰ τῆς τῶν θεῶν μητρός. Ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συμβαίνει γίνεσθαι περὶ τοῦτο τὸ ὄρος. (6) Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς διὰ τὴν νηνεμίαν τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὑπερπετῆ γίνεσθαι τὴν ἄκραν τῆς τῶν ἀνέμων πνοῆς. Ὁρᾶσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἔτι τῆς νυκτὸς

bat. (6) Bagoæ autem singulare quiddam et memoratu dignum evenit. Sanguinaria enim crudelitate, cui hactenus assueverat, inductus, medicata potione etiam Darium necare instituit. Sed insidiis per indicium patefactis, rex Bagoæ comiter advocato poculum tradidit et ad ebibendum illud vi hominem adegit.

VI. Dignus regno Darius propterea habitus est, quod virtute Persis omnibus anteire crederetur. Quum enim Artaxerxes rex bellum aliquando cum Cadusiis gereret, et quidam ex hostium numero, vir ob corporis et animi firmitatem celebratus, aliquem ex Persis, quicunque vellet, singulare ad certamen provocaret, nemine se obviam dare auso, Darius solus adiit periculum et provocatorem interemit. Quare magnificis a rege præmiis honestatus, summam virtutis gloriam inter Persas retulit. (2) Ob hoc itaque viri strenui facinus dignus qui regno præesset judicatus, imperium accepit, sub idem tempus, quo defuncto Philippo Alexander successit. (3) Talem virum quum virtuti Alexandri fortuna dedisset adversarium, ut multa magnaque inter eos certamina de principatu committerentur, evenit. Verum ista res illorum singulatim explicatæ clariora deinceps facient. Jam ad historiæ seriem nos referemus.

VII. Darius itaque, regno suscepto, ante Philippi mortem, ut futurum inde bellum in Macedoniam averteret, studiose contenderat. Sed postquam ille vivere desiit, metu solutus est, quum juventutem Alexandri non magni faciendam existimaret. (2) Postquam vero strenuitas rerum gerendarum et celeritas effecerat, ut imperator totius Græciæ crearetur, jamque virtus adolescentis ubique prædicaretur; ad meliora demum consilia his rebus revocatus, multum cogendis exercitibus diligentiæ advertit, et comparata magna triremium classe, numerosaque militum vi contracta, duces omnium optimos delegit: inter quos etiam Memnon Rhodius erat, virtute ac peritia rerum militarium excellens. (3) Hunc, quinque conductitiorum millibus attributis, rex jusserat Cyzicum profectum subigendæ urbis periculum facere. Is igitur hanc armatorum manum per Idam ducebat. (4) Montem illum ab Ida Melissei nomen traxisse fabulantur. Altitudine ceteros ad Hellespontum exsuperans, in medio specum habet magnificum, ubi deas Alexandri judicium subiisse perhibent. (5) Idæos quoque Dactylos in eo fuisse fama est, qui principes a deorum Matre artem edocti, ferrum cudere cœperunt. Res singularis et admiranda loco huic accidit. (6) Nam circa ortum caniculæ in summo montis vertice tanta aeris circumfusi est tranquillitas, ut juga illa ventorum flatus superemineant. Et sol profunda etiamnum nocte ita oriri vi-

οὔσης ἀνατέλλοντα, τὰς ἀκτῖνας οὐκ ἐν κυκλοτερεῖ σχήματι τετραμμένον, ἀλλὰ τὴν φλόγα κατὰ πολλοὺς τόπους ἔχοντα διεσπαρμένην, ὥςτε δοκεῖν πυρὰ πλείω θιγγάνειν τοῦ τῆς γῆς ὁρίζοντος. (7) Μετ' ὀλίγον δὲ συνάγεται ταῦτα πρὸς ἓν μέγεθος, ἕως ἂν γένηται τρίπλεθρον διάστημα· καὶ τότε ἤδη τῆς ἡμέρας ἐπιλαβούσης, τὸ φαινόμενον τοῦ ἡλίου μέγεθος πληρωθὲν τὴν τῆς ἡμέρας διάθεσιν κατασκευάζει. (8) Ὁ δ' οὖν Μέμνων διελθὼν τὴν ὀρεινήν, ἄφνω τῇ πόλει τῶν Κυζικηνῶν προςέπεσε, καὶ παρ' ὀλίγον αὐτῆς ἐκυρίευσεν· ἀποπεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς, τὴν χώραν αὐτῶν ἐπόρθησε καὶ πολλῶν λαφύρων ἐκυρίευσεν. (9) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Παρμενίων Γρύνειον μὲν πόλιν ἑλὼν κατὰ κράτος ἐξηνδραποδίσατο· Πιτάνην δὲ πολιορκοῦντος αὐτοῦ, Μέμνων ἐπιφανεὶς καὶ καταπληξάμενος τοὺς Μακεδόνας ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. (10) Μετὰ δὲ ταῦτα Κάλλας μὲν ἔχων Μακεδόνας καὶ μισθοφόρους στρατιώτας ἐν τῇ Τρῳάδι συνῆψε μάχην πρὸς τοὺς Πέρσας, ὄντας πολλαπλασίους, καὶ λειφθεὶς ἀπεχώρησεν εἰς τὸ Ῥοίτειον. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

VIII. Ἀλέξανδρος δὲ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς καταπαύσας, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, καὶ πολλὰ μὲν ἔθνη Θρᾴκια ταραττόμενα καταπληξάμενος ὑποταγῆναι κατηνάγκασεν· ἐπῆλθε δὲ καὶ τὴν Παιονίαν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα καὶ τὰς ὁμόρους ταύταις χώρας, καὶ πολλοὺς τῶν κατοικούντων βαρβάρων ἀφεστηκότας χειρωσάμενος, ὑπηκόους πάντας τοὺς πλησιοχώρους βαρβάρους ἐποιήσατο. (2) Περὶ ταῦτα δ' ὄντος αὐτοῦ, παρῆσάν τινες ἀπαγγέλλοντες πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων νεωτερίζειν καὶ πολλὰς τῆς Ἑλλάδος πόλεις πρὸς ἀπόστασιν ὡρμηκέναι, μάλιστα δὲ Θηβαίους. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς παροξυνθείς, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν, σπεύδων τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα παῦσαι ταραχάς. (3) Θηβαίων δὲ τὴν ἐν τῇ Καδμείᾳ φρουρὰν ἐκβαλεῖν φιλοτιμουμένων, καὶ πολιορκούντων τὴν ἄκραν, ἧκεν ὁ βασιλεὺς ἄφνω πρὸς τὴν πόλιν, καὶ κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῶν Θηβῶν μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως. (4) Οἱ δὲ Θηβαῖοι πρὸ μὲν τῆς τοῦ βασιλέως παρουσίας τὴν Καδμείαν τάφροις βαθείαις καὶ σταυρώμασι πυκνοῖς περιέλαβον, ὥςτε μήτε βοήθειαν αὐτοῖς δύνασθαι μήτ' ἀγορὰν εἰςπέμψαι. (5) Πρὸς δὲ Ἀρκάδας καὶ Ἀργείους, ἔτι δὲ Ἠλείους, πρεσβεύσαντες ἠξίουν βοηθεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς Ἀθηναίους περὶ συμμαχίας ἐπρέσβευσαν, καὶ παρὰ Δημοσθένους ὅπλων πλῆθος ἐν δωρεαῖς λαβόντες τοὺς ἀνόπλους καθώπλιζον. (6) Τῶν δ' ἐπὶ τὴν βοήθειαν παρακεκλημένων οἱ μὲν ἐν Πελοποννήσῳ στρατιώτας ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν καὶ διατρίβοντες ἐκαραδόκουν, προςδοκίμου τοῦ βασιλέως ὄντος. Ἀθηναῖοι δ' ἐψηφίσαντο μὲν βοηθεῖν τοῖς Θηβαίοις πεισθέντες ὑπὸ Δημοσθένους, οὐ μέντοι γε τὴν δύναμιν ἐξέπεμψαν, καραδοκοῦντες τὴν ῥοπὴν τοῦ πολέμου. (7) Ὁ δὲ τῆς ἐν τῇ Καδμείᾳ φρουρᾶς ἡγούμενος Φιλώτας, ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μεγάλας πα-

detur, ut radios non in circuli figuram conversos habeat, sed flammam per multos hinc illinc tractus dispergat: unde fit ut finitorem terræ ignes plurimi contingere videantur. (7) Qui paullo post in unam coarctantur magnitudinem, donec plethri tergemini spatium exsistat. Tunc, luce jam appetente, solis corpus veluti jam completum sese exhibens, usitatam diei lucem reddit. (8) Memnon igitur supergressus eum montem, impressione subita Cyzicenorum urbem invasit, nec multum abfuit quin in potestatem suam redigeret. Conatis tamen excidens, agrum populatus ingenti cum præda rediit. (9) Inter hæc Parmenio Grynium vi cepit, ac cives sub corona vendidit. Hinc Pitanen oppugnavit: sed Memnon superveniens, incusso Macedonibus terrore, obsidionem solvit. (10) Post hæc Callas cum Macedonum et conductitiorum agmine in Troade cum Persis, numero longe superioribus, conflixit; sed victus, Rhœteum sese recepit. Atque is tum rerum in Asia status erat.

VIII. Alexander vero, compositis Græciæ motibus, arma in Thraciam expedivit, gentesque multas ibi tumultuantes perterrefaciens ad imperata faciendum coegit. Tunc Pæoniam quoque Illyridemque et conterminas hisce terras invasit, et incolarum plurimis, qui a fide regis desciverant, subactis, Barbaros illis finitimos imperio suo omnes adjunxit. (2) His dum occupatur, quidam nuntiatum advenerunt multos Græcorum rebus novis intentos esse, nec paucas Græciæ civitates, inprimis vero Thebanos, imperio ejus renuntiasse. Quibus rex vehementer exacerbatus in Macedoniam retro tendit, turbas in Græcia sedare maturans. (3) Jamque præsidium Macedonum e Cadmea expellere Thebani properantes arcem obsidebant, quum illico rex superveniens, juxta urbem cum toto exercitu consedit. (4) Thebani jam ante regis adventum fossis profundis densaque vallorum serie Cadmeam ita cinxerant, ut nec auxilia nec commeatus intromitti possent. (5) Ad Arcades præterea et Argivos Eleosque miserant qui de auxiliis sollicitarent. Per legatos etiam Athenienses, ut præsto sibi essent, rogarant, magnamque vim armorum gratis a Demosthene acceperant, qua turbam inermem instruxerant. (6) Ex illis ergo, quorum auxilia Thebani imploraverant, Peloponnesii copias ad Isthmum præmiserunt, quas ad regis usque adventum, qui in exspectatione erat, moras nectere jubebant. Athenienses, licet Demosthenis suasu auxilia Thebanis decrevissent, copiarum tamen nihil miserunt, quum, quo belli momenta inclinatura essent, observarent. (7) Interea Philotas dux præsidii intra Cadmeam, Thebanos magno in oppugnationem appa-

ρασκευὰς ποιουμένους πρὸς τὴν πολιορκίαν, καὶ τὰ τείχη φιλοτιμότερον κατεσκεύασε καὶ βελῶν παντοδαπῶν πλῆθος ἡτοιμάσατο.

IX. Ἐπεὶ δ' ὁ βασιλεὺς ἀνελπίστως ἐκ τῆς Θρᾴκης ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, αἱ μὲν συμμαχίαι τοῖς Θηβαίοις δισταζομένην εἶχον τὴν παρουσίαν, ἡ δὲ τῶν πολεμίων δύναμις ὁμολογουμένην καὶ φανερὰν ἐποιεῖτο τὴν ὑπεροχήν. Τότε δὲ συνεδρεύσαντες οἱ ἡγεμόνες προεβουλεύσαντο περὶ τοῦ πολέμου, καὶ πᾶσιν ἔδοξεν ὑπὲρ τῆς αὐτονομίας διαγωνίζεσθαι. Τοῦ δὲ πλήθους ἐπικυρώσαντος τὴν γνώμην, ἅπαντες μετὰ πολλῆς προθυμίας εἶχον ἑτοίμως διακινδυνεύειν. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίαν ἦγε, διδοὺς μετανοίας χρόνον εἰς τὸ βουλεύσασθαι, καὶ νομίζων μὴ τολμήσειν μίαν πόλιν πρὸς τηλικαύτην δύναμιν παρατάξασθαι. (3) Εἶχε γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν πεζοὺς μὲν πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τῶν τρισχιλίων, πάντας δ' ἐνηθληκότας τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις καὶ συνεστρατευμένους Φιλίππῳ καὶ σχεδὸν ἐν πάσαις ταῖς μάχαις ἀηττήτους γεγονότας· ὧν δὴ ταῖς ἀρεταῖς καὶ προθυμίαις πεποιθὼς Ἀλέξανδρος ἐπεβάλετο καταλῦσαι τὴν τῶν Περσῶν ἡγεμονίαν. (4) Εἰ μὲν οὖν οἱ Θηβαῖοι τοῖς καιροῖς εἴξαντες διεπρεσβεύοντο πρὸς τοὺς Μακεδόνας ὑπὲρ εἰρήνης καὶ συνθέσεως, ἡδέως ἂν ὁ βασιλεὺς προσεδέξατο τὰς ἐντεύξεις, καὶ πάντα ἂν ἀξιούμενος συνεχώρησεν· ἐπεθύμει γὰρ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς ἀποτριψάμενος ἀπερίσπαστον ἔχειν τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον· νῦν δὲ δόξας ὑπὸ τῶν Θηβαίων καταφρονεῖσθαι, διέγνω τὴν πόλιν ἄρδην ἀνελεῖν καὶ τῷ φόβῳ τούτῳ τὰς ὁρμὰς τῶν ἀφίστασθαι τολμώντων ἀποτρέψαι. (5) Διόπερ τὴν δύναμιν ἑτοίμην κατασκευάσας πρὸς τὸν κίνδυνον, ἐκήρυξε τὸν βουλόμενον Θηβαίων ἀπιέναι πρὸς αὐτὸν καὶ μετέχειν τῆς κοινῆς τοῖς Ἕλλησιν εἰρήνης. Οἱ δὲ Θηβαῖοι διαφιλοτιμηθέντες ἀντεκήρυξαν ἀπό τινος ὑψηλοῦ πύργου τὸν βουλόμενον μετὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ Θηβαίων ἐλευθεροῦν τοὺς Ἕλληνας καὶ καταλύειν τὸν τῆς Ἑλλάδος τύραννον, παρεῖναι πρὸς αὐτούς. (6) Ὅθεν Ἀλέξανδρος περιαλγὴς γενόμενος εἰς ὑπερβάλλουσαν ὀργὴν προῆλθε, καὶ πάσῃ τιμωρίᾳ τοὺς Θηβαίους μετελθεῖν ἔκρινεν. Οὗτος μὲν οὖν ἀποθηριωθεὶς τὴν ψυχήν, μηχανάς τε πολιορκητικὰς συνεστήσατο καὶ τἄλλα πρὸς τὸν κίνδυνον παρεσκευάζετο.

X. Οἱ δ' Ἕλληνες πυθόμενοι τὸ μέγεθος τῶν περὶ τοὺς Θηβαίους κινδύνων, ἐδυσφόρουν ἐπὶ ταῖς προσδοκωμέναις περὶ αὐτῶν συμφοραῖς. Οὐ μὴν βοηθεῖν γ' ἐτόλμων τῇ πόλει διὰ τὸ προπετῶς καὶ ἀβούλως εἰς ὁμολογουμένην ἀπώλειαν ἑαυτὴν δεδωκέναι. (2) Οἱ δὲ Θηβαῖοι ταῖς μὲν εὐτολμίαις προθύμως ἀνεδέχοντο τοὺς κινδύνους, φήμαις δέ τισι μάντεων καὶ θεῶν σημείοις ἠποροῦντο. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τῷ τῆς Δήμητρος ἱερῷ λεπτὸν ἀράχνης ὕφασμά τι διαπεπετασμένον ὤφθη, τὸ μὲν μέγεθος ἔχον ἱματίου, κύκλῳ δὲ περιφαῖνον ἶριν τῇ κατ' οὐρανὸν ἐοικυῖαν. (3) Περὶ οὗ τὸ

ratu incumbere videns, summam firmandis mœnibus diligentiam impendebat, telorumque omne genus maximo numero sibi comparaverat.

IX. Postquam vero cum universis copiis ex improviso rex e Thracia venerat, incertaque Thebanis erat sociorum accessio, interim tamen longe majores hostium vires manifesto conspiciebant; coacto ducum senatu, de belli ratione consilia cepere, placuitque omnibus, ut pro reipublicæ suæ libertate decertarent. Quam sententiam quum etiam vulgus comprobaret, omnes magna sese animorum promtitudine ad pugnæ discrimen accingebant. (2) Sed rex, primo quidem suos continens, mutandi consilii spatium illis permisit, nequaquam fore existimans, ut una civitas tantas contra vires in aciem descenderet. (3) Nam ultra triginta millia peditum, nec infra tria millia equitum Alexander tunc temporis habebat, omnesque bellicis conflictibus exercitatissimi erant, et Philippi commilitones in omnibus ferme pugnis invicti manserant, quorum etiam virtute et alacritate confisus finem imperio Persarum afferre in animum induxerat. (4) Quod si Thebani, temporum difficultati cedentes, de pace et transactione legatos ad Macedones misissent, libenter conveniendi sui copiam illis præbuisset rex, et cuncta rogatus concessisset. Nam oppressis Græciæ tumultibus, minus impeditum cum Persis bellum gerere cupiebat. Postquam vero a Thebanis contemtui se haberi animadvertit, urbem funditus delere, et hoc terrore conatus aliorum, qui desciscere forte auderent, inhibere statuit. (5) Jamque instructa ad dimicandum acies erat, quum rex per caduceatorem proclamari jussit, ut quicunque Thebanorum vellet, ad se transiret, et communi Græcorum pace frueretur. Thebani contra, ambitione cum hoste certantes, ex alta quadam turre præconis voce denuntiarunt, si cui animus cum magno rege et Thebanis Græcos in libertatem vindicare, et tyrannum Græciæ opprimere, ad ipsos se conferret. (6) Hinc summo dolore ictus Alexander, ad eam iracundiæ acerbitatem processit, ut omni genere supplicii Thebanos ulciscendos judicaret. Efferatus igitur animo, machinas ad obsidendam urbem instruxit, ceteraque ad conflictum expedivit.

X. Interea Græci, mole periculorum Thebanis imminentium animadversa, calamitates quidem jamjam illos obruituras molestissime ferebant, auxilio tamen urbem levare neutiquam audebant, quod temere et absque consilio in manifestam se perniciem præcipitassent. (2) Sed Thebani promte magnaque fiducia discrimina excipiebant. Fatidicæ tamen quædam voces et deorum portenta dubitationem illis moverant. Nam, quod primum fuit, in Cereris fano subtilis quædam araneæ tela expandi visa est, quæ pallium magnitudine æquans, irin cœlesti similem circuitu repræ-

μὲν ἐν Δελφοῖς χρηστήριον ἔδωκεν αὐτοῖς τόνδε τὸν χρησμόν,

Σημεῖον τόδε πᾶσι θεοὶ φαίνουσι βροτοῖσι,
Βοιωτοῖς δὲ μάλιστα καὶ οἳ περιναιετάουσι.

Τὸ δὲ πάτριον τῶν Θηβαίων μαντεῖον τοῦτον ἐξήνεγκε τὸν χρησμόν,

Ἱστὸς ὑφαινόμενος ἄλλῳ κακόν, ἄλλῳ ἄμεινον.

(4) Τοῦτο μὲν οὖν τὸ σημεῖον ἐγένετο τρισὶ μησὶν ἀνώτέρω τῆς Ἀλεξάνδρου παρουσίας ἐπὶ τὰς Θήβας. Ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν ἔφοδον τοῦ βασιλέως οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀνδριάντες ἐφάνησαν ἱδρῶτας ἀφιέντες καὶ μεστοὶ σταλαγμῶν μεγάλων. Χωρὶς δὲ τούτων ἧκόν τινες τοῖς ἄρχουσιν ἀπαγγέλλοντες τὴν ἐν Ὀγχηστῷ λίμνην μυκήματι παραπλήσιον φωνὴν ἀφιέναι, τῇ δὲ Δίρκῃ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος αἱματοειδῆ φρίκην ἐπιτρέχειν. (5) Ἕτεροι δὲ ἧκον ἐκ Δελφῶν μηνύοντες ὅτι ὁ ἀπὸ Φωκέων ναός, ὃν ἱδρύσαντο Θηβαῖοι, ᾑματωμένην ἔχων τὴν ὀροφὴν ὁρᾶται. Οἱ δὲ περὶ τὴν τῶν σημείων διάκρισιν ἀσχολούμενοι σημαίνειν ἔφασαν τὸ μὲν ὕφασμα θεῶν ἀπὸ τῆς πόλεως χωρισμόν, τὸ δὲ τῆς ἴριδος χρῶμα πραγμάτων ποικίλων χειμῶνα, τὸν δὲ τῶν ἀνδριάντων ἱδρῶτα ὑπερβάλλουσαν κακοπάθειαν, τὸ δ' ἐν πλείοσι τόποις φαινόμενον αἷμα φόνον πολὺν κατὰ τὴν πόλιν ἐσόμενον. (6) Συνεβούλευον οὖν, τῶν θεῶν φανερῶς σημαινόντων τὴν ἐσομένην τῇ πόλει συμφοράν, μὴ συγκαταβαίνειν εἰς τὸ διὰ μάχης κρίνειν τὸν πόλεμον, ἑτέραν δὲ διάλυσιν ζητεῖν διὰ λόγων ἀσφαλεστέραν. (7) Οὐ μὴν οἱ Θηβαῖοί γε ταῖς ψυχαῖς ἐμαλακύνοντο, τοὐναντίον δὲ τοῖς θυμοῖς προαχθέντες ἀνεμίμνησκον ἀλλήλους τὴν ἐν Λεύκτροις εὐημερίαν καὶ τῶν ἄλλων παρατάξεων ἐν αἷς θαυμαστῶς ταῖς ἰδίαις ἀνδραγαθίαις ἀνελπίστους νίκας περιεποιήσαντο. Οἱ μὲν οὖν Θηβαῖοι τοῖς παραστήμασιν ἀνδρειότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον χρησάμενοι προέπεσον εἰς πάνδημον τῆς πατρίδος ὄλεθρον.

XI. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τρισὶ ταῖς πάσαις ἡμέραις ἑτοιμασάμενος τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν, [καὶ] τὰς δυνάμεις διείλετο [τὴν στρατιὰν] εἰς τρία μέρη, καὶ τὸ μὲν τοῖς χαρακώμασι τοῖς πρὸ τῆς πόλεως κατεσκευασμένοις προςβάλλειν ἔταξε, τὸ δὲ τοῖς Θηβαίοις ἀντιτάττεσθαι, τὸ δὲ τρίτον ἐφεδρεύειν τῷ πονοῦντι μέρει τῆς δυνάμεως καὶ διαδέχεσθαι τὴν μάχην. (2) Οἱ δὲ Θηβαῖοι τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐντὸς τοῦ χαρακώματος ἔταξαν, τοὺς δ' ἐλευθερωθέντας οἰκέτας καὶ τοὺς φυγάδας καὶ τοὺς μετοίκους τοῖς πρὸς τὰ τείχη βιαζομένοις ἀντέταξαν, αὐτοὶ δὲ τοῖς μετὰ τοῦ βασιλέως Μακεδόσι πολλαπλασίοις οὖσι συνάπτειν μάχην πρὸ τῆς πόλεως ἡτοιμάζοντο. (3) Τέκνα δὲ καὶ γυναῖκες συνέτρεχον εἰς τὰ ἱερά, καὶ τοὺς θεοὺς ἱκέτευον σῶσαι τὴν πόλιν ἐκ τῶν κινδύνων. Ὡς δ' ἤγγισαν οἱ Μακεδόνες καὶ τοῖς τεταγμένοις μέρεσιν ἕκαστοι προςέπεσον, αἱ μὲν σάλπιγγες ἐσήμαινον τὸ πολεμικόν, αἱ δὲ παρ' ἀμφοτέροις δυνάμεις ὁφ' ἕνα καιρὸν συνηλάλαξαν καὶ τὰ κοῦφα τῶν βελῶν ἐπὶ τοὺς

sentabat. (3) De quo sortes illis Delphicæ hoc oraculum cecinerunt:

Hoc monstrum cunctis numen mortalibus offert,
præcipue, Bœote, tibi, et vicina colenti.

Patrium deinde oraculum Thebanis hanc vocem edidit:

Commoda fert alii tela hæc, aliique ruinam.

(4) Prodigium hoc tribus ante regis contra Thebas adventum mensibus accidit. Sub ipsam vero impressionem Alexandri, statuæ in foro dispositæ multum sudoris emittere magisque guttis oppleri sunt conspectæ. Et præter hæc, nuntiatum quidam magistratibus venerunt, lacum juxta Onchestum vocem mugitus similem edidisse, et aquæ superficiem in Dirce spuma sanguinem referente inhorruisse. (5) Adfuerunt e Delphis alii, qui culmen fani, de manubiis Phocensium a Thebanis exstructi, cruentum videri referrent. Qui conjectandis igitur prodigiorum significationibus operam dare solebant, tela deorum ab urbe discessum, Iridis colore variorum tempestatem negotiorum, imaginum sudore extremam malorum perpessionem, sanguine denique pluribus in locis viso fœdas in urbe cædes portendi affirmarunt. (6) Consilium idcirco dabant, ut, quia futuram urbi calamitatem tam aperte dii significarent, ne collata cum hostibus acie bellum disceptarent, sed alium componendi ejus modum per conditiones longe tutiorem quærerent. (7) At Thebani nequaquam animos emolliri sinebant: quin ex contrario, ardore suo provecti, felicem pugnæ Leuctricæ aliarumque, ubi victorias propria virtute insperatas obtinuissent, successum alter alteri in memoriam revocabant. Quo factum ut Thebani promtitudine animorum magis forti quam prudente internecivam patriæ in calamitatem se præcipitarint.

XI. Interea quum tridui ad summum spatio rex omnia, quæ ad oppugnationem urbis conducerent, præparasset, exercitum in tres partes divisit. Unam vallum urbi prætensum aggredi jussit; alteram Thebanorum aciei objecit; tertiam, ad subveniendum defessis et redintegrandum successione prœlium, in subsidiis reliquit. (2) Thebani vero equitatum intra vallum constituerunt; servos manumissos exulesque et inquilinos mœnia per vim adorturis opposuere; ipsi cum Macedonica regis phalange, licet numero longe superarentur, manus ante urbem conserere erant parati. (3) Tum liberi et uxores ad templa decurrunt, deosque, ut patriam e summo discrimine eripiant, supplices exposcunt. Ubi Macedones appropinquarant, designatas sibi partes singuli invadunt, datoque tubis signo, clamor sub idem tempus ab utroque exercitu tollitur, ac leve telo-

πολεμίους ἔϐαλον. (4) Ταχὺ δὲ τούτων ἐξαναλωθέντων, καὶ πάντων εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην συμπεσόντων, μέγας ἀγὼν συνίστατο. Οἱ μὲν γὰρ Μακεδόνες διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ βάρος τῆς φάλαγγος δυςυπόστατον εἶχον τὴν βίαν, οἱ δὲ Θηϐαῖοι ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις ὑπερέχοντες καὶ τοῖς ἐν τοῖς γυμνασίοις συνεχέσιν ἀθλήμασιν, ἔτι δὲ τῷ παραστήματι τῆς ψυχῆς πλεονεκτοῦντες, ἐνεκαρτέρουν τοῖς δεινοῖς. (5) Διὸ καὶ παρ' ἀμφοτέροις πολλοὶ μὲν κατετιτρώσκοντο, οὐκ ὀλίγοι δ' ἔπιπτον ἐναντίας λαμϐάνοντες πληγάς. Ὁμοῦ δ' ἦν κατὰ τὰς ἐν τοῖς ἀγῶσι συμπλοκὰς μυγμὸς καὶ βοὴ καὶ παρακελευσμός, παρὰ μὲν τοῖς Μακεδόσι μὴ καταισχῦναι τὰς προγεγενημένας ἀνδραγαθίας, παρὰ δὲ τοῖς Θηϐαίοις μὴ περιιδεῖν τέκνα καὶ γονεῖς ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύοντας καὶ τὴν πατρίδα πανοίκιον ὑπὸ τοὺς Μακεδόνων θυμοὺς ὑποπεσοῦσαν, μνησθῆναι δὲ τῆς ἐν Λεύκτροις καὶ ἐν Μαντινείᾳ μάχης καὶ τῶν παρὰ πᾶσι περιϐοήτων ἀνδραγαθημάτων. Ἐπὶ πολὺν μὲν οὖν χρόνον ἰσόῤῥοπος ἦν ἡ μάχη διὰ τὴν ὑπερϐολὴν τῆς τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδρείας.

XII. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἀλέξανδρος ὁρῶν τοὺς μὲν Θηϐαίους ἑτοίμως ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιζομένους, τοὺς δὲ Μακεδόνας κάμνοντας τῇ μάχῃ, προςέταξε τοὺς ἐπὶ τῆς ἐφεδρείας τεταγμένους διαδέξασθαι τὸν ἀγῶνα. Οἱ μὲν οὖν Μακεδόνες ἄφνω προςπεσόντες τοῖς Θηϐαίοις κατακόποις, βαρεῖς ἐπέκειντο τοῖς πολεμίοις καὶ πολλοὺς ἀνῄρουν. (2) Οὐ μὴν οἱ Θηϐαῖοι τῆς νίκης ἐξεχώρουν, τοὐναντίον δὲ τῇ φιλοτιμίᾳ προαχθέντες πάντων τῶν δεινῶν κατεφρόνουν. Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις προέϐησαν, ὥςτε βοᾶν ὅτι Μακεδόνες ὁμολογοῦσιν ἥττους εἶναι Θηϐαίων, καὶ τῶν ἄλλων πάντων εἰωθότων ἐν ταῖς διαδοχαῖς τῶν πολεμίων δεδιέναι τοὺς ἀκεραίους τῶν ἐφεδρευόντων, οὗτοι μόνοι τότε θρασύτεροι πρὸς τοὺς κινδύνους ὑπῆρξαν, ὅθ' οἱ πολέμιοι διαδοχὴν ἐξέπεμψαν τοῖς καταπονουμένοις ὑπὸ τῆς κακοπαθείας. (3) Ἀνυπερϐλήτου δὲ τῆς φιλοτιμίας γινομένης, ὁ βασιλεὺς κατανοήσας τινὰ πυλίδα καταλελειμμένην ὑπὸ τῶν φυλάκων, ἐξαπέστειλε Περδίκκαν μετὰ στρατιωτῶν ἱκανῶν καταλαϐέσθαι ταύτην καὶ παρειςπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν. (4) Τούτου δὲ ταχὺ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, οἱ μὲν Μακεδόνες διὰ τῆς πυλίδος παρειςέπεσον εἰς τὴν πόλιν, οἱ δὲ Θηϐαῖοι καταπεπονηκότες μὲν τὴν πρώτην φάλαγγα τῶν Μακεδόνων, ἀντιταχθέντες δ' εὐρώστως τῇ δευτέρᾳ, εὐέλπιδες ἦσαν περὶ τῆς νίκης· ὡς δὲ κατενόησαν μέρος τῆς πόλεως κατειλημμένον, εὐθὺς ἀνεχώρησαν ἐντὸς τῶν τειχῶν. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις οἱ μὲν τῶν Θηϐαίων ἱππεῖς ὁμοίως τοῖς πεζοῖς συνέτρεχον εἰς τὴν πόλιν, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἰδίων συμπατοῦντες διέφθειρον, αὐτοὶ δὲ τεταραγμένως εἰςίπτευον εἰς τὴν πόλιν, ἐν δὲ ταῖς διεξόδοις καὶ τάφροις τοῖς οἰκείοις ὅπλοις περιπίπτοντες ἐτελεύτων. (6) Οἱ δὲ τὴν Καδμείαν φρουροῦντες ἐκχυθέντες ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἀπήντων τοῖς Θηϐαίοις, καὶ τεταραγμένοις ἐπιπεσόντες πολὺν ἐποίουν φόνον.

rum genus in hostem expeditur. (4) Quo statim consumto, gladiis cominus res geri cœpit. Ibi demum atrox initur pugna. Macedones enim, quod et militum numero et phalangis impressione prævalerent, vim haud facile sustinendam inferebant. Thebani rursus, quod viribus corporum supereminerent, et perpetuis gymnasiorum studiis exercitati essent, præsentia insuper animorum excellerent, difficillima quæque fortiter tolerabant. (5) Ideo plurimi utrinque sauciari, nec pauci vulneribus adversis cadere. In medio decertantium conflictu fremitum simul et vociferatum, crebrasque exhortationes audivisses : a parte Macedonum, ne strenue prius gesta turpitudine aliqua contaminarent; apud Thebanos, ne liberos et parentes in extremæ servitutis discrimen venire, patriamque cum familiis universis Macedonum ferociæ exponi sinerent; quin potius commissæ ad Leuctra et Mantineam pugnæ, facinorumque toto orbe decantatorum quisque secum recordaretur. Ad longum itaque tempus, ut ambiguus pugnæ eventus esset, summa dimicantium virtus efficiebat.

XII. Hinc ubi promtissime libertatis amore Thebanos decertare, Macedones rursus pugnando fatigari vidit Alexander, triariis, quos in subsidiis collocaverat, ut vicem laborantium in pugna exciperent, imperavit. Macedones igitur subito in Thebanos jam defessos impetu incursantes, graviter hostes premunt, multosque conficiunt. (2) Nec tamen ideo victoriam hostibus Thebani concedunt. Quin potius eo studii et alacritatis processerant, ut omnia jam adversa nihili æstimarent : tantumque animorum virtus illis adjecerat, ut Macedones se Thebanis inferiores fateri exclamarent. Ac quum ceteri omnes integras subsidiorum vires in ejusmodi successione hostium reformidare soleant, hi soli animosius se periculis obtulerunt, quando in locum defatigatorum subsidiarium hostes agmen submittebant. (3) Sed dum invicta utriusque partis contentione ita pugnatur, rex portam quandam exiguam a statione vigilum destitutam videns, Perdiccam eo cum cohortibus aliquot mittit, qui ingressu illius occupato, in urbem irrumpat. (4) Hoc imperata strenue exsequente, Macedones per angiportum in urbem penetrant. Interea Thebani, quum post defatigatam primam phalangem jam secundæ fortiter resisterent, bonam victoriæ spem conceperant; ubi vero partem urbis occupatam animadvertere, statim intra muros pedem referunt. (5) Quæ dum geruntur, equites Thebanorum una cum pedestri agmine in urbem recurrere festinant, multosque suorum obtritos perimunt, ipsi etiam, dum trepidanter et confuse urbi sese ingerunt, inter vicorum angustias fossasque in arma sua incursantes, vitæ jacturam faciunt. (6) Inter hæc præsidiarii Cadmeæ ex arce effusi Thebanis occurrunt, et perturbatos adorti magnam edunt cædem.

XIII. Τῆς δὲ πόλεως τοῦτον τὸν τρόπον καταλαμβανομένης, πολλαὶ καὶ ποικίλαι περιστάσεις ἐντὸς τῶν τειχῶν ἐγίνοντο. Οἱ μὲν γὰρ Μακεδόνες διὰ τὴν ὑπερηφανίαν τοῦ κηρύγματος πικρότερον ἢ πολεμικώτερον προςεφέροντο τοῖς Θηβαίοις, καὶ μετὰ πολλῆς ἀπειλῆς ἐπιφερόμενοι τοῖς ἠτυχηκόσιν, ἀφειδῶς ἀνῄρουν πάντας τοὺς περιτυγχάνοντας. (2) Οἱ δὲ Θηβαῖοι τὸ φιλελεύθερον τῆς ψυχῆς διαφυλάττοντες τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ φιλοζωεῖν, ὥςτ' ἐν ταῖς ἀπαντήσεσι συμπλέκεσθαι καὶ τὰς παρὰ τῶν πολεμίων ἐπισπᾶσθαι πληγάς· ἑαλωκυίας γὰρ τῆς πόλεως, οὐδεὶς Θηβαίων ἑωράθη δεηθεὶς τῶν Μακεδόνων φείσασθαι τοῦ ζῆν, οὐδὲ προςέπιπτον τοῖς τῶν κρατούντων γόνασιν ἀγεννῶς. (3) Ἀλλ' οὔτε τὸ τῆς ἀρετῆς πάθος ἠλεεῖτο παρὰ τοῖς πολεμίοις, οὔτε τὸ τῆς ἡμέρας μῆκος ἤρκει πρὸς τὴν ὠμότητα τῆς τιμωρίας, πᾶσα δὲ ἡ πόλις ἐξεφορεῖτο παίδων ὁμοῦ καὶ παρθένων ἑλκομένων καὶ τὸ τῆς τεκούσης οἰκτρὸν ἐπιβοωμένων ὄνομα· καθόλου δὲ τῶν οἴκων σὺν ὅλαις ταῖς συγγενείαις ἁρπαζομένων, πάνδημος ὑπῆρχε τῆς πόλεως ἀνδραποδισμός. (4) Τῶν δ' ὑπολελειμμένων Θηβαίων οἱ μὲν κατατετρωμένοι τὰ σώματα καὶ λιποψυχοῦντες συνεπλέκοντο τοῖς πολεμίοις, συναποθνήσκοντες τῇ τῶν ἐχθρῶν ἀπωλείᾳ, οἱ δὲ κλάσματι δόρατος ἐρειδόμενοι συνήντων τοῖς ἐπιφερομένοις, καὶ διαγωνιζόμενοι τὸν ὕστατον ἀγῶνα, προετίμων τὴν ἐλευθερίαν τῆς σωτηρίας. (5) Πολλοῦ δὲ φόνου γενομένου, καὶ τῆς πόλεως κατὰ πάντα τόπον νεκρῶν πληρουμένης, οὐκ ἦν ὅςτις ἰδὼν οὐκ ἂν ἠλέησε τὰς τύχας τῶν ἀκληρούντων. Καὶ γὰρ τῶν Ἑλλήνων Θεσπιεῖς καὶ Πλαταιεῖς, ἔτι δ' Ὀρχομένιοι καί τινες ἄλλοι τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τοὺς Θηβαίους, συστρατευόμενοι τῷ βασιλεῖ, συνέπεσον εἰς τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐν τοῖς τῶν ἠτυχηκότων ἀκληρήμασιν ἐναπεδείκνυντο. (6) Διὸ καὶ πάθη πολλὰ καὶ δεινὰ κατὰ τὴν πόλιν ὁρᾶν ἦν γινόμενα· Ἕλληνες γὰρ ὑφ' Ἑλλήνων ἀνηλεῶς ἀνῃροῦντο καὶ συγγενεῖς ὑπὸ τῶν κατὰ γένος προςηκόντων ἐφονεύοντο, μηδεμίαν ἐντροπὴν τῆς ὁμοφώνου διαλέκτου παρεχομένης. Τέλος δὲ τῆς νυκτὸς ἐπικαταλαβούσης, αἱ μὲν οἰκίαι διηρπάγησαν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκες καὶ οἱ γεγηρακότες εἰς τὰ ἱερὰ καταπεφευγότες μετὰ τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀπήγοντο.

XIV. Τῶν δὲ Θηβαίων ἀνῃρέθησαν μὲν ὑπὲρ τοὺς ἑξακιςχιλίους, αἰχμάλωτα δὲ σώματα συνήχθη πλείω τῶν τρισμυρίων, χρημάτων δὲ ἄπιστον πλῆθος διεφορήθη. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν τελευτήσαντας τῶν Μακεδόνων ἔθαψε, πλείους ὄντας τῶν πεντακοσίων. Τοὺς δὲ συνέδρους τῶν Ἑλλήνων συναγαγὼν ἐπέτρεψε τῷ κοινῷ συνεδρίῳ πῶς χρηστέον τῇ πόλει τῶν Θηβαίων. (2) Προτεθείσης οὖν βουλῆς, τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων τοῖς Θηβαίοις τινὲς ἐπεχείρουν συμβουλεύειν ἀπαραιτήτοις τιμωρίαις δεῖν περιβαλεῖν αὐτούς· ἀπεδείκνυον δ' αὐτοὺς τὰ τῶν βαρβάρων πεφρονηκότας κατὰ τῶν Ἑλλήνων· καὶ γὰρ ἐπὶ Ξέρξου συμμαχοῦντας τοῖς Πέρσαις ἐστρατευκέναι κατὰ τῆς Ἑλλάδος, καὶ μόνους

XIII. Capta igitur ad hunc modum urbe, intra muros multas omnis generis calamitates videre erat. Macedones enim ob praeconii illius superbiam acerbius, quam belli jus concedit, in Thebanos sæviebant, multisque minis in miseros invecti absque ulla misericordiæ ratione quemvis obviam sibi factum obtruncabant. (2) Inter has ærumnas tamen animus Thebanorum libertatis amorem tutabatur; tantumque aberat ut de vita tuenda solliciti essent, ut in occursu cum hostibus colluctantes ad inferendum sibi vulnera sponte provocarent. Urbe namque capta, nemo Thebanorum, qui Macedonum cuipiam, ut vitæ suæ parceret, supplicasset, nemo qui ad genua victoris ignobiliter procidisset, est conspectus. (3) At nec ulla virtutis afflictæ miseratio apud hostes erat; nec dies quamlibet longa ad explendam vindictæ crudelissimæ libidinem sufficiebat. Tota nimirum urbs agi, rapi : pueri juxta ac virgines, matris nomen miserabili voce inclamantes, huc illuc trahi. Et ut paucis omnia complectamur, familiæ cum tota cognatione raptabantur, omnesque civitatis tribus captivitatis jugum subibant. (4) Thebanorum adhuc superstitum alii corpora vulneribus concisi, licet anima jam deficeret, hostem tamen complexi, una cum eo exspirabant : alii, hastæ fragmento innixi, cum obviis manum conserebant, et postremum certamen obeuntes quanto carior libertatis quam vitæ incolumitas sibi esset declarabant. (5) Jam ingens hominum cædes patrabatur, ut omnia urbis loca cadaveribus repleta essent, nec quisquam tam calamitosam afflictorum sortem intueri potuisset, quin misericordia illos prosequeretur. Nam etiam homines Græci, ut Thespii, Platæenses, Orchomenii et quidam alii, inimice erga Thebanos affecti, qui tunc sub rege stipendia faciebant, una cum aliis in urbem irruperant, odiumque suum inter extremas afflictorum clades exserebant. (6) Unde accidit ut multa atrocissimæ immanitatis exempla per urbem cernerentur, quum Græci a Græcis sine ulla misericordia mactarentur, et ejusdem gentis necessitudine inter se obstricti, non habito communis linguæ respectu trucidarentur. Interveniente tandem nocte, diripiuntur ædes; pueri, muliebris sexus ætasque grandæva, qui in templa refugerant, cum extremis contumeliis abducuntur.

XIV. Cæsi fuerunt de Thebanis ultra millia sex, capti abducti sunt plures tricies mille : opum vero immensa vis distracta est. Macedonum supra quingentos occubuerant : quos sepeliendos rex curavit. Tum senatu Græcorum in unum convocato, ad communem illius concilii sententiam retulit, quomodo civitas Thebanorum tractanda foret. (2) Ubi vero ad consilii disceptationem perventum, quidam malevolentia in Thebanos ducti exitiales eis pœnas incutiendas docere instituunt, eosque cum Barbaris contra Græcos conspirasse demonstrant. Nam Xerxis tempore inter socios Persarum armis suis Græciam oppugnasse, soles-

τῶν Ἑλλήνων ὡς εὐεργέτας τιμᾶσθαι παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, καὶ πρὸ τῶν βασιλέων τοῖς πρεσβεύουσι τῶν Θηβαίων τίθεσθαι θρόνους. (3) Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα διελθόντες παρώξυναν τὰς τῶν συνέδρων ψυχὰς κατὰ τῶν Θηβαίων, καὶ πέρας ἐψηφίσαντο τὴν μὲν πόλιν κατασκάψαι, τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἀποδόσθαι, τοὺς δὲ φυγάδας τῶν Θηβαίων ἀγωγίμους ὑπάρχειν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ μηδένα τῶν Ἑλλήνων ὑποδέχεσθαι Θηβαῖον. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκολούθως τῇ τοῦ συνεδρίου γνώμῃ τὴν μὲν πόλιν κατασκάψας πολὺν ἐπέστησε φόβον τοῖς ἀφισταμένοις τῶν Ἑλλήνων, τοὺς δ' αἰχμαλώτους λαφυροπωλήσας ἤθροισεν ἀργυρίου τάλαντα τετρακόσια καὶ τετταράκοντα.

XV. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὰς Ἀθήνας ἐξαπέστειλε τοὺς ἐξαιτήσοντας τῶν ῥητόρων δέκα τοὺς κατ' αὐτοῦ πεπολιτευμένους, ὧν ὑπῆρχον ἐπιφανέστατοι Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος. Συναχθείσης οὖν ἐκκλησίας, καὶ τῶν πρεσβευτῶν εἰσαχθέντων εἰς τὸ πλῆθος, ὁ μὲν δῆμος ἀκούσας τῶν λόγων εἰς πολλὴν ἀγωνίαν καὶ ἀπορίαν ἐνέπεσεν. Ἅμα μὲν γὰρ ἔσπευδε τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα τηρεῖν, ἅμα δὲ διὰ τὴν Θηβαίων ἀπώλειαν ἐκπεπληγμένος τὸ δεινόν, περίφοβος καθειστήκει, νουθετούμενος τοῖς τῶν πλησιοχώρων ἀτυχήμασι. (2) Πολλῶν δὲ λόγων γινομένων κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, Φωκίων μὲν ὁ χρηστός, ἀντιπολιτευόμενος τοῖς περὶ τὸν Δημοσθένην, ἔφη δεῖν τοὺς ἐξαιτουμένους μιμήσασθαι τὰς Λεὼ κόρας καὶ τὰς Ὑακινθίδας, καὶ τὸν θάνατον ἑκουσίως ὑπομεῖναι ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν τὴν πατρίδα, καὶ τὴν ἀνανδρίαν καὶ δειλίαν ὠνείδιζε τῶν μὴ βουλομένων ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτᾶν. Ὁ δὲ δῆμος τοῦτον μὲν τοῖς θορύβοις ἐξέβαλε, προσάντως ἀκούων τοὺς λόγους. (3) Δημοσθένους δὲ λόγον πεφροντισμένον διελθόντος, ὁ δῆμος εἰς συμπάθειαν τῶν ἀνδρῶν προαχθεὶς φανερὸς ἦν σώζειν βουλόμενος τοὺς ἄνδρας. Ἐπὶ τελευτῆς δὲ Δημάδης, πεπεισμένος ὑπὸ τῶν περὶ Δημοσθένην, ὥς φασι, πέντε ταλάντοις ἀργυρίου, συνεβούλευε μὲν σώζειν τοὺς κινδυνεύοντας, παρανέγνω δὲ ψήφισμα γεγραμμένον φιλοτέχνως. Περιεῖχε γὰρ παραίτησιν τῶν ἀνδρῶν καὶ ἐπαγγελίαν τοῦ κολάζειν κατὰ τοὺς νόμους, ἂν ὦσιν ἄξιοι τιμωρίας. (4) Ὁ μὲν οὖν δῆμος ἀποδεξάμενος τὴν ἐπίνοιαν τοῦ Δημάδου τό τε ψήφισμα ἐκύρωσε, καὶ τὸν Δημάδην μεθ' ἑτέρων ἀπέστειλε πρεσβευτὴν πρὸς τὸν βασιλέα, δοὺς ἐντολὴν καὶ περὶ τῶν Θηβαίων φυγάδων ἀξιῶσαι τὸν Ἀλέξανδρον συγχωρῆσαι τῷ δήμῳ τοὺς πεφευγότας Θηβαίους ὑποδέχεσθαι. (5) Ὁ δὲ Δημάδης πρεσβεύσας, καὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι πάντα κατεργασάμενος, ἔπεισε τὸν Ἀλέξανδρον ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων καὶ τἄλλα πάντα συγχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις.

XVI. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπανελθὼν μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Μακεδονίαν, συνήγαγε τοὺς ἡγεμόνας τῶν στρατιωτῶν καὶ τοὺς ἀξιολογωτάτους τῶν φίλων, καὶ προέθηκε βουλὴν περὶ τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν διαβάσεως, πότε χρὴ στρατεύειν καὶ τίνι τρόπῳ χειρι-

que Græcorum, ut beneficos, a regibus Persarum honorari : legatis etiam Thebanorum solia proxime ante reges collocari. (3) His et id genus aliis commemoratis criminationibus, animos senatorum in Thebanos usque adeo concitarunt, ut urbem solo æquandam, captivos venumdandos, exules Thebanos tota ubique Græcia ad pœnam retrahendos, nec ab ullo Græcorum Thebanum recipiendum tandem decernerent. (4) Rex igitur ex hac concilii sententia urbem evertit, magnumque pavorem Græcis defectioni obnoxiis inflixit. E captivis autem sub hasta divenditis talenta argenti quadringenta et quadraginta coegit.

XV. Hinc misit Athenas, qui decem oratores, inter quos Demosthenes et Lycurgus primarii erant, quod populum contra ipsum concitassent, dedi postularent. Fit ergo conventus : ubi quum legati ad multitudinem introducti postulata regis exposuissent, ingens civitatem sollicitudo et anxietas invadit, dum et reipublicæ dignitatem tueri cupit, et simul propter Thebanorum exitium grande aliquod malum reformidans, in magna trepidatione versatur, ut quæ finitimorum rebus adversis jam cautior facta esset. (2) Quumque multi in concione sermones haberentur, Phocion tandem ille Bonus, qui contrariam Demostheni in administratione reipublicæ rationem sequebatur, exsurgens, eos, qui ad supplicium flagitarentur, Lei filias et Hyacinthidas imitari, ultroque mortem subire, ne quid irrecuperabilis detrimenti respublica pateretur, jussit. Ignaviæ insuper et timiditatis crimen illis objecit, quod pro salute civitatis mortem recusarent. Sed hunc populus, offensis animis dicta excipiens, per tumultum ejecit. (3) Tunc oratione Demosthenis probe meditata populus ad misericordiam inflexus, viros se tueri velle ostendit. Ad extremum Demades, a Demosthenis, ut ferunt, amicis quinque talentorum largitione persuasus, de eximendis periculo reis sententiam tulit, et psephisma legit magno artificio scriptum. In hoc oratorum excusatio, populique pollicitatio, quod in reos secundum leges, si digni viderentur supplicio, animadvertere vellent, continebatur. (4) Populus, hoc Demadis commentum approbans et decretum illud ratum esse jussit, et Demadem cum aliis quibusdam ad regem misit, adjunctis mandatis, ut pro Thebanis simul exulibus intercedens regem oraret, ut tutum horum receptum populo concederet. (5) Demades ergo, legationem dextre obiens, eloquentiæ suæ robore omnia confecit. Nam ut criminibus oratores exsolveret, et reliquorum omnium Atheniensibus copiam faceret, Alexandro persuasit.

XVI. Post hæc in Macedoniam rex cum exercitu regressus, copiarum duces et amicorum præcipuos arcessit, initoque consilio, quid de expeditione in Asiam sentiant, quando bellum inchoandum, et qua ratione gerendum sit,

στέον τὸν πόλεμον. (2) Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Παρμενίωνα συμβουλευόντων πρότερον παιδοποιήσασθαι, καὶ τότε τοῖς τηλικούτοις ἐγχειρεῖν ἔργοις, δραστικὸς ὢν καὶ πρὸς πᾶσαν πράξεως ἀναβολὴν ἀλλοτρίως διακείμενος, ἀντεῖπε τούτοις. Αἰσχρὸν γὰρ ὑπάρχειν ἀπεφαίνετο τὸν ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμόνα καθεσταμένον τοῦ πολέμου καὶ πατρικὰς ἀνικήτους δυνάμεις παρειληφότα καθῆσθαι γάμους ἐπιτελοῦντα καὶ τέκνων γενέσεις ἀναμένοντα. (3) Διδάξας οὖν αὐτοὺς περὶ τοῦ συμφέροντος, καὶ παρορμήσας διὰ τῶν λόγων πρὸς τοὺς ἀγῶνας, θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνετέλεσεν ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας Διὶ καὶ Μούσαις, οὓς Ἀρχέλαος ὁ προβασιλεύσας πρῶτος κατέδειξε. (4) Τὴν δὲ πανήγυριν ἐφ' ἡμέρας ἐννέα συνετέλεσεν, ἑκάστῃ τῶν Μουσῶν ἐπώνυμον ἡμέραν ἀναδείξας. Σκηνὴν δὲ κατασκευασάμενος ἑκατοντάκλινον, τούς τε φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας, ἔτι δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων πρέσβεις, παρέλαβεν ἐπὶ τὴν εὐωχίαν. Λαμπραῖς δὲ παρασκευαῖς χρησάμενος, καὶ πολλοὺς μὲν ἑστιάσας, πάσῃ δὲ τῇ δυνάμει διαδοὺς ἱερεῖα καὶ τἄλλα τὰ πρὸς τὴν εὐωχίαν ἀνήκοντα, προςανέλαβε τὸ στρατόπεδον.

XVII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Κτησικλέους Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Γάϊον Σουλπίκιον καὶ Λεύκιον Παπίριον. Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως πορευθεὶς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, διεβίβασε τὴν δύναμιν ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν. (2) Αὐτὸς δὲ μακραῖς ναυσὶν ἑξήκοντα καταπλεύσας πρὸς τὴν Τρῳάδα χώραν, πρῶτος τῶν Μακεδόνων ἀπὸ τῆς νεὼς ἠκόντισε μὲν τὸ δόρυ, πήξας δ' εἰς τὴν γῆν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῆς νεὼς ἀφαλλόμενος, παρὰ τῶν θεῶν ἀπεφαίνετο τὴν Ἀσίαν δέχεσθαι δορίκτητον. (3) Καὶ τοὺς μὲν τάφους τῶν ἡρώων Ἀχιλλέως τε καὶ Αἴαντος καὶ τῶν ἄλλων ἐναγίσμασι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πρὸς εὐδοξίαν ἀνήκουσιν ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ τὸν ἐξετασμὸν τῆς ἀκολουθούσης δυνάμεως ἀκριβῶς ἐποιήσατο. Εὑρέθησαν δὲ πεζοὶ Μακεδόνες μὲν μύριοι καὶ δισχίλιοι, σύμμαχοι δὲ ἑπτακισχίλιοι, μισθοφόροι δὲ πεντακισχίλιοι, καὶ τούτων ἁπάντων Παρμενίων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν. (4) Ὀδρύσαι δὲ καὶ Τριβαλλοὶ καὶ Ἰλλυριοὶ συνηκολούθουν πεντακισχίλιοι, τοξοτῶν δὲ καὶ τῶν Ἀγριάνων καλουμένων χίλιοι, ὥςτε τοὺς ἅπαντας εἶναι πεζοὺς τρισμυρίους. Ἱππεῖς δ' ὑπῆρχον Μακεδόνες μὲν χίλιοι καὶ πεντακόσιοι, Φιλώτου τοῦ Παρμενίωνος ἡγουμένου, Θετταλοὶ δὲ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ὧν ἡγεῖτο Κάλλας ὁ Ἁρπάλου, τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ πάντες ἑξακόσιοι, ὧν ἡγεῖτο Ἐρίγυος, Θρᾷκες δὲ πρόδρομοι καὶ Παίονες ἐνακόσιοι, Κάσσανδρον ἔχοντες ἡγεμόνα, ὥςτε σύμπαντας ὑπάρχειν ἱππεῖς τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. Οἱ μὲν οὖν μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ἦσαν. (5) Οἱ δ' ἐπὶ τῆς Εὐρώπης ἀπολελειμμένοι στρατιῶται, ὧν Ἀντίπατρος εἶχε τὴν ἡγεμονίαν, πεζοὶ μὲν ὑπῆρχον μύριοι καὶ δισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι.

exquirit. (2) Antipatri sane ac Parmenionis consilium erat, ut liberis prius gignendis operam daret, ac tunc demum rebus tam arduis manus admoveret. Sed rex, quod et natura esset acer, et omni cessationi in negotiis inimicus, sententiæ refragabatur. Nam sibi, qui summus totius militiæ imperator a Græcia jam creatus esset, et invictas a patre copias accepisset, domi ad celebrandum nuptias et sobolem exspectandum residere, turpe fore demonstrabat. (3) Quamobrem postquam de commodis hujus belli eos docuisset, animosque ad certamina inflammasset, magnifica diis sacrificia, et scenicos Jovi Musisque ludos, ab Archelao ejus antecessore institutos, Dii in Macedonia peregit. (4) Duravit hujus festi celebritas ad novem dies, ita ut Musæ cujusque nomini dies unus dicaretur. Porro tabernaculum, quod centum lectos caperet, instruxerat, ubi necessarios ducesque et civitatum quoque legatos convivio excepit. Post splendidos ergo convivii apparatus, quo magnam hominum multitudinem opipare tractavit, et in universum exercitum victimas aliaque festivæ hilaritati congrua distribuit, copias recreavit et refecit.

XVII. Archon Athenis erat Ctesicles, Romæque consules Caius Sulpicius et Lucius Papirius, quando Alexander cum exercitu ad Hellespontum progressus ex Europa in Asiam copias trajecit. (2) Ipse sexaginta cum navibus longis Troadem appulsus, Macedonum primus hastam e navi ejaculatus litore defixit, et puppi exsiliens a diis ipsis Asiam hasta subactam se accipere ostendit. (3) Mox heroum Achillis et Ajacis ceterorumque sepulcra inferiis et aliis, quæ ad gloriosam venerationem pertinent, honorat: et recensitis diligenter copiis, quæ cum ipso transfretarant, duodecim millia Macedonum, septem millia sociorum, et quinque millia eorum, qui stipendia merebant, in peditatu sunt inventa. Hisque omnibus Parmenio erat præfectus impositus. (4) Sequebantur hos Odrysæ, Triballi et Illyrii quinquies mille; mille præterea sagittarii et quos Agrianos vocant: ita ut triginta millia peditatus essent in universum. Equitum porro fuerunt ex Macedonibus mille et quingenti, Philota Parmenionis filio ductore; e Thessalia totidem, quos Callas Harpali ducebat; e reliqua Græcia toto numero sexcenti sub Erigyi imperio; præcursores tandem Thraces et Pæones nongenti, qui Cassandrum habebant ducem: ut universus equitum numerus esset quater mille et quingenti. Atque hæc erat eorum multitudo, qui cum Alexandro in Asiam transmiserunt. (5) In Europa interim sub Antipatri administratione peditum duodecim millia, et mille et quingentos equites reliquerat. (6) Quum digressus

(6) Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναζεύξαντος ἐκ τῆς Τρῳάδος, καὶ καταντήσαντος πρὸς τὸ τέμενος τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ μὲν θύτης Ἀρίστανδρος, κατανοήσας πρὸ τοῦ νεὼ κειμένην εἰκόνα χαμαὶ τοῦ Φρυγίας ποτὲ σατραπεύσαντος Ἀριοβαρζάνου, καί τινων οἰωνῶν αἰσίων ἄλλων ἐπιγενομένων, προςῆλθε τῷ βασιλεῖ, καὶ νικήσειν αὐτὸν ἱππομαχίᾳ μεγάλῃ διεβεβαιοῦτο, καὶ μάλιστ', ἂν τύχῃ περὶ τὴν Φρυγίαν ἀγωνισάμενος. (7) Προςετίθει δὲ καὶ διότι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἀποκτενεῖ μαχόμενος ἐν παρατάξει στρατηγὸν ἐπιφανῆ τῶν πολεμίων. Ταῦτα γὰρ αὐτῷ προσημαίνειν τοὺς θεούς, καὶ μάλιστα τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν καὶ συνεργήσειν τοῖς εὐημερήμασιν.

XVIII. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀποδεξάμενος τὴν τοῦ μάντεως πρόῤῥησιν, τῇ μὲν Ἀθηνᾷ λαμπρὰν ἐπετέλεσε θυσίαν, καὶ τὸ μὲν ἴδιον ὅπλον ἀνέθηκε τῇ θεῷ, τῶν δ' ἐν τῷ νεῷ κειμένων ὅπλων τὸ κράτιστον ἀναλαβὼν καὶ τούτῳ καθοπλισθείς, ἐχρήσατο κατὰ τὴν πρώτην μάχην, ἣν διὰ τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας κρίνας περιβόητον ἔσχε τὴν νίκην. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἡμέραις ὀλίγαις ἐπράχθη. (2) Οἱ δὲ τῶν Περσῶν σατράπαι καὶ στρατηγοὶ τοῦ μὲν κωλῦσαι τῶν Μακεδόνων τὴν διάβασιν ὑστέρησαν, ἀθροισθέντες δὲ ἐβουλεύοντο πῶς χρὴ διαπολεμεῖν τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον. Μέμνων μὲν οὖν ὁ Ῥόδιος, διαβεβοημένος ἐπὶ συνέσει στρατηγικῇ, συνεβούλευε κατὰ στόμα μὲν μὴ διακινδυνεύειν, τὴν δὲ χώραν φθείρειν, καὶ τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων εἴργειν τοὺς Μακεδόνας τῆς εἰς τοὔμπροσθεν πορείας· διαβιβάζειν δὲ καὶ δυνάμεις εἰς τὴν Μακεδονίαν ναυτικάς τε καὶ πεζικάς, καὶ τὸν ὅλον πόλεμον εἰς τὴν Εὐρώπην μεταγαγεῖν. (3) Ὁ δ' ἀνὴρ οὗτος ἄριστα μὲν συνεβούλευεν, ὡς ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐγενήθη φανερόν, οὐ μὴν ἔπεισε τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας, ὡς ἀνάξια συμβουλεύων τῆς Περσῶν μεγαλοψυχίας. (4) Διόπερ ἐπικρατούσης τῆς τοῦ διαγωνίζεσθαι γνώμης, οὗτοι μὲν τὰς πανταχόθεν δυνάμεις μεταπεμψάμενοι, καὶ πολλαπλάσιοι γενόμενοι τῶν Μακεδόνων, προῆγον ἐπὶ Φρυγίας τῆς ἐφ' Ἑλληςπόντῳ. Κατεστρατοπέδευσαν δὲ παρὰ τὸν Γράνικον ποταμόν, προβαλλόμενοι τὸ ῥεῖθρον τοῦ προειρημένου ποταμοῦ.

XIX. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος πυθόμενος τὴν συνδρομὴν τῶν βαρβαρικῶν δυνάμεων, προῆγε, καὶ σύντονον τὴν πορείαν ποιησάμενος ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς πολεμίοις, ὥστε ἀνὰ μέσον ῥεῖν τῶν παρεμβολῶν τὸν Γράνικον. (2) Οἱ μὲν οὖν βάρβαροι τὴν ὑπώρειαν κατειλημμένοι τὴν ἡσυχίαν ἦγον, κεκρικότες τοῖς πολεμίοις ἐπιθέσθαι κατὰ τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ· καὶ διεσπασμένης τῆς τῶν Μακεδόνων φάλαγγος ῥᾳδίως προτερήσειν ὑπελάμβανον ἐν τῇ μάχῃ. (3) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τεθαῤῥηκὼς ἅμ' ἡμέρᾳ περαιώσας τὴν δύναμιν, ἔφθασε τοὺς πολεμίους ἐκτάξας τὴν δύναμιν ἡρμοσμένως πρὸς τὸν ἀγῶνα. Οἱ δὲ βάρβαροι πρὸς ὅλην τὴν τάξιν τῶν Μακεδόνων ἔστησαν τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων, καὶ διὰ τούτων προκρίνειν τὴν μάχην διεγνώκεισαν. (4) Τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον μέρος εἶχε Μέμνων ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀρσαμένης ὁ

ex Troade rex ad Minervæ delubrum venisset, Aristander sacrificus ante fanum Ariobarzanis, Phrygiæ quondam satrapæ, imaginem humi prostratam animadvertit, et quædam alia non infausti ominis signa vidit. Accedens igitur regem magno prœlio equestri victorem esse futurum asseveravit, inprimis si circa Phrygiam certamen cum hoste iniret. (7) Ipsius præterea manibus nobilem hostium ducem in acie necatum iri superioribus adjunxit. Hæc enim a superis, et potissimum a Minerva, quæ multum opis ad felices rerum successus allatura foret, ipsi portendi.

XVIII. Alexander itaque, hanc vatis prædictionem pro rata grataque habens, splendidum Minervæ epulum adornavit, suaque armatura illi dicata, de repositis in templo aliam inter omnes firmissimam desumsit: qua in prima dein pugna utens, gloriosam sua ipsius virtute victoriam adeptus est. Sed hæc paucis post diebus evenerunt. (2) Interea Persarum duces, quum longius morati transitu Macedones prohibere non potuissent, quam belli contra Alexandrum gerendi inirent rationem, congressi deliberabant. Memnon ibi Rhodius, imperatoriis artibus perquam celebris, ne collatis signis dimicarent, sed agris longe lateque pervastatis, necessariorum inopia ulterius progrediendi facultatem Macedonibus intercluderent, navalibusque simul et terrestribus copiis in Macedoniam deportatis, totam belli molem in Europam transferrent, censebat. (3) Etiamsi vero consilium hujus viri optimum erat, ut eventus postea docuit, reliquorum tamen ducum assensionem impetrare nequivit, ac si consuleret ea, quæ magnitudini animorum in Persis neutiquam convenirent. (4) Quare quum sententia de conflictu cum hostibus ineundo pervicisset, accitis undique copiis, præfecti, jam numero Macedonibus longe superiores, in Phrygiam ad Hellespontum castra moverunt, eaque proxime Granicum metati sunt, ut pro munimento fluvium haberent.

XIX. Alexander, de barbaricarum confluxu copiarum certior factus, citatis itineribus pergit, et castra ita castris objicit, ut medio tantum amne disjungerentur. (2) Interea Barbari, pede montis occupato, nihil movebant, satius fore arbitrati, si in transitu hostes adorirentur, ubi distracta Macedonum phalange, victoriam se facilius adepturos existimabant. (3) Sed Alexander, magna rem fiducia gerens, sub primam diei lucem trajiciendis copiis hostem antevertit, ordinatamque, ut decebat, aciem explicavit. Huic quam late frons porrecta erat, equitatus sui multitudinem Barbari opposuerunt, quod primum movere certamen per hos constituissent. (4) Sinistrum latus Memnon Rhodius et Arsamenes satrapa, cum suo quisque equitatu, obtine-

σατράπης ἔχοντες τοὺς ἰδίους ἱππεῖς. Μετὰ δὲ τούτους Ἀρσίτης ἐτέτακτο τοὺς ἐκ Παφλαγονίας ἔχων ἱππεῖς, ἔπειτα Σπιθροβάτης ὁ Ἰωνίας σατράπης Ὑρκανῶν ἱππέων ἡγούμενος· τὸ δὲ δεξιὸν κέρας ἐπεῖχον χίλιοι μὲν Μῆδοι, δισχίλιοι δὲ οἱ μετὰ Ῥεομίθρους ἱππεῖς καὶ Βακτριανοὶ τούτοις ἴσοι· τὸν δὲ μέσον τόπον ἐπεῖχον οἱ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἱππεῖς, πολλοὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἐπίλεκτοι δὲ ταῖς ἀρεταῖς· οἱ δὲ πάντες ἱππεῖς ὑπῆρχον πλείους τῶν μυρίων. (5) Οἱ δὲ πεζοὶ τῶν Περσῶν ἦσαν μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων, ὄπισθεν δ' ἐπιτεταγμένοι τὴν ἡσυχίαν ἦγον, ὡς τῶν ἱππέων ἱκανῶν ὄντων καταπονῆσαι τοὺς Μακεδόνας. (6) Τῶν δ' ἱππέων παρ' ἀμφοτέροις προθύμως εἰς τὸν κίνδυνον συμπεσόντων, τὸ μὲν εὐώνυμον μέρος ἐπέχοντες οἱ τῶν Θετταλῶν ἱππεῖς, Παρμενίωνος ἡγουμένου, τεθαῤῥηκότως ἐδέχοντο τὴν ἐπιφορὰν τῶν καθ' ἑαυτοὺς τεταγμένων· Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων ἔχων κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας μεθ' ἑαυτοῦ, πρῶτος ἐφίππευσε τοῖς Πέρσαις, καὶ συμπλακεὶς τοῖς πολεμίοις πολὺν ἐποίει φόνον.

XX. Τῶν δὲ βαρβάρων εὐρώστως ἀγωνιζομένων καὶ τοὺς ἑαυτῶν θυμοὺς ταῖς τῶν Μακεδόνων ἀρεταῖς ἀντιταττόντων, ἡ τύχη συνήγαγεν εἰς ἕνα τόπον τοὺς ἀρίστους εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς νίκης κρίσιν. (2) Ὁ γὰρ τῆς Ἰωνίας σατράπης Σπιθροβάτης, γένει μὲν ὢν Πέρσης, Δαρείου δὲ τοῦ βασιλέως γαμβρός, ἀνδρείᾳ δὲ διαφέρων, μετὰ μεγάλης δυνάμεως ἱππέων ἐπέῤῥαξε τοῖς Μακεδόσιν. Ἔχων δὲ συναγωνιστὰς τεταγμένους τετταράκοντα συγγενεῖς ἀρεταῖς διαφόρους, ἐνέκειτο τοῖς ἀνθεστηκόσι, καὶ θρασέως ἀγωνιζόμενος οὓς μὲν ἀνήρει τῶν ἀνθισταμένων, οὓς δὲ κατετραυμάτιζε. (3) Δυςυποστάτου δὲ τῆς περὶ αὐτὸν οὔσης βίας, ὁ Ἀλέξανδρος ἐπιστρέψας τὸν ἵππον ἐπὶ τὸν σατράπην ἐφίππευσε τῷ βαρβάρῳ. Ὁ δὲ Πέρσης νομίσας παρὰ τῶν θεῶν αὐτῷ δεδόσθαι τὸν τῆς μονομαχίας καιρόν, εἰ συμβήσεται διὰ τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας ἐλευθερωθῆναι τῶν μεγίστων φόβων τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν περιβόητον Ἀλεξάνδρου τόλμαν ταῖς ἰδίαις χερσὶ καταλυθῆναι καὶ τὴν τῶν Περσῶν δόξαν μὴ καταισχυνθῆναι, φθάνει βαλὼν τὸ σαυνίον ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ οὕτω μετὰ σφοδρᾶς εἰςπεσὼν ῥύμης, καὶ βιαίως τὸ δόρυ ὠσάμενος διαῤῥήξας τε τήν τε ἀσπίδα Ἀλεξάνδρου καὶ τὴν δεξιὰν ἐπωμίδα, διήλασε διὰ τοῦ θώρακος. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ μὲν βέλος τῷ βραχίονι περιελκόμενον ἀπέῤῥιψε, τῷ δ' ἵππῳ προςβαλὼν τὰ κέντρα καὶ τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς συνεργῷ χρησάμενος, εἰς μέσον τοῦ σατράπου τὸ στῆθος ἐνήρεισε τὸ ξυστόν. (5) Οὗ συντελεσθέντος, αἱ μὲν πλησίον τάξεις παρ' ἀμφοτέροις διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀνδρείας ἀνεβόησαν, τῆς δ' ἐπιδορατίδος περὶ τὸν θώρακα συντριβείσης, καὶ τοῦ θραύσματος ἀποπηδήσαντος, ὁ μὲν Πέρσης σπασάμενος τὸ ξίφος ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐπεφέρετο· ὁ δὲ βασιλεὺς διαλαβὼν τὸ ξυστὸν ἔφθασεν ἐνερεῖσαι τῷ προσώπῳ, καὶ διήλασε τὴν πληγήν. (6) Καθ' ὃν δὴ χρόνον ὁ ἀδελφὸς τοῦ πεσόντος

bant. Post hos Arsites, Paphlagonum equitum turmas regens, collocatus erat. Successit huic Spithrobates Ioniæ satrapa, equites Hyrcanos ducens. In dextro cornu dispositi erant mille ex Media equites, et bis mille Rheomithrem secuti, et Bactriani numero pares. Medium agmen aliarum gentium equitatus ingenti numero et robore eximio habebant. In totum equites erant supra decies mille. (5) Peditatus vero Persicus centum millibus hominum haud erat minor. Hi post primam aciem constituti quietem agebant, quod equites labefactandis Macedonum viribus sufficere judicarent. (6) Jam ubi equitum utrinque concursus alacriter fiebat, Thessalorum, quibus Parmenio in sinistro cornu dux erat, turmæ hostilis aciei impressionem magno animorum robore exceperunt. Alexander, cum optimorum equitum delectu sinistrum cornu administrans, primus concitatum in Persas equum immisit, cumque hoste consertus, cædem ingentem fecit.

XX. Certatur a Barbaris strenue, dum animos suos virtuti Macedonum opponunt. In unum vero tunc locum, ad certamen de victoria disceptandum, fortuna longe optimos congregarat. (2) Nam summus Ioniæ præfectus Spithrobates, natione Persa Dariique regis gener, fortitudinis eximiæ vir, cum magna equitum manu in Macedones impetum fecerat; proque eo quadraginta stipatores, omnes sanguine juncti et virtute nulli cedentes, propugnabant. Cum his adversos sibi hostes gravissime premere, et animose dimicans partim cædere, partim vulnerare. (3) Quumque violentum ejus impetum nemo sustinere posset, Alexander, converso in Barbaros equo, cominus cum satrapa congreditur. Ibi Persa, optato deorum munere hanc singularis pugnæ occasionem datam arbitratus, si sua forsitan virtute a maximis terroribus Asiam liberare et famigeratissimam hostis audaciam manibus suis infringere et imminens Persarum gloriæ dedecus avertere posset, saunium (teli genus est) prior in Alexandrum conjicit, tantoque roboris impetu incumbit, et tam violenter hastam impellit, ut perrupto Alexandri scuto, dextram humeri ejus summitatem per thoracem trajecerit. (4) Rex jaculum brachio extractum abjicit, et calcaribus equo admotis, valido roboris connixu in medium satrapæ pectus hastam infligit. (5) Quo perpetrato, adstantes utriusque exercitus ordines præ summæ fortitudinis admiratione clamorem sustulere. Sed quia cuspide in thorace fracta, hastilis frustum inde resultarat, stricto Persa gladio Alexandrum invadit: rex autem hastam prius arreptam in faciem ejus ita adegit, ut ictus penetraret. (6) Quo temporis momento Rosaces, interemti frater, equo

Ῥωσάκης προςιππεύσας κατήνεγκε τῷ ξίφει κατὰ τῆς κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου οὕτως ἐπικίνδυνον πληγήν, ὥςτε τὸ μὲν κράνος διαπτύξαι, τοῦ δὲ χρωτὸς βραχέως ἐπιψαῦσαι. (7) Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν ἐπιφέροντος ἄλλην πληγὴν τοῦ Ῥωσάκου, Κλεῖτος ὁ μέλας ἐπικαλούμενος προςελάσας τὸν ἵππον, ἀπέκοψε τὴν χεῖρα τοῦ βαρβάρου.

XXI. Περὶ δ' ἀμφοτέρων τῶν πεσόντων οἱ συγγενεῖς ἀθρόοι συστραφέντες τὸ μὲν πρῶτον ἠκόντιζον ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ἔπειτα δὲ καὶ συστάδην μαχόμενοι πάντα κίνδυνον ὑπέμενον ὑπὲρ τοῦ φονεῦσαι τὸν βασιλέα. (2) Ὁ δὲ καίπερ πολλοῖς καὶ μεγάλοις κινδύνοις συνεχόμενος, ὅμως οὐκ ἐνικᾶτο τοῖς πλήθεσι τῶν πολεμίων, ἀλλὰ δύο μὲν ἔχων εἰς τὸν θώρακα πληγάς, μίαν δὲ εἰς τὸ κράνος, τρεῖς δ' εἰς τὸ καθαιρεθὲν ὅπλον ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς, ὅμως οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλὰ τῷ παραστήματι τῆς ψυχῆς ἐπαιρόμενος παντὸς δεινοῦ κατεξανίστατο. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων ἐπιφανῶν ἡγεμόνων παρ' αὐτὸν ἐν τοῖς Πέρσαις ἔπεσον πλείους, ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι Ἀτιζύης καὶ Φαρνάκης ὁ τῆς Δαρείου γυναικὸς ἀδελφός, ἔτι δὲ Μιθροβουζάνης ὁ Καππαδοκῶν ἡγούμενος. (4) Διὸ καὶ πολλῶν ἡγεμόνων ἀναιρεθέντων, καὶ τῶν Περσικῶν τάξεων ἁπασῶν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἡττωμένων, πρῶτον μὲν οἱ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τεταγμένοι φυγεῖν ἠναγκάσθησαν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων τραπέντων, ὁ μὲν βασιλεὺς ὁμολογούμενον τῆς ἀνδραγαθίας τὸ πρωτεῖον ἀπηνέγκατο, καὶ τῆς ὅλης νίκης ἔδοξε μάλιστα αἴτιος γεγονέναι· μετὰ δὲ τοῦτον οἱ τῶν Θετταλῶν ἱππεῖς ἄριστα ταῖς ἴλαις χρώμενοι καὶ διαφόρως ἀγωνισάμενοι μεγάλην ἐπ' ἀνδρείᾳ δόξαν ἔσχον. (5) Μετὰ δὲ τὴν τῶν ἱππέων τροπὴν οἱ πεζοὶ συμβαλόντες ἀλλήλοις ὀλίγον χρόνον ἠγωνίσαντο· οἱ γὰρ βάρβαροι διὰ τὴν τῶν ἱππέων τροπὴν καταπλαγέντες, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐνδόντες, πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. (6) Ἀνῃρέθησαν δὲ τῶν Περσῶν οἱ πάντες πεζοὶ μὲν πλείους τῶν μυρίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους διςχιλίων, ἐζωγρήθησαν δ' ὑπὲρ τοὺς διςμυρίους. Μετὰ δὲ τὴν μάχην ὁ βασιλεὺς τοὺς τετελευτηκότας ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς, σπεύδων διὰ ταύτης τῆς τιμῆς τοὺς στρατιώτας προθυμοτέρους κατασκευάσαι πρὸς τοὺς ἐν ταῖς μάχαις κινδύνους. (7) Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆγε διὰ τῆς Λυδίας, καὶ τὴν μὲν τῶν Σαρδιανῶν πόλιν καὶ τὰς ἀκροπόλεις, ἔτι δὲ τοὺς ἐν αὐταῖς θησαυρούς, παρέλαβε Μιθρήνους τοῦ σατράπου παραδόντος ἑκουσίως.

XXII. Εἰς δὲ τὴν Μίλητον συμπεφευγότων τῶν διασωθέντων ἐκ τῆς μάχης Περσῶν μετὰ Μέμνονος τοῦ στρατηγοῦ, ὁ μὲν βασιλεὺς πλησίον τῆς πόλεως στρατοπεδεύσας καθ' ἡμέραν συνεχεῖς προςβολὰς τοῖς τείχεσιν ἐκ διαδοχῆς ἐποιεῖτο. (2) Οἱ δὲ πολιορκούμενοι τὸ μὲν πρῶτον ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠμύνοντο, πολλῶν μὲν στρατιωτῶν ἠθροισμένων εἰς τὴν πόλιν, βελῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς τὴν πολιορκίαν χρησίμων δαψιλῆ χορηγίαν ἐχόντων. (3) Ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς φιλοτιμότερον ταῖς τε

in vectus, tam periculosum capiti Alexandri ictum incussit, ut casside perfracta, cutem leviter tangeret. (7) Jamque in eundem hiatum alterum rursus repetiturus erat ictum, quando Clitus, Nigri cognomento, accelerans equum, manum Barbari abscidit.

XXI. Circa fratrem utrumque glomerati consanguinei initio jaculis Alexandrum impetunt, mox cominus aggressi, nullum discrimen non adibant, ut Alexandro necem inferrent. (2) Is, licet multis gravibusque periculis implicatus teneretur, ab ea tamen hostium multitudine nequaquam vincebatur. Jam duos in thorace ictus acceperat, unamque plagam galeæ et tres clypeo, quem e templo Minervæ detraxerat, inflictam habebat: nihilo magis tamen cessit; sed præsentis animi celsitudine contra omnes difficultates assurrexit. (3) Interea plures alii nobilissimorum ex Persis ducum circa ipsum occumbebant: inter quos illustrissimi erant Atizyes et Pharnaces, uxoris Darii frater, itemque Mithrobuzanes dux Cappadocum. (4) Multis ergo ducibus interfectis, cunctisque Persarum ordinibus Macedonum virtute profligatis, primi, qui contra Alexandrum in acie stabant, in fugam compulsi sunt: et post hos alii quoque fugam arripuerunt. Quo factum ut primam fortitudinis laudem communi omnium confessione Alexander ex eo prœlio referret, totiusque victoriæ auctor fuisse existimaretur. Secundam ab eo virtutis gloriam equites Thessali, quod turmis optime usi præclare dimicassent, obtinuere. (5) Fuso fugatoque equitatu, pedites inter se commissi ad breve tempus decertarunt. Nam Barbari, fuga equitum perculsi, dejectis animis etiam ipsi terga verterunt. (6) Universus cæsorum numerus in acie Persarum peditum major decem, equitum vero non minor duobus millibus fuit: vivi in hostis manus venerunt ultra vicies mille. Post pugnam rex suos, qui oppetierant, magnifice sepelivit, excitatiores ad discrimina pugnarum reddere cupiens milites ejusmodi honoribus. (7) Resumtis inde copiis per Lydiam processit, urbemque Sardianorum cum arcibus et thesauris ibi conditis, Mithrene præfecto voluntariam deditionem faciente, occupavit.

XXII. Interea Persæ ex pugna elapsi cum imperatore suo Memnone profugerant Miletum. Hanc proxime castra metatus rex, continenti muros assultu, fessis integros substituens, per dies singulos oppugnabat. (2) Qui oppugnabantur, initio facile de muris se defendebant, quod magna vis militum in urbe congregata, et uberrima telorum atque ceterarum rerum ad tolerandam obsidionem utilium copia in promtu esset. (3) Ubi vero acrius rex mœnia, adhi-

μηχαναῖς ἐσάλευε τὰ τείχη καὶ τὴν πολιορκίαν ἐνεργεστάτην ἐποιεῖτο κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν, οἵ τε Μακεδόνες διὰ τῶν πιπτόντων τειχῶν εἰςεβιάζοντο, τηνικαῦτα κατισχυόμενοι πρὸς φυγὴν ἐτράποντο. (4) Εὐθὺς δ' οἱ Μιλήσιοι μεθ' ἱκετηριῶν τῷ βασιλεῖ προςπίπτοντες παρέδωκαν σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν. Τῶν δὲ βαρβάρων οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ τῆς πόλεως ἐκπίπτοντες ἔφευγον· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἥλωσαν. (5) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τοῖς μὲν Μιλησίοις φιλανθρώπως προςηνέχθη, τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας ἐξηνδραποδίσατο. Τῆς δὲ ναυτικῆς δυνάμεως οὔσης ἀχρήστου καὶ δαπάνας μεγάλας ἐχούσης, κατέλυσε τὸ ναυτικὸν πλὴν ὀλίγων νεῶν, αἷς ἐχρῆτο πρὸς τὴν παρακομιδὴν τῶν πολιορκητικῶν ὀργάνων, ἐν αἷς ἦσαν αἱ παρ' Ἀθηναίων νῆες συμμαχίδες εἴκοσιν.

XXIII. Ἔνιοι δὲ λέγουσι τὸν Ἀλέξανδρον στρατηγικῶς ἐπινοῆσαι τὴν τοῦ στόλου κατάλυσιν. Προςδοκίμου γὰρ ὄντος τοῦ Δαρείου, καὶ μελλούσης μεγάλης παρατάξεως συντελεῖσθαι, νομίσαι τοὺς Μακεδόνας ἐκθυμότερον ἀγωνιεῖσθαι παραιρεθείσης τῆς κατὰ τὴν φυγὴν ἐλπίδος. (2) Τὸ δ' αὐτὸ πρᾶξαι κατὰ τὴν ἐπὶ Γρανίκῳ μάχην· κατὰ νώτου γὰρ λαβεῖν τὸν ποταμόν, ὅπως μηδεὶς ἐπιβάληται φεύγειν, προδήλου τῆς ἀπωλείας οὔσης τῶν διωκομένων ἐν τῷ τοῦ ποταμοῦ ῥείθρῳ. Καὶ γὰρ κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους Ἀγαθοκλέα τὸν Συρακοσίων βασιλέα μιμησάμενον τὴν Ἀλεξάνδρου στρατηγίαν ἀνέλπιστον καὶ μεγάλην νίκην περιποιήσασθαι. (3) Διαβάντα γὰρ αὐτὸν εἰς Λιβύην μετ' ὀλίγης δυνάμεως, καὶ τὰς ναῦς ἐμπρήσαντα, παρελέσθαι μὲν τῶν στρατιωτῶν τὰς ἐκ τοῦ φεύγειν ἐλπίδας, συναναγκάσαι δὲ γενναίως ἀγωνίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο Καρχηδονίων ἀντιταχθέντων πολλαῖς μυριάσι νικῆσαι. (4) Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Μιλήτου τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν καὶ τῶν μισθοφόρων, ἔτι δ' οἱ πρακτικώτατοι τῶν ἡγεμόνων, συνέδραμον εἰς τὴν Ἁλικαρνασσόν. Αὕτη δὲ ἡ πόλις μεγίστη τῶν κατὰ τὴν Καρίαν ἦν, βασίλεια μὲν ἐσχηκυῖα τὰ Καρῶν, ἀκροπόλεσι δὲ καλῶς κεκοσμημένη. (5) Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Μέμνων μὲν τήν τε γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα πρὸς Δαρεῖον ἔπεμψε, καὶ τούτῳ παραθέμενος ἅμα μὲν ὑπέλαβε τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν καλῶς πεπρονοῆσθαι, ἅμα δὲ τὸν βασιλέα καλοὺς ὁμήρους ἔχοντα προθυμότερον ἐμπιστεύσειν αὐτῷ τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. (6) Εὐθὺς γὰρ ὁ Δαρεῖος ἔπεμψεν ἐπιστολὰς πρὸς τοὺς κατὰ θάλατταν οἰκοῦντας, προστάττων ἅπαντας ὑπακούειν τῷ Μέμνονι. Διόπερ οὗτος παραλαβὼν τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, παρεσκευάζετο πάντα τὰ χρήσιμα πρὸς πολιορκίαν ἐν τῇ πόλει τῶν Ἁλικαρνασσέων.

XXIV. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος τὰ μὲν πολιορκητικὰ τῶν ὀργάνων καὶ σῖτον κατὰ θάλατταν ἐκόμισεν ἐπὶ τὴν Ἁλικαρνασσόν, αὐτὸς δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως προῆγεν ἐπὶ τῆς Καρίας, καὶ τὰς ἐν τῇ παρόδῳ πόλεις προςήγετο ταῖς φιλανθρωπίαις· μάλιστα δ' εὐεργέτει τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ποιῶν αὐτὰς αὐτονόμους

bitis machinis, quassare, et oppugnationem terra marique validissime urgere cœpit, jamque Macedones per disjecti muri ruinas irruperunt, ibi viribus inferiores in fugam convertuntur. (4) Et Milesii confestim, ritu supplicum ad genua regis prostrati, sese et urbem in ejus fidem tradunt. Ex Barbaris alii a Macedonibus trucidantur, alii ex oppido dilapsi fugam intendunt: reliqui omnes capiuntur. (5) Cum Milesiis Alexander humaniter et perbenigne egit; sed ceteros omnes in servitutem redegit. Quumque nullus deinceps usus foret navalium copiarum, et res ea magnos sumtus postularet, classem totam dissolvit, paucis tantum navibus exceptis, quibus ad obsidionis instrumenta vehendum uteretur: inter quas etiam viginti auxiliares erant Atheniensium.

XXIII. Sunt qui imperatoria quadam prudentia hanc solvendæ classis rationem initam ab Alexandro confirment. Quum enim, adventante Dario, prœlium ingens committendum esse appareret, Macedones longe animosius dimicaturos, si omnem fugæ spem sibi præcisam viderent, illum existimasse. (2) Quod ipsum in pugna ad Granicum ab eo factum, ubi providisset ut a tergo prœliantibus amnis foret, ne, quum certum fugientibus exitium in fluvio immineret, quisquam de fuga cogitaret. Per insequens etiam tempus Agathoclem Syracusanorum regem, commentum hoc bellicum Alexandri secutum, magnam et insperatam sibi victoriam peperisse. (3) Cum exigua enim manu in Africam transvectum, incensis navibus omnem fugæ spem militibus ademisse, iisque hoc pacto ad strenue dimicandum coactis, Carthaginienses, quamvis permulta hominum millia contra ipsum instruerent, hac arte profligasse. (4) Post captam Miletum, Persarum et conductitiorum multitudo ducumque strenuissimi Halicarnassum catervatim se receperunt. Urbium hæc in Caria maxima tunc erat: in qua regum Caricorum sedes, arcibus præclare exornata. (5) Per hoc ipsum tempus Memnon uxorem liberosque ad Darium veluti depositum quoddam misit, simul bene ipsorum incolumitati provisum existimans, simul etiam regem, tam bonos obsides nactum, eo promtiorem fore ad rerum omnium administrationem sibi credendam sperans. Quod et eventus confirmavit. (6) Extemplo enim Darius, missis ad accolas maris Asiatici literis, ut omnes Memnoni obedientiam præstarent, demandavit. Hic ergo, summam imperii adeptus, quæ ad eludendam Halicarnassi oppugnationem conducerent, omnia præparabat.

XXIV. Rex interim oppugnationis instrumenta et annonam mari ad Halicarnassum mittit, et ipse cum toto agmine in Cariam contendit, quaque iter faceret, urbes sermonis et officiorum humanitate sibi devincit. Inprimis vero benignitatis suæ merita Græcis urbibus testata facit, dum suis

καὶ ἀφορολογήτους, προςεπιλέγων ὅτι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερώσεως ἕνεκα τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον ἐπανῄρηται. (2) Ὄντι δ' αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἀπήντησέ τι γύναιον, ὄνομα μὲν Ἄδα, γένει δὲ προςήκουσα τῇ Καρῶν ἀρχῇ. Ἐντυχούσης δ' αὐτῆς περὶ τῆς προγονικῆς δυναστείας, καὶ δεηθείσης βοηθῆσαι, ταύτην μὲν ἐκέλευσε παραλαβεῖν τὴν τῆς Καρίας ἀρχήν, τοὺς δὲ Κᾶρας ἰδίους ἐποιήσατο ταῖς εὐνοίαις διὰ τὴν τῆς γυναικὸς ταύτης εὐεργεσίαν. (3) Εὐθὺς γὰρ αἱ πόλεις ἅπασαι πρεσβείας ἀποστέλλουσαι χρυσοῖς στεφάνοις ἐτίμησαν τὸν βασιλέα καὶ πάντα συμπράττειν ἐπηγγείλαντο. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος πλησίον τῆς πόλεως στρατοπεδεύσας συνεστήσατο πολιορκίαν ἐνεργὸν καὶ καταπληκτικήν. (4) Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τοῖς τείχεσι προςβολὰς συνεχεῖς ἐκ διαδοχῆς ἐποιεῖτο καὶ διημέρευεν ἐν τοῖς κινδύνοις· μετὰ δὲ ταῦτα παντοδαπὰς μηχανὰς ἐπιστήσας καὶ τὰς πρὸ τῆς πόλεως τάφρους τρισὶ χελώναις ἀναπληρώσας, διὰ τῶν κριῶν ἐσάλευε τοὺς πύργους καὶ τὰ μεταξὺ μεσοπύργια. Καταβαλὼν δὲ μέρος τι τοῦ τείχους, τὸ λοιπὸν ἤδη διὰ τῆς ἐκ χειρὸς μάχης ἐβιάζετο διὰ τοῦ πτώματος εἰς τὴν πόλιν εἰςπεσεῖν. (5) Μέμνων δὲ τὸ μὲν πρῶτον τοὺς προςβάλλοντας τοῖς τείχεσι Μακεδόνας ῥᾳδίως ἠμύνετο, πολλῶν ὄντων ἐν τῇ πόλει στρατιωτῶν· κατὰ δὲ τὰς τῶν ὀργάνων προςβολὰς μετὰ πολλῶν στρατιωτῶν ἐκχεόμενος ἐκ τῆς πόλεως, νυκτὸς πῦρ ἐνέβαλε ταῖς μηχαναῖς. (6) Μεγάλων δ' ἀγώνων πρὸ τῆς πόλεως συνισταμένων, οἱ μὲν Μακεδόνες ταῖς ἀρεταῖς πολὺ προεῖχον, οἱ δὲ Πέρσαι τῷ πλήθει καὶ ταῖς παρασκευαῖς ἐπλεονέκτουν· συνήργουν γὰρ αὐτοῖς οἱ ἀπὸ τῶν τειχῶν συναγωνιζόμενοι, καὶ τοῖς ὀξυβελέσι καταπέλταις οὓς μὲν ἀπέκτεινον τῶν πολεμίων, οὓς δὲ κατετίτρωσκον.

XXV. Ὁμοῦ δὲ αἵ τε σάλπιγγες ἐσήμαινον παρ' ἀμφοτέροις τὸ πολεμικὸν καὶ βοὴ πανταχόθεν ἐγίνετο, συνεπισημαινομένων τῶν στρατιωτῶν τὰς παρ' ἑκατέρων ἀνδραγαθίας. (2) Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἐν ταῖς μηχαναῖς αἰρομένην εἰς ὕψος φλόγα κατέπαυον, οἱ δ' εἰς χεῖρας συμπλεκόμενοι πολὺν ἐποίουν φόνον, ἄλλοι δ' ἐντὸς τῶν πιπτόντων τειχῶν ἀντῳκοδόμουν ἕτερα τείχη πολὺ τῶν προϋπαρχόντων βαρύτερα ταῖς κατασκευαῖς. (3) Τῶν δ' ἡγεμόνων τῶν περὶ τὸν Μέμνονα προκινδυνευόντων, καὶ μεγάλας διδόντων δωρεὰς τοῖς ἀνδραγαθοῦσιν, ἀνυπέρβλητος φιλοτιμία παρ' ἀμφοτέροις ἐγίνετο περὶ τῆς νίκης. (4) Διὸ καὶ παρῆν ὁρᾶν τοὺς μὲν τραύμασιν ἐναντίοις περιπίπτοντας καὶ κατὰ τὰς λιποψυχίας ἀποφερομένους ἐκ τῆς μάχης, τοὺς δὲ περιβαίνοντας τὰ πίπτοντα σώματα καὶ περὶ τῆς τούτων ἀναιρέσεως μεγάλους ἀγῶνας συνισταμένους, ἄλλους δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν δεινῶν ἐνδιδόντας ἤδη, καὶ διὰ τῆς ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων παρακλήσεως πάλιν θαῤῥοῦντας καὶ νεαροὺς ταῖς ψυχαῖς γινομένους. (5) Τέλος δὲ πρὸς αὐταῖς ταῖς πύλαις ἔπεσόν τινες τῶν Μακεδόνων, καὶ σὺν αὐτοῖς Νεοπτόλεμος ἡγεμών, ἀνὴρ ἐπιφανής. Μετὰ δὲ ταῦτα δύο μὲν πύργων εἰς ἔδαφος καθῃρημένων καὶ δυοῖν με-

uti legibus et a vectigalibus immunes esse jubet, se pro liberatione Græcorum bellum in Persas suscepisse professus. (2) Dumque iter adhuc facit, femina quædam, nomine Ada, ad quam generis ortu regnum Cariæ pertinebat, illi occurrit; et verba super avito regno faciens, ad recuperandum illud regis auxilium implorat. Quod quum vindicare sibi illam jussisset, Caras simul hoc erga feminam merito sibi quam benevolentissimos efficit. (3) Continuo enim civitates, missis ad regem legatis, aureis illum coronis honorant, promtamque ad cuncta operam se laturos esse pollicentur. Positis igitur ad urbem castris, oppugnationem validam et terribilem instituit. (4) Nam primo per vices oppugnantium continenter mœnia impetendo totos in conflictu dies consumebat. Post omni machinarum genere admoto, fossisque ante urbem trium adminiculo testudinum expletis, arietum impactu turres murosque turribus interjectos quatiebat. Et parte quadam eversa, per rudera deinceps, consertis cum hoste manibus, vi in urbem penetrare contendebat. (5) Sed Memnon initio Macedones mœnia oppugnantes, quod defensorum numero polleret, facile propulsare, instrumentisque adactis, cum valida manu ex urbe noctu effusus, ignem machinis injicere. (6) Magnis igitur certaminibus ante urbem coortis, Macedones virtute quidem longe præstabant; sed Persæ numero et apparatu validiores erant. Adjutabant eos in conflictu super muros dispositi, dum præacutis catapultarum missilibus nonnullos ex hostibus transfigunt, quosdam vulneribus debilitant.

XXV. Classicum utrinque tubarum sonitu canitur, et vociferatus simul undique increbrescit, dum utriusque partis milites egregiis suorum facinoribus intensa voce acclamant. (2) Jam alii sublatas in altum de machinis flammas exstinguere conantur: alii conserta cum hostibus manu magnam edunt stragem: pars intus pro muris collapsis alios, prioribus longe structura graviores, excitat. (3) Duces, cum Memnone in prima fronte pugnam cientes, magnifica rem fortiter gerentibus munera offerunt. Unde factum ut incredibile tam hic quam illic vincendi studium esset. (4) Ideoque cernere tum erat, hos adversis vulneribus confectos jamque animum agentes ex acie deportari: illos, globo circa prostratorum corpora facto, acerrimos pro referendis illis ad sepulturam conflictus subire: alios, atrocitate periculorum jam remissiores factos, præfectorum hortatu fiduciam resumere, animosque revocare. (5) Sub ipsis tandem portis Macedonum nonnulli, cumque his dux Neoptolemus, vir spectatissimus, cadunt. Duæ jam turres ad solum profligatæ duoque turrium

σοπυργίων ἐῤῥιμμένων, τῶν μὲν Περδίκκου στρατιωτῶν τινες μεθυσθέντες προπετῶς νυκτὸς προςέβαλλον τοῖς τῆς ἀκροπόλεως τείχεσιν· οἱ δὲ περὶ τὸν Μέμνονα συννοήσαντες τὴν ἀπειρίαν τῶν προςβαλλόντων, καὶ ἐπεξελθόντες καὶ τῷ πλήθει πολὺ προέχοντες, ἐτρέψαντο τοὺς Μακεδόνας καὶ πολλοὺς ἀνῄρουν. (6) Γνωσθέντος δὲ τοῦ συμβεβηκότος, ἐξεβοήθουν πολλοὶ τῶν Μακεδόνων· καὶ μεγάλης μάχης γενομένης, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐπιφανέντων, οἱ μὲν Πέρσαι βιασθέντες συνεκλείσθησαν εἰς τὴν πόλιν, ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς πεσόντας πρὸ τοῦ τείχους Μακεδόνας διακηρυκευσάμενος ᾔτησεν ὑποσπόνδους. Ἐφιάλτης μὲν οὖν καὶ Θρασύβουλος οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχοῦντες τοῖς Πέρσαις συνεβούλευον μὴ διδόναι τοὺς νεκροὺς πρὸς ταφήν· ὁ δὲ Μέμνων συνεχώρησε.

XXVI. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἐφιάλτης, βουλευομένων τῶν ἡγεμόνων, συνεβούλευε μὴ περιμένειν ἕως ἂν ἁλούσης τῆς πόλεως αἰχμάλωτοι καταστῶσιν, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς ἡγεμόνας προκινδυνεύοντας τῶν μισθοφόρων ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις. (2) Ὁ δὲ Μέμνων ὁρῶν τὸν Ἐφιάλτην πρὸς ἀρετὴν ὁρμώμενον, καὶ μεγάλας ἔχων ἐλπίδας ἐν αὐτῷ διὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν τοῦ σώματος ῥώμην, συνεχώρησεν αὐτῷ πράττειν ὃ βούλοιτο. (3) Ὁ δὲ δισχιλίους τῶν μισθοφόρων ἐπιλέκτους ἀναλαβών, καὶ τοῖς ἡμίσεσι διαδοὺς δᾷδας ἡμμένας, τοὺς δὲ ἄλλους ἀντιτάξας τοῖς πολεμίοις, ἄφνω τὰς πύλας πάσας ἀνεπέτασεν. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ μετὰ τούτων ἐκχυθείς, τοῖς μὲν μηχανήμασιν ἐνῆκε πῦρ· καὶ παραχρῆμα πολλὴν συνέβη γενέσθαι φλόγα. (4) Τῶν δ' ἄλλων ἐν βαθείᾳ φάλαγγι πεπυκνωμένων αὐτὸς προηγεῖτο, καὶ τοῖς ἐκβοηθοῦσι Μακεδόσιν ἐπέῤῥαξεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς κατανοήσας τὸ γινόμενον, τοὺς μὲν προμάχους τῶν Μακεδόνων πρώτους ἔταξε, τοὺς δ' ἐφέδρους ἔστησε τοὺς ἐπιλέκτους· ἐπὶ δὲ τούτοις τρίτους ἐπέταξεν ἑτέρους τοὺς ταῖς ἀνδραγαθίαις ὑπεράγοντας· αὐτὸς δὲ πρὸ πάντων τούτων ἡγούμενος ὑπέστη τοὺς πολεμίους, δόξαντας διὰ τὸ βάρος ἀκαταγωνίστους εἶναι. Ἐξέπεμψε δὲ καὶ τοὺς κατασβέσοντας τὴν φλόγα καὶ βοηθήσοντας ταῖς μηχαναῖς. (5) Ἅμα δὲ παρ' ἀμφοτέροις τῆς τε βοῆς ἐξαισίου γινομένης καὶ τῶν σαλπίγγων σημαινουσῶν τὸ πολεμικόν, μέγας ἀγὼν συνέστη διὰ τὰς ἀρετὰς τῶν ἀγωνιζομένων καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλοτιμίας. Τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐκώλυσαν οἱ Μακεδόνες ἐπινεμηθῆναι, κατὰ δὲ τὴν μάχην ἐπλεονέκτουν οἱ περὶ τὸν Ἐφιάλτην. (6) Οὗτος γὰρ πολὺ προέχων τῶν ἄλλων τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ πολλοὺς ἀνῄρει τῶν εἰς χεῖρας ἐρχομένων· οἵ τε ἐφεστῶτες ἐπὶ τῷ προςφάτως ἀντικατασκευασθέντι τείχει πολλοὺς ἀνῄρουν πυκνοῖς τοῖς βέλεσι χρώμενοι· ἑκατὸν γὰρ πηχῶν τὸ ὕψος πύργος ξύλινος κατεσκεύαστο, πλήρης καταπελτῶν ὀξυβελῶν. (7) Πολλῶν δὲ Μακεδόνων πιπτόντων, καὶ τῶν ἄλλων ἀναχωρούντων διὰ τὸ πλῆθος τῶν βελῶν, τοῦ τε Μέμνονος πολλαπλασίοις στρατιώταις ἐπιβοηθοῦντος, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἐνέπιπτεν.

interstitia dejecta erant, ubi Perdiccæ manipulares quidam ebrii muros arcis temere noctu invadunt. Sed Memnon, imperitia horum animadversa, cum suis erumpit et multitudine longe superior Macedones in fugam vertit, multisque vitam adimit. (6) Cognito isto casu, Macedones catervatim suis opitulantur, et pugna tunc aspera incrudescit. Tandem ubi Alexander cum manipulo suorum illis se ostendit, Persæ repulsi in urbem denuo concluduntur. Tum cæsos ante mœnia Macedonas per caduceatorem rex sibi reddi petit. At Ephialtes et Thrasybulus Athenienses, pro Persis arma tunc gerentes, ad sepulturam minime reddendos esse censent. Memnon tamen hanc regi petitionem largitur.

XXVI. Exin ducibus inter se consultantibus, Ephialtæ sententia erat, nequaquam exspectandum esse, dum capta urbe omnes captivitatem subirent; sed ductores ipsos cum mercenariis, pro salute ceterorum periculum aggressos, hostes invadere debere. (2) Memnon ergo, peculiari quodam impetu ad virtutem rapi videns Ephialten, plurimumque in eo spei propter animi præstantiam et singulare corporis robur positum habens, quod consultum illi videretur, agendum permittit. (3) Is conductitiorum duobus millibus, quos ex omni numero delegerat, sibi adjunctis, dimidium facibus accensis instruit, ceteros in hostem armatos ire jubet. Portisque omnibus subito apertis, cum prima luce se cum agmine effundens, in machinas ignem conjicit; unde statim ingens flamma concitatur. (4) Alios in latam constitutos phalangem ipse ducens, in Macedones, ad auxilium appropерantes, impressionem facit. Rex, quid fieret animadvertens, Macedonum primores in fronte aciei ponit, inque horum subsidio delectissimos suorum collocat. His tertiam substituit aciem illorum, qui virtute cunctos superabant. Ipse vero, totum ducens agmen, hosti, qui propter validum robur subigi posse non videbatur, sese objectat. Interim alios, qui incendium restinguant et machinis succurrant, ire jusserat. (5) Immensus utrinque clamor excitatur, tubisque classicum sonantibus, magnum certamen initur, quum pugnantes ad summam gloriæ assequendæ cupiditatem nihil facerent reliquum. Ignem quidem, ne ulterius grassaretur, facile Macedones impediunt; at in conflictu Ephialtæ agmen hosti prævalebat. (6) Is enim, viribus corporis longe aliis præstans, multos eorum, qui manus conferrent, interemit. Quique in muro recens exstructo stabant, continuo telorum jactu plurimos confecerunt. In eo namque turris ad centum cubitorum altitudinem educta fuerat, catapultis referta. (7) Quum autem Macedonum plurimi caderent et reliqui multitudine telorum fatigati pedem referrent, Memnonque cum longe majore militum numero subveniret, ipsemet etiam rex consilii perquam dubius erat.

XXVII. Ἔνθα δὴ τῶν ἐκ τῆς πόλεως κατισχυόντων παραδόξως, ὁ κίνδυνος παλίντροπον τὴν μάχην ἔσχεν. Οἱ γὰρ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων, διὰ μὲν τὴν ἡλικίαν ἀπολελυμένοι τῶν κινδύνων, συνεστρατευμένοι δὲ Φιλίππῳ καὶ πολλὰς μάχας κατωρθωκότες, ὑπὸ τῶν καιρῶν εἰς ἀλκὴν προεκλήθησαν. (2) Φρονήματι δὲ καὶ ταῖς κατὰ πόλεμον ἐμπειρίαις πολὺ προέχοντες, τοῖς μὲν φυγομαχοῦσι νεωτέροις πικρῶς ὠνείδισαν τὴν ἀνανδρίαν, αὐτοὶ δὲ συναθροισθέντες καὶ συνασπίσαντες ὑπέστησαν τοὺς δοκοῦντας ἤδη νενικηκέναι. (3) Τέλος δὲ τόν τε Ἐφιάλτην καὶ πολλοὺς ἄλλους ἀνελόντες, τοὺς λοιποὺς ἠνάγκασαν εἰς τὴν πόλιν συμφυγεῖν. (4) Οἱ δὲ Μακεδόνες τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης τοῖς φεύγουσι συνειςέπεσον ἐντὸς τῶν τειχῶν· τοῦ δὲ βασιλέως κελεύσαντος σημῆναι τὸ ἀνακλητικόν, ἀνεχώρησαν εἰς τὸ στρατόπεδον. (5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Μέμνονα στρατηγοὶ καὶ σατράπαι συνελθόντες ἔγνωσαν τὴν μὲν πόλιν ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς ἀρίστους τῶν στρατιωτῶν καταστήσαντες μετὰ τῆς ἁρμοζούσης χορηγίας, τὸν λοιπὸν ὄχλον καὶ τὰ χρήματα ἀπεκόμισαν εἰς τὴν Κῶν. (6) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἅμ' ἡμέρᾳ γνοὺς τὸ γεγενημένον, τὴν μὲν πόλιν κατέσκαψε, τῇ δ' ἀκροπόλει περιέθηκε τεῖχος καὶ τάφρον ἀξιόλογον· αὐτὸς δὲ μέρος τῆς δυνάμεως μετὰ στρατηγῶν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν μεσόγειον, προστάξας τὰ συνεχῆ τῶν ἐθνῶν χειροῦσθαι. Οὗτοι μὲν οὖν ἐνεργῶς πολεμήσαντες, πᾶσαν τὴν χώραν μέχρι τῆς μεγάλης Φρυγίας καταστρεψάμενοι, διέθρεψαν τοὺς στρατιώτας ἐκ τῆς πολεμίας. (7) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τὴν παραθαλαττίαν πᾶσαν μέχρι Κιλικίας χειρωσάμενος, πολλὰς πόλεις κατεκτήσατο, καὶ φρούρια καρτερὰ φιλοτιμότερον πολιορκήσας τῇ βίᾳ κατεπόνησεν, ἐν οἷς ἑνὸς παραδόξως ἐκράτησε, περὶ οὗ διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς περιπετείας οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν.

XXVIII. Τῆς γὰρ Λυκίας περὶ τὰς ἐσχατιὰς πέτραν μεγάλην ὀχυρότητι διαφέρουσαν ᾤκουν οἱ Μαρμαρεῖς ὀνομαζόμενοι, οἵτινες, παριόντος Ἀλεξάνδρου τὸ χωρίον, ἐπέθεντο τοῖς κατὰ τὴν οὐραγίαν Μακεδόσι, καὶ συχνοὺς ἀνελόντες πολλὰ τῶν σωμάτων καὶ τῶν ὑποζυγίων ἀφήρπασαν. (2) Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς παροξυνθείς, συνεστήσατο πολιορκίαν καὶ πᾶσαν εἰςεφέρετο σπουδὴν βίᾳ κρατῆσαι τοῦ χωρίου. Οἱ δὲ Μαρμαρεῖς, ἀνδρείᾳ διαφέροντες καὶ τῇ τῶν τόπων ἐρυμνότητι πιστεύοντες, ὑπέμενον εὐρώστως τὴν πολιορκίαν. Ἐπὶ μὲν οὖν ἡμέρας δύο συνεχεῖς ἐγίνοντο προςβολαί, καὶ φανερὸς ἦν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἀποστησόμενος ἕως ἂν ἕλῃ τὴν πέτραν. (3) Οἱ δὲ πρεσβύτεροι τῶν Μαρμαρέων τὸ μὲν πρῶτον συνεβούλευον τοῖς νέοις παυσαμένοις τῆς βίας ἐφ' οἷς ἦν δυνατὸν συλλυθῆναι πρὸς τὸν βασιλέα· οὐ πειθομένων δ' αὐτῶν, ἀλλὰ πάντων φιλοτιμουμένων συναποθανεῖν τῇ τῆς πατρίδος ἐλευθερίᾳ, παρεκάλεσαν αὐτοὺς τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας ἀνελεῖν, αὐτοὺς δὲ τοὺς δυναμένους διὰ τῆς ἀλκῆς σώζεσθαι νυκτὸς διὰ μέσων τῶν πολεμίων διεκπεσεῖν καὶ καταφυγεῖν εἰς τὴν πλησίον ὀρεινήν. (4) Συγκαταθε-

XXVII. Jamque prævalentibus oppidanis, subitam rerum mutationem conflictus sortitur Macedones enim veterani, qui tunc quidem ob ingravescentem ætatem vacationem a pugnis habebant, sed Philippo quondam militantes conflictibus non paucis victores exstiterant, hoc temporis momento ad strenuitatem pristinam excitantur. (2) Quumque animorum firmitudine ac rei militaris peritia longe aliis præstarent, tironibus, jam pugnam detrectantibus, acerbissimis ignaviam verbis exprobrant: mox unum in agmen coeuntes, ipsi consertis inter se clypeis hostem, jam se vicisse arbitrantem, obvii excipiunt. (3) Ac tandem Ephialte multisque aliis neci traditis, reliquum vulgus in urbem refugere compellunt. (4) Una Macedones, cum fugientibus permixti, intra mœnia sub noctis initium proruunt: quum rex tamen receptui cani jussisset, in castra se recipiunt. (5) Hinc Memnoni ceterisque ducibus ac satrapis inter se congressis urbem relinquere placuit. Optimorum ergo militum præsidio cum idoneo apparatu in arcem collocato, et reliquam hominum turbam et opes in Co transportarunt. (6) Alexander vero sub primum diei ortum, quid factum esset, cognito, urbem ipsam diruit, sed arcem muro fossaque insigni cinxit. Tunc partem copiarum cum præfectis in mediterranea ad vicinas gentes in ditionem redigendas ire jussit. Qui, bello strenue administrato, universas illas terras ad majorem usque Phrygiam imperio Alexandri subjunxerunt, et ex hostico commeatum militi subministrarunt. (7) Alexander ipse, totam litoralem Asiam usque ad Ciliciam subigens, plurimas urbes per deditionem acquisivit; castella vero munitiora per vim, acriter oppugnando, cepit. Inter quæ uno mirum ad modum potitur. Hoc igitur uti gestum sit, ob insolentiam rei merito non est prætermittendum.

XXVIII. In extremis Lyciæ finibus magnam quandam et insigniter munitam rupem incolebant Marmarenses. Hi, dum iter illac facit Alexander, novissimum ejus agmen adorti, complures Macedonum interficiunt, magnumque tam captivorum quam jumentorum numerum abripiunt. (2) Qua protervitate rex irritatus, oppugnare locum instituit, omni nixu in hoc incumbens, ut vi illo potiretur. Sed Marmarenses tum virtute sua eximia tum locorum firmitate confisi obsidionem fortiter sustinent. Per unum itaque et alterum diem absque intermissione oppugnantur; jamque certum erat regem non destiturum, quoad petram expugnasset. (3) Seniores igitur ejus gentis initio junoribus suadent, ut violenta defensione posthabita, quibus possent conditionibus, cum rege pacem ineant. Quod quum illi detrectarent, et cuncti una cum libertate patriæ interire obnixe mallent, tandem ut liberis, uxoribus, senibusque interemtis, ipsi, qui firmitate virium salutem sibi acquirere possent, noctu per medias hostium stationes penetrando in montes proximos aufugiant, exhortantur. (4) Placet juventuti consilium,

μένων δὲ τῶν νέων, καὶ προςταξάντων κατ' οἰκίαν ἑκάστους μετὰ τῆς συγγενείας ἀπολαύσαντας τῶν προςηνεστάτων βρωτῶν τε καὶ ποτῶν ὑπομεῖναι τὸ δεινόν, ἔδοξε τοῖς νέοις οὖσιν ὡς ἑξακοσίοις τοῦ μὲν φονεύειν τοὺς προςήκοντας ἀποσχέσθαι, τὰς δ' οἰκίας ἐμπρῆσαι καὶ διὰ τῶν πυλῶν ἐκχυθέντας εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀποχωρῆσαι. (5) Οὗτοι μὲν οὖν τὰ δεδογμένα συντελέσαντες ταῖς ἰδίαις ἑστίαις ἑκάστους ἐποίησαν ἐνταφῆναι· αὐτοὶ δὲ διὰ μέσων τῶν περιεστρατοπεδευκότων ἔτι νυκτὸς οὔσης διεκπεσόντες, ἔφυγον εἰς τὴν πλησίον ὀρεινήν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

XXIX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικοκράτους ἐν Ῥώμῃ τὴν ὕπατον ἀρχὴν διεδέξαντο Καίσων Οὐαλέριος καὶ Λεύκιος Παπίριος. Ἐπὶ δὲ τούτων Δαρεῖος χρημάτων πλῆθος ἐξέπεμψε τῷ Μέμνονι καὶ τοῦ πολέμου παντὸς ἀπέδειξε στρατηγόν. (2) Ὁ δὲ μισθοφόρων πλῆθος ἀθροίσας καὶ τριακοσίας ναῦς πληρώσας ἐνεργῶς διῴκει τὰ κατὰ τὸν πόλεμον. Χίον μὲν οὖν προςηγάγετο· πλεύσας δ' ἐπὶ Λέσβον, Ἄντισσαν μὲν καὶ Μήθυμναν καὶ Πύῤῥαν καὶ Ἔρεσον ῥᾳδίως ἐχειρώσατο, τὴν δὲ Μυτιλήνην μεγάλην οὖσαν καὶ παρασκευαῖς μεγάλαις καὶ πλήθει τῶν ἀμυνομένων ἀνδρῶν κεχορηγημένην πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσας, καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλών, μόγις εἷλε κατὰ κράτος. (3) Εὐθὺς δὲ τῆς περὶ τὸν στρατηγὸν ἐνεργείας διαβοηθείσης, αἱ πλείους τῶν Κυκλάδων νήσων διεπρεσβεύοντο. Προςπεσούσης δὲ φήμης εἰς τὴν Ἑλλάδα διότι Μέμνων μετὰ τοῦ στόλου μέλλει πλεῖν ἐπ' Εὐβοίας, αἱ μὲν κατὰ τὴν νῆσον ταύτην πόλεις περίφοβοι καθειστήκεισαν, οἱ δὲ τὰ τῶν Περσῶν αἱρούμενοι τῶν Ἑλλήνων, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Σπαρτιᾶται, μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἐγίνοντο πρὸς καινοτομίαν. (4) Ὁ δὲ Μέμνων χρήμασι διαφθείρων πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἔπεισε κοινωνεῖν τῶν Περσικῶν ἐλπίδων. Οὐ μὴν ἡ τύχη εἴασεν ἐπὶ πλεῖον προελθεῖν τὴν τἀνδρὸς ἀρετήν· ὁ γὰρ Μέμνων περιπεσὼν ἀῤῥωστίᾳ καὶ πάθει παραβόλῳ συσχεθεὶς μετήλλαξε, καὶ τῇ τούτου τελευτῇ συνετρίβη καὶ τὰ τοῦ Δαρείου πράγματα.

XXX. Προςεδόκησε μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς μεταθήσεσθαι τὸν πάντα πόλεμον ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην· ὡς δ' ἤκουσε τὴν Μέμνονος τελευτήν, συνήγαγε τῶν φίλων συνέδριον, καὶ προέθηκε βουλὴν πότερον δεῖ στρατηγοὺς καὶ στρατιὰν καταπέμπειν ἐπὶ θάλατταν ἢ τὸν βασιλέα μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως καταβάντα διαγωνίζεσθαι τοῖς Μακεδόσιν. (2) Ἔνιοι μὲν οὖν ἔφασαν δεῖν αὐτὸν τὸν βασιλέα παρατάττεσθαι, καὶ τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν ἀπεφαίνοντο προθυμότερον ἀγωνιεῖσθαι. Χαρίδημος δ' Ἀθηναῖος, ἀνὴρ θαυμαζόμενος ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δεινότητι στρατηγίας, συνεστρατεύσατο μὲν Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καὶ πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀρχηγὸς καὶ σύμβουλος γεγονὼς ἦν, συνεβούλευε δὲ τῷ Δαρείῳ μὴ προπετῶς ἀποκυβεῦσαι περὶ τῆς βασιλείας, ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸ βάρος καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν συνέχειν, ἐπὶ δὲ τὸν πόλεμον ἀποστέλ-

et statim fit edictum, ut unusquisque domi suæ, una cum genere propinquis, delicatissimo cibo potuque refectus, extremum illud malum sustineant. Sed juvenibus, quorum numerus accessit ad sexcentos, visum est a cæde cognatorum abstinere, et post incensas domos eruptione extra portas facta in montanis quærere receptum. (5) Mox decretum peragentes ut cuique suus pro sepulcro focus sit efficiunt. Ipsi per media circumsidentium castra noctu elapsi in montes prope sitos aufugiunt. Hæc quidem illo anno gesta sunt.

XXIX. Sed insequente, quo Nicocrates Athenis archon fuit, et Romæ in consulari magistratu successerunt Cæso Valerius et L. Papirius, Darius grandem pecuniæ vim Memnoni transmisit, eumque totius belli imperatorem declaravit. (2) Is, numerosis mercenariorum catervis contractis et trecentarum navium classe cum omni apparatu instructa, in belli administrationem gnaviter incubuit. Chium itaque sibi adjunxit; deinde Lesbum cum classe petens, Antissam, Methymnam, Pyrrham et Eresum non magno negotio cepit; sed Mytilenen, quia major erat, magnoque apparatu et propugnatorum multitudine probe instructa, per multos dies oppugnatam, post magnam suorum jacturam difficulter tandem expugnavit. (3) Cujus strenuitatis fama quum subito percrebuisset, Cycladum insularum pleræque de pactionibus legationes miserunt. Rumor tunc allapsus erat Græciæ, Memnonem cum classe Eubœam invasurum: unde factum ut magno ejus insulæ civitates metu perculsæ essent, et Græcorum nonnulli, Persarum societatem amplexi, in quibus et Spartani, animos rerum novarum spe arrectos haberent. (4) Huc accessit quod Memnon, Græcorum non paucis largitione corruptis, ut suas ad Persarum spes aggregatas vellent, persuaserat. At viri hujus virtutem ad ampliora progredi fortuna non permisit. Quum enim in valetudinem adversam incidisset, periculoso quodam morbo correptus, e vita decessit. Ejus morte res Darii labefactatæ sunt.

XXX. Rex enim totam belli molem ex Asia in Europam translatum iri speraverat: Sed ubi Memnonis obitum cognovit, amicorum senatu convocato, deliberationem proponit, utrum legati cum exercitu in provincias maritimas mittendi, an ipsi regi cum universis copiis illuc profecto, cum Macedonibus fortuna certaminis experienda sit. (2) Tunc, ut rex ipse in aciem descendat a nonnullis suadetur; hoc enimmodo promtiorem ad certamen fore multitudinem Persarum declarant. Sed Charidemus Atheniensis, qui ob virtutem et imperatoriæ artis præstantiam in magna erat admiratione, (nam sub Philippo(?) meruerat, in administrandis ejus negotiis princeps et consultor optimus,) Darium præmonet, ne regni fortunam aleæ temere committat, sed ut imperium Asiæ rerumque summam ipse quidem in potestate retineat, ad bellum vero legatum, qui virtutis suæ expe-

λειν στρατηγὸν πεῖραν δεδωκότα τῆς ἰδίας ἀρετῆς· (3) δύναμιν δ' ἱκανὴν εἶναι δέκα μυριάδων, ἧς τὸ τρίτον Ἕλληνας ποιῆσαι μισθοφόρους, καὶ δι' ἐμφάσεως αὐτὸς ἀνεδέχετο κατορθώσειν τὴν ἐπιβολὴν ταύτην. (4) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὁ βασιλεὺς συγκατετίθετο τοῖς λεγομένοις, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν φίλων γενναιότερον ἀντειπόντων καὶ τὸν Χαρίδημον εἰς ὑποψίαν ἀγόντων ὅτι τῆς στρατηγίας ὀρέγεται τυχεῖν, ὅπως τοῖς Μακεδόσι προδῷ τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν, ὁ μὲν Χαρίδημος παροργισθεὶς καὶ προχειρότερον ὀνειδίσας τὴν Περσῶν ἀνανδρίαν, ἐποίησεν ἐπὶ πλεῖον προσκόψαι τὸν βασιλέα τοῖς λόγοις. Τοῦ θυμοῦ δὲ τὸ συμφέρον ἀφαιρουμένου, ὁ μὲν Δαρεῖος ἐπιλαβόμενος τῆς τοῦ Χαριδήμου ζώνης κατὰ τὸν τῶν Περσῶν νόμον παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις καὶ προσέταξεν ἀποκτεῖναι. (5) Ὁ δὲ Χαρίδημος ἀπαγόμενος ἐπὶ τὸν θάνατον ἀνεβόησε μεταμελήσειν ταῦτα ταχὺ τῷ βασιλεῖ καὶ τῆς ἀδίκου τιμωρίας αὐτοῦ σύντομον ἕξειν τὴν κόλασιν ἐπιδόντα τὴν κατάλυσιν τῆς βασιλείας. Χαρίδημος μὲν οὖν μεγάλων ἐλπίδων ἐκπεσών, διὰ παῤῥησίαν ἄκαιρον τοιαύτην ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀνέντος τοῦ θυμοῦ τὴν ψυχὴν μετενόησε, καὶ κατεμέμψατο ἑαυτὸν ὡς τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότα. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν τὸ γεγονὸς διὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἀγένητον κατασκευάσαι. (7) Διόπερ ὀνειροπολούμενος ταῖς Μακεδόνων ἀρεταῖς, καὶ τὴν ἐνέργειαν τὴν Ἀλεξάνδρου πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνων, ἐζήτει στρατηγὸν ἀξιόχρεων τὸν διαδεξόμενον τὴν τοῦ Μέμνονος ἡγεμονίαν· οὐ δυνάμενος δ' εὑρεῖν, αὐτὸς ἠναγκάζετο καταβαίνειν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς βασιλείας κίνδυνον.

XXXI. Εὐθὺς οὖν μετεπέμπετο τὰς πανταχόθεν δυνάμεις καὶ προσέταξεν ἀπαντᾶν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν συγγενῶν ἐπελέγετο τοὺς εὐθέτους, ὧν τοῖς μὲν τὰς ἁρμοζούσας ἡγεμονίας κατεμέριζε, τοὺς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ κινδυνεύειν προσέταττεν. (2) Ὡς δ' ὁ τῆς στρατείας ἀφωρισμένος χρόνος προσεγένετο, κατήντησαν ἅπαντες εἰς τὴν Βαβυλῶνα. Ὁ δ' ἀριθμὸς ἦν τῶν στρατιωτῶν πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετταράκοντα μυριάδων, ἱππεῖς δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων. Δαρεῖος μὲν οὖν μετὰ τοσαύτης δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ Βαβυλῶνος, προῆγεν ἐπὶ Κιλικίας, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τήν τε γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, υἱὸν καὶ δύο θυγατέρας, καὶ τὴν μητέρα. (3) Ἀλέξανδρος δὲ πρὸ μὲν τῆς Μέμνονος τελευτῆς, πυνθανόμενος Χίον καὶ τὰς ἐν Λέσβῳ πόλεις κεχειρῶσθαι, τὴν δὲ Μυτιλήνην κατὰ κράτος ἡλωκυῖαν, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Μέμνονα τριακοσίαις τριήρεσι καὶ πεζικῇ δυνάμει μέλλοντα στρατεύειν ἐπὶ Μακεδονίαν, τῶν δ' Ἑλλήνων τοὺς πλείους ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπόστασιν, οὐ μετρίως ἠγωνία. (4) Ὡς δ' ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες τὴν τοῦ Μέμνονος τελευτήν, ἀπελύθη τῆς πολλῆς ἀγωνίας. Μετ' ὀλίγον δ' εἰς ἀῤῥωστίαν βαρυτέραν ἐμπεσὼν καὶ χαλεπῷ πάθει συνεχόμενος, συνεκάλεσε τοὺς ἰατρούς. (5) Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἕκαστος δυσχερῶς εἶχε πρὸς τὴν θερα-

rimenta dederit, mittat: (3) ac centum millia, quorum tertiam partem e Græcia mercede conducat, ad expeditionem istam sufficere confirmans, se, quod cœptum foret, probe confecturum diserte pollicetur. (4) Assensum initio verbis ejus rex præbebat. Sed quum obstinatius refragarentur amici, et Charidemum in suspicionem adducerent, quasi summam belli administrationem ideo affectaret, ut Persarum imperium Macedonibus traderet, tantam Charidemus iram concepit, ut ignaviam Persis exprobraret. Quibus verbis exulceratum regis animum multo gravius offendit. Dumque ira, quid expediat, prospicere non sinit, Charidemum, balteo apprehensum ex lege Persarum, Darius ad necem abripiendum satellitibus tradit. (5) Qui dum ad supplicium trahitur, brevi futurum ut pœnitentia hujus facti rex ducatur, et eversionem regni intuitus pœnas supplicii tam iniqui expendat, vociferatur. Hunc vitæ exitum Charidemus, magna spe dejectus, ob intempestivam oris libertatem consecutus est. (6) Regem vero, simulatque ira animum dimisit, statim pœnitentia subiit, seque ipsum, ut qui peccatum atrocissimum commisisset, incusavit. Sed regia potestas, quod factum erat, infectum reddere nequaquam potuit. (7) Quanta igitur Macedonum virtus esset conjectans, et Alexandri strenuitatem ob oculos sibi ponens, idoneum Memnoni successorem, cui summam belli commendaret, inquisivit: sed quum nullum reperiret, ipse tandem in prœlii discrimen pro regni salute descendere cogitur.

XXXI. Ex omnibus igitur locis confestim milites evocat et Babylonem convenire jubet. Tum ex amicis et cognatis idoneos sibi visos deligit, quorum aliis imperia, quæ singulis convenirent, dispartitur; alios in hostem secum ire jubet. (2) Quum primum ergo definitum expeditionis tempus advenit, omnes Babylone congregantur. Peditum numerus quadringenta millia, equitum millia centum excessit. Cum tam validis copiis Babylone egressus, Ciliciam versus movit, uxorem et liberos, filium nempe et duas filias, matremque in comitatu habens. (3) Inter hæc Alexander, priusquam Memnon obiisset, ubi Chium urbesque Lesbi occupatas et Mytilenen vi captam, Memnonem insuper trecentis triremibus et pedestri exercitu Macedoniam invasurum, et Græcorum plurimos ad defectionem paratos intellexit, non mediocriter erat perturbatus (4) Sed de Memnonis obitu nuntio quorundam certior factus, summo isto angore liberatus est. Brevi post morbo gravissimo laborare cœpit. Quo periculose decumbens, medicos arcessit. (5) Ac ceterorum quidem unusquisque ad desperatam medicationem difficilem se præbebat: unus tantum

πείαν, Φίλιππος δ' Ἀκαρνὰν τὸ γένος παραβόλοις καὶ συντόμοις ἰατρείαις χρώμενος ἐπηγγείλατο διὰ φαρμακείας λύσειν τὴν νόσον. (6) Ἀσμένως δὲ τοῦ βασιλέως ὑπακούσαντός διὰ τὸ λέγεσθαι Δαρεῖον μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ Βαβυλῶνος ὡρμηκέναι, ὁ μὲν ἰατρὸς δοὺς φάρμακον πιεῖν, καὶ συνεργὸν λαβὼν τὴν φύσιν τοῦ κάμνοντος καὶ τὴν τύχην, εὐθὺς ἀπήλλαξε τῆς νόσου τὸν Ἀλέξανδρον. Οὗτος μὲν οὖν παραδόξως ἐκφυγὼν τὸν κίνδυνον, καὶ τὸν ἰατρὸν τιμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατέταξεν αὐτὸν εἰς τοὺς εὐνουστάτους τῶν φίλων.

XXXII. Ἡ δὲ μήτηρ τοῦ βασιλέως ἔγραψε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τά τε ἄλλα τῶν χρησίμων καὶ διότι φυλάξασθαι προσήκει τὸν Λυγκηστὴν Ἀλέξανδρον. Οὗτος δ' ὢν ἀνδρείᾳ διαφέρων καὶ φρονήματος πλήρης, καὶ συμπαρακολουθῶν τῷ βασιλεῖ μετὰ τῶν ἄλλων φίλων, ἐπιστεύετο. (2) Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων εὐλόγων συνδραμόντων πρὸς ταύτην τὴν διαβολήν, συλληφθεὶς καὶ δεθεὶς εἰς φυλακὴν παρεδόθη, ὡς τευξόμενος δικαστηρίου. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πυθόμενος τὸν Δαρεῖον ὀλίγων ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν, Παρμενίωνα μὲν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀπέστειλε προκαταληψόμενον τὰς παρόδους καὶ τὰς ὀνομαζομένας Πύλας· οὗτος δ' ἐπιβαλὼν τοῖς τόποις, καὶ τοὺς προκατειληφότας τὰς δυσχωρίας βαρβάρους βιασάμενος, κύριος ἐγένετο τῶν παρόδων. (3) Δαρεῖος δὲ βουλόμενος εὔζωνον ποιῆσαι τὴν δύναμιν, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τὸν περιττὸν ὄχλον εἰς Δαμασκὸν τῆς Συρίας ἀπέθετο· τὸν δ' Ἀλέξανδρον πυθόμενος τὰς δυσχωρίας προκατειληφέναι, καὶ νομίσας αὐτὸν μὴ τολμᾶν ἐν τῷ πεδίῳ διαγωνίζεσθαι, προῆγεν ἐπ' αὐτὸν σύντονον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος. (4) Οἱ δ' ἐγχώριοι τῆς μὲν τῶν Μακεδόνων ὀλιγότητος καταφρονήσαντες, τὸ δὲ πλῆθος τῆς τῶν Περσῶν στρατιᾶς καταπεπληγμένοι, καταλιπόντες τὸν Ἀλέξανδρον προσέθεντο τῷ Δαρείῳ, καὶ τάς τε τροφὰς καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν μετὰ πολλῆς προθυμίας ἐχορήγουν τοῖς Πέρσαις, καὶ διὰ τῆς ἰδίας κρίσεως προεσήμαινον τοῖς βαρβάροις τὴν νίκην. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὴν μὲν Ἰσσὸν πόλιν ἀξιόλογον καταπληξάμενος ἐχειρώσατο.

XXXIII. Τῶν δὲ κατασκόπων ἀπαγγειλάντων αὐτῷ τριάκοντα σταδίους ἀπέχειν τὸν Δαρεῖον, καὶ συντεταγμένῃ τῇ δυνάμει προσιέναι καταπληκτικῶς, ὑπολαβὼν παρὰ τῶν θεῶν αὐτῷ δεδόσθαι τὸν καιρὸν ὥστε μιᾷ παρατάξει νικήσαντα καταλῦσαι τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν, τοὺς μὲν στρατιώτας τοῖς οἰκείοις λόγοις παρεκάλεσεν ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ὅλων ἀγῶνα, τὰ δὲ τάγματα τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας οἰκείως τοῖς ὑποκειμένοις τόποις διατάξας, τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐπέστησε πρὸ πάσης τῆς στρατιᾶς, τὴν δὲ τῶν πεζῶν φάλαγγα κατόπιν ἐφεδρεύειν προσέταξεν· (2) αὐτὸς δὲ προηγούμενος τοῦ δεξιοῦ μέρους, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς κρατίστους τῶν ἱππέων· τὸ δ' εὐώνυμον μέρος ἐπεῖχον οἱ τῶν Θετταλῶν ἱππεῖς, πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντες ταῖς τε ἀνδραγαθίαις καὶ ταῖς ἐμπειρίαις. (3) Ὡς δ' αἱ δυνάμεις ἐντὸς βέλους ἐγένοντο,

Philippus, Acarnan genere, qui subita quadam audacique medendi ratione uti solebat, medicata potione vim morbi se levaturum promisit. (6) Cui rex libenter obsequitur, quod Darius jam Babylone movisse nuntiaretur. Medicus igitur per exhibitum illud medicamentum, dum et naturam ægrotantis et fortunam adjutricem habet, morbo Alexandrum continuo liberavit. Qui quum præter spem tantum vitæ periculum evasisset, donis magnificentissimis medicum affecit, et in fidissimorum ordinem amicorum recepit.

XXXII. Per idem tempus mater regis, tum de aliis, quæ commodo fore putabat, tum quod Alexandrum Lyncesten cavere operæ pretium foret, per literas eum admonuit. Erat is fortitudine præstans animique generosi plenus et inter ceteros amicos Alexandrum comitantes fidei non postremæ. (2) Quum igitur multa etiam alia criminationi consentanea concurrerent, captus ille et vinctus, donec quæstio ei facienda esset, custodiæ traditus est. Post hæc Darium paucorum itinere dierum abesse edoctus Alexander, Parmenionem cum exercitu misit ad transitum et Portas, quas vocant, præoccupandum. Qui statim illuc profectus, Barbaris, qui angustias locorum prius insederant, dejectis, transitu potitus est. (3) Darius autem, ut exercitum haberet minus impeditum, impedimenta turbamque bellis inutilem Damasci, quæ Syriæ urbs est, deposuit. Hinc Alexandrum difficultates locorum præoccupasse cognito, in apertis decertare campis eum non ausurum opinatus, concitatis itineribus in eum duxit. (4) Locorum vero, per quæ Alexander ibat, homines, tum paucitatem Macedonum aspernati, tum multitudine ingruentis Persarum exercitus territi, posthabito Alexandro, Darii in partes concedunt, et alimoniam ceteraque necessaria magna animorum propensione Persis subministrant, suis denique præjudiciis victoriam Barbaris despondent. Interim Alexander Issum, Ciliciæ urbem non ignobilem, formidine perculsam occupat.

XXXIII. Per exploratores inde certior factus triginta tantum stadiis abesse, jamque cum acie terribilem ad modum instructa appropinquare Darium, benigno deorum favore occasionem sibi datam existimavit, ut unius prælii victoria totum Persarum imperium everteret. Oratione igitur ad præsens negotium accommodata, militum suorum animos ad certamen de summa rerum hortando accendit; peditumque ordines et equitum turmas, prout loci ejus ratio exigere visa est, disponens, equites ante totam aciem constituit, peditatu a tergis illorum in subsidiis manere jusso; (2) ipse dextrum agens cornu cum equitum fortissimis hosti obviam processit. Cornu lævum equites Thessali, fortitudine bellandique peritia ceteros longe exsuperantes, obtinebant. (3) Jamque intra teli jactum perventum erat,

τοῖς μὲν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐπέῤῥιψαν οἱ βάρβαροι τοσοῦτον πλῆθος βελῶν, ὥςτε διὰ τὴν πυκνότητα τῶν βαλλομένων ἀλλήλοις συγκρουόντων ἀσθενεστέρας γίνεσθαι τὰς πληγάς. (4) Τῶν δὲ σαλπιγκτῶν παρ' ἀμφοτέροις τὸ πολεμικὸν σημαινόντων, οἱ Μακεδόνες πρῶτοι συναλαλάξαντες βοὴν ἐξαίσιον ἐποίησαν· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν βαρβάρων ἀντιφθεγξαμένων, συνήχησε μὲν ἡ σύνεγγυς ὀρεινὴ πᾶσα, τὸ δὲ μέγεθος τῆς βοῆς ὑπερῆρε τὴν προγεγενημένην κραυγήν, ὡς ἂν πεντήκοντα μυριάδων μιᾷ φωνῇ συνηχουσῶν. (5) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος πάντῃ τὴν ὄψιν βάλλων καὶ σπεύδων κατιδεῖν τὸν Δαρεῖον, ἅμα τῷ κατανοῆσαι παραχρῆμα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἱππέων ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο τὸν βασιλέα, σπεύδων οὐχ οὕτω καταπροτερῆσαι τῶν Περσῶν ὡς τὸ δι' αὑτοῦ περιποιήσασθαι τὴν νίκην. (6) Ἅμα δὲ τούτῳ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἱππέων συμπεσόντων ἀλλήλοις, καὶ πολλοῦ φόνου γινομένου, ἡ μὲν μάχη διὰ τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀρετὰς ἀμφίδοξον εἶχε τὴν τῶν ὅλων κρίσιν· ἐταλαντεύετο γὰρ δεῦρο κἀκεῖσε, τῆς τροπῆς ἐναλλὰξ γινομένης. (7) Οὔτε γὰρ ἀκοντίσας οὔτε πατάξας οὐδεὶς ἄπρακτον ἔσχε τὴν πληγήν, ὡς ἂν διὰ τὸ πλῆθος ἑτοίμου τοῦ σκοποῦ κειμένου. Διὸ καὶ πολλοὶ τραύμασιν ἐναντίοις περιτυγχάνοντες ἔπιπτον, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς θυμομαχοῦντες τὸ ζῆν πρότερον ἢ τὴν ἀρετὴν ἐξέλειπον.

XXXIV. Οἱ δὲ ἑκάστης τάξεως ἡγεμόνες τῶν ὑποτεταγμένων προαγωνιζόμενοι διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς τοὺς πολλοὺς ἀνδραγαθεῖν προετρέποντο· διὸ καὶ παρῆν ὁρᾶν πολλὰς μὲν διαθέσεις τραυμάτων γινομένας, ποικίλους δὲ καὶ μεγάλους ἀγῶνας συνισταμένους ὑπὲρ τῆς νίκης. (2) Ὀξάθρης δ' ὁ Πέρσης, ἀδελφὸς μὲν ὢν Δαρείου, κατὰ δὲ τὴν ἀνδρείαν ἐπαινούμενος, ὡς εἶδε τὸν Ἀλέξανδρον ἀκατασχέτως ἱέμενον ἐπὶ τὸν Δαρεῖον, ἐφιλοτιμήθη τῆς αὐτῆς τύχης κοινωνῆσαι τἀδελφῷ. (3) Ἀναλαβὼν οὖν τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων τῶν μεθ' ἑαυτοῦ τεταγμένων, μετὰ τούτων ἐπέῤῥαξε τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον· καὶ νομίσας τὸ φιλάδελφον τῆς ψυχῆς οἴσειν αὐτῷ περιβόητον παρὰ Πέρσαις δόξαν, προεμάχετο τοῦ Δαρείου τεθρίππου, καὶ μετ' ἐμπειρίας εὐτόλμως τοῖς πολεμίοις συμπλεκόμενος πολλοὺς ἀπέκτεινε. (4) Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὑπερβαλλομένων ταῖς ἀνδραγαθίαις, περὶ μὲν τὸ τοῦ Δαρείου τέθριππον ταχὺ νεκρῶν ἐσωρεύθη πλῆθος· πάντες γὰρ ἐφιέμενοι τοῦ βασιλέως ψαῦσαι, πρὸς ἀλλήλους ἐκθυμότατα διηγωνίζοντο καὶ τοῦ ζῆν οὐδεμίαν ἐποιοῦντο φειδώ. (5) Ἔπεσον δ' ἐν τῷ κινδύνῳ τούτῳ πολλοὶ τῶν παρὰ Πέρσαις ἐπιφανῶν ἡγεμόνων, ἐν οἷς ὑπῆρχον Ἀτιζύης καὶ Ῥεομίθρης καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου σατράπης Τασιάκης. Ὁμοίως δὲ πολλῶν καὶ παρὰ τοῖς Μακεδόσι πεσόντων, συνέβη καὶ αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρωθῆναι τὸν μηρόν, περιχυθέντων αὐτῷ τῶν πολεμίων. (6) Οἱ δὲ τὸν τοῦ Δαρείου τεθρίππου ζυγὸν ἐπέχοντες ἵπποι, τραυματιζόμενοι πυκνῶς καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτοὺς σωρευομένων νεκρῶν πτυρόμενοι, τὰ μὲν χαλινὰ διεσείοντο, παρ'

ubi tantus missilium velut imber effunditur, ut præ densissima illorum copia ex mutuo inter se concursu ictus infirmiores redderentur. (4) Mox quum bellicum utrinque tubæ cecinissent, Macedones primi, excitato baritu, clamorem ingentem edunt : dumque a Barbaris ex adverso responsatur, omnis regio montana in propinquo mugitum retorquet; sed magnitudo hujus vociferationis priorem longe superabat, quippe quam millia hominum quingenta simul extulissent. (5) Tunc Alexander, oculis per omnia circumversis, Darium sicubi videret, investigabat. Quem simul ut in conspectum accepit, illico cum equitum circa se delectu in eum invehitur, non tam Persas prævertere quam victoriam suo marte conciliare properans. (6) Interim etiam reliquus universus equitatus conflictum init, fitque magna cædes. Sed dimicantium virtus ambiguum victoriæ exitum, dum huc illuc propter alternam subinde mutationem fluctuat, ad tempus faciebat : (7) neque enim jaculantis, neque ferientis irritus cujusquam ictus erat, quod certus in tanta multitudine ubique scopus esset. Ideo quam plurimi vulneribus adversis confici : alii ad extremum usque halitum iratis animis prœliantes vitam prius quam virtutem relinquere.

XXXIV. At ordinum ductores, pro suis manipularibus propugnantes, suæ virtutis exemplo gregarios etiam milites ad fortitudinem excitare. Propterea multas tunc vulnerum species variasque et ingentes pro victoria contentiones cernere erat. (2) Oxathres Persa, Darii frater, magnam fortitudinis laudem promeritus, ut Alexandrum pervicaci in Darium studio tendere conspexit, ejusdem fortunæ periculum cum fratre communicare statuit. (3) Cum præstantissimis igitur equitum, quos e turmis suis delegerat, in eos, qui circa Alexandrum erant, impetum fecit. Et quia pietatem erga fratrem gloriæ sibi illustrissimæ conciliatricem fore sperabat, pro Darii quadrigis propugnavit, tamque scienter quam audacter cum hostibus congressus multos occidit. (4) Quod vero Macedones circa Alexandrum nullis strenuitate concederent, ingens cito strues cadaverum circa Darii currum excitatur. Dum enim quisque regi manus injicere cupit, animosissime ultro citroque dimicant nec vitæ parcunt. (5) In hoc conflictu multi ex nobilissimis Persarum ducibus ceciderunt : inter quos Atizyes et Rheomithres, Ægyptique satrapes erat Tasiaces. Quumque multi ex Macedonum etiam parte occumberent, ut ipse quoque Alexander circumfusis undique hostibus in femine sauciaretur evenit. (6) Tunc equi Darii jugales, qui currum ejus trahebant, multis vulneribus affecti et cadaverum circa eos coacervatorum multitudine consternati, frenis excussis, regem in medios ferme hostes abripuissent, nisi

ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Δαρεῖον εἰς τοὺς πολεμίους ἐξήνεγκαν. Διὸ καὶ κινδυνεύων ἐσχάτως ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ἥρπασε τοὺς ῥυτῆρας, συναναγκαζόμενος λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προστασίας καὶ τὸν παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλεῦσι κείμενον νόμον ὑπερβῆναι. (7) Προσήχθη δὲ καὶ τέθριππον ἕτερον ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν τῷ Δαρείῳ, καὶ κατὰ τὴν εἰς τοῦτο μετάβασιν ταραχῆς γενομένης, ὁ μὲν Δαρεῖος, ἐπικειμένων τῶν πολεμίων, εἰς ἔκπληξιν καὶ δέος ἐνέπιπτεν· οἱ δὲ Πέρσαι τὸν βασιλέα κατανοήσαντες ταραττόμενον, εἰς φυγὴν ὥρμησαν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἐχομένων ἱππέων ποιησάντων, ταχὺ πάντες ἐτράπησαν. (8) Τῆς δὲ φυγῆς οὔσης ἐν τόποις στενοῖς καὶ τραχέσι, συμπίπτοντες ἀλλήλους συγκατεπάτουν, καὶ πολλοὶ χωρὶς πολεμίας πληγῆς ἀπέθνησκον. Ἔκειντο γὰρ ὁμοῦ σωρευθέντες, οἱ μὲν ἄνευ τῶν ὅπλων, οἱ δὲ τηροῦντες τὰς πανοπλίας· τινὲς δὲ γεγυμνωμένα τὰ ξίφη διαφυλάξαντες τοὺς περὶ ταῦτα ἀναπειρομένους ἀνῄρουν· οἱ δὲ πλεῖστοι εἰς τὰ πεδία διεκπεσόντες, διὰ τούτων ἀπὸ κράτους ἐλαύνοντες τοὺς ἵππους, εἰς τὰς συμμαχίδας πόλεις κατέφευγον. (9) Ἡ δὲ τῶν Μακεδόνων φάλαγξ καὶ τὸ τῶν Περσῶν πεζὸν στράτευμα βραχὺν χρόνον ἐν τῇ μάχῃ διέμεινε· προηττημένων γὰρ τῶν ἱππέων, οἱονεί τις προαγὼν ἐγεγόνει τῆς ὅλης νίκης. Πάντων δὲ τῶν βαρβάρων ταχὺ τραπέντων, καὶ τοσούτων μυριάδων ἐν στενοῖς τόποις τὴν φυγὴν ποιουμένων, ταχὺ πᾶς ὁ συνεχὴς τόπος νεκρῶν ἐπληρώθη.

XXXV. Νυκτὸς δ' ἐπιλαβούσης, οἱ μὲν Πέρσαι ῥᾳδίως διεσπάρησαν εἰς πολλοὺς τόπους, οἱ δὲ Μακεδόνες παυσάμενοι τοῦ διωγμοῦ πρὸς ἁρπαγὴν ὥρμησαν, καὶ μάλιστα περὶ τὰς βασιλικὰς σκηνὰς διὰ τὸ πλῆθος τῆς πολυτελείας ἠσχολοῦντο. (2) Διόπερ πολὺς μὲν ἄργυρος, οὐκ ὀλίγος δὲ χρυσός, παμπληθεῖς δὲ καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτες ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης διεφοροῦντο. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων καὶ συγγενῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐκ ὀλίγος διηρπάγη πλοῦτος. (3) Οὐ μόνον γὰρ αἱ τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν συγγενῶν καὶ φίλων γυναῖκες ἐφ' ἁρμάτων ὀχούμεναι καταχρύσων συνηκολούθουν κατά τι πάτριον ἔθος τῶν Περσῶν. (4) Ἑκάστη δὲ τούτων διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλούτου καὶ τῆς τρυφῆς περιήγετο πλῆθος πολυδαπάνου παρασκευῆς καὶ γυναικείου κόσμου. Πάθος δ' ἦν δεινότατον περὶ τὰς αἰχμαλωτιζομένας γυναῖκας. (5) Αἱ γὰρ πρότερον διὰ τρυφὴν ἐπ' ἀπήναις πολυτελέσι μόγις κατακομιζόμεναι καὶ γυμνὸν μέρος τοῦ σώματος οὐδὲν φαίνουσαι, τότε μονοχίτωνες καὶ τὰς ἐσθῆτας περιῤῥήττουσαι μετ' ὀδυρμῶν ἐκ τῶν σκηνῶν ἐξεπήδων, ἐπιβοώμεναι θεοὺς καὶ προσπίπτουσαι τοῖς τῶν κρατούντων γόνασι. (6) Περιαιρούμεναι δὲ ταῖς χερσὶ τρεμούσαις τὸν τοῦ σώματος κόσμον καὶ τὰς κόμας ἀνειμέναι διὰ τόπων τραχέων ἔθεον, καὶ πρὸς ἀλλήλας συντρέχουσαι βοηθοὺς ἐπεκαλοῦντο τὰς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας δεομένας. (7) Ἦγον δ' αὐτὰς οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κόμης ἐπισπώμενοι τὰς ἠτυχηκυίας, οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας

in extremo versans periculo habenas apprehendisset, principatus sui majestatem et legem Persarum regibus præscriptam hoc modo transgredi coactus. (7) Interim alium e currum ministri adducunt. In quem dum transcendit, perturbatio oritur, et Darius ipse, hoste pertinaciter incumbente, stupore metuque corripitur. Persæ, regem suum trepidantem ut videre, fugam omnes capessunt, equitibus ceteros sequentibus. (8) Sed quum fuga inter angustias locorum et aspreta fieret, mutuo semet concursu proculcant, multique citra hostilem ictum emoriuntur. Acervatim alii prorsus inermes, alii suis adhuc armis instructi, jacebant; nonnulli, qui nudos eo usque gladios retinuerant, commilitones his transfixos interimebant. Plurimi tamen, in patentiores campos elapsi, concitatissimo equorum cursu in amicas huc illuc urbes profugiebant. (9) Inter hæc Macedonum phalanx et pedestre Persarum agmen ad exiguum tempus in acie stabat. Fuso enim equitatu, jam veluti præludium victoriæ factum erat. Omnes itaque Barbari statim terga vertunt. Dumque per fauces angustas tot millia fugam capessunt, brevi totæ illic convalles cadaverum strage opplentur.

XXXV. Sed noctis interventu adjuti Persæ in varia passim loca facile dilabuntur; Macedones vero, persecutione intermissa, ad prædæ direptionem se convertunt: præcipuum vero ipsis negotium est circa tabernacula regis, quod pretiosissimarum ibi rerum dives esset copia. (2) Itaque magna argenti, nec exigua auri vestiumque pretiosarum vis regia e gaza effertur. Haud secus amicorum regis et sanguine conjunctorum ducumque ceterorum opes non modicæ distrahuntur. (3) Non enim ex regia tantum domo, sed etiam propinquorum et necessariorum familiis mulieres in vehiculis inauratis, patrio quodam more Persarum, exercitum comitabantur. (4) Unaquæque illarum pro divitiarum amplitudine ac consuetudine deliciarum sumtuosissimi apparatus mundique muliebris copiam secum circumferebat. Perquam vero miserabilis tum erat sors captivarum. (5) Nam quæ prius in pilentis magnificis vix commode satis invectæ nullam corporis partem nudam conspici sinebant, tunica vix simplici amictæ vestitumque lacerantes cum lamentis e tentoriis tunc prosiliebant, et implorata deorum commiseratione, victorum se genubus advolvebant. (6) Nonnullæ manibus tremulis corporis sibi ornatum detrahere, passisque crinibus per aspera se loca proripere, et concursu inter se facto, opem implorare earum, quæ ipsæ aliorum ope indigebant. (7) Alii capillis arreptas abstrahebant: alii, discerptis vestibus, nudis corporibus manus

περιῤῥηγνύντες καὶ γυμνοῖς τοῖς σώμασιν ἐπιβάλλοντες τὰς χεῖρας καὶ ταῖς στάθμαις τῶν δοράτων τύπτοντες καὶ τὰ τιμιώτατα καὶ περιβόητα τῶν βαρβάρων ταῖς τῆς τύχης δωρεαῖς ὑβρίζοντες.

XXXVI. Οἱ δὲ ἐπιεικέστατοι τῶν Μακεδόνων τὴν μεταβολὴν τῆς τύχης ὁρῶντες συμπαθεῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰς τῶν ἀκληρούντων συμφορὰς ἠλέουν, αἷς τὰ μὲν προσήκοντα καὶ μεγάλα μακρὰν ἀπήρτητο, τὰ δ' ἀλλόφυλα καὶ πολέμια παρῆν σύνεγγυς καὶ πρὸς ἀτυχῆ καὶ ἐπονείδιστον αἰχμαλωσίαν παρώρμητο. (2) Μάλιστα δὲ τοὺς παρόντας εἰς δάκρυα καὶ συμπάθειαν ἤγαγεν ἡ Δαρείου μήτηρ καὶ γυνὴ καὶ δύο θυγατέρες ἐπίγαμοι καὶ υἱὸς παῖς τὴν ἡλικίαν. (3) Ἐπὶ γὰρ τούτων ἡ μεταβολὴ τῆς τύχης καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἀνελπίστων ἀκληρημάτων ἐν ὄψει κείμενον εὐλόγως τοὺς ὁρῶντας ἐποίει συμπάσχειν τοῖς ἠτυχηκόσι. (4) Περὶ μὲν γὰρ Δαρείου πότερον ζῇ καὶ περίεστιν ἢ καὶ μετὰ τῆς τῶν ἄλλων φθορᾶς ἀπόλωλεν οὐκ ἐγίνωσκον· ἑώρων δὲ τὴν σκηνὴν διαρπάζοντας ἐνόπλους πολεμίους ἄνδρας, ἀγνοοῦντας μὲν τὰς ἡλωκυίας, πολλὰ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἀπρεπῆ πράττοντας, καὶ τὸ σύνολον ὅλην τὴν Ἀσίαν αἰχμάλωτον μεθ' ἑαυτῶν γεγενημένην· καὶ ταῖς μὲν τῶν σατραπῶν γυναιξὶ προσπιπτούσαις καὶ δεομέναις βοηθεῖν οὐχ οἷον συνεπιλαβέσθαι τινὸς ἴσχυον, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ ταύτας ἠξίουν συνεπικουρῆσαι τοῖς ἑαυτῶν ἀκληρήμασιν. (5) Οἱ δὲ τοῦ βασιλέως παῖδες, καταλαβόμενοι τὴν τοῦ Δαρείου σκηνήν, τἀκείνου λουτρὰ καὶ δεῖπνα παρεσκευάζοντο, καὶ λαμπάδων πολλὴν πυρὰν ἅψαντες προσεδέχοντο τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπως ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ γενόμενος καὶ καταλαβὼν ἑτοίμην πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Δαρείου οἰωνίσηται τὴν ὅλην τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν. (6) Κατὰ δὲ τὴν μάχην ἐτελεύτησαν τῶν βαρβάρων πεζοὶ μὲν πλείους τῶν δέκα μυριάδων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων, τῶν δὲ Μακεδόνων πεζοὶ μὲν εἰς τριακοσίους, ἱππεῖς δὲ περὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Ἡ μὲν οὖν ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας μάχη τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

XXXVII. Τῶν δὲ βασιλέων Δαρεῖος μὲν κατὰ κράτος ἡττώμενος εἰς φυγὴν ὥρμησε, καὶ μεταλαμβάνων ἄλλον ἐξ ἄλλου τῶν ἀρίστων ἵππων ἀπὸ κράτους ἤλαυνε, διαφυγεῖν σπεύδων τὰς Ἀλεξάνδρου χεῖρας καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἅψασθαι προαιρούμενος. (2) Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου καὶ τῶν ἄλλων ἀρίστων ἱππέων ἐποιεῖτο τὸν διωγμόν, σπεύδων ἐγκρατὴς γενέσθαι τοῦ Δαρείου. Διανύσας δὲ σταδίους διακοσίους ἀνέκαμψεν εἰς τὴν παρεμβολὴν περὶ μέσας νύκτας. Τοῖς δὲ λουτροῖς θεραπεύσας τὸν ἐκ τῆς κακοπαθείας κόπον, ἐτρέπετο πρὸς ἄνεσιν καὶ δειπνοποιίαν. (3) Πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα τοῦ Δαρείου προσελθών τις ἀπήγγειλεν ὅτι πάρεστιν Ἀλέξανδρος ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ τὸν Δαρεῖον ἐσκυλευκώς. Ἔνθα δὴ κραυγῆς μεγάλης καὶ κλαυθμοῦ περὶ τὰς γυναῖκας γενομένου, καὶ τοῦ πλήθους τῶν αἰχμαλώτων διὰ τὴν ἀπαγγελίαν συμπενθοῦντος καὶ πολὺν ὀδυρμὸν προϊεμένου, πυθό-

injiciebant et ima hastilium parte misellas verberabant: ideoque quæ apud Barbaros quammaxime honorantur celebranturque, fortunæ indulgentes omni contumelia afficiebant.

XXXVI. Macedonum tamen moderatiores, qui illam fortunæ mutationem intuebantur, ipsi quoque dolore affecti infelicissimorum hominum sortem miserabantur, a quibus res intimæ et omnium carissimæ jam longissime essent remotæ, peregrinæ autem et omnium inimicissimæ quam proxime adessent; sors denique ad infelicissimam probrosamque captivitatem devenisset. (2) Maxime vero ad lacrimas et misericordiam adstantes provocavit Darii mater cumque ea regis uxor duæque natæ jam nubili ætate et filius adhuc puer. (3) Fortunæ enim circa illas mutatio, et subitarum calamitatum magnitudo oculis subjecta, ut vicem illarum infelicissimam dolerent, intuentes non abs re permovebat. (4) Darius enim utrum adhuc superstes viveret, an vero in communi aliorum strage ipse quoque periisset, nesciebant. Interim a viris armatis, qui, quas caperent, ignorarent, et multa per ignorantiam indecora facerent, prætorium diripi, totamque denique Asiam una secum hastæ velut subjici videbant. Satraparum uxoribus ad genua illarum provolutis et subsidium petentibus, non modo nihil opis afferre poterant, verum ut suam ipsarum calamitatem sublevarent, precibus contendebant. (5) Tum regis ministri, occupato Darii tabernaculo, balneas et mensas, quibus ille usus fuerat, apparabant, accensisque tædis bene multis regem exspectabant, ut ab insectatione reversus omnem Darii apparatum occuparet, Asiæque totius imperium felici hoc augurio præsumeret. (6) Porro in acie ceciderant ex Barbaris ad centum millia peditum, equitumque haud minus millibus decem; ex Macedonum autem peditatu trecenti, et centum ac quinquaginta equites. Pugna igitur ad Issum in Cilicia hujusmodi exitum sortita est.

XXXVII. Sed ut ad reges ipsos revertar, Darius, cum omni exercitu profligatus, fugam intendit, et equos longe optimos subinde mutans, quanta cursus vi poterat, se longius inde proripuit, dum Alexandri manus evadere properat, ac satrapias attingere superiores habet propositum. (2) Alexander vero, cum familiarium et optimorum equitum turma vestigiis fugientis instans magno assequendi illius studio flagrabat. Sed ducenta stadia emensus, circa mediam noctem in castra redit: ubi postquam corpus multo labore vexatum balneis recrearat, ad quietem et ad cœnam inde se convertit. (3) Interim ad matrem Darii quispiam veniens, Alexandrum a persequendo Darium, cui opima spolia detraxisset, reversum nuntiarat. Hic ingens mulierum gemitus ejulatusque oritur, et multitudine captivarum in communem cum regina luctum ob tristem nuntium effu-

μενος ὁ βασιλεὺς τὸ περὶ τὰς γυναῖκας πάθος, ἐξέπεμψεν ἕνα τῶν φίλων Λεόννατον καταπαύσοντα τὴν ταραχὴν καὶ παραμυθησόμενον τὰς περὶ τὴν Σισύγαμβιν, καὶ δηλώσοντα διότι Δαρεῖος μὲν ζῇ, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐπιμέλειαν αὐτῶν ποιήσεται τὴν προσήκουσαν, καὶ διότι πρῴ βούλεται προσαγορεῦσαί τε αὐτὰς καὶ διὰ τῶν ἔργων ἀποδείξασθαι τὴν ἰδίαν φιλανθρωπίαν. (4) Αἱ μὲν οὖν αἰχμαλωτίδες, προσπεσούσης αὐταῖς παραδόξου καὶ παντελῶς ἀπηλπισμένης εὐτυχίας, τόν τε Ἀλέξανδρον ὡς θεὸν προσεδέξαντο καὶ τῶν ὀδυρμῶν ἀπηλλάγησαν. (5) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἅμ' ἡμέρᾳ λαβὼν ἕνα τῶν φίλων τὸν μάλιστα τιμώμενον Ἡφαιστίωνα παρῆλθε πρὸς τὰς γυναῖκας. Ἐχόντων δ' ἀμφοτέρων ἐσθῆτας μὲν ὁμοίας, τῷ μεγέθει δὲ καὶ κάλλει προέχοντος τοῦ Ἡφαιστίωνος, ἡ Σισύγαμβις τοῦτον ὑπολαβοῦσα εἶναι τὸν βασιλέα, προσεκύνησε· διανευόντων δ' αὐτῇ τῶν παρεστώτων καὶ τῇ χειρὶ δεικνυόντων τὸν Ἀλέξανδρον, ἡ μὲν Σισύγαμβις αἰδεσθεῖσα τὴν ἄγνοιαν πάλιν ἐξ ἀρχῆς προσεκύνει τὸν Ἀλέξανδρον. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπολαβὼν εἶπε Μηδὲν φροντίσῃς, ὦ μῆτερ· καὶ γὰρ καὶ οὗτος Ἀλέξανδρός ἐστιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὴν πρεσβῦτιν μητέρα προσαγορεύσας διὰ τῆς φιλανθρωποτάτης προσηγορίας, προεσήμαινε τοῖς προητυχηκόσι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι φιλανθρωπίαν. Διαβεβαιωσάμενος δ' αὐτὴν ὑπάρξειν δευτέραν μητέρα, τοῖς ἔργοις εὐθὺς ἐκύρωσε τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν.

XXXVIII. Περιέθηκε γὰρ αὐτῇ κόσμον τε βασιλικὸν καὶ τὸ προγεγονὸς ἀξίωμα ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀποκατέστησε. Τὴν μὲν γὰρ θεραπείαν αὐτῇ πᾶσαν τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Δαρείου παρέδωκεν, ἰδίαν δ' ἄλλην οὐχ ἐλάττονα τῆς προϋπαρχούσης προσεδωρήσατο, καὶ τῆς μὲν τῶν παρθένων ἐκδόσεως βέλτιον τῆς Δαρείου κρίσεως ἐπηγγείλατο προνοήσεσθαι, τὸν παῖδα δὲ θρέψειν ὡς υἱὸν ἴδιον καὶ βασιλικῆς τιμῆς ἀξιώσειν. (2) Προσκαλεσάμενος δ' αὐτὸν καὶ φιλήσας, ὡς εἶδεν ἀδεῶς βλέψαντα καὶ μηδὲν ὅλως καταπλαγέντα, πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἡφαιστίωνα εἶπεν ὅτι ὁ παῖς ὢν ἓξ ἐτῶν καὶ τὴν ἀρετὴν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν προφαίνων πολλῷ βελτίων ἔσται τοῦ πατρός. Περὶ δὲ τῆς Δαρείου γυναικὸς καὶ τῆς περὶ αὐτὴν σεμνότητος πρόνοιαν ἕξειν ἔφησεν, ὅπως μηδὲν ἀνάξιον πάθῃ τῆς προγεγενημένης εὐδαιμονίας. (3) Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν διαλεχθεὶς ἐποίησε τὰς γυναῖκας διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀνελπίστου χαρᾶς εἰς ἀκατάσχετα προπεσεῖν δάκρυα. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τοῖς προειρημένοις δοὺς τὴν δεξιάν, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν εὖ παθόντων ἐπαίνων ἐτύγχανεν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς συστρατευομένοις περιβόητον ἔσχε τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐπιεικείας. (4) Καθόλου δ' ἔγωγε νομίζω πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων ὑπ' Ἀλεξάνδρου συντετελεσμένων μηδὲν τούτων μεῖζον ὑπάρχειν μηδὲ μᾶλλον ἄξιον ἀναγραφῆς καὶ μνήμης ἱστορικῆς εἶναι. (5) Αἱ μὲν γὰρ τῶν πόλεων πολιορκίαι καὶ παρατάξεις καὶ τἄλλα τὰ κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα τὰ πλείονα διὰ τύχην ἢ δι' ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται· ὁ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις εἰς

sa, lamentis omnia replentur. Rex igitur, quid feminis accidisset, intellecto, Leonnatum, ex familiaribus unum, emisit, qui et vanum illis pavorem eximeret, et Sisygambin hac denuntiatione, vivere adhuc Darium, et Alexandrum convenientem pristinæ dignitati rationem ipsarum habiturum et cras ad humanitatem suam factis declarandam eas allocuturum esse, consolaretur. (4) Captivæ igitur, quod tam improvisa et prorsus insperata sibi felicitas contigisset, Alexandrum perinde ac deum veneratæ, ploratum ac lamentationem intermisere. (5) Rex vero, quum primum illuxit, cum amicorum uno, quem maximo in pretio habebat, Hephæstione, reginas invisit. Sed quia par quidem utrique corporis cultus, Hephæstioni vero major tum formæ, tum staturæ dignitas erat; Sisygambis, hunc regem esse rata, provoluto corpore illum veneratur. Sed nutu manuque adstantium Alexandro designato, Sisygambis ob errorem pudefacta, repetito venerationis ritu, Alexandrum salutat. (6) Quam allevans rex, « Nihil est », inquit, « mater, quod hic te angat : nam et iste Alexander est ». Appellatione igitur illa humanissima, dum matronam ætate provectam matrem nominat, quæ sua erga infortunatas clementia futura sit, liquido significat. Quumque alteram sibi matrem illam fore confirmasset, e vestigio, quod verbis promiserat, re ipsa ratum fecit.

XXXVIII. Nam regio illam ornatu circumdat, et dignitatem pristinam cum honoribus, qui eam decerent, restituit. Quippe omnem illi famulatum et cultum a Dario quondam concessum reddit, alium de suo non minorem insuper donans. Virginum præterea connubiis longe melius a se, quam si pater ipse maritos eis deligeret, provisum iri, filiumque regis, non secus ac suus si esset, se educaturum, spopondit. (2) Advocatum ergo osculatus, ut intrepido se vultu intuentem, et nihil omnino præ se ferentem pavoris, conspexit, ad Hephæstionem conversus, Hic puer sex annorum, ait, virtutis supra ætatem specimen exhibens, patre longe melior erit. Darii simul uxoris et regalis circa ipsam magnificentiæ, ne quid pristina felicitate indignum patiatur, providam se curam habiturum recipit. (3) Multis insuper aliis misericordia et humanitate plenissimis eas verbis allocutus effecit ut ob inexspectatæ lætitiæ magnitudinem in uberrimas feminæ lacrimas sese effunderent. Supra hæc omnia tandem dextram illis porrexit. Unde consecutum ut non tantum beneficiis his ornati laudibus eum remunerarentur, sed omnes militiæ hujus consortes incomparabilem ejus clementiam et benignitatem celebrarent. (4) Ego sane inter multas Alexandri res, quas magno cum honestatis et laudis decore gessit, nihil hoc ipso neque majus neque scriptione ac monumentis historiarum dignius esse arbitror. (5) Urbium enimvero expugnationes et secundi conflictus quæque alia prospere in bellis geruntur, ut plurimum fortunæ potius benignitate quam virtutis præstantia homines adipiscuntur : at misericordiam in summa po-

τοὺς ἐπταικότας ἔλεος μεριζόμενος διὰ μόνης τῆς φρονήσεως γίνεται. (6) Οἱ πλεῖστοι γὰρ διὰ τὴν εὐτυχίαν ἐπαίρονται μὲν ταῖς εὐπραξίαις, ὑπερήφανοι δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις γινόμενοι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνονται· διὸ καὶ τοὺς πλείστους ὁρᾶν ἔστι τὴν εὐτυχίαν ὥςπερ τι βαρὺ φορτίον φέρειν ἀδυνατοῦντας. (7) Ἀλέξανδρος μὲν οὖν, καίπερ πολλαῖς γενεαῖς προγενὼς τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου, τυγχανέτω καὶ παρὰ τῶν μεταγενεστέρων δικαίου καὶ πρέποντος ταῖς ἰδίαις ἀρεταῖς ἐπαίνου.

XXXIX. Δαρεῖος δὲ διανύσας εἰς Βαβυλῶνα καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ἐν Ἰσσῷ μάχης διασωζομένους ἀναλαβών, οὐκ ἔπεσε τῷ φρονήματι, καίπερ μεγάλῃ περιπεπτωκὼς συμφορᾷ, ἀλλὰ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἔγραψεν ἀνθρωπίνως φέρειν τὴν εὐτυχίαν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀλλάξασθαι χρημάτων πλῆθος λαβόντα· προςετίθει δὲ καὶ τῆς Ἀσίας τὴν ἐντὸς Ἅλυος χώραν καὶ πόλεις συγχωρήσειν, ἐὰν βουληθῇ γενέσθαι φίλος. (2) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος συναγαγὼν τοὺς φίλους, καὶ τὴν μὲν ἀληθινὴν ἐπιστολὴν ἀποκρυψάμενος, ἑτέραν δὲ γράψας ῥέπουσαν πρὸς τὸ ἑαυτῷ συμφέρον, προςήνεγκε τοῖς συνέδροις, καὶ τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἐξαπέστειλε. (3) Διόπερ ὁ Δαρεῖος ἀπογνοὺς τὴν διὰ τῶν ἐπιστολῶν σύνθεσιν, παρασκευὰς μεγάλας ἐποιεῖτο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τοὺς μὲν κατὰ τὴν τροπὴν ἀποβεβληκότας τὰς πανοπλίας καθώπλιζεν, ἄλλους δ' ἐπιλεγόμενος εἰς στρατιωτικὰς τάξεις κατέγραφε· τὰς δ' ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν δυνάμεις, ἃς ἀπολελοιπὼς ἦν διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς στρατείας, μετεπέμπετο. (4) Καὶ τέλος τοσαύτην εἰςηνέγκατο σπουδὴν εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς δυνάμεως, ὥςτε διπλασίαν γενέσθαι τῆς ἐν Ἰσσῷ παραταξαμένης. Ὀγδοήκοντα μὲν γὰρ μυριάδες πεζῶν, εἴκοσι δ' ἱππέων ἠθροίσθησαν, καὶ χωρὶς ἁρμάτων δρεπανηφόρων πλῆθος. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

XL. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικηράτου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Ἀτίλιον καὶ Μάρκον Οὐαλέριον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη δευτέρα πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα Γρύλλος Χαλκιδεύς. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν ἐν Ἰσσῷ νίκην τοὺς μὲν τελευτήσαντας ἔθαψεν, ἐν οἷς καὶ τῶν πολεμίων τοὺς ἐν ταῖς ἀνδραγαθίαις θαυμασθέντας· μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συντελέσας, καὶ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ κατ' ἀρετὴν διαφόρους γενομένους τιμήσας ταῖς ἀξίαις ἑκάστους δωρεαῖς, ἐφ' ἡμέρας τινὰς ἀνέλαβε τὴν δύναμιν. (2) Ἔπειτα προάγων ἐπ' Αἰγύπτου, καὶ καταντήσας εἰς τὴν Φοινίκην, τὰς μὲν ἄλλας πόλεις παρέλαβεν, ἑτοίμως τῶν ἐγχωρίων προςδεξαμένων αὐτόν· οἱ δὲ Τύριοι, βουλομένου τοῦ βασιλέως τῷ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ θῦσαι, προπετέστερον διεκώλυσαν αὐτὸν τῆς εἰς τὴν πόλιν εἰςόδου. (3) Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου χαλεπῶς ἐνεγκόντος καὶ διαπειλησαμένου πολεμήσειν τὴν πόλιν, οἱ Τύριοι τεθαῤῥηκότως ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, ἅμα μὲν Δαρείῳ χαριζόμενοι καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν βεβαίαν τηροῦντες, καὶ νομίζοντες μεγάλας δωρεὰς ἀντὶ ταύτης

testate devictis et calamitosis impertiri, hoc demum prudentiæ soli acceptum est referendum. (6) Plerique enim, per fortunæ indulgentiam in rebus secundis altiores spiritus sumunt, et ob prosperos successus superba benignæ sortis fiducia tumentes, communis hominum infirmitatis obliviscuntur. Idcirco etiam, qui fortunam propitiam, ut grave quoddam onus perferre nequeant, plurimos videre licet. (7) Itaque Alexander, etsi vitæ nostræ tempestatem multis ætatibus præcessit, justam tamen a posteris dignamque suis virtutibus prædicationem nanciscatur.

XXXIX. Ceterum Darius, cursu Babylonem versus confecto, reliquos a pugna Issensi collegit, et quamlibet magna clade affectus, nequaquam tamen animo fractus est, sed per literas Alexandrum monuit, uti fortunæ prosperitatem humanitus ferret, et magna pecuniarum vi accepta, permutationem captivorum faceret. Totum insuper Asiæ tractum, quem Halys fluvius cursu definit, cum urbibus illi concessit, si amicus esse vellet. (2) Tum senatum amicorum Alexander convocat, verasque literas occultans, alias, prout ad commodum ipsius vergerent, conscriptas in medium profert. Quo factum ut legati re infecta remitterentur. (3) Darius ergo, negotium per literas componi posse diffidens, in apparatus belli maximos incumbit. Milites, quos adversa proximi conflictus sors inermes fecerat, armaturis denuo instruit, aliosque novo delectu in ordines militares succenturiat. Ad hæc collectas in superioribus provinciis copias, quas celeritas expeditionis eum relinquere coegerat, arcessit. (4) Tantum denique in redintegrationem exercitus studii impendit, ut numerus eo qui ad Issum fuerat duplo major esset. Octingenta enim peditum, et ducenta equitum millia convenere, et præter hæc curruum falcatorum ingens multitudo. Hæc anno illo peracta sunt.

XL. Archonte Athenis Nicerato, populus Romanus consules creavit M. Atilium et M. Valerium, et Olympias acta est altera post centesimam decimam, qua stadio vicit Gryllus Chalcidensis. Sub his Alexander, postquam ad Issum depugnatum erat, tum suos in acie cæsos, tum ex hostibus etiam fortitudine conspicuos sepelivit. Post magnificis deos epulis veneratus, milites, qui præclara virtutis documenta in prœlio ediderant, pro cujusque merito præmiis honoravit. Quo facto per dies aliquot exercitui recreandi sui copiam præbuit. (2) Inde Ægyptum petens, quum Phœnicen attigisset, alias quidem urbes promta incolarum deditione omnes in fidem suam accepit: Tyrii soli, quum rex Herculi Tyrio sacrum apud illos facere cogitasset, ingrediendæ urbis suæ copiam pervicacius illi denegant. (3) Id permoleste ferens Alexander, urbem se expugnaturum minatur. Sed Tyrii obfirmatis ad tolerandam obsidionem animis sese parant, tum quod magnam apud Darium se inituros gratiam et ob benevolentiæ fideique erga ipsum constantiam

τῆς χάριτος ἀντιλήψεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐπισπώμενοι μὲν τὸν Ἀλέξανδρον εἰς πολυχρόνιον καὶ ἐπικίνδυνον πολιορκίαν, διδόντες δ' ἄνεσιν τῷ Δαρείῳ πρὸς τὰς παρασκευάς, ἅμα δὲ καὶ πιστεύοντες τῇ τε ὀχυρότητι τῆς νήσου καὶ ταῖς ἐν αὐτῇ παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν Καρχηδονίοις. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν κατὰ θάλατταν μὲν δυςπολιόρκητον οὖσαν τὴν πόλιν διά τε τὴν κατασκευὴν τῶν κατὰ τὸ τεῖχος ἔργων καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐν αὐτῇ δύναμιν ναυτικήν, κατὰ δὲ γῆν σχεδὸν ἀπραγμάτευτον οὖσαν διὰ τὸ τέτταρσι σταδίοις διείργεσθαι τῆς ἠπείρου, ὅμως ἔκρινε συμφέρειν πάντα κίνδυνον καὶ πόνον ὑπομένειν ὑπὲρ τοῦ μὴ καταφρονηθῆναι τὴν τῶν Μακεδόνων δύναμιν ὑπὸ μιᾶς καὶ τῆς τυχούσης πόλεως. (5) Εὐθὺς οὖν καθαιρῶν τὴν παλαιὰν λεγομένην Τύρον, καὶ πολλῶν μυριάδων κομιζουσῶν τοὺς λίθους, χῶμα κατεσκεύαζε δίπλεθρον τῷ πλάτει. Πανδημεὶ δὲ προςλαβόμενος τοὺς κατοικοῦντας τὰς πλησίον πόλεις, ταχὺ διὰ τῆς πολυχειρίας ἠνύετο τὰ τῶν ἔργων.

XLI. Οἱ δὲ Τύριοι τὸ μὲν πρῶτον προςπλέοντες τῷ χώματι κατεγέλων τοῦ βασιλέως, εἰ τοῦ Ποσειδῶνος ἑαυτὸν δοκεῖ περιέσεσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα παραδόξως τοῦ χώματος αὐξομένου, τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας εἰς Καρχηδόνα διακομίζειν ἐψηφίσαντο, τοὺς δ' ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις ἐπέλεξαν πρὸς τὴν τειχομαχίαν, καὶ ναυμαχίαν ἑτοίμως παρεσκεύαζον, ἔχοντες τριήρεις ὀγδοήκοντα. (2) Τέλος δὲ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν μέρος μὲν ἔφθασαν ὑπεκθέμενοι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, καταταχούμενοι δ' ὑπὸ τῆς πολυχειρίας καὶ ταῖς ναυσὶν οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι, συνηναγκάσθησαν ὑπομεῖναι πανδημεὶ τὴν πολιορκίαν. (3) Ἔχοντες δὲ πολλὴν δαψίλειαν καταπελτῶν καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν τῶν πρὸς πολιορκίαν χρησίμων, ἑτέρας πολλαπλασίους κατεσκεύασαν ῥᾳδίως διὰ τῶν ἐν τῇ Τύρῳ μηχανοποιῶν καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν παντοδαπῶν ὄντων. (4) Διὰ δὲ τούτων τῶν ὀργάνων, παντοδαπῶν καὶ ξένων ταῖς ἐπινοίαις κατασκευαζομένων, ἅπας μὲν ὁ περίβολος τῆς πόλεως ἐπληρώθη τῶν μηχανῶν, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν τόπον τοῦτον ἐν ᾧ τὸ χῶμα συνήγγιζε τῷ τείχει. (5) Ὡς δ' εἰς τὴν ἄφεσιν τοῦ βέλους διέτεινε τὸ κατασκευαζόμενον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἔργον, καὶ παρὰ τῶν θεῶν τινα προεσημαίνετο τοῖς κινδυνεύουσιν. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ πελάγους ὁ κλύδων προςεπέλασε τοῖς ἔργοις κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος, ὃ προςπεσὸν τῷ χώματι κακὸν μὲν οὐδὲν εἰργάσατο, τῷ δ' ἑτέρῳ μέρει τοῦ σώματος προςανακεκλιμένον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔμενε, καὶ πολλὴν κατάπληξιν παρείχετο τοῖς θεωμένοις τὸ παράδοξον· (6) πάλιν δ' εἰς τὸ πέλαγος νηξάμενον εἰς δεισιδαιμονίαν ἀμφοτέρους προηγάγετο. Ἑκάτεροι γὰρ ὡς τοῦ Ποσειδῶνος αὐτοῖς βοηθήσειν μέλλοντος διέκρινον τὸ σημεῖον, ῥέποντες ταῖς γνώμαις πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον. (7) Ἐγίνετο δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα παράδοξα, δυνάμενα διατροπὴν καὶ φόβον τοῖς ὄχλοις παρασχέσθαι. Κατὰ γὰρ τὰς τροφὰς παρὰ

præclaris se donis remuneratum iri putarent, dum in diuturna et periculosa urbis oppugnatione distracto Alexandro, moram Dario ad bellum reparandum suppeditarent; tam quod plurimum fiduciæ in munitionibus insulæ et præparatis rerum copiis, in Carthaginiensibus etiam, a se oriundis, spem collocatam haberent. (4) Rex ergo, licet a mari, tum propter rerum ad murorum defensionem præparatarum copiam, tum propter classem ibi instructam, oppugnationem difficillimam fore, a terra vero, quod urbs quattuor stadiorum intervallo a continente abesset, nihil effici posse animadverteret; quidvis tamen periculi atque laboris sustineri, quam ab una nec adeo quidem magnifacienda urbe Macedonum potentiam despici, præstabilius esse judicabat. (5) Antiquam ergo Tyrum (ut tunc vocitabant) confestim demolitur : multarumque myriadum lapides congerentium opera molem jacit ad duûm plethrorum (200 *pedum*) latitudinem. Et quia universos urbium vicinarum incolas acciverat, non multum intercedebat temporis, quum operarum multitudine opus absolveretur.

XLI. Tyrii interim, navigiis ad molem advecti, risui et ludibrio regem habebant, si superiorem Neptuno se fore autumaret. Post, ubi, contra quam existimarant, moles incrementa ceperat, liberos et uxores cum senio confectis Carthaginem transportare decernunt : ætate autem florentes ad murorum defensionem deligunt, et ad navalem pugnam (octoginta autem triremes habebant) expeditos reddunt. (2) Deponenda denique quadam apud Carthaginienses liberorum et uxorum parte hostem antevertunt: sed ab operantium multitudine præventi, quum navibus resistendo non essent, oppugnationem ex omni parte tolerare coguntur. (3) Quamquam vero magnam catapultarum aliarumque machinarum ad depellendam expugnationem idonearum vim habebant : aliis tamen longe pluribus se instruxerunt; idque non difficulter, quod machinarum fabris omnisque generis artificibus Tyrus abundabat. (4) Per hos quum varia novæque artis instrumenta adornarentur, accidit ut universa urbis mœnia machinis replerentur, ad eam tamen partem maxime, ubi mœnibus agger imminebat. (5) Jamque ad teli jactum a Macedonibus productum erat opus, quum in dubio versantibus discrimine prodigia a diis exhiberentur. Nam fluctus ex alto mari incredibilis belluam magnitudinis ad molem appellit. Quæ ad aggerem provecta nihil quidem incommodi attulit; sed altera corporis parte acclinata ad non mediocre tempus illic hæsit. multumque terroris hac rei novitate injectum spectantibus fuit. (6) Quumque rursus in mare enatasset, utrosque religione occupavit, dum auxilio Neptunum sibi fore pars utraque, animis ad suam utilitatem inclinatis, hoc signo portendi auguratur. (7) Prodigia insuper alia, quæ perturbationem ac terrorem vulgo incuterent, acciderunt. Nam inter com-

τοῖς Μακεδόσιν οἱ διακλώμενοι τῶν ἄρτων αἱματοειδῆ τὴν πρόσοψιν εἶχον. Ἑωρακέναι δέ τις ἔφησεν ὄψιν καθ' ἣν ὁ Ἀπόλλων ἔλεγε μέλλειν ἑαυτὸν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. (8) Τοῦ δὲ πλήθους ὑπονοήσαντος ὅτι πεπλακὼς εἴη τὸν λόγον χαριζόμενος Ἀλεξάνδρῳ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν νεωτέρων ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ λιθοβολῆσαι τὸν ἄνθρωπον, οὗτος μὲν διὰ τῶν ἀρχόντων κλαπεὶς καὶ καταφυγὼν εἰς τὸ τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν διέφυγε τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν ἱκεσίαν· οἱ δὲ Τύριοι δεισιδαιμονήσαντες χρυσαῖς σειραῖς προσέδησαν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ξόανον τῇ βάσει, ἐμποδίζοντες, ὡς ᾤοντο, τοῦ θεοῦ τὸν ἐκ τῆς πόλεως χωρισμόν.

XLII. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Τύριοι τὴν αὔξησιν τοῦ χώματος εὐλαβηθέντες, ἐπλήρωσαν πολλὰ τῶν ἐλαττόνων σκαφῶν ὀξυβελῶν τε καταπελτῶν καὶ τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν ἀνδρῶν, καὶ προσπλεύσαντες τοῖς ἐργαζομένοις τὸ χῶμα πολλοὺς μὲν κατέτρωσαν, οὐκ ὀλίγους δὲ ἀπέκτειναν. (2) Εἰς ἀνόπλους γὰρ καὶ πυκνοὺς πολλῶν καὶ παντοίων βελῶν φερομένων, οὐδεὶς ἡμάρτανεν, ἑτοίμων καὶ ἀφυλάκτων τῶν σκοπῶν κειμένων. Συνέβαινε γὰρ οὐ μόνον κατὰ πρόσωπον τὰ φερόμενα βέλη προσπίπτειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ νῶτα τῶν ἀντιπροςώπων ὄντων ἐν στενῷ χώματι διικνεῖσθαι, καὶ μηδένα δύνασθαι διαφυλάξασθαι τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν κατατιτρώσκοντας. (3) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τὸ παράλογον τῆς συμφορᾶς βουλόμενος ὀξέως διορθώσασθαι, πληρώσας πάσας τὰς ναῦς καὶ καθηγούμενος αὐτὸς ἔπλει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὸν λιμένα τῶν Τυρίων, καὶ τὴν ἐπάνοδον τῶν Φοινίκων ὑπετέμνετο. (4) Οἱ δὲ βάρβαροι φοβηθέντες μήποτε κυριεύσας τῶν λιμένων καταλάβηται τὴν πόλιν ἔρημον οὖσαν στρατιωτῶν, κατὰ πολλὴν σπουδὴν ἀνέπλεον εἰς τὴν Τύρον. Ἀμφοτέρων δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλοτιμίας ταῖς εἰρεσίαις πυκναῖς χρωμένων, καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη πλησιαζόντων τοῖς λιμέσιν, οἱ Φοίνικες παρ' ὀλίγον μὲν ἦλθον τοῦ πάντες ἀπολέσθαι, παρειςπεσόντες δ' ὅμως τῇ βίᾳ καὶ τὰς τελευταίας ναῦς ἀποβαλόντες διεσώθησαν εἰς τὴν πόλιν. (5) Ὁ δὲ βασιλεὺς μεγάλης ἐπιβολῆς ἀποτυχών, πάλιν προσεκαρτέρει τῷ χώματι, καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν παρείχετο τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀσφάλειαν. Τῶν δ' ἔργων πλησιαζόντων τῇ πόλει, καὶ τῆς ἁλώσεως προσδοκωμένης, ἀργέστης ἄνεμος μέγας ἐπεγένετο καὶ τοῦ χώματος πολὺ μέρος ἐλυμήνατο. (6) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος εἰς ἀμηχανίαν ἐμπίπτων διὰ τὴν αὐτόματον τῶν ἔργων φθοράν, μετεμέλετο μὲν ἐπὶ τῇ τῆς πολιορκίας ἐπιβολῇ, ὅμως δὲ τῇ φιλοτιμίᾳ προαγόμενος, ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐκκόπτων ὑπερμεγέθη δένδρα παρεκόμιζε, καὶ σὺν αὐτοῖς τοῖς κλάδοις ἐγχώσας ἐνέφραξε τὴν βίαν τοῦ κλύδωνος· (7) ταχὺ δ' ἀποκαταστήσας τὰ πεπονηκότα τοῦ χώματος, καὶ τῇ πολυχειρίᾳ προκόψας εἰς βέλους ἄφεσιν, ἐπέστησε τὰς μηχανὰς ἐπ' ἄκρον τὸ χῶμα. Καὶ τοῖς μὲν πετροβόλοις κατέβαλλε τὰ τείχη, τοῖς δ' ὀξυβελέσιν ἀνεῖργε τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἐφεστῶτας· συνηγωνίζοντο δὲ τούτοις οἵ τε τοξόται καὶ

edendum apud Macedones, qui frangebantur panes colorem sanguineum referebant. Quidam (*apud Tyrios*) visum sibi obtigisse affirmabat, quo urbe se excessurum Apollo denuntiasset. (8) Ubi quum vulgus in gratiam Alexandri sermonem hunc confictum suspicaretur, ideoque ad lapidibus obruendum hominem juvenes properarent, a magistratibus ille subductus in templum Herculis profugit, atque hoc modo deo supplex capitis supplicium evasit. Hinc Tyrii, superstitione inducti, catenis aureis simulacrum Apollinis basi adstrinxere, impedituri, ut persuasum habebant, dei ex urbe migrationem.

XLII. Post hæc quum molis incrementum terrorem oppidanis injiceret, scaphas complures catapultis sagittariisque et funditoribus onerant, et in exstruentes aggerem invecti multos sauciant, nec paucos interimunt. (2) Quum enim in turbam densam inermemque omnis generis tela confertim torquerentur, nullus frustra, quippe in expositos ictibus et indefensos, jactum dirigebat. Nam quia in illa molis angustia obversam hosti frontem habere cogebantur, accidit ut non ex adverso tantum sed etiam a tergo, missilibus ferirentur, neque quisquam sibi ab utrinque sauciantibus cavere posset. (3) Alexander itaque, ut detrimentum hoc inopinatum quam citissime resarciret, navigiis, quotquot habebat, cum milite expeditis, ita ut dux ipse esset, ad reditum Phœnicibus intercipiendum, magno studio ad portum Tyriorum contendit. (4) Tunc Barbari, metuentes ne, si portu foret potitus, urbem etiam propugnatoribus vacuam caperet, summa festinatione ad urbem redire instituunt. Utraque sane pars propter summam prævertendi contentionem remis strenue rem agebat. Quumque Macedones jamjam portum subirent, parum aberat quin omnes interiissent Phœnices. Via tamen per vim aperta, extremis navium amissis, salvi in urbem rediere. (5) Etsi autem rex magna spe dejectus erat, perficiendæ tamen moli iterum gnaviter incubuit, naviumque frequentia effecit, ut operarii deinceps tutiores essent. Jamque opere ad urbem quam proxime perducto, capi eam posse non obscurum erat : quum vehementior exsurgens Caurus bonam aggeris partem corrupit. (6) Hæc fortuita molis ruina Alexandrum tantopere animi perplexum reddidit, ut tentatæ obsidionis illum pœniteret; sed tamen gloriæ studio incitatus incredibili magnitudine arbores in montibus excisas illuc deportavit, illisque una cum ramis terra aggesta impletis, vim fluctuum obstruxit. (7) Postquam igitur eversas molis partes celeriter restituerat, jamque intra teli jactum operantium multitudine agger erat promotus; machinis in molis arce constitutis, petrariis mœnia dejiciebat, missilibusque acutis in propugnaculis collocatos submovebat. His etiam

σφενδονῆται, καὶ πολλοὺς τῶν ἐν τῇ πόλει παραβοηθοῦντας κατετίτρωσκον.

XLIII. Οἱ δὲ Τύριοι ἁλιεῖς ἔχοντες τεχνίτας καὶ μηχανοποιούς, κατεσκεύασαν φιλότεχνα βοηθήματα. Πρὸς μὲν γὰρ τὰ καταπελτικὰ βέλη τροχοὺς κατεσκεύασαν διειλημμένους πυκνοῖς διαφράγμασι· τούτους δὲ διά τινος μηχανῆς δινεύοντες τὰ μὲν συνέτριβον, τὰ δὲ παρέσυρον τῶν βελῶν, πάντων δὲ τὴν ἐκ τῆς βίας φορὰν ἐξέλυον· τοὺς δ' ἐκ τῶν πετροβόλων φερομένους λίθους δεχόμενοι μαλακαῖς τισι καὶ συνενδιδούσαις κατασκευαῖς, ἐπραΰνον τὴν ἐκ τῆς ὀργανικῆς βίας δύναμιν. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἅμα τῇ κατὰ τὸ χῶμα προσβολῇ παντὶ τῷ στόλῳ περιέπλει τὴν πόλιν καὶ τὰ τείχη περιεσκέπτετο, καὶ φανερὸς ἦν πολιορκήσων τὴν πόλιν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. (3) Τῶν δὲ Τυρίων ἀνταναχθῆναι μὲν τῷ στόλῳ μηκέτι τολμώντων, τρισὶ δὲ ναυσὶν ὁρμούντων πρὸ τοῦ λιμένος, ὁ βασιλεὺς ἐπιπλεύσας αὐταῖς, καὶ πάσας συντρίψας, ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν. Οἱ δὲ Τύριοι βουλόμενοι διπλασιάσαι τὴν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀσφάλειαν, ἀποστήσαντες πέντε πήχεις ἕτερον τεῖχος ᾠκοδόμουν δέκα πηχῶν τὸ πλάτος, καὶ τὴν ἀνὰ μέσον τῶν τειχῶν σύριγγα λίθων καὶ χώματος ἐπλήρουν. (4) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὰς τριήρεις ζευγνύων καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς αὐταῖς ἐπιστήσας κατέβαλεν ἐπὶ πλέθρον τοῦ τείχους· καὶ διὰ τοῦ πτώματος εἰσέπιπτον εἰς τὴν πόλιν. (5) Οἱ δὲ Τύριοι τοὺς εἰσβιαζομένους πυκνοῖς βέλεσι βάλλοντες μόγις ἀπετρίψαντο, καὶ τὸ πεπτωκὸς μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησαν νυκτὸς ἐπιλαβούσης. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ χώματος συνάψαντος τῷ τείχει, καὶ τῆς πόλεως χερρονήσου γενομένης, πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας συνέβαινε γίνεσθαι κατὰ τὴν τειχομαχίαν. (6) Οἱ μὲν γὰρ τὸ δεινὸν ἔχοντες ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁλώσεως συμφορὰν ἀναλογιζόμενοι, ταῖς ψυχαῖς οὕτω παρέστησαν πρὸς τὸν κίνδυνον, ὥστε τοῦ θανάτου καταφρονῆσαι. (7) Τῶν γὰρ Μακεδόνων προσαγαγόντων πύργους ὑψηλοὺς ἴσους τοῖς τείχεσι, καὶ διὰ τούτων τὰς ἐπιβάθρας ἐπιβαλλόντων καὶ θρασέως ταῖς ἐπάλξεσιν ἐπιβαινόντων, οἱ μὲν Τύριοι διὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν ὀργανοποιῶν πολλὰ πρὸς τὴν τειχομαχίαν εἶχον βοηθήματα. (8) Χαλκευσάμενοι γὰρ εὐμεγέθεις τριόδοντας παρηγκιστρωμένους τούτοις ἔτυπτον ἐκ χειρὸς τοὺς ἐπὶ τῶν πύργων καθεστῶτας. Ἐμπηγνυμένων δὲ εἰς τὰς ἀσπίδας τούτων, καὶ κάλους ἐχόντων προσδεδεμένους, εἷλκον πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιλαμβανόμενοι τῶν κάλων. (9) Ἀναγκαῖον οὖν ἦν ἢ προΐεσθαι τὰ ὅπλα, καὶ γυμνουμένους τὰ σώματα κατατιτρώσκεσθαι πολλῶν φερομένων βελῶν, ἢ τηροῦντας τὰ ὅπλα διὰ τὴν αἰσχύνην πίπτειν ἀφ' ὑψηλῶν πύργων καὶ τελευτᾶν. (10) Ἄλλοι δ' ἁλιευτικὰ δίκτυα τοῖς ἐπὶ τῶν ἐπιβαθρῶν διαμαχομένοις ἐπιρριπτοῦντες, καὶ τὰς χεῖρας ἀχρήστους ποιοῦντες, κατέσπων καὶ περιεκύλιον ἀπὸ τῆς ἐπιβάθρας ἐπὶ τὴν γῆν.

XLIV. Ἕτερον δ' ἐπενόησαν εὕρεμα φιλότεχνον

sagittarii et funditores præsto erant, et complures de propugnatoribus oppidanis graviter sauciabant.

XLIII. Mari tamen assueti Tyrii, quibus artifices et machinarum structores non deerant, singularis industriæ artisque remedia sibi compararant. Nam adversus catapultarum tela rotas crebris intersepimentis distinctas fabricarunt. Has dum machinæ cujusdam adminiculo circumversant, telorum alia comminuunt, alia in transversum distorquent, impetum denique omnium, quamlibet violentum, infringunt. Lapides autem e petrariis rotatos dum rebus quibusdam mollibus et facile cedentibus excipiunt, vim tormentorum languidiorem reddunt. (2) Tum rex, oppugnatione ex aggere non contentus, simul omni classe urbem cingit, et circumquaque mœnibus accurate lustratis, tam mari quam terra oppugnaturum se urbem non obscure indicat. (3) At quum Tyrii cum classe occurrere non auderent, tres in portus ostio naves forte stationem habentes rex adortus omnes confringit et hinc in castra regreditur. Mox Tyrii, ut mœnia duplo firmiora redderent, quinque cubitorum intervallo in medio relicto, murum alterum decem cubitos latum ædificant, et vacuum inter utrumque spatium lapidibus et ingesta terra complent. (4) Alexander vero, junctis inter se triremibus, impositisque varii generis machinis, ad centum usque pedes murum diruit: et jam per rudera in urbem irrumpi cœptum erat. (5) At Tyrii, denso telorum imbre effuso, vix tandem hostes avertunt, et profligati muri partem per noctem insequentem denuo exstruunt. Posteaquam vero, aggere cum mœnibus conjuncto, urbs in peninsulæ formam redacta erat, pro defensione murorum plurima eaque ingentia certamina committebantur. (6) Nam quum mali atrocitatem in conspectu haberent et calamitates expugnationi adjunctas perpenderent, ita animos contra periculum obfirmarunt, ut mortem contemtui haberent. (7) Quum enim Macedones tantæ altitudinis turres admoverent, ut murorum pinnas æquarent, et per pontes inde projectos audacter in mœnia transcenderent, Tyriis ex fabrorum ingenio et sollertia multa propugnationis auxilia suppetebant. (8) Hamatos enim tridentes eximiæ magnitudinis fabricati, locatos in turribus cominus percutiebant. His in clypeos hostium defixis, quod funes habebant annexos, quos apprehenderant, ad se pertrahebant. (9) Nam alterutrum necesse erat, aut ut omissis armis et nudatis corporibus in tanta multitudine telorum sauciarentur, aut illis ob pudorem retentis, præcipitati e turribus interirent. (10) Alii retibus piscatoriis in dimicantes supra pontes conjectis, implicitas manus inutiles reddebant et attractos ad terram devolvebant.

XLIV. Aliud insuper miræ artis inventum contra Macedo-

κατὰ τῆς τῶν Μακεδόνων ἀνδρείας, δι' οὗ τοὺς ἀρίστους τῶν πολεμίων ἀμηχάνοις καὶ δειναῖς περιέβαλον τιμωρίαις. Κατασκευάσαντες γὰρ ἀσπίδας χαλκᾶς καὶ σιδηρᾶς, καὶ ταύτας πληρώσαντες ἄμμου, φλογὶ πολλῇ συνεχῶς ὑπέκαιον καὶ διάπυρον κατεσκεύαζον τὴν ἄμμον. (2) Ταύτην δὲ διά τινος μηχανῆς τοῖς θρασύτατα μαχομένοις ἐπεῤῥίπτουν, καὶ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιέβαλλον τοὺς ὑποπεσόντας. Διὰ γὰρ τῶν θωράκων καὶ τῶν ὑποδυτῶν παρεισπίπτουσα ἡ ἄμμος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θερμασίας λυμαινομένη τὰς σάρκας, ἀβοήθητον ἐποίει τὸ ἀτύχημα. (3) Διὸ καὶ παραπλησίως τοῖς βασανιζομένοις πᾶσαν δεητικὴν φωνὴν προϊέμενοι, τοὺς μὲν ἐπικουρήσοντας οὐκ εἶχον, αὐτοὶ δὲ διὰ τὴν δεινότητα τοῦ πάθους εἰς μανιώδεις διαθέσεις ἐμπίπτοντες ἐτελεύτων, ἐλεεινῷ καὶ ἀμηχάνῳ πάθει περιπίπτοντες. (4) Ἅμα δὲ καὶ πῦρ ἐπεῤῥίπτουν καὶ σαυνία καὶ λίθους ἐπέβαλλον οἱ Φοίνικες καὶ τῷ πλήθει τῶν βελῶν κατεπόνουν τὰς ἀρετὰς τῶν ἀνθισταμένων, καὶ ταῖς μὲν δρεπανηφόροις κεραίαις τὰς τῶν κριῶν ὁρμιστηρίας ὑποτέμνοντες, ἄχρηστον τὴν τῶν ὀργάνων βίαν ἐποίουν, ταῖς δὲ πυρφόροις μύδρους μεγάλους διαπύρους ἐπέβαλλον εἰς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, καὶ διὰ τὴν πυκνότητα τῶν ἀνδρῶν οὐχ ἡμάρτανον τῶν σκοπῶν, τοῖς δὲ κόραξι καὶ ταῖς σιδηραῖς χερσὶν ἀνήρπαζον τοὺς τοῖς θωρακίοις ἐφεστῶτας. (5) Τῇ δὲ πολυχειρίᾳ πάσας τὰς μηχανὰς ἐνεργεῖς ποιοῦντες πολλοὺς τῶν βιαζομένων ἀπέκτεινον.

LV. Darius, ubi responsum hostis accepit, bellum verbis transigi posse desperans, milites quotidie instructis ordinibus exercet, et ad imperata faciendum inter conflictuum discrimina promtos et alacres reddit. Interim ex amicis quendam Mazæum cum delecta armatorum manu ad transitum fluminis custodiendum vadumque occupandum mittit. Aliis insuper dat negotium, ut qua transeundum esset hosti, regionem urendo populentur. Propugnaculi enim vice fluminis alveo contra hostis accessum uti statuerat. (2) E quibus Mazæus flumen ob profunditatem et cursus violentiam non facile transiri posse videns, custodia illius supersedit, operamque suam populatoribus regionis adjungens, quum tractum illum longe lateque evastasset, impervium hosti ob alimenti penuriam fore existimabat. (3) Alexander, ubi ad transitum Tigridis pervenit, de vado ab accolis edoctus, non labore solum maximo, sed etiam extremo cum periculo copias traducit. (4) Nam undarum altitudo pectora superabat, fluviique impetus tam rapidus erat, ut subducto pedum vestigio multos transeuntium abriperet. Aqua etiam arma incurrens non pau-

πίπτον πολλούς τε παρέφερε καὶ τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις περιέβαλλεν. (5) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος πρὸς τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥεύματος ἀντιμηχανώμενος παρήγγειλε πᾶσι τὰς χεῖρας ἀλλήλοις συμπλέκειν, καὶ τὴν ὅλην τῶν σωμάτων πυκνότητα ποιεῖν ζεύγματι παραπλησίαν. (6) Παραβόλου δὲ γενομένης τῆς διαβάσεως καὶ τῶν Μακεδόνων μόγις διασωθέντων, τὴν μὲν ἡμέραν ταύτην προςανέλαβε τὴν δύναμιν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ συντεταγμένην ἔχων τὴν στρατιὰν προῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ σύνεγγυς γενόμενος τῶν Περσῶν κατεστρατοπέδευσεν.

LVI. Ἀναλογιζόμενος δὲ τὸ πλῆθος τῆς τῶν Περσῶν δυνάμεως καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐπικειμένων κινδύνων, ἔτι δὲ τὴν περὶ τῶν ὅλων [ἀγώνων] κρίσιν ἐν χερσὶν οὖσαν, διηγρύπνησε τὴν νύκτα συνεχόμενος τῇ περὶ τοῦ μέλλοντος φροντίδι· ὑπὸ δὲ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν τραπεὶς εἰς ὕπνον οὕτως ἐκοιμήθη βαθέως, ὥςτε τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης μὴ δύνασθαι διεγερθῆναι. (2) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ φίλοι τὸ συμβὰν ἡδέως ἑώρων, νομίζοντες τὸν βασιλέα πρὸς τὸν ὑποκείμενον κίνδυνον εὐτονώτερον ἔσεσθαι, τετευχότα πολλῆς ἀνέσεως· ὡς δ' ὁ μὲν χρόνος προέβαινεν, ὁ δ' ὕπνος συνεῖχε τὸν βασιλέα, Παρμενίων πρεσβύτατος ὢν τῶν φίλων ἀφ' ἑαυτοῦ πρόςταγμα διέδωκε τοῖς πλήθεσιν ἑτοιμάζεσθαι τὰ πρὸς τὴν μάχην. (3) Οὐχ ἀνιεμένου δ' αὐτοῦ, προςελθόντες οἱ φίλοι μόγις διήγειραν τὸν Ἀλέξανδρον. Θαυμαζόντων δ' ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι πάντων, καὶ τὴν αἰτίαν ἀκοῦσαι βουλομένων, ἔφησεν ὁ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον εἰς ἕνα τόπον ἠθροικότα τὰς δυνάμεις ἀπολελυκέναι πάσης ἀγωνίας αὐτόν· (4) μιᾷ γὰρ ἡμέρᾳ κριθέντα περὶ τῶν ὅλων, παύσεσθαι τῶν πόνων καὶ πολυχρονίων κινδύνων. Οὐ μὴν ἀλλὰ παρακαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τοῖς οἰκείοις λόγοις καὶ πρὸς τοὺς ἐπιφερομένους κινδύνους εὐθαρσεῖς καταστήσας, προῆγε τὴν δύναμιν συντεταγμένην ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, τῆς τῶν πεζῶν φάλαγγος τὰς τῶν ἱππέων ἴλας προτάξας.

LVII. Ἐπὶ μὲν οὖν τὸ δεξιὸν κέρας ἔταξε τὴν βασιλικὴν ἴλην, ἧς εἶχε τὴν ἡγεμονίαν Κλεῖτος ὁ μέλας ὀνομαζόμενος, ἐχομένους δὲ ταύτης τοὺς ἄλλους φίλους, ὧν ἡγεῖτο Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος, ἑξῆς δὲ τὰς ἄλλας ἱππαρχίας ἑπτὰ τεταγμένας ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἡγεμόνα. (2) Ὄπισθεν δὲ τούτων ὑπετάγη τὸ τῶν ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα, διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ· καὶ τούτων ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος. Ἐχομένην δὲ τούτων ἔστησε τὴν Ἐλιμιῶτιν καλουμένην στρατιάν, ἧς Κοῖνος ἡγεῖτο, ἑξῆς δὲ τὴν τῶν Ὀρεστῶν καὶ Λυγκηστῶν τάξιν ἔστησε, Περδίκκου τὴν στρατηγίαν ἔχοντος. Καὶ τὴν μὲν ἐχομένην στρατηγίαν Μελέαγρος εἶχε, τὴν δὲ συνεχῆ ταύτης Πολυσπέρχων, τεταγμένων ὑπ' αὐτὸν τῶν ὀνομαζομένων Στυμφαίων. (3) Φίλιππος δ' ὁ Βαλάκρου τὴν συνεχῆ ταύτης στρατηγίαν ἐπλήρου, καὶ τῆς μετὰ ταύτην Κράτερος ἡγεῖτο. Τῶν δὲ προειρημένων ἱππέων τὴν συνεχῆ τάξιν ἐπλήρουν

eos abstulit, periculisque extremis immersit. (5) Sed Alexander, ut vehementiæ undarum obsisteret, manus inter se arcte conserere totamque corporum molem veluti ponti similem habere omnes jussit. (6) Servatis ad hunc modum in tam ancipiti transitus discrimine Macedonibus, diem illum ad recreationem militi concessit. Postridie instructa acie in hostem ivit, et propius ad Persas accedens castra posuit.

LVI. Dum autem, quantus Persicarum copiarum numerus et quanta periculorum imminentium magnitudo sit, animo perpendit, et quod nunc de summa rerum disceptatio in manibus versetur, anxie de eventu sollicitus, noctem illam insomnem ducit. Circa excubias vero matutinas somno tam profundo correptus quievit, ut nec orta jam luce expergefieri potuerit. (2) Gratum fuit hoc initio amicis, ut qui vegetiorem ad periculum incumbens regem fore, si longius quiete frueretur, existimarent. Ubi vero, protracto diutius tempore, somnus regem non dimisit, Parmenio, inter necessarios ejus natu maximus, suo nomine inter ordines, ut ad prœlium sint accincti, imperia distribuit. (3) At quum regem nec tum somnus remitteret, amici propius accedentes vix tandem illum excitant. Dumque omnes rei insolentiam demirantur, causamque ex ipso audire cupiunt, Alexander omni se metu ac sollicitudine a Dario exoneratum ait, qui copias in unum locum congregarit: (4) unius autem diei de summa rerum disceptatione a cunctis laboribus et diuturnis periculis quietem se habiturum. Nec mora, quum accommodata præfectos oratione cohortatus, præsenti fortique animo contra imminentia pericula esse jussisset, instructis in Barbaros copiis tendit, ita ut ante peditum phalangem turmas equitum collocatas haberet.

LVII. In dextro cornu constituit turmam regiam, cui Clitus, Niger cognomento, præerat. Hanc alii amici excipiebant, quorum dux erat Philotas, Parmenionis filius. Hinc alii septem ordines equitum eodem duce sequebantur. (2) Post illos Argyraspidum (*argenteos clypeos gestantium*) pedestre agmen erat, armorum nitore militumque virtute excellens, quos Nicanor Parmenionis regebat. In subsidiis horum posuit Elimiotidem quam vocant manum, Cœno ductore. In serie proxima Orestarum et Lyncestarum ordines sub imperio Perdiccæ stabant. Hos Meleager cum acie sua excipiebat, et post eum Polysperchon Stymphæos ducebat. (3) Vicinam inde seriem Philippus Balacri continuabat, et Craterus quæ illam sequebatur. Equitum, quos recensuimus, ordinem equitatus e Peloponneso et

οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας συστρατεύσαντες ἱππεῖς, καὶ Φθιῶται καὶ Μαλιεῖς, ἔτι δὲ Λοκροὶ καὶ Φωκεῖς, ὧν ἡγεῖτο Ἐρίγυος ὁ Μυτιληναῖος. (4) Ἑξῆς δ' εἱστήκεισαν Θετταλοί, Φίλιππον μὲν ἔχοντες ἡγεμόνα, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ τῇ τῶν ἰλῶν ἱππασίᾳ πολὺ προέχοντες τῶν ἄλλων. Ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς ἐκ Κρήτης τοξότας ἔταξε καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἀχαΐας μισθοφόρους. (5) Ἐφ' ἑκατέρου δὲ τοῦ κέρατος ἐπικάμπιον ἐποίησε τὴν τάξιν, ὅπως μὴ δύνωνται κυκλοῦν οἱ πολέμιοι τῷ πλήθει τῶν στρατιωτῶν τὴν ὀλιγότητα τῶν Μακεδόνων. (6) Πρὸς δὲ τὰς τῶν δρεπανηφόρων ἁρμάτων ἐπιφορὰς μηχανώμενος ὁ βασιλεὺς παρήγγειλε τοῖς ἐν τῇ φάλαγγι πεζοῖς, ὅταν πλησιάζῃ τὰ τέθριππα, συνασπίσαι καὶ ταῖς σαρίσαις τὰς ἀσπίδας τύπτειν, ὅπως διὰ τὸν ψόφον πτυρόμενα τὴν εἰς τοὐπίσω ποιήσηται φοράν, τοῖς δὲ βιαζομένοις διδόναι διαστήματα, δι' ὧν ποιήσονται τὴν διέξοδον ἀκίνδυνον τοῖς Μακεδόσιν· αὐτὸς δὲ τοῦ δεξιοῦ μέρους ἡγούμενος, καὶ λοξὴν τὴν τάξιν ποιούμενος, δι' ἑαυτοῦ τὴν ὅλην κρίσιν τοῦ κινδύνου ποιεῖσθαι διεγνώκει.

LVIII. Ὁ δὲ Δαρεῖος κατὰ τὰς τῶν ἐθνῶν περιοχὰς τὴν ἔκταξιν πεποιημένος, κατά τε τὸν Ἀλέξανδρον τεταγμένος, προῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Ὡς δ' ἐπλησίαζον ἀλλήλαις αἱ δυνάμεις, οἱ μὲν σαλπιγκταὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐσήμαινον τὸ πολεμικόν, οἱ δ' ἄνδρες μετὰ πολλῆς βοῆς ἀλλήλοις ἐπεφέροντο. (2) Καὶ πρῶτον τὰ δρεπανηφόρα τῶν ἁρμάτων ἀπὸ κράτους ἐλαυνόμενα πολλὴν ἔκπληξιν καὶ φόβον τοῖς Μακεδόσιν ἐπέστησε. Καὶ γὰρ Μαζαῖος ὁ τῶν ἱππέων ἡγούμενος πυκναῖς ταῖς ἴλαις σὺν τοῖς δρεπανηφόροις ἐπήλαυνε, καταπληκτικωτέραν ποιῶν τὴν ἐπιφορὰν τῶν δρεπανηφόρων. (3) Τῆς δὲ φάλαγγος συνασπιζούσης κατὰ τὰς τοῦ βασιλέως παραγγελίας, καὶ ταῖς σαρίσαις πάντων τυπτόντων τὰς ἀσπίδας, συνέβαινε ψόφον πολὺν γίνεσθαι. (4) Διόπερ τὰ πολλὰ τῶν ἁρμάτων, πτυρομένων τῶν ἵππων, ἐστρέφετο καὶ τὴν ῥύμην ἀκατάσχετον ποιοῦντα πρὸς τοὺς ἰδίους βιαίως ἀνέστρεφε· τῶν δ' ἄλλων προςπεσόντων τῇ φάλαγγι, καὶ τῶν Μακεδόνων ποιούντων ἀξιόλογα διαστήματα, διὰ τούτων φερόμενα τὰ μὲν συνηκοντίσθη, τὰ δὲ διεξέπεσεν, ἔνια δὲ τῇ βίᾳ τῆς ῥύμης φερόμενα καὶ ταῖς τῶν σιδήρων ἀκμαῖς ἐνεργῶς χρώμενα πολλὰς καὶ ποικίλας διαθέσεις θανάτων ἀπειργάζετο. (5) Τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ ὀξύτης καὶ βία τῶν κεχαλκευμένων πρὸς ἀπώλειαν ὅπλων, ὥςτε πολλῶν μὲν βραχίονας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι, οὐκ ὀλίγων δὲ τραχήλους παρασύρεσθαι, καὶ τὰς κεφαλὰς πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν βλεπόντων ἔτι τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς τοῦ προςώπου διαθέσεως διαφυλαττομένης, ἐνίων δὲ τὰς πλευρὰς ἐπικαιρίοις τομαῖς ἀναῤῥηττόντων καὶ θανάτους ὀξεῖς ἐπιφερόντων.

LIX. Ὡς δ' ἤγγισαν ἀλλήλαις αἱ δυνάμεις, καὶ διὰ τῶν τόξων καὶ σφενδονῶν, ἔτι δὲ τῶν ἀκοντιζομένων σαυνίων, τὰ ῥιπτούμενα βέλη παρανήλωτο, πρὸς τὴν ἐκ

Achaia in auxilium missus integravit, Phthiotis et Maliensibus, Locris etiam et Phocensibus, quibus Erigyus Mytilenæus præerat, adjunctis. (4) Thessali deinceps, ductore Philippo, consistebant, virtute ac turmatim equitandi sollertia ceteros præeuntes. Ab his sagittarios ex Creta et stipendia merentes ex Achaia disposuit. (5) In utroque autem cornu aciem incurvam fecit, ne multitudine suorum Persæ Macedonum paucitatem circumvenire possent. (6) Falcatorum vero curruum irruptionem hac sollertia rex eludere conatus est: peditibus in phalange edixit, ut concitatis propius quadrigis, arctius se jungant, et clypeos sarissis pulsent, quo strepitu consternati equi retrorsum se proripiant. Quod si vi perrumpant, spatium illis concedant, per quod absque Macedonum periculo transcurrant. Ipse dextrum sibi cornu regendum sumsit: acieque in obliquum versa, sua industria et virtute quod aderat certaminis periculum adire constituit.

LVIII. Darius pro variarum gentium distinctione aciem explicarat: ipseque adversum Alexandro cornu tenens, in hostem ducebat. Jamque propinquabant inter se exercitus, quum tubis utrinque bellicum canitur. (2) Tum magno vociferatu milites concurrunt, et statim currus falcati, summa vi incitati, magnam consternationem et terrorem Macedonibus incussere. Nam et Mazæus, equitum ductor, cum densis turmis post quadrigas invectus, falcatorum irruptionem multo terribiliorem effecit. (3) Interim dum phalanx, ut a rege præceptum erat, clypeos inter se jungit et sarissis ferit, ingens subito fragor exsistit. (4) Plerique ergo currus, attonitis equis, avertuntur: et quia impetus illorum nulla inhiberi vi potest, retro ad suos cursum reflectunt. Ceteri, in phalangem impressione facta, dum justa Macedones intervalla concedunt, effusi per illa partim jaculis confixi ruunt, partim evadunt. Nonnulli, impetu violentissimo provecti, dum ferramentorum aciem obviis quam efficacissime infligunt, multis varia mortis specie exitium afferunt. (5) Tantus enim aciei vigor, tanta vis erat in armis ad exitium fabricatis, ut multis brachia una cum clypeis amputarentur, nec paucis cervice præcisa capita, integro adhuc visu et retento vultus habitu, ad terram volverentur. Quibusdam letali ictu latera dissecantur; unde mors repente subsecuta.

LIX. Ubi vero propius conjunctæ acies, jamque tela, quæ ex arcubus et fundis conjici solent, una cum verutis exhausta erant, manibus dimicari cœptum est. (2) Pri-

χειρὸς μάχην κατήντησαν. (2) Καὶ πρῶτον τῶν ἱππέων συστησαμένων ἀγῶνα καὶ τῶν Μακεδόνων τῷ δεξιῷ κέρατι διαγωνιζομένων, ὁ μὲν Δαρεῖος τοῦ λαιοῦ κέρατος ἡγούμενος συναγωνιστὰς εἶχε τοὺς συγγενεῖς ἱππεῖς, ἐπιλέκτους ταῖς ἀρεταῖς καὶ ταῖς εὐνοίαις, χιλίους ἐν μιᾷ περιειλημμένους ἴλῃ. (3) Οὗτοι δὲ θεατὴν ἔχοντες τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας τὸν βασιλέα, τὸ πλῆθος τῶν ἐπ' αὐτὸν φερομένων βελῶν προθύμως ἐξεδέχοντο. Συνῆσαν δὲ τούτοις οἵ τε μηλοφόροι, * ταῖς ἀνδραγαθίαις καὶ πολλοὶ κατὰ τὸ πλῆθος, πρὸς δὲ τούτοις Μάρδοι καὶ Κοσσαῖοι, ταῖς τε τῶν σωμάτων ὑπεροχαῖς καὶ ταῖς λαμπρότησι τῶν ψυχῶν θαυμαζόμενοι. (4) Συνηγωνίζοντο δὲ τούτοις οἵ τε περὶ τὰ βασίλεια διατρίβοντες καὶ τῶν Ἰνδῶν οἱ κράτιστοι κατ' ἀνδρείαν. Οὗτοι μὲν οὖν μετὰ πολλῆς βοῆς ἐπιῤῥάξαντες τοῖς πολεμίοις, ἐκθύμως ἠγωνίζοντο καὶ τῷ πλήθει κατεπόνουν τοὺς Μακεδόνας. (5) Μαζαῖος δὲ τὸ δεξιὸν ἔχων κέρας, καὶ μετὰ τῶν ἀρίστων ἱππέων διαγωνιζόμενος, εὐθὺς κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν ἀνθεστώτων ἀνεῖλεν οὐκ ὀλίγους· δισχιλίους δὲ Καδουσίους καὶ χιλίους τῶν Σκυθῶν ἱππεῖς ἐπιλέκτους ἐξέπεμψε, προστάξας περιιππεῦσαι τὸ κέρας τὸ τῶν πολεμίων, καὶ προςελάσαντας τῇ παρεμβολῇ τῆς ἀποσκευῆς κυριεῦσαι. (6) Ὧν ὀξέως ποιησάντων τὸ προςταχθέν, καὶ παρειςπεσόντων εἰς τὴν στρατοπεδείαν τῶν Μακεδόνων, τῶν αἰχμαλώτων τινὲς ἁρπάσαντες ὅπλα συνήργουν τοῖς Σκύθαις, καὶ διήρπαζον τὰς ἀποσκευάς· βοὴ δ' ἦν καὶ ταραχὴ διὰ τὸ παράδοξον καθ' ὅλην τὴν παρεμβολήν. (7) Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι τῶν αἰχμαλωτίδων πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀπεχώρουν, ἡ δὲ μήτηρ τοῦ Δαρείου Σισύγαμβις, παρακαλουσῶν αὐτὴν τῶν αἰχμαλωτίδων, οὐ προςέσχεν, ἀλλ' ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινε φιλοφρόνως, οὔτε τῷ παραλόγῳ τῆς τύχης πιστεύσασα οὔτε τὴν πρὸς Ἀλέξανδρον εὐχαριστίαν λυμαινομένη. (8) Τέλος δὲ οἱ Σκύθαι πολλὴν τῆς ἀποσκευῆς διαρπάσαντες ἀφίππευσαν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Μαζαῖον, καὶ τὴν εὐημερίαν ἀπήγγειλαν. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν περὶ Δαρεῖον τεταγμένων ἱππέων τινὲς καταπονήσαντες τῷ πλήθει τοὺς ἀνθεστῶτας Μακεδόνας φεύγειν ἠνάγκασαν.

LX. Δευτέρου δὲ προτερήματος τοῖς Πέρσαις γενομένου, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος σπεύδων δι' ἑαυτοῦ τὴν ἧτταν διορθώσασθαι τῶν ἰδίων, μετὰ τῆς βασιλικῆς ἴλης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων ἱππέων ἐπ' αὐτὸν ἤλαυνε τὸν Δαρεῖον. (2) Ὁ δὲ τῶν Περσῶν βασιλεὺς δεξάμενος τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων, αὐτὸς μὲν ἐφ' ἅρματος ἀγωνιζόμενος ἠκόντισεν εἰς τοὺς ἐπιφερομένους· πολλῶν δ' αὐτῷ συναγωνιζομένων, καὶ τῶν βασιλέων ἐπ' ἀλλήλους ἱεμένων, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἀκοντίσας ἐπὶ τὸν Δαρεῖον, τούτου μὲν ἥμαρτε, τοῦ δὲ παρεστῶτος ἡνιόχου τοῦ βασιλέως κατατυχὼν κατέβαλε. (3) Τῶν δὲ περὶ τὸν Δαρεῖον ἀναβοησάντων, οἱ ποῤῥώτερον ἀφεστηκότες ὑπέλαβον αὐτὸν τὸν βασιλέα πεπτωκέναι· καὶ τούτων τῆς φυγῆς ἀρξαμένων, οἱ συνεχεῖς συνείποντο, καὶ τὸ συνεστὸς τῷ Δαρείῳ σύνταγμα κατ' ὀλίγον ἀεὶ

mum igitur certamen ab equitatu initum; Macedones in dextro cornu rem gerebant, lævum cornu ducebat Darius, cui ex cognatis propugnatores erant mille equites in unam redacti turmam, virtute ac benevolentia in regem spectati. (3) Hi quum regem fortitudinis spectatorem haberent, vim telorum in ipsum conjectorum magna alacritate excepere. Conjuncti his erant Melephori, * strenuitate numeroque præstantes : præter hos Mardi et Cossæi, qui et proceritate corporum et animorum vigore admirationem sui concitabant. (4) Aderant his illi qui in regia excubare solebant, et Indorum virtute pollentissimi. Hi, magno clamore in hostem illati, ferocissime pugnare, Macedonesque suorum multitudine premere. (5) Mazæus præterea, dextrum cornu tutans et cum equitum fortissimis strenue pugnam ciens, statim ad primum hostis incursum non paucos interemit. Tum Cadusiorum bis mille, et Scytharum mille equites eximios misit, jussitque, ut circumvecti hostium cornu, in vallum ipsorum, ad impedimentis potiendum, incursionem facerent. (6) Qui non segniter imperata exsecuti, quum in castra Macedonum irrupissent, captivorum nonnulli correptis armis Scythas adjuvare et impedimenta diripere. Vociferatus igitur et tumultus propter rei novitatem inopinatam totis castris oboritur. (7) Tum captivæ quidem aliæ ad Barbaros se recipiunt : at Darii mater Sisygambis, a ceteris invitata, non assentitur, sed benevola quadam affectione quiete se loco continet, dum nec dubiis fortunæ casibus fidem habet, nec gratæ erga Alexandrum mentis officium deserendum arbitratur. (8) Tandem maxima impedimentorum parte direpta, Scythæ ad Mazæum reversi prosperi successus nuntium reportant. Eadem sortis benignitate pars equitum Darium stipantium Macedones, qui resistebant, numero fatigatos, in fugam compulerant.

LX. Quum secundus igitur hic Persis successus esset, Alexander, hoc unice contendens, ut ipse profligatam suorum aciem repararet, cum regia equitum ala aliisque nobilissimis in Darium ipsum invehitur. (2) Persarum rex, fortiter impetum hostis excipiens, de curru, unde pugnabat, jaculis in se irruentes submovet. Nec pauci illum tutantur. Dumque imperator imperatorem infesto animo petit, misso in Darium jaculo Alexander, ipsum quidem non contingit, sed aurigam illi adsistentem feriens prosternit. (3) Clamore igitur a regis Darii amicis excitato, qui procul stabant regem ipsum occubuisse credebant. Quumque hi primi in fugam se effudissent, proximi etiam sequebantur. Quin et agmen Dario vicinum laxatis ordinibus sensim

παρεῤῥήγνυτο. Διὸ καὶ τῆς ἑτέρας πλευρᾶς παραγυμνωθείσης τῶν συναγωνιζομένων, καὶ αὐτὸς καταπλαγεὶς πρὸς φυγὴν ὥρμησε. (4) Τούτων δὲ οὕτω φευγόντων καὶ τοῦ κονιορτοῦ τῶν ἱππέων πρὸς ὕψος αἰρομένου καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐκ ποδὸς ἑπομένων, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν πυκνότητα τοῦ κονιορτοῦ συνιδεῖν μὲν οὐκ ἦν τὸν Δαρεῖον ὅποι ποιεῖται τὴν φυγήν, στεναγμὸς δὲ τῶν πιπτόντων ἀνδρῶν καὶ κτύπος τῶν ἵππων, ἔτι δὲ τῶν μαστίγων συνεχὴς ψόφος ἐγίνετο. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Μαζαῖος ὁ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἡγούμενος πλείστους ἔχων καὶ κρατίστους ἱππεῖς, βαρὺς ἐπέκειτο τοῖς κατ' αὐτὸν τεταγμένοις· Παρμενίων δὲ μετὰ τῶν Θετταλῶν ἱππέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτοῦ κινδυνευόντων ὑπέστη τοὺς πολεμίους. (6) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος διὰ τὰς ἀρετὰς τῶν Θετταλῶν ἐπροτέρει· τῶν δὲ περὶ τὸν Μαζαῖον τῷ τε πλήθει καὶ βάρει τοῦ συστήματος ἐγκειμένων, κατεπονεῖτο τὸ τῶν Μακεδόνων ἱππικόν. (7) Πολλοῦ δὲ φόνου γινομένου καὶ τῆς τῶν βαρβάρων βίας δυςυποστάτου γινομένης, ὁ Παρμενίων ἐξέπεμψέ τινας τῶν περὶ αὐτὸν ἱππέων πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, λέγων κατὰ τάχος βοηθῆσαι. (8) Ὀξέως δὲ τούτων τὸ παραγγελθὲν πραττόντων, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον πυθομένων πολὺ τῆς τάξεως ἀπεσπάσθαι κατὰ τὸν διωγμόν, οὗτοι μὲν ἐπανῆλθον ἄπρακτοι· ὁ δὲ Παρμενίων ταῖς τῶν Θετταλῶν ἴλαις χρώμενος ἐμπειρότατα, καὶ πολλοὺς καταβαλών, μόγις ἐτρέψατο τοὺς βαρβάρους, μάλιστα καταπλαγέντας τῇ κατὰ τὸν Δαρεῖον φυγῇ.

LXI. Ὁ δὲ Δαρεῖος τῇ στρατηγίᾳ διαφέρων, καὶ συνεργὸν ἔχων τὸ πλῆθος τοῦ κονιορτοῦ, τὴν ἀποχώρησιν οὐχ ὁμοίαν τοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐποιεῖτο, εἰς τοὐναντίον δὲ μέρος ὁρμήσας, καὶ κρυπτομένην ἔχων διὰ τὸν ἐξαιρόμενον κονιορτὸν τὴν ἰδίαν ἀποχώρησιν, ἀκινδύνως αὐτός τε διέφυγε τούς τε μεθ' ἑαυτοῦ πάντας εἰς τὰς κατόπιν κειμένας τῶν Μακεδόνων κώμας διέσωσε. (2) Τέλος δὲ πάντων τῶν βαρβάρων πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, καὶ τῶν Μακεδόνων τοὺς ἐσχάτους ἀεὶ κτεινόντων, ταχὺ πᾶς ὁ πλησίον τοῦ πεδίου τόπος νεκρῶν ἐπληρώθη. (3) Διὸ καὶ τῶν βαρβάρων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ κατεκόπησαν οἱ πάντες ἱππεῖς τε καὶ πεζοὶ πλείους τῶν ἐννέα μυριάδων· τῶν δὲ Μακεδόνων ἀνῃρέθησαν μὲν εἰς πεντακοσίους, τραυματίαι δ' ἐγένοντο παμπληθεῖς, ἐν οἷς καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων Ἡφαιστίων μὲν εἰς τὸν βραχίονα ξυστῷ βληθεὶς ἐτρώθη, τῶν σωματοφυλάκων ἡγούμενος, τῶν δὲ στρατηγῶν Περδίκκας καὶ Κοῖνος, ἔτι δὲ Μενίδας καί τινες ἕτεροι τῶν ἐπιφανῶν ἡγεμόνων. Ἡ μὲν οὖν περὶ Ἄρβηλα γενομένη παράταξις τοιοῦτον ἔσχε τὸ πέρας.

LXII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀριστοφῶντος ἐν Ῥώμῃ διεδέξαντο τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν Γάϊος Δομέτιος καὶ Αὖλος Κορνήλιος. Ἐπὶ δὲ τούτων εἰς τὴν Ἑλλάδα τῆς περὶ Ἄρβηλα μάχης διαδοθείσης, πολλαὶ τῶν πόλεων, ὑφορώμεναι τὴν αὔξησιν τῶν Μακεδόνων, ἔγνωσαν, ἕως ἔτι τὰ Περσῶν πράγματα διαμένει, τῆς ἐλευθερίας

cedebat: donec altero quoque propugnantium latere nudato, etiam ipse metu perculsus fugam intendit. (4) Ad hunc ergo modum Persis in fugam conversis, magna vis pulveris ab equitum cursu in altum extollitur. Unde factum ut vestigia hostium premente cum suis Alexandro, per densam nimii pulveris nubem, quo Darius fugam capesseret, conspici nequiret. Cadentium solummodo gemitus virorum, sonitusque equorum, et continuus flagellorum strepitus exaudiebatur. (5) Dum hæc geruntur, Mazæus, in cornu dextro constitutus, quod equitatu fortissimo valeret, graviter oppositum sibi agmen urgebat. Parmenio tamen cum Thessalorum equitatu aliisque sibi in pugnæ societate adjunctis impressionem ad tempus sustinebat. (6) Et primo quidem strenue pugnans Thessalorum virtute superior erat: at ubi Mazæi agmen tum numero tum conferti agminis mole subinde acrius incumbebat, Macedonum equitatus cœpit fatigari. (7) Fit ergo prolixa strages: nec vis Barbarorum amplius sustineri potest. Ideo missis equitibus Alexandrum rogat Parmenio, ut quam celerrime succurrat. (8) Hi, quam citissime possunt, mandatum exsequi contendunt. At ubi eum longissime ab acie ad persequendum Darium abesse audiunt, re infecta revertuntur. Parmenio, quanta potuit sollertia Thessalorum turmis utens, profligatis quam plurimis, vix tandem Barbaros, Darii fuga consternatos, ad fugam adegit.

LXI. Darius interim, quum imperatoriæ artis usu præstaret, densitate pulveris adjutus, non, ut alii Barbari retro, sed in contrariam partem cursum arripuit et occulto, propter alte excitatum pulverem discessu, periculum evasit, omnesque fugæ comites in vicos Macedonum tergis obversos incolumes traduxit. (2) Ad extremum Barbaris omnibus in fugam conjectis, quum Macedones continue ultimos cæderent, brevi effectum ut quidquid planitiem istam loci attingeret, totum cadaveribus repleretur. (3) De Barbaris igitur in hac pugna omnino plus quam nonaginta millia equitum peditumque cæsi: Macedonum vero ad quingentos interemti, et vulnerati quamplurimi. Inter quos nobilissimorum ducum unus Hephæstio, custodibus regii corporis præfectus, brachium jaculo trajectum habebat. Inter ceteros ductores etiam Perdiccas, Cœnus, Menidas et quidam alii vulnerati. Prœlium itaque ad Arbela hunc exitum habuit.

LXII. Archon Athenis erat Aristophon, et Romæ consulatum exceperant C. Domitius et Aulus Cornelius, quum didita per Græciam fama de conflictu ad Arbela, civitates multæ, quibus incrementa potentiæ Macedonum suspecta erant, pristinam tueri libertatem, dum aliquid adhuc Persis virium superesset, decreverunt. (2) Darium enim,

ἀντέχεσθαι· (2) βοηθήσειν γὰρ αὐτοῖς Δαρεῖον, καὶ χρημάτων τε πλῆθος χορηγήσειν πρὸς τὸ δύνασθαι ξενικὰς μεγάλας δυνάμεις συνίστασθαι, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον μὴ δυνήσεσθαι διαιρεῖν τὰς δυνάμεις· (3) εἰ δὲ περιόψονται τοὺς Πέρσας καταπολεμηθέντας, μονωθήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας καὶ μηκέτι δυνήσεσθαι φροντίσαι τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας. (4) Προεκαλέσατο δὲ πρὸς τὴν ἀπόστασιν τοὺς Ἕλληνας καὶ ὁ περὶ τὴν Θρᾴκην νεωτερισμὸς κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς γενόμενος. (5) Μέμνων γὰρ ὁ καθεσταμένος στρατηγὸς τῆς Θρᾴκης, ἔχων δύναμιν καὶ φρονήματος ὢν πλήρης, ἀνέσεισε μὲν τοὺς βαρβάρους, ἀποστάτης δὲ γενόμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ταχὺ μεγάλης δυνάμεως κυριεύσας, φανερῶς ἀπεκαλύψατο πρὸς τὸν πόλεμον. (6) Διόπερ Ἀντίπατρος πᾶσαν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆλθε διὰ Μακεδονίας εἰς Θρᾴκην, καὶ διεπολέμει πρὸς τὸν Μέμνονα. Τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι καιρὸν ἔχειν ὑπολαβόντες τοῦ παρασκευάσασθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, παρεκάλουν τοὺς Ἕλληνας συμφρονῆσαι περὶ τῆς ἐλευθερίας. (7) Ἀθηναῖοι μὲν οὖν, παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὑπ' Ἀλεξάνδρου προτιμώμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἦγον· Πελοποννησίων δ' οἱ πλείους καὶ τῶν ἄλλων τινὲς συμφρονήσαντες ἀπεγράψαντο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ κατὰ δύναμιν τῶν πόλεων καταγράφοντες τῶν νέων τοὺς ἀρίστους, κατέλεξαν στρατιώτας πεζοὺς μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ δισχιλίους. (8) Τὴν δ' ἡγεμονίαν ἔχοντες Λακεδαιμόνιοι πανδημεὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον ὥρμησαν, Ἄγιδος τοῦ βασιλέως τὴν πάντων ἔχοντος ἡγεμονίαν.

LXIII. Ἀντίπατρος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Ἑλλήνων συνδρομήν, τὸν μὲν ἐν τῇ Θρᾴκῃ πόλεμον ὥς ποτ' ἦν δυνατὸν διέλυσεν, εἰς δὲ τὴν Πελοπόννησον ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως. Προςλαβόμενος δὲ καὶ παρὰ τῶν συμμαχούντων Ἑλλήνων στρατιώτας, ἤθροισε τοὺς ἅπαντας οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισμυρίων. (2) Γενομένης δὲ παρατάξεως μεγάλης, ὁ μὲν Ἄγις μαχόμενος ἔπεσεν, οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πολὺν μὲν ἐκθύμως χρόνον ἀγωνιζόμενοι διεκαρτέρουν· τῶν δὲ συμμάχων βιασθέντων, καὶ αὐτοὶ τὴν ἀναχώρησιν εἰς τὴν Σπάρτην ἐποιήσαντο. (3) Ἀνῃρέθησαν δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Λακεδαιμονίων καὶ τῶν συμμάχων πλείους τῶν πεντακισχιλίων καὶ τριακοσίων, τῶν δὲ μετ' Ἀντιπάτρου τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι. (4) Ἴδιον δέ τι συνέβη καὶ περὶ τὴν τοῦ Ἄγιδος τελευτὴν γενέσθαι. Ἀγωνισάμενος γὰρ λαμπρῶς καὶ πολλοῖς τραύμασιν ἐναντίοις περιπεσών, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν Σπάρτην ἀπεκομίσθη· περικατάληπτος δὲ γενόμενος καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνούς, τοῖς μὲν ἄλλοις στρατιώταις προςέταξεν ἀπιέναι τὴν ταχίστην, καὶ διασώζειν αὐτοὺς εἰς τὴν τῆς πατρίδος χρείαν, αὐτὸς δὲ καθοπλισθεὶς καὶ εἰς γόνυ διαναστὰς ἠμύνατο τοὺς πολεμίους, καί τινας καταβαλὼν καὶ συνακοντισθείς, κατέστρεψε τὸν βίον, ἄρξας ἔτη ἐννέα. (5) Ἡμεῖς δὲ διεληλυθότες τὰ πρα-

pecuniis ad magnas exterorum militum copias conducendum subministratis, auxilio fore : nec tantas opes Alexandrum, ut exercitum distrahere auderet, habiturum. (3) Quodsi Persas ab eo debellari paterentur, destitutis auxilio Græcis, vires et consilia ad libertatem asserendam deinceps defutura. (4) Ad defectionem Græcos etiam exorta illis ipsis temporibus per Thraciam seditio invitabat. (5) Memnon enim, imperator in Thraciam missus, quum satis magnam militum copiam haberet ac plenus esset fiduciæ, concitatis Barbaris, ab Alexandro defecit : magnoque ad se pertracto exercitu, in manifestum jam bellum incumbebat. (6) Quam ob causam omnibus copiis accitis Antipater, per Macedoniam in Thraciam profectus, Memnoni bellum infert. Quæ quum ita se haberent, Lacedæmonii, idoneum belli reparandi tempus se jam nactos arbitrati, Græcos ad ineundam pro libertate concordiam exhortantur. (7) Tum Athenienses, præ Græcis aliis honoribus ab Alexandro affecti, quiete in officio se continebant. At Peloponnesiorum plerique et nonnulli ex aliis, conspiratione inter se facta, in militiam hanc nomina profitebantur. Pro viribus igitur cujusque civitatis habito juvenum optimorum delectu, non minus quam viginti peditum et ad duo equitum millia recensuerunt. (8) Administratio totius belli erat penes Lacedæmonios : qui totis viribus ad disceptandum de summa rerum, Agide summum obtinente imperium, exibant.

LXIII. Antipater, de concursu Græcorum certior factus, bellum in Thracia, qua potuit transactione, composuit, et cum universis copiis in Peloponnesum movit, acceptisque a confœderatis Græcorum auxiliis, non minus quam quadraginta millia coegit. (2) Commisso igitur acri prœlio, Agis rex strenue pugnans cadit, et Lacedæmonii, quum ad longum tempus in prœlio fortiter perseverassent, tandem sociis cedere coactis, etiam ipsi Spartam versus regressum instituunt. (3) Occubuerunt in hac pugna de Lacedæmoniis sociisque non minus quinque millibus ac trecentis, de Antipatri militibus ter mille et quingenti. (4) Circa Agidis vero interitum singulare quidpiam evenit. Quum enim præclare dimicans multa in adverso corpore vulnera accepisset, a militibus in patriam referendus portabatur. Sed ab hoste circumventus, ubi nullam suæ incolumitatis spem videt reliquam, suos quam citissime abire, seque necessariis patriæ usibus reservare jubet : ipse, armis suis instructus, genuque subnixus, hostes arcet, et prostratis aliquot, tandem confossus mortem oppetit, quum regno præfuisset annos

χθέντα κατὰ τὴν Εὐρώπην, ἐν μέρει τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν συντελεσθέντα διέξιμεν.

[Τῆς ἑπτακαιδεκάτης τῶν Διοδώρου βίβλων ἡ δευτέρα βίβλος ἢ τὸ δεύτερον τμῆμα.]

LXIV. Δαρεῖος μὲν γὰρ ἡττηθεὶς ἐν τῇ περὶ Ἄρβηλα παρατάξει τὴν φυγὴν ἐπὶ τὰς ἄνω σατραπείας ἐποιήσατο, σπεύδων τῷ διαστήματι τῶν τόπων λαβεῖν ἀναστροφὴν καὶ χρόνον ἱκανὸν εἰς παρασκευὴν δυνάμεως. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον εἰς Ἐκβάτανα τῆς Μηδίας διανύσας, ἐνταῦθα διέτριβε, καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς φυγῆς ἀνασωζομένους ἀνεδέχετο, τοὺς δὲ ἀνόπλους καθώπλιζε. (2) Μετεπέμπετο δὲ καὶ στρατιώτας ἐκ τῶν πλησιοχώρων ἐθνῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν Βάκτροις καὶ ταῖς ἄνω σατραπείαις σατράπας καὶ στρατηγοὺς διεπέμπετο, παρακαλῶν διαφυλάττειν τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν. (3) Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τὴν νίκην θάψας τοὺς τετελευτηκότας ἐπέβαλε τοῖς Ἀρβήλοις, καὶ πολλὴν μὲν εὗρεν ἀφθονίαν τῆς τροφῆς, οὐκ ὀλίγον δὲ κόσμον καὶ γάζαν βαρβαρικήν, ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια. Συλλογισάμενος δὲ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι φθορὰν τοῦ περιέχοντος ἀέρος διὰ τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, εὐθὺς ἀνέζευξε, καὶ κατήντησε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως εἰς Βαβυλῶνα. (4) Τῶν δ' ἐγχωρίων προθύμως ὑποδεξαμένων αὐτὸν καὶ κατὰ τὰς ἐπισταθμίας λαμπρῶς ἑστιώντων τοὺς Μακεδόνας, ἀνέλαβε τὴν δύναμιν ἐκ τῆς προγεγενημένης ταλαιπωρίας. Πλείους δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἐνδιέτριψε τῇ πόλει διά τε τὴν δαψίλειαν τῶν ἐπιτηδείων καὶ τὴν φιλοξενίαν τῶν ἐγχωρίων. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μὲν ἄκραν παρέδωκε τηρεῖν Ἀγάθωνι τῷ Πυδναίῳ, συστήσας αὐτῷ Μακεδόνας στρατιώτας ἑπτακοσίους· Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην καὶ Μένητα τὸν Πελλαῖον ἀπέδειξε στρατηγοὺς τῆς τε Βαβυλῶνος καὶ τῶν σατραπειῶν μέχρι Κιλικίας. Δοὺς δὲ αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα χίλια, προσέταξε ξενολογεῖν στρατιώτας ὡς πλείστους. (6) Μιθρήνῃ δὲ τῷ παραδόντι τὴν ἐν Σάρδεσιν ἄκραν Ἀρμενίαν ἔδωκεν. Ἐκ δὲ τῶν ληφθέντων χρημάτων τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ ἓξ μνᾶς ἐδωρήσατο, τῶν δὲ συμμάχων πέντε, τῶν δ' ἐκ τῆς φάλαγγος Μακεδόνων δύο, τοὺς δὲ ξένους διμήνοις μισθοφοραῖς ἐτίμησε πάντας.

LXV. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναζεύξαντος ἐκ τῆς Βαβυλῶνος καὶ κατὰ τὴν πορείαν ὄντος, ἧκον πρὸς αὐτὸν παρὰ μὲν Ἀντιπάτρου πεμφθέντες ἱππεῖς μὲν Μακεδόνες πεντακόσιοι, πεζοὶ δὲ ἑξακισχίλιοι, ἐκ δὲ Θρᾴκης ἱππεῖς μὲν ἑξακόσιοι, Τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ἐκ δὲ Πελοποννήσου πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ βραχὺ λείποντες τῶν χιλίων, ἐκ δὲ τῆς Μακεδονίας τῶν φίλων τοῦ βασιλέως υἱοὶ πεντήκοντα πρὸς τὴν σωματοφυλακίαν ὑπὸ τῶν πατέρων ἀπεσταλμένοι. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους παραλαβὼν προῆγε, καὶ κατήντησεν ἑκταῖος εἰς τὴν Σιτταχηνὴν ἐπαρχίαν, τῆς δὲ χώρας ταύτης πολλὴν ἀφθονίαν ἐχούσης τῶν ἐπιτηδείων πάντων, ἐν ταύτῃ πλείους ἡμέρας

novem. (5) At nos Europæ res executi, ad ea, quæ in Asia sunt gesta, singulatim explicanda revertemur.

[*Decimi septimi Diodori libri pars altera sive sectio secunda.*]

LXIV. Darius, prœlio ad Arbela victus, fugam ad provincias superiores intendit, tum ut sese per locorum distantiam recolligeret, tum, ut sat temporis ad reparandum exercitum haberet, studiose laborans. Primus igitur cursus Ecbatana Mediæ illum tulit, ubi aliquamdiu subsistens relictos a fuga milites ad se recepit, armisque nudatos rursum instruxit. (2) A finitimis etiam gentibus militem evocavit, satrapasque ac duces in Bactris et præfecturis superioribus per nuntios eo missos, ut in benevolentia et fide erga se persisterent, admonuit. (3) Interea Alexander, funeratis post victoriam qui in acie occubuerant, Arbela ingreditur : magnamque victus ornatusque regii et gazæ barbaricæ copiam, et ter mille argenti talenta, invenit. Sed quum vicinum aeris tractum ex tanta cadaverum strage infectum iri facile colligeret, translatis statim castris, cum omnibus inde copiis Babylonem pervenit. (4) Ubi quum ab incolis benigne exciperetur, et lauta Macedonibus hospitia præberentur, ab ærumnis eo usque exantlatis exercitum recreavit. Ultraque dies triginta, commodorum abundantia et civium hospitalitate sic illum attinente, in urbe commoratur. (5) Tum Agathonem Pydnæum cum septingentorum Macedonum præsidio custodiæ arcis præfecit; Apollodoro vero Amphipolitæ, et Meneti Pellæo Babylonis et satrapiarum ad Ciliciam usque administrationem commisit, traditisque mille talentis argenti, ut quantas possent militum copias conducerent, mandavit. (6) Mithrenæ, qui Sardium arcem ei dediderat, Armeniam concessit. De pecuniis denique, quibus illic potitus erat, minas equiti senas, auxiliaribus quinas, ex phalange Macedonibus binas, et peregrino militi honoris causa bimestre stipendium donavit.

LXV. Jamque promotis Babylone castris, in itinere rex erat, quum quingenti ex Macedonia equites et sex millia peditum, ad hæc sexcenti equites e Thracia, et Tralliensium ter mille et quingenti, e Peloponneso insuper quater mille peditum, ac mille ferme equites, ab Antipatro in supplementum missi, advenere. Hos quinquaginta amicorum regis e Macedonia filii, ad custodiam regii corporis a parentibus destinati, comitabantur. (2) Quibus receptis, in profectione instituta perrexit, sextisque castris in Sittacenam præfecturam devenit. Et quia hæc regio, quidquid ad usum vitæ necessarium esset, large suppeditabat, complu-

ἔμεινεν, ἅμα μὲν σπεύδων ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ταλαιπωρίας ἀναλαβεῖν τὴν δύναμιν, ἅμα δὲ τῆς στρατιωτικῆς τάξεως διανοούμενος ἐπιμεληθῆναι καὶ τὰς ἡγεμονίας ἀναβιβάσαι καὶ τὴν δύναμιν ἰσχυροποιῆσαι τῷ τε πλήθει καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν ἡγεμόνων. (3) Συντελέσας δὲ τὰ δεδογμένα, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας περὶ τῶν ἀριστείων κρίσιν ποιησάμενος, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς * μεγάλης * ἡγεμονίας ἐπὶ μεγάλας ἐξουσίας ἀναβιβάσας, πάντας τοὺς ἡγεμόνας εἰς ἀξίωμα μεῖζον καὶ στοργὴν ἰσχυρὰν πρὸς ἑαυτὸν προήγαγεν. (4) Ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῆς ἰδιωτικῆς τῶν στρατιωτῶν διατάξεως, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν εὐχρηστίαν ἐπινοησάμενος ἐπὶ τὸ κρεῖττον διωρθώσατο. Κατασκευάσας δὲ πᾶσαν τὴν στρατιὰν εὐνοίᾳ τε πρὸς τὸν ἡγούμενον διαφέρουσαν καὶ πρὸς τὰ παραγγελλόμενα πειθαρχοῦσαν, ἔτι δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις ὑπερβάλλουσαν, ἐπὶ τοὺς ὑπολειπομένους ἀγῶνας ὥρμησεν. (5) Εἰς δὲ τὴν Σουσιανὴν καταντήσας ἀκινδύνως παρέλαβε τὰ περιβόητα ἐν Σούσοις βασίλεια, ἑκουσίως Ἀβουλήτου τοῦ σατράπου παραδόντος αὐτῷ τὴν πόλιν, ὡς μὲν ἔνιοι γεγράφασι, προστάξαντος Δαρείου τοῖς πεπιστευμένοις ὑπ' αὐτοῦ· τοῦτο δὲ πρᾶξαι τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν, ὅπως ὁ μὲν Ἀλέξανδρος εἰς περισπασμοὺς ἀξιολόγους καὶ παραλήψεις ἐπιφανεστάτων πόλεων καὶ θησαυρῶν μεγάλων ἐμπεσὼν ἐν ἀσχολίαις ὑπάρχῃ, ὁ δὲ Δαρεῖος τῇ φυγῇ λαμβάνῃ χρόνον εἰς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν.

LXVI. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος παραλαβὼν τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις θησαυρούς, εὗρεν ἀσήμου χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων. (2) Ταῦτα δ' ἐκ πολλῶν χρόνων οἱ βασιλεῖς ἄθικτα διετήρησαν, πρὸς τὰ παράλογα τῆς τύχης ἀπολείποντες αὐτοῖς καταφυγάς. Χωρὶς δὲ τούτων ὑπῆρχεν ἐνακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ, χαρακτῆρα δαρεικὸν ἔχοντα. (3) Ἴδιον δέ τι συνέβη γενέσθαι τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν παράληψιν τῶν χρημάτων. Καθίσαντος γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον, καὶ τούτου μείζονος ὄντος ἢ κατὰ τὴν συμμετρίαν τοῦ σώματος, τῶν παίδων τις ἰδὼν τοὺς πόδας ἀπολείποντας πολὺ τοῦ κατὰ τὸν θρόνον ὑποβάθρου, βαστάσας τὴν Δαρείου τράπεζαν ὑπέθηκε τοῖς ποσὶν αἰωρουμένοις. (4) Ἁρμοστῆς δὲ γενομένης, ὁ μὲν βασιλεὺς ἀπεδέξατο τὴν τοῦ πράξαντος εὐστοχίαν· τῶν δὲ παρεστώτων τις τῷ θρόνῳ εὐνοῦχος κινηθεὶς τὴν ψυχὴν τῇ μεταβολῇ τῆς τύχης ἐδάκρυσεν. (5) Ὃν ἰδὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἤρετο, Τί κακὸν ἰδὼν γεγονὸς κλαίεις; ὁ δὲ εὐνοῦχος ἔφησε, Νῦν μὲν σός εἰμι δοῦλος, πρότερον δὲ Δαρείου, καὶ φύσει φιλοδέσποτος ὤν, ἤλγησα ἰδὼν τὸ παρ' ἐκείνῳ μάλιστα τιμώμενον νῦν ἄτιμον γεγονὸς σκεῦος. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τῆς ἀποκρίσεως λαβὼν ἔννοιαν τῆς ὅλης κατὰ τὴν Περσικὴν βασιλείαν μεταβολῆς, ὑπέλαβεν ἑαυτὸν ὑπερήφανόν τι πεποιηκέναι καὶ τῆς πρὸς τὰς αἰχμαλωτίδας ἐπιεικείας ἀλλοτριώτατον. (7) Διόπερ προσκαλεσάμενος τὸν θέντα τὴν τράπεζαν, ἐπέταξεν ἆραι πάλιν. Ἐνταῦθα παρε-

res in ea dies substitit, tum quod exercitum ab itineris molestia reficere studeret, tum quod ordinum militarium accuratiorem suscipere curam, et præfecturas ad gradus altiores extollere, exercitumque numero militum et strenuitate ducum validiorem efficere in animo haberet. (3) Nec mora, quæ decreverat perfecit : initaque de optimis quibusque censura quam diligentissime, quum multos ab amplis [*inferioribus*] magisteriis ad sublimiorem potestatis gradum promovisset, hac ratione factum est ut cmnes tandem præfectos ad majorem dignitatem et amorem simul erga se firmissimum proveheret. (4) Gregarii quoque militis rectius ordinandi curam suscepit, multisque ad commodiorem usum inventis, etiam hunc ad meliorem statum redegit. Quum denique effecisset ut exercitus totus benevolentia eximia imperatorem complecteretur, et imperiis quam obsequentissimum se præberet, fortitudine etiam nullis cederet, ad quæ restabant certamina deinceps contendit. (5) In Susianam quum pervenisset, regiam toto orbe celeberrimam Susis occupat sine pugna, Abulete satrapa urbem sponte sua tradente. Literis a quibusdam est proditum, jussisse hoc Darium illos, quorum fides ei spectata erat : idque in hunc finem a rege Persarum esse factum, ut rebus multis diu districto Alexandro, dum urbes clarissimas thesaurosque maximos recipit, otium subtraheretur, Dariusque interim ad instaurandum bellum sat in fuga temporis haberet.

LXVI. Alexander itaque, oppido et thesauris in regia potitus, auri et argenti non signati plus quadraginta millia talentûm invenit. (2) Has opes longa ætate intactas ccnservarant reges, ut ad inopinatos fortunæ casus, quo refugerent, in promtu foret. Præter hæc etiam novem millia talentûm auri, Darico signo notati, aderant. (3) In hac opum recensione novum quiddam regi accidit. In regia is sella consederat. Quæ quum excelsior quam pro habitu corporis esset, unus ex regiis pueris, multum abesse videns, ut pedes imum solii gradum contingerent, allatam Darii mensam pedibus ita suspensis subdidit. (4) Hæc ubi quam aptissime convenit, rex quidem facti sollertiam probat : sed ex eunuchis sellæ adstantibus quidam, hac sortis mutatione vehementius animo commotus, lacrimas profundit. (5) Id animadvertens Alexander, Quid mali accidere vidisti, ut ita fleas? rogat. Cui ille : Nunc tuus quidem servus sum, ut antea Darii. Sed quia naturali quadam propensione dominum amo, mensam, ab eo summo in honore habitam, nunc eo contemtus dejectam absque singulari mœstitia intueri haud possum. (6) Hoc responso ad considerationem, quanta imperium Persicum mutatio excepisset, rex adactus, insolens a se facinus commissum et ab humanitate, qua erga captivas usus fuerat, alienum reputare cœpit. (7) Advocatum ergo, qui mensam collocarat, removere illam jubet. Sed adstans illi Philotas, Non insolentiæ

στὼς Φιλώτας, Ἀλλ' οὐχ ὕβρις ἐστίν, εἶπε, τὸ μὴ ὑπὸ σοῦ προσταχθέν, ἀλλὰ δαίμονός τινος ἀγαθοῦ προνοίᾳ καὶ βουλήσει. Ὁ δὲ βασιλεὺς οἰωνισάμενος τὸ ῥηθέν, προσέταξεν ἐᾶν κειμένην ὑπὸ τῷ θρόνῳ τὴν τράπεζαν.

LXVII. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μὲν Δαρείου μητέρα καὶ τὰς θυγατέρας καὶ τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν ἐν Σούσοις, καὶ παρακατέστησε τοὺς διδάξοντας τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας τεταρταῖος ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἀφίκετο. (2) Ὃς ῥέων ἀπὸ τῆς Οὐξίων ὀρεινῆς τὸ μὲν πρῶτον φέρεται διὰ χώρας τραχείας καὶ χαράδραις μεγάλαις διειλημμένης ἐπὶ σταδίους χιλίους· ἔπειτα διαῤῥεῖ χώραν πεδιάδα, πραϋνόμενος ἀεὶ μᾶλλον· καὶ διελθὼν σταδίους ἑξακοσίους ἐξίησιν εἰς τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν. (3) Διαβὰς δὲ τὸν Τίγριν, προῆγεν ἐπὶ τὴν Οὐξίων χώραν, οὖσαν πάμφορον καὶ δαψιλέσιν ὕδασι διαῤῥεομένην καὶ πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐκφέρουσαν καρπούς· διὸ καὶ τῆς ὡρίμου ξηραινομένης ὀπώρας παντοδαπὰ πλάσματα χρήσιμα πρὸς ἀπόλαυσιν οἱ τὸν Τίγριν πλέοντες ἔμποροι κατάγουσιν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. (4) Καταλαβὼν δὲ τὰς παρόδους φυλαττομένας ὑπὸ Μαδέτου, συγγενοῦς μὲν ὄντος Δαρείου, δύναμιν δὲ ἔχοντος ἀξιόλογον, κατεσκέψατο τὴν ὀχυρότητα τῶν τόπων. Ἀπαροδεύτων δ' ὄντων κρημνῶν, τῶν ἐγχωρίων τις ἀνήρ, Οὔξιος μὲν τὸ γένος, ἔμπειρος δὲ τῶν τόπων, ἐπηγγείλατο τῷ βασιλεῖ διά τινος στενῆς ἀτραποῦ καὶ παραβόλου ἄξειν τοὺς στρατιώτας, ὥςτε ὑπερδεξίους γενέσθαι τῶν πολεμίων. (5) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος προςδεξάμενος τοὺς λόγους, τούτῳ μὲν συναπέστειλε τοὺς ἱκανοὺς στρατιώτας, αὐτὸς δὲ τὴν δίοδον κατασκευάσας ἀφ' ὧν ἦν ἐνδεχόμενον, προσέβαλε τοῖς ἐπὶ τῶν παρόδων ἐφεστηκόσιν. (6) Ἐκ διαδοχῆς δὲ ἐνεργῶς τοῦ κινδύνου συνεστῶτος, καὶ τῶν βαρβάρων περισπωμένων περὶ τὸν ἀγῶνα, παραδόξως οἱ πεμφθέντες ἐφάνησαν ὑπερδέξιοι τοῖς τὴν πάροδον φυλάττουσι. Καταπλαγέντων δὲ τῶν βαρβάρων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς διεξόδου καὶ ταχέως πασῶν τῶν κατὰ τὴν Οὐξιανὴν πόλεων.

LXVIII. Ἐντεῦθεν δ' ἀναζεύξας προῆγεν ἐπὶ τὴν Περσίδα, καὶ πεμπταῖος ἧκεν ἐπὶ τὰς Σουσιάδας καλουμένας πέτρας. Ταύτας δὲ προκατειληφὼς ἦν ὁ Ἀριοβαρζάνης μετὰ στρατιωτῶν πεζῶν μὲν δισμυρίων καὶ πεντακιςχιλίων, ἱππέων δὲ τριακοσίων. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς δόξας τῇ βίᾳ κρατήσειν τῆς πύλης, προῆγε διὰ τόπων στενῶν καὶ τραχέων, οὐδενὸς παρενοχλοῦντος. Οἱ δὲ βάρβαροι μέχρι μέν τινος εἴων αὐτὸν διαπορεύεσθαι τὰς παρόδους, ἐπεὶ δ' εἰς μέσας τὰς δυςχωρίας ἧκον, ἄφνω τὴν ἐπίθεσιν ἐποιοῦντο, καὶ πολλοὺς μὲν ἁμαξιαίους λίθους ἐπεκύλιον, οἳ προςπίπτοντες ἄφνω τοῖς Μακεδόσιν ἀθρόοι πολλοὺς διέφθειρον, οὐκ ὀλίγοι δ' ἀπὸ τῶν κρημνῶν ἀκοντίζοντες εἰς πεπυκνωμένους οὐκ ἀπετύγχανον τῶν σκοπῶν· ἄλλοι δ' ἐκ χειρὸς τοῖς λίθοις βάλλοντες τοὺς βιαζομένους τῶν Μακεδόνων ἀνέστελλον. Πολλὰ δ' αὐτοῖς τῆς δυςχωρίας συνερ-

hoc est, o rex, ait, injussu tuo factum; sed boni cujusdam genii providentia et voluntate id evenit. Quod pro dextro omine rex accipiens, mensam, regiæ sellæ suppositam, loco permanere jussit.

LXVII. Post hæc Darii matrem et filias natumque Susis reliquit, magistris, qui Græcam eos linguam edocerent, adhibitis. Ipse vero cum copiis inde movens, quartis castris ad Tigrim [*Pasitigrim*] fluvium devenit. (2) Is e montibus Uxiorum ortus, primo per regionem asperam; magnisque intercisam voraginibus, ad mille stadia defertur. hinc a campis exceptus, clementiore subinde alveo eos percurrit, et sexcenta inde stadia emensus, in Persicum mare se insinuat. (3) Tigrim [*Pasitigrim*] transgressus Alexander terram Uxiorum petit fertilissimam. Nam aquis largissimis perrigata fructus omnis generis copiosissime producit. Ex his tempestive per autumnum desiccatis et condensatis omnis generis figuras ad usum et voluptatem hominum mercatores per Tigrim [*Pasitigrim*] in Babyloniam devehunt. (4) Omnes vero aditus a Madete, qui propinqua cognatione Darium attingebat et validissimo exercitu instructus erat, præsidiis munitos offendit. Dumque locorum firmitatem diligentius explorat, et nullum per rupes transitum patere cernit; indigenarum quidam e gente Uxiorum et locorum peritus Alexandro pollicetur, se per angustam quandam perdifficilemque semitam eo usque ducturum milites, ut supra capita hostium evadant. (5) Probato rex sermone, non mediocrem duci manum adjungit. Ipse interea, ut transitum sibi aperiat, qua fieri potuit, obsidentes aditum invadit: (6) acrique prœlio, dum integri fessis submittuntur, commisso, et Barbaris certamine distractis, ex improviso, qui missi fuerant, se transitum custodientibus loco superiori ostendunt. Perculsis rei novitate Barbaris, et in fugam dilapsis, rex transitu potitur, et subito cunctas per Uxianam urbes in ditionem redigit.

LXVIII. Motis inde castris, Persidem versus progreditur et die quinto Susiades, quas vocant, petras ingreditur. Has jam ante insederat Ariobarzanes cum peditum viginti quinque millibus et equitibus trecentis. (2) Rex autem, portam illam vi se occupaturum existimans, per angusta impeditaque loca, nemine molestiam facessente, cum agmine contendit. Barbarique ad tempus transitum permittunt. Simulac vero ad medias loci difficultates et angustias perventum, illico vires suas expediunt, crebraque ingenti pondere saxa devolvunt: quæ in Macedones præcipitata, magnam stragem faciunt. Nec exigua illorum pars jaculis rem desuper e rupibus agere, semperque in turba conferta ubicunque tela intenderent, aliquos ferire; alii, missis e manu lapidibus, Macedones, vi perrumpere conantes, repellere. Et quia

γούσης ἐπλεονέκτουν, καὶ συχνοὺς μὲν ἀπέκτεινον, οὐκ ὀλίγους δὲ κατετίτρωσκον. (3) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τῇ δεινότητι τοῦ πάθους ἀδυνατῶν βοηθεῖν, καὶ θεωρῶν μηδένα τῶν πολεμίων μήτε τεθνηκότα μήθ' ὅλως τετρωμένον, τῶν δὲ ἰδίων ἀπολωλότας μὲν πολλούς, κατατετρωμένους δὲ σχεδὸν ἅπαντας τοὺς προςβαλόντας, ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας ἀπὸ τῆς μάχης. (4) Ἀναχωρήσας δὲ ἀπὸ τῶν παρόδων σταδίους τριακοσίους κατεστρατοπέδευσε, καὶ παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπυνθάνετο μή τις ἑτέρα ἐστὶ διεκβολή. Πάντων δ' ἀποφαινομένων δίοδον μὲν μηδεμίαν ἄλλην ὑπάρχειν, περίοδον δὲ εἶναι πολλῶν ἡμερῶν, αἰσχρὸν εἶναι νομίσας ἀτάφους ἀπολιπεῖν τοὺς τετελευτηκότας, καὶ τὴν αἴτησιν τῶν νεκρῶν οὖσαν ὁρῶν ἀσχήμονα καὶ περιέχουσαν ἥττης ὁμολόγησιν, προςέταξεν ἀναγαγεῖν ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους. (5) Ἐν δὲ τούτοις ἧκεν ἀναγόμενος ἀνὴρ δίγλωττος, εἰδὼς τὴν Περσικὴν διάλεκτον· οὗτος δὲ ἑαυτὸν ἀπεφαίνετο Λύκιον μὲν εἶναι τὸ γένος, αἰχμάλωτον δὲ γενόμενον ποιμαίνειν κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὀρεινὴν ἔτη πλείω· δι' ἣν αἰτίαν ἔμπειρον γενέσθαι τῆς χώρας, καὶ δύνασθαι τὴν δύναμιν ἀγαγεῖν διὰ τῆς καταδένδρου καὶ κατόπιν ποιῆσαι τῶν τηρούντων τὰς παρόδους. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς μεγάλαις δωρεαῖς τιμήσειν ἐπαγγειλάμενος τὸν ἄνδρα, τούτου καθηγουμένου, διῆλθεν ἐπιπόνως τὴν ὀρεινὴν νυκτός, πολλὴν μὲν πατήσας χιόνα, πᾶσαν δὲ κρημνώδη χώραν περάσας, χαράδραις βαθείαις καὶ πολλαῖς φάραγξι διειλημμένην. (7) Ἐπιφανεὶς δὲ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων, τοὺς μὲν πρώτους κατέκοψε, τοὺς δ' ἐπὶ τῆς δευτέρας φυλακῆς τεταγμένους ἐζώγρησε, τοὺς δὲ τρίτους τρεψάμενος ἐκράτησε τῶν παρόδων, καὶ τοὺς πλείστους τῶν περὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην ἀπέκτεινε.

LXIX. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὴν Περσέπολιν προάγων κατὰ τὴν ὁδὸν ἐπιστολὴν ἐκομίσατο παρὰ τοῦ κυριεύοντος τῆς πόλεως Τιριδάτου. Ἐν ταύτῃ δ' ἦν γεγραμμένον, ἐὰν παραγενόμενος φθάσῃ τοὺς ἐπιβαλλομένους διατηρῆσαι Δαρείῳ τὴν Περσέπολιν, κύριον ἔσεσθαι ταύτης ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης. (2) Διόπερ ὁ Ἀλέξανδρος κατὰ σπουδὴν ἦγε τὴν δύναμιν, καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας, διεβίβασε τοὺς στρατιώτας. Προάγοντος δὲ τοῦ βασιλέως, θέαμα παράδοξον καὶ δεινὸν ὤφθη, μισοπονηρίαν μὲν περιέχον κατὰ τῶν πραξάντων, ἔλεον δὲ καὶ συμπάθειαν ἐπιφέρον πρὸς τοὺς ἀνήκεστα πεπονθότας. (3) Ἀπήντησαν γὰρ αὐτῷ μεθ' ἱκετηριῶν Ἕλληνες ὑπὸ τῶν πρότερον βασιλέων ἀνάστατοι γεγονότες, ὀκτακόσιοι μὲν σχεδὸν τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ταῖς δ' ἡλικίαις οἱ πλεῖστοι μὲν γεγηρακότες, ἠκρωτηριασμένοι δὲ ἅπαντες, οἱ μὲν χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ ὦτα καὶ ῥῖνας· (4) τῶν δ' ἐπιστήμας ἢ τέχνας εἰδότων καὶ ἐν παιδείᾳ προκεκοφότων τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀκρωτηρίων ἀπεκέκοπτο, αὐτὰ δὲ μόνα τὰ συνεργοῦντα πρὸς τὰς ἐπιστήμας ἀπελέλειπτο· ὥστε πάντας ὁρῶντας τὰ τῆς ἡλικίας ἀξιώματα καὶ τὰς περιεχούσας τὰ σώματα συμφορὰς ἐλεεῖν τὰς τύχας τῶν ἀκληρούν-

locorum asperitate adjuti prævalebant, magnum numerum occidere, nec minorem sauciare. (3) Alexander ergo, quum tantæ cladis atrocitati obsistere non posset, videretque ex hostibus non modo non cadere quenquam, sed ne vulnerari quidem, de suis vero plurimos interire ac ferme omnes in prima acie vulneribus confectos, tuba receptui signum dedit. (4) E faucibus illis regressus ad trecenta [*triginta*] stadia, castris locum delegit. Tum ex incolis sciscitatus, num qua alius foret transitus, omnes respondent, nusquam alibi patere iter; multorum tamen dierum circuitu intrari posse. At rex, turpe sibi ducens, si militum cadavera insepulta relinqueret, eaque ad sepulturam expetere ignominiosum sibi ac manifestam victoriæ concessionem fore animadvertens, quotquot tum captivi adessent, ut ad se adducerentur, imperavit. (5) Inter hos quidam erat duas callens linguas, Persicam videlicet (et Græcam). Qui natione Lycium se esse, et captum aliquando in bello, nunc annos complures in vicinis montibus gregum pasturæ adhibitum esse indicavit. Regionis itaque notitiam se consecutum, per tractus illos nemorosos exercitum deducere, ut a tergo excubiis aditum tuentibus immineret, se posse confirmavit. (6) Rex, ingentia viro præmia pollicitus, duce illo, per noctem montium juga, quamvis magno cum labore, superavit. Ingens enim copia nivium calcanda venit, et per regionem saxis præruptis voraginibusque profundis et crebris vallibus interruptam transeundum fuit. (7) Hanc emensus, simulac primis hostium stationibus in conspectum venit, illas statim concidit: in proximis autem excubiis collocatos cepit. Tertiisque in fugam conjectis, aditus omnes in potestatem redegit, et militum Ariobarzanis partem maximam cecidit.

LXIX. Hinc ad Persepolin ducens, literas in itinere a Tiridate urbis præfecto accipit. His significabatur: si adventu subito opprimeret eos, qui urbem Dario integram conservare niterentur, urbem a se traditam in fidem accepturum. (2) Citatis igitur itineribus cum exercitu pergit. Et Araxe ponte juncto, milites transmittit. In hoc copiarum progressu insolens dirumque spectaculum occurrit, quod in auctores facinoris odium, erga irreparabili damno affectos miserationem et communem doloris affectionem merito excitavit. (3) Nam supplicantium ritu obviam illi procedunt Græci quidam, quos superiores Persarum reges in servitutem abstraxerant. Circiter octingenti numero erant, jam senes plerique: omnes autem mutilati, ita ut aliis manus, aliis pedes, nonnullis aures et nares amputata essent. (4) Si qui scientiam aut artem aliquam callerent, inque disciplina progressus fecerant, ceteris membrorum extremorum resectis, ea tantum reliquerant, quæ ad exercendam artem facerent. Omnes igitur, qui et provectæ ætatis dignitatem et corporum supplicia intuebantur, afflictissimorum hominum

των, μάλιστα δὲ αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον συμπαθῆ γενέσθαι τοῖς ἠτυχηκόσι καὶ μὴ δύνασθαι κατασχεῖν τὰ δάκρυα. (5) Ἀναβοησάντων δὲ ἅμα πάντων καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀξιούντων ἀμῦναι ταῖς ἰδίαις συμφοραῖς, ὁ μὲν βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς προεστηκότας, ἐπηγγείλατο πολλὴν πρόνοιαν ποιήσασθαι καὶ τῆς αὐτοῦ μεγαλοψυχίας ἀξίως τιμήσας φροντίδα ποιήσασθαι τῆς ἐπ' οἶκον ἀνακομιδῆς. (6) Οἱ δὲ συνελθόντες καὶ βουλευσάμενοι προέκριναν τὴν αὐτόθι μονὴν τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς. Ἀνασωθέντας μὲν γὰρ αὐτοὺς διασπαρήσεσθαι κατ' ὀλίγους, καὶ περιόντας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπονείδιστον ἕξειν τὴν ἐκ τῆς τύχης ἐπήρειαν· μετ' ἀλλήλων δὲ βιοῦντας, τὴν ὁμοίαν συμφορὰν ἔχοντας, παραμύθιον ἕξειν τῆς ἰδίας ἀκληρίας τὴν τῶν ἄλλων τῆς ἀκληρίας ὁμοιότητα. (7) Διὸ καὶ πάλιν ἐντυχόντες τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν ἰδίαν κρίσιν δηλώσαντες, ἐδέοντο πρὸς ταύτην τὴν ὑπόστασιν οἰκείαν παρέχεσθαι τὴν βοήθειαν. (8) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος συγκαταθέμενος τοῖς δεδογμένοις, τρισχιλίας μὲν ἑκάστῳ δραχμὰς ἐδωρήσατο καὶ στολὰς ἀνδρείας πέντε καὶ γυναικείας ἴσας, ζεύγη δὲ βοϊκὰ δύο καὶ πρόβατα πεντήκοντα καὶ πυρῶν μεδίμνους πεντήκοντα· ἐποίησε δὲ καὶ ἀτελεῖς αὐτοὺς παντὸς βασιλικοῦ φόρου, καὶ τοῖς ἐπιστάταις προσέταξε φροντίζειν ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀδικῶνται. (9) Ἀλέξανδρος μὲν οὖν ἀκολούθως τῇ καθ' αὑτὸν ἐπιεικείᾳ τοιαύταις εὐεργεσίαις τὰς τῶν ἠτυχηκότων συμφορὰς διωρθώσατο.

LXX. Τὴν δὲ Περσέπολιν, μητρόπολιν οὖσαν τῆς Περσῶν βασιλείας, ἀπέδειξε τοῖς Μακεδόσι πολεμίαν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων, καὶ τοῖς στρατιώταις ἔδωκεν εἰς διαρπαγὴν χωρὶς τῶν βασιλείων. (2) Πλουσιωτάτης δ' οὔσης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν οἴκων πεπληρωμένων ἐκ πολλῶν χρόνων παντοίας εὐδαιμονίας, οἱ Μακεδόνες ἐπῄεσαν τοὺς μὲν ἄνδρας πάντας φονεύοντες, τὰς δὲ κτήσεις διαρπάζοντες, πολλὰς μὲν τοῖς πλήθεσιν ὑπαρχούσας, κατασκευῆς δὲ καὶ κόσμου παντοίου γεμούσας. (3) Ἔνθα δὴ πολὺς μὲν ἄργυρος διεφορεῖτο, οὐκ ὀλίγος δὲ χρυσὸς διηρπάζετο, πολλαὶ δὲ καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτες, αἱ μὲν θαλαττίαις πορφύραις, αἱ δὲ χρυσοῖς ἐνυφάσμασι πεποικιλμέναι, τοῖς κρατοῦσιν ἔπαθλα καθίσταντο. Τὰ δὲ μεγάλα καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιβόητα βασίλεια πρὸς ὕβριν καὶ παντελῆ φθορὰν ἀπεδέδεικτο. (4) Οἱ δὲ Μακεδόνες ἐνημερεύσαντες ταῖς ἁρπαγαῖς τὴν ἄπληστον τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν οὐκ ἐδύναντο πληρῶσαι. (5) Τοσαύτη γὰρ ἦν τῆς πλεονεξίας ὑπερβολὴ κατὰ τὰς τούτων ἁρπαγάς, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλήλους διαμάχεσθαι, καὶ πολλοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν τὰ πολλὰ τῆς ἁρπαγῆς ἐξιδιοποιουμένων· τινὲς δὲ τὰ πολυτελέστατα τῶν εὑρισκομένων τοῖς ξίφεσι διακόπτοντες τὰς ἰδίας ἀπεκόμιζον μερίδας· ἔνιοι δὲ τὰς τῶν ἐπιβαλλόντων τοῖς ἀμφισβητουμένοις χεῖρας ἀπέκοπτον συνεκφερόμενοι τοῖς θυμοῖς. (6) Τὰς δὲ γυναῖκας σὺν αὐτοῖς τοῖς κόσμοις πρὸς βίαν ἀπῆγον, τὴν αἰχμαλωσίαν δουλαγωγοῦντες. Ἡ μὲν οὖν Περσέπολις ὅσῳ τῶν ἄλλων πόλεων

sortem misericordia prosequebantur. Maxime vero Alexander vicem miserorum doluit, ut nec lacrimas continere potuerit. (5) Hi una quasi voce omnes exclamant, et Alexandrum, ut calamitatibus hisce succurrat, obsecrant. Rex ergo, primoribus ad se accitis, se rationem illorum accurate habiturum, et prout magnificentia sua dignum foret, honoratis reditum in patriam curaturum promittit. (6) At illi inter se congressi, habito consilio, illic permanere satius esse quam in patriam reverti judicant: restitutos enim se huc illuc dispersum, et quam diu superfuerint, ignominiosis ob hanc fortunæ iniquitatem ludibriis affectum iri; verum si in communi versantes calamitate simul degant, ex similitudine alieni infortunii suæ miseriæ percepturos solatium arbitrantur. (7) Denuo ergo regem adeunt, et quod decretum habeant, exponunt, utque conveniens huic proposito adjumentum exhibeat, deprecantur. (8) Is, decretis ipsorum comprobatis, ter millenas unicuique drachmas, quinasque stolas viriles, et totidem femineas, bina insuper boum paria et oves quinquagenas totidemque medimnos tritici donat. Immunes etiam ab omnibus tributis regi persolvendis facit: ac curatoribus mandat, ut, ne a quoquam injuria afficiantur, diligenter provideant. (9) Hac beneficentia Alexander, prout liberali ejus indole dignum erat, infelicissimorum hominum calamitatem sublevavit.

LXX. Tum Macedonibus demonstravit, Persepolin, regni Persarum caput, omnium Asiæ urbium infestissimam hactenus fuisse. Ideo diripiendam militibus eam, regia tantum excepta, concessit. (2) Urbs hæc omnium sub sole ditissima erat, privatis quoque domibus per multas ætates omni felicitatis genere refertis. Incursu ergo in illam facto, Macedones viros omnes trucidant, et facultates copia redundantes et varia supellectili ornamentisque refertas diripiunt. (3) Ibi magna vis argenti, nec minor auri distrahi: pretiosissimæ vestes, aliæ marina purpura infectæ, aliæ texturis aureis variegatæ, ingenti numero victoribus in præmium cedere: et magna totoque orbe famigerata Persarum regia ludibrio et extremæ vastationi exponi. (4) Macedones autem, quamvis totum diem rapinis absumerent, cupiditatem tamen subinde pluribus inhiantem explere non poterant. (5) Et eo usque insolentiæ processerat inter diripiendum avaritia, ut inter se ferro dimicarent, et multi, quod majorem prædæ partem sibi sumerent et occuparent, interimerentur. Aliqui de inventis magnæ æstimationis rebus, partes gladio rescissas sibi auferebant. Nonnulli etiam manus aliis, quas rebus controversis injecerant, ira perciti, amputabant. (6) Feminas cum ornatu suo vi abreptas servituti addicebant. Ita factum ut Persepolis, quo magis

ὑπερεῖχεν εὐδαιμονίᾳ, τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τὰς ἄλλας τοῖς ἀτυχήμασιν.

LXXI. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος παρελθὼν εἰς τὴν ἄκραν, παρέλαβε τοὺς ἐν αὐτῇ θησαυρούς. Οὗτοι δέ, ἀπὸ Κύρου τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος μέχρι τῶν ὑποκειμένων καιρῶν ἠθροισμένων τῶν προσόδων, ἔγεμον ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. Εὑρέθησαν γὰρ ἐν αὐτοῖς δώδεκα μυριάδες ταλάντων, εἰς ἀργυρίου λόγον ἀγομένου τοῦ χρυσίου. (2) Βουλόμενος δὲ τῶν χρημάτων ἃ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ κομίζειν πρὸς τὰς εἰς τὸν πόλεμον χρείας, ἃ δ' εἰς Σοῦσα καταθέσθαι καὶ φυλάττειν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, μετεπέμψατο ἐκ Βαβυλῶνος καὶ Μεσοποταμίας, ἔτι δὲ ἐκ Σούσων, ἡμιόνων πλῆθος, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ ζευγιτῶν, πρὸς δὲ τούτοις καμήλους ἀχθοφόρους τρισχιλίας, καὶ διὰ τούτων πάντα ἀπεκόμισεν εἰς τοὺς προκριθέντας τόπους. (3) Σφόδρα γὰρ ἀλλοτρίως ἔχων πρὸς τοὺς ἐγχωρίους, ἠπίστει τε αὐτοῖς καὶ τὴν Περσέπολιν εἰς τέλος ἔσπευδε καταφθεῖραι. Οὐκ ἀνοίκειον δ' εἶναι νομίζομεν περὶ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει βασιλείων διὰ τὴν πολυτέλειαν τῆς κατασκευῆς βραχέα διελθεῖν. (4) Οὔσης γὰρ ἄκρας ἀξιολόγου, περιείληφεν αὐτὴν τριπλοῦν τεῖχος, οὗ τὸ μὲν πρῶτον ἀναλήμματι πολυδαπάνῳ κατεσκεύαστο καὶ τὸ ὕψος εἶχε πηχῶν ἑκκαίδεκα ἐπάλξεσι κεκοσμημένον. (5) Τὸ δὲ δεύτερον τὴν μὲν ἄλλην κατασκευὴν ὁμοίαν ἔχει τῷ προειρημένῳ, τὸ δ' ὕψος διπλάσιον. Ὁ δὲ τρίτος περίβολος τῷ σχήματι μέν ἐστι τετράπλευρος, τὸ δὲ τούτου τεῖχος ὕψος ἔχει πηχῶν ἑξήκοντα, λίθῳ σκληρῷ καὶ πρὸς διαμονὴν αἰώνιον εὖ πεφυκότι κατεσκευασμένον. (6) Ἑκάστη δὲ τῶν πλευρῶν ἔχει πύλας χαλκᾶς, καὶ παρ' αὐτὰς σταυροὺς χαλκοῦς εἰκοσιπήχεις, οὓς μὲν πρὸς τὴν ἐκ τῆς θέας κατάπληξιν, ἃς δὲ πρὸς ἀσφάλειαν ἡρμοσμένας. (7) Ἐν δὲ τῷ πρὸς ἀνατολὰς μέρει τῆς ἄκρας τέτταρα πλέθρα διεστηκὸς ὄρος ἐστὶ τὸ καλούμενον βασιλικόν, ἐν ᾧ τῶν βασιλέων ὑπῆρχον οἱ τάφοι. Πέτρα γὰρ ἦν κατεξαμμένη, καὶ κατὰ μέσον οἴκους ἔχουσα πλείονας, ἐν οἷς σηκοὶ τῶν τετελευτηκότων ὑπῆρχον, πρόσβασιν μὲν οὐδεμίαν ἔχοντες χειροποίητον, ὑπ' ὀργάνων δέ τινων χειροποιήτων ἐξαιρομένων τῶν νεκρῶν δεχόμενοι τὰς ταφάς. (8) Κατὰ δὲ τὴν ἄκραν ταύτην ἦσαν καταλύσεις βασιλικαὶ καὶ στρατηγικαὶ πλείους πολυτελεῖς ταῖς κατασκευαῖς καὶ θησαυροὶ πρὸς τὴν τῶν χρημάτων παραφυλακὴν εὐθέτως κατεσκευασμένοι.

LXXII. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐπινίκια τῶν κατορθωμάτων ἐπιτελῶν θυσίας τε μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνετέλεσε καὶ τῶν φίλων λαμπρὰς ἑστιάσεις ἐποιήσατο. Καὶ δή ποτε τῶν ἑταίρων εὐωχουμένων, καὶ τοῦ μὲν πότου προβαίνοντος, τῆς δὲ μέθης προϊούσης, κατέσχε λύττα ἐπὶ πολὺ τὰς ψυχὰς τῶν οἰνωμένων. (2) Ὅτε δὴ καὶ μία τῶν παρουσῶν γυναικῶν, ὄνομα μὲν Θαΐς, Ἀττικὴ δὲ τὸ γένος, εἶπε κάλλιστον Ἀλεξάνδρῳ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πεπραγμένων ἔσεσθαι, ἐὰν κωμάσας μετ' αὐτῶν ἐμπρήσῃ τὰ βασίλεια καὶ τὰ Περσῶν πε-

urbes alias felicitate antecesserat, eo plus calamitatum mole eas superaret.

LXXI. Tunc arcem ingressus Alexander, thesauros ibi repositos accepit. Qui congestis a primo rege Persarum Cyro ad præsens usque tempus reditibus, magnam auri et argenti vim complectebantur. Nam centum et viginti millia talentûm, auro ad argenti rationem reducto, illic sunt inventa. (2) Quum autem pecuniæ illius partem ad necessarios belli usus auferre, partem Susis deponere, ut ibi custodiretur, constituisset; mulos tum dossuarios tum jugales magno numero et cum his ter mille camelos clitellarios e Babylonia et Mesopotamia et Susis contrahi jussit: quibus omnia ad loca destinata transvexit. (3) Nam quia animo ab incolis prorsus alieno erat, nec committendum aliquid fidei ipsorum, nec aliter agendum censebat, quam ut Persepolis ad extremam vastitatem redigeretur. De cujus regia propter magnificentiam operum pauca quædam recensere non alienum arbitramur. (4) Arx memoratu dignissima triplici muro circumdata erat. Quorum primus structuris sumtuosissimis eductus erat, et altitudinem habebat sedecim cubitorum, propugnaculis suis exornatus. (5) Secundus ceteris quidem operibus primo similis, sed bis tanto altior exstitit. Tertius formam habet quadratam, et ad sexaginta cubitorum altitudinem exsurgit, ex lapide durissimo et in omne tempus permansuro accommodate coagmentatus. (6) In unoquoque laterum æneæ sunt portæ, et ænei juxta valli viginti cubitorum: quorum hi ad terrorem adspectu injiciendum, illæ ad firmiorem loci munitionem constructæ erant. (7) In orientali arcis plaga mons est, quattuor inde plethris (*id est, quadringentis pedibus*) distans, quem regium vocant. In hoc enim regum sepulcra inerant. Nam excisa illic petra erat, complura in medio domicilia complectens. In quibus conditoria defunctorum nullum quidem aditum manu factum præbebant; sed instrumentis quibusdam, arte magistra fabricatis, sublatos mortuorum loculos excipiebant. (8) In hac arce regibus et ducibus excipiendis sumtuosi operis diversoria erant, et thesauri ad pecunias asservandas percommode exstructi.

LXXII. Hinc Alexander, festo ob victoriam feliciter partam instituto, magnifica diis sacra peragit, amicosque epulis quam lautissimis excipit. Convivis epulantibus et gliscente jam compotatione, quum ebrietati licentius indulgeretur, factum est ut insania plerosque mero oneratos corriperet. (2) Tunc una ex feminis, quæ convivio intererant, Thais, genere Attica, pulcherrimum inter omnia per Asiam gestorum facinus ab Alexandro patratum iri affirmat, si comissabundus cum ipsis regiam incendat, et si res Persarum,

ριδόητα γυναικῶν χεῖρες ἐν βραχεῖ καιρῷ ποιήσωσιν ἄφαντα. (3) Τούτων δὲ ῥηθέντων εἰς ἄνδρας νέους καὶ διὰ τὴν μέθην ἀλόγως μετεωριζομένους, ὡς εἰκός, ἄγειν τις ἀνεβόησε, καὶ δᾷδας ἅπτειν καὶ τὴν εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων ἱερὰ παρανομίαν ἀμύνασθαι παρεκελεύετο. (4) Συνεπευφημούντων δὲ καὶ ἄλλων, καὶ λεγόντων μόνῳ τὴν πρᾶξιν ταύτην προσήκειν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τοῦ βασιλέως συνεξαρθέντος τοῖς λόγοις, πάντες ἀνεπήδησαν ἐκ τοῦ πότου, καὶ τὸν ἐπινίκιον κῶμον ἄγειν Διονύσῳ παρήγγειλαν. (5) Ταχὺ δὲ πλήθους λαμπάδων ἀθροισθέντος, καὶ γυναικῶν μουσουργῶν εἰς τὸν πότον παρειλημμένων, μετ' ᾠδῆς καὶ αὐλῶν καὶ συρίγγων προῆγεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν κῶμον, καθηγουμένης τῆς πράξεως Θαΐδος τῆς ἑταίρας. (6) Αὕτη δὲ μετὰ τὸν βασιλέα πρώτη τὴν δᾷδα καιομένην ἠκόντισεν εἰς τὰ βασίλεια· καὶ τῶν ἄλλων ταὐτὰ πραξάντων, ταχὺ πᾶς ὁ περὶ τὰ βασίλεια τόπος κατεφλέχθη διὰ τὸ μέγεθος τῆς φλογός, καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον, τὸ Ξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως γενόμενον ἀσέβημα περὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν Ἀθηναίων μία γυνὴ πολῖτις τῶν ἀδικηθέντων ἐν παιδιᾷ πολλοῖς ὕστερον ἔτεσι μετῆλθε τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν.

LXXIII. Ἀλέξανδρος δὲ ἀπὸ τούτων γενόμενος τὰς κατὰ τὴν Περσίδα πόλεις ἐπῆλθε, καὶ τὰς μὲν βίᾳ χειρωσάμενος, τὰς δὲ διὰ τὴν ἰδίαν ἐπιείκειαν προσαγαγόμενος, ἀνέζευξεν ἐπὶ τὸν Δαρεῖον., (2) Οὗτος δ' ἐπεβάλετο μὲν ἀθροίζειν τὰς ἐκ τῆς Βακτριανῆς καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν δυνάμεις, καταταχούμενος δὲ καὶ μετὰ τρισμυρίων Περσῶν τε καὶ μισθοφόρων Ἑλλήνων τὴν φυγὴν εἰς τὰ Βάκτρα ποιούμενος, ὑπὸ Βήσσου τοῦ Βάκτρων σατράπου κατὰ τὴν ἀναχώρησιν συλληφθεὶς ἐδολοφονήθη. (3) Ἄρτι δ' αὐτοῦ τετελευτηκότος, Ἀλέξανδρος μετὰ τῶν ἱππέων ἐπιδιώκων καὶ τὸν Δαρεῖον τετελευτηκότα καταλαβών, τῆς βασιλικῆς ταφῆς ἠξίωσεν. (4) Ὡς δ' ἔνιοι γεγράφασιν, ἔμπνουν ἔτι καταλαβών, τοῖς μὲν ἀτυχήμασιν αὐτοῦ συνήλγησε, παρακληθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ Δαρείου μετελθεῖν τὸν φόνον, καὶ καθομολογήσας, ἐδίωξε τὸν Βῆσσον. Ἐκείνου δὲ πολὺ προειληφότος καὶ συμφυγόντος εἰς τὴν Βακτριανήν, ἐπανῆλθεν ἀπογνοὺς τὸν τῶν πολεμίων διωγμόν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν. (5) Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Λακεδαιμόνιοι μὲν ἐπταικότες μεγάλῃ παρατάξει, διὰ τὴν συμφορὰν ἠναγκάσθησαν διαπρεσβεύεσθαι πρὸς Ἀντίπατρον· ἐκείνου δὲ ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον τὴν ἀπόκρισιν ἀποστείλαντος, οἱ μὲν σύνεδροι συνήχθησαν εἰς Κόρινθον, καὶ πολλῶν ῥηθέντων λόγων πρὸς ἑκάτερον μέρος, ἔδοξεν αὐτοῖς ἀκέραιον τὴν κρίσιν ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀναπέμψαι. (6) Ὁ μὲν οὖν Ἀντίπατρος ὁμήρους ἔλαβε τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Σπαρτιατῶν πεντήκοντα· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἀξιοῦντες αὐτοῖς δοῦναι συγγνώμην ἐπὶ τοῖς ἠγνοημένοις.

LXXIV. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Κηφισοφῶν, ἐν Ῥώμῃ δὲ κατεστάθησαν ὕπατοι Γάϊος Οὐαλέριος καὶ Μάρκος Κλώδιος. Ἐπὶ δὲ

tantis evectæ laudibus, exiguo tempore feminarum manibus deleantur. (3) Discurrente hoc sermone inter juvenes, quorum animos, uti solet, extra rationis limites auferebat temulentia, præeundum sibi quis exclamat, utque facibus accensis ulciscantur impietatem, in Græcorum templa commissam, exhortatur. (4) Hanc vocem lætis clamoribus excipiunt alii : soli tamen Alexandro facinus hoc conveuire dictitant. Excitato igitur his verbis rege, omnes, intermissa compotatione, exsiliunt, et victricem Baccho comissationem se agere profitentur. (5) Extemplo ingens facum numerus colligitur, et assumtis, quæ tum aderant, feminis musicis, rex duce Thaide meretricula cum cantu tibiisque et fistulis ad pompam festivam processit. (6) Illa vero a rege prima facem ardentem regiæ injecit. Ceteris exemplum imitantibus, celeriter totus circumquaque locus vi flammarum in cinerem consedit. Admirationem præcipue meretur, quod sacrilegum Xerxis Persarum regis facinus, in arcem Atheniensium designatum, unica muliercula, violatorum civis, post multos tandem annos per lusum eodem cladis genere ulta fuit.

LXXIII. His autem perfunctus Alexander reliquas Persidis urbes adoritur : et quibusdam vi captis, aliis humanitatis fama in fidem suam adductis, motis porro castris, in Darium tendit. (2) Is jam e Bactriana regione et superioribus provinciis militem cogere cœperat : sed celeritate hostis præpeditus, cum triginta militibus Persarum et Græcorum æra merentium Bactra perfugerat. Hic Bessi, qui Bactris præerat, dolo, interea dum retro tendit, capitur atque obtruncatur. (3) Vixdum spiritum exhalarat, quum Alexander equitatu secum rapto illum assequitur, mortuumque ut invenit, regio more sepeliendum curat. (4) Traditur vero a quibusdam, eum adhuc spiranti supervenientem, indignissimam ejus sortem deplorasse, rogatumque a Dario, ne cædem inultam pateretur, id se facturum promisisse. Besso itaque persequendo statim operam dedit. Quum vero longissimis ille spatiis anticipatis in Bactrianam fuga evasisset, assequi se hostem non posse animadvertens, retro se convertit. Hic rerum Asiaticarum tum erat status. (5) In Europa vero Lacedæmonios, magno prœlio victos, clades ea legatos ad Antipatrum mittere perpulit. Hic responsum ad Græciæ totius conventum rejecit. Qui senatu Corinthi habito, quum multa in utramque partem disputasset, rem integram Alexandri judicio submittendam esse decrevit. (6) Antipater ergo quinquaginta Spartanorum nobilissimos obsides accepit : et Lacedæmonii, missis in Asiam legatis, veniam delictorum expetivere.

LXXIV. Anno hoc exacto, Athenis Cephisophon archontis munere fungebatur, Romæ C. Valerius et M. Clodius consulatum gerebant. Tum Bessus, post Darii interitum

τούτων Βῆσσος μὲν μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν μετὰ Ναβαρζάνου καὶ Βαρζαέντου καὶ πολλῶν ἄλλων διαφυγὼν τὰς Ἀλεξάνδρου χεῖρας, διήνυσε μὲν εἰς τὴν Βακτριανήν, ἀποδεδειγμένος δὲ ταύτης σατράπης ὑπὸ Δαρείου, καὶ τοῖς πλήθεσι γεγονὼς γνώριμος διὰ τὴν ἀρχήν, παρεκάλει τὰ πλήθη τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. (2) Ἀπεδείκνυε δὲ τὴν χώραν αὐτοῖς πολλὰ συνεργήσειν οὖσαν δυσέμβολον καὶ πλῆθος ἱκανὸν ἔχουσαν ἀνδρῶν εἰς κατάκτησιν τῆς αὐτονομίας. Ἐπαγγελλόμενος δὲ καθηγήσεσθαι τοῦ πολέμου, καὶ τὸ πλῆθος πείσας, ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα. Οὗτος μὲν οὖν στρατιώτας τε κατέγραφε καὶ πλῆθος ὅπλων κατεσκεύαζε καὶ τἄλλα φιλοτίμως πρὸς τὴν κατεπείγουσαν χρείαν παρεσκευάζετο. (3) Ἀλέξανδρος δ' ὁρῶν τοὺς Μακεδόνας τέλος τῆς στρατείας τὴν Δαρείου τελευτὴν τάττοντας καὶ μετεώρους ὄντας πρὸς τὴν εἰς τὴν πατρίδα ἐπάνοδον, τούτους μὲν ἀθροίσας εἰς ἐκκλησίαν, καὶ λόγοις οἰκείοις παρορμήσας, εὐπειθεῖς πρὸς τὴν ὑπολειπομένην στρατείαν παρεσκεύασε· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων συμμαχήσαντας συναγαγών, καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσας, ἀπέλυσε μὲν τῆς στρατείας, ἐδωρήσατο δὲ τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ τάλαντον, τῶν δὲ πεζῶν μνᾶς δέκα, χωρὶς δὲ τούτων τούς τε ὀφειλομένους μισθοὺς ἀπέλυσε καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνακομιδὴν μέχρι τῆς εἰς τὰς πατρίδας καθόδου προσέθηκε· (4) τῶν δ' ἑλομένων ἐν τῇ στρατιᾷ τῇ μετὰ τοῦ βασιλέως μένειν ἔδωκεν ἑκάστῳ τρία τάλαντα. Μεγάλαις δὲ δωρεαῖς ἐτίμησε τοὺς στρατιώτας, ἅμα μὲν φύσει μεγαλόψυχος ὤν, ἅμα δὲ τῇ διώξει τοῦ Δαρείου πολλῶν χρημάτων κεκυριευκώς. (5) Παρὰ μὲν γὰρ τῶν γαζοφυλακούντων παρέλαβεν ὀκτακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν, χωρὶς δὲ τούτων τὰ νεμηθέντα τοῖς στρατιώταις σὺν τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐκπώμασιν ὑπῆρχε μύρια καὶ τρισχίλια τάλαντα, τὰ δὲ διακλαπέντα καὶ ἁρπαχθέντα πλείω τῶν εἰρημένων ὑπενοεῖτο.

LXXV. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀναζεύξας ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν, τριταῖος κατεστρατοπέδευσε πλησίον πόλεως τῆς ὀνομαζομένης Ἑκατονταπύλου. Εὐδαίμονος δ' αὐτῆς οὔσης, καὶ πάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνηκόντων πολλῆς ἀφθονίας ὑπαρχούσης, ἐνταῦθα τὴν δύναμιν ἀνέλαβεν ἐπί τινας ἡμέρας. (2) Διελθὼν δὲ σταδίους ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, κατεστρατοπέδευσε πλησίον πέτρας μεγάλης· ὑπὸ δὲ τὴν ῥίζαν αὐτῆς ἄντρον ὑπῆρχε θεοπρεπές, ἐξ οὗ μέγας ποταμὸς ἐξέπιπτεν ὁ καλούμενος Στιβοίτης· οὗτος δὲ λάβρῳ τῷ ῥεύματι φερόμενος ἐπὶ τρεῖς σταδίους σχίζεται διπλοῦς περί τινα πέτραν μαστοειδῆ, ἔχουσαν ὑφ' αὑτὴν χάσμα γῆς παμμέγεθες· εἰς δὲ τοῦτο καταράττων μετὰ πολλοῦ ψόφου, καὶ γιγνόμενος ἀφρώδης διὰ τῆς πρὸς τὴν πέτραν πληγῆς, φέρεται ὑπὸ γῆν σταδίους τριακοσίους, ἔπειτα πάλιν ἀνοίγει τὰς ἐκβολάς. (3) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος μετὰ τῆς δυνάμεως ἐμβαλὼν εἰς τὴν τῶν Ὑρκανῶν χώραν, πάσας τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις ἐχειρώσατο μέχρι τῆς Κασπίας καλουμένης θαλάττης, ἣν Ὑρκανίαν τινὲς ὀνομάζουσιν. Ἐν ταύτῃ δέ φασι

cum Nabarzane ac Barzaente multisque aliis, e manibus Alexandri elapsus in Bactrianam pervenit. Et quia satrapes regioni huic a Dario jam pridem datus erat, et magistratus illum populo notum reddiderat, vindicandæ libertatis multitudini auctor et suasor fuit : (2) terræque situm et conditionem, quod difficiles haberet aditus, et sufficientem tuendæ libertati virorum copiam aleret, magno ipsis adjumento futurum demonstravit. Deinde bellum se administraturum professus, multitudine persuasa, se ipse regem declaravit. Tum militem conscribere, armorum vim apparare, et alia, quæ necessitas tum incumbens flagitaret, procurare. (3) Inter hæc Alexander Macedones Darii obitum militiæ finem sibi præstituisse, subrectisque animis jam reditum in patriam moliri videns, in concionem advocatos oratione ad præsens tempus idonea sic exstimulavit, ut ad expeditiones, quæ restarent, obsequentissimos haberet. Græcarum dehinc civitatum auxiliarios ad se congregatos, quum pro gestorum merito laudasset, sacramento militiæ hujus absolvit, talentum equiti, denasque minas pediti muneris loco exhibens. Sed præter hæc stipendii quidquid debebatur, exsolvit, et quantum sufficeret in patriam regressuris viatici adjecit. (4) Quibus vero deinceps cum rege militiam obire lubitum esset, eos trinis talentis muneravit. Ingentibus omnino donis milites honoravit, quod et natura munificus esset, et in persequendo Dario maximam pecuniarum vim in potestatem redegisset. A gazarum enim custodibus octo millia talentûm acceperat; præter hæc in militem distributa cum ornamentis et poculis tredecim millia talentûm efficiebant. Summa autem furto sublatorum et per vim abstractorum longe amplior censebatur.

LXXV. Copias inde versus Hyrcaniam ducens, tertio die prope urbem, quam Hecatompylum vocant, castra locat. Hic, quia prædives erat regio, et omnia, quæ in usum et fructum hominis cederent, largissime exhibebat, dies aliquot exercitus refectioni tribuit. (2) Tum stadia centum quinquaginta emensus ad petram quandam præcelsam castra ponit. Radicibus subjectum mirificum erat antrum, ex quo Stibœtes, magnus fluvius, erumpit. Qui concitato impetu per tria circiter stadia decurrens ad saxum quoddam repercutitur, quod mammæ formam referens vastum terræ hiatum infra se habet. Quo jam in geminum divisus alveum magno cum fragore se præcipitat, undisque ad petram allisis, totus in spumas conversus, per stadia trecenta deinceps sub terra volvitur, donec novum quasi ortum sibi rursus aperuerit. (3) Hinc Alexander cum agmine Hyrcaniam ingressus, oppida illius cuncta usque ad mare Caspium, quod et Hyrcanum appellant, subegit. In pelago isto

πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους ὄφεις γεννᾶσθαι, ἰχθῦς δὲ παντοδαποὺς πολὺ τῇ χρόᾳ τῶν παρ' ἡμῖν διαλλάττοντας. (4) Διεξιὼν δὲ τὴν Ὑρκανίαν κατήντησε πρὸς τὰς καλουμένας Εὐδαίμονας καὶ πρὸς ἀλήθειαν οὔσας κώμας· πολὺ γὰρ τοῖς καρποῖς ἡ χώρα τούτων ὑπεράγει τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις. (5) Τῶν μὲν γὰρ ἀμπέλων φασὶν ἑκάστην μετρητὴν φέρειν οἴνου, τῶν δὲ συκίνων δένδρων ἔνια καρποφορεῖν ἰσχάδων ξηρῶν μεδίμνους δέκα. Τὸν δ' ἐν τῷ θερισμῷ παραλειφθέντα σῖτον ἐπὶ τὴν γῆν πεσόντα βλαστάνειν ἄσπορον ὄντα καὶ πρὸς τὸ τέλος ἄγειν δαψιλῆ καρπόν. (6) Ἔστι δὲ καὶ δένδρον παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις παραπλήσιον δρυῒ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἀπὸ δὲ τῶν φύλλων ἀπολεῖβον μέλι· καὶ τοῦτό τινες συνάγοντες δαψιλῆ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτοῦ ποιοῦνται. (7) Ἔστι δὲ καὶ ζῷον κατὰ τὴν χώραν ἐπτερωμένον, ὃ καλεῖται μὲν ἀνθρηδών, λειπόμενον δὲ μεγέθει μελίττης, μεγίστην * ἔχει τὴν ἐπιφάνειαν· ἐπινεμόμενον γὰρ τὴν ὀρεινὴν ἄνθη παντοῖα δρέπεται, καὶ ταῖς κοιλάσι πέτραις καὶ τοῖς κεραυνοβόλοις τῶν δένδρων ἐνδιατρῖβον κηροπλαστεῖ, καὶ κατασκευάζει χύμα διάφορον τῇ γλυκύτητι, τοῦ παρ' ἡμῖν μέλιτος οὐ πολὺ λειπόμενον.

LXXVI. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν ταύτῃ τῇ χώρᾳ προσηγάγετο· καὶ πολλοὶ τῶν συμπεφευγότων ἡγεμόνων τῷ Δαρείῳ παρέδωκαν αὑτούς· οἷς ἐπιεικῶς προσενεχθεὶς μεγάλην δόξαν ἐπιεικείας ἀπηνέγκατο. (2) Εὐθὺς γὰρ οἱ Δαρείῳ συνεστρατευμένοι τῶν Ἑλλήνων, ὄντες περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἀνδρείᾳ τε διαφέροντες, παρέδοσαν ἑαυτοὺς Ἀλεξάνδρῳ· καὶ συγγνώμης ἀξιωθέντες κατετάχθησαν εἰς τὰς τάξεις ἐπὶ ταῖς αὐταῖς μισθοφοραῖς. (3) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐπελθὼν τὴν παραθαλάττιον τῆς Ὑρκανίας, ἐνέβαλεν εἰς τὴν χώραν τῶν ὀνομαζομένων Μάρδων. Οὗτοι γὰρ ἀλκῇ διαφέροντες ὑπερεφρόνησαν τὴν αὔξησιν τοῦ βασιλέως, καὶ οὐδεμιᾶς ἐντεύξεως ἢ τιμῆς ἠξίωσαν αὐτόν. (4) Προκαταλαβόμενοι δὲ τὰς εἰσβολὰς στρατιώταις ὀκτακισχιλίοις, τεθαῤῥηκότως τὴν τῶν Μακεδόνων ἔφοδον ὑπέμενον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιμένων αὐτοῖς καὶ συνάψας μάχην, τοὺς πλείους μὲν κατέκοψε, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς τὰς δυσχωρίας κατεδίωξε. (5) Πυρπολοῦντος δ' αὐτοῦ τὴν χώραν, καὶ τῶν τοὺς βασιλικοὺς ἵππους ἀγόντων παίδων βραχὺ τοῦ βασιλέως χωρισθέντων, ἐπιβαλόντες τινὲς τῶν βαρβάρων ἀφήρπασαν τὸν ἄριστον τῶν ἵππων. (6) Οὗτος δ' ἐδόθη δῶρον μὲν ὑπὸ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου, συνηγώνιστο δὲ τῷ βασιλεῖ πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀγῶνας. Γυμνὸς δ' ὢν ἔτι τὸν πωλοδαμαστὴν μόνον προσεδέχετο, τυχὼν δὲ τῆς βασιλικῆς σκευῆς οὐδὲ τοῦτον ἔτι προσίετο, μόνῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ παρίστατο καὶ συγκαθίει τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἀνάβασιν. (7) Ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ ζῴου δυσφορήσας, τὴν μὲν χώραν δενδροτομεῖν προσέταξε, διὰ δὲ τῶν ὁμοφώνων τοῖς ἐγχωρίοις κηρύττειν ὡς ἂν μὴ τὸν ἵππον ἀποδῶσι, τήν τε χώραν εἰς τέλος ὄψονται κατεφθαρμένην τούς τ' ἐνοικοῦντας πανδημεὶ κατεσφαγμέ-

multos eximiæ magnitudinis serpentes et pisces omnis generis, qui colore a nostratibus plurimum differant, gigni perhibent. (4) Hyrcaniam ubi penetravit, ad vicos, nomine ac re Beatos, pervenit. Regio enim hæc fructuum ubertate ceteras longe supereminet. (5) Unaquæque enim vitis, aiunt, metretam vini producit, et inter ficus arbores quædam tanta fructuum copia exuberant, ut decem medimnos exsiccatis ficubus impleant. Relictum in messe frumentum in terram cadit, et absque semente progerminans frugum vim maximam ad maturitatem perducit. (6) Arbor apud regionis hujus incolas exsistit, quercui forma non absimilis, quæ mel foliis destillat. Hoc quidam colligentes in usus suos prolixe convertunt. (7) Est etiam volucris hic quædam bestiola, Anthredonem vocant, api quidem minor, sed maxime nobilis et conspicua. (*Cospus vertit :* ape aliquantulum minor, cetera multum consimilis.) Per montes enim pabula quæritans, varios hinc inde flores delibat; inque petris concavis et arboribus cœlo tactis alveolos habens, favorum cellas confingit, et liquorem eximiæ dulcedinis ac melle non multo inferiorem constipat.

LXXVI. Interea dum Alexander Hyrcaniam et finitimas illi gentes pervadit, multi ex præfectis, qui cum Dario fugerant, in potestatem ejus se dederunt : quibus humanissime in gratiam receptis, magnam clementiæ gloriam reportavit. (2) Eoque obtinuit ut Græci, qui auxiliarem in expeditionibus Dario operam navaverant, mille et quingenti circiter, præstantissimi fortitudine viri, continuo se fidei ejus permitterent. Qui veniam consecuti, iisdem stipendiis in ordines distribuuntur. (3) Percursis deinde Hyrcaniæ maritimis, Mardorum regionem invadit. Hi, quum robore præstarent, potentiam regis quamlibet increscentem aspernati, nec legatione nec ullo honore ipsum dignati fuerunt : (4) sed occupatis montium faucibus cum octo millium armatorum manu, confidenter Macedonum adventum præstolabantur. Hostes igitur rex adortus, prœlioque congressus, plerosque cecidit, et reliquos in montium angustias coegit. (5) At dum incendiis regionem populatur, accidit, ut pueris, qui regios ducebant equos, paullulum a rege divulsis, Barbarorum incursione optimus illius equus abstraheretur. (6) Donatus ei hic fuerat a Demarato Corinthio, omniaque cum rege certamina per Asiam hactenus obiverat. Nudus ubi erat, equisonem admittebat solum; at regio instructus ornatu, nec huic præbebat accessum, sed Alexandro soli assistebat, corpusque inflexis genubus submittebat ascensuro. (7) Ob has equi dotes tanto molestius ejus casum ferens, per totam undique terram arbores cædi ac per interpretes denuntiari jubet, ni equum reddiderint, regionem ad extremam vastitatem conspecturos redactam, et qui incolerent universos trucidatum iri. (8)

νους. (8) Τῶν δ' ἀπειλῶν ὀξέως ἐπιτελουμένων, καταπλαγέντες οἱ βάρβαροι τὸν ἵππον ἀποκατέστησαν, καὶ μετ' αὐτοῦ πολυτελέστατα δῶρα προςεκόμισαν· πρὸς δὲ τούτοις καὶ πεντήκοντ' ἄνδρας ἀπέστειλαν, δεόμενοι τυχεῖν συγγνώμης. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν ἀξιολογωτάτους τῶν ἀνδρῶν ἔλαβεν ὁμήρους.

LXXVII. Ἐπανελθόντος δ' αὐτοῦ πάλιν εἰς τὴν Ὑρκανίαν, ἧκε πρὸς αὐτὸν ἡ βασίλισσα τῶν Ἀμαζόνων, ὄνομα μὲν Θάληστρις, βασιλεύουσα δὲ τῆς μεταξὺ τοῦ Φάσιδος καὶ Θερμώδοντος χώρας. Ἦν δὲ τῷ τε κάλλει καὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρουσα καὶ παρὰ τοῖς ὁμοεθνέσι θαυμαζομένη κατ' ἀνδρείαν, καὶ τὸ μὲν πλῆθος τῆς στρατιᾶς ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ὑρκανίας ἀπολελοιπυῖα, μετὰ δὲ τριακοσίων Ἀμαζονίδων κεκοσμημένων πολεμικοῖς ὅπλοις παραγενομένη. (2) Τοῦ δὲ βασιλέως θαυμάζοντος τό τε παράδοξον τῆς παρουσίας καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν γυναικῶν, καὶ τὴν Θάληστριν ἐρομένου τίνα χρείαν ἔχουσα πάρεστιν, ἀπεφαίνετο παιδοποιίας ἕνεκεν ἥκειν. (3) Ἐκεῖνον μὲν γὰρ τῶν ἁπάντων ἀνδρῶν διὰ τὰς πράξεις ἄριστον ὑπάρχειν, αὐτὴν δὲ τῶν γυναικῶν ἀλκῇ τε καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρειν· εἰκὸς οὖν τὸ γεννηθὲν ἐκ δυοῖν γονέων πρωτευόντων ὑπερέξειν ἀρετῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Καὶ πέρας ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ προςδεξάμενος τὴν ἔντευξιν αὐτῆς, καὶ συμπεριενεχθεὶς ἡμέρας τρειςκαίδεκα, τιμήσας τε ἀξιολόγοις δώροις, ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν οἰκείαν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα δόξας ἤδη κεκρατηκέναι τῆς ἐπιβολῆς καὶ τὴν βασιλείαν ἀδήριτον ἔχειν, ἤρξατο ζηλοῦν τὴν Περσικὴν τρυφὴν καὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν Ἀσιανῶν βασιλέων. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὴν αὐλὴν εἶχε ῥαβδούχους Ἀσιαγενεῖς, ἔπειτα τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν δορυφορεῖν ἔταξεν, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Δαρείου ἀδελφὸς Ὀξάθρης. (5) Εἶτα τό τε Περσικὸν διάδημα περιέθετο καὶ τὸν διάλευκον ἐνεδύσατο χιτῶνα καὶ τὴν Περσικὴν ζώνην καὶ τἄλλα πλὴν τῶν ἀναξυρίδων καὶ τοῦ κάνδυος. Διέδωκε δὲ καὶ τοῖς ἑταίροις περιπορφύρους στολάς, καὶ τοῖς ἵπποις Περσικὰς σκευὰς περιέθηκε. (6) Πρὸς δὲ τούτοις τὰς παλλακίδας ὁμοίως τῷ Δαρείῳ περιῆγε, τὸν μὲν ἀριθμὸν οὔσας οὐκ ἐλάττους πλήθει τῶν κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν, κάλλει δὲ διαπρεπεῖς, ὡς ἂν ἐξ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν γυναικῶν ἐπιλελεγμένας. (7) Αὗται δὲ ἑκάστης νυκτὸς περιῄεσαν τὴν κλίνην τοῦ βασιλέως, ἵνα τὴν ἐκλογὴν αὐτὸς ποιήσηται τῆς μελλούσης αὐτῷ συνιέναι. Τούτοις μὲν οὖν τοῖς ἐθισμοῖς Ἀλέξανδρος σπανίως ἐχρῆτο, τοῖς δὲ προϋπάρχουσι κατὰ τὸ πλεῖστον ἐνδιέτριβε, φοβούμενος τὸ προςκόπτειν τοῖς Μακεδόσιν.

LXXVIII. Ὅμως δὲ πολλῶν αὐτῷ μεμψιμοιρούντων, τούτους μὲν ταῖς δωρεαῖς ἐθεράπευεν, αὐτὸς δὲ πυθόμενος τὸν[μὲν] Δαρείου σατράπην Σατιβαρζάνην ἀνῃρηκέναι μὲν τοὺς καταλελειμμένους ὑπ' αὐτοῦ στρατιώτας, συμφρονεῖν δὲ Βήσσῳ καὶ κεκρικέναι μετ' ἐκείνου διαπολεμεῖν Μακεδόσιν, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτόν. Ὁ δὲ Σατιβαρζάνης τὴν μὲν δύναμιν ἤθροισεν εἰς

Nec mora, effectum habent minæ. Territi itaque Barbari, caballum restituunt, et maximi sumtus munera simul afferunt. Per quinquaginta denique legatos veniam sibi dari petunt. Obsides igitur viros honoratissimos ab illis rex accepit.

LXXVII. Hinc in Hyrcaniam regressum Thalestris, Amazonum regina, convenit. Hæc terris inter Phasim et Thermodontem imperabat, pulchritudine et robore corporis excellens, et genti suæ ob virilem animi celsitatem in veneratione habita. Reliquis autem copiis ad fines Hyrcaniæ relictis, cum trecentis Amazonibus, habitu bellico instructis, ad regem se contulerat. (2) Is necopinatum reginæ adventum speciemque Amazonum eximiam non leviter admiratus, cujus gratia venerit, Thalestrin interrogat. Ad procreandos cum rege liberos illa sese venisse profitetur. (3) Illum enim rerum gestarum magnitudine ac claritate viros omnes supergressum; se autem corporis animique viribus feminas antestare: bonam igitur spem esse, sobolem e parentibus tam eximiis virtute ceteros mortales superaturam. Valde delectatus hoc sermone rex, ejus petitioni se obsecuturum recepit, et tredecim dies in intima ejus consuetudine versatus, honorificis donatam muneribus in regnum suum dimisit. (4) Hinc voti se compotem esse factum et imperium sine æmulo tenere arbitratus, delicatos Persarum mores luxumque regum Asiaticorum æmulari cœpit. Quod primum igitur fuit, apparitores regiæ ex Asiaticis legi jussit. Tum viros nobilissimos in hastigerorum satellitum ordinem adscivit: quorum in numero etiam Oxathres, Darii frater, erat. (5) Quin et Persicum diadema capiti imposuit, candidamque tunicam cum balteo regibus Persarum usitato et ceteris præter femoralia et candym, quem vocant, induit. Amicis etiam vestes purpuratas distribuit, et equis Persicum ornatum accommodavit. (6) Concubinas insuper, prout Darius consueverat, circumducere secum cœpit: quarum turba anni dierum numero haud inferior erat: pulchritudine autem, utpote ex feminis per totam Asiam præstantissimis delectæ, eminebant. (7) Hæ sub unamquamque noctem regis lectum circuibant, ut, quam liberet, ad concubitum rex adoptaret. Ad hos tamen mores Alexander se raro demittens, pristinis utplurimum utebatur, quod offensam Macedonum formidaret.

LXXVIII. Quum tamen nihilominus de rege multi conquererentur, muneribus eos placavit. Tunc fama ad ipsum de Satibarzane Darii [*Ariæ?*] satrapa perlata, quod milites ab Alexandro relictos peremisset, et conspiratione cum Besso inita, commune bellum Macedonibus inferre decrevisset, expeditionem contra illum suscepit. Satibarzanes autem

Χορτάκανα, πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις καὶ φυσικῇ διαφέρουσαν ὀχυρότητι. (2) Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπιστάντος, κατεπλάγη τό τε μέγεθος τῆς δυνάμεως καὶ τὰς διαβεβοημένας τῶν Μακεδόνων ἀνδραγαθίας. Διόπερ αὐτὸς μὲν μετὰ δισχιλίων ἱππέων ἐξίππευσε πρὸς Βῆσσον, παρακαλέσων βοηθεῖν κατὰ τάχος· τοῖς δ' ἄλλοις παρήγγειλε καταφυγεῖν εἰς ὄρος τὸ καλούμενον *, ἔχον πολλὰς δυσχωρίας καὶ φυγὰς εὐθέτους τοῖς μὴ τολμῶσι κατὰ στόμα διακινδυνεύειν. (3) Ὧν πραξάντων τὸ παραγγελθέν, ὁ βασιλεὺς τῇ συνήθει φιλοτιμίᾳ χρησάμενος καὶ τοὺς καταφυγόντας εἴς τινα πέτραν ὀχυρὰν καὶ μεγάλην πολιορκήσας ἐνεργῶς, ἠνάγκασεν ἑαυτοὺς παραδοῦναι. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα πάσας τὰς κατὰ τὴν σατραπείαν ταύτην πόλεις ἐν τριάκονθ' ἡμέραις κατακτησάμενος, προῆγεν ἐκ τῆς Ὑρκανίας, καὶ διανύσας εἰς τὰ βασίλεια τῆς Δραγγηνῆς, ἐνταῦθα διέτριβε καὶ τὴν δύναμιν ἀνελάμβανε.

LXXIX. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς καιροὺς περιέπεσε πράξει μοχθηρᾷ καὶ τῆς ἰδίας χρηστότητος ἀλλοτρίᾳ. Τῶν γὰρ φίλων τις τοῦ βασιλέως ὄνομα Δίμνος, μεμψιμοιρήσας τῷ βασιλεῖ περί τινων καὶ τῷ θυμῷ προπεσών, ἐπιβουλὴν συνεστήσατο κατ' αὐτοῦ. (2) Ἔχων δ' ἐρώμενον Νικόμαχον, τοῦτον ἔπεισε κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβουλῆς. Οὗτος δὲ νέος ὢν παντελῶς ἀνεκοινώσατο τὴν πρᾶξιν τῷ ἀδελφῷ Κεβαλίνῳ. Ὁ δὲ φοβηθεὶς μὴ φθάσῃ τις τῶν συνειδότων καὶ δηλώσῃ τὴν ἐπιβουλὴν τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς ἔκρινε μηνῦσαι. (3) Παρελθὼν οὖν ἐπὶ τὴν αὐλήν, καὶ συντυχὼν Φιλώτᾳ καὶ διαλεχθείς, παρεκελεύετο τὴν ταχίστην ἀπαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ τὴν πρᾶξιν. Ὁ δὲ Φιλώτας εἴτε καὶ διὰ τὸ κοινωνεῖν τῆς ἐπιβουλῆς εἴτε καὶ διὰ ῥαθυμίαν τὸν ῥηθέντα λόγον ἀργῶς ἐδέξατο, καὶ παρελθὼν πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ πολλῆς καὶ παντοδαπῆς κοινολογίας μετασχών, οὐδὲν τῶν ὑπὸ Κεβαλίνου ῥηθέντων ἀπήγγειλεν. (4) Ἐξελθὼν δὲ πρὸς τὸν Κεβαλῖνον εἶπεν ὅτι καιρὸν ἐπιτήδειον οὐκ ἔσχε διασαφῆσαι, ἐπηγγέλλετο δὲ τῇ ὑστεραίᾳ συντεύξεσθαι μόνῳ τῷ βασιλεῖ καὶ πάντα δηλώσειν τὰ ῥηθέντα. Τὸ δὲ αὐτὸ πράξαντος τοῦ Φιλώτου καὶ τῇ ὑστεραίᾳ, ὁ Κεβαλῖνος εὐλαβηθεὶς μὴ δι' ἑτέρων μηνύσεως γενομένης αὐτὸς κινδυνεύσῃ, τὸν μὲν Φιλώταν παρέπεμψε, τῶν δὲ βασιλικῶν τινι παίδων προσελθὼν καὶ τὰ κατὰ μέρος ἀπαγγείλας, ἠξίωσε τὴν ταχίστην ἀπαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ. (5) Ὁ δὲ τὸν μὲν Κεβαλῖνον εἰς τὴν ὁπλοθήκην εἰσαγαγὼν ἀπέκρυψεν, αὐτὸς δὲ τῷ βασιλεῖ μεταξὺ λουομένῳ προσελθὼν ἀπήγγειλε τὰ ῥηθέντα, καὶ διότι τὸν Κεβαλῖνον παρ' ἑαυτῷ φυλάττει. Ὁ δὲ βασιλεὺς καταπλαγείς, εὐθὺς τόν τε Δίμνον συνέλαβε, καὶ μαθὼν ἅπαντα μετεπέμψατο τόν τε Κεβαλῖνον καὶ τὸν Φιλώταν. (6) Ἀνακρινομένων δ' ἁπάντων καὶ τῆς πράξεως ἐξεταζομένης, ὁ μὲν Δίμνος ἑαυτὸν κατέσφαξε, τοῦ δὲ Φιλώτου ῥαθυμίαν μὲν ἑαυτοῦ προσομολογήσαντος, τὴν δ' ἐπιβουλὴν ἀπαρνουμένου, τὴν κρίσιν ὑπὲρ τούτου τοῖς Μακεδόσιν ἐπέτρεψε.

LXXX. Πολλῶν δὲ ῥηθέντων λόγων, οἱ Μακεδόνες

copias in Chortacana, nobilissimam illic terrarum urbem naturaque insigniter munitam, congregarat. (2) At quum primum rex in conspectum venit, exercitus regii magnitudine ac strenuitate Macedonum, quæ jam ubique gentium inclaruerat, perterritus, cum duobus millibus equitum ad Bessum se proripuit, ut quam celerrime opem sibi ferret, exhortaturus. Ceteris, ut in montem quendam, qui * * vocatur, et difficillimos habet aditus latebrasque cum hostibus recta fronte congredi non ausis percommodas, se reciperent, mandavit. (3) Quod ubi factum, rex omni, ut solebat, studio enixus, quum in amplissimam quandam rupem et natura loci munitam refugissent, eo adegit obsessos, ut deditionem facerent. (4) Post, omnibus in hac provincia oppidis triginta dierum spatio in ditionem suam redactis, solvit ex Hyrcania, et ad regiam Drangenæ urbem profectus, stativa illic habuit, exercitumque recreavit.

LXXIX. Per hæc tempora improbum quoddam facinus et pristina bonitate prorsus indignum commisit. Nam quidam familiarium regis, Dimnus ei nomen, de re quapiam regem incusans, quum iræ nimium indulgeret, insidias regi comparat. (2) Is Nicomachi amore flagrabat. Huic, ut in communionem sceleris veniret, persuasit. Sed adolescentulus quum adhuc esset, rem totam cum fratre Cebalino communicavit. Qui metuens, ne de consciis aliquis insidias regi prior indicaret, ipse detegere illas secum constituit. (3) Prætorium itaque ingressus Philotam obvium habet, et quæ audiisset per colloquium expositis, ut absque omni cunctatione regi, quid agitetur, renuntiet, exhortatur. Philotas, insidiosæne molitionis participatione an negligentia dubium, delata per indicium ad se segnius curat. Ingressus enim ad regem, prolixo invicem de variis rebus communicato sermone, nihil eorum, quæ Cebalinus indicasset, renuntiat. (4) Egressus vero Cebalino idoneum aperiendæ rei tempus sibi non concessum refert. Postridie tamen cum rege se collocuturum solo, cunctaque se, quæ per illius indicium cognovisset, expositurum promisit. At quum nec postero die negotium expediret, timens Cebalinus ne, si per alterius indicium res manifestaretur, in periculo ipse hæreret, omisso Philota, quendam e pueris regiis adit, et singulis accurate expositis, ut quam celerrime regi omnia nuntientur, orat. (5) Is, Cebalino intra armamentarium abscondito, regem, qui tum balneo corpus curabat, de re ad se delata et Cebalini occultatione certiorem facit. Rex, non parum commotus, Dimnum e vestigio comprehendi jubet, deque cunctis edoctus Cebalinum ac Philotam ad se arcessit. (6) Ubi quum, quæstione de cunctis habita, res diligenter examinata esset, Dimnus sua se manu confodit. Philotas autem, etsi negligentiæ culpam fatebatur, conjurationis tamen fœdus infitiatione constanti a se repellebat. Rex ergo Macedonum judicio cognitionem permisit.

LXXX. Hi, multis in utramque partem disputatis, Phi-

κατέγνωσαν τοῦ Φιλώτου καὶ τῶν καταιτιαθέντων θάνατον· ἐν οἷς ὑπῆρχε Παρμενίων ὁ πρῶτος εἶναι δοκῶν τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων, τότε δὲ οὐ παρών, ἀλλὰ δόξας διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ Φιλώτου πεποιῆσθαι τὴν ἐπιβουλήν. (2) Ὁ μὲν οὖν Φιλώτας, βασανισθεὶς πρότερον καὶ ὁμολογήσας τὴν ἐπιβουλήν, κατὰ τὸ τῶν Μακεδόνων ἔθος μετὰ τῶν συγκαταγνωσθέντων ἐθανατώθη. Ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ Λυγκηστὴς Ἀλέξανδρος, αἰτίαν ἔχων ἐπιβεβουλευκέναι τῷ βασιλεῖ, τριετῆ μὲν χρόνον ἐν φυλακῇ τηρούμενος διετέλεσε, διὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον οἰκειότητα τετευχὼς ἀναβολῆς, τότε δ' εἰς τὴν τῶν Μακεδόνων κρίσιν παραχθείς, καὶ κατὰ τὴν ἀπολογίαν ἀπορηθεὶς λόγων, ἐθανατώθη. (3) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐκπέμψας τινὰς ἐπὶ δρομάδων καμήλων, καὶ φθάσας τὴν φήμην τῆς περὶ τὸν Φιλώταν τιμωρίας, τὸν πατέρα τοῦ Φιλώτου Παρμενίωνα ἐδολοφόνησε, τεταγμένον μὲν τῆς Μηδίας ἄρχοντα, πεπιστευμένον δὲ τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς ἐν Ἐκβατάνοις, ἔχοντας ταλάντων ὀκτωκαίδεκα μυριάδας. (4) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος, ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Μακεδόνων τοὺς ἀλλοτρίας κατ' αὐτοῦ προϊεμένους φωνὰς καὶ τοὺς ἠγανακτηκότας ἐπὶ τῷ τοῦ Παρμενίωνος θανάτῳ, πρὸς δὲ τούτοις τοὺς ἐν ταῖς ἀποσταλείσαις εἰς Μακεδονίαν ἐπιστολαῖς ἀλλότριόν τι γεγραφότας τοῖς οἰκείοις περὶ τῶν τῷ βασιλεῖ συμφερόντων, εἰς ἓν κατέλεξε σύστημα, καὶ προσηγόρευσεν ἀτάκτων τάγμα, ὅπως μὴ διὰ τὰς τούτων ἀκαίρους φωνὰς καὶ παῤῥησίας τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Μακεδόνων συνδιαφθείρηται.

LXXXI. Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος καὶ τὰ κατὰ τὴν Δραγγηνὴν καταστήσας, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασπούς, νῦν δ' Εὐεργέτας ὀνομαζομένους διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας· Κῦρος ὁ τὴν Μήδων ἀρχὴν μεταστήσας εἰς Πέρσας, ἔν τινι στρατείᾳ περιληφθεὶς ἐν ἐρήμῳ χώρᾳ καὶ πάσῃ σπάνει τῶν ἀναγκαίων, ἦλθε μὲν ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους, διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς ἀναγκαζομένων τῶν στρατιωτῶν ἀλλήλους σαρκοφαγεῖν, τῶν δ' Ἀριμασπῶν τρισμυρίας ἁμάξας σίτου γεμούσας παρακομισάντων, σωθεὶς παραδόξως ἀτελείαις τε καὶ ἄλλαις δωρεαῖς ἐτίμησε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν προϋπάρχουσαν προσηγορίαν ἀφελόμενος προσηγόρευσεν Εὐεργέτας. (2) Τότε δὲ Ἀλέξανδρος εἰς τὴν τούτων χώραν στρατεύσας, καὶ τῶν ἐγχωρίων φιλοφρόνως αὐτὸν προσδεξαμένων, ἐτίμησε τὸ ἔθνος ταῖς ἁρμοζούσαις δωρεαῖς. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ὁμόρων τῶν ὀνομαζομένων Κεδρωσίων ποιησάντων, καὶ τούτους ταῖς πρεπούσαις χάρισιν ἠμείψατο, ἀμφοτέρων δὲ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν τὴν στρατηγίαν Τιριδάτῃ παρέδωκε. (3) Περὶ ταῦτα δὲ αὐτοῦ διατρίβοντος, ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι Σατιβαρζάνης ἐκ τῆς Βακτριανῆς μετὰ δυνάμεως πολλῆς ἱππικῆς παραγενόμενος εἰς τὸ τῶν Ἀρείων ἔθνος ἀπέστησε τοὺς ἐγχωρίους ἀπ' Ἀλεξάνδρου. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τὸ γεγονός, ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτὸν μέρος τῆς δυνάμεως, στρατηγοὺς ἐπιστήσας Ἐρίγυον καὶ Στασάνορα, αὐτὸς δὲ τὴν Ἀρα-

lotam ceterosque reos capite multandos esse censent. Inter hos fuit etiam Parmenio, qui inter primos regis amicos censebatur. Etiamsi vero tunc non aderat, filii tamen opera insidias has tentasse erat suspicio. (2) Philotas igitur, quum per tormenta insidiarum confessio extorta esset, cum aliis damnationi obnoxiis patrio Macedonum ritu supplicium capitis subivit. Quo etiam affectus est Alexander Lyncestes, conspirationis in regem accusatus. Is jam triennium custodia detentus fuerat. Nam huc usque propter familiaritatem, quæ cum Antigono [*Antipatro*] ipsi intercedebat, cognitio erat prorogata: tunc vero ad judicium senatus Macedonici eductus, quum verbis ad sui defensionem destitueretur, morte multatus est. (3) Per dromadarios inde camelos quosdam misit Alexander, quorum opera, famam de Philotæ supplicio antevertens, Parmenionem, insidiose circumventum, necavit. Mediæ is præfectus erat, regisque thesauros, qui centum et octoginta millia talentûm continebant, fidei suæ concreditos habebat. (4) Sub hæc a Macedonum exercitu secrevit eos, qui voces in regem asperiores emisissent, necemque Parmenionis indigne ferrent, et qui datis in Macedoniam literis de rebus ad regem spectantibus quædam non satis æqua ad suos perscripsissent. Hos in unam cohortem, quam *atactôn* (ordini refragantium) nominabat, separatos collegit, ne vocibus intempestivis et immoderata sermonis libertate reliquam Macedonum turbam simul corrumperent.

LXXXI. His expeditis, quum per Drangenen agenda constituisset, exercitum in Arimaspos duxit. Hoc quidem olim nomen illis erat: sed nunc Euergetæ vocantur. Nominis ratio hæc est. Cyrus, qui primus a Medis imperium ad Persas transtulit, in expeditione quadam propter victus penuriam in locis incultis ad extremum redactus erat discrimen, adeo quidem, ut miles militis carne famem mitigare cogeretur; verum Arimaspis trigesies mille plaustris frumentum advehentibus, rex, quum secus quam speraverat periculum evasisset, non vectigalibus modo gentem exsolvit, sed aliis insuper muneribus affecit, pristinoque nomine abrogato, Euergetas nuncupavit. (2) In horum itaque regionem quum exercitum duxisset Alexander, humaniter ab incolis et amice exceptus, donis, prout magnificentia sua dignum erat, gentem remuneravit. Quum id a finitimis etiam Gedrosiis fieret, meritam his quoque gratiam retulit. Duabus his gentibus Tiridatem prætorem dedit. (3) Dum hoc accurat, nuntiatum venerunt quidam, Satibarzanem cum magna equitum manu e Bactriana in Areorum nationem progressum, adduxisse incolas, ut a fide Alexandri desciscerent. (4) De quo certior factus rex, partem exercitus, Erigyi et Stasano-

χωσίαν καταστρεψάμενος ὀλίγαις ἡμέραις ὑπήκοον ἐποίησε.

LXXXII. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν Εὐθύκριτος, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν διεδέξαντο Λεύκιος Πλώτιος καὶ Λεύκιος Παπίριος, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη τρίτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα, (καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Κλείτων Μακεδών). Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς ὀνομαζομένους Παροπαμισάδας. (2) Ἡ δὲ τούτων χώρα κεῖται μὲν ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι δυςεπίβατός ἐστι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους. Ἡ πλείστη δὲ πεδιὰς οὖσα καὶ ἄξυλος πολλαῖς κώμαις διείληπται. (3) Αὗται δὲ τὰς τῶν οἰκιῶν στέγας ἔχουσιν ἐκ πλίνθων εἰς ὀξὺ συνηγμένων ἐχούσας καμάραν· κατὰ δὲ μέσην τὴν ὀροφὴν ἀπολελειμμένης διαυγείας, διὰ ταύτης ὁ καπνὸς ἐκφέρεται, καὶ πανταχόθεν τῆς οἰκοδομίας περιεχούσης οἱ κατοικοῦντες πολλῆς σκέπης τυγχάνουσιν. (4) Οἱ δ' ἐγχώριοι διὰ τὸ πλῆθος τῆς χιόνος τὸ πλεῖον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ ταῖς οἰκίαις ἐνδιατρίβουσι, παρεσκευασμένας ἔχοντες τὰς ἰδίας τροφάς· τὰς δ' ἀμπέλους καὶ τὰ καρποφόρα τῶν δένδρων περιχώσαντες καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐάσαντες, πάλιν ἀναστέλλουσι τὴν γῆν κατὰ τὸν τοῦ βλαστοῦ καιρόν. (5) Ἅπασα δ' ἡ τῆς χώρας φύσις οὔτε χλωρὰν οὔθ' ἥμερον ἔχει πρόςοψιν, ἀλλὰ λευκὴν καὶ ἀνταυγῆ τὴν χιόνα καὶ τὸν ἐν αὐτῇ πηγνύμενον κρύσταλλον· διόπερ οὔτ' ὀρνέου προςκαθίζοντος οὔτε θηρίου διοδεύοντος, ἄξενα καὶ ἀνεπίβατα πάντα τὰ μέρη τῆς χώρας ὑπῆρχεν. (6) Ἀλλ' ὅμως ὁ βασιλεύς, τούτων ἁπάντων ἀντιπραττόντων, τῇ στρατιᾷ τῇ συνήθει τόλμῃ καὶ καρτερίᾳ τῶν Μακεδόνων περιεγίνετο τῆς τοπικῆς δυςτραπελίας. (7) Διὸ δὴ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐκτὸς τῆς τάξεως συνακολουθούντων ἐξαδυνατοῦντες ἀπελείποντο· ἔνιοι δὲ διὰ τὴν τῆς χιόνος ἀνταύγειαν καὶ σκληρότητα τῆς ἀναβαλλομένης ἀνακλάσεως ἐφθείροντο. (8) Σαφὲς δ' οὐδὲν ἐκ διαστήματος ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ καπνῷ δηλουμένων τῶν κωμῶν, ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες οὗ κατοικοῦσιν ἐφιστάμενοι. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῶν κωμῶν ἁλισκομένων, καὶ τῶν στρατιωτῶν τῷ πλήθει τῆς ὠφελείας διορθουμένων τὴν κακοπάθειαν, ταχὺ πάντων τῶν ἐγχωρίων ὁ βασιλεὺς ἐκυρίευσε.

LXXXIII. Μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν πλησίον τοῦ Καυκάσου κατεστρατοπέδευσεν, ὅ τινες Παροπάμισον ὄρος προςαγορεύουσι. Τὸ δ' ὄρος τοῦτο κατὰ πλάτος διελθὼν ἐν ἡμέραις ἑκκαίδεκα, πόλιν ἔκτισε κατὰ τὴν εἰςβολὴν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν Μηδικήν, ἣν ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν. Κατὰ δὲ μέσον τὸν Καύκασον ἔστι πέτρα δέκα σταδίων ἔχουσα τὴν περίμετρον, τεττάρων δὲ σταδίων τὸ ὕψος, ἐν ᾗ καὶ τὸ Προμηθέως σπήλαιον ἐδείκνυθ' ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καὶ ἡ τοῦ μυθολογηθέντος ἀετοῦ κοίτη καὶ τὰ τῶν δεσμῶν σημεῖα. (2) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος καὶ ἄλλην πόλιν ἔκτισεν, ἡμέρας ὁδὸν ἀπέχουσαν τῆς Ἀλεξανδρείας. Κατῴκισε δ' εἰς ταύτας τῶν μὲν βαρβάρων ἑπτακιςχιλίους, τῶν δ' ἐκτὸς τάξεως συν-

ris ductu, contra illum misit. Ipse interim Arachosiam subegit, utque imperio suo obsequentes essent, effecit.

LXXXII. Annus ille præterierat, quum Euthycritus reipublicæ Atheniensis archon, Romæ consules erant L. Plotius et L. Papirius. Olympias autem post centesimam acta est decima tertia, *qua stadio vicit Clito Macedo.* Tum Alexander in Paropamisadas exercitum duxit. (2) Regio horum, sub axe septemtrionum posita, nivibus tota oppletur, et ob rigorem haud tolerandum ab aliis gentibus vix adiri potest. Maxima ejus pars plana est, arboribusque caret, ac multos hic illic vicos dispersos habet. (3) In his domorum tecta confecta sunt e laterculis, qui in acutum fastigium exeuntes cameram efficiunt. In medio tecto foramen luci excipiundæ est relictum, per quod etiam fumus emittitur. Et quia ædium parietes omni ex parte bene coagmentati sunt, afflatim contra frigus incolæ muniuntur. (4) Qui propter nivis redundantiam pleroque anni tempore intra domos se continent, ubi, quæ suo conducant victui, præparata habent. Vites et arbores fœcundas aggesta tellure operiunt, perque hibernam tempestatem ita relictas, ubi germinandi vices appetunt, regesta terra iterum nudant. (5) Natura hic tractus per omnia sic comparatus est, ut neque viridis neque amœni quidquam in eo conspiciatur; sed nix candida et resplendens, cum glacie congelata, obtegit omnia. Nihil præterea avium hic nidulatur, nihil ferarum silvas percurrit. Unde fit ut per omnes terræ partes neque hospitium neque accessus advenis præbeatur. (6) Nihilominus tamen rex, licet hæc omnia exercitui obstarent, solita provectus audacia et tolerantia Macedonum adjutus, hanc locorum difficultatem superavit. (7) Hinc tamen evenit ut militum, et eorum qui extra ordinem sequebantur, plurimi viribus destituti relinquerentur. Nonnullis fulgor nivis cum rigore, in oculis ipsorum refractus, perniciem afferebat. (8) Nihil ex intervallo perspicue videri poterat, nisi quod fumus tantum pagos indicabat. Quod pro signo adstantium foco incolarum Macedones accipiebant. Hoc itaque modo pagis illis occupatis, abundantia commeatuum milites ex ærumnis sibi restituuntur. Et brevi, quidquid hominum ibi fuit, in ditionem regis concedit.

LXXXIII. Post hæc ad Caucasum progressus castra posuit. A quibusdam mons ille Paropamisus nuncupatur. Hunc, qua latitudo ejus tenditur, intra dies sedecim transgressus, urbem condidit ad portam, qua in Mediam [*Indiam*] via aperitur, quam Alexandriam nominavit. In medio Caucaso petra est decem stadiorum ambitu, et altitudine quattuor, ubi etiam Promethei spelæum et aquilæ nidus compedumque ac manicarum signa ab accolis monstrabantur. (2) Aliam etiam urbem Alexander condidit, per unius ab Alexandria iter diei remotam. In has septem Barbarorum et tria extra ordines sequentium millia, ac stipendiantium quot-

ακολουθούντων τριςχιλίους καὶ τῶν μισθοφόρων τοὺς βουλομένους. (3) Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆγεν εἰς τὴν Βακτριανήν, ἀκούων τὸν Βῆσσον διάδημά τε ἀνειληφέναι καὶ δυνάμεις ἀθροίζειν. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀλέξανδρον ἐν τούτοις ἦν. (4) Οἱ δ' εἰς τὴν Ἀρείαν ἀπεσταλμένοι στρατηγοὶ καταλαβόντες τοὺς ἀφεστηκότας δυνάμεις ἀξιολόγους ἠθροικότας, καὶ στρατηγὸν ἔχοντας Σατιβαρζάνην, ἄνδρα στρατηγίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέροντα, κατεστρατοπέδευσαν πλησίον τῶν πολεμίων. Γινομένων δὲ πολλάκις ἀκροβολισμῶν, μέχρι μέν τινος μάχαι κατ' ὀλίγους ἐγίνοντο· (5) μετὰ δὲ ταῦτα παρατάξεως γενομένης, καὶ τῶν βαρβάρων ἰσόμαχον ποιούντων τὸν κίνδυνον, ὁ τῶν ἀποστατῶν στρατηγὸς Σατιβαρζάνης ἀφελὼν ταῖς χερσὶ τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν κράνος, καὶ δείξας αὐτὸν ὃς ἦν, προεκαλέσατο τὸν βουλόμενον τῶν στρατηγῶν μονομαχῆσαι. (6) Ὑπακούσαντος δὲ τοῦ Ἐριγύου, καὶ γενομένης μάχης ἡρωικῆς, συνέβη νικῆσαι τὸν Ἐρίγυον. Οἱ δὲ βάρβαροι διὰ τὸν τοῦ στρατηγοῦ θάνατον καταπλαγέντες, καὶ λαβόντες τὴν ἀσφάλειαν, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ βασιλεῖ. (7) Βῆσσος δὲ ἑαυτὸν ἀναδεδειχὼς βασιλέα τοῖς θεοῖς ἔθυσε, καὶ τοὺς φίλους παραλαβὼν εἰς τὴν εὐωχίαν κατὰ τὸν πότον διηνέχθη πρός τινα τῶν ἑταίρων, ὄνομα Βαγωδάραν. Τῆς δὲ φιλοτιμίας ἐπὶ πλέον προελθούσης, ὁ μὲν Βῆσσος παροξυνθεὶς ἐπεβάλετο τὸν Βαγωδάραν ἀνελεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων πεισθεὶς μετενόησεν. (8) Ὁ δὲ τὸν κίνδυνον ἐκφυγὼν νυκτὸς ἔφυγε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον. Τῇ δὲ τούτου σωτηρίᾳ καὶ ταῖς δοθησομέναις ὑπ' Ἀλεξάνδρου δωρεαῖς προκληθέντες οἱ μέγιστοι τῶν ἡγεμόνων συνεφρόνησαν, καὶ συλλαβόντες τὸν Βῆσσον ἀπήγαγον πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον. (9) Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους μὲν ἐτίμησεν ἀξιολόγοις δωρεαῖς, τὸν δὲ Βῆσσον παρέδωκε τῷ ἀδελφῷ τοῦ Δαρείου καὶ τοῖς ἄλλοις συγγενέσιν εἰς τιμωρίαν. Οἱ δὲ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰκίαν προσενεγκάμενοι, καὶ τὸ σῶμα κατὰ λεπτὸν συγκόψαντες, τὰ μέλη διεσφενδόνησαν.

* * *

LXXXIV. Ἐπὶ δὲ τούτοις γενομένων τῶν ὅρκων, ἡ μὲν βασίλισσα τὴν μεγαλοψυχίαν τοῦ Ἀλεξάνδρου θαυμάσασα δῶρά τε κράτιστα ἐξέπεμψε καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ποιήσειν ἐπηγγείλατο. * Οἱ δὲ μισθοφόροι παραχρῆμα κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθόντες, καὶ σταδίους ὀγδοήκοντα προελθόντες, ἀνεπικωλύτως κατεστρατοπέδευσαν, οὐδεμίαν ἔννοιαν λαμβάνοντες τοῦ μέλλοντος. (2) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀμετάθετον ἔχων τὴν πρὸς τοὺς μισθοφόρους ἀλλοτριότητα, διεσκευασμένην ἔχων τὴν δύναμιν ἐπηκολούθησε τοῖς βαρβάροις· καὶ προςπεσὼν αὐτοῖς ἄφνω, πολὺν ἐποίει φόνον. Οἱ δὲ μισθοφόροι τὸ μὲν πρῶτον ἐβόων παρὰ τοὺς ὅρκους αὐτοὺς πολεμεῖσθαι, καὶ τοὺς ἀσεβουμένους ὑπ' αὐτοῦ θεοὺς ἐπεκαλοῦντο· ὁ δ' Ἀλέξανδρος μεγάλῃ τῇ φωνῇ πρὸς αὐτοὺς ἀνεβόησεν ὅτι συνεχώρησεν αὐτοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν, οὐ φίλους εἶναι διὰ παν-

quot vellent, collocavit. (3) Hinc expeditis iterum copiis in Bactrianam movit. Bessum enim diadema sumsisse magnumque colligere exercitum audiverat. Et hæc quidem Alexander gerebat. Interea missi in Ariam duces, defectionis auctores cum instructissimo, quem collegerant, exercitu inveniunt. Imperator horum erat Satibarzanes, vir rei militaris scientia et virtute bellica eximius. Castrisque juxta hostes positis, crebræ velitationes exsistunt, et inter paucos ad tempus aliquod leviores pugnæ committuntur. (5) Hinc ventum ad justam aciem: ubi quum æquum prœlii discrimen Barbari effecissent, dux ipse rebellium Satibarzanes, galea suis manibus e capite detracta, quis esset ostentat, et, si quis viritim secum dimicare vellet, e ducibus provocat. (6) Huic provocanti Erigyus occurrit, et heroico certamine inito, victoria cedit Erigyo. Tunc Barbari, prætoris sui morte perterriti, fide accepta, se cum armis regi tradiderunt. (7) Interea Bessus, qui regem se nominaverat, diis facto sacrificio, amicos convivio excipiebat. Inter pocula cum quodam e familiaribus (Bagodaræ [*Gobaræ?*] nomen erat) dissidere cœpit: quem aucta contentione, quum vehementer exarsisset, interimere statuebat, nisi amicorum suasu consilium mutasset. (8) At ille, ex mortis periculo elapsus, noctu ad Alexandrum perfugit. Hujus salute ac spe munerum, ab Alexandro referendorum invitati ducum primores inter se conspirant, Bessumque captum ad Alexandrum perducunt. (9) Rex magnificis eos donis excepit; Bessum vero Darii fratri celerisque propinquis ad supplicium illorum arbitratu de eo sumendum concessit. Hi omni contumeliæ et cruciatus genere in hominem grassati, corpore tandem minutatim conciso, particulas huc illuc fundis disjecerunt.

(*Exciderunt multa. Vide indicis cap.* 19—34.)

LXXXIV. His conditionibus dato acceptoque jurejurando, regina (*Massacorum*), animi magnitudinem in Alexandro cum admiratione suspiciens, munera quam pretiosissima transmisit, et, quidquid imperasset, facturam se pollicita est.** Tunc mercenarii, prout convenerant, statim ex urbe (*Massacis*) discedunt, et octoginta stadia progressi nullo prohibente castra locant. Nihil enim de eventuris paullo post in mentem venerat. (2) Alexander vero, implacabili eos odio prosequens, instructo Barbaros agmine persequitur, subitaque impressione adortus magnam illorum cædem peragit. Ibi conductitius primo miles vociferari, contra quam juratum esset, hostiliter se invadi, deosque impietatis regiæ ultores implorare. Sed intensa rex voce illis acclamans, se quidem, ut ex urbe excederent, permisisse,

τὸς Μακεδόνων. (3) Οἱ δὲ μισθοφόροι τὸ μέγεθος τῶν κινδύνων οὐ καταπλαγέντες συνεφράξαντο, καὶ τὴν ὅλην τάξιν ποιήσαντες κυκλοτερῆ τά τε τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἰς μέσον ἀπέλαβον, ὥςτε πανταχόθεν τοῖς προςμαχομένοις ἀσφαλῶς ἀντιτάττεσθαι. Ἀπονοηθέντων δ' αὐτῶν καὶ διὰ τὴν τόλμαν καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀρετὴν ἰσχυρὰν μάχην συστησαμένων, καὶ τῶν Μακεδόνων φιλοτιμουμένων μὴ λειφθῆναι τῆς τῶν βαρβάρων ἀνδραγαθίας, μεγάλην κατάπληξιν εἶχεν ὁ κίνδυνος. (4) Ἐκ χειρὸς γὰρ τῆς μάχης οὔσης, καὶ συμπλεκομένων τῶν ἀγωνιζομένων ἀλλήλοις, πολλαὶ καὶ παντοῖαι διαθέσεις θανάτων καὶ τραυμάτων ἐγίνοντο. Οἱ γὰρ Μακεδόνες ταῖς σαρίσαις ἀναῤῥήττοντες τὰς τῶν βαρβάρων πέλτας, τὰς ἀκμὰς τοῦ σιδήρου τοῖς πνεύμοσιν ἐνήρειδον· οἱ δὲ μισθοφόροι τὰς λόγχας ἀκοντίζοντες εἰς ἀθρόους τοὺς πολεμίους, οὐχ ἥμαρτανον, σύνεγγυς κειμένου τοῦ σκοποῦ. (5) Διὸ καὶ πολλῶν μὲν τραυματιζομένων, οὐκ ὀλίγων δὲ τελευτώντων, αἱ γυναῖκες τὰ τῶν πεσόντων ὅπλα λαμβάνουσαι συνηγωνίζοντο τοῖς ἀνδράσιν. Ἡ γὰρ ὀξύτης τοῦ κινδύνου καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας δεινὸν ἠνάγκαζεν αὐτὰς παρὰ φύσιν τρέπεσθαι πρὸς ἀλκήν. Διὸ καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν καθοπλισθεῖσαι συνήσπιζον τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, τινὲς δὲ ἄνευ ὅπλων ἐμπίπτουσαι τῶν ἀσπίδων ἐπελαμβάνοντο καὶ πολλὰ τοὺς πολεμίους ἐνεπόδιζον. (6) Τέλος δὲ πάντες μετὰ τῶν γυναικῶν ἀγωνισάμενοι καὶ κατακοπέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους, τὸν ἔνδοξον θάνατον τῆς ἀγεννοῦς φιλοζωίας ἠλλάξαντο. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τόν τε ἀχρεῖον καὶ ἄνοπλον ὄχλον καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ὑπολειφθείσας ἀπάγων τοὺς ἱππεῖς συνεπέστησε.

LXXXV. Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας πόλεις ἐκπολιορκήσας καὶ τοὺς ἀντιταττομένους ἀνελών, προῆγεν ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν Ἄορνον καλουμένην. Εἰς γὰρ ταύτην οἱ περιλειφθέντες τῶν ἐγχωρίων διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀχυρότητος κατεπεφεύγεισαν. (2) Λέγεται γὰρ τὸ παλαιὸν Ἡρακλέα ταύτην τὴν πέτραν ἐπιβαλόμενον πολιορκεῖν ἀποστῆναι διά τινας ἐπιγενομένους μεγάλους σεισμοὺς καὶ διοσημίας. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος πυθόμενος περὶ τούτων, ἔτι μᾶλλον παρωξύνθη πολιορκῆσαι τὸ ὀχύρωμα καὶ διαμιλληθῆναι τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ. (3) Ἡ δὲ πέτρα τὸν μὲν περίβολον εἶχε σταδίων ἑκατόν, τὸ δ' ὕψος ἑκκαίδεκα, τὴν δ' ἐπιφάνειαν ὁμαλὴν καὶ πάντῃ περιφερῆ. Καὶ τὸ μὲν πρὸς μεσημβρίαν μέρος αὐτῆς προςέκλυζεν ὁ Ἰνδὸς ποταμός, μέγιστος ὢν τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικήν, τὰ δ' ἄλλα μέρη περιείχετο φάραγξι βαθείαις καὶ κρημνοῖς ἀπροςίτοις. (4) Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου κατασκεψαμένου τὴν δυςχωρίαν, καὶ τὴν ἐκ βίας ἅλωσιν ἀπογνόντος, ἧκέ τις πρὸς αὐτὸν πρεσβύτης μετὰ δυοῖν υἱῶν. (5) Οὗτος δ' ὢν πένης παντελῶς καὶ πολὺν χρόνον ἐντεθραμμένος τοῖς τόποις, κατῴκει μὲν ἔν τινι σπηλαίῳ τρεῖς στιβάδας ἔχοντι κατὰ τὴν πέτραν ἐντετμημένας, ἐν αἷς ὁ γέρων μετὰ τῶν υἱῶν ἐναυλιζόμενος ἐμπειρίαν περιεπεποίητο τῶν τόπων. Οὗτος οὖν προςελθὼν τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ περὶ ἑαυτὸν δηλῶ–

non uti perpetuo deinceps Macedonum amici forent, respondet. (3) Illi ergo, periculorum magnitudine haud perterrefacti, conjunctis ordinibus sese muniunt, totaque acie in orbem coacta, liberos et feminas in medium recipiunt, ut omni ex parte oppugnanti se hosti minore cum periculo obsistatur. Quum igitur omnem vitæ spem abjecissent, præsenti animorum fiducia, et tot certaminibus spectata virtute animati, validissima hostem pugna excipiunt. Ex adverso dum ut Barbaris nulla in parte deteriores sint, enituntur Macedones, magno cum metu ac terrore conjunctus erat conflictus. (4) Dum enim cominus pugnatur, et vir virum implicat, vulnera necesque variis modis inferuntur. Nam Macedones, diruptis sarissarum impetu Barbarorum peltis, ferri aciem ipsis pulmonibus infigunt. Mercenarii, lanceis in confertam hostium turbam projectis, dum prope, qui petuntur, expositos habent, ictu non aberrant. (5) Sed quum magna pars sauciaretur, nec minor occumberet, feminæ, indutis cæsorum armis, operam suam in conflictu viris adjungunt. Extremum quippe discrimen et rei, quæ tum gerebatur, magnitudo, ut contra naturam ad strenuam defensionem accingerentur, ipsas adegit. Pars igitur armata clypeorum objectu maritos adjuvabat: pars, sine armis impressione facta, prehensisque hostium clypeis, magnum eis impedimentum afferebant. (6) Ad extremum omnes cum uxoribus strenue dimicantes, dum gloriosam mortem vitæ cum dedecore transigendæ præferunt, multitudine superati occubuere. Inutilem vero inermemque turbam feminasque adhuc reliquas abduci jussit, cui rei imposuit equites.

LXXXV. Complures etiam alias urbes expugnavit, et opponere se ausos interemit. Atque hinc ad petram, quam Aornum vocitant, perrexit. In hanc enim, quod munitissima esset, qui superfuerant de incolis, confugerant. (2) Hanc, uti fama est, Hercules antiquitus oppugnare aggressus, propter ingentes terræ motus interim obortos aliaque deûm prodigia, re infecta abscesserat. Quod quum inaudisset Alexander, tanto majori expugnandi castelli desiderio, ut videlicet cum deo gloriæ studio certaret, exarsit. (3) Ambitus petræ stadiorum fuit centum, altitudo sedecim; superficies autem plana et ex omni parte rotunda erat. Radices ad meridiem Indus, fluviorum per Indiam maximus, alluebat. Partes alias præaltæ voragines et inviæ rupes cinxerant. (4) Loci difficultatem speculatus Alexander, ubi se vi expugnare illum non posse intellexit, senior quidam cum duobus filiis eum adiit. (5) Qui cum extrema paupertate conflictans, diu in locis illis vitam toleraverat, domiciliumque in specu quodam, ubi tres lectuli erant petræ incisi, habebat. Hic dum senex cum filiis commoratur, locorum peritiam sibi comparaverat. Is itaque quum ad regem progressus, de conditione sua illum edocuis

σης, ἐπηγγείλατο καθηγήσεσθαι διὰ τῆς δυσχωρίας καὶ ποιήσειν αὐτὸν ὑπερδέξιον γενέσθαι τῶν κατειλημμένων τὴν πέτραν βαρβάρων. (6) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐπαγγειλάμενος μεγάλας δωρεὰς δώσειν, καὶ τῷ πρεσβύτῃ χρησάμενος ὁδηγῷ, πρῶτον μὲν τὴν πάροδον τὴν εἰς τὴν πέτραν φέρουσαν κατελάβετο, καὶ μηδεμιᾶς οὔσης ἄλλης ἐξόδου, συνέκλεισε τοὺς βαρβάρους εἰς ἀβοήθητον πολιορκίαν· ἔπειτα τῇ πολυχειρίᾳ χώσας τὴν φάραγγα καὶ τὴν ῥίζαν τῆς πέτρας, προςελθὼν ἐνεργῆ πολιορκίαν συνεστήσατο, συνεχῶς ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἐκ διαδοχῆς τὰς προςβολὰς ποιούμενος. (7) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ βάρβαροι διὰ τὰς τῶν τόπων ὑπεροχὰς ἐπροτέρουν καὶ πολλοὺς ἀνῄρουν τῶν προπετῶς βιαζομένων· τοῦ δὲ χώματος συντελεσθέντος, καὶ τῶν ὀξυβελῶν καταπελτῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων ἐπισταθέντων, πρὸς δὲ τούτοις τοῦ βασιλέως φανεροῦ καθεστῶτος ὡς οὐκ ἀποστήσεται τῆς πολιορκίας, οἱ μὲν Ἰνδοὶ κατεπλάγησαν, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐμφρόνως προϊδόμενος τὸ μέλλον, ἐξέλιπε τὴν ἐν τῇ παρόδῳ κατειλημμένην φυλακήν, διδοὺς ἔξοδον τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς πέτρας ἀναχωρεῖν. Οἱ δὲ βάρβαροι φοβηθέντες τάς τε τῶν Μακεδόνων ἀρετὰς καὶ τὴν τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, νυκτὸς ἐξέλιπον τὴν πέτραν.

LXXXVI. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου καταστρατηγήσας τοὺς Ἰνδούς, χωρὶς κινδύνου ἐκυρίευσε τῆς πέτρας. Καὶ τῷ μὲν ὁδηγήσαντι τὰς ὡμολογημένας δωρεὰς ἀπέδωκεν, αὐτὸς δὲ ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως. (2) Καθ' ὃν καιρὸν Ἀφρίκης τις Ἰνδός, ἔχων μὲν στρατιώτας δισμυρίους, ἐλέφαντας δὲ πεντεκαίδεκα, διέτριβε περὶ τὸν τόπον. Τοῦτον δέ τινες ἀνελόντες καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνέγκαντες, διὰ ταύτης τῆς εὐεργεσίας περιεποιήσαντο τὰς ἰδίας σωτηρίας. (3) Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους τε προςηγάγετο καὶ τῶν ἐλεφάντων πλανωμένων κατὰ τὴν χώραν ἐκυρίευσεν. Αὐτὸς δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, καὶ καταλαβὼν τάς τε τριακοντόρους κατεσκευασμένας καὶ τὸν πόρον ἐζευγμένον, τριάκοντα μὲν ἡμέρας ἀνέλαβε τὴν δύναμιν, καὶ τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπεῖς συντελέσας θυσίας, διεβίβασε τὴν στρατιάν, καὶ περιέπεσε παραδόξῳ περιπετείᾳ. (4) Ταξίλου γὰρ τοῦ βασιλέως προτετελευτηκότος, υἱὸς αὐτοῦ Μῶφις, διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, διεπέμψατο μὲν καὶ πρότερον πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Σογδιανῇ διατρίβοντα, ἐπαγγελλόμενος αὐτῷ συστρατεύσειν ἐπὶ τοὺς ἀντιταττομένους τῶν Ἰνδῶν, καὶ τότε πρέσβεις ἀποστείλας ἔφησεν αὐτῷ παραδιδόναι τὴν βασιλείαν. (5) Ἀποσχόντος δὲ τετταράκοντα σταδίους τοῦ βασιλέως, ἐκτάξας τὴν δύναμιν ὡς εἰς πόλεμον καὶ τοὺς ἐλέφαντας κοσμήσας, ἀπήντα μετὰ τῶν φίλων. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ὁρῶν προςιοῦσαν μεγάλην δύναμιν ἐκτεταγμένην πολεμικῶς, καὶ δόξας τὸν Ἰνδὸν ἐπιβούλως πεποιῆσθαι τὰς ἐπαγγελίας, ὅπως ἀπαρασκεύοις τοῖς Μακεδόσιν ἐπίθηται, τοῖς μὲν σαλπιγκταῖς παρεκελεύσατο σημαίνειν τὸ πολεμικόν, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐκτάξας ἀπήντα τοῖς Ἰν-

set, per invias et abruptas loci angustias se ducem fore, et ut Barbaris rupem insidentibus superior evadat effecturum, pollicetur. (6) Hoc igitur ductore, cui ingens operæ pretium promiserat, Alexander usus, primo aditum, qui unicus in saxi ducebat verticem, occupavit; et, quia nusquam exitus alibi patebat, Barbaros obsidione conclusit, ut auxilii nihil superesset. Hinc manuum, quæ præsto erat, multitudine usus voraginem in radice rupis aggere explevit: et de propinquo cum hoste rem gerens, oppugnationem acerrimam instituit. Per septem enim dies totidemque noctes, copiis se invicem excipientibus, continuo impetu hostes vexavit. (7) Ac initio quidem Barbari, quod locorum celsitate adjuvabantur, superiores erant, multosque incaute se ingerentium neci dabant. Sed aggere tandem perfecto, et catapultis ceterisque machinis jam adactis, quum regem ab incepto non destiturum liquido constaret, ingens obsessos terror incessit. Tum Alexander, qui, quid eventurum esset, sagaciter prospiceret, præsidium in aditu positum reliquit, ut liberum, quicunque vellent, abeundi spatium haberent. Barbari itaque tum Macedonum virtute tum regis constantia perterriti noctu petra excessere.

LXXXVI. Hoc vano belli terriculamento Indos ludificatus Alexander, absque detrimento rupem in potestatem accepit, et dono, quod constituerat, ducem remuneratus ad ulteriora copias promovit. (2) Eo tempore Indus quidam Aphrices cum viginti millium exercitu et quindecim elephantibus illis in locis subsistebat. Hunc quidam interemere, atque interemti capite ad Alexandrum delato, incolumitatem sibi munere isto compararunt. (3) His igitur in fidem acceptis, elephantis etiam, qui passim in regione illa vagabantur, rex potitur. Hinc ad Indum progressus, naves, quas a triginta remorum usu Triacontoros vocant, constructas, et fluvium ponte junctum invenit. Ibique stativis per triginta dies ad recreandum exercitum habitis, magnifica diis sacra peregit. Traductis inde copiis, res insolens nec inopinata illi contigit. (4) Taxili, qui illic locorum regnaverat, pridem defuncto, Mophis filius in regnum successerat. Is, jam antea legatione ad Alexandrum in Sogdiana versantem missa, contra Indos regi obstaturos armorum societatem obtulerat: sed tunc per legatos regnum se ipsi traditurum spopondit. (5) Jamque quadraginta stadia rex aberat, quum ille exercitu ab bellum instructo elephantisque velut ad pugnam adornatis, amicos simul adducens regi occurrit. Quare tam numerosum adventare exercitum instructa acie ubi vidit Alexander, fraudem pollicitis Indum subtexere credens, nempe ut imparatos hoc pacto Macedones opprimeret, pugnæ signum tubicines dare jubet, explicitaque acie obviam Indis procedit. (6) At

δοῖς. (6) Ὁ δὲ Μῶφις ὁρῶν τὴν ταραχὴν τῶν Μακεδόνων καὶ τὸ γεγονὸς συλλογιζόμενος, τὴν μὲν δύναμιν κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων προϊππεύσας καὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν Μακεδόνων διορθωσάμενος παρέδωκεν ἑαυτόν τε καὶ τὴν δύναμιν τῷ βασιλεῖ. (7) Ἡσθεὶς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος τήν τε βασιλείαν ἀπέδωκεν αὐτῷ καὶ τὸ λοιπὸν διετέλει τούτῳ φίλῳ καὶ συμμάχῳ χρώμενος, καὶ μετωνόμασεν αὐτὸν Ταξίλην. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

LXXXVII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χρέμητος Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Πόπλιον Κορνήλιον καὶ Αὖλον Ποστούμιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Ταξίλου χώρᾳ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Πῶρον τὸν τῶν πλησιοχώρων Ἰνδῶν βασιλέα. (2) Οὗτος δ' εἶχε πεζοὺς μὲν πλείους τῶν πενταχισμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους, ἅρματα δὲ πλείω τῶν χιλίων, ἐλέφαντας δὲ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. Ἐπεποίητο δὲ καὶ ἕτερον τῶν πλησιοχώρων βασιλέα σύμμαχον, ὃς ὠνομάζετο Ἐμβίσαρος, εἶχε δὲ δύναμιν οὐ πολὺ λειπομένην τῆς τοῦ Πώρου. (3) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀκούσας τοῦτον τὸν βασιλέα τετρακοσίους ἀπέχειν σταδίους, ἔκρινε πρὸ τῆς τούτου παρουσίας ἐπιβαλεῖν τῷ Πώρῳ. (4) Ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ τοῖς Ἰνδοῖς, ὁ Πῶρος πυθόμενος πλησίον εἶναι τοὺς πολεμίους, εὐθὺς ἐξέταξε τὴν δύναμιν, καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐπὶ τὰ κέρατα διεμέρισε, τοὺς δ' ἐλέφαντας καταπληκτικῶς κεκοσμημένους κατὰ μέτωπον ἐν ἴσοις διαστήμασιν ἔστησεν. Ἀνὰ μέσον δὲ τῶν θηρίων τοὺς λοιποὺς ὁπλίτας ἔταξεν, οἷς συντεταγμένον ἦν παραβοηθεῖν τοῖς θηρίοις καὶ διακωλύειν ἐκ τῶν πλαγίων εἰσακοντίζειν. (5) Ἡ μὲν οὖν ὅλη σύνταξις αὐτῶν ὑπῆρχε πόλει παραπλήσιος τὴν πρόσοψιν· ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐλεφάντων στάσις τοῖς πύργοις, οἱ δὲ ἀνὰ μέσον τούτων στρατιῶται τοῖς μεσοπυργίοις ὡμοίωντο. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος κατανοήσας τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, πρὸς ταύτην τὴν διακόσμησιν οἰκείως ἐξέταξε τὴν δύναμιν.

LXXXVIII. Γενομένης δὲ μάχης, τὸ μὲν πρῶτον τοῖς ἱππεῦσιν ἅπαντα σχεδὸν τὰ ἅρματα τῶν Ἰνδῶν διεφθάρη· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἐλεφάντων ταῖς τε τῶν σωμάτων ὑπεροχαῖς καὶ ταῖς ἀλκαῖς δεόντως χρωμένων, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων συμπατούμενοι μετὰ τῶν ὅπλων, θραυομένων τῶν ὀστῶν, ἀπώλλυντο, οἱ δὲ ταῖς προνομαίαις περιλαμβανόμενοι καὶ πρὸς ὕψος ἐξαρθέντες, πάλιν πρὸς τὴν γῆν ἠράττοντο καὶ δεινοῖς θανάτοις περιέπιπτον· πολλοὶ δὲ τοῖς ὀδοῦσι συγκεντούμενοι καὶ δι' ὅλων τῶν σωμάτων τιτρωσκόμενοι, παραχρῆμα τοῦ ζῆν ἐστερίσκοντο. (2) Τῶν δὲ Μακεδόνων εὐρώστως ὑπομενόντων τὸ δεινόν, καὶ τοὺς ἀνὰ μέσον τῶν θηρίων ταῖς σαρίσαις ἀναιρούντων, ἰσόῤῥοπος ἦν ἡ μάχη. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν θηρίων συνακοντιζομένων καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τραυμάτων περιωδύνων γινομένων, οἱ μὲν περιβεβηκότες αὐτοῖς Ἰνδοὶ κρατεῖν τῆς ὁρμῆς τῶν ζῴων οὐκ ἴσχυον· ἐκνεύοντα γὰρ εἰς τοὺς ἰδίους ταῖς ὁρμαῖς, ἀκατασχέτως ἐφέρετο καὶ τοὺς φίλους συνεπά-

Mophis, repentina Macedonum commotione intellecta, quum quid rei esset facile ratiocinari posset, jussis subsistere copiis, cum paucis concitato equo excurrit, omnemque Macedonibus errorem exemit, dum se et exercitum regis in fidem tradit. (7) Lætus hoc Barbari facto Alexander, regnum illi restituit, eumque deinceps amicum et socium constantem, Taxilem cognominatum, fuit expertus. Hæc igitur per hunc annum gesta sunt.

LXXXVII. Quum archon deinceps Athenis esset Chremes, et Romæ consules P. Cornelius et Aulus Postumius, Alexander, in Taxilis provincia recreato prius exercitu, vim belli in Porum, finitimos Indos sub imperio tenentem, convertit. (2) Is ultra quinquaginta peditum millia et ad tria millia equitum, pluresque quam mille currus, elephantes autem centum et triginta habebat, et ad belli societatem etiam alium in vicinia regem, nomine Embisarum, vi militum Poro non multum inferiorem, adsciverat. (3) Hunc igitur ubi vix quadringentis abesse stadiis cognovisset Alexander, signa cum Poro ante illius adventum conferre statuit. (4) Propius igitur ad Indos accessit. Quem simulac imminere sensit Porus, ordines ita explicavit, ut equitatum in cornua distribueret, elephantes autem, ad terrorem hostium instructos, in fronte paribus intervallis collocaret, interque ipsos gravis armaturæ militibus locum assignaret. His, ut belluas tutarentur, et missilium a latere jactus prohiberent, imperatum fuit. (5) Tota igitur acies urbis speciem exhibebat. Nam elephantorum statio turribus, et militum inter hos ordines extenti muris inter turres erant assimiles. Qua hostici exercitus ordinatione considerata, Alexander suas contra, ut res exposcere videbatur, copias disponit.

LXXXVIII. Conflictu ergo ab equitibus primum inito, statim currus Indorum fere omnes fracti pereunt. Post quum mole corporum et roboris impetu elephantes in loco uterentur, Macedonum alii belluarum pedibus obtriti ossibus una cum armis contusis pereunt; alii manibus (quas proboscides vocant) correpti, inque altum elevati, solo rursum alliduntur, indignamque mortem oppetunt. Multi etiam, inflictu dentium per totum corpus sauciati, illico vitæ jacturam faciunt. (2) Interim tamen Macedones ingenti robore prœlii difficultates tolerant, et interjectos belluis milites sarissis conficiunt: unde æquatum pugnæ discrimen. (3) Verum non multo post, quum jaculis undique incesserentur feræ, nec dolores ex crebritate vulnerum sustinerent, Indi etiam rectores obnixibus illarum impares erant. Aversæ enim rapido in suorum ordines impetu ruebant, et amicas etiam copias obterebant. (4)

τει. (4) Ταραχῆς δὲ πολλῆς γενομένης, ὁ Πῶρος συνιδὼν τὸ γινόμενον, καὶ τεταγμένος ἐπὶ τοῦ κρατίστου τῶν ἐλεφάντων, ἤθροισε περὶ αὑτὸν τετταράκοντα τῶν θηρίων τὰ μήπω τεταραγμένα, καὶ τῷ βάρει τῶν ἐλεφάντων ἐπιβαλὼν τοῖς πολεμίοις, πολὺν ἐποίει φόνον, ἅτε καὶ τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος πολὺ προέχων τῶν συστρατευομένων· τὸ γὰρ μῆκος ἦν πηχῶν πέντε, τὸ δ' εὖρος ὑπῆρχεν ὁ θώραξ αὐτοῦ διπλάσιος τῶν ἄλλων τῶν εὐρωστίᾳ διαφερόντων. (5) Διόπερ τὰ βαλλόμενα σαυνία τοιαύτην εἶχε δύναμιν, ὥστε μὴ πολὺ λείπεσθαι τῶν καταπελτικῶν βελῶν. Τῶν δ' ἀντιτεταγμένων Μακεδόνων καταπεπληγμένων τὴν ἀνδραγαθίαν τοῦ Πώρου, ὁ Ἀλέξανδρος μεταπεμψάμενος τοὺς τοξότας καὶ τὰ ψιλικὰ τῶν ταγμάτων, προσέταξεν ἅπαντας βάλλειν ἐπὶ τὸν Πῶρον. (6) Ταχὺ δὲ τῶν στρατιωτῶν πραξάντων τὸ παραγγελθέν, καὶ βελῶν ἅμα πολλῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸν Ἰνδόν, καὶ πάντων ἐπιτυγχανόντων διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σκοποῦ, ὁ μὲν Πῶρος ἡρωικῶς ἀγωνισάμενος, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τραυμάτων γενόμενος ἔξαιμος, ἐλιποψύχησε καὶ περικλασθεὶς περὶ τὸ θηρίον πρὸς τὴν γῆν κατηνέχθη. (7) Διαδοθείσης δὲ φήμης ὅτι τετελεύτηκεν ὁ βασιλεύς, τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Ἰνδῶν πρὸς φυγὴν ὥρμησεν.

LXXXIX. Ἐν δὲ τῇ φυγῇ πολλοῦ φόνου γενομένου, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας. Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἰνδῶν πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ δύο υἱοὶ τοῦ Πώρου καὶ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν ἡγεμόνων. (2) Ζῶντες δὲ ἄνδρες ἑάλωσαν ὑπὲρ τοὺς ἐνακισχιλίους, ἐλέφαντες δὲ ὀγδοήκοντα· αὐτὸς δὲ ὁ Πῶρος ἔμπνους ὢν παρεδόθη τοῖς Ἰνδοῖς πρὸς τὴν θεραπείαν. (3) Τῶν δὲ Μακεδόνων ἔπεσον μὲν ἱππεῖς διακόσιοι καὶ ὀγδοήκοντα, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν ἑπτακοσίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἔθαψε, τοὺς δὲ ἀνδραγαθήσαντας κατὰ τὴν ἀξίαν ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ Ἡλίῳ ἔθυσεν, ὡς δεδωκότι τὰ πρὸς ἀνατολὴν μέρη καταστρέψασθαι. (4) Τῆς δὲ πλησίον ὀρεινῆς ἐχούσης πολλὴν μὲν ἐλάτην εὔτροφον, οὐκ ὀλίγην δὲ κέδρον καὶ πεύκην, ἔτι δὲ τῆς ἄλλης ὕλης ναυπηγησίμου πλῆθος ἄφθονον, κατεσκεύασε ναῦς ἱκανάς. (5) Διενοεῖτο γὰρ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς Ἰνδικῆς παραγενόμενος καὶ πάντας τοὺς ἐγχωρίους καταστρεψάμενος διὰ τοῦ ποταμοῦ καταπλεῖν εἰς τὸν Ὠκεανόν. (6) Ἔκτισε δὲ δύο πόλεις, τὴν μὲν πέραν τοῦ ποταμοῦ καθ' ὃν τόπον αὐτὸς διέβη, τὴν δ' ἄλλην ἐν ᾧ τόπῳ τὸν Πῶρον ἐνίκησε. Ταχὺ δὲ τῶν ἔργων κατασκευασθέντων διὰ τὴν πολυχειρίαν, τὸν μὲν Πῶρον θεραπευθέντα βασιλέα κατέστησε διὰ τὴν ἀρετὴν ἧς πρότερον ἦρχε χώρας· τὴν δὲ δύναμιν ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας ἀνέλαβε, πολλῆς ἀφθονίας οὔσης τῶν ἐπιτηδείων.

XC. Ἴδιον δέ τι κατὰ τὴν ὀρεινὴν τὴν πλησίον ὑπῆρχε. Χωρὶς γὰρ τῆς πρὸς ναυπηγίαν ὕλης εἶχεν ἡ χώρα πολλοὺς καὶ παρηλλαγμένους τοῖς μεγέθεσιν ὄφεις, ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις, πιθήκων τε γένη πολλὰ

Magna hinc perturbatione exorta, Porus, quum quo loco res forent, animadverteret, elephantum præstantissimo insidens, de belluis quadraginta nondum consternatas circum se consistere jubet. Et hoc agmine impressione in hostem facta, magnam edit cædem, eo potissimum, quod viribus corporis omnes secum militantes superabat. Nam cubitos quinque longus erat, crassitudine autem tanta, ut thorax ejus duplo excederet loricas ceterorum, qui robore excellerent. (5) Quamobrem verutis ab eo projectis tanta vis inerat, ut non multum citra catapultæ jactum subsisterent. Hæc virtutis in Poro eminentia Macedonibus, contra illum in acie stantibus, nonnihil terroris injecerat. Sagittariis igitur et levis armaturæ ordinibus accitis, Alexander edicit, ut omnes ipsum Porum telis incessant. (6) Hi, quod jussi erant, peragunt. Ergo dum crebra in Indum missilia congeruntur, nec, quod tanta ictibus moles exposita esset, aberrant, Porus tandem, cum heroice depugnasset, præ multitudine vulnerum exsanguis, animo deficit, et viribus infractis e bellua ad terram delabitur. (7) Mox divulgato rumore quod rex oppetiisset, reliqua Indorum multitudo fugam arripuit.

LXXXIX. In qua fuga quum magna hostium strages facta esset, Alexander, prœlio tam illustri victor, tuba receptus signum dedit. Occubuerunt autem hac pugna Indorum plures quam duodecim millia: inter quos duo Pori filii summique exercitus præfecti et ducum clarissimi fuere. (2) Vivi autem in victoris manus plus quam novies mille et octoginta elephanti venerunt. Et quia spiritus adhuc compos erat Porus, curandi illius negotium Indis mandatur. (3) Ex Macedonibus autem equites ducenti et octoginta, pedites ultra septingentos cecidere. Quibus rex justa peragenda curat: superstites autem, qui bonos in pugnando viros se exhibuerant, pro merito præmiis cohonestat. Solem præterea, cujus beneficio partes Orientis subegisset, sacrificio veneratur. (4) Multum vicini montes abietis proceræ, nec parum cedri ac piceæ, adeoque largam materiæ navibus construendis idoneæ copiam sufficiebant. Hinc quantum satis esset navium construxit. (5) Nam simulac terminos Indiæ attigisset, subactis illic gentibus, per flumen ipsum intrare Oceanum animo conceperat. (6) Interim duas illic urbes condit: unam in ripa fluminis ulteriore, ubi transmiserat; alteram, ubi Porum acie vicerat. Et quia multorum manibus huc opera conferebatur, utrumque opus cito perficitur. Porum autem, viribus restitutum, in regni, quod tenuerat, possessionem propter virtutem restituit. Exercitui etiam, quia summa illic erat commeatus abundantia, triginta dierum quietem ad reficienda corpora concedit.

XC. In montibus autem, qui castris imminebant, singulare quidpiam exstitit. Alebat hæc regio præter materiam navibus struendis idoneam miræ vastitatis serpentes, ad sedecim videlicet cubitorum longitudinem porrectos;

καὶ τοῖς μεγέθεσι διαλλάττοντα, ὧν τὴν τέχνην τῆς θήρας αὐτὸ τὸ ζῷον ὑφηγεῖτο. (2) Μιμητικὸν γὰρ ὑπάρχον πάσης πράξεως βίᾳ μὲν οὐ ῥᾳδίως χειροῦται διά τε τὴν ἰσχὺν τῶν σωμάτων καὶ διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγχίνοιαν· τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλείφονται, οἱ δὲ βλεπόντων τῶν θηρίων ὑποδοῦνται, τινὲς δὲ ταῖς κεφαλαῖς κάτοπτρα περιτιθέασι· καὶ τοῖς μὲν ὑποδήμασι παραθέντες δεσμοὺς ἀπολείπουσιν, ἀντὶ δὲ τοῦ μέλιτος ἰξὸν ὑποβάλλουσι, τοῖς δὲ κατόπτροις ἐπίσπαστρα καθάπτουσι. (3) Διόπερ ὅταν βούλωνται τὰ ζῷα τὰς πράξεις τῶν δραθέντων ἐπιτελεῖν, ἀδυνατεῖ, τῶν μὲν βλεφάρων κεκολλημένων, τῶν δὲ ποδῶν δεδεμένων, τῶν δὲ σωμάτων κατεχομένων· ὅθεν εὐχείρωτα πρὸς τὴν θήραν γίνεται. (4) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τὸν ὑστερηκότα τῆς τοῦ Πώρου συμμαχίας βασιλέα ὄνομα Ἐμβίσαρον καταπληξάμενος ἠνάγκασε ποιεῖν τὸ προσταττόμενον· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως περάσας τὸν ποταμόν, προῆγε διὰ χώρας ἀρετῇ διαφερούσης. (5) Δένδρων γὰρ εἶχε γένη διαλλάττοντα καὶ τὸ μὲν ὕψος ἔχοντα πηχῶν ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενα, τριῶν δὲ πλέθρων σκιὰν ποιοῦντα. Εἶχε δὲ καὶ ἡ χώρα ὄφεων πλῆθος, μικρῶν μὲν τοῖς μεγέθεσι, ταῖς δὲ ποικιλίαις ἐξηλλαγμένων. (6) Οἱ μὲν γὰρ χαλκοειδεῖς ῥάβδους ἐπέφαινον, οἱ δὲ τὴν λόφην δασεῖαν εἶχον τριχώδη, διὰ δὲ τῶν δηγμάτων ὀξεῖς θανάτους ἀπειργάζοντο. Τὸν δὲ πληγέντα πόνοι δεινοὶ συνεῖχον καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματοειδοῦς κατεῖχε. (7) Διόπερ οἱ Μακεδόνες, δεινῶς ὑπὸ τῶν δηγμάτων ἀπαλλάττοντες, τὰς κλίνας ἀπὸ τῶν δένδρων ἐξήρτων καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς διηγρύπνουν. Μετὰ δὲ ταῦτα παρὰ τῶν ἐγχωρίων μαθόντες τὴν ἀντιφάρμακον ῥίζαν, ἀπελύθησαν τῶν δεινῶν.

XCI. Προϊόντος δ' αὐτοῦ μετὰ τῆς δυνάμεως, ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι Πῶρος ὁ βασιλεύς, ἀνεψιὸς ὢν τοῦ καταπεπολεμημένου Πώρου, τὴν βασιλείαν ἀπολιπὼν πέφευγεν εἰς τὸ τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος. (2) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος παροξυνθεὶς Ἡφαιστίωνα μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν τούτου χώραν μετὰ δυνάμεως, καὶ προσέταξε τὴν βασιλείαν παραδοῦναι τῷ μεθ' ἑαυτοῦ Πώρῳ. Αὐτὸς δ' εἰς τὸ τῶν Ἀδρηστῶν καλουμένων ἔθνος στρατεύσας, καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν βίᾳ χειρωσάμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προςαγαγόμενος, εἰς τὴν τῶν Καθαίων χώραν παρεγένετο. (3) Παρὰ δὲ τούτοις νόμιμον ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι. Τοῦτο δ' ἐκυρώθη τὸ δόγμα παρὰ τοῖς βαρβάροις διὰ μίαν γυναῖκα φαρμάκοις ἀνελοῦσαν τὸν ἄνδρα. (4) Ὁ δ' οὖν βασιλεὺς τὴν μεγίστην καὶ ὀχυρωτάτην πόλιν μετὰ πολλῶν κινδύνων ἐκπολιορκήσας ἐνέπρησεν. Ἄλλην δ' ἀξιόλογον πολιορκοῦντος αὐτοῦ, καὶ μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντων τῶν Ἰνδῶν, ἀπέλυσε τῶν κινδύνων αὐτούς. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐστράτευσεν ἐπὶ τὰς ὑπὸ Σωπείθην τεταγμένας πόλεις, εὐνομουμένας καθ' ὑπερβολήν. Τά

ad hæc simiarum genera tum numero tum magnitudine corporum insolenti. Quarum venationis artem bestia ipsa docuit. (2) Est hæc cujusvis actionis imitatrix : sed propter corporis robur animique sagacitatem haud facile capitur. Ideo venatorum pars melle oculos perungit; pars in conspectu ferarum perones induit; sunt etiam qui specula capiti suo applicent. Tum calceamenta cum adhibitis vinculis relinquunt; pro melle autem viscum supponunt, et speculis innectunt laqueos. (3) Quum igitur bestiæ, quæ viderunt, etiam ipsæ peragere cœptant, conatu frustrantur. Palpebræ enim agglutinantur, pedes revincti hærent, et corpora illaqueata detinentur. Unde facillime subactæ capiuntur. (4) Dehinc Embisarum, qui auxilium Poro ferendum procrastinaverat, Alexander terrore incusso ad imperata faciendum adegit, et transmisso cum copiis amne, per regionem eximie fertilem perrexit. (5) Nam insoliti hic generis arbores erant, ad septuaginta cubitos in altum editæ, et crassitie tanta, ut difficulter quattuor illas viri complecterentur; umbram vero ad tria plethra de se projectabant. In hoc etiam tractu magna vis serpentum erat, qui specie quidem exiles, sed varietate corporum insignes erant. (6) Nam alii virgas æneі coloris specie sua exhibebant : alii densam pilisque hirsutam arrigebant cristam, tanta morsus efficacitate, ut mors extemplo sequeretur. Si quis ictus esset, horrendis torquebatur doloribus, et cruentus per totum corpus sudor profluebat. (7) Macedones igitur, ægre contra hanc pestem se tutantes, lectos ex arboribus habentes suspensos majorem noctis partem insomnem ducebant : donec ab incolis de remedio veneni radice quadam edocti, malo isto liberati sunt.

XCI. Postquam castra inde moverat Alexander, nuntii quidam attulerunt, Porum, finitimorum regem, Pori nuper debellati consobrinum, regno deserto, ad Gandaridarum nationem confugisse. (2) Qua re exacerbatus Alexander Hephæstionem cum armatorum manu in ditionem ejus tendere, regnumque in provinciæ formam redactum amico suo Poro tradere jubet. Ipse vero expeditione in Adrestarum gentem suscepta, urbium alias vi, alias deditione subjungit. (3) Hinc ad Cathæorum nationem pervenitum, ubi lege receptum erat ut uxores cum viris concremarentur. Id communi gentis decreto sancitum fuerat propter feminæ unius perfidiam et scelus, quæ veneno maritum sustulerat. (4) Ibi maximum et præ aliis munitum rex oppidum, multis periculis vix tandem expugnatum, incendit. Aliud deinde oppugnare aggressus, quum supplicum habitu cives deprecarentur, impunitatem illis concessit. Hinc ad urbes Sopithæ addictas exercitum traduxit. Quæ quum legibus optime constitutis regantur, inter alia

τε γὰρ ἄλλα πρὸς δόξαν πολιτεύονται καὶ τὸ κάλλος παρ' αὐτοῖς τιμιώτατον νενόμισται. (5) Διόπερ ἐκ νηπίου παρ' αὐτοῖς τὰ βρέφη διακρίνεται, καὶ τὰ μὲν ἄρτια καὶ τὴν φύσιν ἔχοντα πρὸς εὐπρέπειαν καὶ ἰσχὺν εὔθετον τρέφεται, τὰ δὲ καταδεῆ τοῖς σώμασιν ἀνάξια τροφῆς ἡγούμενοι διαφθείρουσιν. (6) Ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τοὺς γάμους ποιοῦνται προικὸς μὲν καὶ τῆς ἄλλης πολυτελείας ἀφροντιστοῦντες, κάλλους δὲ καὶ τῆς τοῦ σώματος ὑπεροχῆς μόνον φροντίζοντες. (7) Διόπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι κατοικούντων διαφέρουσι τῶν ἄλλων ἀξιώμασι. Παρὰ δὲ πάντας ὁ βασιλεὺς Σωπείθης περίβλεπτος ὢν ἐπὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ μήκει τοὺς τέτταρας πήχεις ὑπεράγων, προῆλθε μὲν ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἐχούσης τὰ βασίλεια, παραδοὺς δ' αὑτὸν καὶ τὴν βασιλείαν Ἀλεξάνδρῳ, πάλιν ταύτην ἀπέλαβε διὰ τὴν τοῦ κρατοῦντος ἐπιείκειαν. (8) Ὁ δὲ Σωπείθης μετὰ πολλῆς προθυμίας τὴν μὲν δύναμιν ἅπασαν ἐπί τινας ἡμέρας λαμπρῶς εἱστίασε·

XCII. τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ καὶ μεγάλα δῶρα παραστήσας κύνας ἔδωκεν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τοῖς μεγέθεσι καὶ ταῖς ἀλκαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις προτερήμασι θαυμαζομένους, οὓς ἔφασαν ταῖς τίγρεσιν ἐπιμεμῖχθαι. (2) Βουλόμενος δὲ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τῶν ἔργων λαβεῖν πεῖραν τῆς τῶν κυνῶν ἀρετῆς, εἰσήγαγεν εἴς τι περίφραγμα λέοντα τέλειον, καὶ τῶν δοθέντων κυνῶν δύο τοὺς εὐτελεστάτους προέβαλε τῷ λέοντι· τούτων δὲ κατισχυομένων ὑπὸ τοῦ θηρίου δύο ἑτέρους ἀφῆκε. (3) Τῶν δὲ τεττάρων περιγινομένων τοῦ λέοντος, πεμφθείς τις ὑπ' αὐτοῦ μετὰ μαχαίρας ἀφῄρει τὸ δεξιὸν σκέλος ἑνὸς τῶν κυνῶν. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναβοήσαντος, καὶ τῶν σωματοφυλάκων προσδραμόντων καὶ τῆς τοῦ Ἰνδοῦ χειρὸς ἐπιλαβομένων, ὁ μὲν Σωπείθης τρεῖς ἀντὶ τούτου δώσειν ἐπηγγείλατο, ὁ δὲ κυνηγὸς ἐπιλαβόμενος τοῦ σκέλους ἔτεμνεν ἡσυχῇ κατ' ὀλίγον. Ὁ δὲ κύων οὔτε κλαγγὴν οὔτε μυγμὸν προέμενος, ἀλλὰ τοὺς ὀδόντας ἐμπεπρικώς, ἔμενεν ἕως ὅτου γενόμενος ἔξαιμος ἐναπέθανε τῷ θηρίῳ.

XCIII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ἧκεν Ἡφαιστίων μετὰ τῆς συναπεσταλμένης δυνάμεως πολλὴν τῆς Ἰνδικῆς καταπεπολεμηκώς. Τοῦτον μὲν οὖν διὰ τὰς ἀνδραγαθίας ἐπῄνεσεν· αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλών, καὶ τῶν ἐγχωρίων ἀσμένως τὴν τῶν Μακεδόνων παρουσίαν προσδεξαμένων, καὶ τοῦ Φηγέως μετὰ δώρων πολλῶν ἀπαντήσαντος, τήν τε βασιλείαν ἔχειν συνεχώρησε καὶ ξενισθεὶς μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ δύο ἡμέρας λαμπρῶς, ἐπὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν προῆγεν, οὗ τὸ μὲν πλάτος ἦν σταδίων ἑπτά, τὸ δὲ βάθος ἓξ ὀργυιῶν, τὸ δὲ ῥεῦμα σφοδρὸν καὶ δυσδιάβατον. (2) Ἀκούσας δὲ τοῦ Φηγέως περὶ τῆς πέραν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ χώρας ὅτι δώδεκα μὲν ἡμερῶν ἔχει δίοδον ἔρημον, μετὰ δὲ ταύτην εἶναι ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Γάγγην, τὸ μὲν πλάτος τριάκοντα καὶ δυοῖν σταδίων, τὸ δὲ βάθος μέγιστον τῶν κατὰ τὴν

honesta instituta etiam hoc observant, ut formæ pulchritudinem inter pretiosissima æstiment. (5) Ideoque ab incunabulis, qui sit infantum habitus, dijudicant. Qui membris sunt integris et recte compositis, naturamque habent ad formæ decorem ac robur idoneam, hos educant: at mancos et corporis habitudine infirmos, ut indignos educatione, ex vita tollunt. (6) Consimili ratione matrimonia etiam contrahunt. Posthabita enim dote ceteroque magni pretii apparatu, ad solam pulchritudinem et proceritatem corporis respicere solent. (7) Hinc fit ut qui in urbibus illis habitant, plerique aliis dignitate formæ præcellant. Præ omnibus autem Sopithes rex formæ elegantia et corporis majestate conspicuus erat. Quattuor enim cubitos excedebat. Is ex urbe, in qua tunc regia erat, progressus, se et regnum Alexandro dedidit, illudque benignitate victoris postliminio recepit. (8) Sopithes igitur animo libentissimo totum exercitum ad dies aliquot epulo magnifico excepit.

XCII. Alexandro vero inter varia magnique impendii munera centum et quinquaginta etiam canes obtulit, magnitudine, viribus aliisque naturæ donis mirifice præstantes. Hos ex commixtione cum tigribus ortos fama erat. (2) Ut autem ex re præsenti periculum virtutis horum faceret Alexander, in circum eximiæ magnitudinis leonem adduxit, eique duos ex donatorum numero, sed infirmissimos, objecit. Qui quum belluæ impares essent, alios duos immisit. (3) Leone igitur a quattuor canibus profligato, quidam a Sopithe cum gladio missus dextrum crus unius amputare cœpit. Quum vero satellites, exclamante rege, accurrerent et prehensum Indi brachium inhiberent, Sopithes tres pro uno se redditurum pollicetur. Minister ergo venationis crus canis denuo comprehensum, sensim ac paullatim cædit. Qui interim nec ululatum nec stridorem edit, sed infixis leoni dentibus inhæret, donec exsanguis super leone exspirat.

XCIII. Interea Hephæstio cum agmine pridem secum misso revertitur, postquam magnam Indiæ portionem longe lateque subegerat. Huic rex meritam strenuitatis laudem retribuit. Inde Phegei regnum invadit, ubi quum incolis acceptus esset Macedonum adventus, et Phegeus ipse multis cum muneribus obviam procederet, ut beneficio suo regnum obtineret, concessit, et biduum cum exercitu splendide ab illo tractatus, ad Hypanin fluvium promovit. Hic septem stadia latus est, et sex orgyias altus, cursu vehementer concitato et transitu perquam difficili. (2) Tum e Phegeo cognoscit, quod trans Indum regio duodecim dierum itinere per vastas solitudines excurrat, quam Ganges fluvius excipiat, latitudine stadiorum triginta duo, ac profunditate tanta, ut omnia per Indiam flumina superet.

Ἰνδικήν, πέραν δὲ τούτου κατοικεῖν τό τε τῶν Πραισίων καὶ Γανδαριδῶν ἔθνος, τούτων δὲ βασιλεύειν Ξανδράμην, ἔχοντα δισμυρίους μὲν ἱππεῖς, πεζῶν δὲ εἴκοσι μυριάδας, ἅρματα δὲ δισχίλια, ἐλέφαντας δὲ πολεμικῶς κεκοσμημένους τετρακισχιλίους, ἀπιστήσας δὲ τοῖς λεγομένοις, προσεκαλέσατο τὸν Πῶρον, καὶ περὶ τῶν προσαγγελλομένων τἀκριβὲς διεπυνθάνετο. (3) Ὁ δὲ τἄλλα μὲν ὑπάρχειν ἅπαντα ἀληθῆ διεβεβαιοῦτο, τὸν δὲ βασιλέα τῶν Γανδαριδῶν ἔφησεν εὐτελῆ παντελῶς εἶναι καὶ ἄδοξον, ὡς ἂν κουρέως υἱὸν νομιζόμενον εἶναι. Εὐπρεπῆ γὰρ ὄντα τὸν τούτου πατέρα μεγάλως ὑπὸ τῆς βασιλίσσης ἀγαπηθῆναι· καὶ τοῦ βασιλέως διὰ τῆς γυναικὸς δολοφονηθέντος, εἰς τοῦτον περιστῆναι τὴν βασιλείαν. (4) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος, καίπερ ὁρῶν δυσεπίτευκτον τὴν ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας στρατείαν οὖσαν, ὅμως οὐκ ἀφίστατο τῆς φιλοτιμίας, ἀλλὰ πιστεύων ταῖς τῶν Μακεδόνων ἀρεταῖς καὶ τοῖς χρησμοῖς, ἐλπίδας εἶχε κρατήσειν τῶν βαρβάρων· τὴν μὲν γὰρ Πυθίαν ἀνίκητον αὐτὸν ὠνομακέναι, τὸν δ' Ἄμμωνα συγκεχωρηκέναι τὴν ἁπάσης τῆς γῆς ἐξουσίαν.

XCIV. Ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας ταῖς συνεχέσι στρατείαις καταπεπονημένους καὶ σχεδὸν ὀκταετῆ χρόνον ἐν πόνοις καὶ κινδύνοις τεταλαιπωρηκότας, ὑπέλαβεν ἀναγκαῖον εἶναι τὰ πλήθη τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις προτρέψασθαι πρὸς τὴν ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας στρατείαν. (2) Πολλὴ μὲν γὰρ φθορὰ τῶν στρατιωτῶν ἐγεγόνει, καὶ λύσις οὐδεμία τῶν πολέμων ἠλπίζετο· καὶ τῶν μὲν ἵππων διὰ τὴν συνέχειαν τῆς ὁδοιπορίας τὰς ὁπλὰς ὑποτετρῖφθαι συνέβαινε, τῶν δὲ ὅπλων τὰ πλεῖστα κατεξάνθαι, καὶ τὸν μὲν Ἑλληνικὸν ἱματισμὸν ἐκλελοιπέναι, συναναγκάζεσθαι δὲ βαρβαρικοῖς ὑφάσμασι χρῆσθαι συντεμόντας τὰ τῶν Ἰνδῶν περιβλήματα. (3) Κατὰ τύχην δὲ καὶ χειμῶνες ἄγριοι κατεῤῥάγησαν ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ βρονταὶ συνεχεῖς καὶ κεραυνοὶ κατέσκηπτον. Ἃ δὴ λογιζόμενος ἐναντιοῦσθαι ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς, μίαν εἶχεν ἐλπίδα τῆς ἐπιθυμίας, εἰ τοὺς στρατιώτας διὰ τῆς εὐεργεσίας εἰς εὔνοιαν μεγάλην προαγάγοιτο. (4) Διόπερ λεηλατεῖν μὲν αὐτοῖς συνεχώρησε τὴν παραποταμίαν χώραν, γέμουσαν παντοίας ὠφελείας. Ἐν αἷς δ' ἡμέραις ἡ δύναμις περὶ τὴν προνομὴν ἠσχολεῖτο, συναγαγὼν τὰς γυναῖκας τῶν στρατιωτῶν καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας παῖδας, ταύταις μὲν συνεστήσατο κατὰ μῆνα διδόναι σῖτον, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιφορὰς ταγματικὰς ἀπένειμε κατὰ τοὺς τῶν πατέρων συλλογισμούς. (5) Ὡς δ' ἐπανῆλθον οἱ στρατιῶται πολλῶν πλῆθος ἀγαθῶν ἐκ τῆς προνομῆς εὑρηκότες, συνῆγε πάντας εἰς ἐκκλησίαν. Διελθὼν δὲ λόγον πεφροντισμένον περὶ τῆς ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας στρατείας, καὶ τῶν Μακεδόνων οὐδαμῶς συγκαταθεμένων, ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς.

XCV. Κρίνας δ' ἐπὶ ταύτης τοὺς ὅρους θέσθαι τῆς στρατείας, πρῶτον μὲν τῶν δώδεκα θεῶν βωμοὺς πεντήκοντα πηχῶν ᾠκοδόμησεν, ἔπειτα τριπλασίαν

Ulteriores autem ripas Præsiorum et Gandaridarum gentes colere, regemque horum esse Xandramen, viginti equitum et ducentis peditum millibus, curribus insuper bis mille, et quater mille elephantis ad bellum adornatis instructum. Incredibilia hæc regi visa. Ideo Porum ad se arcessitum percontatur, an vera sint quæ renuntientur. (3) Is cetera quidem omnia vera esse confirmat : at qui regnum inter Gandaridas teneat, infimæ sortis hominem et obscurum esse, ut qui pro tonsoris filio habeatur. Patrem enim hujus ob decorum formæ habitum cordi fuisse reginæ quammaxime, regeque uxoris dolo perfide necato, regni administrationem ad hunc esse devolutam. (4) Quamquam igitur hanc in Gandaridas expeditionem cum summa difficultate conjunctam videbat Alexander, a gloriæ tamen cupiditate non destitit : quin Macedonum virtute deorumque responsis confisus, victoriæ de Barbaris referendæ spem habebat. A Pythia enim invicti sibi appellationem tributam, et ab Ammone totius orbis imperium sibi concessum recordabatur.

XCIV. Militem vero perpetuis expeditionibus defatigatum cernens (continuos enim octo annorum labores cum summis periculis ærumnose toleraverant), ut multitudinem accommodato sermone ad subeundam hanc secum militiam exhortaretur, necessarium duxit. (2) Ingens enim jactura militum jam facta erat, nec ullus bellorum finis sperari poterat. Quid? quod equorum ungulæ propter itinera nunquam remissa detritæ, et armorum pleraque absumta, habitus etiam Græcus defecerat, ut vestes barbarico ritu de concisis Indorum palliis contextas sibi adaptare necessum haberent. (3) Et tum forte fortuna accidit ut ad dies septuaginta horridi ex cœlo imbres, tonitruis et fulminibus continenter admixtis, præcipitarent. Quæ licet contraria molitionibus suis esse colligeret, unam tamen adhuc cupiditatis explendæ spem reliquam habebat, si munificentia animos militum ad reddendam eximie benevolentiam obstringeret. (4) Idcirco liberam eis per maritimos agros, omni bonorum genere exuberantes, prædandi potestatem concessit. Per dies interim illos, dum in populatione occupatur exercitus, uxores militum puerosque ex illis natos convocat, et illis quidem menstruum ut exhiberetur frumentum, his vero ut pro ratione ejus, quod patres acciperent, suum etiam stipendium numeraretur, constituit. (5) Ubi vero magnam bonorum ubertatem consecuti milites in castra redierunt, omnes in concionem advocavit. Ibi probe meditato sermone ad illos de expeditione contra Gandaridas suscipienda disseruit : sed quum nullo Macedones pacto ad voluntatem ejus se accommodarent, ab incepto destitit.

XCV. Quum igitur hic terminum expeditionis suæ facere statuisset, primum duodecim diis aras quinquaginta cubitorum erexit. Hinc castra triplo majore, quam prior

τῆς προϋπαρχούσης στρατοπεδείαν περιβαλόμενος, ὤρυξε τάφρον τὸ μὲν πλάτος πεντήκοντα ποδῶν, τὸ δὲ βάθος τετταράκοντα· τὴν δ' ἀναβολὴν ἐντὸς τῆς τάφρου σωρεύσας, τεῖχος ἀξιόλογον ᾠκοδόμησε. (2) Προσέταξε δὲ τοῖς μὲν πεζοῖς κατασκηνώσεις ἑκάστῳ δύο στιβάδας πενταπήχεις οἰκοδομῆσαι, τοῖς δ' ἱππεῦσι πρὸς ταύταις καὶ δύο φάτνας τῶν εἰθισμένων διπλασίας, ἀκολούθως δὲ καὶ τἄλλα τὰ καταλείπεσθαι μέλλοντα τοῖς μεγέθεσιν αὐξῆσαι. Ταῦτα δὲ πράττειν ἤμελλεν, ἅμα μὲν ἡρωικὴν βουλόμενος ποιήσασθαι στρατοπεδείαν, ἅμα δὲ τοῖς ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν σημεῖα μεγάλων ἀνδρῶν ἀποφαίνοντα ῥώμας σωμάτων ὑπερφυεῖς. (3) Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς πορευθεὶς ἀνέκαμψεν ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν· καταλαβὼν δὲ τὰ σκάφη νεναυπηγημένα, καὶ ταῦτα καταρτίσας, ἕτερα προσεναυπηγήσατο. (4) Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἧκον ἐκ τῆς Ἑλλάδος σύμμαχοι καὶ μισθοφόροι διὰ τῶν στρατηγῶν ἡγμένοι, πεζοὶ μὲν πλείους τρισμυρίων, ἱππεῖς δ' οὐ πολὺ λείποντες τῶν ἑξακισχιλίων, ἐκομίσθησαν δὲ καὶ πανοπλίαι διαπρεπεῖς πεζοῖς μὲν δισμυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις, φαρμάκων δ' ἰατρικῶν ἑκατὸν τάλαντα. Ταῦτα μὲν οὖν διέδωκε τοῖς στρατιώταις. (5) Τῆς δὲ ναυτικῆς παρασκευῆς συντελεσθείσης, καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων ἡτοιμασμένων, ὀκτακοσίων δὲ ὑπηρετικῶν, τὰς μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν κτισθείσας πόλεις ὠνόμασε, τὴν μὲν διὰ τὸ τῷ πολέμῳ κρατῆσαι Νίκαιαν, τὴν δ' ἀπὸ τοῦ τελευτήσαντος ἵππου κατὰ τὴν πρὸς Πῶρον μάχην Βουκεφάλαν.

XCVI. Αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν φίλων ἐμβὰς εἰς τὰς ναῦς, τὸν διὰ τοῦ ποταμοῦ πλοῦν ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν τὸν κατὰ μεσημβρίαν ἐποιεῖτο. Τὸ δὲ πολὺ μέρος τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν ποταμὸν ὡδοιπόρει, προηγουμένου Κρατέρου καὶ Ἡφαιστίωνος. Ὡς δ' ἦλθον ἐπὶ τὴν Ἀκεσίνου καὶ Ὑδάσπου συμβολήν, ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας προῆγεν ἐπὶ τοὺς ὀνομαζομένους Σίβους. (2) Τούτους δέ φασιν ἀπογόνους εἶναι τῶν μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὴν Ἄορνον πέτραν στρατευσάντων, καὶ τῆς μὲν πολιορκίας ἀποτυχόντων, ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ κατοικισθέντων ὑφ' Ἡρακλέους. Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου καταστρατοπεδεύσαντος πλησίον ἐπιφανεστάτης πόλεως, προῆλθον οἱ τῇ δόξῃ πρωτεύοντες τῶν πολιτῶν. Ἐντυχόντες δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν συγγένειαν ἀνανεωσάμενοι, πάντα ποιήσειν ἔφασαν μετὰ προθυμίας, ὡς ἂν συγγενεῖς ὄντες, καὶ δῶρα προσεκόμισαν μεγαλοπρεπῆ. (3) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν εὔνοιαν, καὶ τὰς πόλεις ἀποδείξας ἐλευθέρας, προῆγεν ἐπὶ τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν. Καταλαβὼν δὲ τοὺς ὀνομαζομένους Ἀγαλασσεῖς ἠθροικότας πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους, συνάψας αὐτοῖς μάχην καὶ νικήσας, τοὺς μὲν πλείστους κατέκοψε, τοὺς δὲ λοιποὺς συμφυγόντας εἰς τὰς πλησίον πόλεις ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο. (4) Τῶν δὲ ἄλλων ἐγχωρίων συναθροισθέντων, δισμυρίους μὲν καταφυ-

fuerat, ambitu complexus, fossam pedes quinquaginta latam et quadraginta altam duxit. Terra autem intra fossam accumulata, murum non contemnendum exstruxit. (2) Pedites etiam jussit ut in tabernaculo quisque suo duo cubilia quinûm cubitorum exstrueret; equites autem, ut illis duo etiam præsepia usitatis altero tanto ampliora adderent, eademque ratione ceterorum quoque post se relinquendorum magnitudines extenderent. Hæc eo consilio peragenda curabat, tum ut heroicam fecisse expeditionem memoraretur, tum ut virorum prægrandium vestigia et roboris usitatum excedentis modum argumenta incolis relinqueret. (3) His perfunctus cum universis copiis eodem quo venerat itinere ad Acesinen fluvium regreditur. Ibi naves, quas constructas invenerat, absolvit, aliisque fabricandis operam adhibet. (4) Sub id vero tempus nova ex Græcia supplementa tum auxiliariorum tum stipendiis militantium ductu imperatorum adventant : triginta amplius peditum millia, et sex millia ferme equitum. Arma simul eleganter fabricata in viginti quinque millia pedites, et medicamentorum centum talenta tunc advecta. Hæc ergo militibus distribuit. (5) Classe vero cum armamentis perfecta (adornatæ autem fuerant naves apertæ ducentæ et actuariæ octingentæ), urbium ad flumen conditarum unam a victoria illic parta, Nicæam, alteram ab equo, in conflictu cum Poro ibi interemto, Bucephalam nuncupavit.

XCVI. Tandem cum amicis naves ingressus, amne secundo in Oceanum, qui versus meridiem est, navigationem intendit. Sed major exercitus pars juxta in fluminis ripa, Crateri et Hephæstionis ductu, iter faciebat. Perventum erat in regionem, ubi Hydaspes Acesinæ committitur. Hic expositis militibus, Siborum ad fines procedit. (2) Hos ex posteritate illorum esse memorant, qui cum Hercule petram Aornum oppugnaverant, et post irritum conatum in regione illa herois auspicio collocati erant. Tum castris non obscuri nominis urbi admotis, ii quorum præcipua erat auctoritas, exeunt, inque colloquium regis admissi, necessitudinis antiquæ memoriam renovant, et cupide omnia se facturos, quomodo cognatos deceat, pollicentur. Quod etiam munerum haud vulgarium exhibitione testatum faciunt. (3) Grata horum benevolentia regi accidit; ideoque omnes illorum civitates liberas esse jubet. Inde conterminas ad gentes se convertit. Inter has Agalassenses quadraginta peditum, et tria equitum millia coegisse reperit. Committitur pugna, et vincit Alexander : ubi plerique conciduntur, superstites in vicina oppida refugiunt; quibus expugnatis, servituti mancipantur. (4) De ceteris etiam incolis, qui ad arma concursaverant, vicesies mille in magna

γόντας εἰς πόλιν μεγάλην κατὰ κράτος εἷλε· τῶν δ' Ἰνδῶν διαφραξάντων τοὺς στενωπούς, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν μαχομένων εὐρώστως, βιαζόμενος ἀπέβαλε τῶν Μακεδόνων οὐκ ὀλίγους. (5) Διὰ δὲ τὴν ὀργὴν ἐμπρήσας τὴν πόλιν, συγκατέκαυσε τοὺς πλείστους· τῶν δ' ἐγχωρίων τῶν ὑπολειπομένων εἰς τρισχιλίους συμφυγόντας εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντας ἀπέλυσεν.

XCVII. Αὐτὸς δὲ πάλιν μετὰ τῶν φίλων ἐμβὰς εἰς τὰς ναῦς, διὰ τοῦ ποταμοῦ τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο μέχρι τῆς συμβολῆς τῶν προειρημένων ποταμῶν καὶ τοῦ Ἰνδοῦ. Μεγάλων δὲ ῥείθρων εἰς ἕνα τόπον συρραττόντων, ἴλιγγες πολλαὶ καὶ φοβεραὶ συνίσταντο, καὶ τὰ σκάφη συστρέφουσαι διέφθειρον. Τῆς δὲ τοῦ ῥεύματος βίας ὀξείας καὶ σφοδρᾶς οὔσης, καὶ τῆς τῶν κυβερνητῶν τέχνης κατισχυομένης, δύο μὲν μακραὶ ναῦς κατέδυσαν, τῶν δὲ ἄλλων πλοίων οὐκ ὀλίγα πρὸς τὴν γῆν ἐξέπεσε. (2) Τῆς δὲ ναυαρχίδος καταῤῥάκτῃ μεγάλῳ περιπεσούσης, ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἔσχατον ἦλθε κίνδυνον. Διὸ καὶ τοῦ θανάτου πρὸ ὀφθαλμῶν ὄντος, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἀποθέμενος τὴν ἐσθῆτα, γυμνῷ τῷ σώματι τῆς ἐνδεχομένης ἀντείχετο βοηθείας· οἱ δὲ φίλοι παρενήχοντο, σπεύδοντες ὑποδέξασθαι περιτρεπομένης τῆς νεὼς τὸν βασιλέα. (3) Πολλῆς δὲ ταραχῆς περὶ τὴν ναῦν οὔσης, καὶ τῶν μὲν ἀνδρῶν ἀντιταττομένων τῇ τοῦ ῥεύματος βίᾳ, τοῦ δὲ ποταμοῦ κατισχύοντος πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐπίνοιάν τε καὶ δύναμιν, μόγις ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τῶν νεῶν εἰς τὴν γῆν ἐξέπεσε. Σωθεὶς δὲ παραδόξως τοῖς θεοῖς ἔθυσεν, ὡς μεγίστους ἐκπεφευγὼς κινδύνους καὶ πρὸς ποταμὸν ὁμοίως Ἀχιλλεῖ διαγωνισάμενος.

XCVIII. Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας ἐπὶ Ὀξυδράκας καὶ τοὺς ὀνομαζομένους Μαλλούς, ἔθνη πολυάνθρωπα καὶ μάχιμα, κατέλαβε τοὺς ἐγχωρίους ἠθροικότας πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ὀκτακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἅρματα δ' ἑπτακόσια. Οὗτοι πρὸ μὲν τῆς Ἀλεξάνδρου παρουσίας ἐπολέμουν ἀλλήλοις, ὡς δ' ὁ βασιλεὺς ἤγγισε τῇ χώρᾳ, συνεφρόνησαν, καὶ μυρίας παρθένους δόντες καὶ λαβόντες, διὰ τῆς ἐπιγαμίας ταύτης διηλλάγησαν. (2) Οὐ μὴν συγκατέβησαν εἰς παράταξιν, ἀλλὰ πάλιν στασιάσαντες ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας εἰς τὰς σύνεγγυς πόλεις ἀπεχώρησαν. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τῇ πρώτῃ πόλει πλησιάσας, ἐξ ἐφόδου διενοεῖτο πολιορκεῖν ταύτην. (3) Ἔνθα δή τῶν τερατοσκόπων τις Δημοφῶν ὄνομα προσελθὼν αὐτῷ, διά τινων οἰωνῶν ἔφη προδηλοῦσθαι τῷ βασιλεῖ μέγαν κίνδυνον ἐκ τραύματος ἐσόμενον ἐν τῇ πολιορκίᾳ. Διόπερ ἠξίου τὸν Ἀλέξανδρον ἀφεῖναι μὲν ταύτην τὴν πόλιν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἐφ' ἑτέρας δὲ πράξεις ἐπιβάλλειν τὸν νοῦν. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτῳ μὲν ἐπέπληξεν ὡς ἐμποδίζοντι τὴν ἀρετὴν τῶν ἀγωνιζομένων, αὐτὸς δὲ διατάξας τὰ περὶ τὴν πολιορκίαν, πρῶτος ἡγεῖτο πρὸς τὴν πόλιν, φιλοτιμούμενος αὐτὴν διὰ τῆς βίας χειρώσασθαι. Τῶν δὲ μηχανικῶν ὀργάνων ὑστερούντων, πρῶτος δια-

quadam urbe tutandi sua causa congregatos vi expugnat. Sed quum Indi, obseptis viarum angustiis, fortiter e tectis propugnarent, vi summa usus Macedonum haud paucos amittit. (5) Oppido igitur per iram succenso, maximam illorum partem simul comburit. Ad ter mille adhuc superfuerant. Hos in arcem elapsos, quum supplices veniam rogarent, impune dimittit.

XCVII. Tum denuo cum amicis navibus per amnem decurrit usque ad fluviorum, quos diximus, et Indi confluentes. Sed quum magna flumina cum impetu in unum locum concursent, vortices multi horrore maximo exsistunt. Hi tum naves in vertiginem actas pessumdabant. Tantaque fluxus concitati vis erat ac vehementia, ut ars gubernatorum succumberet. Duæ itaque naves longæ submerguntur, et ceterarum pleræque in ripam expelluntur. (2) Prætoria etiam in vastum abrepta verticem, rex ultimum vitæ periculum adit. Quare præsentem sibi mortem intentari videns, depositis vestibus, nudo corpore quod tum dabatur subsidium prehensat. Jamque haud procul natant amici, summo hoc nixu agentes, ut navi subversa regem excipiant. (3) Ibi ingens circa navem perturbatio oritur, dum violentiæ cursus viri se opponunt, at fluvius omnem hominum sollertiam et facultatem superat. Atque vix tandem cum navibus Alexander in terram evadit. Insperato igitur servatus diis sacrum fecit, quod et extremum discrimen evasissset, et velut Achilles cum fluvio depugnasset.

XCVIII. Hinc in Oxydracas et Mallos, populosissimas Indiæ gentes et pugnaces, ducto exercitu, ita paratos offendit incolas, ut plus quam octoginta millia peditum et decem millia equitum cum septingentis curribus sub signis haberent. Hi ante regis adventum bellum inter se gerebant; sed regis jam imminentis metus ad concordem armorum societatem eos compulerat, datisque et acceptis ultro citroque denis virginum millibus per affinitatem illam inter se reconciliati erant. (2) Nec tamen conjunctis in aciem viribus descenderunt; sed dissensione de summa imperii exorta, in propinquas huc illuc urbes dilapsi fuerant. Ad quarum primam ubi pervenit Alexander, primo accessu illam oppugnare statuit. (3) Sed inter haruspices quidam Demophon illum conveniens, portentis quibusdam maximum regi periculum ex vulnere in hac obsidione portendi monuit. Ideoque, ut omisso nunc quidem oppido isto, aliis potius negotiis animum adverteret, rogavit. (4) Rex, homine jurgiis excepto, quod strenuo certantibus impedimento esset, constitutis ad oppugnationem necessariis, ipse primus ad urbem ducit, expugnandæ ejus percupidus. Quumque machinamenta tardius subsequerentur, primus præfracta porta in urbem irrumpit: ubi

κόψας πυλίδα καὶ παρειςπεσὼν εἰς τὴν πόλιν, πολλοὺς μὲν κατέβαλε, τοὺς δὲ λοιποὺς τρεψάμενος συνεδίωξεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν. (5) Τῶν δὲ Μακεδόνων περὶ τὴν τειχομαχίαν ἔτι διατριβόντων, ἁρπάσας κλίμακα καὶ τοῖς τῆς ἄκρας τείχεσι προςερείσας καὶ τὴν πέλτην ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχων προςανέβαινε. Τῆς δὲ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ὀξύτητος φθανούσης τοὺς προμαχομένους τῶν βαρβάρων, ταχέως ἐπέβη τῷ τείχει. (6) Τῶν δ' Ἰνδῶν εἰς χεῖρας μὲν ἐλθεῖν οὐ τολμώντων, ἐκ διαστήματος δὲ ἀκοντιζόντων καὶ τοξευόντων, ὁ μὲν βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν κατεπονεῖτο, οἱ δὲ Μακεδόνες δύο κλίμακας προςθέντες, διὰ τούτων προςανέβαινον ἀθρόοι, καὶ συντριβεισῶν ἀμφοτέρων ἐπὶ τὴν γῆν κατηνέχθησαν.

XCIX. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐρημωθεὶς πάσης βοηθείας ἐτόλμησεν ἐπιτελέσαι πρᾶξιν παράδοξον καὶ μνήμης ἀξίαν. Τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ τείχους ἀπελθεῖν ἄπρακτον πρὸς τοὺς ἰδίους ἀνάξιον κρίνας ὑπάρχειν τῆς ἰδίας εὐδοξίας, καθήλατο μετὰ τῶν ὅπλων μόνος εἰς τὴν πόλιν. (2) Συνδραμόντων δ' ἐπ' αὐτὸν τῶν Ἰνδῶν, ὑπέστη τεθαῤῥηκότως τὴν τῶν βαρβάρων ἐπιφοράν· προβαλλόμενος δ' ἐκ τῶν δεξιῶν δένδρον τι παρ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἐῤῥιζωμένον, ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων αὐτὸ τὸ τεῖχος, ἠμύνετο τοὺς Ἰνδούς, τούτῳ τῷ θυμῷ παραστὰς ὡς ἂν τις βασιλεύς, τηλικούτων ἤδη ἀπειργασμένων, ἀνδραγαθήσειε τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου καταστροφὴν εὐκλεεστάτην γενέσθαι φιλοτιμούμενος. (3) Πολλὰς μὲν γὰρ εἰς τὸ κράνος ἐλάμβανε πληγάς, οὐκ ὀλίγας δὲ εἰς τὴν πέλτην ἐδέχετο· τέλος δὲ τοξευθεὶς ὑπὸ τὸν μαστὸν ἔπεσεν εἰς τὸ γόνυ, κατισχυθεὶς ὑπὸ τῆς πληγῆς. Εὐθὺς δ' ὁ μὲν τοξεύσας Ἰνδὸς καταφρονήσας προςέδραμε, καὶ καταφέροντος αὐτοῦ πληγήν, ὁ Ἀλέξανδρος ὑπέθηκε τῇ λαγόνι τὸ ξίφος, καὶ καιρίου γενομένου τοῦ τραύματος, ὁ μὲν βάρβαρος ἔπεσεν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιλαβόμενος τοῦ πλησίον κλάδου καὶ διαναστάς, προεκαλεῖτο τῶν Ἰνδῶν τοὺς βουλομένους διαγωνίσασθαι. (4) Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Πευκέστης, εἷς τῶν ὑπασπιστῶν, δι' ἑτέρας κλίμακος προςαναβάς, πρῶτος ὑπερήσπισε τὸν βασιλέα· μετὰ δὲ τοῦτον ἕτεροι πλείους ἐπιφανέντες, καὶ καταπληξάμενοι τοὺς βαρβάρους, διέσωσαν τὸν Ἀλέξανδρον. Τῆς δὲ πόλεως ἁλούσης κατὰ κράτος, οἱ μὲν Μακεδόνες διὰ τὸν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως θυμὸν πάντας τοὺς περιτυχόντας ἀνῄρουν, καὶ τὴν πόλιν νεκρῶν ἐπλήρωσαν. (5) Ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας τοῦ βασιλέως ἀσχοληθέντος περὶ τὴν θεραπείαν, οἱ κατὰ τὴν Βακτριανὴν καὶ Σογδιανὴν κατοικισθέντες Ἕλληνες ἐκ πολλοῦ μὲν τὸν ἐν τοῖς βαρβάροις κατοικισμὸν χαλεπῶς ἔφερον, τότε δὲ φήμης προςπεσούσης αὐτοῖς ὅτι τρωθεὶς ὁ βασιλεὺς τετελεύτηκεν, ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν Μακεδόνων. (6) Ἀθροισθέντες δὲ εἰς τριςχιλίους, κατὰ τὴν εἰς οἶκον ἀνακομιδὴν πολλὰ πονήσαντες, ὕστερον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατεκόπησαν μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτήν.

C. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος διασωθεὶς ἐκ τοῦ τραύματος,

prostratis compluribus, ceteros in fugam actos ad arcem usque persequitur. (5) Et quia Macedones in oppugnatione muri adhuc occupati erant, arreptas e propinquo scalas arcis mœnibus admovet, peltamque capiti obtendens sursum properat. Celeritate autem effecit ut prius, quam propugnatores arcerent, muri summum jam occupatum teneret. (6) Ibi Indorum quidem nemo manus conferre audebat; eminus tamen jaculis et sagittis regem impetebant adeo, ut multitudini horum impar esset. Inter hæc Macedones binas applicarant scalas: sed dum nimis multi ascensum moliuntur, confractis utrisque omnes ad terram corruerant.

XCIX. Tum rex, omni destitutus auxilio facinus quoddam incredibile memoratuque dignissimum patrare ausus fuit. Nam re infecta ex muro ad suos resilire indignum rerum suarum gloria arbitratus, cum armis in oppidum desilit. (2) Et mox Indis confertim irruentibus, magna fiducia impetum Barbarorum excipit. Quumque a dextra arborem radicibus muro affixam, a sinistra murum ipsum pro munimento sibi fecisset, tutius hostes propulsabat, tanta animi præsentia, quantam rex post tot tantasque res præclare gestas, gloriosissimam oppetere mortem cupiens, insigni virtutis decore declararit. (3) Jam multos galea, multos etiam pelta ictus sustinuerat, quum tandem sagittæ infra mamillam inflictu tam violentum vulnus accepit, ut in genua subsideret. Indus præterea, qui ipsum percusserat, incaute non sine despectu regis accurrens, alterum ei ictum intentavit: sed rex gladium lateri subjiciens letali hominem vulnere prostravit. Mox vicino, quem apprehenderat, ramo se attollens, cuicunque liberet, pugnam offerebat. (4) Interea Peucestes, satellitum unus, superato per alias scalas muro, primus ad defensionem regis accurrit: et post hunc alii plures supervenere, qui terrore Barbaris injecto, regem e discrimine extraxere. Tum urbe per vim capta, Macedones, quidquid hominum in manus illorum incidit, quod iræ super rege indulgerent, trucidant, totumque oppidum cadaveribus repletur. (5) Interea, dum complures rex curationi vulneris dies insumit, Græci per Bactrianam et Sogdianam in colonias distributi, quod et jam pridem sedes inter Barbaros assignatas moleste ferrent, et tunc rumore defuncti ex vulnere regis arrigerentur, a Macedonum imperio deficiunt: (6) ad tria enim millia confluxerant, qui deinde, quum magno reditum in patriam conatu tentassent, omnes post Alexandri interitum a Macedonibus concisi fuere.

C. Hinc ubi a vulnere convaluerat Alexander, instituto

καὶ θύσας τοῖς θεοῖς σωτήρια, μεγάλας ἑστιάσεις τῶν φίλων ἐποιεῖτο. Παρὰ δὲ τὸν πότον ἴδιόν τι συνέβη γενέσθαι καὶ μνήμης ἄξιον. (2) Ἐν γὰρ τοῖς ἑταίροις παραληφθείς τις Μακεδών, ὄνομα Κόῤῥαγος, ῥώμῃ σώματος διαφέρων καὶ πολλάκις ἐν ταῖς μάχαις ἠνδραγαθηκώς, παροξυνθεὶς ὑπὸ τῆς μέθης προεκαλέσατο μονομαχῆσαι Διώξιππον τὸν Ἀθηναῖον, ἀθλητὴν ἄνδρα καὶ ταῖς ἐπιφανεστάταις νίκαις ἐστεφανωμένον. (3) Τῶν δὲ παρακεκλημένων ἐπὶ τὸν πότον, ὡς εἰκός, συνεπιλαβομένων τῆς φιλοτιμίας, καὶ τοῦ μὲν Διωξίππου συγκαταθεμένου, τοῦ δὲ βασιλέως ἡμέραν τῆς μάχης τάξαντος, ὡς ὁ τῆς μονομαχίας χρόνος ἧκε, πολλαὶ μυριάδες ἀνδρῶν συνήχθησαν ἐπὶ τὴν θέαν. (4) Καὶ τῶν μὲν Μακεδόνων ὁμοεθνῶν ὄντων τῷ Κοῤῥάγῳ, καὶ τοῦ βασιλέως συμφιλοτιμουμένου, τῶν δὲ Ἑλλήνων τῷ Διωξίππῳ συναγωνιώντων, προῆλθεν εἰς τὸν ἀγῶνα ὁ μὲν Μακεδὼν πολυτελέσιν ὅπλοις κεκοσμημένος, ὁ δ' Ἀθηναῖος γυμνὸς ὑπαληλιμμένος, ἔχων ῥόπαλον σύμμετρον. Ἀμφοτέρων δὲ τῇ τε τοῦ σώματος ῥώμῃ καὶ τῇ τῆς ἀλκῆς ὑπεροχῇ θαυμαζομένων, οἱονεί τις θεομαχία μέλλουσα γίνεσθαι προςεδοκήθη. (5) Ὁ μὲν γὰρ Μακεδὼν διά τε τὴν φύσιν τοῦ σώματος καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ὅπλων μεγάλην ἐπιφέρων κατάπληξιν, Ἄρει παρεμφερὴς ὑπελαμβάνετο, ὁ δὲ Διώξιππος ὑπερέχων τε τῇ ῥώμῃ, καὶ διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀθλήσεως μελέτην, ἔτι δὲ διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα, τὴν πρόςοψιν Ἡρακλεωτικὴν εἶχεν. (6) Ὡς δ' ἐπῆγον ἀλλήλοις, ὁ μὲν Μακεδὼν ἐκ συμμέτρου διαστήματος λόγχην ἠκόντισεν, ὁ δ' ἕτερος βραχὺ παρεγκλίνας τὴν ἐπιφερομένην πληγὴν ἐξένευσεν. Εἶθ' ὁ μὲν τὴν Μακεδονικὴν σάρισαν προβεβλημένος ἐπεπορεύετο, ὁ δ' ἐγγίσαντος αὐτοῦ τῷ ῥοπάλῳ πατάξας τὴν σάρισαν ἀπέθραυσεν. (7) Ὁ δὲ δυσὶν ἐλαττώμασι περιπεσὼν ἐπὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην κατήντησε. Μέλλοντος δ' αὐτοῦ σπᾶσθαι τὴν μάχαιραν, ἔφθασε προπηδήσας, καὶ τῇ μὲν εὐωνύμῳ κατέλαβε τὴν ἕλκουσαν τὸ ξίφος χεῖρα, τῇ δ' ἄλλῃ κινήσας ἐκ τῆς βάσεως τὸν ἀντίπαλον ὑπέσυρε τὰ σκέλη. (8) Ῥιφέντος δ' ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν τράχηλον τῷ ποδὶ καὶ τὸ ῥόπαλον ἀνατεινάμενος, ἀνέβλεψε πρὸς τοὺς θεωμένους.

CI. Ἀναβοήσαντος δὲ τοῦ πλήθους διά τε τὸ παράδοξον καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀνδραγαθίας, ὁ μὲν βασιλεὺς προςέταξεν ἀφεῖναι, καὶ τὴν θέαν διαλύσας ἀπηλλάγη, δυςφορῶν ἐπὶ τῇ τοῦ Μακεδόνος ἥττῃ. (2) Ὁ δὲ Διώξιππος ἀφεὶς τὸν πεπτωκότα καὶ περιβόητον νίκην ἀπενεγκάμενος, ἀπῄει ταινιούμενος ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων, ὡς κοινὴν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι παρεσχημένος εὐδοξίαν. Οὐ μὴν ἡ τύχη γε εἴασεν ἐπὶ πολὺν χρόνον καυχήσασθαι τὸν ἄνδρα τῇ νίκῃ. (3) Ὅ τε γὰρ βασιλεὺς ἀλλοτριώτερον ἀεὶ διετέθη πρὸς αὐτόν, οἵ τε φίλοι τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ πάντες οἱ περὶ τὴν αὐλὴν Μακεδόνες, φθονοῦντες αὐτοῦ τῇ ἀρετῇ, ἔπεισαν μὲν τὸν ἐπὶ τῆς διακονίας τεταγμένον ὑποβαλεῖν ὑπὸ τὸ προςκεφάλαιον χρυσοῦν ποτήριον, αὐτοὶ δὲ κατὰ τὸν

diis sacrificio, ut pro restituta salute grates redderet, magnificis epulis amicos excepit. Tum inter compotandum singulare quiddam memoriaque dignum evenit. (2) Inter amicos regis adscitus quidam erat Corrhagus Macedo, corporis robore præstans, qui non raro in pugnis strenue rem gesserat. Is ubi mero incaluerat, Dioxippum Atheniensem., (qui pugil erat deque victoriis nobilissimis coronas reportarat, ad singulare certamen provocat. (3) Convivio adhibiti studiis suis, ut fieri solet, adjutant. Dioxippus ergo conditionem accipit, rexque pugnæ diem statuit. Jam veniente hora certaminis multæ hominum myriades ad spectaculum conveniunt. (4) Macedones cum rege, ut populares, in Corrhagum favore suo propensi sunt: Græci cum Dioxippo curas suas conjungunt. Macedo igitur pretiosis exornatus armis, Atheniensis vero nudus oleoque perunctus cum convenientis mensuræ clava in certamen prodit. Et quia uterque propter corporis et animi vim egregiam admirationi est, quasi deorum pugna quædam futura exspectatur. (5) Nam Macedo, corporis statura et fulgore armorum magnum præ se ferens terrorem, Marti similis habebatur: Dioxippus, præterquam quod viribus excelleret, tum studii athletici exercitatione, tum insolenti clavæ gestatione, Herculi in speciem comparandus videbatur. (6) Jamque alter alteri imminebat, quum Macedo ex justo intervallo lanceam emisit; alter vero exigua corporis declinatione intentatum sibi ictum evitat. Mox adversarius sarissam protendens ingruit: hanc, ubi propius accessit, alter stipite frangit. (7) Bis ergo conatu frustratus Macedo, gladio pugnam capessit: sed hunc, dum stringitur, assiliens ille prævertit, lævaque gladium extrahentis manum complexus, et altera e statu virum demovens, crura illi subducit. (8) Quem ubi ad terram dejecisset, collum jacentis pede premens, clavamque intentans, ad spectatores se convertit.

CI. Insolens rei novitas et excellens hominis fortitudo clamorem vulgi excitarat. Sed rex prostratum dimitti jubet, finemque spectaculo imponens discedit. Infelicem popularis casum interim animo non satis æquo ferebat. (2) Dioxippus autem, omisso quem dejecerat, abscedens, popularium studio corollis redimitur, quod victoriam tam insignem adeptus communem Græcis omnibus gloriam exhibuisset. Non tamen ad longum fortuna tempus victoriæ hujus lætitia hominem frui permisit. (3) Nam rex perpetuo deinceps alienus ab illo fuit, et amici regis, adeoque omnes aulæ ministeriis destinati, virtutem ejus invidia prosequebantur. Quare mensæ cuidam ministro persuadent ut poculum aureum pulvino ejus subjiciat, proximoque convivio de

ἑξῆς πότον καταιτιασάμενοι κλοπὴν καὶ ποτήριον εὑρηκέναι προσποιηθέντες, εἰς αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν ἤγαγον τὸν Διώξιππον. (4) Ὁ δὲ θεωρῶν τὴν ἐπ' αὐτὸν συνδρομὴν τῶν Μακεδόνων, τότε μὲν ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ πότου, μετ' ὀλίγον δὲ ἐπὶ τὴν ἰδίαν κατάλυσιν παραγενόμενος, καὶ γράψας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐπιστολὴν περὶ τῶν καθ' αὐτοῦ μεμηχανημένων, ταύτην μὲν ἐνετείλατο τοῖς ἰδίοις δοῦναι τῷ βασιλεῖ, αὐτὸν δ' ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησεν, ἀβούλως μὲν εἰς τὴν μονομαχίαν συγκαταβάς, πολὺ δ' ἀφρονεστέραν τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν ποιησάμενος. (5) Διὸ καὶ πολλοὶ τῶν καταμεμφομένων αὐτοῦ τὴν ἄνοιαν ἐπιπλήττοντες ἔφασαν χαλεπὸν εἶναι δύναμιν μὲν σώματος ἔχειν μεγάλην, νοῦν δὲ μικρόν. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολήν, χαλεπῶς ἤνεγκεν ἐπὶ τῇ τἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ πολλάκις ἐπεζήτησε τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος, ἀπόντα δὲ ἐπιποθήσας ὅτε οὐδὲν ὄφελος, ἔγνω τὴν καλοκἀγαθίαν τἀνδρὸς ἐκ τῆς τῶν διαβαλόντων κακίας.

CII. Ὁ δ' οὖν Ἀλέξανδρος τὴν μὲν στρατιὰν προσέταξεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀντιπαράγειν ταῖς ναυσίν, αὐτὸς δὲ τὸν διὰ τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πλοῦν ποιούμενος κατῆρεν εἰς τὴν χώραν τῶν ὀνομαζομένων Σαμβαστῶν. (2) Οὗτοι δὲ τῷ τε πλήθει τῶν ἀνδρῶν καὶ ταῖς ἀρεταῖς οὐδενὸς τῶν Ἰνδικῶν ἐθνῶν λείπονται· οἰκοῦντες δὲ πόλεις δημοκρατουμένας, καὶ τὴν ἔφοδον τῶν Μακεδόνων πυνθανόμενοι, στρατιώτας ἤθροισαν πεζοὺς μὲν ἑξακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίους, ἅρματα δὲ πεντακόσια. (3) Τοῦ δὲ στόλου προσπλέοντος, τῷ ξένῳ καὶ παραδόξῳ τῆς παρουσίας πτοηθέντες, καὶ τὴν διαβεβοημένην δόξαν τῶν Μακεδόνων καταπλαγέντες, ἔτι δὲ τῶν πρεσβυτέρων συμβουλευσάντων μὴ διαγωνίζεσθαι, πεντήκοντα τοὺς ἐπιφανεστάτους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν, ἀξιοῦντες φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθῆναι. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπαινέσας τοὺς ἄνδρας, καὶ συγχωρήσας τὴν εἰρήνην, δωρεαῖς τε μεγάλαις καὶ τιμαῖς ἡρωικαῖς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἐτιμήθη. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς παρὰ τὸν ποταμὸν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν κατοικοῦντας, ὀνομαζομένους δὲ Σόδρας καὶ Μασσανούς, προσηγάγετο. Περὶ δὲ τούτους τοὺς τόπους ἔκτισε πόλιν Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τὸν ποταμόν, μυρίους καταλέξας οἰκήτορας. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Μουσικάνου τοῦ βασιλέως χώραν καταντήσας, τόν τε δυνάστην ὑποχείριον λαβὼν ἀπέκτεινε καὶ τὸ ἔθνος ὑποχείριον ἐποίησεν. Ἑξῆς δ' εἰς τὴν Πορτικάνου δυναστείαν ἐμβαλών, δύο μὲν ἐξ ἐφόδου πόλεις ἐξεπολιόρκησε, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐφεὶς διαρπάσαι τὰς οἰκίας ἐνέπρησεν· αὐτὸν δὲ τὸν Πορτικᾶνον εἰς χωρίον ὀχυρὸν καταφυγόντα χειρωσάμενος ἀπέκτεινε μαχόμενον. Τὰς δὲ πόλεις ἁπάσας τὰς ὑπὸ τοῦτον τεταγμένας ἐκπολιορκήσας κατέσκαψε, καὶ πολὺν φόβον τοῖς πλησιοχώροις ἐπέστησεν. (6) Ἑξῆς δὲ τήν τε Σάμβου βασιλείαν ἐξεπόρθησε καὶ τὰς πλείστας πόλεις ἐξανδραποδισάμενος καὶ κατασκάψας, κατέκοψε τῶν βαρβάρων ὑπὲρ τὰς

furtò conqueruntur et poculum tandem apud Dioxippum repertum esse simulant. Quo facto magnum illi pudorem et ignominiæ labem adspersere. (4) Qui, Macedonum in se concursum fieri videns, tum quidem convivio excedit. Sed brevi interjecta mora, in deversorium regressus, epistolam de inimicorum contra se machinis scribit: quam quum regi per familiares tradendam curasset, vita se abdicavit. Imprudens sane factum, quod in arenam cum Macedone descendit, longe autem majore cum insipientia conjunctum, quod eo sibi modo vitam decurtavit. (5) Ideo multi, qui dementiam ejus redarguunt, etiam hoc vituperationi admiscent, rem gravem et molestam videri magno corpore et mediocri ingenio esse præditum. (6) Rex autem, perlectis illis literis, interitum hominis graviter tulit, ac virtutem ejus non raro quæsivit; et qui præsentem neglexerat, sublatumque desiderabat, ex calumniatorum tandem scelere, quanta viri integritas fuisset, cognovit.

CII. Ceterum copiis in ripa fluminis secundum classem duci jussis, rex navigationem in Oceanum redintegrans, ad regionem illorum, quos Sambastas vocant, appellit. (2) Hi tum numero tum virtute hominum nulli Indicarum gentium posthabendi urbes, quæ populi imperio reguntur, incolunt. Et de Macedonum adventu certiores facti peditum sexaginta millia, et equitum sex millia cum quingentis curribus bellicis coegerant. (3) At classe jam imminente, nova et insuitata accessus facie perterriti, quum et ubique pervulgata Macedonum gloria metum incuteret, et seniores periculum certaminis dissuaderent, quinquaginta ex præcipua nobilitate legatis ad Alexandrum missis, ut humaniter secum agat, precantur. (4) Rex itaque, studio horum legatorum laudato, pacem genti concedit, muneraque amplissima et honores, qui heroem deceant, ab incolis consequitur. Exinde ripæ utriusque accolas, qui Sodræ et Massani appellantur, in fidem accipit. Quibus in locis juxta flumen oppidum condidit Alexandriam, et decem millia, qui hoc incolerent, delegit. (5) Hinc ad Musicani regnum pervenit: quem captum regulum interemit, et gentem potestati suæ subjecit. Porticani deinceps ditionem aggressus, duas primo incursu urbes expugnat, et direptioni militum concessas incendit. Regem vero Porticanum, qui in castellum se probe munitum receperat, dum pugnans se defendit, oppressum occidit; et quotquot sub ditione urbes habebat, expugnatas diruit, eoque magnum finitimis terrorem incussit. (6) Tum et Sambi regnum pervastavit: ubi plerasque urbes, venumdatis civibus, eversas solo æ-

ὀκτὼ μυριάδας. (7) Τὸ μὲν οὖν ἔθνος τῶν ὀνομαζομένων Βραχμάνων τοιαύταις περιέπεσε συμφοραῖς· τῶν δὲ λοιπῶν μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντων, τοὺς αἰτιωτάτους κολάσας τοὺς λοιποὺς ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων. Ὁ δὲ βασιλεὺς Σάμβος μετὰ τριάκοντα ἐλεφάντων φυγὼν εἰς τὴν πέραν τοῦ Ἰνδοῦ χώραν, διέφυγε τὸν κίνδυνον.

CIII. Τῆς δ' ἐσχάτης τῶν Βραχμάνων πόλεως, ἣν ὀνομάζουσιν Ἁρματήλια, πεφρονηματισμένης ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δυςχωρίαις, ἀπέστειλεν ὀλίγους τῶν ψιλῶν, προςτάξας ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων, καὶ ἐὰν ἐπεξίωσιν, ὑποφεύγειν. (2) Οὗτοι μὲν οὖν, ὄντες πεντακόσιοι καὶ προςμαχόμενοι τοῖς τείχεσι, κατεφρονήθησαν. Ἐπεξελθόντων δ' ἐκ τῆς πόλεως στρατιωτῶν τριςχιλίων, προςποιηθέντες καταπεπλῆχθαι πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. (3) Ὁ δὲ βασιλεὺς μετ' ὀλίγων ὑποστὰς τοὺς διώκοντας τῶν βαρβάρων, καὶ μάχην καρτερὰν συστησάμενος, οὓς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, οὓς δ' ἐζώγρησε. Τῶν δὲ μετὰ τοῦ βασιλέως οὐκ ὀλίγοι τρωθέντες εἰς τοὺς ἐσχάτους ἦλθον κινδύνους. (4) Ὁ γὰρ τῶν βαρβάρων σίδηρος κεχρισμένος ἦν φαρμάκου θανασίμου δυνάμει, ᾗ πεποιθότες κατέβησαν εἰς τὴν διὰ τῆς μάχης κρίσιν. Κατεσκεύαστο δὲ ἡ τοῦ φαρμάκου δύναμις ἔκ τινων ὄφεων θηρευομένων καὶ τούτων εἰς τὸν ἥλιον νεκρῶν τιθεμένων. (5) Τῆς δ' ἐκ τοῦ καύματος θερμασίας τηκούσης τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, ἱδρῶτας ἐκπίπτειν συνέβαινε καὶ διὰ τῆς νοτίδος συνεκκρίνεσθαι τὸν τῶν θηρίων ἰόν. Διὸ καὶ τοῦ τρωθέντος εὐθὺς ἐνάρκα τὸ σῶμα, καὶ μετ' ὀλίγον ὀξεῖαι συνηκολούθουν ὀδύναι, καὶ σπασμὸς καὶ τρόμος τὸν ὅλον ὄγκον κατεῖχεν, ὅ τε χρὼς ψυχρὸς καὶ πελιδνὸς ἐγίνετο, καὶ διὰ τῶν ἐμέτων ἐξέπιπτε χολή, πρὸς δὲ τούτοις ἀπὸ τοῦ τραύματος μέλας ἀφρὸς ἀπέῤῥει καὶ σηπεδὼν ἐγεννᾶτο. Αὕτη δὲ νεμομένη ταχέως ἐπέτρεχε τοῖς κυρίοις τόποις τοῦ σώματος, καὶ δεινοὺς θανάτους ἀπειργάζετο. (6) Διὸ συνέβαινε τὰ ἴσα τοῖς μεγάλα τραύματ' εἰληφόσι καὶ τοῖς μικρὰν καὶ τὴν τυχοῦσαν ἀμυχὴν ἀναδεξαμένοις. Τοιαύτῃ δ' ἀπωλείᾳ τῶν τρωθέντων ἀπολλυμένων, ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐχ οὕτως ὁ βασιλεὺς ἐλυπήθη, ἐπὶ δὲ Πτολεμαίῳ τῷ ὕστερον μὲν βασιλεύσαντι, τότε δὲ ἀγαπωμένῳ μεγάλως ἠχθέσθη. (7) Ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι περὶ τὸν Πτολεμαῖον, ὅ τινες εἰς θεῶν πρόνοιαν ἀνέπεμπον. Ἀγαπώμενος γὰρ ὑφ' ἁπάντων διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ ὑπερβολὴν τῆς εἰς πάντας εὐεργεσίας, οἰκείας τοῦ φιλανθρώπου βοηθείας ἔτυχεν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς εἶδεν ὄψιν κατὰ τὸν ὕπνον, καθ' ἣν ἔδοξεν ὁρᾶν δράκοντα βοτάνην ἐν τῷ στόματι κρατεῖν καὶ δεῖξαι ταύτης τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ φύεται. (8) Ἐγερθεὶς οὖν ὁ Ἀλέξανδρος καὶ τὴν βοτάνην ἀναζητήσας καὶ τρίψας, τό τε σῶμα τοῦ Πτολεμαίου κατέπλασε, καὶ πιεῖν δοὺς ὑγιῆ κατέστησε. Γνωσθείσης δὲ τῆς εὐχρηστίας, καὶ οἱ λοιποὶ τυχόντες τῆς ὁμοίας θεραπείας διεσώθησαν. Τὴν δὲ πόλιν τῶν Ἁρματηλίων, οὖσαν ὀχυρὰν καὶ μεγάλην, ἐπεβάλετο μὲν πολιορκεῖν, τῶν δ' ἐγχωρίων ἀπαντη-

quavit, et Barbarorum plus quam octoginta millia delevit. (7) Et has quidem clades gens Brachmanum experta fuit. Ceteris autem, qui supplices veniam exorabant, auctoribus pœna affectis, delicta condonavit. Interea Sambus rex, fuga in ulteriores Indi fluvii partes cum triginta elephantis arrepta, periculo se subduxerat.

CIII. Inter Brachmanum urbes postrema erat Harmatelia. Hæc quum virtute suorum et difficili locorum aditu confideret, paucos levis armaturæ milites rex mittit jubetque, ut hoste ad pugnam lacessito, fugam retro capessant. (2) Quingenti autem fuere : hi cum armis mœnia subeuntes ob paucitatem facile contemnuntur. Ter mille igitur ex oppido contra illos erumpentibus, simulato pavore statim terga vertunt. (3) Sed rex cum manu non ita magna insequentes excipit, et pugna fortiter conserta Barbarorum alios cædit, alios capit. At vulneratorum ex agmine regio non exiguus numerus in extremum venit discrimen. (4) Ferramenta enim armorum toxico letali tinxerant Barbari. Quæ res animos etiam ipsis addiderat, ut disceptare cum rege armis haud vererentur. Virus hoc tam efficax e serpentibus quibusdam, venatione captis, erat confectum. Hos necatos soli exponebant. (5) Ibi quum resoluta fervore æstus caro liquesceret, sudor quidam exstillabat, et cum liquore illo venenum bestiarum simul excernebatur. Unde evenit ut saucii corpus illico stupor invaderet, quem brevi cruciatus acerrimi insequerentur, convulsioque et tremor omnia membra corriperet, cutis præterea frigore inhorrens livesceret, bilisque per vomitum ejiceretur. Quid? quod, nigra ex vulnere spuma profluente, sanies oriebatur, quæ celeriter præcipuas corporis partes invadens miserabile mortis genus efficiebat. (6) Unde factum ut pari modo et qui magnas accepissent plagas, et quibus vix stricta esset cutis, afficerentur. Hac peste quum saucii exstinguerentur, aliorum quidem calamitas tantum regi mœrorem non attulit, quantum sollicitudinis ac molestiæ Ptolemæi, qui postea regnavit, et tunc unice dilectus erat, casus peperit. (7) Peculiare autem quidpiam et inexspectatum Ptolemæo tunc accidit, quod divinæ nonnulli providentiæ adscripsere. Is omnibus, tum propter virtutem, tum ob mirificum bene de singulis merendi studium, percarus, dignam humanitate egregia sanationem est sortitus. Species enim regi per somnum oblata fuit, qua draco quidam herbam in ore suo gestare, ejusque naturam et vim docere, locum etiam, ubi nasceretur, ostendere visus est. (8) Excitatus ergo Alexander investigatam herbam contrivit, et corpori Ptolemæi applicata, et potione ex illa exhibita, sanitati ægrotum restituit. Ceteri quoque, salutari herbæ usu cognito, ejusdem ope convaluerunt. Celerum Harmateliorum urbem munitam et amplam quum oppugnare instituisset, oppidari,

σάντων μεθ' ἱκετηριῶν καὶ παραδόντων ἑαυτούς, ἀπέλυσεν αὐτοὺς τῆς τιμωρίας.

CIV. Αὐτὸς δὲ καταπλεύσας εἰς τὸν Ὠκεανὸν μετὰ τῶν φίλων, καὶ δύο νήσους ἐνταῦθα κατιδών, εὐθὺς ἐν αὐταῖς τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπῶς ἔθυσε· καὶ πολλὰ μὲν ἐκπώματα καὶ μεγάλα χρυσᾶ κατεπόντισε ταῖς σπονδαῖς συναφιείς, βωμοὺς δὲ Τηθύος καὶ Ὠκεανοῦ κατασκευάσας ὑπέλαβε τετελευτηκέναι τὴν προκεχειρισμένην στρατείαν. Ἀναζεύξας δ' ἐντεῦθεν εἰς τοὐπίσω, διὰ τοῦ ποταμοῦ παρέπλευσεν εἰς Ταύαλα, πόλιν ἐπίσημον. (2) Αὕτη δὲ τὴν πολιτείαν εἶχε διατεταγμένην ὁμοίως τῇ Σπάρτῃ. Ἀπὸ δύο γὰρ οἴκων ἐν αὐτῇ διεδέχοντο δύο βασιλεῖς, ἀεὶ τῶν κατὰ πόλεμον ἡγούμενοι πραττομένων. Τῶν δὲ γερόντων ἀρχεῖον τῶν ὅλων προειστήκει. (3) Ὁ δ' οὖν Ἀλέξανδρος τὰ πεπονηκότα τῶν σκαφῶν ἐνέπρησε, τὸν δὲ λοιπὸν στόλον παραδοὺς Νεάρχῳ καί τισιν ἄλλοις τῶν φίλων, προσέταξε τὴν παραλίαν πᾶσαν παραπλεῦσαι δι' Ὠκεανοῦ, καὶ πάντα κατασκεψαμένους ἀπαντᾶν ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ. (4) Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐπῆλθε πολλὴν χώραν, καὶ τοὺς μὲν ἐναντιουμένους κατεπολέμησε, τοὺς δὲ πειθαρχοῦντας φιλανθρώπως προσεδέχετο. Τοὺς μὲν γὰρ Ἀρβίτας ὀνομαζομένους καὶ τοὺς τὴν Κεδρωσίαν οἰκοῦντας χωρὶς κινδύνων προσηγάγετο. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα πολλὴν μὲν ἄνυδρον, οὐκ ὀλίγην δὲ ἔρημον διελθών, ἐπὶ τὰ Ὠρείτιδος ὅρια κατήντησεν. Εἰς τρία δὲ μέρη τὴν δύναμιν διελόμενος, τοῦ μὲν πρώτου μέρους ἀπέδειξεν ἡγεμόνα Πτολεμαῖον, τοῦ δὲ δευτέρου Λεόννατον. (6) Καὶ τὴν μὲν παραθαλαττίαν λεηλατεῖν προσέταξε Πτολεμαῖον, τὴν μεσόγειον δὲ κατασῦραι Λεόννατον, τὴν δ' ὑπώρειαν καὶ τὴν ὀρεινὴν αὐτὸς ἐπόρθησεν. Ἅμα δ' ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν πολλῆς χώρας δῃουμένης, ἔγεμε πᾶς τόπος πυρὸς καὶ διαρπαγῆς καὶ πολλῶν φόνων. (7) Διόπερ ταχέως οἱ μὲν στρατιῶται πολλῆς λείας ἐκυρίευσαν, τῶν δ' ἀναιρεθέντων σωμάτων ἀριθμὸς ἐγένετο πολλῶν μυριάδων. Τῇ δὲ τῶν ἐθνῶν τούτων ἀπωλείᾳ πάντες οἱ πλησιόχωροι περίφοβοι γενόμενοι προσεχώρησαν τῷ βασιλεῖ. (8) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος παρὰ θάλατταν ἐφιλοτιμήθη κτίσαι πόλιν, λιμένα μὲν εὑρὼν ἄκλυστον, πλησίον δ' αὐτοῦ τόπον εὔθετον, ἔκτισεν ἐν αὐτῷ πόλιν Ἀλεξάνδρειαν.

CV. Εἰς δὲ τὴν τῶν Ὠρειτῶν χώραν διὰ τῶν παρόδων παρεισελθών, ταχέως ἅπασαν ὑπήκοον ἐποιήσατο. Οἱ δὲ Ὠρεῖται τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια τοῖς Ἰνδοῖς ἔχουσιν, ἓν δὲ ἐξηλλαγμένον καὶ παντελῶς ἄπιστον. (2) Τῶν γὰρ τελευτησάντων παρ' αὐτοῖς τὰ σώματα φέρουσιν οἱ συγγενεῖς γυμνοὶ λόγχας ἔχοντες· εἰς δὲ τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας δρυμοὺς θέντες τὸ σῶμα, τὸν μὲν περικείμενον τῷ νεκρῷ κόσμον περιαιροῦνται, τὸ δὲ σῶμα τοῦ τετελευτηκότος καταλείπουσι βορὰν τοῖς θηρίοις· τὰς δ' ἐσθῆτας διελόμενοι θύουσι τοῖς κατὰ γῆν ἥρωσι καὶ τῶν οἰκείων ὑποδοχὴν ποιοῦνται. (3) Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Ἀλέξανδρος προῆγεν ἐπὶ τὴν Κεδρωσίαν, παρὰ θάλατταν τὴν πορείαν ποιούμενος, καὶ κατήντησεν εἰς

supplices regi occurrentes, se ipsos et urbem dediderunt, impunitatem eo consecuti.

CIV. Tunc cum familiaribus ad Oceanum provectus, duabus illic insulis repertis, magnifico deos sacrificio veneratur; aureaque pocula numero haud pauca nec pondere exigua una cum libamentis in mare projicit. Tandem excitatis in Tethyos et Oceani honorem aris, expeditioni propositæ finem imposuisse ratus, classe per amnem retro subvehitur: ubi ad Tauala [*Patala*], oppidum insigne, appellit. (2) Eandem hoc reipublicæ formam, quam Sparta, habebat. Bini enim ex duabus familiis in eo reges perpetuo successionis ordine res bellicas administrabant. Summæ autem rerum gerendarum curia seniorum præerat. (3) Hinc naves, quæ vitium fecerant, rex cremat; et tradita Nearcho nonnullisque amicorum aliis classe, totam Oceani oram prætervehi, et diligenter omnibus lustratis, ad Euphratis ostia excurrere jubet. (4) Ipse vero, castris inde motis, magna terrarum spatia peragrat, et adversantes debellat, imperata autem facientes humaniter in fidem accipit. Nam Arbitas et Gedrosiam incolentes, absque periculis subjunxit. (5) Postea multos terrarum tractus aqua destitutos, nec pauciores ab omni cultu desertos emensus, ad fines Oritidis pervenit: ubi tripartitum agmen fecit, uni Ptolemæum, alteri Leonnatum præficiens. (6) Illum maritimam populationibus infestam habere, hunc mediterranea incursionibus vexare jubet. Ipse montana et his subjecta loca pervastat. Dumque uno eodemque tempore multæ passim regiones hostiliter invaduntur, factum est ut omnis ille locus igni, rapinis, cædibus repleretur. (7) Unde præda milites ingente sunt potiti, et numerus peremtorum ad multas se myriades extendit. Hac gentium occidione perculsi finitimi, omnes regis in fidem concessere. (8) Hic condendæ urbis amor et studium regem incessit, quum portum a fluctibus tutum, et commodum juxta locum invenisset. In hoc itaque Alexandriam exstruxit.

CV. Inde in Oritarum regionem per obliquos aditus ingressus, totam continuo imperata facere coegit. Hi cetera quidem Indorum moribus ac institutis consimilia habent: uno autem differunt, id quod fidem prope excedit. (2) Nam defunctorum apud illos cadavera propinqui nudi lanceisque instructi efferunt. Quæ postquam in silva regionis aliqua deposuerunt, ornatum mortuo detrahunt, et exanimum corpus feris escam relinquunt. Vestibus autem divisis, sacra faciunt heroibus inferis, et necessarios convivio excipiunt. (3) Postea in Gedrosiam contendit Alexander juxta mare iter faciens, et ad gentem per omnia feram et hospi-

ἔθνος ἄξενον καὶ παντελῶς θηριῶδες. (4) Τούς τε γὰρ ὄνυχας οἱ τῇδε κατοικοῦντες ἐκ γενετῆς αὔξουσι μέχρι γήρως καὶ τὸ τρίχωμα πεπιλωμένον ἐῶσι, τὸ δὲ χρῶμα διὰ τὴν τοῦ ἡλίου θερμότητα κατακεκαυμένον ἔχουσι, καὶ δορὰς θηρίων περιβέβληνται. (5) Σιτοῦνται δὲ τὰ ἐκβαλλόμενα κήτη σαρκοφαγοῦντες, καὶ τὰς οἰκήσεις κατασκευάζουσι τοὺς μὲν τοίχους ἀνοικοδομοῦντες, τὰς δ' ὀροφὰς ἐκ τῶν τοῦ κήτους πλευρῶν, ἐξ ὧν ὀκτωκαιδεκαπήχεις δοκοὶ κατηρτίζοντο· ἀντὶ δὲ τῶν κεράμων ταῖς φολίσι τῶν ζῴων τὰς στέγας κατεκάλυπτον. (6) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος διελθὼν τοῦτο τὸ ἔθνος ἐπιπόνως διὰ σπάνιν τροφῆς, ἐνέβαλεν εἰς χώραν ἔρημον καὶ πάντων τῶν εἰς τὸ ζῆν χρησίμων σπανίζουσαν. Πολλῶν δὲ διὰ τὴν ἔνδειαν διαφθειρομένων, ἥ τε δύναμις τῶν Μακεδόνων ἠθύμησε καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐνέπεσεν οὐκ εἰς τὴν τυχοῦσαν λύπην τε καὶ φροντίδα· δεινὸν γὰρ ἐφαίνετο τοὺς ἀρετῇ καὶ τοῖς ὅπλοις ἅπαντας ὑπερβαλομένους ἐν ἐρήμῳ χώρᾳ πάντων σπανίζοντας ἀκλεῶς ἀπόλλυσθαι. (7) Διόπερ εὐζώνους ἄνδρας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Παρθυαίαν καὶ Δραγγηνὴν καὶ Ἀρείαν καὶ τὰς ἄλλας τὰς πλησιοχώρους τῇ ἐρήμῳ, προστάξας ταχέως ἀγαγεῖν ἐπὶ τὰς ἐμβολὰς τῆς Καρμανίας δρομάδας καμήλους καὶ τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορτίων, γεμίσαντας σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων. (8) Οὗτοι μὲν οὖν ὀξέως διανύσαντες πρὸς τοὺς σατράπας τούτων τῶν ἐπαρχιῶν, ἐποίησαν παρακομισθῆναι πολλὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὸ μὲν πρῶτον διὰ τὴν ἀβοήθητον ἔνδειαν πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν· μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὴν πορείαν ὄντος αὐτοῦ, τῶν Ὠρειτῶν τινες ἐπιθέμενοι τοῖς περὶ τὸν Λεόννατον τεταγμένοις, καὶ συχνοὺς καταβαλόντες, ἀπέφυγον εἰς τὴν ἑαυτῶν χώραν.

CVI. Μόγις δὲ περάσας τὴν ἔρημον, ἧκεν εἰς χώραν οἰκουμένην καὶ πάντων τῶν χρησίμων εὐποροῦσαν. Ἐν ταύτῃ δὲ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐφ' ἑπτὰ μὲν ἡμέρας προῄει κεκοσμημένῃ τῇ δυνάμει πανηγυρικῶς, καὶ Διονύσῳ κῶμον ἤγαγεν ἑορτάζων καὶ μέθῃ καὶ πότοις χρώμενος κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν. (2) Ἀπὸ τούτων δὲ γενόμενος, ἀκούσας τε ὅτι πολλοὶ τῶν βιαίως καὶ ὑβριστικῶς κεχρημένων ταῖς ἐξουσίαις παρανενομήκασι, πολλοὺς τῶν τε σατραπῶν καὶ στρατηγῶν τιμωρίας ἠξίωσε. Τῆς δ' εἰς τοὺς παρανενομηκότας ἡγεμόνας μισοπονηρίας διαβοηθείσης, πολλοὶ τῶν στρατηγῶν, συνειδότες ἑαυτοῖς ὕβρεις καὶ παρανομίας, εἰς φόβον ἐνέπιπτον· καὶ τινὲς μὲν μισθοφόρους ἔχοντες ἀφίσταντο τοῦ βασιλέως, τινὲς δὲ χρήματα συσκευασάμενοι δρασμοὺς ἐποιοῦντο. (3) Ταῦτα δὲ πυνθανόμενος ὁ βασιλεὺς πρὸς πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν στρατηγοὺς καὶ σατράπας ἔγραψεν, ἐπειδὰν ἀναγνῶσι τὴν ἐπιστολήν, παραχρῆμα πάντας τοὺς μισθοφόρους ἀπολῦσαι. (4) Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν τοῦ βασιλέως διατρίβοντος ἔν τινι παραθαλαττίῳ πόλει ὀνομαζομένῃ Σαλμοῦντι, καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας ἐν τῷ θεάτρῳ ποιοῦντος, κατέπλευσαν οἱ δι' Ὠκεανοῦ πλεῖν τὴν παραθα-

talitatis expertem venit. (4) Qui enim istic habitant, ungues a primo ætatis exortu ad senectutem usque extrescere sinunt, et crines inter se constipatos alunt. Color propter solis fervorem adustus, et pelles ferarum pro amictu. (5) Balænarum, quas mare ejectat, carnibus vescuntur. In tuguriis componendis hac ratione utuntur: parietum quidem structuram educunt, culmen vero e costis balænarum, unde octodecim cubitorum trabes adornantur, superimponunt; tegularum denique loco squamis balænarum tecta cooperiunt. (6) Per hanc gentem ubi magno cum labore transierat Alexander, in desertam quandam regionem et omnis copiæ ad vitam sustentandam expertem est delatus. Ibi quum multi cibariorum inopia deficientes interirent, non exercitum solummodo animus destituit, verum etiam regem ipsum mœror ac sollicitudo haud vulgaris corripuit. Miserabile enim videbatur, eos, qui virtute armisque mortales universos exsuperassent, in regione deserta omnium egenos, inglorio perire exitu. (7) Quapropter viros omnium expeditissimos in Parthiam, Drangenen, Ariam ceterasque solitudini conterminas regiones misit cum mandatis, ut quam celerrime camelos dromadarios et id genus jumenta portandis sarcinis assueta cibariis aliisque ad usum commodis rebus onusta, ad Carmaniæ fines adducerent. (8) Hi mandatis ad provinciarum satrapas quam ocissime perlatis, ut magna commeatuum vis ad definitum locum deportaretur, effecerunt. Interea per extremam hanc inopiam complures suorum (quod primum erat incommodum) Alexander desideravit; et (quod detrimentum erat alterum) dum adhuc in itinere est, Oritarum quidam, Leonnati agmen adorti, numerum haud exiguum prostravere, et hinc ad sua se receperunt.

CVI. Tandem quum ægre per summas difficultates deserta illa superasset, in regionem incolis frequentem et commodis omnibus refertam pervenit. Ubi copiis vires recolligendi copiam fecit; cumque illis ad panegyricæ speciem pompæ exornatis per dies septem processit; et festam Libero Patri commissationem peragens, in medio passim itinere compotationes non absque temulentia instituit. (2) Quibus perfunctus, quum multos satraparum et ducum per vim et injuriam potestate abusos cognovisset, meritas illis pœnas irrogavit. Qua regis in duces improbe se gerentes severitate divulgata, multi ex præfectis, injuriarum et scelerum sibi conscii, timere sibi cœperunt. Ideo nonnulli, qui mercenariis præerant, a rege deficiunt; quidam corrasis undique pecuniis fugam intendunt. (3) De quibus rex certior factus, ad omnes Asiæ præsides et satrapas scripsit, ut, simulac literas perlegissent, extemplo, quidquid conductitii militis esset, exauctorarent. (4) Sub quod tempus, dum rex in maritima quadam urbe, cui Salmunti nomen, permoratur, et scenicos in theatro ludos exhibet, cum classe sua appellunt qui ad litorales Oceani terras investigandum missi fuerant,

λάττιον ἀπεσταλμένοι, καὶ παραχρῆμα εἰς τὸ θέατρον παρελθόντες τόν τε Ἀλέξανδρον ἠσπάσαντο καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων ἀπήγγειλαν. (5) Οἱ δὲ Μακεδόνες ἡσθέντες τῇ παρουσίᾳ τῶν ἀνδρῶν κρότῳ μεγάλῳ τὸ γεγονὸς ἐπεσημήναντο, καὶ πᾶν τὸ θέατρον μεστὸν ἦν χαρᾶς ἀνυπερβλήτου. (6) Οἱ δὲ καταπεπλευκότες ἀπήγγελλον ἀμπώτεις τε καὶ πλήμας παραδόξους γίνεσθαι κατὰ τὸν Ὠκεανόν, καὶ κατὰ μὲν τὰς ἀμπώτεις [παραδόξους] νήσους τε ὁρᾶσθαι μεγάλας καὶ πολλὰς [ἐπ'] ἄκρας τῆς παραθαλαττίου χώρας, κατὰ δὲ τὰς πλήμας ἅπαντας τοὺς προειρημένους τόπους κατακλύζεσθαι, πολλοῦ καὶ βιαίου πνεύματος φερομένου πρὸς τὴν χέρσον, τῆς δ' ἐπιφανείας ἀφρῷ πολλῷ λευκαινομένης· τὸ δὲ παραδοξότατον, κήτεσι πολλοῖς καὶ τὸ μέγεθος ἀπίστοις συγκεκυρηκέναι. (7) Ταῦτα δὲ φοβηθέντας αὐτοὺς τὸ μὲν πρῶτον ἀπελπίσαι τὸ ζῆν, ὡς αὐτίκα μάλα μετὰ τῶν σκαφῶν διαφθαρησομένους, μετὰ δὲ ταῦτα ἐξ ἁπάντων μιᾶς φωνῆς γινομένης καὶ διὰ τῶν ὅπλων πολλοῦ συντελουμένου ψόφου, πρὸς δὲ τούτοις τῶν σαλπίγγων ἐνιεμένων, τῷ παραδόξῳ πτοηθῆναι τὰ θηρία καὶ δῦναι πρὸς βυθόν.

CVII. Ὁ δὲ βασιλεὺς περὶ τούτων διακούσας, τοῖς μὲν ἡγουμένοις τοῦ στόλου παρήγγειλεν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην καταπλεῦσαι, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως πολλὴν χώραν διελθὼν συνῆψε τοῖς Σουσιανοῖς ὅροις. Περὶ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους Κάλανος ὁ Ἰνδός, ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχων προκοπὴν καὶ τιμώμενος ὑπ' Ἀλεξάνδρου, παράδοξον ἐποιήσατο τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. (2) Βεβιωκὼς γὰρ ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἀπείρατος γεγονὼς ἀῤῥωστίας, ἔκρινεν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι, ὡς τὸ τέλειον τῆς εὐδαιμονίας παρά τε τῆς φύσεως καὶ τῆς τύχης ἀπειληφώς. (3) Καταπειραθεὶς δ' ὑπ' ἀῤῥωστίας, καὶ καθ' ἡμέραν ἀεὶ μᾶλλον βαρυνόμενος, ἠξίωσε τὸν βασιλέα πυρὰν αὐτῷ μεγάλην κατασκευάσαι, καὶ προςαναβάντος ἐπὶ ταύτην αὐτοῦ, προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις πῦρ ἐνεῖναι. (4) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸν ἀποτρέπειν ἐπειρᾶτο ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσεν, ὡμολόγησε συντελέσειν περὶ ὧν ἠξιωκὼς ἦν. Διαγγελθείσης δὲ τῆς πράξεως, ἡ μὲν πυρὰ κατεσκευάσθη, τὸ δὲ πλῆθος κατήντησεν ἐπὶ τὴν παράδοξον θέαν. (5) Ὁ δὲ Κάλανος ἀκολουθήσας τοῖς ἰδίοις δόγμασι τεθαῤῥηκότως ἐπέστη τῇ πυρᾷ, καὶ μετὰ ταύτης καταφλεχθεὶς ἐτελεύτησε. Τῶν δὲ παρόντων οἱ μὲν μανίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν, οἱ δὲ κενοδοξίαν ἐπὶ καρτερίᾳ, τινὲς δὲ τὴν εὐψυχίαν καὶ τὴν τοῦ θανάτου καταφρόνησιν ἐθαύμασαν. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτον μὲν ἔθαψε πολυτελῶς, αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς Σοῦσα, τὴν μὲν πρεσβυτέραν τῶν Δαρείου θυγατέρων Στάτειραν ἔγημε, τὴν δὲ νεωτέραν Ἡφαιστίωνι συνῴκισε Δρυπῆτιν· ἔπεισε δὲ καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν φίλων γῆμαι, καὶ συνῴκισεν αὐτοῖς τὰς εὐγενεστάτας παρθένους Περσίδας.

CVIII. Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἧκον εἰς τὰ Σοῦσα

Qui continuo theatrum ingressi, salutato rege, quæ effecissent, renuntiant. (5) Gavisi virorum adventu Macedones, ingenti voluptatem suam plausu contestantur, adeo quidem, ut omne theatrum summa lætitia perfunderetur. (6) Referebant autem legati, mirificas in Oceano aquarum reciprocationes et æstus exsistere, ac per refluxus insulas non exiguæ magnitudinis multaque promontoria maritima regionis subito apparere, quæ per æstuantis maris affluxionem omnia denuo fluctibus submergerentur, dum magna vis flatus cum vehementia insurgens ad continentem deferretur, et magna spumæ copia fluctus in summo albescerent: et quod omnium insolentissimum, multos incredibili mole cetos occurrisse: (7) quorum metu perculsi, initio spem vitæ ipsi abjecissent, ut qui ipso statim momento cum navigiis interituri essent: sed postquam omnes simul una voce clamorem edidissent, collisisque armis et inflatis tubis excitassent strepitum, belluas rei novitate consternatas profundum subiisse.

CVII. Quibus rex auditis, ut ad Euphratem usque provehantur, classis præfectis imperat. Ipse interim multis regionibus cum agmine peragratis, Susianos tandem fines attingit. Quo tempore Calanus Indus, qui magnos in philosophiæ studiis progressus fecerat et in honore apud regem erat, mirabili mortis genere vitam terminavit. (2) Quum enim ad septuaginta tres annos vitam produxisset, nec ullam per id temporis sensisset corporis infirmitatem, se ipsum vita abdicare, quod jam perfectam a natura et fortuna felicitatis mensuram accepisset, animum induxit. (3) Invaletudine igitur tentatus, quæ in dies magis ingravescebat, precibus a rege contendit, ut ingentem sibi rogum construi, eique a se conscenso ignem a ministris subjici juberet. (4) Alexander initio quidem hominem ab hoc proposito avertere conabatur. At quum in sententia persisteret, tandem, quod petivisset, effecturum se recipit. Res ea statim divulgatur: exstructoque rogo, ingens hominum multitudo ad insolens spectaculum confluxit. (5) Ubi Calanus, decretis suis obsecutus, magna animi fiducia rogum conscendit, unaque crematus finem vivendi fecit. Inter hos vero, qui tum aderant, nonnulli vesaniæ id facinus imputabant: alii vanæ fortitudinis ostentationi tribuebant. Erant tamen qui animi generositatem, mortisque contemtum admirarentur. (6) Illum magnifice sepeliendum rex curat, Susaque profectus, Statiram, Darii filiam natu majorem, sibi matrimonio jungit; minorem vero Drypetim Hephæstioni uxorem tradit. Amicorum etiam nobilissimis conjugii novi auctor est, et generosissimas Persarum virgines in matrimonium locat.

CVIII. Per id tempus triginta Persarum millia ætate plane

τρισμύριοι τῶν Περσῶν, νέοι μὲν παντελῶς ταῖς ἡλικίαις, ἐπιλελεγμένοι δὲ ταῖς τῶν σωμάτων εὐπρεπείαις τε καὶ ῥώμαις. (2) Κατὰ δέ τινας ἐντολὰς τοῦ βασιλέως ἠθροισμένοι, χρόνον ἱκανὸν ἐπιστάτας καὶ διδασκάλους ἐσχηκότες τῶν πολεμικῶν ἔργων, πάντες δὲ Μακεδονικαῖς πανοπλίαις πολυτελῶς κεκοσμημένοι, παρεμβολὴν μὲν ἐποιήσαντο πρὸ τῆς πόλεως· ἐπιδειξάμενοι δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ἄσκησιν καὶ μελέτην, ἐτιμήθησαν διαφερόντως. (3) Τῶν γὰρ Μακεδόνων πρὸς τὴν τοῦ Γάγγου ποταμοῦ διάβασιν ἀντειπόντων καὶ πολλάκις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καταβοώντων καὶ τὴν ἐξ Ἄμμωνος γένεσιν διασυρόντων, τοῦτο τὸ σύστημα κατεσκεύασεν ἐκ μιᾶς μὲν ἡλικίας τῶν Περσῶν καὶ ὁμοίας συνεστηκός, δυνάμενον δὲ ἀντίταγμα γενέσθαι τῇ Μακεδονικῇ φάλαγγι. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀλέξανδρον ἐν τούτοις ἦν. (4) Ἅρπαλος δὲ τῶν ἐν Βαβυλῶνι θησαυρῶν καὶ τῶν προσόδων τὴν φυλακὴν πεπιστευμένος, ἐπειδὴ τάχιστα ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐστράτευσεν, ἀπέγνω τὴν ἐπάνοδον αὐτοῦ· δοὺς δ' ἑαυτὸν εἰς τρυφήν, καὶ πολλῆς χώρας ἀποδεδειγμένος σατράπης, τὸ μὲν πρῶτον εἰς ὕβρεις γυναικῶν καὶ παρανόμους ἔρωτας βαρβάρων ἐξετράπη, καὶ πολλὰ τῆς γάζης ἀκρατεστάταις ἡδοναῖς κατηνάλωσεν· ἀπὸ δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης πολὺ διάστημα κομίζων ἰχθύων πλῆθος, καὶ δίαιταν πολυδάπανον ἐνιστάμενος, ἐβλασφημεῖτο. (5) Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐκ τῶν Ἀθηνῶν τὴν ἐπιφανεστάτην τῶν ἑταιρῶν ὄνομα Πυθονίκην μετεπέμψατο, καὶ ζῶσάν τε αὐτὴν βασιλικαῖς δωρεαῖς ἐτίμησε καὶ μεταλλάξασαν ἔθαψε πολυτελῶς καὶ τάφον κατὰ τὴν Ἀττικὴν κατεσκεύασε πολυδάπανον. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλην ἑταίραν Ἀττικὴν ὄνομα Γλυκέραν μεταπεμψάμενος, ἐν ὑπερβαλλούσῃ τρυφῇ καὶ πολυδαπάνῳ διαιτήματι διεξῆγεν· εἰς δὲ τὰ παράλογα τῆς τύχης καταφυγὰς πορίζόμενος, εὐεργέτει τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον. Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου μετὰ τὴν ἐξ Ἰνδῶν ἐπάνοδον πολλοὺς τῶν σατραπῶν κατηγορηθέντας ἀνελόντος, φοβηθεὶς τὴν τιμωρίαν, καὶ συσκευασάμενος ἀργυρίου μὲν τάλαντα πεντακισχίλια, μισθοφόρους δ' ἀθροίσας ἑξακισχιλίους, ἀπῆρεν ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ κατέπλευσεν εἰς τὴν Ἀττικήν. (7) Οὐδενὸς δ' αὐτῷ προσέχοντος, τοὺς μὲν μισθοφόρους ἀπέλιπε περὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, αὐτὸς δὲ μέρος τῶν χρημάτων ἀναλαβὼν ἱκέτης ἐγένετο τοῦ δήμου. Ἐξαιτούμενος δὲ ὑπ' Ἀντιπάτρου καὶ Ὀλυμπιάδος, καὶ πολλὰ χρήματα διαδοὺς τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δημηγοροῦσι ῥήτορσι, διέδρα καὶ κατῆρεν εἰς Ταίναρον πρὸς τοὺς μισθοφόρους. (8) Ἐκεῖθεν δὲ πλεύσας εἰς Κρήτην, ὑπὸ Θίβρωνος ἑνὸς τῶν φίλων ἐδολοφονήθη. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τῶν τοῦ Ἁρπάλου χρημάτων λόγον ἀναζητοῦντες, Δημοσθένην καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ῥητόρων κατεδίκασαν, ὡς εἰληφότας τῶν Ἁρπάλου χρημάτων.

CIX. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τῶν Ὀλυμπίων ὄντων ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς φυγάδας πάντας εἰς τὰς πατρίδας κατιέναι πλὴν τῶν ἱεροσύλων καὶ φονέων. Αὐτὸς

juvenes, et formæ decore viribusque corporum eximii, Susa pervenerunt. (2) Hi mandato regio conquisiti, per tempus bene longum a præfectis et magistris res bellicas didicerant: omnesque armis Macedonicis magnifice instructi ante urbem castra posuere. Ubi quum studii et exercitationis suæ in armis specimen regi exhibuissent, præclaris ab eo muneribus cohonestati sunt. (3) Quia enim Gangem transire Macedones detrectarant, et subinde in concionibus regi clamore suo obstrepebant, ortumque ex Ammone sugillabant, agmen hoc Persarum ejusdem parilisque ætatis, quod phalangi Macedonicæ opponi posset, sibi comparavit. Atque his tum Alexander vacabat. (4) Interea Harpalus, cujus fidei thesauros Babylonis et vectigalium asservationem commiserat Alexander, ubi primum rex Indicam expeditionem susceperat, nunquam reversurum sperans, voluptatibus et deliciis se dederat. Amplissimæ namque provinciæ satrapes erat. Ac primum ad feminarum stupra nefariosque cum Barbaris concubitus se convertit; et intemperantissimo voluptatum abusu magnam pecuniæ sibi creditæ vim prodegit. A rubro mari per longissimum intervallum magnam piscium copiam sibi afferendam curabat, tantosque in quotidianum victum sumtus profundebat, ut male apud omnes audiret. (5) Athenis insuper famosissimum scortum, cui Pythonices nomen, acciverat. Hanc, dum vixit, regiis muneribus affecit, et mortuam impensis maximis extulit, ac pretiosissimum in Attica monumentum construxit. (6) Post quam aliam ex Attica meretricem, cui Glyceræ nomen, arcessivit, cum qua tam molliter et luxuriose vixit, ut ad impendiorum exuberantiam nihil faceret reliquum. Ut vero ad inopinatos fortunæ casus aliquid sibi refugii compararet, populum Atheniensem præcipue sibi demerendum statuit. Quare quum post reditum suum ex India Alexander multos ex satrapis ad se delatos capitis pœna multasset, ipse etiam metu supplicii, convasatis quinque millibus talentûm argenti, et militum sex millibus stipendio conductis, ex Asia versus Atticam contendit. (7) At quum nemo se ad ipsum inclinaret, relictis ad Tænarum Laconiæ militibus, partem aliquam pecuniarum secum auferens, ad populum Atheniensem supplex confugit. Sed Antipatri et Olympiadis literis efflagitatus, grandi pecuniæ summa in oratores, qui pro se ad populum agerent, dispertita, evasit et ad milites in Tænarum navigavit. (8) Illinc profectus in Cretam, a Thibrone, uno ex amicis, dolo est interemtus. Athenienses vero, quæstione de Harpali pecuniis instituta, Demosthenem et oratorum quosdam alios, ut largitionibus ab Harpalo corruptos, damnaverunt.

CIX. Sub hæc Alexander, ubi aderant Olympia, præconum voce publice in Olympia edixit, ut quotquot forent exules, præter sacrilegos et homicidas, in patriam redirent.

δ' ἐπιλέξας τοὺς πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν, ἀπέλυσε τῆς στρατείας ὄντας ὡς μυρίους. (2) Πυνθανόμενος δὲ πολλοὺς αὐτῶν εἶναι καταδανείους, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ δάνεια βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων ταλάντων διέλυσε. Τῶν δὲ ἀπολειπομένων Μακεδόνων ἀπειθούντων καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν καταβοώντων, παροξυνθεὶς κατηγόρησεν αὐτῶν τεθαῤῥηκότως. Καταπληξάμενος δὲ τὸ πλῆθος, ἐτόλμησεν αὐτὸς καταβὰς ἀπὸ τοῦ βήματος τοὺς αἰτιωτάτους τῆς ταραχῆς ταῖς ἰδίαις χερσὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηρέταις πρὸς τὴν τιμωρίαν. (3) Ἐπὶ πολὺ δὲ τῆς διαφορᾶς αὐξομένης, ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκ τῶν ἐκλελεγμένων Περσῶν ἡγεμόνας κατέστησε, καὶ τούτους προῆγεν ἐπὶ τὸ πρωτεῖον· οἱ δὲ Μακεδόνες μετανοήσαντες καὶ πολλὰ μετὰ δακρύων δεηθέντες, μόγις ἔπεισαν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτοῖς διαλλαγῆναι.

CX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀντικλέους Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον Κορνήλιον καὶ Κόϊντον Ποπλίλιον. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος τὸν τῶν ἀπολελυμένων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ χιλίους αὐτῶν εἰς τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν ἔταξεν ὑπασπιστάς, καὶ τὸ σύνολον οὐχ ἧττους εἰς πίστιν τῶν Μακεδόνων ὑπέλαβεν. (2) Ἧκε δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ Πευκέστης, ἄγων Πέρσας τοξότας καὶ σφενδονήτας δισμυρίους· καταμίξας δὲ τούτους τοῖς προϋπάρχουσι στρατιώταις, τῇ καινότητι τῆς καινοτομίας κατεσκεύασε τὴν ὅλην δύναμιν κεχραμένην καὶ ἁρμόζουσαν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει. (3) Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ τῶν αἰχμαλωτίδων γεγεννηκότων υἱούς, τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων ἀκριβῶς ἐσκέψατο. Ὄντων δ' αὐτῶν σχεδὸν μυρίων, ἅπασι τὰς ἁρμοζούσας πρὸς τροφὴν ἐλευθέριον συντάξεις ἀπομερίσας, τούτοις μὲν παιδευτὰς ἐπέστησε τοὺς διδάξοντας τὴν ἁρμόζουσαν παιδείαν. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆγεν ἐκ τῶν Σούσων· καὶ διαβὰς τὸν Τίγριν, ἐν ταῖς Κάραις καλουμέναις κώμαις κατεστρατοπέδευσεν. (4) Ἑξῆς δ' ἐν ἡμέραις τέτταρσι τὴν Σιττακηνὴν διανύσας ἧκεν εἰς τὰ καλούμενα Σάμβανα. Ἐνταῦθα δὲ μείνας ἡμέρας ἑπτὰ καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν, τριταῖος εἰς τοὺς Κέλωνας προσαγορευομένους ἧκεν, ἐν ᾧ μέχρι τοῦ νῦν διαμένει γένος Βοιώτιον, κατὰ μὲν τὴν Ξέρξου στρατείαν ἀνάστατον γεγονός, μεμνημένον δ' ἔτι τῶν πατρίων νόμων. (5) Ὄντες γὰρ οὗτοι δίφωνοι, τῇ μὲν ἑτέρᾳ διαλέκτῳ ἐξωμοιώθησαν τοῖς ἐγχωρίοις, τῇ δ' ἑτέρᾳ πλείστας τῶν Ἑλληνικῶν λέξεων διετήρουν, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔνια διεφύλαττον. Τέλος δὲ προσμείνας ἡμέρας* ἀνέζευξε, καὶ παρεγκλίνας τὴν ὑποκειμένην ὁδὸν θέας ἕνεκεν ἦλθεν εἰς τὴν ὀνομαζομένην Βαγιστάνην, θεοπρεπεστάτην τε χώραν οὖσαν καὶ πλήρη καρπίμων δένδρων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνηκόντων. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν εἴς τινα χώραν δυναμένην ἐκτρέφειν ἀγέλας παμπληθεῖς ἵππων, ἐν ᾗ τὸ παλαιὸν ἔφασαν ἑκκαίδεκα μυριάδας ἵππων γεγονέναι φορβάδων, κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου παρουσίαν ἓξ μόναι μυριάδες ἠριθμήθησαν, ἐνταῦθα διαμεί-

Ipse autem, habito delectu, ad decies mille circiter civium ætate maxime provectorum militiæ sacramento absolvit. (2) Multosque ære alieno obstrictos esse edoctus, id totum uno die decem millibus talentûm paullo minus dissolvit. Quum vero qui relinquebantur Macedones contumacius se gererent, et seditiosis vocibus per conciones tumultuarentur; graviter commotus, magna accusationis libertate in eos invehitur, et pavore multitudini injecto, eo processit audaciæ, ut de tribunali desiliens, suis ipse manibus seditionis auctores comprehensos ad pœnam traderet apparitoribus. (3) Tandem ubi seditionem increbrescere vidit, e Persarum, quos delegerat, numero ductores constituit, eosque ad primos honores provexit. Quæ res ad pœnitentiam Macedones compulit, et vix multis precibus lacrimisque, ut reconciliaretur ipsis, Alexandrum permoverunt.

CX. Quum archon Athenis esset Anticles, et Romæ consules Lucius Cornelius et Q. Publilius, Alexander numerum eorum, quos dimiserat, Persis explevit, et mille ex ipsis ad custodiam sui corporis in aula delegit: et omnino non minus illis, quam Macedonibus, fidei adhibendum censuit. (2) Sub idem tempus etiam Peucestes cum vicies mille sagittariorum et funditorum agmine venit, quos prioribus copiis immiscuit. Cujus rei novitate effecit ut totus exercitus recte temperatus, et instituto ejus conveniens esset. (3) Nati erant Macedonibus filii ex consuetudine cum captivis. Horum numerum diligenter investigavit; quorum quum decem ferme millia essent, stipendiis, quæ liberali illorum omnium educationi sufficerent, attributis, magistros, a quibus in disciplinis idoneis instituerentur, præfecit. Tunc revocatis ad signa iterum copiis, e Susis promovit, et Tigri [*Pasitigri*] superato, castra ad pagos, qui Caræ vocantur, locavit. (4) Inde, quatridui spatio Sittacenam emensus, Sambana (quod loci nomen) pervenit. Hic per dies septem subsistens, quietem agmini concessit; et tertiis inde castris ad eos, qui Celonæ dicuntur, accessit. Quo in loco Bœotorum [*Eubœorum?*] progenies, Xerxis expeditione e sedibus patriis emota, ad hoc usque tempus permansit; nec institutorum patriæ immemor est. (5) Duplici enim sermonis genere utuntur. Uno indigenas referunt, in altero plurimas Græcas voces retinent, ut et instituta quædam conservant. Tandem ** dies ibi commoratus, motis castris, a recto itinere deflexit, et perlustrandi causa Bagistanen versus contendit. Regio hæc amœnissima arboribus fœcundis et cunctis aliis, quæ ad usum et voluptatem hominum conducant, referta est. (6) Postea regionem ingreditur, quæ numerosissimis equorum armentis enutriendis sufficit. In hac enim centum et sexaginta equorum agrestium millia fuisse memorant: sub Alexandri vero adventum sexaginta dumtaxat millia numerabantur. Ad triginta illic

νας ἡμέρας τριάκοντα, ἑβδομαῖος διήνυσεν εἰς Ἐκβάτανα τῆς Μηδίας. (7) Ταύτης δέ φασι διακοσίων μὲν καὶ πεντήκοντα σταδίων τὴν περίμετρον ὑπάρχειν, βασίλεια δ' ἔχειν τῆς ὅλης Μηδίας καὶ θησαυροὺς πολλῶν χρημάτων. Ἔνθα δὴ χρόνον τινὰ τὴν δύναμιν ἀναλαβών, ἀγῶνάς τε θυμελικοὺς ἐποίει καὶ πότους συνεχεῖς τῶν φίλων. (8) Ἐν οἷς Ἡφαιστίων ἀκαίροις μέθαις χρησάμενος, καὶ περιπεσὼν ἀῤῥωστίᾳ, τὸν βίον ἐξέλιπεν· ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπῶς ἐνέγκας τὸ συμβάν, τὸ σῶμα τοῦ τετελευτηκότος Περδίκκᾳ παρέδωκεν εἰς Βαβυλῶνα κομίσαι, βουλόμενος ἐπιφανεστάτην αὐτοῦ ποιήσασθαι τὴν ταφήν.

IV. Craterus vero, ducum illustrissimus, jam ante in Ciliciam, additis decem millibus emeritorum, ab Alexandro missus fuerat, cum mandatis scripto comprehensis, quæ perficienda rex illi dederat. Verum hæc post regis e vita discessum non exsequenda successores decreverunt. (2) Quum enim in regis commentariis tum sumtus porro in Hephæstionis rogum magna vi pecuniæ profundendos, tum multa alia, quæ rex summis perficere impendiis sibi proposuerat, invenisset Perdiccas, ut irrita hæc fierent, utile esse judicavit. (3) Sed ne privato judicio gloriæ Alexandri aliquid detrahere existimaretur, deliberationem super his ad publica Macedonum comitia retulit. Capita vero commentariorum præcipua et memoratu digna hæc erant; (4) ut mille naves longæ, triremibus grandiores, in Phœnice, Syria, Cilicia et Cypro ad expeditionem in Carthaginienses et ceteros, qui litorales Africæ et Hispaniæ vicinasque ad Siciliam usque regiones incolebant, compaginarentur; ut iter per Africæ maritima ad Herculis columnas expeditum redderetur; ut templa sex magnifica mille et quingentorum talentûm sumtu singula fabricarentur; ut pro tantæ classis modo portus et navalia locis opportunis exstruerentur; ad hæc ut civium in urbes novas commigratio, et hominum ex Asia in Europam, et rursum ex Europa in Asiam translatio fieret, ut per connubia et necessitudines continentes orbis maximas concordia mutua et cognationis amicitia inter se devinciret. (5) Templa, de quibus dictum, ædificanda erant in Delo, Delphisque, et Dodonæ, porro in Macedonia: nempe Jovis in Dio urbe, Dianæ Tauropoli Amphipoli, aliud in Cyrrho Minervæ. Cui deæ etiam in Ilio templum destinaverat, quod nulli magnificentia concederet. Philippi denique patris sepulcrum meditatus fuerat, quod pyramidum in Ægypto, quas septem maximis operibus quidam annumerant, unam altissimam

γνωσθέντων δὲ τῶν ὑπομνημάτων, οἱ Μακεδόνες, καίπερ ἀποδεδεγμένοι καλῶς τὸν Ἀλέξανδρον, ὅμως ὑπερόγκους καὶ δυσεφίκτους τὰς ἐπιβολὰς ὁρῶντες, ἔκριναν μηδὲν τῶν εἰρημένων συντελεῖν. (7) Περδίκκας δὲ τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ταραχώδεις τῶν στρατιωτῶν καὶ μάλιστα ἀλλοτρίως ἔχοντας τὰ πρὸς αὐτὸν ἀπέκτεινεν, ὄντας τριάκοντα. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ Μελέαγρον ἐν τῇ στάσει καὶ πρεσβείᾳ προδότην γεγενημένον, ἐπιλαβόμενος οἰκείας διαβολῆς καὶ κατηγορίας, ὡς ἐπιβουλὴν κατ' αὐτοῦ πεποιημένον, ἐκόλασε. (8) Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις τῶν κατοικισθέντων Ἑλλήνων ἀποστάντων, καὶ δύναμιν ἀξιόλογον συστησαμένων, ἕνα τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἐξέπεμψε Πύθωνα διαπολεμήσοντα πρὸς αὐτούς.

V. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰς μελλούσας ἱστορεῖσθαι πράξεις οἰκεῖον εἶναι νομίζομεν ἐκθεῖναι πρότερον τάς τε αἰτίας τῆς ἀποστάσεως καὶ τῆς ὅλης Ἀσίας τὴν θέσιν καὶ τῶν σατραπειῶν τὰ μεγέθη καὶ τὰς ἰδιότητας. Οὕτω γὰρ μάλιστα εὐπαρακολούθητος τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἡ διήγησις ἔσται, πρὸ ὀφθαλμῶν τεθείσης τῆς ὅλης τοποθεσίας καὶ τῶν διαστημάτων. (2) Ἀπὸ τοίνυν τοῦ κατὰ Κιλικίαν Ταύρου συνεχὲς ὄρος δι' ὅλης τῆς Ἀσίας διήκει μέχρι τοῦ Καυκάσου καὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς Ὠκεανοῦ. Τοῦτο δὲ παντοδαποῖς ἀναστήμασι λόφων διειλημμένον ἰδίας καθ' ἕκαστον ἔχει προσηγορίας. (3) Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον εἰς δύο μέρη διαιρουμένης τῆς Ἀσίας, τὸ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους αὐτῆς νένευκε, τὸ δὲ πρὸς τὴν μεσημβρίαν. Ἀκολούθως δὲ τούτοις τοῖς κλίμασι τῶν ποταμῶν τὰς ῥύσεις ἐχόντων ἀντιπροσώπους, οἱ μὲν εἰς τὴν Κασπίαν θάλατταν, οἱ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον, ἔνιοι δ' εἰς τὸν ὑπὸ τὰς ἄρκτους Ὠκεανὸν ἐξερεύγονται. Οἱ δ' ἀντικείμενοι τούτοις, οἱ μὲν εἰς τὸν κατὰ τὴν Ἰνδικήν, οἱ δ' ἐπὶ τὸν συνεχῆ τῆς ἠπείρου ταύτης κείμενον Ὠκεανὸν ἐκβάλλουσιν, ἔνιοι δ' εἰς τὴν καλουμένην Ἐρυθρὰν θάλατταν καταφέρονται. (4) Ὁμοίως δὲ τούτοις διειλημμένων τῶν σατραπειῶν, αἱ μὲν ἐπὶ τὴν ἄρκτον, αἱ δ' ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἔχουσι τὰς κλίσεις. Καὶ πρώτη μὲν τῶν πρὸς τὴν ἄρκτον ἐστραμμένων κεῖται παρὰ τὸν Τάναϊν ποταμὸν Σογδιανὴ καὶ Βακτριανή, καὶ τούτων ἐχομένη Ἀρεία καὶ Παρθυαία, δι' ἧς συμβαίνει περιέχεσθαι τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν, οὖσαν καθ' αὑτήν· μετὰ δὲ ταῦτα Μηδία, πολλὰς μὲν ἔχουσα τόπων προσηγορίας, μεγίστη δ' οὖσα πασῶν τῶν σατραπειῶν· ἑξῆς δ' Ἀρμενία καὶ Λυκαονία καὶ Καππαδοκία, πᾶσαι τὸν ἀέρα δυσχείμερον ἔχουσαι· ταύταις δὲ συνορίζουσαι κατ' εὐθεῖαν μὲν ἥ τε μεγάλη Φρυγία καὶ ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ κειμένη, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων Λυδία καὶ Καρία, ὑπερδέξιος δὲ τῆς Φρυγίας καὶ παράλληλος ἡ Πισιδική, καὶ ταύτης ἐχομένη Λυκία. (5) Ἐν δὲ τοῖς παρὰ θάλατταν τόποις τούτων τῶν σατραπειῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις καθίδρυνται, ὧν τὰς προσηγορίας γράφειν οὐκ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν ὑποκειμένην ὑπόθε-

magnitudine æquaret. (6) Recitatis igitur his commentariis, Macedones, licet instituta Alexandri belle approbarent, tamen quum supra modum ardua perfectuque difficillima viderent, nihil eorum peragendum statuerunt. (7) Tum Perdiccas turbulentos in exercitu milites et ipsi maxime adversantes numero triginta necavit. Post etiam Meleagrum, qui in seditione legationem obiens proditor fuerat, privatæ calumniæ et criminationis occasione, quasi insidias illi struxisset, capite multavit. (8) Defecerant per id tempus Græci in superioribus præfecturis collocati, et vim militum non exiguam habebant comparatam. Contra hos Pythonem, unum ex nobilitate, belligeratum misit.

V. Nos vero rerum deinceps gestarum narrationi conveniens esse arbitramur, si prius et defectionis causas, et totius Asiæ situm, et provinciarum spatia et naturas exponamus. Hac enim ratione, si regionum positus et intervalla locorum oculis subjiciantur, lectoribus expedita et plana erit narratio. (2) A Tauro igitur Ciliciæ usque ad Caucasum et orientalem Oceanum mons continuus per totam Asiam extenditur. Is ut variis collium jugis distinctus, ita peculiares a singulis appellationes sortitur. (3) Atque hoc pacto Asia in duas partes divisa, una ad septemtriones inclinat, altera meridiem versus se demittit. Pro climatum horum ratione adversos etiam flumina cursus habent : quorum alii in mare Caspium, alii in Pontum Euxinum, quidam in Oceanum septemtrionalem exonerantur; ex amnibus vero oppositis pars in mare Indicum, pars in proximum huic continenti Oceanum se effundunt : aliqui etiam in Rubrum quod vocatur mare deferuntur. (4) Hunc ad modum satrapiæ etiam dividuntur. Nam quædam septemtrionem respiciunt, quædam ad meridiem inclinant. Prima igitur ad Ursas cœlestes conversarum ad Tanain fluvium sita est, nempe Sogdiana cum Bactriana, et quæ cum his cohærent, Area et Parthia. Hæc in se mare Hyrcanum, suis contentum finibus, includit. Sequitur Media nominibus locorum insignita multis et omnium satrapiarum maxima. Hanc excipiunt Armenia, Lycaonia, Cappadocia, quæ omnes aere hiberno contristantur. Vicinæ his in directum sunt Phrygia, tum magna, tum ad Hellespontum sita; ex obliquo, Lydia et Caria. Supra Phrygiam vero et in longitudinem æqualiter producta Pisidia, laterique ejus imminens Lycia. (5) In maritimis harum provinciarum locis Græcorum urbes jacent : quarum nomina hic adscribere, pro instituti nostri ratione haud

στιν. Αἱ μὲν οὖν πρὸς τὴν ἄρκτον ἐστραμμέναι σατραπεῖαι τὸν εἰρημένον τρόπον καθίδρυνται.

VI. Τῶν δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένων πρώτη μὲν παρὰ τὸν Καύκασόν ἐστιν Ἰνδική, βασιλεία μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, οἰκουμένη δ' ὑπὸ πλειόνων Ἰνδικῶν ἐθνῶν, ὧν ἐστι μέγιστον τὸ τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος, ἐφ' οὓς διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρ' αὐτοῖς ἐλεφάντων οὐκ ἐπεστράτευσεν ὁ Ἀλέξανδρος. (2) Ὁρίζει δὲ τὴν χώραν ταύτην καὶ τὴν ἑξῆς Ἰνδικὴν ποταμὸς ὁ μέγιστος ὢν τῶν περὶ τοὺς τόπους καὶ τὸ πλάτος ἔχων σταδίων τριάκοντα. Ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ λοιπὴ τῆς Ἰνδικῆς, ἣν κατεπολέμησεν ὁ Ἀλέξανδρος, ποταμίοις ὕδασι κατάῤῥυτος καὶ κατὰ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιφανεστάτη, καθ' ἣν ὑπῆρχε σὺν ἄλλαις πλείοσι βασιλείαις ἥ τε τοῦ Πώρου καὶ Ταξίλου δυναστεία, δι' ἧς συμβαίνει ῥεῖν τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, ἀφ' οὗ τὴν προσηγορίαν ἔσχεν ἡ χώρα. (3) Ἐχομένη δὲ τῆς Ἰνδικῆς ἀφώριστο σατραπείας Ἀραχωσία καὶ Κεδρωσία καὶ Καρμανία· πρὸς δὲ ταύταις Περσίς, ἐν ᾗ τὴν Σουσιανὴν καὶ Σιττακηνὴν κεῖσθαι συμβέβηκεν· ἑξῆς δὲ Βαβυλωνία μέχρι τῆς κατὰ τὴν Ἀραβίαν ἀοικήτου· ἐκ δὲ θατέρου μέρους, ἀφ' οὗ ποιούμεθα τὴν ἀνάβασιν, Μεσοποταμία περιειλημμένη δυσὶ ποταμοῖς, τῷ τε Εὐφράτῃ καὶ Τίγριδι, δι' οὓς τέτευχε ταύτης τῆς προσηγορίας· ἐχομένη δὲ τῆς Βαβυλωνίας Συρία ἡ ἄνω καλουμένη, καὶ αἱ συνεχεῖς ταύτῃ παραθαλάττιοι Κιλικία καὶ Παμφυλία, καὶ ἡ κοίλη Συρία, καθ' ἣν ἡ Φοινίκη περιείληπται· παρὰ δὲ τὰ πέρατα τῆς κοίλης Συρίας καὶ τὴν συνεχῶς κειμένην ἔρημον, καθ' ἣν ὁ Νεῖλος φερόμενος ὁρίζει Συρίαν τε καὶ τὴν Αἴγυπτον, ἀπεδέδεικτο σατραπεία πασῶν ἀρίστη καὶ προσόδους ἔχουσα μεγάλας Αἴγυπτος. (4) Πᾶσαι δ' αὗται καυματώδεις εἰσίν, ὡς ἀντιπεπονθότος τοῦ κατὰ μεσημβρίαν ἀέρος τῷ πρὸς ἄρκτους καθήκοντι. Αἱ μὲν οὖν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταπολεμηθεῖσαι σατραπεῖαι τὸν εἰρημένον τρόπον κείμεναι διεμερίσθησαν τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν ἀνδρῶν.

VII. Οἱ δ' ἐν ταῖς ἄνω καλουμέναις σατραπείαις κατοικισθέντες Ἕλληνες ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ποθοῦντες μὲν τὴν Ἑλληνικὴν ἀγωγὴν καὶ δίαιταν, ἐν δὲ ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς βασιλείας ἐξεῤῥιμμένοι, ζῶντος μὲν τοῦ βασιλέως ὑπέμενον διὰ τὸν φόβον, τελευτήσαντος δ' ἀπέστησαν. (2) Συμφρονήσαντες δὲ καὶ ἑλόμενοι στρατηγὸν Φίλωνα τὸν Αἰνιᾶνα, δύναμιν ἀξιόλογον συνεστήσαντο. Πεζοὺς μὲν γὰρ εἶχον πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους, πάντας δὲ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἀγώνων πολλάκις πεῖραν εἰληφότας καὶ διαφόρους ταῖς ἀνδραγαθίαις. (3) Περδίκκας δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀπόστασιν, ἐκλήρωσεν ἐκ τῶν Μακεδόνων πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους. Τοῦ δὲ πλήθους ἑλόμενος στρατηγὸν Πύθωνα τὸν σωματοφύλακα μὲν Ἀλεξάνδρου γεγονότα, φρονήματος δὲ πλήρη καὶ δυνάμενον στρατηγεῖν, παρέδωκε τούτῳ τοὺς ἀποκληρωθέντας. Δοὺς δ' αὐτῷ πρὸς

necessarium est. Satrapiæ ergo, quæ ad septemtriones vergunt, hunc, quem diximus, situm habent.

VI. Inter australes vero prima sub Caucaso est India, regnum amplitudine terrarum et hominum frequentia eximium. A plurimis enim gentibus incolitur: quarum maxima est Gandaridarum, in quos, elephantum multitudine absterritus, expeditionem Alexander non suscepit. (2) Hanc regionem ab ulteriore India fluvius disterminat, istic locorum maximus: triginta enim stadiorum latitudinem habet. Eam reliqua India contingit, quam debellarat Alexander, undis fluvialibus perrigata et felicitatis nomine celebris. In hac cum aliis regnis compluribus Pori et Taxilis ditio erat. Indus fluvius, a quo nomen regio adepta est, illam perlabitur. (3) A satrapia Indica separata erat proxima Arachosia, Gedrosia, Carmania et cum his Persis, in qua Susiana sita est et Sittacena: et deinceps Babylonia ad inhabitabilem usque Arabiam. Ex altera parte, quæ ascensus initium nobis facit, Mesopotamia est, duobus interjecta fluviis, Euphrati etiam Tigridi, unde et nomen sortita est. Babyloniam Syria, quæ superior vocatur, quam proxime attingit, et regiones maritimæ illi adjacentes, Cilicia, Pamphylia, Syriaque cava, qua etiam Phœnice comprehenditur. Ad fines autem Syriæ cavæ et deserta illi contigua, ubi Nilus decurrens Syriam et Ægyptum terminat, satrapia omnium optima et amplissimos reditus sufficiens, Ægyptus designata erat. (4) Hæ omnes fervore solis æstuant, quod australe cœlum natura sua boreali contrarium est. Hæ igitur provinciæ, armis subactæ ab Alexandro, quarum iste, quem diximus, situs est, viris tunc præstantissimis in distributione obvenerunt.

VII. Ceterum Græci, in superiores, quas vocant, satrapias ab Alexandro deducti, moris victusque Græci desiderio affecti, quod ad extremos regni fines ita rejecti essent, vivente quidem rege, præ metu tolerarunt: sed jam exstincto defecere. (2) Conjunctis ergo animis ducem sibi adoptarunt Philonem Ænianem, et copias non mediocres, quippe ultra viginti millia peditum, et tria millia equitum, omnes bellorum certamina sæpissime expertos et virtutis eximiæ viros, contraxerunt. (3) Quorum defectione cognita, Perdiccas ex agmine Macedonum ter mille pedites et equites octingentos deligit. Quumque Pytho, qui a custodia corporis Alexandro fuerat, vir animi celsi, et ductandi exercitus peritus, multitudinis dux esset creatus, huic sorte delectos tradidit, unaque literas ad præfectos, quibus

τοὺς σατράπας ἐπιστολὰς ἐν αἷς γεγραμμένον ἦν στρατιώτας δοῦναι τῷ Πύθωνι μυρίους μὲν πεζούς, ἱππεῖς δὲ ὀκτακισχιλίους, ἐξαπέστειλεν ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας. (4) Ὁ δὲ Πύθων, μεγαλεπίβολος ὤν, ἀσμένως ὑπήκουσεν εἰς τὴν στρατείαν, διανοούμενος τοὺς μὲν Ἕλληνας ταῖς φιλανθρωπίαις προςάγεσθαι, τὴν δὲ δύναμιν τῇ τούτων συμμαχίᾳ μεγάλην ποιήσας ἰδιοπραγεῖν καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν δυναστεύειν. (5) Ὁ δὲ Περδίκκας ὑφορώμενος αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, διεκελεύσατο καταπολεμήσαντα τοὺς ἀφεστηκότας ἅπαντας ἀποκτεῖναι καὶ τὰ λάφυρα διαδοῦναι τοῖς στρατιώταις. Ὁ δὲ Πύθων ἀναζεύξας μετὰ τῶν δεδομένων αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ παρὰ τῶν σατραπῶν προςλαβόμενος τοὺς συμμάχους, ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας. Διὰ δέ τινος Αἰνιᾶνος διαφθείρας Λιπόδωρον, ἐπὶ τριςχιλίων στρατιωτῶν παρὰ τοῖς ἀποστάταις τεταγμένον, τοῖς ὅλοις ἐπροτέρησε. (6) Γινομένης γὰρ τῆς παρατάξεως καὶ τῆς νίκης ἀμφιδοξουμένης, ὁ προδότης ἐγκαταλιπὼν τοὺς συμμάχους ἀλόγως, ἀπῆλθεν ἐπί τινα λόφον ἔχων τριςχιλίους. Οἱ δ' ἄλλοι δόξαντες τούτους πρὸς φυγὴν ὡρμηκέναι, διεταράχθησαν καὶ τραπέντες ἔφυγον. (7) Ὁ δὲ Πύθων νικήσας τῇ μάχῃ διεκηρύξατο πρὸς τοὺς ἡττημένους, κελεύων τὰ μὲν ὅπλα καταθέσθαι, αὐτοὺς δὲ τὰ πιστὰ λαβόντας ἐπὶ τὰς ἰδίας κατοικίας ἀναχωρῆσαι. (8) Γενομένων δ' ἐπὶ τούτοις ὅρκων καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀναμιχθέντων τοῖς Μακεδόσιν, ὁ μὲν Πύθων περιχαρὴς ἦν, κατὰ νοῦν αὐτῷ προχωρούντων τῶν πραγμάτων, οἱ δὲ Μακεδόνες μνησθέντες μὲν τῆς τοῦ Περδίκκου παραγγελίας, οὐδὲν δὲ φροντίσαντες τῶν γεγενημένων ὅρκων, παρεσπόνδησαν τοὺς Ἕλληνας. (9) Ἀπροςδοκήτως γὰρ αὐτοῖς ἐπιθέμενοι καὶ λαβόντες ἀφυλάκτους, ἅπαντας κατηκόντισαν καὶ τὰ χρήματα διήρπασαν. Ὁ μὲν οὖν Πύθων διαψευσθεὶς τῶν ἐλπίδων, ἀπῆλθε μετὰ τῶν Μακεδόνων πρὸς τὸν Περδίκκαν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

VIII. Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Ῥόδιοι μὲν ἐκβαλόντες Μακεδονικὴν φρουρὰν ἠλευθέρωσαν τὴν πόλιν, Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς Ἀντίπατρον πόλεμον ἐξήνεγκαν τὸν ὀνομασθέντα Λαμιακόν. Τούτου δὲ τὰς αἰτίας ἀναγκαῖόν ἐστι προεκθέσθαι χάριν τοῦ σαφεστέρας γενέσθαι τὰς ἐν αὐτῷ συντελεσθείσας πράξεις. (2) Ἀλέξανδρος γὰρ βραχεῖ χρόνῳ πρότερον τῆς τελευτῆς ἔκρινε κατάγειν ἅπαντας τοὺς ἐν ταῖς Ἑλληνίσι πόλεσι φυγάδας, ἅμα μὲν δόξης ἕνεκεν, ἅμα δὲ βουλόμενος ἔχειν ἐν ἑκάστῃ πόλει πολλοὺς ἰδίους ταῖς εὐνοίαις πρὸς τοὺς νεωτερισμοὺς καὶ τὰς ἀποστάσεις τῶν Ἑλλήνων. (3) Διόπερ, ὑπογύων ὄντων τῶν Ὀλυμπίων, ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα Νικάνορα τὸν Σταγειρίτην, δοὺς ἐπιστολὴν περὶ τῆς καθόδου· ταύτην δὲ προςέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος ἀναγνωσθῆναι τοῖς πλήθεσι. (4) Τούτου δὲ ποιήσαντος τὸ προσταχθέν, λαβὼν ὁ κῆρυξ ἀνέγνω τὴν ἐπιστολὴν τήνδε· « Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος τοῖς ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων φυγάσι. Τοῦ

perscriptum erat, ut decem millia peditum et octo millia equitum contra rebelles eidem traderent. (4) Pytho, vir rerum magnarum studiosus, non illubenter hanc expeditionem suscepit. Græcos enim humanitate sibi conciliare, auctisque per horum societatem copiis, suis providere commodis et provincias superiores in suam potestatem redigere cogitabat. (5) Perdiccas vero, animadversa hac ejus molitione, ut rebelles armis edomitos trucidaret, spoliaque militibus distribueret, edicto cavit. Pytho ergo, cum attributis sibi militibus iter ingressus, ubi auxilia a satrapis acceperat, cum toto agmine ad defectores contendit, et corrupto per quendam Ænianem Lipodoro, qui trium millium agmini apud rebelles præerat, victoriam obtinuit. (6) Inito enim conflictu et victoria neutrubi adhuc inclinante, proditor, sociis sine causa derelictis, in tumulum quendam cum tribus illis millibus ascendit. Ibi ceteri, illos fugam capessere rati, turbatis ordinibus etiam ipsi fugam arripiunt. (7) Prœlio Pytho ergo victor, præcone ad devictos misso, ut arma deponant, edicit, et data acceptaque fide, suam quisque domum revertantur. (8) His jurejurando firmatis, quum jam Macedonibus permixti essent, Pytho, quod res ex animi sententia progressum haberent, non parum lætus erat. Tum vero Macedones, mandatorum Perdiccæ memores, posthabita jurisjurandi religione, fidem Græcis datam violant. (9) Ex improviso enim incautos atque inermes aggressi, universos confodiunt opesque diripiunt. Ita Pytho, spe sua frustratus, cum Macedonibus ad Perdiccam revertitur. Atque hic tum rerum Asiaticarum erat status.

VIII. In Europa interim, præsidio Macedonum ejecto, Rhodii civitatem suam liberaverant, et Athenienses bellum Antipatro moverant, quod Lamiacum appellatur. Hujus causas exponi prius necessum est, ut res per illud gestæ evidentiores fiant. (2) Alexander paullo ante mortem omnes Græcarum civitatum exsules reducere constituerat, tum ut gloriæ suæ inserviret, tum ut multos benevolentia sibi devinctos in unaquaque urbe contra rerum novarum motus et defectiones Græcorum haberet. (3) Appetentibus igitur Olympiis, Nicanorem Stagiritam cum epistola de revocandis exulibus in Græciam miserat, eamque in conventu publico præconis victoris voce multitudini promulgari jusserat. (4) Illo mandatum exsecuto, præco literas his verbis scriptas recitabat: « Alexander rex Græcarum

μὲν φεύγειν ὑμᾶς οὐχ ἡμεῖς αἴτιοι γεγόναμεν, τοῦ δὲ κατελθεῖν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας ἡμεῖς ἐσόμεθα, πλὴν τῶν ἐναγῶν. Γεγράφαμεν δὲ Ἀντιπάτρῳ περὶ τούτων, ὅπως τὰς μὴ βουλομένας τῶν πόλεων κατάγειν ἀναγκάσῃ.» (5) Κηρυχθέντων δὲ τούτων, μεγάλῳ κρότῳ ἐπεσήμαινε τὸ πλῆθος· ἀποδεξάμενοι γὰρ οἱ κατὰ τὴν πανήγυριν τὴν χάριν τοῦ βασιλέως διὰ τὴν χαρὰν ἠμείβοντο τὴν εὐεργεσίαν τοῖς ἐπαίνοις. Ἦσαν δ' οἱ φυγάδες ἀπηντηκότες ἅπαντες ἐπὶ τὴν πανήγυριν, ὄντες πλείους τῶν δισμυρίων. (6) Οἱ μὲν οὖν πολλοί, τὴν κάθοδον τῶν φυγάδων ὡς ἐπ' ἀγαθῷ γινομένην ἀπεδέχοντο, Αἰτωλοὶ δὲ καὶ Ἀθηναῖοι δυσχεραίνοντες τῇ πράξει χαλεπῶς ἔφερον. Αἰτωλοὶ μὲν γὰρ τοὺς Οἰνιάδας ἐκβεβληκότες ἐκ τῆς πατρίδος, προσεδόκων τὴν ἐπὶ τοῖς παρανομήμασιν ἐπακολουθοῦσαν κόλασιν· καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἠπειληκὼς ἦν ὡς οὐχ Οἰνιαδῶν παῖδες, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιθήσει τὴν δίκην αὐτοῖς. (7) Ὁμοίως δὲ τούτοις Ἀθηναῖοι τὴν Σάμον κατακεκληρουχηκότες οὐδαμῶς τὴν νῆσον ταύτην προΐεντο· οὐκ ὄντες δ' ἀξιόμαχοι ταῖς τούτου δυνάμεσι, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἡσυχίαν ἦγον, ἐπιτηροῦντες καιρὸν εὔθετον, ὃν ἡ τύχη ταχέως αὐτοῖς παρεσκεύασε.

IX. Μετ' ὀλίγον γὰρ τελευτήσαντος Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς βασιλείας υἱοὺς διαδόχους οὐκ ἐχούσης, ἐτόλμησαν ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας. Ἀφορμὰς δ' ἔσχον εἰς τὸν πόλεμον τό τε πλῆθος τῶν καταλειφθέντων ὑφ' Ἁρπάλου χρημάτων, περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ διήλθομεν, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀμίσθους γενομένους ὑπὸ τῶν σατραπῶν μισθοφόρους, ὄντας μὲν ὀκτακισχιλίους, διατρίβοντας δὲ περὶ Ταίναρον τῆς Πελοποννήσου. (2) Διὸ καὶ τούτους προσέταξαν ἐν ἀπορρήτοις Λεωσθένει τῷ Ἀθηναίῳ τὸ μὲν πρῶτον ἀναλαβεῖν αὐτούς, ὡς ἰδιοπραγοῦντα χωρὶς τῆς τοῦ δήμου γνώμης, ὅπως ὁ μὲν Ἀντίπατρος ῥᾳθυμότερον διατεθῇ πρὸς τὰς παρασκευάς, καταφρονῶν τοῦ Λεωσθένους, οἱ δ' Ἀθηναῖοι σχολὴν λάβωσι καὶ χρόνον προκατασκευάσαι τι τῶν εἰς τὸν πόλεμον χρησίμων. (3) Διὸ καὶ Λεωσθένης μετὰ πολλῆς ἡσυχίας μισθωσάμενος τοὺς προειρημένους, παραδόξως ἑτοίμην ἔσχε πρὸς τὰς πράξεις ἀξιόλογον δύναμιν. Ἐστρατευμένοι γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πολὺν χρόνον, καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώνων μετεσχηκότες, ἀθληταὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων ἐγεγένηντο. (4) Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐπράττετο, μήπω καλῶς ἐγνωσμένης τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς. Ἐπεὶ δέ τινες ἐκ Βαβυλῶνος ἧκον αὐτόπται γεγονότες τῆς τοῦ βασιλέως μεταλλαγῆς, τότε φανερῶς ὁ δῆμος ἀπεκαλύψατο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τῶν μὲν Ἁρπάλου χρημάτων μέρος ἐξέπεμψε τῷ Λεωσθένει καὶ πανοπλίας οὐκ ὀλίγας, καὶ παρήγγειλε μηκέτι παρακρύπτειν, ἀλλὰ φανερῶς πράττειν τι τῶν συμφερόντων. (5) Ὁ δὲ διαδοὺς τοῖς μισθοφόροις τὰς συντάξεις καὶ καθοπλίσας τοὺς ἀνόπλους, παρῆλθεν εἰς Αἰτωλίαν, συνθησόμενος κοινοπραγίαν. Ἀσμένως δὲ

civitatum exsulibus. Auctores exilii vestri nos haud fuimus: reditus vero in patriam, scelerosis tamen exceptis, nos erimus. Qua de re Antipatro scripsimus, ut civitates restitutioni suorum refragantes vi cogat.» (5) His ita proclamatis, vulgus magno plausu assensum testabatur. Gratiam namque regis amplexi, qui in conventu panegyrico erant, laudibus hoc meritum cum gaudio remunerabantur. Omnes vero exules, quorum supra viginti millia erant, tunc ad ludos convenerant. (6) Plerique igitur reductionem exulum, ut bono studio susceptam, approbabant, Ætoli vero et Athenienses, offensi hac re, moleste ferebant. Nam Ætoli, ejectis e patria Œniadis, pœnas pro delictis exigendas jam exspectabant. Rex enim, non Œniadarum liberos, sed se ipsum pœnas ipsis inflicturum minatus fuerat. (7) Similiter Athenienses Samo insula, per sortem inter colonos suos divisa, cedere nolebant. Quia vero inferiores Alexandro viribus essent, armis in præsens supersedendum rati, opportunum sibi tempus captabant. Quod fortuna subito illis exhibuit.

IX. Nam brevi post Alexandro defuncto, quandoquidem regnum filiis successoribus carebat, cum libertate totius Græciæ imperium asserere sibi haud dubitarunt. Adjumentum ipsis ad hoc bellum præbuit magna vis pecuniarum ab Harpalo relicta, de quibus singulatim libro superiore a nobis dictum, et præter has miles conductitius, a satrapis Asiaticis exauctoratus. Octo enim millia ad Tænarum Peloponnesi commorabantur. (2) Ideo clanculum mandaverant Leostheni Atheniensi, ut tanquam suum negotium absque populi consensu agens, sibi illos initio adjungeret, quo Antipater segnius in apparatum belli contemtu Leosthenis incumberet, et Atheniensibus interim otium et tempus ad præparandum bello utilia suppeteret. (3) Milites ergo jam indicatos in magno silentio conduxit Leosthenes, ac præter opinionem copias non vulgares ad rem gerendam promtas habuit. Quia enim longo per Asiam tempore militaverant, et in multis magnisque certaminibus suas habuerant partes, bellatores exercitati evaserant. (4) Et hæc sane interitu Alexandri nondum satis cognito acciderunt. Posteaquam vero Babylone quidam advenerant, qui oculis suis regis e vita discessum viderant, populus ex professo in bellum incubuit; missaque cum armis non paucis pecuniarum Harpali parte Leostheni, ne quid amplius occultaret, sed quod ex reipublicæ commodo foret, agendum susciperet, demandavit. (5) Is stipendio, quod præscriptum erat, militibus distributo, armatisque, quibus arma deessent, in Ætoliam, ut communi bellum

τῶν Αἰτωλῶν συνυπακουσάντων, καὶ διδόντων αὐτῷ στρατιώτας ἑπτακισχιλίους, ὁ μὲν Λεωσθένης διαπεμπόμενος πρός τε τοὺς Λοκροὺς καὶ Φωκεῖς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλησιοχώρους, παρεκάλει τῆς αὐτονομίας ἀντέχεσθαι καὶ τῆς τῶν Μακεδόνων δεσποτείας ἐλευθερῶσαι τὴν Ἑλλάδα.

X. Ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, τῶν μὲν κτηματικῶν συμβουλευόντων τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, τῶν δὲ δημοκόπων ἀνασειόντων τὰ πλήθη καὶ παρακαλούντων ἐρρωμένως ἔχεσθαι τοῦ πολέμου, πολὺ τοῖς πλήθεσιν ὑπερεῖχον οἱ τὸν πόλεμον αἱρούμενοι καὶ τὰς τροφὰς εἰωθότες ἔχειν ἐκ τοῦ μισθοφορεῖν· οἷς ποτ' ἔφησεν ὁ Φίλιππος τὸν μὲν πόλεμον εἰρήνην ὑπάρχειν, τὴν δὲ εἰρήνην πόλεμον. (2) Εὐθὺς οὖν οἱ μὲν ῥήτορες τὰς τῶν δημοτικῶν ὁρμὰς σωματοποιοῦντες ἔγραψαν ψήφισμα τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας φροντίσαι τὸν δῆμον, καὶ τὰς μὲν φρουρουμένας πόλεις ἐλευθερῶσαι, ναῦς δὲ παρασκευάσαι τετρήρεις μὲν τετταράκοντα, τριήρεις δὲ διακοσίας, στρατεύσασθαι δὲ πάντας Ἀθηναίους τοὺς μέχρι ἐτῶν τετταράκοντα, καὶ τρεῖς μὲν φυλὰς τὴν Ἀττικὴν παραφυλάττειν, τὰς δ' ἑπτὰ πρὸς τὰς ὑπερορίους στρατείας ἑτοίμους εἶναι. (3) Ἐκπέμψαι δὲ καὶ πρέσβεις τοὺς ἐπελευσομένους τὰς Ἑλληνίδας πόλεις καὶ διδάξοντας ὅτι καὶ πρότερον μὲν ὁ δῆμος τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν κοινὴν εἶναι πατρίδα κρίνων τῶν Ἑλλήνων, τοὺς ἐπὶ δουλείᾳ στρατευσαμένους βαρβάρους ἠμύνατο κατὰ θάλατταν, καὶ νῦν οἴεται δεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ ναυσὶ προκινδυνεύειν. (4) Κυρωθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος προχειρότερον ἢ συνέφερεν, οἱ μὲν συνέσει διαφέροντες τῶν Ἑλλήνων ἔφασαν τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων τὰ μὲν πρὸς εὐδοξίαν εὖ βεβουλεῦσθαι, τοῦ δὲ συμφέροντος διημαρτηκέναι· προεξανίστασθαι γὰρ αὐτὸν τῶν καιρῶν, καὶ πρὸς ἀνικήτους καὶ μεγάλας δυνάμεις ἐπιβάλλεσθαι διακινδυνεύειν, μηδεμιᾶς ἀνάγκης κατεπειγούσης, καὶ φρονήσει δοκοῦντα διαφέρειν μηδὲ ταῖς περιβοήτοις τῶν Θηβαίων συμφοραῖς νενουθετῆσθαι. (5) Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρέσβεων ἐπιπορευομένων τὰς πόλεις, καὶ τῇ συνήθει τῶν λόγων δεινότητι παρορμώντων πρὸς τὸν πόλεμον, αἱ πλεῖσται μὲν συνέθεντο τὴν συμμαχίαν, αἱ μὲν κατ' ἔθνος, αἱ δὲ κατὰ πόλιν.

XI. Τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μὲν πρὸς Μακεδόνας ἀπέκλιναν, οἱ δὲ τὴν ἡσυχίαν εἵλοντο. Αἰτωλοὶ μὲν οὖν ἅπαντες πρῶτοι συνέθεντο τὴν συμμαχίαν, καθάπερ προείρηται, μετὰ δὲ τούτους Θετταλοὶ μὲν πάντες πλὴν Πελινναίων, Οἰταῖοι δὲ πλὴν Ἡρακλεωτῶν, Ἀχαιῶν δὲ Φθιῶται πλὴν Θηβαίων, Μηλιεῖς δὲ πλὴν Λαμιέων, ἑξῆς δὲ Δωριεῖς ἅπαντες καὶ Λοκροὶ καὶ Φωκεῖς, ἔτι δ' Αἰνιᾶνες καὶ Ἀλυζαῖοι καὶ Δόλοπες, πρὸς δὲ τούτοις Ἀθαμᾶνες καὶ Λευκάδιοι καὶ Μολοττῶν οἱ περὶ Ἀρυπταῖον· οὗτος δ' ὕπουλον συμμαχίαν συνθέμενος, ὕστερον διὰ προδοσίας συνήργησε τοῖς Μακεδόσι. Τῶν τ' Ἰλλυριῶν καὶ Θρᾳκῶν ὀλίγοι συνέθεντο συμμα-

opera gereretur, transivit. Cui Ætoli libenter obsecuti septem armatorum millia tradunt. Tum Leosthenes per legationem Locros et Phocenses, ceterosque finitimos ad libertatem capessendam et liberandam a Macedonum dominatu Græciam exhortatur.

X. In populo interim Atheniensi bello abstinendum locupletes suadere, at rabulæ populares multitudinem concitare, et, ut bellum gnaviter capesserent, exhortari. Unde evenit ut qui bellum eligerent, ac faciendis stipendiis victum sibi quærerent, numero superarent. Cui hominum generi bellum esse pacem, pacemque bellum, Philippus olim dixit. (2) Confestim itaque oratores, populi impetum corroborantes, decretum condunt, ut communis Græcorum libertatis curam populus suscipiat, urbesque præsidiis occupatas liberet: classem etiam quadraginta quadriremium et ducentarum triremium comparet; tum quicunque Atheniensium ætatis annum quadragesimum non excessissent, nomina in hanc militiam profiteantur; tresque pro Attica tribus excubent, reliquæ septem ad expeditiones ulteriores sint præsto. (3) Legati præter hæc mittantur, qui ad omnes Græci nominis civitates profecti illas doceant, quod etiam antea populus, universam Græciam communem Græcorum patriam esse judicans, Barbaros ad servitutem Græcis inferendam cum exercitu invadentes mari propulsarit, et nunc pro communi Græcorum salute cum corporum, fortunarum et classis discrimine propugnandum censeat. (4) Hoc populi decreto propensius quam utilius sancito, qui Græcorum intelligentia ceteros anteibant, populum Atheniensium quod ad gloriam recte quidem consuluisse, verum quod ad utilitatem publicam tota aberrasse via censebant. Nam commovere se illum ante tempus, et belli fortunam experiri velle cum invictis maximisque copiis, ubi nulla urgeat necessitas: et quum prudentia excellere putetur, ne pervulgatis quidem cladibus Thebanorum admoneri. (5) Sed tamen quum urbes adirent legati, et usitata cives grandiloquentia ad bellum incitarent, pleræque ad societatis fœdus, aliæ nationum, aliæ civitatum singularum nomine, se applicarunt.

XI. De ceteris Græcis pars ad Macedones propendebant, pars nihil movendum sibi arbitrabantur. Universa igitur Ætolorum natio omnium prima, ut dictum est, in fœdus transiit; post hos Thessali omnes, præter Pelinnæos, Œtæi, exceptis Heracleotis; ex Achæis Phthiotæ, absque Thebanis tamen; Melienses, demtis Lamiensibus; hinc Doriensium, Locrorum et Phocensium gentes universæ; itemque Ænianes, Alyzæi et Dolopes, et præter eos Athamanes, Leucadii et Molossi sub imperio Aryptæi; qui vero societatem fucatam iniverat, et per proditionem Macedones postea adjuvit. Pars etiam Illyriorum et Thracum, odio

χίαν διὰ τὸ πρὸς τοὺς Μακεδόνας μῖσος. (2) Ἑξῆς δὲ συνελάβοντο τοῦ πολέμου Καρύστιοι μὲν ἐξ Εὐβοίας, τελευταῖον δὲ τῶν Πελοποννησίων Ἀργεῖοι, Σικυώνιοι, Ἠλεῖοι, Μεσσήνιοι καὶ οἱ τὴν Ἀκτὴν κατοικοῦντες. Οἱ μὲν οὖν συμμαχίαν συνθέμενοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχον οἱ προειρημένοι. (3) Ὁ δὲ δῆμος ἀπέστελλε στρατιώτας τῷ Λεωσθένει βοηθήσοντας πολιτικοὺς μὲν πεζοὺς πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους, μισθοφόρους δὲ δισχιλίους. Τούτων δὲ πορευομένων διὰ τῆς Βοιωτίας, ἀλλοτρίους συνέβαινεν εἶναι τοὺς Βοιωτοὺς τοῖς Ἀθηναίοις διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Ἀλέξανδρος Θήβας κατασκάψας τὴν χώραν τοῖς περιοικοῦσι Βοιωτοῖς ἔδωκεν. (4) Οὗτοι δὲ κατακληρουχήσαντες τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις, ἐκ τῆς χώρας μεγάλας ἐλάμβανον προσόδους. Διόπερ εἰδότες ὅτι κρατήσαντες Ἀθηναῖοι τῷ πολέμῳ τοῖς Θηβαίοις ἀποκαταστήσουσι τήν τε πατρίδα καὶ τὴν χώραν, ἀπέκλιναν πρὸς τοὺς Μακεδόνας. (5) Στρατοπεδευόντων δ' αὐτῶν περὶ τὰς Πλαταιάς, ὁ Λεωσθένης μέρος τῆς ἰδίας δυνάμεως ἀναλαβὼν ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν. Μετὰ δὲ τῶν Ἀθηναίων παραταξάμενος πρὸς τοὺς ἐγχωρίους μάχῃ τε ἐνίκησε καὶ τρόπαιον στήσας ταχέως ἐπανῆλθεν εἰς Πύλας· ἐνταῦθα γὰρ διατρίβων χρόνον τινά, προκατειλήπτο τὰς παρόδους καὶ τὴν τῶν Μακεδόνων δύναμιν ἀνεδέχετο.

XII. Ἀντίπατρος δ' ἀπολελειμμένος ὑπ' Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης ὡς ἐπύθετο τήν τε τοῦ βασιλέως ἐν Βαβυλῶνι τελευτὴν τήν τε τῶν σατραπειῶν διαίρεσιν, πρὸς μὲν Κράτερον εἰς Κιλικίαν διεπέμπετο, παρακαλῶν τὴν ταχίστην βοηθῆσαι· οὗτος γὰρ προαπεσταλμένος εἰς Κιλικίαν ἤμελλε κατάγειν εἰς Μακεδονίαν τοὺς ἀπολελυμένους τῆς στρατείας Μακεδόνας, ὄντας ὑπὲρ τοὺς μυρίους· πρὸς δὲ Λεόννατον τὸν εἰληφότα σατραπείαν τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν, ὁμοίως ἀξιῶν καὶ τοῦτον βοηθῆσαι καὶ μίαν τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων συνοικιεῖν ἐπαγγελλόμενος. (2) Πυθόμενος δὲ τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων συνδρομὴν ἐπ' αὐτὸν γεγενημένην, τῆς μὲν Μακεδονίας ἀπέλιπε στρατηγὸν Σίππαν, δοὺς στρατιώτας τοὺς ἱκανοὺς καὶ παραγγείλας στρατολογεῖν ὡς πλείστους. Αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν Μακεδόνας μὲν μυρίους καὶ τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους, ἐσπάνιζε γὰρ ἡ Μακεδονία στρατιωτῶν πολιτικῶν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεσταλμένων εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ διαδοχὴν τῆς στρατιᾶς, ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Μακεδονίας εἰς Θετταλίαν, συμπαραπλέοντος αὐτῷ τοῦ στόλου παντός, ὃν ἀπεσταλκὼς ἦν Ἀλέξανδρος παραπέμψοντα πλῆθος χρημάτων ἐκ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν, οὐσῶν πασῶν τῶν τριήρων ἑκατὸν καὶ δέκα. (3) Οἱ δὲ Θετταλοὶ τὸ μὲν πρῶτον συμμαχοῦντες τῷ Ἀντιπάτρῳ, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἱππεῖς ἐξέπεμψαν αὐτῷ· ὕστερον δ' ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων μεταπεισθέντες ἀφίππευσαν πρὸς Λεωσθένην, καὶ μετὰ τῶν Ἀθηναίων ταχθέντες διεπολέμουν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. (4) Μεγάλης δὲ δυνάμεως ταύτης τοῖς Ἀθηναίοις προσγεγενημένης, οἱ μὲν Ἕλληνες ἐκράτουν

Macedonum, in societatis pactum venit. (2) Ad quod deinceps etiam accesserant ex Eubœa Carystii, et tandem ex Peloponnesiis Argivi, Sicyonii, Elei, Messenii et qui Acten incolunt. Hi ergo, quos recensuimus, Græcorum societatis inter se fœdus pacti sunt. (3) Populus autem Leostheni auxilio misit ex civibus quinque millia peditum, et equites quingentos, mercede autem conductorum millia duo. Qui quum iter facerent per Bœotiam, infestos Athenienses habuere Bœotos, his de causis. Alexander, Thebis solo æquatis, finitimis Bœotis agros concesserat. (4) Hi sorte miserorum fundos inter se partiti, amplos inde reditus percipiebant. Quare quum futurum scirent ut Athenienses bello superiores Thebanis patriam et agros restituerent, Macedonum partibus se adjunxerunt. (5) Dumque castra ad Platæas metantur, Leosthenes cum parte copiarum in Bœotiam venit: et instructa Atheniensium acie, incolas adortus, victor exstitit, erectoque tropæo, ad Pylas statim retro movit. Hic enim post aditus a se occupatos, dum copias Macedonum exspectat, ad tempus stativa habebat.

XII. Antipater vero, summus Europæ dux ab Alexandro relictus, ubi de morte regis in Babylone, et satrapiarum divisione cognovit, ad Craterum misit in Ciliciam, qui, ut quam celerrime auxilium sibi ferret, exhortarentur. Hic enim jam ante in Ciliciam missus, ultra decem Macedonum millia, vacationem a militia adeptos, in patriam reducere parabat. Leonnatum insuper, qui Phrygiæ ad Hellespontum acceperat satrapiam, de suppetiis ferendis sollicitat, filiarum una in matrimonium promissa. (2) Simulac vero Græcorum adversus se concursationem audivit, Sippam, qui Macedoniæ imperator esset interim, cum non mediocri manu reliquit, et ut milites quam plurimos colligeret, jussit. Ipse vero, Macedonum tredecim millibus et equitibus sexcentis, sibi adjunctis (rarior enim in Macedonia militis ex civibus propter supplementa in Asiam transmissa tum temporis copia erat), ex Macedonia in Thessaliam transit tota classe juxta navigante, quam Alexander, magnam pecuniæ vim ex regiis thesauris in Macedoniam allaturam, miserat. Summa harum in universum erat centum et decem triremium. (3) Thessali quidem, inter principia societatem Antipatri amplexi, multos fortesque equites illi miserant; sed postea in aliam sententiam ab Atheniensibus traducti, ad Leosthenem cum equitatu se contulerunt, et cum Atheniensibus conjuncti pro libertate Græcorum belligerabantur. (4) Quum ita magnum Atheniensibus robur accessisset, Græci, longe Macedonibus superiores, præ-

πολὺ τῶν Μακεδόνων ὑπερέχοντες· ὁ δὲ Ἀντίπατρος μάχῃ λειφθεὶς, καὶ τὸ λοιπὸν οὔτε παρατάξασθαι τολμῶν οὔτ' εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπανελθεῖν ἀσφαλῶς δυνάμενος, κατέφυγεν εἰς πόλιν Λάμιαν. Ἐν ταύτῃ δὲ τὴν δύναμιν συνέχων καὶ τὰ τείχη κατασκευάζων, ἔτι δὲ παρασκευὰς ὅπλων καὶ καταπελτῶν καὶ σίτου ποιούμενος, ἐκαραδόκει τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀσίας συμμάχους.

XIII. Λεωσθένης δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρελθὼν πλησίον τῆς Λαμίας, καὶ τὴν παρεμβολὴν ὀχυρωσάμενος τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι, τὸ μὲν πρῶτον ἐκτάξας τὴν δύναμιν, προςῆγε τῇ πόλει καὶ τοὺς Μακεδόνας εἰς μάχην προὐκαλεῖτο. Μὴ τολμώντων δὲ αὐτῶν διαγωνίσασθαι, προςβολὰς καθ' ἡμέραν τοῖς τείχεσιν ἐκ διαδοχῆς ἐποιεῖτο. (2) Ἀμυνομένων δὲ τῶν Μακεδόνων εὐρώστως, πολλοὶ τῶν προπετῶς βιαζομένων Ἑλλήνων ἀπώλλυντο· δυνάμεως γὰρ ἀξιολόγου κατὰ τὴν πόλιν οὔσης καὶ βελῶν παντοδαπῶν ἀφθονίας, ἔτι δὲ τείχους πολυτελοῦς κατεσκευασμένου, ῥᾳδίως οἱ πολιορκούμενοι περιεγίνοντο. (3) Ὁ δὲ Λεωσθένης ἀπογνοὺς τὴν ἐκ βίας ἅλωσιν τῆς πόλεως, τὰς ἀγομένας εἰς αὐτὴν ἀγορὰς παρῃρεῖτο, νομίζων ῥᾳδίως τῇ σιτοδείᾳ καταπολεμήσειν τοὺς ἐγκεκλεισμένους ἐν τῇ πόλει. Κατεσκεύαζε δὲ καὶ τεῖχος καὶ τάφρον ὤρυττε μεγάλην καὶ βαθεῖαν, εἴργων τοὺς πολιορκουμένους ἀπὸ τῆς ἐξόδου. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα Αἰτωλοὶ μὲν ἀξιώσαντες τὸν Λεωσθένην διά τινας ἐθνικὰς χρείας κατὰ τὸ παρὸν ἀπελθεῖν ἐπ' οἴκου, πάντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν Αἰτωλίαν. Οὕτω δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον καταπονηθέντων, καὶ τῆς πόλεως κινδυνευούσης ἁλῶναι διὰ τὴν προςδοκωμένην σιτοδείαν, ἡ τύχη τι παράδοξον ἀπένειμε τοῖς Μακεδόσιν εὐκλήρημα. (5) Τοῦ γὰρ Ἀντιπάτρου τοῖς τὰς τάφρους ὀρύττουσιν ἐπιθεμένου, καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ὁ μὲν Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λιποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. Τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρωικῶς διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προςέταξεν Ὑπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι· (6) κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν ὁ μὲν κορυφαῖος τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων Δημοσθένης ἐπεφεύγει, καταδεδικασμένος ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων. Ἀντὶ δὲ τοῦ Λεωσθένους κατεστάθη στρατηγὸς Ἀντίφιλος, ἀνὴρ συνέσει στρατηγικῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρων. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν τούτοις ἦν.

XIV. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν τῶν μεμερισμένων τὰς σατραπείας Πτολεμαῖος μὲν ἀκινδύνως παρέλαβε τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοῖς μὲν ἐγχωρίοις φιλανθρώπως προςεφέρετο, παραλαβὼν δὲ ὀκτακιςχίλια τάλαντα μισθοφόρους ἤθροιζε, καὶ δυνάμεις παρεσκευάζετο· συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιείκειαν. (2) Πρὸς δὲ Ἀντίπατρον διαπρεσβευόμενος

valebant; et Antipater prœlio victus, quod aciem deinceps opponere non auderet, neque regredi in Macedoniam tuto posset, Lamiam perfugit: ubi militem in officio continens mœniaque instaurans et armorum, catapultarum et frumenti apparatu se confirmans suppetias ex Asia præstolabatur.

XIII. Leosthenes vero, cum omnibus copiis quam proxime ad Lamiam accedens, fossa profunda valloque castra munit. Ac primo quidem cum instructo agmine urbi imminens ad pugnam Macedones lacessit. Sed quum pugnæ se periculo committere non auderent, quotidie per vices mœnia oppugnat. (2) Dumque ita strenuo Macedones propugnant, multi Græcorum imprudentius hostem adorti occumbunt. Nam quia manus non contemnenda et telorum omnis generis copia in urbe erat, murum insuper habebant magnis impendiis exstructum, facile superiores evadebant. (3) Leosthenes igitur, vi oppidum oppugnari haud posse intelligens, a commeatu illud interclusit, quod cibariorum inopia se facile obsessos in urbe debellaturum existimabat. Idcirco murum excitat, magnamque sub eo fossam ex profundo educit, hostemque exitu prohibet. (4) Post hoc Ætoli, venia in præsens tempus domum redeundi a Leosthene petita, quod publica quædam negotia avocarent, omnes in Ætoliam revertuntur. Atqui dum ita cum suis Antipater in summis hæret angustiis, parumque abest quin urbs propter imminentem commeatus penuriam capiatur, repentinam fortuna prosperitatem Macedonibus attribuit. (5) Antipatro enim occupatos in ducendis fossis invadente, prœlium committitur. Ubi dum Leosthenes suis opitulatur, saxo in capite ictus, statim corruit, et semianimis in castra relatus tertia die post vitam claudit, ac propter gloriam bello acquisitam heroice sepelitur. Funebrem ejus laudationem populus Atheniensium Hyperidem perorare jussit. Is primus inter oratores, propter eximiam dicendi facultatem, et odium adversus Macedones, habebatur. (6) Per illud enim tempus summus oratorum Demosthenes, quasi pecunias ab Harpalo accepisset, condemnatus solum verterat. In locum autem Leosthenis Antiphilus, prudentia imperatoria et fortitudine excellens, dux est suffectus. Europæ igitur status hunc ad modum se tunc habebat.

XIV. In Asia vero ex illis, qui satrapias inter se partiti fuerant, Ptolemæus Ægyptum citra periculum adeptus, humanum se regionis ejus incolis exhibebat: et octo millibus talentûm potitus, conductis qui æra mererentur, exercitum comparabat. Permulti etiam amice erga illum affecti propter æquitatem ad ipsum confluebant. (2) Per legatos

κοινοπραγίαν συνέθετο, σαφῶς εἰδὼς ὅτι Περδίκκας ἐπιβαλεῖται παρελέσθαι τὴν τῆς Αἰγύπτου σατραπείαν. Λυσίμαχος δ' ἐπιβαλὼν τοῖς κατὰ τὴν Θρᾴκην τόποις, καὶ καταλαβὼν Σεύθην τὸν βασιλέα κατεστρατοπεδευκότα πεζοῖς μὲν δισμυρίοις, ἱππεῦσι δ' ὀκτακισχιλίοις, οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως. Ἔχων δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν οὐ πλείους τῶν τετρακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους, συνῆψε μάχην τοῖς βαρβάροις. (3) Ταῖς μὲν οὖν ἀνδραγαθίαις προεῖχεν αὐτῶν, τοῖς δὲ πλήθεσι λειπόμενος καρτερὰν μάχην συνεστήσατο, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἰδίων ἀποβαλών, πολλαπλασίους δ' ἀποκτείνας, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀμφίδοξον ἔχων τὴν νίκην. (4) Τότε μὲν οὖν ἐχωρίσθησαν ἐκ τῶν τόπων αἱ παρ' ἀμφοτέροις δυνάμεις, καὶ παρασκευὰς μείζους ἐποιοῦντο πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάθεσιν. Λεόννατος δέ, παραγενομένου πρὸς αὐτὸν Ἑκαταίου πρεσβευτοῦ καὶ δεομένου βοηθῆσαι τὴν ταχίστην Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσιν, ἐπηγγείλατο συμμαχήσειν. (5) Διαβὰς οὖν εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ καταντήσας εἰς Μακεδονίαν, προσελάβετο πολλοὺς στρατιώτας Μακεδόνας· ἀθροίσας δὲ τοὺς ἅπαντας πεζοὺς μὲν πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, προῆγε διὰ τῆς Θετταλίας ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

XV. Οἱ δὲ Ἕλληνες λύσαντες τὴν πολιορκίαν καὶ τὴν στρατοπεδείαν ἐμπρήσαντες, τὸν μὲν ἀχρεῖον εἰς παράταξιν ὄχλον καὶ τὰς παρασκευὰς εἰς Μελίτειαν πόλιν ἐξέπεμψαν, αὐτοὶ δ' εὔζωνοι καὶ πρὸς μάχην ὄντες ἕτοιμοι προῆγον ἀπαντήσοντες τοῖς περὶ Λεόννατον πρὸ τοῦ τὸν Ἀντίπατρον συμμῖξαι καὶ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας εἰς ἕνα τόπον συνελθεῖν. (2) Εἶχον δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν δισμυρίους καὶ δισχιλίους· οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ πάντες προαπηλλαχότες ἦσαν εἰς τὴν οἰκείαν, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οὐκ ὀλίγοι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπῆρχον εἰς τὰς πατρίδας κεχωρισμένοι· ἱππεῖς δὲ συνεστρατεύοντο πλείους τῶν τρισχιλίων καὶ πεντακοσίων, ὧν ἦσαν Θετταλοὶ δισχίλιοι διάφοροι ταῖς ἀρεταῖς, ἐν οἷς εἶχον μάλιστα τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας. (3) Γενομένης δὲ ἱππομαχίας ἰσχυρᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ τῶν Θετταλῶν διὰ τὰς ἀρετὰς ἐπικρατούντων, ὁ μὲν Λεόννατος λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, καὶ διακλεισθεὶς εἰς τόπον τελματώδη, τοῖς ὅλοις ἠλαττοῦτο· πολλοῖς δὲ τραύμασι περιπεσὼν καὶ τελευτήσας ὑπὸ τῶν ἰδίων ἤρθη, καὶ πρὸς τὴν ἀποσκευὴν ἀπηνέχθη τετελευτηκώς. (4) Τῇ δ' ἱππομαχίᾳ λαμπρῶς τῶν Ἑλλήνων νενικηκότων, Μένωνος ἱππαρχοῦντος τοῦ Θετταλοῦ, εὐθὺς ἡ τῶν Μακεδόνων φάλαγξ φοβουμένη τοὺς ἱππεῖς ἀπεχώρησεν ἐκ τοῦ πεδίου πρὸς τὰς ὑπερκειμένας δυσχωρίας, καὶ τῇ τῶν τόπων ὀχυρότητι τὴν ἀσφάλειαν περιεποιήσατο. Τῶν δὲ Θετταλῶν ἱππέων προσμαχομένων, καὶ διὰ τὴν δυσχωρίαν ἀπράκτων γινομένων, οἱ μὲν Ἕλληνες τρόπαιον στήσαντες καὶ τῶν νεκρῶν κυριεύσαντες ἀπηλλάγησαν ἐκ τῆς μάχης. (5) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ παραγενηθέντος Ἀντιπάτρου μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ συμμίξαντος

autem cum Antipatro societatis fœdus inivit, quum certo futurum sciret ut Perdiccas Ægypti satrapiam ipsi adimere conaretur. Tum Lysimachus, in Thraciæ quædam loca irrumpens, Seutham regem cum viginti peditum et octo equitum millibus castra metatum offendit. Sed magnitudine copiarum haud perterritus, quum ipse ad summum non plus in pedestri agmine quam quattuor millia, et duo tantum millia in equitatu haberet, signa cum Barbaris contulit. (3) Ac licet virtute quidem superior, multitudine vero inferior esset, pugnam tamen inivit acerrimam, qua magna suorum jactura facta, sed longe majore hostium numero cæso, cum victoria ancipiti in castra recessit. (4) Tunc igitur digressæ ex locis illis utrorumque copiæ, majores ad disceptandum de summa rerum apparatus faciebant. Inter hoc Leonnatus, quum profectus ad ipsum Hecatæus, ut quam celerrime succurreret Antipatro et Macedonibus, rogaret, auxilia promisit. (5) In Europam igitur transgressus, ut Macedoniam intravit, multos sibi Macedonum adjunxit, et plus quam viginti peditum et equitum duobus millibus et quingentis in universum coactis, per Thessaliam in hostes duxit.

XV. Tum Græci, soluta obsidione, castrisque incensis, inutilem pugnæ turbam cum impedimentis in urbem Melitiam dimittunt, ipsi vero expedito et ad pugnam accincto agmine Leonnati copiis occurrunt prius quam, Antipatro cum illis conjuncto, uterque exercitus in unum locum conveniret. (2) Totus horum numerus erat viginti duo millia peditum (nam Ætoli jam ante domum se receperant, nec pauci de ceteris Græcis in patriam abscesserant), equites vero plures quam ter mille ac quingenti una militabant; inter quos duo millia Thessalorum erant, virtute præstantes, in quibus maxime victoriæ spem habebant. (3) Equestri igitur prœlio ad bene longum tempus fortiter disceptatur: ubi Thessalis virtute superantibus, Leonnatus, tametsi præclare dimicaret, in palustrem tamen locum coarctatus, res ejus prorsus erant infractæ; multisque vulneribus confectus mortem oppetit, et sublatus a suis ad impedimenta mortuus deportatur. (4) Idcirco Græcis tam splendida victoria, ubi Menon Thessalus summus equitum dux fuerat, potitis, Macedonum phalanx equitatus metu protinus e campestribus ad superiores locorum difficultates abscedit, eorumque firmitate incolumitatem suam tutatur. Thessali quidem equites illos oppugnabant: sed locorum iniquitas obstabat quominus aliquid efficerent. Quamobrem Græci, interfectorum cadaveribus potiti, erecto tropæo, pugna abscedunt. (5) Postridie, ubi Antipater cum agmine suo

τοῖς ἡττημένοις, μίαν οἱ πάντες Μακεδόνες ἐποιήσαντο τὴν στρατοπεδείαν, καὶ τὴν τῶν ὅλων στρατηγίαν παρέλαβεν Ἀντίπατρος. (6) Οὗτος δὲ κρίνας ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ θεωρῶν τοὺς πολεμίους ἱπποκρατοῦντας, τὴν μὲν διὰ τῶν ὁμαλῶν ἀποχώρησιν ἀπέγνω, διὰ δὲ τῆς δυςχωρίας προάγων καὶ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους προκαταλαμβανόμενος ἀπεχώρησεν ἐκ τούτων τῶν τόπων. (7) Ἀντίφιλος δὲ ὁ τῶν Ἑλλήνων στρατηγὸς ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας τοὺς Μακεδόνας, ἐφήδρευε περὶ Θετταλίαν διατρίβων καὶ καραδοκῶν τὴν τῶν πολεμίων ὁρμήν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἐν τοιαύταις εὐημερίαις ὑπῆρχε. (8) Τῶν δὲ Μακεδόνων θαλαττοκρατούντων, οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶν ἄλλας κατεσκεύασαν, ὥςτε γενέσθαι τὰς πάσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. Τῶν δὲ Μακεδονικῶν οὐσῶν νεῶν διακοσίων καὶ τετταράκοντα τὴν ναυαρχίαν εἶχε Κλεῖτος. (9) Οὗτος δὲ ναυμαχήσας πρὸς Ἠετίωνα τὸν Ἀθηναίων ναύαρχον, ἐνίκησε δυσὶ ναυμαχίαις, καὶ συχνὰς τῶν πολεμίων νεῶν διέφθειρε περὶ τὰς καλουμένας Ἐχινάδας νήσους.

XVI. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Περδίκκας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τόν τε βασιλέα Φίλιππον καὶ τὴν βασιλικὴν δύναμιν ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας δυνάστην. Οὗτος γὰρ οὐ προςέχων τοῖς Μακεδόσιν, ὑπὸ μὲν Ἀλεξάνδρου παρεωράθη διὰ τοὺς περὶ Δαρεῖον ἀγῶνας καὶ περισπασμούς, ἀναστροφὴν δὲ πολυχρόνιον ἔσχε, κυριεύων τῆς Καππαδοκίας. (2) Διὸ καὶ πολλὰ μὲν ἐκ τῶν προςόδων χρήματα ἤθροισε, δυνάμεις δ' ἐγχωρίους καὶ ξενικὰς μεγάλας συνεστήσατο. Διὸ καὶ βασιλείας ἀντιποιούμενος ἕτοιμος ἦν πρὸς τὸν Περδίκκαν διαγωνίζεσθαι, πεζοὺς μὲν ἔχων τριςμυρίους, ἱππεῖς δὲ μυρίους πεντακιςχιλίους. Ὁ δὲ Περδίκκας συνάψας αὐτῷ μάχην, καὶ τῇ παρατάξει νικήσας, ἀνεῖλε μὲν εἰς τετρακιςχιλίους, ἐζώγρησε δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακιςχιλίους, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ Ἀριαράθης. (3) Τοῦτον μὲν οὖν καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας αἰκισάμενος ἀνεσταύρωσε· τοῖς δ' ἡττηθεῖσι συγχωρήσας τὴν ἀσφάλειαν, καὶ καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Καππαδοκίαν, παρέδωκε τὴν σατραπείαν Εὐμένει τῷ Καρδιανῷ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν μεμερισμένος. (4) Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς καὶ Κράτερος ἐκ Κιλικίας ἀναζεύξας ἧκεν εἰς Μακεδονίαν, βοηθήσων τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ διορθωσόμενος τὰς γεγενημένας ἥττας τῶν Μακεδόνων. Ἦγε δὲ πεζοὺς μὲν τῶν εἰς Ἀσίαν Ἀλεξάνδρῳ συνδιαβεβηκότων ἑξακιςχιλίους, τῶν δὲ ἐν παρόδῳ προςειλημμένων τετρακιςχιλίους, Πέρσας δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας χιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους. (5) Παρελθὼν δ' εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τοῦ πρωτείου παραχωρήσας ἑκουσίως Ἀντιπάτρῳ, κοινῇ μετ' αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν. Οἱ δὲ πάντες ἠθροίσθησαν σὺν τοῖς μετὰ Λεοννάτου παραγεγενημένοις πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετρακιςμυρίων ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις, τοξόται δὲ καὶ σφενδονῆται τριςχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακιςχίλιοι.

venit, seque victis adjunxit, castris Macedonum adunatis, rei totius administrationem suscepit. (6) Is, in præsens quiescendum ratus, quum Thessalos equitatu superiores esse videret, per plana incedere non audet; sed per tractus regionis impeditos progrediens et superiora loca præoccupando, inde discessit. (7) Antiphilus vero, Græcorum imperator, Macedonibus insigni prœlio victis, stativa habebat in Thessalia, quo hostis sese verteret, observans. Et Græci quidem tam felicem rerum successum tunc habebant. (8) Quia vero maris imperium Macedones tenebant, Athenienses priori classi adjiciendas naves alias compingunt, ut numero centum [*ducentarum ?*] et septuaginta essent. Macedonica autem classis ducentis et quattuor navibus constabat, Clitusque ei præfectus erat. (9) Hic, cum Eetione Atheniensium navarcho ad Echinades insulas congressus, gemino prœlio victor plurimas hosticarum navium corrupit.

XVI. Sub id tempus Perdiccas, regem Philippum regiasque copias secum habens, in Ariarathen Cappadociæ regulum expeditionem suscepit. Hic licet Macedonum imperium non agnosceret, ab Alexandro tamen, certaminibus cum Dario variisque negotiis distracto, præteritus fuerat, et dominatum Cappadociæ ad longum tempus quiete retinebat. (2) Interea ex reditibus multum pecuniæ magnasque tum popularium tum exterorum copias sibi comparaverat. Dumque regnum sibi jure suo vindicat, cum Perdicca decertare paratus erat, sub vexillis habens triginta peditum, quindecim millia equitum. Commisso igitur cum eo prœlio, Perdiccas acie victor ad quattuor millia interfecit, et supra quinque millia vivos in potestatem accepit, inter quos ipse etiam Ariarathes fuit. (3) Hunc omnesque propinquos excarnificatos in crucem egit. Victis autem incolumitate concessa, postquam res in Cappadocia constituerat, satrapiam Eumeni Cardiano, prout in partitione destinatum erat, gubernandam tradit. (4) Per hoc ipsum tempus etiam Craterus e Cilicia profectus, ad ferendas Antipatro suppetias et clades Macedonum corrigendas, in Macedoniam venit. Adduxit autem sex millia peditum, qui cum Alexandro in Asiam trajecerant, et quattuor millia eorum, quos in itinere assumserat: Persas præterea sagittarios et funditores mille, et equites mille ac quingentos. (5) Ubi igitur in Thessaliam venit, primas ultro concedens Antipatro, junctis cum eo castris ad Peneum fluvium consedit. Congregati autem in universum fuerant una cum his, qui cum Leonnato advenerant, peditum gravis armaturæ supra quadraginta millia, sagittariorum et funditorum tria millia, et equitum millia quinque.

XVII. Οἱ δ' Ἕλληνες κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀντεστρατοπέδευσαν πολὺ τοῖς πλήθεσι λειπόμενοι. Πολλοὶ γὰρ αὐτῶν διὰ τὰς προγεγενημένας εὐημερίας καταφρονοῦντες τῶν πολεμίων, εἰς τὰς πατρίδας ἦσαν ἀπεληλυθότες πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἐπίσκεψιν. (2) Δι' ἃς αἰτίας [πολλοὶ] τῶν στρατιωτῶν ἀτακτούντων, ὑπολοίπους εἶχον ἐν τῇ παρεμβολῇ πεζοὺς μὲν δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους, ἐν οἷς μάλιστα εἶχον τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας διά τε τὰς τῶν ἀνδρῶν ἀρετὰς καὶ διὰ τὸ πεδινὴν ὑποκεῖσθαι χώραν. (3) Τέλος δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον καθ' ἡμέραν προαγόντων τὰς δυνάμεις καὶ προκαλουμένων εἰς μάχην, τὸ μὲν πρῶτον ἀνέμενον τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παραγενησομένους· τῶν δὲ καιρῶν κατεπειγόντων, ἠναγκάζοντο συγκαταβαίνειν εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον. Ἐκτάξαντες δὲ τὴν δύναμιν καὶ σπεύδοντες διὰ τῶν ἱππέων κρῖναι τὸν πόλεμον, τούτους πρὸ τῆς τῶν πεζῶν φάλαγγος ἔστησαν. (4) Γενομένης δὲ ἱππομαχίας, καὶ τῶν Θετταλῶν ἱππέων πλεονεκτούντων διὰ τὰς ἀρετάς, οἱ περὶ τὸν Ἀντίπατρον ἐπήγαγον τὴν ἰδίαν φάλαγγα, καὶ τοῖς πεζοῖς τῶν πολεμίων ἐπιῤῥάξαντες πολὺν ἐποιοῦντο φόνον. Οἱ δ' Ἕλληνες τὸ βάρος καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων οὐ δυνάμενοι φέρειν, εὐθὺς ἀπεχώρησαν πρὸς τὰς δυσχωρίας, τηροῦντες τὰς τάξεις ἐπιμελῶς. Διὸ καὶ δραξάμενοι τόπων ὑπερδεξίων, ῥᾳδίως ἠμύναντο τοὺς Μακεδόνας, ὑπερδέξιον ἔχοντες τὴν στάσιν. (5) Οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἱππεῖς ἐπὶ τοῦ προτερήματος ὄντες, ὡς ἔγνωσαν τὴν τῶν πεζῶν ἀποχώρησιν, εὐθὺς πρὸς ἐκείνους ἀφίππευσαν. Τότε μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον ἀγωνισάμενοι διελύθησαν, ῥεπούσης τῆς νίκης πρὸς τοὺς Μακεδόνας. Ἀπέθανον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἑλλήνων πλείους τῶν πεντακοσίων, τῶν δὲ Μακεδόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. (6) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ Μένων μὲν καὶ Ἀντίφιλος οἱ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες συνεδρεύσαντες ἐβουλεύσαντο πότερον ἀναμείναντες τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων συμμάχους καὶ καταστάντες ἀξιόμαχοι περὶ τῶν ὅλων διακρίνωνται ἢ τῷ παρόντι καιρῷ συνείξαντες πρεσβεύωνται περὶ διαλύσεως. Ἔδοξεν οὖν ἀποστέλλειν κήρυκας περὶ τῆς τοῦ πολέμου καταλύσεως. (7) Πραξάντων δ' αὐτῶν τὸ δόξαν, ἀπεκρίθησαν οἱ περὶ τὸν Ἀντίπατρον κατὰ πόλεις πρεσβεύειν· οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ κοινὴν σύλλυσιν ποιήσεσθαι. Τῶν δ' Ἑλλήνων οὐ προσδεχομένων τὰς κατὰ πόλιν διαλύσεις, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κράτερον ἐπολιόρκουν τὰς ἐπὶ Θετταλίαν πόλεις, καὶ κατὰ κράτος ᾕρουν, μὴ δυναμένων τῶν Ἑλλήνων βοηθεῖν. Διὸ καὶ τῶν πόλεων περιφόβων οὐσῶν, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης πρεσβευούσης περὶ διαλύσεως, πάσαις συγχωρῶν τὴν εἰρήνην ἐπιεικῶς προσεφέρετο. (8) Διόπερ ἐμπεσούσης ὁρμῆς εἰς τὰς πόλεις ἰδίᾳ πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν, ταχὺ πᾶσαι τῆς εἰρήνης ἔτυχον. Οἱ δ' ἀλλοτριώτατα διακείμενοι πρὸς τοὺς Μακεδόνας Αἰτωλοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, συμμάχων ὄντες ἔρημοι, μετὰ τῶν ἰδίων στρατηγῶν ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ πολέμου.

XVII. Græci per id tempus ex adverso castra habebant, numero longe inferiores hostibus. Multi enim ipsorum, contemto propter rem feliciter gestam hoste, in patriam ad revisendum res suas abierant. (2) Quam ob causam quum milites non servarent ordines, in castris reliquos habebant viginti quinque millia peditum et ter mille ac quingentos equites; in quibus propter strenuitatem virorum, et quia campestris illis regio subjecta erat, spem victoriæ repositam habebant. (3) Tandem quum eductis quotidie copiis Antipater ad pugnam illos provocaret, quamquam redituros ex urbibus aliquamdiu exspectarant, tamen, quod præsens ita tempus flagitaret, in certamen de summa rerum descendere coguntur. Instructa igitur acie dum equitum opera bellum decernere properant, illos ante peditum agmen statuunt. (4) Equestris itaque pugna conseritur. In qua quum Thessali equites virtute sua præpollerent, Antipater phalangem suam inducit, et impressione in pedites facta, magnam edit stragem. Ideo Græci, quod molem turbamque hostium ingentem ferre non possent, continuo ad difficultates locorum, servatis tamen accurate ordinibus, se recipiunt, et eminentiora amplexi, quum altiorem haberent stationem, Macedones facile propulsant. (5) Interea Græcorum equites, licet acie superiores essent, ubi tamen regressum peditum vident, statim ad illos avehuntur. Et tunc quidem inhibito certamine ita dirimuntur, ut victoria ad Macedones inclinaret. De Græcis plures quingentis, e Macedonibus centum et triginta in conflictu occubuere. (6) Postridie Menon et Antiphilus, Græcorum imperatores, advocato concilio inter se consultarunt, utrum exspectatis civitatum auxiliis, si sat virorum contraxissent, de summa rerum decernerent, an præsenti angustiæ cedentes de componendo bello legatos mitterent. Tandem præcones de pace mittendos censebant. (7) Quibus decretum exsequentibus, Antipater respondit, ut per suos unaquæque civitas legatos ageret; communem enim pacem nullo se modo facturum. At quum Græci transactionem cum singulis civitatibus non admitterent, Antipater et Craterus Thessaliæ urbes obsident, perque vim capiunt, quod opitulandi vires Græcis deessent. Consternatæ igitur civitates suos quæque legatos de transactione mittunt, quibus omnibus æquum et benignum sese præbens pacem concedit. (8) Quare quum salutis privatim acquirendæ cupido singulas incessisset, omnes pacem consequuntur. Inimicissimi autem nomini Macedonico Ætoli et Athenienses, a sociis derelicti, cum ducibus suis de bello consultant.

XVIII. Ἀντίπατρος δὲ διὰ ταύτης τῆς στρατηγίας διαλύσας τὸ σύστημα τῶν Ἑλλήνων, ἤγαγε τὴν δύναμιν πᾶσαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. Ὁ δὲ δῆμος ἐρημωθεὶς τῆς τῶν συμμάχων βοηθείας, ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καθειστήκει· πάντων δὲ καταφερομένων ἐπὶ τὸν Δημάδην καὶ βοώντων τοῦτον ἐκπέμπειν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, οὗτος μὲν καλούμενος σύμβουλος οὐχ ὑπήκουσεν. (2) Ἦν γὰρ τρὶς ἡλωκὼς παρανόμων, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς ἄτιμος καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν νόμων συμβουλεύειν· ἀπολαβὼν δὲ τὴν ἐπιτιμίαν ὑπὸ τοῦ δήμου, παραχρῆμ' ἐξεπέμφθη πρεσβευτὴς μετὰ Φωκίωνος καί τινων ἑτέρων. (3) Τοῦ δ' Ἀντιπάτρου διακούσαντος τῶν λόγων, καὶ δόντος ἀπόκρισιν ὡς ἄλλως οὐ μὴ συλλύσηται τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον, ἐὰν μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐκείνους συγκλείσαντας εἰς Λάμιαν τὸν Ἀντίπατρον τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι, πρεσβεύσαντος αὐτοῦ περὶ τῆς εἰρήνης· ὁ δὲ δῆμος, οὐχ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. (4) Ὁ δὲ φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς συνεχώρησεν ἔχειν τήν τε πόλιν καὶ τὰς κτήσεις καὶ τἄλλα πάντα· τὴν δὲ πολιτείαν μετέστησεν ἐκ τῆς δημοκρατίας καὶ προσέταξεν ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα, καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλείω δραχμῶν δισχιλίων κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος καὶ τῆς χειροτονίας, τοὺς δὲ κατωτέρω τῆς τιμήσεως ἅπαντας ὡς ταραχώδεις ὄντας καὶ πολεμικοὺς ἀπήλασε τῆς πολιτείας, καὶ τοῖς βουλομένοις χώραν ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν ἐν τῇ Θρᾴκῃ. (5) Οὗτοι μὲν οὖν ὄντες πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων μετεστάθησαν ἐκ τῆς πατρίδος· οἱ δὲ τὴν ὡρισμένην τίμησιν ἔχοντες περὶ ἐνακισχιλίους ἀπεδείχθησαν κύριοι τῆς τε πόλεως καὶ τῆς χώρας, καὶ κατὰ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐπολιτεύοντο· πάντες δὲ τὰς οὐσίας εἰάθησαν ἔχειν ἀναφαιρέτους. Φρούραρχον δὲ Μένυλλον καὶ φρουρὰν ἠναγκάσθησαν δέξασθαι τὴν οὐκ ἐπιτρέψουσαν οὐδενὶ νεωτερίζειν. (6) Περὶ δὲ τῆς Σάμου τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς ἐποιήσαντο. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν παρ' ἐλπίδα φιλανθρωπευθέντες ἔτυχον τῆς εἰρήνης, καὶ τὸ λοιπὸν ἀταράχως πολιτευόμενοι καὶ τὴν χώραν ἀδεῶς καρπούμενοι ταχὺ ταῖς οὐσίαις προσανέδραμον. (7) Ὁ δ' Ἀντίπατρος ἐπανελθὼν εἰς τὴν Μακεδονίαν, τὸν μὲν Κράτερον ταῖς ἁρμοζούσαις τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς ἐκόσμησε, καὶ τῶν θυγατέρων μίαν συνοικίσας αὐτῷ τὴν πρεσβυτάτην Φίλαν, τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπάνοδον συγκατεσκεύασεν. (8) Ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις Ἑλληνίσι πόλεσιν ἐπιεικῶς προσενεχθείς, καὶ τὰ πολιτεύματα συναγαγὼν καλῶς καὶ καταστήσας, ἐπαίνων καὶ στεφάνων ἔτυχεν. (9) Ὁ δὲ Περδίκκας ἀποκαταστήσας τοῖς Σαμίοις τήν τε πόλιν καὶ χώραν, κατήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα, πεφευγότας ἔτη τρισὶ πλείω τῶν τετταράκοντα.

XIX. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰς κατὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον ἐπιτελεσθείσας πράξεις διήλθομεν, μεταβησόμεθα πρὸς

XVIII. Sed Antipater, sociis Græcorum copiis hac arte dissolutis, totum exercitus robur in Athenienses convertit. Tum populus, auxiliis sociorum destitutus, in magna consilii inopia et trepidatione erat: omnesque in Demadem propensi, huic de pace legationem ad Antipatrum committendam vociferantur. Is ad consilium vocatus non paret. (2) Ter enim violatarum legum damnatus, notatusque ob id infamia, legum interdicto consiliis interesse prohibebatur. Sed famæ integritati a populo restitutus, extemplo, Phocione aliisque sibi adjunctis, legationem init. (3) Antipater, oratione ejus audita, non aliis se conditionibus bellum cum Atheniensibus soluturum respondit, quam ut sua omnia potestati ipsius permitterent. Nam idem etiam Antipatro Lamiæ incluso, quum legatos de pace mitteret, responsum dedisse Athenienses. Populus ergo, quod ad repugnandum haud satis virium haberet, totam civitatis administrandæ potestatem et curam Antipatro tradere coactus est. (4) Qui humanissimum se illis exhibens urbem et opes ceteraque omnia retinenda concessit. Rempublicam dumtaxat, populo abrogatam, in alium redegit statum, et pro census ratione tractari jussit, ut, qui plus duobus millibus drachmarum possiderent, penes hos magistratus et suffragiorum jus et potestas esset: qui vero censum hunc non attingerent, omnes, ut turbulentos et bellorum cupidos, a publicorum negotiorum tractatione removit, agrumque in Thracia, si qui vellent, ad novas sedes concessit. (5) Plures ergo duodecim millibus id genus cives e patria sunt translati; ceteris, qui censum definitum habebant, novem millibus circiter, jus urbis et regionis obtinendæ traditum est, et hi Solonis deinceps legibus rempublicam administrarunt. Cunctis possessiones suæ integræ et intactæ permanserunt, sed tamen præfectum cum præsidio Menyllum, qui rerum novarum molitionibus obsisteret, recipere sunt coacti. (6) Sami vero negotium ad reges censebant referendum. Sic Athenienses præter spem clementer tractati pacem recuperarunt; dumque citra turbas rempublicam deinceps administrant, agroque secure fruuntur, brevi opes majorem in modum ampliarunt. (7) Antipater vero in Macedoniam regressus, Craterum, quibus par esset, honoribus ac donis ornavit, et Phila, filiarum natu maxima, in matrimonium collocata, reditum in Asiam illi communi opera adornavit. (8) Ad eum modum ceteris etiam Græciæ civitatibus comiter acceptis, dum respublicas in meliorem formam redigit et constituit, laudes et coronas ubique promeretur. (9) Perdiccas vero Samiis urbem agrosque restituit, et tres ultra quadraginta annos extorres in patriam reducit.

XIX. Nos postquam res in bello Lamiaco gestas percensuimus, ad bellum in Cyrene motum transitum faciemus,

τὸν ἐν τῇ Κυρήνῃ γενόμενον πόλεμον, ἵνα μὴ μακρὰν τοῖς χρόνοις ἀποπλανῶμεν τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας. Ἀναγκαῖον δ' ἐστὶ βραχὺ τοῖς χρόνοις προςαναδραμεῖν, ὅπως σαφεστέρας ποιήσωμεν τὰς κατὰ μέρος πράξεις. (2) Ἁρπάλου γὰρ τὸν ἐκ τῆς Ἀσίας δρασμὸν ποιησαμένου, καὶ καταπλεύσαντος εἰς Κρήτην μετὰ τῶν μισθοφόρων, καθάπερ ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν, Θίβρων, εἷς τῶν φίλων νομιζόμενος, δολοφονήσας τὸν Ἅρπαλον κύριος ἐγένετο τῶν τε χρημάτων καὶ τῶν στρατιωτῶν, ὄντων ἑξακισχιλίων. (3) Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν νεῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, καὶ τοὺς στρατιώτας εἰς ταύτας θέμενος, κατέπλευσεν εἰς τὴν χώραν τῶν Κυρηναίων. Ἀνειληφὼς δὲ μεθ' αὑτοῦ τοὺς ἐκ τῆς Κυρήνης φυγάδας, καὶ τούτους ἔχων καθηγουμένους τῆς ἐπιβολῆς διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν, ἀπαντησάντων τῶν Κυρηναίων, καὶ μάχης γενομένης, ὁ Θίβρων νικήσας πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν, οὐκ ὀλίγους δ' ἐζώγρησε. (4) Κυριεύσας δὲ τοῦ λιμένος, καὶ πολιορκήσας καὶ καταπληξάμενος τοὺς Κυρηναίους, ἠνάγκασεν ὁμολογίας ποιήσασθαι, ὥστε αὐτοὺς δοῦναι ἀργυρίου τάλαντα πεντακόσια, τῶν δὲ ἁρμάτων τὰ ἡμίση πρὸς τὰς στρατείας συνεκπέμπειν. (5) Διεπρεσβεύσατο δὲ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις, ἀξιῶν συμμαχεῖν, ὡς μέλλοντος αὐτοῦ τὴν πλησιόχωρον Λιβύην καταστρέφεσθαι. Διήρπασε δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων τὰ καταληφθέντα χρήματα ἐν τῷ λιμένι, καὶ τοῖς στρατιώταις εἰς διαρπαγὴν ἔδωκεν, ἐκκαλούμενος αὐτῶν τὰς προθυμίας εἰς τὸν πόλεμον.

ne longe a perpetuo historiæ contextu temporibus evagemur. Verum ut dilucidius res singulas explanemus, superiora paullo altius repetenda sunt. (2) Postquam Harpalus ex Asia transfugerat et cum mercenariis in Cretam tandem erat delatus, ut superiori a nobis libro explicatum est; Thibro unus ex amicorum illius numero, ut putabatur, interfecto per dolum Harpalo, tum opibus, tum militibus (sex autem millium erant) potitus est. (3) Similiter classem quoque obtinuit, et collocatis in eam militibus, in Cyrenensium ditionem transmisit, ubi adscitos sibi Cyrenenses exules instituti sui duces propter locorum peritiam habuit. Illi quum Cyrenenses occurrissent, inito conflictu Thibro victor evadit, multosque occidit, nec paucos capit. (4) Inde redacto in potestatem suam portu, expugnatos et perterritos Cyrenenses ad pacificationem adegit hac lege, ut quingenta talenta argenti persolverent, dimidiamque curruum partem ad expeditiones instructam præberent. (5) Per legatos etiam ab aliis urbibus, ut societatem inirent secum, contendit, quasi finitimam Africam subjugaturus esset. Quin etiam deprehensas in portu mercatorum opes invasit, et diripiendas militibus, ut ad promtitudinem in bello invitarentur, concessit.

XX. Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων τῷ Θίβρωνι προχωρούντων, ἡ τύχη ταχὺ μεταβαλοῦσα ἐταπείνωσεν αὐτὸν διὰ τοιαύτας αἰτίας. Τῶν ἡγεμόνων τῶν παρ' αὐτῷ τις Κρὴς μὲν τὸ γένος, ὄνομα δὲ Μνασικλῆς, ἐμπειρίαν δ' ἔχων τῶν πολεμικῶν πράξεων, διηνέχθη πρὸς αὐτόν, ἐγκαλέσας μὲν περὶ τοῦ μερισμοῦ τῶν λαφύρων, καὶ φύσει ταραχώδης ὢν καὶ θρασύς, ηὐτομόλησε πρὸς τοὺς Κυρηναίους. (2) Κατηγορήσας δὲ πολλὰ τοῦ Θίβρωνος εἰς ὠμότητα καὶ ἀπιστίαν ἔπεισε λῦσαι τὰς ὁμολογίας καὶ τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. Διὸ καὶ ταλάντων ἑξήκοντα μόνον ἀποδεδομένων, τῶν δὲ λοιπῶν χρημάτων οὐ διδομένων, ὁ μὲν Θίβρων ἐγκαλέσας τοῖς ἀφεστηκόσι συνέλαβε τῶν Κυρηναίων τοὺς παρόντας ἐν τῷ λιμένι, ὄντας περὶ ὀγδοήκοντα. Εὐθὺς δὲ τὴν δύναμιν ἐπαγαγὼν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπολιόρκει τὴν Κυρήνην· οὐδὲν δὲ δυνάμενος πρᾶξαι, πάλιν πρὸς τὸν λιμένα ἐπανῆλθε. (3) Τῶν δὲ Βαρκαίων καὶ τῶν Ἑσπεριτῶν συμμαχούντων τῷ Θίβρωνι, Κυρηναῖοι μέρος μὲν τῆς δυνάμεως ἀπέλιπον ἐν τῇ Κυρήνῃ, τῷ μέρει δὲ στρατεύσαντες ἐπόρθουν τὴν τῶν ἀστυγειτόνων χώραν. (4) Τούτων δ' ἐπικαλεσαμένων βοηθεῖν τὸν Θίβρωνα, ἅπαντας τοὺς στρατιώτας ἐξήγαγεν ἐπὶ τὴν συμμαχίαν. Καθ' ὃν δὴ χρόνον ὁ Κρὴς συλλογισάμενος τὴν ἐρημίαν τοῦ λιμένος ἔπεισε τοὺς ἐν Κυρήνῃ καταλειφθέντας ἐπιθέσθαι τῷ λιμένι. (5) Ὑπακουσάντων δ' εὐθὺς αὐτὸς καθηγούμενος ἐπέθετο τῷ λιμένι, καὶ διὰ τὴν ἀπουσίαν

XX. Dum ita feliciter res Thibroni succedunt, fortuna celeriter mutata mirifice illum depressit, his quidem de causis. Ductorum ipsius quidam natione Cretensis, cui Mnasicli nomen, peritus rerum bellicarum, dissidere ab illo cœpit, divisionem prædæ causatus. Et quia homo ingenii turbulenti et confidens erat, ad Cyrenenses transfugit: (2) multisque crudelitatem Thibronis et perfidiam criminatus, ad solvendum pacta et libertatem asserendum illos suadendo perpulit. Propterea quum sexaginta tantummodo talentis exhibitis, reliqua pecuniæ summa non exsolveretur, Thibro cum rebellibus expostulans, quotquot tum in portu aderant Cyrenenses numero octoginta comprehendit, et continuo admotis urbi copiis Cyrenen oppugnat. Sed quum nihil efficere valeret, in portum retrocedit. (3) Militabant autem cum eo Barcæi et Hesperitæ. Ibi Cyrenenses, parte copiarum in urbe relicta, cum ceteris finitimorum agros populatum eunt. (4) His ergo Thibronis opem implorantibus, quidquid tum præsto erat militum, ad suppetias educit. Quo tempore magnam in portu solitudinem esse conjectans Cretensis, relictis intra Cyrenen invadendi portus auctor est. (5) Quibus e vestigio morem gerentibus, ille princeps impetum facit in portum, eoque propter Thibronis absentiam

τοῦ Θίβρωνος ῥᾳδίως ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ περιλειπόμενα τῶν φορτίων ἀποκατέστησε τοῖς ἐμπόροις καὶ τὸν λιμένα φιλοτίμως ἐτήρει. (6) Ὁ δὲ Θίβρων τὸ μὲν πρῶτον ἀθύμως εἶχεν, ἀπολωλεκὼς τόπον ἐπίκαιρον καὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν ἀποσκευάς· μετὰ δὲ ταῦτα θαῤῥήσας, καὶ τὴν πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Τεύχειρα ἐκπολιορκήσας, ἀνέδραμε ταῖς ἐλπίσι. Μετ' ὀλίγον δὲ πάλιν αὐτὸν συνέβη περιπεσεῖν μεγάλοις ἐλαττώμασιν. (7) Οἱ γὰρ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντες τοῦ λιμένος ἐστερημένοι, τροφῆς δὲ ἀποροῦντες, εἰώθεισαν καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὴν χώραν ἐξιέναι καὶ τὰς τροφὰς ἐκ ταύτης πορίζεσθαι. Οἱ δὲ Λίβυες ἐνεδρεύσαντες αὐτοὺς πλανωμένους κατὰ τὴν χώραν, πολλοὺς μὲν ἀπέκτειναν, οὐκ ὀλίγους δ' ἐζώγρησαν. Οἱ δὲ περιλειφθέντες ἐκ τοῦ κινδύνου καταφυγόντες εἰς τὰς ναῦς, ἀπέπλεον εἰς τὰς συμμαχίδας πόλεις. Ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου πνεύματος, αἱ πλεῖσται μὲν ὑπὸ τῆς θαλάττης κατεπόθησαν, τῶν δ' ἄλλων αἱ μὲν εἰς Κύπρον, αἱ δ' εἰς Αἴγυπτον ἀπεῤῥίφησαν.

XXI. Ὁ δὲ Θίβρων τηλικαύτῃ συμφορᾷ περιπεσὼν ὅμως ἀντείχετο τοῦ πολέμου· προχειρισάμενος δὲ τῶν φίλων τοὺς εὐθέτους ἔπεμψεν εἰς τὴν Πελοπόννησον ἀναληψομένους τῶν ξένων τοὺς ἐνδιατρίβοντας περὶ Ταίναρον. Ἔτι γὰρ τῶν ἀμισθώτων γενομένων πολλοὶ διεπλανῶντο ζητοῦντες τοὺς μισθοδοτήσοντας, καὶ τότε περὶ Ταίναρον ὑπῆρχον πλείους τῶν δισχιλίων καὶ πεντακοσίων. (2) Τούτους δὲ οἱ πεμφθέντες ἀνέλαβον, τὸν δὲ εἰς Κυρήνην πλοῦν ἐποιοῦντο. Τῇ δὲ τούτων ἀπουσίᾳ οἱ μὲν Κυρηναῖοι θαῤῥήσαντες τοῖς γεγονόσι προτερήμασι μάχην συνῆψαν, καὶ νικήσαντες τὸν Θίβρωνα, πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέκτειναν. (3) Διὰ δὲ τὰς ἐλαττώσεις ὁ Θίβρων ἀπογινώσκων ἤδη τὰ κατὰ τὴν Κυρήνην, παραδόξως πάλιν ἐθάῤῥησε. Τῶν γὰρ ἀπὸ Ταινάρου στρατιωτῶν καταπλευσάντων, καὶ μεγάλης αὐτῷ χειρὸς προσγενομένης, εὔελπις ἐγένετο τῇ ψυχῇ. (4) Οἱ δὲ Κυρηναῖοι πάλιν θεωροῦντες τὸν πόλεμον αὐξόμενον, μετεπέμψαντο τὴν συμμαχίαν παρὰ τῶν πλησιοχώρων Λιβύων καὶ παρὰ τῶν Καρχηδονίων. Ἀθροίσαντες δὲ τοὺς ἅπαντας μετὰ τῶν πολιτικῶν στρατιώτας τρισμυρίους, ἡτοιμάζοντο παρατάξει περὶ τῶν ὅλων διακριθῆναι. Γενομένης δὲ παρατάξεως μεγάλης, ὁ μὲν Θίβρων νικήσας τῇ μάχῃ καὶ πολλοὺς ἀνελὼν περιχαρὴς ἦν, ὡς αὐτίκα μάλα κυριεύσων τῶν πλησίον πόλεων. (5) Οἱ δὲ Κυρηναῖοι, τῶν στρατηγῶν ἁπάντων ἀνῃρημένων ἐν τῇ μάχῃ, τὸν Κρῆτα Μνασικλῆν μεθ' ἑτέρων εἵλοντο στρατηγόν. Θίβρων δ' ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ τὸν λιμένα τῶν Κυρηναίων ἐπολιόρκησε καὶ τῇ Κυρήνῃ καθ' ἡμέραν προςβολὰς ἐποιεῖτο. (6) Χρονίζοντος δὲ τοῦ πολέμου, Κυρηναῖοι μὲν σπανίζοντες τῆς τροφῆς ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους· ἐπικρατούντων δὲ τῶν δημοτικῶν καὶ τοὺς κτηματικοὺς ἐκβαλλόντων, οἱ τῆς πατρίδος στερηθέντες ἔφυγον οἱ μὲν πρὸς Θίβρωνα, οἱ δ' εἰς Αἴγυπτον. (7) Οὗτοι δὲ πείσαντες τὸν Πτολεμαῖον κατάγειν αὐτούς, ἧκον

facile potitus, quidquid mercium adhuc reliquum erat, negotiatoribus postliminio reddit, ac portum omni studio tutatur. (6) Male hoc primum habebat Thibronem, quod opportuno excidisset loco, et impedimentorum jacturam simul fecisset; sed resumtis post animis, quum oppidum Teuchira expugnasset, spem iterum arrexit. Verum non longo post intervallo accidit ut in magnas iterum clades incideret. (7) Nam classiarii milites, quum exclusi portu cibariis indigerent, excursibus in agros quotidie factis, alimenta sibi conquirere solebant; sed Afri, ex insidiis per regionem dispalantes adorti, magnum ex iis numerum cædunt, nec minorem capiunt. Superstites igitur fuga ad naves elapsi, ad socias inde urbes navigarunt. Sed quum vehemens tum ventus insurrexisset, navium plurimas mare absorpsit: de ceteris pars in Cyprum, pars in Ægyptum a fluctibus ejectantur.

XXI. Etsi vero tanta calamitate Thibro affectus erat, tamen bello non absistebat. Nam delectos ex amicis idoneos in Peloponnesum misit, qui commorantes ad Tænarum peregrinos adsciscerent. Nam multi adhuc sine stipendiis oberrantes, qui stipendium numeraret, quærebant, et horum tunc numerus duo millia et quingentos excedebat. (2) Hos ergo, qui missi fuerant, assumunt, cumque illis Cyrenen versus navigationem intendunt. Horum absentia Cyrenenses et præclaris successibus animosiores facti, pugna cum Thibrone commissa plurimos de militibus ipsius peremerunt. (3) Quas ob clades quum de Cyrenaici negotii successu jam actum esse arbitraretur Thibro, inexspectato animum resumsit. Militibus enim a Tænaro advectis, valida jam manu confirmatus bonam spem animo concepit. (4) Quare dum bellum denuo gliscere vident Cyrenenses, a finitimis Afris et Carthaginiensibus suppetias arcessunt, et triginta millibus in universum cum oppidanis simul coactis, de summa rerum acie disceptare properant. Magno inito conflictu, Thibro acie victor, multis interemtis, valde gaudebat, ut qui vicinas statim urbes in potestatem accepturus esset. (5) Tum Cyrenenses, cæsis in acie cunctis ducibus, Mnasiclem ex Creta cum aliis quibusdam exercitui præficiunt. At Thibro victoria elatus portum Cyrenensium obsidet, et quotidie Cyrenen oppugnat. (6) Bello tandem in longum protracto, Cyrenenses, commeatus inopia laborantes, inter se dissidere cœperunt: et plebs, viribus superior, opulentos urbe pellit. Qui patria amissa, partim ad Thibronem, partim in Ægyptum perfugiunt. (7) Hi ergo, Ptolemæo ad reducendum se permoto, cum validis peditum et

ἄγοντες δύναμιν ἀξιόλογον πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν καὶ στρατηγὸν Ὀφέλλαν· ὧν τὴν παρουσίαν ἀκούσαντες οἱ παρὰ τῷ Θίβρωνι φυγάδες, νυκτὸς ἐπιχειρήσαντες πρὸς τούτους ἀπιέναι λάθρᾳ, φωραθέντες ἅπαντες κατεκόπησαν. (8) Οἱ δὲ τῆς Κυρήνης στρατηγοῦντες δημοτικοί, φοβηθέντες τὴν τῶν φυγάδων κάθοδον, διελύσαντο πρὸς τὸν Θίβρωνα, καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς τὸν Ὀφέλλαν παρεσκευάζοντο. (9) Ὀφέλλας δὲ καταπολεμήσας τὸν Θίβρωνα καὶ ζωγρήσας, ἔτι δὲ τῶν πόλεων ἐγκρατὴς γενόμενος, παρέδωκε τάς τε πόλεις καὶ τὴν χώραν Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ. Οἱ μὲν οὖν Κυρηναῖοι καὶ αἱ περιοικοῦσαι πόλεις τοῦτον τὸν τρόπον ἀποβαλοῦσαι τὴν ἐλευθερίαν, ὑπὸ τὴν Πτολεμαϊκὴν βασιλείαν ἐτάχθησαν.

XXII. Περδίκκας δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Φίλιππος καταπεπολεμηκότες Ἀριαράθην, καὶ τὴν σατραπείαν αὐτοῦ Εὐμένει παραδόντες, ἐχωρίσθησαν ἐκ τῆς Καππαδοκίας. Καταντήσαντες δὲ εἰς τὴν Πισιδικήν, ἔκριναν ἀναστάτους ποιῆσαι δύο πόλεις, τήν τε τῶν Λαρανδέων καὶ τὴν τῶν Ἰσαυρέων. Αὗται γὰρ ἔτι ζῶντος Ἀλεξάνδρου Βάλακρον τὸν Νικάνορος ἀπέκτειναν, ἀποδεδειγμένον στρατηγὸν ἅμα καὶ σατράπην. (2) Τὴν μὲν οὖν τῶν Λαρανδέων πόλιν ἐξ ἐφόδου χειρωσάμενοι, καὶ τοὺς ἡβῶντας κατασφάξαντες, τοὺς δ' ἄλλους ἐξανδραποδισάμενοι, κατέσκαψαν· τὴν δὲ τῶν Ἰσαυρέων, οὖσαν ὀχυρὰν καὶ μεγάλην, ἔτι δὲ πλήθουσαν ἀλκίμων ἀνδρῶν, ἐπὶ μὲν ἡμέραις δύο πολιορκήσαντες ἐνεργῶς, καὶ πολλοὺς τῶν ἰδίων ἀποβαλόντες, ἀνεχώρησαν. (3) Οἱ γὰρ ἐγχώριοι βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν πρὸς πολιορκίαν ἀνηκόντων εὐποροῦντες, ἔτι δὲ ταῖς ψυχαῖς ὑπομένοντες τὸ δεινὸν παραστατικῶς, ἑτοίμως ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀπέθνησκον. (4) Τῇ δὲ τρίτῃ πολλῶν μὲν ἀνῃρημένων, τῶν δὲ τειχῶν ἐλλιπεῖς ἐχόντων τὰς φυλακὰς διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀνδρῶν, ἐπετελέσαντο πρᾶξιν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἡρωικὴν καὶ μνήμης ἀξίαν. Ὁρῶντες γὰρ ἀπαραίτητον οὖσαν τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, καὶ δύναμιν οὐκ ἔχοντες ἀξιόχρεων τὴν ἀμυνομένην, τὸ μὲν ἐγχειρίσαι τὴν πόλιν καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπιτρέψαι τοῖς πολεμίοις οὐκ ἔκριναν, ἐμφανοῦς οὔσης τῆς μεθ' ὕβρεως τιμωρίας· νυκτὸς δ' ὁμοθυμαδὸν πρὸς τὸν εὐγενῆ θάνατον ὁρμήσαντες, τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας καὶ γονεῖς εἰς τὰς οἰκίας ἐγκλείσαντες ἐνέπρησαν, κοινὸν θάνατον καὶ τάφον διὰ τοῦ πυρὸς ἑλόμενοι. (5) Τῆς δὲ φλογὸς ἄφνω πρὸς ὕψος αἰρομένης, οἱ μὲν Ἰσαυρεῖς τὰ κτήματα καὶ πάντα τὰ δυνάμενα τοῖς κρατοῦσιν ὠφελείας παρέχεσθαι τῷ πυρὶ παρέβαλον· οἱ δὲ περὶ τὸν Περδίκκαν θαυμάσαντες τὸ γενόμενον, περιέστησαν τὴν δύναμιν καὶ κατὰ πάντα τόπον ἐβιάζοντο παρεισπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν. (6) Τῶν δ' ἐγχωρίων ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀμυνομένων, καὶ πολλοὺς τῶν Μακεδόνων καταβαλλόντων, ἔτι μᾶλλον ὁ Περδίκκας καταπληττόμενος ἐζήτει τὴν αἰτίαν δι' ἣν οἱ τὰς οἰκίας καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τῷ πυρὶ παραδεδωκότες φιλοτίμως τὰ τείχη φυλάττουσι. (7) Τέλος δὲ τοῦ Περδίκκου καὶ τῶν Μακε-

classiariorum militum copiis duce Ophella revertuntur. Quorum audito reditu, qui cum Thibrone erant exules noctu se illis adjungere festinabant; sed, re detecta, omnes trucidantur. (8) Tum plebis Cyrenaicæ ductores territi exulum reditu, pace cum Thibrone inita, conjunctis viribus contra Ophellam belligerari instituunt. (9) Sed Ophellas, Thibrone debellato et capto, redactisque in potestatem oppidis, urbes cum agris Ptolemæo regi tradit. Ad hunc ergo modum Cyrenenses urbesque vicinæ, amissa libertate, Ptolemaico regno subjuncti sunt.

XXII. Perdiccas autem et rex Philippus, Ariarathe debellato, satrapiam ejus Eumeni quum tradidissent, e Cappadocia discesserunt. Et in Pisidiam profecti, duas urbes, unam Larandensium, Isaurensium alteram, evertere decreverunt. Nam hæ, vivente adhuc Alexandro, Balacrum Nicanoris filium occiderant, ducem illis ac satrapen designatum. (2) Larandensium itaque urbem prima incursione subigunt, et trucidatis puberibus, ceterisque sub corona venditis, urbem solo æquant. Isaurensium vero urbem, amplam et munitam, virisque strenuis refertam, per biduum acriter oppugnant, multisque suorum amissis pedem referunt. (3) Nam incolæ, quod telis ac ceteris ad obsidionem tolerandam commodis abundarent, immotisque animis periculum sustinerent, promte pro libertate oppetebant. (4) Die autem tertio, multis suorum interfectis, quum muri excubiis per illam virorum penuriam destituerentur, oppidani facinus heroicum et memoria dignum peregere. Quum enim supplicio indeprecabili se destinatos viderent, nec tamen sat virium ad defensionem suppeteret; urbem dedere ac res suas hostis arbitrio permittere, quandoquidem ante oculos erat supplicium contumeliosissimum, non consultum judicabant; sed noctu ad mortem generosam unanimi consensu properantes, liberos, uxores, parentes domibus inclusos, communi per ignem morte et sepultura delecta, combusserunt. (5) Flammaque subito in altum se attollente, Isaurenses opes et quæcunque utilitatem aliquam victoribus afferre poterant, in ignem conjecere: Perdiccas autem, rem admiratus, circumfusis undique copiis, ex omni parte irrumpere conabatur. (6) Sed oppidani, ex muro propugnantes, Macedonum complures dejiciebant. Tum Perdiccas multo magis perculsus causam quærebat, cur, quum domos ceteraque omnia incendio tradidissent, mœnia tamen tam studiose tutarentur. (7) Tandem vero, quando ab urbe Perdiccas cum Macedonibus

δόνων ἀπὸ τῆς πόλεως ἀποχωρησάντων, οἱ Ἰσαυρεῖς εἰς τὸ πῦρ ἑαυτοὺς ῥίψαντες ἐν ταῖς οἰκίαις συνετάφησαν τοῖς οἰκείοις. (8) Περδίκκας δὲ νυκτὸς διελθούσης ἔδωκε τοῖς στρατιώταις τὴν πόλιν εἰς διαρπαγήν. Οὗτοι δὲ τὴν φλόγα κατασβέσαντες πολὺν ἄργυρόν τε καὶ χρυσὸν εὗρον, ὡς ἂν πόλεως γεγενημένης εὐδαίμονος ἐκ πολλῶν χρόνων.

XXIII. Μετὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν τῶν πόλεων ἧκον δύο γυναῖκες εἰς συνοικισμὸν τῷ Περδίκκᾳ, Νίκαιά τε ἡ Ἀντιπάτρου θυγάτηρ, ἣν αὐτὸς ὁ Περδίκκας ἦν μεμνηστευκώς, καὶ Κλεοπάτρα, ἡ Ἀλεξάνδρου μὲν ἀδελφὴ γνησία, θυγάτηρ δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου. (2) Ὁ δὲ Περδίκκας πρότερον μὲν ἦν κεκρικὼς κοινοπραγίαν Ἀντιπάτρῳ, καὶ διὰ τοῦτο τὴν μνηστείαν ἐπεποίητο, μήπω τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων βεβαίως ἐστερεωμένων· ὡς δὲ παρέλαβε τάς τε βασιλικὰς δυνάμεις καὶ τὴν τῶν βασιλέων προστασίαν, μετέπεσε τοῖς λογισμοῖς. (3) Ὀρεγόμενος γὰρ βασιλείας, ἔσπευδε τὴν Κλεοπάτραν γῆμαι, νομίζων διὰ ταύτης προτρέψεσθαι τοὺς Μακεδόνας συγκατασκευάζειν αὐτῷ τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν. Οὔπω δὲ βουλόμενος ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν ἐπιβολήν, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἦγε τὴν Νίκαιαν, ὅπως μὴ τὸν Ἀντίπατρον ἀλλότριον ἔχῃ ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς· μετὰ δὲ ταῦτα Ἀντιγόνου τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ κατανοήσαντος, καὶ φιλίαν ἔχοντος πρὸς Ἀντίπατρον, ἔτι δὲ ὄντος τοῦ ἀνδρὸς τούτου πρακτικωτάτου τῶν ἡγεμόνων, ἔκρινεν αὐτὸν ἐκποδὼν ποιήσασθαι. (4) Ἐπιβαλὼν οὖν αὐτῷ διαβολὰς ψευδεῖς καὶ κατηγορίας ἀδίκους, φανερὸς ἦν ἀναιρήσων αὐτόν. Ὁ δ' Ἀντίγονος συνέσει καὶ τόλμῃ διαφέρων, φανερῶς μὲν ἀπεφαίνετο βούλεσθαι περὶ τῶν ἐγκαλουμένων ἀπολογήσασθαι, λάθρᾳ δὲ παρασκευασάμενος τὰ πρὸς τὸν δρασμόν, ἔλαθε μετὰ τῶν ἰδίων φίλων καὶ τοῦ υἱοῦ Δημητρίου νυκτὸς εἰσβὰς εἰς τὰς Ἀττικὰς ναῦς. Ἐν δὲ ταύταις κομισθεὶς εἰς τὴν Εὐρώπην, προῆγε συμμίξων Ἀντιπάτρῳ.

XXIV. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς καιροὺς Ἀντίπατρος καὶ Κράτερος ἐπὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἐστράτευσαν, ἔχοντες πεζοὺς μὲν τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους· οὗτοι γὰρ τῶν ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ διαπολεμησάντων ὑπόλοιποι διέμενον ἀχείρωτοι. (2) Οἱ δὲ Αἰτωλοί, τηλικούτων δυνάμεων ἐπ' αὐτοὺς ὡρμημένων, οὐ κατεπλάγησαν ταῖς ψυχαῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις ἀθροίσαντες εἰς μυρίους, κατέφυγον εἰς τοὺς ὀρεινοὺς καὶ τραχεῖς τόπους, εἰς οὓς τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας καὶ τὸ τῶν χρημάτων πλῆθος ἀπέθεντο· καὶ τὰς μὲν ἀνωχύρους πόλεις ἐξέλιπον, τὰς δὲ ὀχυρότητι διαφερούσας φρουραῖς ἀξιολόγοις διαλαβόντες, εὐτόλμως ὑπέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον.

XXV. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κράτερον εἰσβαλόντες εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τὰς εὐχειρώτους πόλεις ὁρῶντες ἐρήμους, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ἀναχεχωρηκότας εἰς τὰς δυσχωρίας. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ

abscesserat, Isaurenses in ignem se præcipites dedere, atque ita commune cum suis, suæ quisque domi, sepulcrum sunt adepti. (8) Finita nocte, urbem militibus diripiendam Perdiccas concessit. Qui flamma restincta, multum argenti aurique, quod a multo tempore urbs beata fuisset, repererunt.

XXIII. Post illarum eversionem duæ Perdiccæ uxores in matrimonium venerunt, Nicæa, Antipatri filia, quam Perdiccas ipse sibi desponderat, et Cleopatra, Philippo Amyntæ genita, Alexandri soror germana. (2) Perdiccas quidem antea quam res ipsius confirmatæ erant, commune cum Antipatro negotium habere decreverat, ideoque sponsalia erant facta; sed posteaquam regias copias regumque tutelam et administrationem adeptus erat, consilium mutavit. (3) Dum enim regnum affectat, Cleopatram matrimonio sibi jungere properat, hujus gratia et auctoritate summam rerum potestatem a Macedonibus sibi conciliatum iri persuasum habens. Sed quia consilium detegere nondum animus erat, pro status præsentis ratione Nicæam duxit, ne Antipatrum conatibus suis reluctantem haberet. Quum vero Antigonus, quid animo volveret, animadvertisset, (ille autem amicitiam cum Antipatro colebat, efficiendisque rebus inter duces maxime erat idoneus), e medio tollendum hominem statuit. (4) Calumniis ergo et criminationibus iniquis oppressum quod occisurus esset, non occulte habuit. Sed Antigonus, qui sagacitate ingenii et audacia præstabat, quasi contra objecta se crimina defensurus esset, præ se ferebat: interim fuga clam adornata cum familiaribus Demetrioque filio, naves Atticas noctu ingressus in Europam, ut cum Antipatro se conjungeret, contendit.

XXIV. Sub id tempus Antipater et Craterus Ætolis bellum intulerant cum triginta millium peditatu et bis mille ac quingentis equitibus. Hi enim eorum qui in Lamiaco bello pugnaverant, reliqui manserant invicti. (2) Ætoli vero, licet tantis peterentur viribus, animos tamen non desponderunt; sed ætatis maturæ ad decem millia coactis, ad avia montium et aspreta, quo liberos et uxores provectæque ætatis homines cum multis opibus deposuerant, se receperunt; urbes non satis firmas deseruerunt, præclare vero munitas præsidiis firmaverunt: atque ita hostium adventum intrepide exspectabant.

XXV. Antipater ergo et Craterus Ætoliam ingressi, ubi quæ captu faciles essent, urbes videre desertas, ad eos, qui in impedita locorum se contulerant, properarunt. Et

Μακεδόνες πρὸς τόπους ὀχυροὺς καὶ τραχεῖς βιαζόμενοι, πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλον· ἡ γὰρ τόλμα τῶν Αἰτωλῶν προςλαβοῦσα τὴν ἐν τοῖς τόποις ὀχυρότητα, ῥᾳδίως ἠμύνετο τοὺς διὰ τὴν προπέτειαν εἰς ἀβοηθήτους κινδύνους προπίπτοντας· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν περὶ Κράτερον στεγνὰ κατασκευασάντων, καὶ συναναγκαζόντων τοὺς πολεμίους μένειν τὸν χειμῶνα καὶ διακαρτερεῖν ἐν τοῖς χιονοβολουμένοις καὶ τροφῆς ἐνδεεῖς, εἰς τοὺς ἐσχάτους ἦλθον κινδύνους. (2) Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἢ καταβάντας ἀπὸ τῶν ὀρέων διαγωνίσασθαι πρὸς δυνάμεις πολλαπλασίους καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς, ἢ μένοντας ὑπ' ἐνδείας καὶ χρυμοῦ διαφθαρῆναι. Ἤδη δ' αὐτῶν ἀπογινωσκόντων τὴν σωτηρίαν, αὐτόματος τις λύσις τῶν κακῶν ἐφάνη, καθάπερ θεῶν τινος ἐλεοῦντος αὐτῶν τὴν εὐψυχίαν. (3) Ἀντίγονος γὰρ ὁ πεφευγὼς ἐκ τῆς Ἀσίας συμμίξας τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον ἐδίδαξεν αὐτοὺς περὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς τοῦ Περδίκκου, καὶ διότι τὴν Κλεοπάτραν γαμήσας εὐθὺς ἥξει μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Μακεδονίαν ὡς βασιλεὺς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν παραιρήσεται. (4) Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράτερον καὶ Ἀντίπατρον διὰ τὸ παράδοξον τῆς προςαγγελίας καταπλαγέντες συνήδρευσαν μετὰ τῶν ἡγεμόνων. Προτεθείσης οὖν βουλῆς περὶ τούτων, ἔδοξεν ὁμογνωμόνως πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς ἐφ' οἷς ἦν δυνατὸν διαλυθῆναι, τὰς δὲ δυνάμεις κατὰ τάχος περαιοῦν εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τῷ μὲν Κρατέρῳ τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν περιτιθέναι, τῷ δ' Ἀντιπάτρῳ τὴν τῆς Εὐρώπης· πρεσβεύειν δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον περὶ κοινοπραγίας, ὄντα τοῦ μὲν Περδίκκου παντελῶς ἀλλότριον, ἑαυτοῖς δὲ φίλον, κοινῇ δὲ ἐπιβουλευόμενον. (5) Εὐθὺς οὖν πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς διάλυσιν ἐποιήσαντο, διεγνωκότες ὕστερον αὐτοὺς καταπολεμῆσαι καὶ μεταστῆσαι πανοικίους ἅπαντας εἰς τὴν ἐρημίαν καὶ ποῤῥωτάτω τῆς Ἀσίας κειμένην χώραν, αὐτοὶ δὲ δόγμα γράψαντες ἀκόλουθον τοῖς προειρημένοις, παρεσκευάζοντο τὰ πρὸς τὴν στρατείαν. (6) Περδίκκας δὲ τούς τε φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίσας προέθηκε βουλὴν πότερον ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν χρὴ στρατεύειν ἢ πρότερον ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁρμῆσαι. Πάντων δ' ἐπενεχθέντων ἐπὶ τὸ πρότερον καταπολεμῆσαι τὸν Πτολεμαῖον, ὅπως μηδὲν ἐμπόδιον ἔχωσι τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ὁρμῆς, Εὐμένη μὲν ἐξέπεμψε μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, προστάξας ἐφεδρεύειν τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήςποντον τόποις καὶ τὴν διάβασιν κωλύειν, αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Πισιδικῆς τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐποιεῖτο. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

primo quidem in munita horridaque loca incursione facta, magnam suorum jacturam faciunt. Nam Ætolorum fiducia, veluti socia locorum firmitate adjuta, non difficulter eos, qui periculis se inextricabilibus objiciebant, propulsat. Postea vero, quum Crateri milites hibernacula sibi densiora comparassent, hostesque per hiemem in locis nive conspersis perdurare cogerent, commeatus inopia extremum in discrimen venere. (2) Nam vel a montibus degressos cum copiis numero longe superioribus nobilissimisque ducibus confligere, vel diutius cunctantes fame geluque perire necessarium erat. Et jam nullam salutis spem habebant reliquam, quum ultro malorum finis, non aliter ac si deorum quispiam animos tam generosos miseratus esset, apparuit. (3) Antigonus enim post fugam ex Asia cum Antipatri copiis conjunctus, de omni Perdiccæ molitione illos edocuit, et quod, accepta in matrimonium Cleopatra, cum exercitu in Macedoniam tanquam rex ad imperium illis adimendum venturus sit. (4) Quo nuntio haud opinato Antipater et Craterus perterriti cum ducibus conveniunt; habitoque super his consilio, bellum cum Ætolis, quam commodissime fieri posset, componendum esse unanimo decernunt. Copias vero quam celerrime in Asiam transportari, et præfecturam Asiæ Cratero, Europæque Antipatro tradi, legatos etiam ad Ptolemæum Perdiccæ maxime infensum, ipsisque amicum, et iisdem insidiis appetitum, de societate jungenda mitti placuit. (5) Protinus ergo pacem cum Ætolis faciunt, in posterum illos debellare et cum totis familiis universos in desertam, et ultima in Asia remotam regionem exterminare constitutum habentes. Tum decreto, quod his jam memoratis conveniret, literis consignato, expeditionem adornant. (6) Perdiccas autem, congregatis amicis et ducibus, utrum in Macedoniam agmen movendum, an prius in Ptolemæum arma expedienda essent, deliberandum proposuit. Quumque omnes in hanc sententiam irent, Ptolemæum ante bello domandum esse, ne quid expeditionem Macedonicam impediret; Eumenem, cum justis copiis præmissum, locis ad Hellespontum occupatis, transitum prohibere jussit: ipse vero, abductis e Pisidia suis, iter Ægyptum versus intendit. Atque hæc illo tum anno gesta sunt.

XXVI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φιλοκλέους ἐν Ῥώμῃ κατεστάθησαν ὕπατοι Γάϊος Σουλπίκιος καὶ Γάϊος Αἴλιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀῤῥιδαῖος ὁ κατασταθεὶς ἐπὶ τὴν καταχομιδὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου σώματος, συντετελεκὼς τὴν ἁρμάμαξαν ἐφ' ἧς ἔδει καταχομισθῆναι τὸ βασιλικὸν σῶμα, παρεσκευάζετο τὰ πρὸς τὴν κομιδήν. (2) Ἐπεὶ δὲ τὸ κατασκευασθὲν ἔργον

XXVI. Hinc quum Philocles archontis munus Athenis gereret, et Romæ consules essent creati C. Sulpicius et C. Ælius (*Q. Aulius?*), Arrhidæus, corporis Alexandri deportationi præfectus, curru, quo regium cadaver transvehendum erat, jam perfecto, ad translationem ejus se præparabat. (2) Quia vero ita opus illud concinnatum erat, ut Alexandri

ἄξιον ὑπάρχον τῆς Ἀλεξάνδρου δόξης, οὐ μόνον κατὰ τὴν δαπάνην διήνεγκε τῶν ἄλλων, ὡς ἀπὸ πολλῶν ταλάντων κατασκευασθέν, ἀλλὰ καὶ τῇ κατὰ τὴν τέχνην περιττότητι περιβόητον ὑπῆρξε, καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνομεν ἀναγράψαι περὶ αὐτοῦ. (3) Πρῶτον μὲν γὰρ τῷ σώματι κατεσκευάσθη χρυσοῦν σφυρήλατον ἁρμόζον, καὶ τοῦτ' ἀνὰ μέσον ἐπλήρωσαν ἀρωμάτων τῶν ἅμα δυναμένων τὴν εὐωδίαν καὶ τὴν διαμονὴν παρέχεσθαι τῷ σώματι. (4) Ἐπάνω δὲ τῆς θήκης ἐπετέθειτο καλυπτὴρ χρυσοῦς, ἁρμόζων ἀκριβῶς καὶ περιλαμβάνων τὴν ἀνωτάτω περιφέρειαν. Ταύτης δ' ἐπάνω περιέκειτο φοινικὶς διαπρεπὴς χρυσοποίκιλτος, παρ' ἣν ἔθεσαν τὰ τοῦ μετηλλαχότος ὅπλα, βουλόμενοι συνοικειοῦν τὴν ὅλην φαντασίαν ταῖς προκατειργασμέναις πράξεσι. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα παρέστησαν τὴν τοῦτο κομιοῦσαν ἁρμάμαξαν. Ἧς κατεσκεύαστο κατὰ μὲν τὴν κορυφὴν καμάρα χρυσῆ, ἔχουσα φολίδα λιθοκόλλητον, ἧς ἦν τὸ μὲν πλάτος ὀκτὼ πηχῶν, τὸ δὲ μῆκος δώδεκα. Ὑπὸ δὲ τὴν ὑπωροφίαν παρ' ὅλον τὸ ἔργον θρόνος χρυσοῦς τῷ σχήματι τετράγωνος, ἔχων τραγελάφων προτομὰς ἐκτύπους, ἐξ ὧν ἤρτηντο κρίκοι χρυσοῖ διπάλαιστοι, δι' ὧν κατακεκρέμαστο στέμμα πομπικόν, χρώμασι παντοδαποῖς διαπρεπῶς κατηνθισμένον. (6) Ἐπὶ δὲ τῶν ἄκρων ὑπῆρχε θύσανος δικτυωτός, ἔχων εὐμεγέθεις κώδωνας, ὥστε ἐκ πολλοῦ διαστήματος προςπίπτειν τὸν ψόφον τοῖς ἐγγίζουσι· κατὰ δὲ τὰς τῆς καμάρας γωνίας ἐφ' ἑκάστης ἦν πλευρᾶς Νίκη χρυσῆ τροπαιοφόρος· τὸ δ' ἐκδεχόμενον τὴν καμάραν περίστυλον χρυσοῦν ὑπῆρχεν, ἔχον Ἰωνικὰ κιονόκρανα. Ἐντὸς δὲ τοῦ περιστύλου δίκτυον ἦν χρυσοῦν τὸ πάχος τῇ πλοκῇ δακτυλιαῖον καὶ πίνακας παραλλήλους ζῳοφόρους τέτταρας ἴσους τοῖς τοίχοις ἔχον.

XXVII. Τούτων δ' ὁ μὲν πρῶτος ἦν ἔχων ἅρμα τορευτὸν καὶ καθήμενον ἐπὶ τούτου τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ χεῖρας ἔχοντα σκῆπτρον διαπρεπές· περὶ δὲ τὸν βασιλέα μία μὲν ὑπῆρχε θεραπεία καθωπλισμένη Μακεδόνων, ἄλλη δὲ Περσῶν μηλοφόρων, καὶ πρὸ τούτων ὁπλοφόροι· ὁ δὲ δεύτερος εἶχε τοὺς ἐπακολουθοῦντας τῇ θεραπείᾳ ἐλέφαντας κεκοσμημένους πολεμικῶς, ἀναβάτας ἔχοντας ἐκ μὲν τῶν ἔμπροσθεν Ἰνδούς, ἐκ δὲ τῶν ὄπισθεν Μακεδόνας καθωπλισμένους τῇ συνήθει σκευῇ, ὁ δὲ τρίτος ἱππέων ἴλας μιμουμένας τὰς ἐν ταῖς παρατάξεσι συναγωγάς, ὁ δὲ τέταρτος ναῦς κεκοσμημένας πρὸς ναυμαχίαν. Καὶ παρὰ μὲν τὴν εἰς τὴν καμάραν εἴςοδον ὑπῆρχον λέοντες χρυσοῖ δεδορκότες πρὸς τοὺς εἰςπορευομένους. (2) Ἀνὰ μέσον δὲ ἑκάστου τῶν κιόνων ὑπῆρχε χρυσοῦς ἄκανθος ἀνατείνων ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον μέχρι τῶν κιονοκράνων. Ἐπάνω δὲ τῆς καμάρας κατὰ μέσην τὴν κορυφὴν φοινικὶς ὑπῆρχεν ὑπαίθριος, ἔχουσα χρυσοῦν στέφανον ἐλαίας εὐμεγέθη, πρὸς ὃν ὁ ἥλιος προςβάλλων τὰς ἀκτῖνας κατεσκεύαζε τὴν αὐγὴν ἀποστίλβουσαν καὶ σειομένην, ὥστ' ἐκ μακροῦ διαστήματος ὁρᾶσθαι τὴν πρόςοψιν ἀστραπῇ παραπλησίαν. (3) Ἡ δ' ὑπὸ τὴν καμάραν καθέδρα δύο εἶχεν ἄξονας,

majestate dignum fuit, nec solum magnificentia impensarum (multis enim talentis constabat) alia longe superavit, verum artificii quoque excellentia celeberrimum fuit, aliquid de eo ut literis commendemus decere judicamus. (3) Principio autem cadaveri aureus *loculus* mallei ductura ita fabricatus erat, ut probe quadraret : quem usque ad medium aromatis, quæ et fragrantiam et durationem cadaveri præberent, referserant. (4) Supra capulum, aureum erat tegmen exacte adaptatum, quod summum circumquaque ambitum complecteretur. Supra hoc circumjecta erat chlamys punicea perquam decora, et auro variegata, juxta quam arma defuncti posuerant, eo consilio, ut speciem illam totam rebus ab eo gestis accommodarent. (5) Tum pilentum, quo funus transvehendum erat, admoverunt : in cujus vertice aureus fornix, squamam habens ex lapillis nobilibus coagmentatam, octo cubitûm latitudine, et longitudine duodecim, exstructus erat. Huic fastigio ad totum opus subjectum erat solium ex auro, figura quadratum : in quo tragelaphorum capita expressa, iisque aurei binorum palmorum circuli annexi, unde corollæ ad pompam concinnatæ, variis coloribus pulcherrime, tanquam flores, renidebant. (6) In summo fimbria exstabat reticularis, tintinnabula eximiæ magnitudinis habens, ut ex longiore intervallo sonus appropinquantium ad aures perferretur. Ad angulos testudinis fornicatæ in singulis lateribus Victoria stabat tropæum gestans : peristylium, quod fornicem excipiebat, ex auro conflatum Ionica capitella habebat. Intra quod aureum rete crassitudine contextus digitali, tabulas ex ordine quattuor signiferas, et parietibus æquales, præferebat.

XXVII. In prima erat currus cælo elaboratus, et residens in hoc Alexander, sceptrumque manu decorum tenens. Circa regem satellitium erat armis instructum, hinc Macedonum, inde Persarum Melophororum : et ante hos armigeri. In secunda stipatores sequebantur elephantes, bellico ritu exornati, qui in fronte Indos, in tergo Macedones, armis consuetis indutos, vehebant. In tertia visebantur equitum turmæ, qui conglomerationes acierum imitarentur. In quarta naves ad pugnam expeditæ stabant. Ad testudinis ingressum aurei leones ad intrantes respectabant. (2) Medium columnæ uniuscujusque aureus obtinebat acanthus, paullatim ad capitella se usque extendens. Supra cameram, circa verticis medium, aureus erat tapes subdialis, auream oleæ coronam habens magnitudinis eximiæ : quam sol radiis suis verberans, fulgidum tremulumque efficiebat splendorem, ut fulguris ex intervallo speciem exhiberet. (3) Sellæ testudini subjectæ axes duo suberant, quos circum volveban-

οὓς περιεδίνευον τροχοὶ Περσικοὶ τέτταρες, ὧν ὑπῆρχε τὰ μὲν πλάγια καὶ αἱ κνημῖδες κατακεχρυσωμέναι, τὸ δὲ προςπῖπτον τοῖς ἐδάφεσι μέρος σιδηροῦν. Τῶν δ' ἀξόνων τὰ προέχοντα χρυσᾶ κατεσκεύαστο, προτομὰς ἔχοντα λεόντων σιβύνην ὀδὰξ κατεχούσας. (4) Κατὰ δὲ μέσον τὸ μῆκος εἶχον πόλον ἐνηρμοσμένον μηχανικῶς ἐν μέσῃ τῇ καμάρᾳ, ὥςτε δύνασθαι διὰ τούτου τὴν καμάραν ἀσάλευτον εἶναι κατὰ τοὺς σεισμοὺς καὶ ἀνωμάλους τόπους. (5) Τεττάρων δ' ὄντων ῥυμῶν, ἑκάστῳ τετραστοιχία ζευγῶν ὑπέζευκτο, τεττάρων ἡμιόνων ἑκάστῳ ζεύγει προςδεδεμένων, ὥςτε τοὺς ἅπαντας ἡμιόνους εἶναι ἑξήκοντα καὶ τέτταρας ἐπιλελεγμένους ταῖς τε ῥώμαις καὶ τοῖς ἀναστήμασιν. Ἕκαστος δὲ τούτων ἐστεφάνωτο κεχρυσωμένῳ στεφάνῳ, καὶ παρ' ἑκατέραν τῶν σιαγόνων εἶχεν ἐξηρτημένον κώδωνα χρυσοῦν, περὶ δὲ τοὺς τραχήλους χλίδωνας λιθοκολλήτους.

XXVIII. Ἡ μὲν οὖν ἁρμάμαξα, τοιαύτην ἔχουσα τὴν κατασκευὴν καὶ διὰ τῆς ὁράσεως μᾶλλον ἢ τῆς ἀπαγγελίας φαινομένη μεγαλοπρεπεστέρα, πολλοὺς ἐπεσπᾶτο θεωροὺς διὰ τὴν περιβόητον δόξαν. Οἱ γὰρ ἐκ τῶν πόλεων καθ' ἃς ἀεὶ γένοιτο πανδημεὶ συνήντων, καὶ πάλιν προέπεμπον, οὐκ ἐμπιπλάμενοι τῆς κατὰ τὴν θεωρίαν τέρψεως. (2) Ἀκολούθως δὲ ταύτῃ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ παρηκολούθει πλῆθος ὁδοποιῶν καὶ τεχνιτῶν, ἔτι δὲ στρατιωτῶν, παραπεμπόντων. Ἀρριδαῖος μὲν οὖν σχεδὸν ἔτη δύο καταναλώσας περὶ τὴν κατασκευὴν τῶν ἔργων, ἀπεκόμισε τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Αἴγυπτον. (3) Πτολεμαῖος δὲ τιμῶν τὸν Ἀλέξανδρον ἀπήντησε μετὰ τῆς δυνάμεως μέχρι τῆς Συρίας, καὶ παραλαβὼν τὸ σῶμα τῆς μεγίστης φροντίδος ἠξίωσεν. Ἔκρινε γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰς μὲν Ἄμμωνα μὴ παρακομίζειν, κατὰ δὲ τὴν ἐκτισμένην ὑπ' αὐτοῦ πόλιν, ἐπιφανεστάτην οὖσαν σχεδόν τι τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἀποθέσθαι. (4) Κατεσκεύασεν οὖν τέμενος κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὴν κατασκευὴν τῆς Ἀλεξάνδρου δόξης ἄξιον, ἐν ᾧ κηδεύσας αὐτὸν καὶ θυσίαις ἡρωικαῖς καὶ ἀγῶσι μεγαλοπρεπέσι τιμήσας, οὐ παρ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ θεῶν καλὰς ἀμοιβὰς ἔλαβεν. (5) Οἱ μὲν γὰρ ἄνθρωποι διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐχάριστον καὶ μεγαλόψυχον συνέτρεχον πάντοθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ προθύμως ἑαυτοὺς εἰς τὴν στρατείαν παρείχοντο, καίπερ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως μελλούσης πολεμεῖν πρὸς Πτολεμαῖον, καὶ κινδύνων προδήλων καὶ μεγάλων ὄντων, ὅμως ἅπαντες τὴν τούτου σωτηρίαν τοῖς ἰδίοις κινδύνοις ἑκουσίως περιεποιήσαντο. (6) Οἱ δὲ θεοὶ διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ εἰς πάντας τοὺς φίλους ἐπιείκειαν ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων παραδόξως αὐτὸν διέσωσαν.

XXIX. Περδίκκας γὰρ ὑφορώμενος αὐτοῦ τὴν αὔξησιν, αὐτὸς μὲν ἔκρινε μετὰ τῶν βασιλέων τῷ πλείστῳ μέρει τῆς δυνάμεως στρατεύειν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, Εὐμένη δ' ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον κωλύσοντα τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κράτερον διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἁρμόζουσαν δύναμιν. (2)

tur Persicæ rotæ quattuor, quarum modioli radiique inaurati erant; pars autem terram allapsu contingens, ferrea. Extrema axium prominentia constabant ex auro, leonumque facies hastam mordicus tenentes præferebant. (4) Circa mediam vero longitudinem, in medio fornice mechanica arte polus (*cardo*) adaptatus erat, ut per hunc testudo in successionibus et iniquitate locorum sine jactatione esse posset. (5) Quattuor temones quum essent, unicuique ordo jugorum quadruplex adjunctus erat, quaternis mulis jugo alligatis, ita ut omnium mulorum numerus esset sexaginta quattuor, robore ac proceritate corporis selectissimorum. Quisque horum corona deaurata redimitus erat, et utrique maxillæ tintinnabula ex auro, et monilia gemmis constipata collis appensa erant.

XXVIII. Hujusmodi apparatum currus habebat, qui aspectu quam descriptione magnificentior, celebritate ubique pervulgata multos attrahebat spectatores. Nam populus ex urbibus, ad quas identidem perventum esset, catervatim occurrit, et rursum funus deducens spectandi voluptate exsaturari non potuit. (2) Utque consentaneum erat tantæ magnificentiæ, ingens opificum et aliorum, qui vias aperirent, et pompam deducerent, multitudo comitabatur. Atque sic Arrhidæus, biennio in operis structura consumto, corpus regis e Babylone in Ægyptum deportavit: (3) ubi Ptolemæus in honorem regis cum exercitu ad Syriam usque obviam processit, et acceptum corpus maxima cura prosecutus est. Illud enim in præsenti ad Hammonem non transvehere, sed in condita ab illo urbe, omnium fere per totum orbem clarissima, deponere secum constituerat. (4) Quapropter delubrum, quum magnitudine, tum structura, majestate et gloria Alexandri dignum, illi fecit: in quo exsequiarum justis et sacrificiis heroicis ludisque magnificentissimis sepultum veneratus, non ab hominibus tantum, sed diis etiam remunerationem præclaram accepit. (5) Homines enim, liberalitate ac animi magnitudine Ptolemæi invitati, undique Alexandriam confluebant, magnaque animorum alacritate nomina sua ad militiam, quum tamen regius Ptolemæo exercitus bellum inferret, profitebantur; et licet magna jam pericula manifeste imminerent, suo tamen discrimine omnes efficiebant promte, ut salus ejus integra maneret. (6) Dii vero, propter virtutem et æquitatem quam colebat erga omnes, maximis e periculis præter exspectationem conservarunt.

XXIX. Perdiccas enim, cui incrementa viri jam pridem suspecta fuerant, ipse quidem reges secum ducens, cum exercitus robore in Ægyptum expeditionem instituit; Eumenem vero ad Hellespontum, ut trajectu in Asiam prohiberet Antipatrum et Craterum, quum idoneam ei manum tribuisset, ire jusserat. (2) Ex præstantissimorum ducum nu-

Συνεξέπεμψε δὲ καὶ τῶν ἀξιολόγων ἡγεμόνων τοὺς ἱκανούς, ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι Ἀλκέτας ὁ ἀδελφὸς καὶ Νεοπτόλεμος, καὶ τούτοις παρεκελεύσατο πάντα πειθαρχεῖν Εὐμένει διά τε τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν τῆς πίστεως βεβαιότητα. (3) Ὁ δ' Εὐμένης μετὰ τῆς δοθείσης δυνάμεως παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ προςκατασκευασάμενος ἐκ τῆς ἰδίας σατραπείας ἵππων πλῆθος, ἐκόσμησε τὴν στρατιάν, ἐλλιπῆ καθεστῶσαν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. (4) Τῶν δὲ περὶ Κράτερον καὶ Ἀντίπατρον περαιωσάντων τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς Εὐρώπης, ὁ μὲν Νεοπτόλεμος φθονήσας τῷ Εὐμένει, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχων Μακεδονικὴν δύναμιν ἀξιόλογον, λάθρᾳ διεπρεσβεύσατο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, καὶ συνθέμενος κοινοπραγίαν ἐπεβούλευσε τῷ Εὐμένει. Καταφανὴς δὲ γενόμενος, καὶ συναναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, αὐτός τε ἐκινδύνευσεν ἀναιρεθῆναι καὶ τὴν δύναμιν σχεδὸν ἅπασαν ἀπέβαλεν. (5) Ὁ γὰρ Εὐμένης νικήσας καὶ πολλοὺς ἀνελών, τὸ λοιπόν τε πλῆθος τῶν στρατιωτῶν προςηγάγετο καὶ τὴν δύναμιν τὴν ἰδίαν οὐ μόνον διὰ τῆς νίκης ἐπηύξησεν, ἀλλὰ προςλαβόμενος καὶ Μακεδόνων ἀγαθῶν ἀνδρῶν πλῆθος. (6) Νεοπτόλεμος μὲν οὖν μετὰ τριακοσίων ἱππέων διασωθεὶς ἐκ τῆς παρατάξεως, ἀφίππευσε μετὰ τούτων πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον. (7) Οὗτοι δὲ συνεδρεύσαντες περὶ τοῦ πολέμου διέγνωσαν τὰς δυνάμεις εἰς δύο μέρη διελεῖν, καὶ τὸ μὲν ἕτερον Ἀντίπατρον ἀναλαβόντα προάγειν ἐπὶ Κιλικίας διαπολεμήσοντα πρὸς Περδίκκαν, τὸ δὲ ἄλλο μέρος ἔχοντα Κράτερον ἐπιβαλεῖν τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη, καὶ τούτους καταπολεμήσαντα καταντᾶν πρὸς Ἀντίπατρον, ὅπως εἰς ταὐτὸ συναχθεισῶν τῶν δυνάμεων, καὶ τοῦ Πτολεμαίου προςληφθέντος εἰς τὴν συμμαχίαν, δυνατοὶ γένωνται περιγενέσθαι τῶν βασιλικῶν δυνάμεων.

XXX. Εὐμένης δὲ πυνθανόμενος προάγειν ἐπ' αὐτὸν τοὺς πολεμίους, ἤθροισε πανταχόθεν τὰς δυνάμεις, καὶ μάλιστα τὴν ἱππικήν. Τοῖς γὰρ πεζοῖς οὐ δυνάμενος ἐξισωθῆναι τῇ Μακεδονικῇ φάλαγγι, κατεσκεύαζεν ἀξιόλογον σύστημα τῶν ἱππέων, δι' ὧν ἤλπιζε κρατήσειν τῶν ἐναντίων. (2) Ὡς δ' ἤγγισαν ἀλλήλαις αἱ δυνάμεις, ὁ μὲν Κράτερος συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος καὶ παρορμήσας εἰς τὸν ἀγῶνα τοῖς οἰκείοις λόγοις, ἔφησε διδόναι τοῖς στρατιώταις, ἐὰν κρατήσωσι τῇ μάχῃ, διαρπάσαι τῶν πολεμίων πάσας τὰς ἀποσκευάς. (3) Πάντων δὲ προθύμων γενομένων, ἔταξε τὴν δύναμιν, τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρατος αὐτὸς ἡγούμενος, τοῦ δ' εὐωνύμου τὴν ἡγεμονίαν παραδοὺς Νεοπτολέμῳ. (4) Εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν δισμυρίους, ὧν ἦσαν οἱ πλείους Μακεδόνων, διαβεβοημένοι ταῖς ἀνδραγαθίαις, ἐν οἷς εἶχε μάλιστα τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης· ἱππεῖς δὲ συνηκολούθουν πλείους τῶν δισχιλίων. (5) Εὐμένης δ' εἶχε πεζοὺς μὲν δισμυρίους, παντοδαποὺς τοῖς γένεσιν, ἱππεῖς δὲ πεντακισχιλίους, δι' ὧν τὸν κίνδυνον κρίνειν διεγνώκει. Ἀμφοτέρων δὲ τοὺς ἱππεῖς διελομένων ἐπὶ τὰ κέρατα, καὶ πολὺ πρὸ τῆς φάλαγγος προϊπ-

XLV. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἐξ ὑπερδεξίων τόπων ἐπαγαγὼν τούς τε ἐλέφαντας καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν, κατεπλήξατο τοὺς πολεμίους πολὺ τοῖς πλήθεσι λειπομένους. Ἦσαν γὰρ οἱ σύμμαχοι πάντες πεζοὶ μὲν μύριοι καὶ ἑξακισχίλιοι, ἱππεῖς δ' ἐνακόσιοι, οἱ δ' Ἀντιγόνου χωρὶς τῶν ἐλεφάντων πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετρακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ ὑπὲρ τοὺς ἑπτακισχιλίους. (2) Ἅμα δὲ τῶν ἐλεφάντων ἐπιόντων κατὰ μέτωπον καὶ τῶν ἱππέων διὰ τὸ πλῆθος πανταχῇ περιχεομένων, ἔτι δὲ τῶν πεζῶν πολλαπλασίων καὶ κρειττόνων ὄντων ταῖς ἀρεταῖς καὶ τὴν στάσιν ὑπερδέξιον ἐχόντων, πολὺς θόρυβος καὶ φόβος κατεῖχε τοὺς περὶ τὸν Ἀλκέταν· διὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀξύτητος καὶ ἐνεργείας οὐδ' ἐκτάξαι καλῶς τὴν φάλαγγα κατίσχυσαν. (3) Τροπῆς δὲ παντελοῦς γενομένης, Ἄτταλος μὲν καὶ Δόκιμος καὶ Πολέμων καὶ πολλοὶ τῶν ἀξιολόγων ἡγεμόνων ἐζωγρήθησαν, Ἀλκέτας δὲ μετὰ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν καὶ τῶν παίδων ἔφυγε μετὰ τῶν Πισιδῶν τῶν συστρατευομένων εἰς πόλιν Πισιδικὴν ὄνομα Τερμησσόν. (4) Ὁ δ' Ἀντίγονος τούτους μὲν καθ' ὁμολογίαν παραλαβών, τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ ἴδια τάγματα κατέταξε, καὶ φιλανθρώπως αὐτοῖς χρησάμενος ηὔξησε τὴν ἰδίαν δύναμιν οὐ μετρίως. (5) Οἱ δὲ Πισίδαι τὸν ἀριθμὸν ὄντες εἰς ἑξακισχιλίους, καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφέροντες, παρεκάλουν τὸν Ἀλκέταν θαρρεῖν, ἐπαγγελλόμενοι μηδ' ἐνί τῳ τρόπῳ ἐγκαταλείψειν αὐτόν. Διέκειντο γὰρ πρὸς αὐτὸν εὐνοϊκῶς καθ' ὑπερβολὴν διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας.

XLVI. Ἀλκέτας μετὰ τὸν Περδίκκου θάνατον οὐκ ἔχων συμμάχους κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἔκρινε τοὺς Πισίδας εὐεργετεῖν, νομίζων ἕξειν συμμάχους πολεμικοὺς ἄνδρας καὶ χώραν ἔχοντας δυσέμβολον καὶ μεστὴν ὀχυρῶν φρουρίων. (2) Διόπερ ἐν ταῖς στρατείαις παρὰ πάντας τοὺς συμμάχους ἐτίμα περιττότερον τούτους, καὶ τὰς μὲν ἐκ τῆς πολεμίας ὠφελείας ἐμέριζεν αὐτοῖς, διδοὺς τῶν λαφύρων τὰ ἡμίση, κατὰ δὲ τὰς ὁμιλίας λόγοις φιλανθρώποις χρώμενος, καὶ κατὰ τὰ σύνδειπνα καθ' ἡμέραν τοὺς ἀξιολογωτάτους ἐν μέρει παραλαμβάνων ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις, ἔτι δὲ τιμῶν πολλοὺς δωρεαῖς ἀξιολόγοις, ἰδίους ταῖς εὐνοίαις κατεσκεύασε. (3) Διόπερ καὶ τότε τὰς ἐλπίδας ἔχοντος ἐν τούτοις Ἀλκέτου, τῶν ἐλπίδων αὐτὸν οὐ διεψεύσαντο. Τοῦ γὰρ Ἀντιγόνου μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως πλησίον τῆς Τερμησσοῦ καταστρατοπεδεύσαντος καὶ τὸν Ἀλκέταν ἐξαιτοῦντος, ἔτι δὲ τῶν πρεσβυτέρων συμβουλευόντων

ducit, ut recipiendi se ad eam Alcetæ, et qui illi aderant, facultatem præcidat, festinans. (5) Quo peracto, qui summa montium tenebant, numero longe superiores et difficultate locorum adjuti, illud pugnatorum agmen in fugam vertunt. Alcetani ergo, receptu ad peditatum intercluso, hostium multitudine circumventi, interitum ante oculos habebant. Quare quum nullum prope salutis tuendæ remedium suppeteret, Alcetas post magnam suorum jacturam ægre ad peditum agmen evasit.

XLV. Tum Antigonus, deducto ex eminentioribus locis cum elephantibus toto exercitu, ingentem hostibus numero inferioribus terrorem incussit. Nam sedecim millia peditum et nongenti equites socii armorum Alcetæ erant, Antigonus vero præter elephantos plus quam quadraginta peditum et equitum septem millia sub signis habebat. (2) Quare quum et elephantes in frontem occurrerent, et equitatus multitudine sua undique circumfunderetur, pedites etiam cum numero tum virtute superiores ex editiore loco pugnarent, ingens Alcetanos tumultus ac pavor incessit. Immo propter summam hostis celeritatem studiumque indefessum ne phalangem quidem probe instruere valuerant. (3) Unde fuso profligatoque agmine toto, Attalus cum Docimo et Polemone multisque ducibus præclaris capitur; Alcetas vero cum satellitibus et servitiis suis Pisidisque ipsi militantibus in Pisidiæ urbem Termessum confugit. (4) Tum Antigonus, illis in fidem acceptis, reliquos in ordines suos distribuit, et clementem humanumque se illis præbens, agmen suum amplificavit haud mediocriter. (5) Pisidæ autem sexies mille circiter numero, et strenuitate excellentes, animo præsenti Alcetam esse jusserunt, nullo se eum pacto derelicturos polliciti. Summa enim benevolentia illum complectebantur, his de causis.

XLVI. Quum Alcetas post interitum Perdiccæ nullos in Asia socios haberet armorum, Pisidas sibi demerendos statuit, quod viros bellicosos et regionem tenentes ingressu perdifficilem castellisque munitis plenam, socios belli se habiturum confideret. (2) Ideo per expeditiones præ omnibus sociis honores illis deferebat eximios. Commoda quidem ex hostico sic inter illos partiebatur, ut prædæ dimidium acciperent. In colloquiis præterea verborum humanitate utens, et in conviviis quotidie nobilissimos mensæ per vices adhibens, multosque donis eximiis honestans, omnium sibi benevolentiam conflavit. (3) Idcirco quum etiam tum spes suas in illis haberet, ne has fallerent, operam dedere. Quum enim Antigonus, cum toto agmine ad Termessum castra metatus, Alcetam sibi dedi peteret, eumque tradendum seniores censerent; juniores,

ἐκδοῦναι, συστραφέντες οἱ νεώτεροι πρὸς τοὺς γονεῖς διαστάντες ἐψηφίσαντο πᾶν ὑπομένειν δεινὸν ἕνεκα τῆς τούτου σωτηρίας. (4) Οἱ δὲ πρεσβύτεροι τὸ μὲν πρῶτον πείθειν ἐπεχείρουν τοὺς νέους μὴ δι' ἕνα Μακεδόνα περιιδεῖν τὴν πατρίδα γινομένην δοριάλωτον· ἐπεὶ δ' ἀμετάθετον αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ἑώρων, λάθρᾳ συμφρονήσαντες ἐξέπεμψαν νυκτὸς πρεσβείαν πρὸς Ἀντίγονον, ἐπαγγελλόμενοι τὸν Ἀλκέταν ἢ ζῶντα παραδώσειν ἢ τετελευτηκότα. (5) Ἠξίουν δ' αὐτὸν ἐφ' ἡμέρας τινὰς προςβαλόντα τῇ πόλει καὶ δι' ἀκροβολισμῶν ἐλαφρῶν προαγαγόμενον τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ὑποχωρεῖν ὡς φεύγοντα· τούτου γὰρ γενομένου, καὶ τῶν νεωτέρων περὶ τὴν μάχην ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀσχολουμένων, λήψεσθαι καιρὸν οἰκεῖον ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς. (6) Ὁ δ' Ἀντίγονος πεισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, καὶ μακρὰν τῆς πόλεως μεταστρατοπεδεύσας, διὰ τῶν ἀκροβολισμῶν προςεσπᾶτο τοὺς νέους εἰς τὸν ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀγῶνα. (7) Οἱ δὲ πρεσβύτεροι μεμονωμένον ὁρῶντες τὸν Ἀλκέταν, καὶ τῶν τε δούλων τοὺς πιστοτάτους καὶ τῶν ἀκμαζόντων πολιτῶν ἐπιλέξαντες τοὺς μὴ συστρατευομένους, τῷ Ἀλκέτᾳ τὴν ἐπίθεσιν ἐποιήσαντο κατὰ τὴν ἀπουσίαν τῶν νέων. Ζωγρῆσαι μὲν οὖν αὐτὸν οὐ κατίσχυσαν, ἔφθασε γὰρ αὐτὸν διαχειρισάμενος, ὅπως μὴ ζῶν ὑποχείριος γένηται τοῖς πολεμίοις, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ θέντες ἐπὶ κλινίδιον καὶ συγκατακαλύψαντες εὐτελεῖ τρίβωνι, κατὰ τὰς πύλας ἐξήνεγκαν, καὶ λαθόντες τοὺς ἀκροβολιζομένους παρέδωκαν Ἀντιγόνῳ.

XLVII. Διὰ δὲ τῆς ἰδίας ἐπινοίας ἐκ τῶν κινδύνων ἐξελόμενοι τὴν πατρίδα, τὸν μὲν πόλεμον ἀπετρίψαντο, τὴν δὲ πρὸς τοὺς νέους ἀλλοτριότητα φυγεῖν οὐ κατίσχυσαν. Οὗτοι γὰρ ἀπὸ τῆς μάχης ἐπανελθόντες, καὶ τὸ πεπραγμένον ἀκούσαντες, πρὸς τοὺς ἰδίους ἀπηγριώθησαν διὰ τὴν πρὸς Ἀλκέταν ὑπερβολὴν τῆς εὐνοίας. (2) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον καταλαβόμενοι μέρος τῆς πόλεως, ἐψηφίσαντο τὰς μὲν οἰκίας ἐμπρῆσαι, μετὰ δὲ τῶν ὅπλων ἐκχυθέντας ἐκ τῆς πόλεως καὶ τῆς ὀρεινῆς ἐχομένους πορθεῖν τὴν ὑπ' Ἀντίγονον τεταγμένην χώραν· ὕστερον δὲ μετανοήσαντες τοῦ μὲν ἐμπρῆσαι τὴν πόλιν ἀπέσχοντο, δόντες δ' ἑαυτοὺς εἰς λῃστείας καὶ καταδρομὰς πολλὴν τῆς πολεμίας χώραν κατέφθειραν. (3) Ὁ δ' Ἀντίγονος παραλαβὼν τὸ σῶμα καὶ καταικισάμενος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ τοῦ νεκροῦ σῆψιν λαβόντος, ἀφεὶς αὐτὸν ἄταφον, ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Πισιδικῆς. Οἱ δὲ τῶν Τερμησσέων νέοι φυλάττοντες τὴν πρὸς τὸν ᾐκισμένον εὔνοιαν, τό τε σῶμα ἀνείλοντο καὶ λαμπρῶς ἐκήδευσαν. Οὕτως ἡ τῆς εὐεργεσίας φύσις, ἴδιόν τι φίλτρον ἔχουσα πρὸς τοὺς εὖ πεποιηκότας, ἀμετάθετον διαφυλάττει τὴν εἰς αὐτοὺς εὔνοιαν. (4) Ὁ δ' οὖν Ἀντίγονος ἀναζεύξας ἐκ τῆς Πισιδικῆς προῆγεν ἐπὶ Φρυγίας μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως. Ὡς δὲ κατήντησεν εἰς Κρητῶν πόλιν, ἧκε πρὸς αὐτὸν Ἀριστόδημος ὁ Μιλήσιος ἀπαγγέλλων ὅτι Ἀντίπατρος μὲν τετελεύτηκεν, ἡ δὲ τῶν ὅλων ἡγεμονία καὶ τῶν βασιλέων ἡ ἐπιμέλεια μεταπέπτωκεν εἰς Πολυσπέρχοντα

parentum sententiæ obstrepentes conjunctim, decretum fecere, se pro salute ejus quodvis periculum subituros. (4) Seniores quidem a sententia juniores primo deducere studebant, ne unius Macedonis causa patriam armis expugnari paterentur : ubi vero immutabile viderunt illorum propositum, conspiratione inter se facta clandestina noctu per legatos Antigono pollicentur, se Alcetam aut vivum aut mortuum illi tradituros. (5) Quare ut per dies aliquot urbem oppugnando levibus velitationibus oppidanos eliciat, ipse interim fuga simulata retrocedens, petunt : hoc si fieret, juventute extra urbem prœlio occupata, idoneam se molitionibus occasionem nacturos. (6) His illorum postulatis Antigonus assensit, et longius ab urbe remotis castris, levioribus pugnis juvenes extra oppidum ad certamen pellexit. (7) Tum senes, ubi desertum videre Alcetam, fidelissimis servorum et civium vegetissimis, qui non militabant, delectis, hominem per juvenum absentiam invadunt : vivum tamen capere non poterant, quod manus sibi afferre, ne in hostium potestatem veniret, jam occuparat. Sed cadaver ejus lectulo impositum et lacerna vilissima obtectum portis efferunt, et clam illis, qui prœliabantur, Antigono tradunt.

XLVII. Hoc quidem commento patria e discrimine liberata, bellum a se avertunt, sed offensionem juvenum effugere non possunt. Hi enim a pugna reversi, ubi quod factum esset cognovere, in suos ob incredibilem erga Alcetam benevolentiam efferantur. (2) Ac initio quadam urbis parte occupata, domos incendere, sumtisque armis ex urbe erumpere, et occupatis montibus, Antigoni provinciam vastare statuunt. Postea vero abjecto cremandæ urbis consilio, ad latrocinia et incursationes conversi, magnam hosticæ terræ partem fœde corrumpunt. (3) Antigonus interim cadavere potitus, quum triduum contumeliosissime id tractasset, jam putrescere incipiens insepultum abjecit, et ex Pisidia discedit. At pubes Termessensium, conservata erga mortuum, indignis modis affectum, benevolentia, sublatum ejus cadaver splendide funerarunt. Adeo beneficentiæ natura, singulare quoddam illectamentum habens erga bene meritos, immutabilem erga ipsos benevoli animi affectionem tuetur. (4) Tum Antigonus, ex Pisidia digressus, Phrygiam versus cum toto exercitu movet, et ubi ad Cretensium urbem perventum, Aristodemus Milesius illum adit nuntiatum, Antipatrum obiisse, et summam imperii administrationem cum regum tutela ad Polysper-

τὸν Μακεδόνα. (5) Ἡσθεὶς δ' ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, μετέωρος ἦν ταῖς ἐλπίσι, καὶ διενοεῖτο τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχεσθαι πραγμάτων, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἡγεμονίας μηδενὶ παραχωρεῖν. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Ἀντίγονον ἐν τούτοις ἦν.

XLVIII. Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀντιπάτρου περιπεσόντος ἀῤῥωστίᾳ βαρυτέρᾳ, καὶ τοῦ γήρως συνεργοῦντος πρὸς τὴν ἀπόλυσιν τοῦ βίου, Ἀθηναῖοι μὲν ἐξέπεμψαν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον Δημάδην, δοκοῦντα καλῶς πολιτεύεσθαι τὰ πρὸς τοὺς Μακεδόνας, ἀξιοῦντες τὸν Ἀντίπατρον, καθάπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς ὡμολογηκώς, ἐξαγαγεῖν τὴν φρουρὰν ἐκ τῆς Μουνυχίας. (2) Ὁ δ' Ἀντίπατρος τὸ μὲν πρῶτον εὐνοϊκῶς διέκειτο πρὸς τὸν Δημάδην, ὕστερον δὲ Περδίκκου τελευτήσαντος, καί τινων ἐπιστολῶν εὑρεθεισῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν, ἐν αἷς ἦν ὁ Δημάδης παρακαλῶν τὸν Περδίκκαν κατὰ τάχος διαβαίνειν εἰς τὴν Εὐρώπην ἐπ' Ἀντίπατρον, ἀπηλλοτριώθη πρὸς αὐτόν, καὶ κεχρυμμένην ἐτήρει τὴν ἔχθραν. (3) Διόπερ τοῦ Δημάδου κατὰ τὰς ὑπὸ τοῦ δήμου δεδομένας ἐντολὰς ἀπαιτοῦντος τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ παῤῥησιωδέστερον ἀπειλήσαντος περὶ τῆς φρουρᾶς, ὁ μὲν Ἀντίπατρος οὐδεμίαν δοὺς ἀπόκρισιν, παρέδωκε τοῖς ἐπὶ τὰς τιμωρίας τεταγμένοις αὐτόν τε τὸν Δημάδην καὶ τὸν υἱὸν Δημέαν συμπρεσβεύοντα τῷ πατρί. (4) Οὗτοι μὲν οὖν ἀπαχθέντες εἴς τι οἴκημα εὐτελές, ἐθανατώθησαν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Ὁ δ' Ἀντίπατρος ἐσχάτως ἤδη διακείμενος ἀπέδειξεν ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων Πολυσπέρχοντα καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα, πρεσβύτατον σχεδὸν ὄντα τῶν τῷ Ἀλεξάνδρῳ συνεστρατευμένων καὶ τιμώμενον ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Μακεδονίαν, τὸν δ' υἱὸν Κάσσανδρον χιλίαρχον καὶ δευτερεύοντα κατὰ τὴν ἐξουσίαν. (5) Ἡ δὲ τοῦ χιλιάρχου τάξις καὶ προαγωγὴ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων εἰς ὄνομα καὶ δόξαν προήχθη· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὑπ' Ἀλεξάνδρου μεγάλης ἔτυχεν ἐξουσίας καὶ τιμῆς, ὅτε καὶ τῶν ἄλλων τῶν Περσικῶν νομίμων ζηλωτὴς ἐγένετο. Διὸ καὶ Ἀντίπατρος κατὰ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν τὸν υἱὸν Κάσσανδρον ὄντα νέον ἀπέδειξε χιλίαρχον.

XLIX. Οὐ μὴν ὁ Κάσσανδρός γε τῇ [τοῦ πατρὸς] τάξει συνευδοκήθη, δεινὸν ἡγούμενος εἰ τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν ὁ μὴ προσήκων κατὰ γένος διαδέξεται, καὶ ταῦθ' υἱοῦ δυναμένου πραγμάτων ἡγεῖσθαι καὶ δεδωκότος ἤδη πεῖραν ἱκανὴν ἀρετῆς τε καὶ ἀνδρείας. (2) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον εἰς ἀγρὸν βαδίσας μετὰ τῶν φίλων, τούτοις διελέγετο πολλὴν ἔχων τὴν εὐκαιρίαν καὶ σχολὴν περὶ τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας· ἕκαστον δ' αὐτῶν ἐκλαμβάνων κατ' ἰδίαν, προετρέπετο συγκατασκευάζειν αὐτῷ τὴν δυναστείαν, καὶ μεγάλαις ἐπαγγελίαις πείσας ἑτοίμους ἐποιήσατο πρὸς τὴν κοινοπραγίαν. (3) Ἐξαπέστειλε δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον λάθρᾳ πρεσβευτάς, τήν τε φιλίαν ἀνανεούμενος καὶ παρακαλῶν συμμαχεῖν αὐτῷ, καὶ ναυτικὴν δύναμιν πέμψαι τὴν ταχίστην ἐκ τῆς Φοινίκης ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον.

chonta Macedonem esse devolutam. (5) Quibus cum voluptate auditis, spes altas concepit, resque Asiæ sibi vindicare, ejusque imperium nulli concedere animum induxit. Atque is tum rerum Antigoni status erat.

XLVIII. In Macedonia vero, quum Antipater graviorem in morbum incidisset, seniumque migrationem e vita adjuvaret; Athenienses Demadem, qui probe erga Macedones se gessisse videbatur, legatum misere ad Antipatrum, postulantes ut, quemadmodum olim recepisset, præsidium ex Munychia deduceret. (2) Fuerat initio Antipater benevolo in Demadem animo : postea vero quam defuncto Perdicca inter regias literas repertæ fuerant epistolæ quædam, in quibus Demades exhortatus erat Perdiccam, ut quam celerrime in Europam contra Antipatrum trajiceret; abalienatus ab eo, inimicitias ad tempus dissimulavit. (3) Ideo quum Demades, prout populus ei mandaverat, promissum exigeret, liberius præsidii causa interminatus, nullo Antipater dato responso, tum ipsum Demadem, tum filium Demeam, qui legationis comes patri adjunctus erat, suppliciorum ministris tradidit. (4) Qui in gurgustium quoddam abducti, propter causas jam memoratas capite luerunt. Antipater vero, in extremo vitæ limine, regum curatorem et ducem summa cum potestate designavit Polysperchontem : qui natu fere maximus erat inter omnes Alexandri commilitones, et a Macedonibus in honore habebatur; filioque suo Cassandro chiliarchi munus tribuit, ut secundus esset potestate. (5) Ordo hic et gradus chiliarchi primum a regibus Persicis ad nominis claritatem et gloriam erat provectus; inde rursus ab Alexandro, quum alia quoque Persarum instituta æmulari cœpisset, potestatem honoremque eximium consecutus est. Idem institutum Antipater secutus, Cassandrum filium, juvenem adhuc, chiliarchum creavit.

XLIX. At Cassander, haud probata ordinatione patris, indignum esse judicavit, si nulla generis propinquitate junctus patri in imperio succederet, quando filius, qui jam sat bonum virtutis ac fortitudinis documentum exhibuisset, res administrare posset. (2) Primum igitur cum amicis rus profectus, in magna opportunitatis et otii abundantia de summa rerum potestate colloquia instituit : ubi unumquemque privatim exceptum ad principatum sibi conciliandum sollicitat, magnisque omnes promissis inductos, ad communem rei procurationem paratos reddit. (3) Occulte insuper missis ad Ptolemæum legatis, amicitiam renovat, et ut societatem armorum secum jungat, classe quamprimum ex Phœnice in Hellespontum expedita, rogat et hortatur. Sic ad

Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας καὶ πόλεις ἐξέπεμψε τοὺς προτρεψομένους ἑαυτῷ συμμαχεῖν. Αὐτὸς δὲ κυνηγίαν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας συστησάμενος, ἀνύποπτον ἑαυτὸν ἐποίει τῆς ἀποστάσεως. (4) Πολυσπέρχων δὲ παραλαβὼν τὴν τῶν βασιλέων ἐπιμέλειαν καὶ συνεδρεύσας μετὰ τῶν φίλων, Ὀλυμπιάδα μὲν σὺν τῇ τῶν συνέδρων γνώμῃ μετεπέμπετο, παρακαλῶν τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ Ἀλεξάνδρου υἱοῦ παιδὸς ὄντος παραλαβεῖν καὶ διατρίβειν ἐν Μακεδονίᾳ τὴν βασιλικὴν ἔχουσαν προστασίαν· ἡ δ' Ὀλυμπιὰς ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις ἐτύγχανεν εἰς Ἤπειρον πεφευγυῖα διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον ἀλλοτριότητα. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐν τούτοις ἦν.

L. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν διαβοηθείσης τῆς Ἀντιπάτρου τελευτῆς, ἀρχὴ πραγμάτων καινῶν ἐγίνετο καὶ κίνησις, τῶν ἐν ἐξουσίαις ὄντων ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων. Τούτων δὲ πρῶτος μὲν Ἀντίγονος προνενικηκὼς Εὐμένη περὶ Καππαδοκίαν καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ δυνάμεις παρειληφώς, καταπεπολεμηκὼς δ' Ἀλκέταν καὶ Ἄτταλον περὶ τὴν Πισιδικὴν καὶ τὰς δυνάμεις τὰς μετ' αὐτῶν ἀνειληφώς, πρὸς δὲ τούτοις ὑπ' Ἀντιπάτρου τῆς Ἀσίας στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, ἅμα δὲ καὶ μεγάλης δυνάμεως ἡγεμὼν ἀποδεδειγμένος, πλήρης ἦν ὄγκου καὶ φρονήματος. (2) Περιβαλλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ἔγνω μὴ προσέχειν μήτε τοῖς βασιλεῦσι μήτε τοῖς ἐπιμεληταῖς αὐτῶν· ὑπελάμβανε γὰρ αὑτὸν κρείττω δύναμιν ἔχοντα τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν θησαυρῶν κύριον ἔσεσθαι, μηδενὸς ὄντος τοῦ δυναμένου πρὸς αὐτὸν ἀντιτάξασθαι. (3) Εἶχε γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον στρατιώτας πεζοὺς μὲν ἑξακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἐλέφαντας δὲ τριάκοντα· χωρὶς δὲ τούτων ἑτοίμας ποιήσασθαι καὶ ἄλλας δυνάμεις ἤλπιζεν, ἂν ᾖ χρεία, δυναμένης τῆς Ἀσίας χορηγεῖν ἀνεκλείπτως τοῖς στρατολογουμένοις ξένοις τὰς μισθοφοράς. (4) Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς Ἱερώνυμον μὲν τὸν τὰς ἱστορίας γράψαντα μετεπέμψατο, φίλον ὄντα καὶ πολίτην Εὐμένους τοῦ Καρδιανοῦ τοῦ συμπεφευγότος εἰς τὸ χωρίον τὸ καλούμενον Νῶρα. Τοῦτον δὲ μεγάλαις δωρεαῖς προκαλεσάμενος ἐξαπέστειλε πρεσβευτὴν πρὸς τὸν Εὐμένη, παρακαλῶν τῆς μὲν περὶ Καππαδοκίαν μάχης γενομένης πρὸς αὐτὸν ἐπιλαθέσθαι, γενέσθαι δὲ φίλον καὶ σύμμαχον αὐτῷ, καὶ λαβεῖν δωρεὰς πολλαπλασίους ὧν πρότερον ἦν ἐσχηκὼς καὶ σατραπείαν μείζονα, καὶ καθόλου πρωτεύοντα τῶν παρ' ἑαυτῷ φίλων κοινωνὸν ἔσεσθαι τῆς ὅλης ἐπιβολῆς. (5) Εὐθὺς δὲ καὶ τῶν φίλων συναγαγὼν συνέδριον, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἐπιβολῆς κοινωσάμενος, διέγραψε τῶν ἀξιολόγων φίλων οἷς μὲν σατραπείας, οἷς δὲ στρατηγίας· πᾶσι δὲ μεγάλας ἐλπίδας ὑποθείς, προθύμους κατεσκεύασε πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιβολάς. Διενοεῖτο γὰρ ἐπελθεῖν τὴν Ἀσίαν καὶ τοὺς μὲν προϋπάρχοντας σατράπας ἐκβαλεῖν, πρὸς δὲ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καθιστάναι τὰς ἡγεμονίας.

LI. Τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, Ἀῤῥιδαῖος τῆς

ceteros etiam duces et civitates mittit qui de armis cum ipso jungendis sollicitent. Ipse, ad dies multos venatione instituta, ne defectionis nomine suspectus haberetur, effecit. (4) Polysperchon igitur tutelam regum postquam adierat, convocato amicorum senatu, de illorum sententia Olympiadem arcessit, utque filium Alexandri puerum adhuc suæ curæ habeat commendatum, et cum regiæ dignitatis specie ac pompa in Macedonia deinceps agat, exhortatur. Illa enim propter inimicitias cum Antipatro jam pridem in Epirum confugerat. Et in hoc tum statu erat Macedonia.

L. In Asia vero, divulgata Antipatri morte, res novari haud absque motibus cœptæ sunt, quum qui cum potestate erant, in suum unusquisque commodum intentus esset. Inter quos princeps Antigonus, quod Eumenem in Cappadocia pridem vicisset ejusque copias sibi adjunxisset, inque Pisidia Alcetam et Attalum debellasset, eorumque exercitus in fidem accepisset, ab Antipatro insuper Asiæ imperator cum plenaria auctoritate designatus, magnisque simul copiis præfectus esset, ingentes animo spiritus ac tumores conceperat. (2) Summum spe sua imperium complexus nec regibus parere nec ipsorum curatoribus animo destinavit. Nam quia majorem exercitus vim habebat, thesauris in Asia potiturum se, dum nemini ad resistendum armis facultas suppeteret, confidit. (3) Erant tum in exercitu illius sexaginta peditum et decem equitum millia, et triginta elephantes. Præter has copias se alias insuper, quando opus foret, comparaturum sperabat, quod peregrinis subinde allectis perpetuo stipendia sufficere Asia posset. (4) Hæc animo versans, Hieronymum historiæ scriptorem, Eumenis Cardiani, ejus, qui in castellum Nora confugerat, amicum et civem ad se arcessit, magnisque invitatum muneribus legationem ad Eumenem obire jubet, qua hortetur ipsum, ut pugnæ in Cappadocia gestæ oblitus amicitiam et societatem belli secum jungat, donaque prioribus longe majora et ampliorem provinciam accipiat, primus denique sit inter amicos, ac totius instituti particeps. (5) Nec mora, senatu amicorum coacto, quod summam rerum capessat, illis exponit, et præcipuis amicorum qua satrapias qua militum præfecturas adscribit, omnesque, spes magnas suggerendo, ad capessendum quæ agitabat, promtiores facit. Asiam enim pervadere, ejectisque satrapis, qui hactenus fuerunt, ad amicos suos imperia traducere constituerat.

LI. Quæ dum tractat, Arrhidæus Phrygiæ satrapes ad

ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας σατράπης γνοὺς αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, ἔκρινεν ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν ἰδίαν σατραπείαν καὶ τὰς ἀξιολογωτάτας πόλεις φρουραῖς διαλαμβάνειν. Οὔσης δὲ τῆς τῶν Κυζικηνῶν πόλεως ἐπικαιροτάτης καὶ μεγίστης, ἀνέζευξεν ἐπ' αὐτὴν ἔχων πεζοὺς μὲν μισθοφόρους πλείους τῶν μυρίων, Μακεδόνας δὲ χιλίους, Πέρσας δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους, βέλη δὲ παντοδαπὰ καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς τε καὶ πετροβόλους καὶ τὴν ἄλλην χορηγίαν πᾶσαν τὴν ἀνήκουσαν πρὸς πολιορκίαν. (2) Ἄφνω δὲ προςπεσὼν τῇ πόλει, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον ἀπολαβὼν ἐπὶ τῆς χώρας, εἴχετο τῆς πολιορκίας, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει καταπληξάμενος ἠνάγκαζε δέχεσθαι φρουράν. Οἱ δὲ Κυζικηνοί, παραδόξου τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, καὶ τῶν πλείστων ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένων, ὀλίγων δ' ὄντων τῶν ὑπολελειμμένων, ἀπαράσκευοι παντελῶς ὑπῆρχον πρὸς τὴν πολιορκίαν. (3) Ὅμως δὲ κρίναντες ἀντέχεσθαι τῆς ἐλευθερίας, φανερῶς μὲν πρέσβεις ἐξέπεμψαν τοὺς διαλεξομένους τῷ Ἀῤῥιδαίῳ λῦσαι τὴν πολιορκίαν· ποιήσειν γὰρ πάντα τὴν πόλιν Ἀῤῥιδαίῳ πλὴν τοῦ δέξασθαι φρουράν· λάθρᾳ δὲ τοὺς νέους ἀθροίζοντες καὶ τῶν οἰκετῶν τοὺς εὐθέτους ἐπιλεγόμενοι καθώπλιζον, καὶ τὸ τεῖχος ἀνεπλήρουν τῶν ἀμυνομένων. (4) Τοῦ δ' Ἀῤῥιδαίου βιαζομένου δέχεσθαι φρουράν, ἔφησαν βούλεσθαι τῷ δήμῳ προςανενεγκεῖν περὶ τούτου. Συγχωρήσαντος δὲ τοῦ σατράπου, λαβόντες ἀνοχὴν ταύτην τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, βέλτιον παρεσκευάσαντο τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν. (5) Ὁ δ' Ἀῤῥιδαῖος καταστρατηγηθεὶς καὶ τὸν οἰκεῖον αὐτῷ προέμενος καιρόν, διεσφάλη τῆς ἐλπίδος. Οἱ γὰρ Κυζικηνοί, πόλιν ἔχοντες ὀχυρὰν καὶ παντελῶς εὐφύλακτον ἀπὸ τῆς γῆς διὰ τὸ χεῤῥόνησον αὐτὴν εἶναι, καὶ θαλαττοκρατοῦντες, ῥᾳδίως ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους. (6) Μετεπέμποντο δὲ καὶ παρὰ Βυζαντίων στρατιώτας καὶ βέλη καὶ τἄλλα τὰ χρήσιμα πρὸς τὴν πολιορκίαν· ὧν ἅπαντα συντόμως καὶ προθύμως χορηγησάντων, ἀνέλαβον ἑαυτοὺς ταῖς ἐλπίσι καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους εὐθαρσεῖς κατέστησαν. (7) Εὐθὺς δὲ καὶ μακρὰς ναῦς καθελκύσαντες παρέπλεον τὴν παραθαλάττιον, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας ἀναλαμβάνοντες ἀπεκόμιζον εἰς τὴν πόλιν. Ταχὺ δὲ στρατιωτῶν εὐπορήσαντες, καὶ πολλοὺς τῶν πολιορκούντων ἀποκτείναντες, ἀπετρίψαντο τὴν πολιορκίαν. Ἀῤῥιδαῖος μὲν οὖν καταστρατηγηθεὶς ὑπὸ τῶν Κυζικηνῶν ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν σατραπείαν.

LII. Ἀντίγονος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Κυζικηνῶν πόλιν πολιορκουμένην, ἔτυχε μὲν ἐν Κελαιναῖς διατρίβων· κρίνας δὲ τὴν κινδυνεύουσαν πόλιν ἰδίαν κατασκευάσασθαι πρὸς τὰς μελλούσας ἐπιβολάς, ἐπέλεξεν ἐξ ἁπάσης τῆς δυνάμεως τοὺς ἀρίστους, πεζοὺς μὲν δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους. (2) Τούτους δὲ ἀναλαβὼν ἐν τάχει προῆγε βοηθήσων τοῖς Κυζικηνοῖς· βραχὺ δὲ τῶν καιρῶν ὑστερήσας, φανερὰν μὲν ἔσχε τὴν εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν, τῆς δὲ ὅλης ἐπιβολῆς ἀπέτυχε. (3)

Hellespontum, cognita ejus molitione, satrapiæ suæ res in tuto ponere urbesque præcipuas præsidiis munire decrevit. Cyzicenorum autem contra urbem, quod maxima esset, et præ cunctis opportuna, expeditionem facit, habens secum plus quam decem millia peditum mercede conductorum, Macedonesque mille, sagittarios autem et funditores Persas quingentos, et equites octingentos; tela præterea omnis generis et catapultas, tum sagittis tum lapidibus jaciundis idoneas, omnemque apparatum reliquum, qui oppugnationi conveniret. (2) Tum subito urbem aggressus, quum magnam vulgi partem ruri versantem intercepisset, oppugnationem urgebat, et oppidanos terrore injecto ad præsidium in urbem recipiendum adigere conabatur. Hac itaque impressione ex inopinato facta, quamvis et plurimi in agris exclusi, et pauci in urbe reliqui ad obsidionem sustinendam omnino imparati essent; (3) libertatem tamen Cyziceni asserendam rati, in speciem quidem legatos mittunt, qui de solvenda obsidione cum eo colloquantur, urbemque dicant omnia facturam Arrhidæo, præsidii tantum receptione demta: sed clam coactam juvenum manum et aptissimos servorum delectos armant, et propugnatoribus ita muros complent. (4) Instante vero nihilominus Arrhidæo, ut præsidium admittant, ad populum se relaturos de hoc respondent. Id ubi a satrapa concessum, remissionem nacti, per totum diem illum et noctem insecutam ad sustinendam obsidionem melius se præparant. (5) Hac igitur arte delusus Arrhidæus, dimissa e manibus opportunitate, spe sua excidit. Nam Cyziceni, quod urbem munitam haberent, et a terra optime firmatam, ut quæ peninsula esset, mare insuper obtinerent, hostem facile propulsabant. (6) Quin etiam a Byzantiis militem et tela ceteraque ad obsidionem utilia accivere. Quibus omnibus celeriter ac promte illinc subministratis, spe bona iterum concepta, ad sustinendum pericula reddebantur animosiores. (7) Extemplo etiam navibus longis in mare protractis, oram præternavigarunt, suosque ex agris receptos in urbem revexere. Protinus ergo militum numero aucti, quum obsidentium plurimos interfecissent, obsidionem a se depulerunt. Tum Arrhidæus, strategemate Cyzicenorum deceptus, infecto negotio in satrapiam suam regreditur.

LII. Interea Antigonus, Celænis subsistens, de Cyzicenorum obsidione cognoscit. Periclitantem igitur urbem ad futuras molitiones sibi obnoxiam reddere statuit. Ideo ex toto agmine quam optimos deligit, viginti peditum et tria equitum millia. (2) Iisque assumptis, celeriter ad ferendum Cyzicenis suppetias contendit. Sed quum paullo serius illuc venisset, benevolentiam quidem erga civitatem præ se ferebat, sed interim spe sua excidit. (3) Le-

Πρὸς δὲ Ἀῤῥιδαῖον ἐξέπεμψε πρεσβευτάς, ἐγκαλῶν ὅτι πρῶτον μὲν Ἑλληνίδα πόλιν σύμμαχον οὖσαν καὶ μηδὲν ἀδικοῦσαν ἐτόλμησε πολιορκεῖν, ἔπειθ' ὅτι φανερός ἐστιν ἀποστατήσων καὶ τὴν σατραπείαν ἑαυτῷ δυναστείαν κατασκευαζόμενος· τὸ δὲ τελευταῖον προςέταττε τῆς σατραπείας παραχωρεῖν, καὶ μίαν λαβόντα πόλιν εἰς καταβίωσιν τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. (4) Ὁ δ' Ἀῤῥιδαῖος διακούσας τῶν πρέσβεων, καὶ τὸ τῶν λόγων ὑπερήφανον καταμεμψάμενος, οὐκ ἔφη παραχωρήσειν τῆς σατραπείας, τὰς δὲ πόλεις φρουραῖς διαλαμβάνων πειρᾶσθαι τοῖς ὅπλοις διαγωνίζεσθαι πρὸς αὐτόν. Ἀκολούθως δὲ ταῖς ἀποκρίσεσι τὰς πόλεις ἀσφαλισάμενος, μέρος τῆς δυνάμεως ἐξέπεμψε καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐτῆς. Τούτῳ δὲ προςέταξε συνάπτειν τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη καὶ λύειν τὴν πολιορκίαν τοῦ φρουρίου, καὶ τὸν Εὐμένη τῶν κινδύνων ἀπαλλάξαντα ποιήσασθαι σύμμαχον. (5) Ἀντίγονος δὲ σπεύδων ἀμύνασθαι τὸν Ἀῤῥιδαῖον, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτὸν δύναμιν τὴν διαπολεμήσουσαν. Αὐτὸς δὲ τὴν ἱκανὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν προῆγεν ἐπὶ Λυδίας, βουλόμενος ἐκβαλεῖν τὸν ἐν αὐτῇ σατράπην Κλεῖτον. (6) Ὁ δὲ προϊδόμενος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, τὰς μὲν ἀξιολογωτάτας πόλεις φρουραῖς ἠσφαλίσατο, αὐτὸς δ' εἰς Μακεδονίαν ἐξέπλευσε, δηλώσων τοῖς τε βασιλεῦσι καὶ Πολυσπέρχοντι τὴν Ἀντιγόνου τόλμαν καὶ ἀπόστασιν καὶ ἀξιώσων ἑαυτῷ βοηθεῖν. (7) Ὁ δ' Ἀντίγονος τὴν μὲν Ἔφεσον ἐξ ἐφόδου παρέλαβε, συνεργησάντων αὐτῷ τινων ἐκ τῆς πόλεως. Μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσαντος εἰς Ἔφεσον Αἰσχύλου τοῦ Ῥοδίου, καὶ κομίζοντος ἐκ Κιλικίας ἐν τέτταρσι ναυσὶν ἀργυρίου τάλαντα ἑξακόσια ἀπεσταλμένα εἰς Μακεδονίαν πρὸς τοὺς βασιλεῖς, παρείλετο, φάσκων ἑαυτῷ χρείαν ἔχειν πρὸς τὰς τῶν ξένων μισθοφοράς. (8) Τοῦτο δὲ πράξας φανερὸς ἐγένετο πρὸς ἰδιοπραγίαν ὡρμημένος καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἐναντιούμενος. Μετὰ δὲ ταῦτα συμπολιορκήσας ἐπῄει τὰς ἑξῆς πόλεις, ἃς μὲν βίᾳ χειρούμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προςαγόμενος.

LIII. Ἡμεῖς δὲ διεληλυθότες τὰ περὶ Ἀντίγονον μεταβιβάσομεν τὴν ἀναγραφὴν ἐπὶ τὰ συμβάντα περὶ Εὐμένη. Οὗτος γὰρ μεγάλαις καὶ παραδόξοις μεταβολαῖς χρώμενος διετέλεσεν ἀεὶ παρ' ἐλπίδας ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν μεταλαμβάνων. (2) Πρὸ μὲν γὰρ τούτων τῶν καιρῶν συναγωνιζόμενος Περδίκκᾳ τε καὶ τοῖς βασιλεῦσιν, ἔλαβε σατραπείαν Καππαδοκίαν καὶ τοὺς συνορίζοντας ταύτῃ τόπους, ἐν οἷς μεγάλων δυνάμεων καὶ πολλῶν χρημάτων κυριεύσας περιβόητον ἔσχε τὴν εὐτυχίαν. (3) Κράτερον μὲν γὰρ καὶ Νεοπτόλεμον, διωνομασμένους ἡγεμόνας καὶ τὰς ἀνικήτους τῶν Μακεδόνων ἔχοντας δυνάμεις, ἐνίκησε παρατάξει καὶ αὐτοὺς κατὰ τὴν μάχην ἀνεῖλε. (4) Δόξας δὲ ἀνυπόστατος εἶναι, τηλικαύτης ἐπειράθη μεταβολῆς, ὥστε ὑπ' Ἀντιγόνου μεγάλῃ παρατάξει λειφθῆναι, καὶ μετ' ὀλίγων φίλων ἀναγκασθῆναι καταφυγεῖν εἴς τι χωρίον παντελῶς μικρόν. Εἰς τοῦτο δ' ἐγκλεισθείς, καὶ περιληφθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων διπλοῖς τείχεσιν, οὐδένα

gatos vero ad Arrhidæum misit, qui expostularent cum ipso primum, quod Græcam urbem eamque societate junctam nulla provocatus injuria obsidere ausus esset; dein quod aperte moliretur defectionem, et provinciam suæ potestatis faceret; postremo, ut satrapia decederet, unaque ad victum urbe accepta, privatam inde vitam ageret, imperabat. (4) Auditis his legatorum postulatis, Arrhidæus, de verborum insolentia conquestus, provincia se cessurum negat : sed distributis per urbes præsidiis, armis se cum illo disceptaturum respondet : et quod responso conveniret, urbibus passim firmatis, partem exercitus mittit cum præfecto, cui mandarat, ut se cum Eumene conjungens castellum obsidione liberaret, Eumenemque periculis exemtum in societatem belli adscisceret. (5) Interim ulcisci Arrhidæum properans Antigonus, copias ad debellandum eum mittit; ipse vero cum numeroso agmine versus Lydiam movet, satrapam ejus Clitum inde ejecturus. (6) Qui præcognito ejus adventu, præcipuas urbes præsidiis muniri jussit, ipseque in Macedoniam, ut regibus et Polysperchonti audaciam et defectionem Antigoni significaret, et auxilia sibi peteret, transmisit. (7) Tum Antigonus Ephesum primo statim adventu in fidem accepit, adjutantibus illum in urbe nonnullis. Post quum appulsus Ephesum Æschylus Rhodius quattuor navibus e Cilicia advexisset sexcenta argenti talenta regibus missa in Macedoniam, ille pecuniam intercepit, sibi ad peregrinos milites conducendum opus esse dictitans. (8) Quo facto satis declaravit quod totus ad sua tractandum negotia conversus regibus adversaretur. Post hæc urbes deinceps oppugnatum invadebat, alias vi subigens, alias verbis suis concilians.

LIII. Nos vero res Antigoni jam exsecuti, ad ea, quæ Eumeni acciderunt, scribendi operam transferemus. Hic vir ingentes ex improviso mutationes experiundo, semper nunc bonorum, nunc malorum particeps omnem præter spem erat. (2) Ante enim hæc tempora, Perdiccæ et regibus bellandi operam navans, satrapiam nactus erat Cappadociam et quæ hanc attingerent loca : ubi magna copiarum et opum vi potitus felicitatem ubique celebrem habuit. (3) Craterum enim et Neoptolemum, famigeratissimos duces et invictis Macedonum copiis instructos, acie vicit, ipsosque in pugna interemit. (4) Jamque insuperabilis videbatur, quum tantam fortunæ mutationem expertus est, ut ab Antigono ingenti superatus prœlio, cum amicorum perpaucis in castellum quoddam perexiguum confugere cogeretur. In eo conclusus, dum muro duplici circumseptus hæret, neminem, qui in calamitate opem ferret,

βοηθὸν ἔσχε τῆς ἰδίας συμφορᾶς. (5) Ἐνιαυσίου δ' οὔσης τῆς πολιορκίας, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπογινωσκομένης, ἄφνω παράδοξος λύσις ἐφάνη τῶν ἀτυχημάτων. Ὁ γὰρ πολιορκῶν τὸν Εὐμένη καὶ σπεύδων ἀνελεῖν Ἀντίγονος ἐκ μεταβολῆς παρεκάλεσεν αὐτὸν πρὸς κοινοπραγίαν· καὶ λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις, τῆς πολιορκίας ἀπελύθη. (6) Μετὰ δέ τινα χρόνον ἀνελπίστως διασωθεὶς, τότε μὲν περὶ τὴν Καππαδοκίαν διέτριβεν ἀναλαμβάνων τοὺς προγεγονότας φίλους καὶ τοὺς κατὰ τὴν χώραν πλανωμένους τῶν συνεστρατευκότων αὐτῷ πρότερον. Ἀγαπώμενος δὲ διαφερόντως, ταχὺ πολλοὺς ἔσχε κοινωνοὺς τῶν αὐτῶν ἐλπίδων καὶ πρὸς τὴν μετ' αὐτοῦ στρατείαν ὑπακούοντας. (7) Τέλος δὲ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις χωρὶς τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ συμπεπολιορκημένων φίλων πεντακοσίων ἔσχε στρατιώτας ἐθελοντὶ ὑπακούοντας πλείους τῶν δισχιλίων. Τῆς τύχης δ' αὐτῷ συνεργούσης τηλικαύτην ἔλαβεν αὔξησιν, ὥςτε παραλαβεῖν τὰς βασιλικὰς δυνάμεις καὶ προστῆναι τῶν βασιλέων πρὸς τοὺς καταλύειν αὐτῶν τὴν ἀρχὴν τετολμηκότας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν μικρὸν ὕστερον ἀκριβέστερον διέξιμεν ἐν τοῖς οἰκείοις καιροῖς.

LIV. Νυνὶ δ' ἀρκούντως τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν διεληλυθότες μεταβησόμεθα πρὸς τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην συντελεσθείσας πράξεις. Κάσσανδρος γὰρ ἀποτετευχὼς τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἡγεμονίας οὐκ ἔπτηξεν, ἀλλ' ἔκρινεν ἀντέχεσθαι ταύτης, αἰσχρὸν εἶναι διαλαμβάνων τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν ὑφ' ἑτέρων διοικεῖσθαι. (2) Ὁρῶν δὲ τὴν τῶν Μακεδόνων ὁρμὴν κεκλιμένην πρὸς τὸν Πολυσπέρχοντα, τῶν μὲν φίλων οἷς ἐπίστευε κατ' ἰδίαν προςδιαλεγόμενος, ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήςποντον ἀνυπόπτως, αὐτὸς δ' ἐφ' ἡμέρας τινὰς σχολάσας ἐπὶ τῆς χώρας καὶ κυνήγια συνιστάμενος ἐγέννησε περὶ αὐτοῦ διάληψιν ὡς οὐκ ἀντιποιούμενος τῆς ἀρχῆς. (3) Ὡς δ' εὐτρεπῆ πάντα ἦν αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ἀποδημίαν, ἔλαθεν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Μακεδονίας. Καταντήσας δ' εἰς τὴν Χεῤῥόνησον, κἀκεῖθεν ἀναζεύξας, παρῆλθεν εἰς τὸν Ἑλλήςποντον. Διαπλεύσας δ' εἰς τὴν Ἀσίαν πρὸς Ἀντίγονον, ἠξίου βοηθεῖν αὐτῷ, φήσας καὶ Πτολεμαῖον ἐπηγγέλθαι συμμαχήσειν. Ὁ δ' Ἀντίγονος προθύμως αὐτὸν προςδεξάμενος, ἐπηγγείλατο πάντα συμπράξειν προθύμως αὐτῷ καὶ δύναμιν παραχρῆμα δώσειν πεζικήν τε καὶ ναυτικήν. (4) Ταῦτα δ' ἔπραττε προςποιούμενος διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον φιλίαν συνεργεῖν, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος τοὺς περὶ Πολυσπέρχοντα πολλοὺς καὶ μεγάλους περισπασμοὺς ἔχειν, ὅπως αὐτὸς ἀκινδύνως τὴν Ἀσίαν ἐπέλθῃ καὶ τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν εἰς ἑαυτὸν περιστήσῃ.

LV. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις κατὰ μὲν τὴν Μακεδονίαν Πολυσπέρχων ὁ τῶν βασιλέων ἐπιμελητὴς μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ Κασσάνδρου προεωρᾶτο μὲν τὸ μέγεθος τοῦ πρὸς Κάσσανδρον ἐσομένου πολέμου, οὐδὲν δ' ἄνευ τῆς τῶν φίλων γνώμης κρίνων πράττειν, συνήγαγε τούς τε ἡγεμόνας ἅπαντας καὶ τῶν ἄλλων Μακεδόνων τοὺς ἀξιολογωτάτους. (2) Φανεροῦ δ'

habuit. (5) Et post annuam obsidionem, ubi de salute jam actum putabat, subito, contra quam sperasset, liberatio ex infortuniis illi exhibita est. Nam qui Eumenem obsidione presserat, jamque e medio tollere satagebat, Antigonus, vice mutata, ad ejusdem negotii communicationem illum evocat; qui, accepta per jusjurandum fide, ex obsidionis discrimine liberatur. (6) Post breve intervallum insperato salutis compos factus, ad tempus in Cappadocia moram trahit, ubi amicos pristinos et palantes per regionem militiæ socios recolligit. Quia vero mirum ad modum diligebatur, confestim multos ejusdem spei socios et ad communem militiam obsequium deferentes habuit. (7) Denique intra pauxillum dierum, præter quingentos illos amicos, qui obsidionem cum ipso in munitione toleraverant, plus quam bis mille ad imperata promtos milites contraxerat; et fortunæ auxilio tantum incrementi sortitus est, ut etiam regios exercitus adeptus regum ipsorum tutelam contra illos, qui imperium ipsis abrogare audebant, gesserit. Verum hæc suo tempore non ita multo post accuratius persequemur.

LIV. Nunc rerum Asiaticarum expositione abunde perfuncti, ad res in Europa gestas transitum faciemus. Cassander, ab imperio Macedoniæ exclusus, animum non abjecit, sed illud sibi vindicandum statuit. Patris enim imperium ab aliis administrari turpe sibi duxit. (2) Videns autem Macedonum studia in Polysperchontem propensa, amicos, quibus fidebat, colloquio cum illis privatim habito, ita ut nemo aliquid suspicaretur, ad Hellespontum misit. Interim ipse ruri per dies aliquot otium trahens venatibusque operam dans, eam de se opinionem peperit, quasi minime imperium affectaret. (3) Ubi vero cuncta profectioni necessaria compararat, clam e Macedonia discessit, et ad Chersonesum profectus, inde porro ad Hellespontum pervenit. Eoque transmisso, in Asiam ad Antigonum se contulit, auxilium ut sibi ferret rogitans, et Ptolemæum in belli societatem venturum confirmans. Illum haud invitus excipit Antigonus, promissisque ad omnia auxiliis liberaliter, confestim tum pedestribus tum nauticis se illum copiis instructurum confirmat. (4) Hæc simulatione quadam agebat, quasi propter amicitiam cum Antipatro illi opem ferret; sed revera multis magnisque rebus Polysperchontem distineri volebat, ut ipse extra periculum, Asia perdomita, summum imperium ad se pertraheret.

LV. Dum hæc geruntur, in Macedonia Polysperchon, regum tutor, post Cassandri discessum, quum magnitudinem belli cum Cassandro gerendi prævideret, nihil sine amicorum sententia faciendum ratus, duces omnes et eos, qui inter Macedones præcipuæ auctoritatis erant, convocavit. (2) Et quia manifestum erat, Cassandrum Antigo-

ὄντος ὅτι Κάσσανδρος μὲν σωματοποιηθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων ἀνθέξεται διὰ τὸ τὰς μὲν αὐτῶν πατρικαῖς φρουραῖς φυλάττεσθαι, τὰς δ' ὑπ' ὀλιγαρχιῶν διοικεῖσθαι, κυριευομένας ὑπὸ τῶν Ἀντιπάτρου φίλων καὶ ξένων, πρὸς δὲ τούτοις συμμαχήσειν τῷ Κασσάνδρῳ Πτολεμαῖόν τε τὸν Αἰγύπτου κρατοῦντα καὶ Ἀντίγονον τὸν φανερῶς ἤδη γενόμενον ἀποστάτην τῶν βασιλέων, ἀμφοτέρους δὲ καὶ δυνάμεις μεγάλας καὶ χρημάτων ἔχειν πλῆθος, ἔτι δὲ πολλῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων ἀξιολόγων κυριεύειν· προτεθείσης οὖν βουλῆς πῶς τούτοις πολεμητέον ἐστί, καὶ πολλῶν καὶ ποικίλων λόγων περὶ τοῦ πολέμου ῥηθέντων, ἔδοξεν αὐτοῖς μὲν τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις ἐλευθεροῦν, τὰς δ' ἐν αὐταῖς ὀλιγαρχίας καθεσταμένας ὑπ' Ἀντιπάτρου καταλύειν. (3) Οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸν μὲν Κάσσανδρον ταπεινώσειν, ἑαυτοῖς δὲ μεγάλην δόξαν καὶ πολλὰς συμμαχίας ἀξιολόγους περιποιήσειν. (4) Εὐθὺς οὖν τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας πρεσβευτὰς προσκαλεσάμενοι καὶ θαῤῥεῖν παρακαλέσαντες, ἐπηγγείλαντο τὰς δημοκρατίας ἀποκαταστήσειν ταῖς πόλεσι, καὶ τὸ κυρωθὲν δόγμα γράψαντες ἔδωκαν τοῖς πρεσβευταῖς ὅπως κατὰ τάχος εἰς τὰς πατρίδας ἐπανελθόντες ἀπαγγείλωσι τοῖς δήμοις τὴν τῶν βασιλέων καὶ τῶν ἡγεμόνων εἰς τοὺς Ἕλληνας εὔνοιαν· ἦν δὲ τὸ διάγραμμα τοιοῦτον·

LVI. « Ἐπειδὴ συμβέβηκε τοῖς προγόνοις ἡμῶν πολλὰ τοὺς Ἕλληνας εὐεργετηκέναι, βουλόμεθα διαφυλάττειν τὴν ἐκείνων προαίρεσιν, καὶ πᾶσι φανερὰν ποιῆσαι τὴν ἡμετέραν εὔνοιαν ἣν ἔχοντες διατελοῦμεν πρὸς τοὺς Ἕλληνας. (2) Πρότερον μὲν οὖν, Ἀλεξάνδρου μεταλλάξαντος ἐξ ἀνθρώπων, καὶ τῆς βασιλείας εἰς ἡμᾶς καθηκούσης, ἡγούμενοι δεῖν ἐπαναγαγεῖν πάντας ἐπὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὰς πολιτείας ἃς Φίλιππος ὁ ἡμέτερος πατὴρ κατέστησεν, ἐπεστείλαμεν εἰς ἁπάσας τὰς πόλεις περὶ τούτων. (3) Ἐπεὶ δὲ συνέβη, μακρὰν ἀπόντων ἡμῶν, τῶν Ἑλλήνων τινὰς μὴ ὀρθῶς γινώσκοντας πόλεμον ἐξενεγκεῖν πρὸς Μακεδόνας, καὶ κρατηθῆναι ὑπὸ τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν, καὶ πολλὰ καὶ δυσχερῆ ταῖς πόλεσι συμβῆναι, τούτων μὲν τοὺς στρατηγοὺς αἰτίους ὑπολάβετε γεγενῆσθαι· ἡμεῖς δὲ τιμῶντες τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν κατασκευάζομεν ὑμῖν εἰρήνην, πολιτείας δὲ τὰς ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ τἄλλα πράττειν κατὰ τὰ διαγράμματα τὰ πρότερον ὑπ' ἐκείνων γραφέντα. (4) Καὶ τοὺς μεταστάντας ἢ φυγόντας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐκ τῶν πόλεων ἀφ' ὧν χρόνων Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀσίαν διέβη κατάγομεν, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν κατελθόντας πάντα τὰ αὐτῶν ἔχοντας καὶ ἀστασιάστους καὶ ἀμνησικακουμένους ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι πολιτεύεσθαι· καὶ εἴ τι κατὰ τούτων ἐψήφιστο, ἄκυρον ἔστω, πλὴν εἴ τινες ἐφ' αἵματι ἢ ἀσεβείᾳ κατὰ νόμον πεφεύγασι. (5) Μὴ κατιέναι δὲ μηδὲ Μεγαλοπολιτῶν τοὺς μετὰ Πολυαινέτου ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντας μηδ' Ἀμφισσεῖς μηδὲ Τρικκαίους μηδὲ Φαρκαδονίους μηδὲ Ἡρα-

ni opibus confirmatum civitates Græcas sibi vindicaturum, quod pars illarum præsidiis paternis teneretur, pars dominatu paucorum administraretur, quarum penes amicos et hospites Antipatri summa erat potestas; et præter hæc omnia opitulaturum Cassandro Ptolemæum, qui Ægyptum in potestate haberet, et Antigonum, qui aperte a regibus descivisset, quorum uterque magna copiarum et pecuniarum vi instructus esset, multisque gentibus et urbibus potentissime imperaret : hac de causa deliberationem de ratione belli contra illos gerendi instituit. Quumque magna sententiarum varietate de bello disputatum esset, ita tandem fuit discessum, ut civitatibus Græciæ restitueretur libertas, et paucorum in illis regimen, ab Antipatro institutum, antiquaretur. (3) Hoc enim pacto infirmaturos Cassandrum, magnamque sibi gloriam et multorum non postremi nominis societatem acquisituros esse. (4) Extemplo igitur, qui tunc aderant, civitatum legatos arcessunt, bonumque animum habere jussis democratias restitutum iri spondent: ac ratum ea de re decretum literisque comprehensum legatis tradunt, ut quamprimum in patriam reversi suo quisque populo regum et principum in Græcos benevolentiam renuntiarent. In hanc autem formam erat scriptum :

LVI. « Quandoquidem ita res tulit, ut in Græcos a majoribus nostris beneficia multa conferrentur, nobis propositum illorum tueri, et benevolentiam, quam ergo Græcos perpetuo retinemus, testatam facere animus est. (2) Quum igitur etiam ante, translato e mortalium consuetudine Alexandro, regnoque ad nos devoluto, existimaremus, omnes ad pacem, eamque reipublicæ formam, quam parens noster Philippus constituerat, revocandos esse, ea de re ad omnes tum civitates perscriptum fuit. (3) Sed postquam evenit ut quidam non recte sibi consulentes, dum procul a Græcis absumus, bellum Macedonibus intulerint, victisque illis ducum nostrorum opera, molestiis et incommodis multis civitates affectæ sint; eorum militiæ præfectos in culpa fuisse, persuasum habetote. Jam vero nos pristinum colentes institutum, pacem vobis conciliamus, et respublicas, quæ sub Philippo et Alexandro fuerunt, et cetera juxta formulas ab illis præscriptas administrandi potestatem exhibemus. (4) Illos præterea, qui emigrarunt, aut e ducum nostrorum jussu pulsi sunt, a quo tempore Alexander in Asiam trajecit, revocamus : a nobis autem reductos, suas facultates, et absque seditione atque recordatione injuriarum, in patria quemque sua, jus civitatis habere jubemus. Quod si quid in hos decretum est, abrogatum esto : præterquam si qui cædis aut violatæ religionis causa relegati sint. (5) At neque Megalopolitarum exules, cum Polyæneto proditionis damnati, neque Amphissenses, ut nec, Triccæi, nec Pharcadonii, nec Heracleotæ redeunto. Reliqui omnes

κλειώτας· τοὺς δ' ἄλλους καταδεχέσθωσαν πρὸ τῆς τριακάδος τοῦ ξανθικοῦ μηνός. (6) Εἰ δέ τινα τῶν πολιτευμάτων Φίλιππος ἢ Ἀλέξανδρος ἀπέδειξαν αὐτοῖς ὑπεναντία, παραγινέσθωσαν πρὸς ἡμᾶς, ἵνα διορθωσάμενοι τὰ συμφέροντα καὶ ἡμῖν καὶ ταῖς πόλεσι πράττωσιν. Ἀθηναίοις δ' εἶναι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου, Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν, καθάπερ νῦν. (7) Σάμον δὲ δίδομεν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ καὶ Φίλιππος ἔδωκεν ὁ πατήρ. Ποιήσασθαι δὲ δόγμα πάντας τοὺς Ἕλληνας, μηδένα μήτε στρατεύειν μήτε πράττειν ὑπεναντία ἡμῖν· εἰ δὲ μή, φεύγειν αὐτὸν καὶ γενεὰν καὶ τῶν ὄντων στέρεσθαι. Προςτετάχαμεν δὲ καὶ περὶ τούτων καὶ τῶν λοιπῶν Πολυσπέρχοντι πραγματεύεσθαι. (8) Ὑμεῖς οὖν, καθάπερ ὑμῖν καὶ πρότερον ἐγράψαμεν, ἀκούετε τούτου· τοῖς γὰρ μὴ ποιοῦσί τι τῶν γεγραμμένων οὐκ ἐπιτρέψομεν. »

LVII. Τούτου δὲ τοῦ διαγράμματος ἐκδοθέντος, καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς πόλεις ἀποσταλέντος, ἔγραψεν ὁ Πολυσπέρχων πρός τε τὴν Ἀργείων πόλιν καὶ τὰς λοιπάς, προςτάττων τοὺς ἀφηγησαμένους ἐπ' Ἀντιπάτρου τῶν πολιτευμάτων φυγαδεῦσαι, τινῶν δὲ καὶ θάνατον καταγνῶναι καὶ δημεῦσαι τὰς οὐσίας, ὅπως ταπεινωθέντες εἰς τέλος μηδὲν ἰσχύσωσι συνεργεῖν Κασσάνδρῳ. (2) Ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα, διατρίβουσαν ἐν Ἠπείρῳ διὰ τὴν πρὸς Κάσσανδρον ἔχθραν, ἵνα τὴν ταχίστην εἰς Μακεδονίαν καταντήσῃ, καὶ παραλαβοῦσα τὸ Ἀλεξάνδρου παιδίον, ἐπιμέλειαν αὐτοῦ ποιῆται, μέχρι ἂν εἰς ἡλικίαν ἔλθῃ καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν παραλάβῃ. (3) Ἔπεμψε δὲ καὶ πρὸς Εὐμένη, γράψας ἐπιστολὴν ἐκ τοῦ τῶν βασιλέων ὀνόματος, ὅπως πρὸς μὲν Ἀντίγονον μὴ διαλύσηται τὴν ἀλλοτριότητα, πρὸς δὲ τοὺς βασιλεῖς ἀποκλίνας, εἴτε βούλεται καταντᾶν εἰς Μακεδονίαν καὶ μετ' αὐτοῦ κοινοπραγῶν ἐπιμελητὴς εἶναι τῶν βασιλέων, εἴτε μᾶλλον προαιρεῖται μένειν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, καὶ λαβὼν δύναμιν καὶ χρήματα διαπολεμεῖν πρὸς Ἀντίγονον, φανερῶς ἤδη γεγενημένον ἀποστάτην τῶν βασιλέων. Ἀποκαθιστάνειν δ' αὐτῷ τοὺς βασιλεῖς τήν τε σατραπείαν, ἣν ὁ Ἀντίγονος ἀφῄρηται, καὶ τὰς δωρεὰς ἁπάσας ὅσας πρότερον εἶχε κατὰ τὴν Ἀσίαν. (4) Τὸ δ' ὅλον ἀπεφαίνετο μάλιστα πάντων πρέπειν Εὐμένη τῆς βασιλικῆς οἰκίας κήδεσθαι καὶ φροντίζειν, ἀκολουθοῦντα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπολιτευμένοις πρὸς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν. Ἐὰν δὲ μείζονος δυνάμεως προςδέηται, καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν βασιλέων ἀναζεύξειν ἐκ Μακεδονίας μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς δυνάμεως. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

LVIII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀρχίππου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Αἴλιον καὶ Λεύκιον Παπίριον. Ἐπὶ δὲ τούτων Εὐμένης μὲν ἄρτι τὴν ἐκ τοῦ φρουρίου πεποιημένος ἀποχώρησιν, ἐκομίσατο τὰς ἐπιστολὰς τὰς ἀποσταλείσας ὑπὸ Πολυσπέρχοντος, ἐν αἷς ἦν γεγραμμένον χωρὶς τῶν προειρημένων ὅτι πεντακόσια μὲν τάλαντα διδόασιν αὐτῷ δωρεὰν οἱ βασι-

ante trigesimum Xanthici mensis recipiuntor. (6) Si quæ vero sunt reipublicæ instituta, quæ Philippus et Alexander ipsis contraria ediderunt, ad nos veniunto, ut correctione adhibita, quæ et in nostram et civitatum rem sint, deinceps agant. Athenienses retinento cetera, ut sub Philippo et Alexandro; Oropum autem sibi habeant, uti nunc, Oropii. (7) Atheniensibus tamen Samum reddimus, quia Philippus pater illam antea dedit. Interim Græci universi decretum sanciunto, neminem adversus nos neque militaturum neque acturum. Alioqui relegandum et ipsum et familiam, bonisque suis exuendum. De his autem et reliquis ut vobiscum agat Polysperchon, mandatum a nobis habet. (8) Vos igitur, quomodo etiam antea scripsimus, huic advertitote. Nam qui contra, quam scriptum est, fecerint, illis nequaquam permittemus. »

LVII. Decreto hoc edito et ad omnes civitates transmisso, Polysperchon ad Argivorum civitatem ceterasque literas dedit, quibus mandat, ut qui sub Antipatro rempublicam tenuerunt, in exilium pellantur; nonnulli etiam capite ac publicatione bonorum multentur, ut ad extrema redacti Cassandrum juvare nulla in re valeant. (2) Olympiadem quoque, Alexandri matrem, quæ tunc in Epiro, odio Cassandri, degebat, per literas hortatur, ut quamprimum redeat in Macedoniam, et receptum ad se filiolum Alexandri ipsa curet, donec adultus paternum imperium capessat. (3) Epistolam præterea, regum nomine scriptam, ad Eumenem mittit, ut opera sua regibus addicta, cum Antigono inimicitias ne deponat, sive in Macedoniam transgressus communi secum opere regum tutelam gerere velit, sive potius eligat in Asia remanere, et exercitibus pecuniisque acceptis belligerari cum Antigono, qui jam manifesto a regibus descivisset. Reges autem et satrapiam, quam Antigonus ipsi ademisset, et beneficia, quæ prius obtinuisset in Asia, ipsi restituere. (4) His denique omnibus adjecit, maxime omnium decere Eumenem, ut regiæ domus tutelam curamque gereret, ad exemplum se componens illorum, quæ jam in administratione sua pro familia regia exhibuisset. Quod si majoribus indigeret copiis, se ipsum cum regibus universas regni vires in Asiam traducturum. Hæc igitur isto tum anno fuerunt peracta.

LVIII. Athenis porro archontis magistratum obeunte Archippo, Romani consules crearunt Quintum Ælium et Lucium Papirium. Sub his Eumeni post nuperum ex castello discessum redditæ sunt literæ, quas Polysperchon miserat, quibus præter superius indicata perscriptum erat, quingenta ipsi reges talenta ad resarciendum damna pridem

λεῖς εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν γεγενημένων περὶ αὐτὸν ἐλαττωμάτων, καὶ διότι γράμματα ἀπέστειλαν οἱ βασιλεῖς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Κιλικίᾳ στρατηγοὺς καὶ θησαυροφύλακας, ὅπως αὐτῷ τὰ πεντακόσια τάλαντα δῶσι καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων ὅσα ἂν αἰτήσῃ πρός τε τὰς ξενολογίας καὶ τὰς ἄλλας τὰς κατεπειγούσας χρείας, τούς τε τῶν ἀργυρασπίδων Μακεδόνων τρισχιλίων ἀφηγουμένους, ἵνα παραδῶσιν αὑτοὺς Εὐμένει καὶ τἄλλα συμπράττωσι προθύμως, ὡς ἂν ἀποδεδειγμένῳ στρατηγῷ τῆς ὅλης Ἀσίας αὐτοκράτορι. (2) Ἧκε δὲ καὶ παρ' Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γράμματα, δεομένης καὶ λιπαρούσης βοηθεῖν τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἑαυτῇ· μόνον γὰρ ἐκεῖνον πιστότατον ἀπολελεῖφθαι τῶν φίλων καὶ δυνάμενον διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν τῆς βασιλικῆς οἰκίας. (3) Ἠξίου δ' αὐτὸν ἡ Ὀλυμπιὰς συμβουλεῦσαι πότερον αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν μένειν αὐτὴν ἐν Ἠπείρῳ καὶ μὴ πιστεύειν τοῖς ἀεὶ δοκοῦσι μὲν ἐπιμεληταῖς εἶναι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὴν βασιλείαν εἰς ἑαυτοὺς μεθιστῶσιν, ἢ ἐπανέρχεσθαι. (4) Ὁ δ' Εὐμένης πρὸς μὲν Ὀλυμπιάδα παραχρῆμα ἀντέγραψε, συμβουλεύων κατὰ τὸ παρὸν μένειν ἐν Ἠπείρῳ, μέχρι ἂν ὁ πόλεμος λάβῃ τινὰ κρίσιν. Αὐτὸς δ' ἀεὶ τὴν εὔνοιαν βεβαιοτάτην πρὸς τοὺς βασιλεῖς τετηρηκὼς ἔκρινεν Ἀντιγόνῳ μὲν μὴ προσέχειν ἐξιδιαζομένῳ τὴν βασιλείαν, τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου παιδὸς προσδεομένου βοηθείας διά τε τὴν ὀρφανίαν καὶ διὰ τὴν τῶν ἡγεμόνων πλεονεξίαν, διέλαβεν ἁρμόζειν ἑαυτῷ πάντα κίνδυνον ἀναδέχεσθαι τῆς τῶν βασιλέων σωτηρίας ἕνεκα.

LIX. Εὐθὺς οὖν παραγγείλας τοῖς περὶ αὐτὸν ἀναζευγνύειν προῆγεν ἐκ Καππαδοκίας, ἔχων ἱππεῖς μὲν περὶ πεντακοσίους, πεζοὺς δὲ πλείους τῶν δισχιλίων. Οὐ γὰρ ἔσχεν ἀναστροφὴν προσδέξασθαι τοὺς ἀφυστεροῦντας τῶν ἐπηγγελμένων συστρατεύεσθαι διὰ τὸ προσάγειν παρ' Ἀντιγόνου δύναμιν ἀξιόλογον καὶ στρατηγοὺς τοὺς περὶ Μένανδρον, κωλύσοντας αὐτὸν ἐνδιατρίβειν τῇ Καππαδοκίᾳ, πολέμιον γενόμενον τοῖς περὶ Ἀντίγονον. (2) Ἀλλὰ γὰρ ἡ δύναμις αὕτη τρισὶν ὕστερον ἡμέραις παραγενομένη καὶ τῶν καιρῶν ὑστεροῦσα ἐπεβάλετο μὲν διώκειν τοὺς μετ' Εὐμένους προάγοντας, οὐ δυναμένη δὲ καταλαβεῖν ἐπανῆλθεν εἰς Καππαδοκίαν. (3) Ὁ δ' Εὐμένης συντόνους τὰς ὁδοιπορίας ποιησάμενος, καὶ ταχὺ τὸν Ταῦρον ὑπερβαλών, ἧκεν εἰς τὴν Κιλικίαν. Οἱ δὲ τῶν ἀργυρασπίδων ἡγεμόνες Ἀντιγένης καὶ Τεύταμος, πειθαρχοῦντες ταῖς παρὰ τῶν βασιλέων ἐπιστολαῖς, ἀπάντησιν ἐποιήσαντο τῷ Εὐμένει μετὰ τῶν φίλων ἐκ πολλοῦ διαστήματος. Ἀσπασάμενοι δὲ φιλοφρόνως καὶ συγχαρέντες ἐπὶ τῷ διασεσῶσθαι παραδόξως αὐτὸν ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, ἐπηγγέλλοντο πάντα συμπράξειν αὐτῷ προθύμως· οἵ τε ἀργυράσπιδες Μακεδόνες ὄντες περὶ τρισχιλίους ὁμοίως ἀπήντησαν μετὰ φιλοφροσύνης τε καὶ ὁρμῆς. (4) Πάντες δ' ἐθαύμαζον τὸ τῆς τύχης εὐμετάβολον καὶ παράδοξον, ὁρῶντες τούς τε βασιλεῖς καὶ τοὺς Μακεδόνας ὀλίγῳ μὲν χρόνῳ πρότερον κατεγνωκότας Εὐμέ-

accepta largiri, literasque ad præfectos Ciliciæ ac quæstores dedisse, ut et quingenta illa talenta, ceteræque pecuniæ quantum ad peregrini militis conductionem aliosque necessarios usus requisiturus esset, exhiberent: tum trium millium Argyraspidum Macedonum ductoribus se mandasse, ut sacramento Eumeni se obligarent, eumque in omnibus alacriter juvarent, ut qui totius Asiæ imperator plena cum potestate esset designatus. (2) Venerunt etiam ab Olympiade literæ, quibus sollicite rogans contendebat, ut quum ipsi tum regibus opem ferret: illum enim ex amicis solum restare fidelissimum, qui solitudini regiæ domus subvenire posset. (3) Rogabat hoc quoque illum Olympias, ut consilium sibi daret, utrum expedire censeret, ipsam in Epiro subsistere, nec fidem habere illis, qui subinde pro tutoribus se venditarent, revera autem regnum ad se transferrent, an reverti. (4) Eumenes igitur Olympiadi continuo rescribit, consultum videri, ut in præsenti ad exitum usque belli contineat se in Epiro. Ipse vero, in firmissima erga reges benevolentia persistens, Antigono ad se regnum pertrahenti minime adhærendum statuit; sed quia filius Alexandri propter orbitatem ducumque avaritiam ope indigeret, pro regum salute omne ut periculum subiret, suarum fore partium judicavit.

LIX. Confestim igitur, suis vasa colligere jussis, e Cappadocia movit, quingentos circiter equites et peditum supra duo millia secum habens. Non enim spatium illi erat ad suscipiendum eos, qui, se una militaturos polliciti, venire tardassent: propterea quod ingens Antigoni manus duce Menandro adventaret, quæ in Cappadocia illum degere, hostem Antigono factum, prohiberet. (2) Etsi vero hic exercitus triduo serius, post elapsam jam occasionem, venerat, progressum tamen cum Eumene agmen persequi instituunt; at quum assequi non possent, in Cappadociam regrediuntur. (3) Eumenes autem magnis itineribus contendens, superato celeriter Tauro, in Ciliciam devenit. Tum duces Argyraspidum Antigenes et Teutamus, regum literis obsecuti, cum amicis per longum intervallum Eumeni occurrunt: et comiter excepto gratulati, quod e maximis periculis necopinato incolumis evasisset, promte ad omnia se præsto illi futuros pollicentur. Sic ipsum etiam Argyraspidum ex Macedonia agmen, tria millia circiter, cum benevolentia studioque obviam processit. (4) Omnibus autem tam subita et incredibilis fortunæ mutatio admirationi erat: quum viderent reges et Macedonas paullo ante Eu-

νους καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ θάνατον, τότε δ' ἐπιλαθομένους τῆς ἰδίας κρίσεως μὴ μόνον ἀθῷον ἀφεικότας τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς βασιλείας τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ παραδεδωκότας. (5) Καὶ τοῦτ' εὐλόγως ἔπασχον ἅπαντες οἱ τότε τὰς Εὐμένους ἐπισκοπούμενοι περιπετείας. Τίς γὰρ οὐκ ἂν λαβὼν ἔννοιαν τῆς κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀνωμαλίας καταπλαγείη τὴν ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς τύχης παλίῤῥοιαν; ἢ τίς ἂν ταῖς κατὰ τὴν εὐτυχίαν ἐξουσίαις πιστεύσας ἀναλάβοι φρόνημα μεῖζον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας; (6) Ὁ γὰρ κοινὸς βίος ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος ἐναλλὰξ ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς κυκλεῖται πάντα τὸν αἰῶνα. Διόπερ παράδοξόν ἐστιν οὐκ εἰ γένονέ τι παράλογον, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἐστι τὸ γινόμενον ἀνέλπιστον. Διὸ καὶ τὴν ἱστορίαν προσηκόντως ἄν τις ἀποδέξαιτο· τῇ γὰρ τῶν πράξεων ἀνωμαλίᾳ καὶ μεταβολῇ διορθοῦται τῶν μὲν εὐτυχούντων τὴν ὑπερηφανίαν, τῶν δ' ἀκληρούντων τὴν ἀτυχίαν.

LX. Ἃ καὶ τότε διανοούμενος Εὐμένης ἐμφρόνως τὰ καθ' ἑαυτὸν ἠσφαλίσατο, προορώμενος τὴν τῆς τύχης καινοτομίαν. Ὁρῶν γὰρ ἑαυτὸν μὲν ξένον ὄντα καὶ μηδὲν προσήκοντα βασιλικαῖς ἐξουσίαις, τοὺς δ' ὑποταττομένους Μακεδόνας θάνατον αὐτοῦ προκατεγνωκότας, τοὺς δ' ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς ἡγεμονίαις διατρίβοντας φρονήματος πλήρεις ὑπάρχοντας καὶ μεγάλων πραγμάτων ὀρεγομένους, ὑπέλαβεν ἔσεσθαι περὶ αὐτὸν συντόμως καταφρόνησιν ἅμα καὶ φθόνον καὶ τὸ τελευταῖον τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον· μηδένα γὰρ ποιήσειν ἑκουσίως τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἡττόνων εἶναι δοκούντων, μηδὲ καρτερήσειν δεσποζόμενον ὑπὸ τῶν ὀφειλόντων ἑτέροις ὑποτάττεσθαι. (2) Δοὺς δὲ αὑτῷ περὶ τούτων λόγον, πρῶτον μὲν διδομένων αὐτῷ τῶν πεντακοσίων ταλάντων κατὰ τὰς τῶν βασιλέων ἐπιστολὰς εἰς ἀνάληψιν καὶ κατασκευήν, οὐκ ἔφησε λήψεσθαι· μὴ γὰρ προσδεῖσθαι τηλικαύτης δωρεᾶς, ὡς ἂν μηδεμιᾶς αὐτοῦ σπεύδοντος τυχεῖν ἡγεμονίας. (3) Καὶ γὰρ νῦν οὐχ ἑκουσίως αὐτὸν ὑπακηκοέναι πρὸς ταύτην τὴν χρείαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν βασιλέων συνηναγκάσθαι προσδέξασθαι τὴν τοιαύτην λειτουργίαν. Καθόλου γὰρ διὰ τὴν συνέχειαν τῆς στρατείας μηκέτι δύνασθαι φέρειν τὰς κακοπαθείας καὶ πλάνας, καὶ ταῦτα μηδεμιᾶς ὑποκειμένης ἀρχῆς ξένῳ καὶ τῆς ὁμοεθνοῦς τοῖς Μακεδόσιν ἐξουσίας κεχωρισμένῳ. (4) Ἀπεφαίνετο δὲ αὐτὸν ἑωρακέναι κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν παράδοξον, ἣν ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι δηλῶσαι πᾶσι· δοκεῖν γὰρ αὐτὴν πολλὰ συνεργήσειν πρός τε ὁμόνοιαν καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον. (5) Δόξαι γὰρ αὐτὸν κατὰ τὸν ὕπνον ὁρᾶν Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα ζῶντα καὶ τῇ βασιλικῇ σκευῇ κεκοσμημένον χρηματίζειν καὶ τὰ προστάγματα διδόναι τοῖς ἡγεμόσι καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν διοικεῖν ἐνεργῶς. (6) Διόπερ οἴεσθαι δεῖν ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης κατασκευάσαι χρυσοῦν θρόνον, ἐν ᾧ τεθέντος τοῦ διαδήματος καὶ σκήπτρου καὶ στεφάνου καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἐπιθύειν ἅμ' ἡμέρᾳ πάντας αὐτῷ τοὺς ἡγεμόνας, καὶ

menem et amicos capite damnasse; nunc vero judicii sui oblitos, non solum donasse impunitate, sed etiam totius regni administrationi virum eum præfecisse. (5) Nec ab re tunc ita affecti erant omnes, qui mirabiles Eumenis casus intuebantur. Quis enim vitæ humanæ inæqualitatem considerans in utramque partem fortunæ reciprocationem non obstupescat? aut quis secundæ fortunæ potestati confidens animos humana imbecillitate majores sumat? (6) Communis enim vita, ceu deorum quopiam ad clavum ejus sedente, alternis bonorum et malorum vicibus per omne ævum versatur. Ideo non si quid præter rationem accidit, sed, si non omne, quod contingit, insperatum est, id vero mirum et insolens fuerit. Quamobrem historiam merito quis magnifaciat; nam inæqualitate ac mutatione rerum superbiam fortunatorum et infelicium calamitatem corrigit.

LX. Quæ etiam Eumenes tunc animo versans, quod instabilitatem fortunæ prospiceret, prudenter res suas præmuniebat. Quum enim videret se peregrinum esse, nulloque jure regiam potestatem attingere, Macedones vero imperio suo attributos paullo ante pœnam capitis sibi irrogasse, eos denique, qui ducatus militares gererent, inflatis animis rerum magnarum percupidos esse; brevi se despicatui simul et invidiæ, et tandem ipsius vitæ periculo obnoxium fore existimavit. Neminem enim illorum, qui inferiores esse viderentur, imperata facturum, nec passurum, ut qui aliis subesse deberent, sibi dominarentur. (2) Idcirco his ad calculum apud se vocatis, ante omnia, quum quingenta ipsi talenta, prout regum literis jussum erat, ad reficiendum semetipsum et apparatum exhiberentur, recepturum se illa abnuit. Tanta enim donatione se non indigere, quippe qui nullum sibi principatum consciscere laboret. (3) Nunc enim haud sponte se munus hoc subiisse, verum a regibus, ut ministerium id reciperet, fuisse coactum. Denique perpetuo militiæ usu confectum, ærumnas et circumvagationes ferre amplius non posse : præsertim quum nihil hic juris ad imperium subsit peregrino et a gentili Macedonum potestate excluso. (4) Speciem autem quandam in somnis a se conspectam ostendit admirabilem, quam necessario cunctis exponendam arbitretur, siquidem multum ad concordiam et utilitatem communem profutura videatur. (5) Apparuisse sibi per somni imaginationem Alexandrum, non secus ac si viveret, qui regio habitu exornatus in tribunali mandata præfectis daret, et omnia regni negotia strenue administraret. (6) Propterea censere se, aureum ex regia gaza solium esse conficiendum, in quo diadema cum sceptro, corona ceteroque apparatu collocetur : tum sub exortum diei omnes illi duces sacrificent,

πλησίον τοῦ θρόνου συνεδρεύειν, καὶ τὰ προςτάγματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως, ὡς ζῶντος καὶ προεστηκότος τῆς ἰδίας βασιλείας.

LXI. Πάντων δ' ἀποδεξαμένων τοὺς λόγους, ταχέως ἅπαντα κατεσκευάσθη τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ὡς ἂν πολυχρύσου τῆς βασιλικῆς οὔσης γάζης. Εὐθὺς οὖν κατασκευασθείσης μεγαλοπρεποῦς σκηνῆς, ὅ τε θρόνος ἔχων τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον ἐτέθη καὶ τὰ ὅπλα οἷς εἰώθει χρῆσθαι· καὶ κειμένης ἐσχάρας ἐχούσης πῦρ, ἐπέθυον ἐκ κιβωτίου χρυσοῦ πάντες οἱ ἡγεμόνες τόν τε λιβανωτὸν καὶ τῶν ἄλλων εὐωδῶν τὰ πολυτελέστατα, καὶ προςεκύνουν ὡς θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον. (2) Ἀκολούθως δὲ τούτοις δίφρων πολλῶν κειμένων, ἐκάθιζον ἐπὶ τούτων οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες καὶ συνεδρεύοντες ἐβουλεύοντο περὶ τῶν ἀεὶ κατεπειγόντων. Ὁ δ' Εὐμένης ἐν πᾶσι τοῖς χρηματιζομένοις ἴσον ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν ἀποδεικνύων, καὶ πάντας ταῖς φιλανθρωποτάταις ὁμιλίαις δημαγωγῶν, τόν τε καθ' ἑαυτοῦ φθόνον ἀπετρίψατο καὶ πολλὴν εὔνοιαν ἐν τοῖς ἡγεμόσι πρὸς ἑαυτὸν κατεσκεύασεν. (3) Ἅμα δὲ καὶ τῆς κατὰ τὸν βασιλέα δεισιδαιμονίας ἐνισχυούσης, ἀγαθῶν ἐλπίδων ἅπαντες ἐπληροῦντο, καθάπερ θεοῦ τινος αὐτῶν ἡγουμένου. Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ πρὸς τοὺς ἀργυράσπιδας Μακεδόνας πολιτευόμενος, ἀποδοχῆς μεγάλης ἐτύγχανε παρ' αὐτοῖς, ὡς ἄξιος ὢν τῆς τῶν βασιλέων φροντίδος. (4) Προχειρισάμενος δὲ τῶν φίλων τοὺς εὐθετωτάτους, καὶ δοὺς χρήματα δαψιλῆ πρὸς τὴν ξενολογίαν, ἐξέπεμψεν, ὁρίσας ἀξιολόγους μισθούς. Εὐθὺς δ' οἱ μὲν εἰς τὴν Πισιδικὴν καὶ Λυκίαν καὶ τὴν πλησιόχωρον παρελθόντες ἐξενολόγουν ἐπιμελῶς, οἱ δὲ τὴν Κιλικίαν ἐπεπορεύοντο, ἄλλοι δὲ τὴν κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην, τινὲς δὲ τὰς ἐν τῇ Κύπρῳ πόλεις. (5) Διαβοηθείσης δὲ τῆς ξενολογίας, καὶ τῆς μισθοφορᾶς ἀξιολόγου προκειμένης, πολλοὶ καὶ ἐκ τῶν τῆς Ἑλλάδος πόλεων ἐθελοντὶ κατήντων καὶ πρὸς τὴν στρατείαν ἀπεγράφοντο. Ἐν ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ συνήχθησαν πεζοὶ μὲν πλείους τῶν μυρίων, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι χωρὶς τῶν ἀργυρασπίδων καὶ τῶν μετ' Εὐμένους κατηντηκότων.

LXII. Παραδόξου δὲ καὶ ταχείας τῆς περὶ τὸν Εὐμένη γενομένης αὐξήσεως, Πτολεμαῖος μὲν μετὰ στόλου πλεύσας εἰς Ζεφύριον τῆς Κιλικίας, διεπέμπετο πρὸς τοὺς τῶν ἀργυρασπίδων ἡγεμόνας, παρακαλῶν μὴ προςέχειν τῷ Εὐμένει, καθ' οὗ πάντες Μακεδόνες θάνατον κατέγνωσαν. (2) Ὁμοίως δὲ πρὸς τοὺς ἐπὶ τῶν ἐν Κυΐνδοις φρουρίων τεταγμένους ἐξέπεμψε, διαμαρτυρόμενος μὴ διδόναι μηδὲν τῶν χρημάτων Εὐμένει, καὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο παρέξεσθαι. Ἀλλὰ τούτῳ μὲν οὐδεὶς προςεῖχε διὰ τὸ τοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν ἐπιμελητὴν αὐτῶν Πολυσπέρχοντα, ἔτι δὲ Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα, γεγραφέναι πάντα ὑπηρετεῖν Εὐμένει, ὡς ὄντι τῆς βασιλείας αὐτοκράτορι στρατηγῷ. (3) Μάλιστα δ' Ἀντιγόνῳ δυςηρέστει τά τε περὶ τὴν Εὐμένους προαγωγὴν καὶ τὸ μέγεθος τῆς περὶ αὐτὸν συνισταμένης ἐξουσίας· ὑπελάμβανε γὰρ ὑπὸ τοῦ Πο-

et consessu juxta sellam habito, mandata regis nomine accipiant, non aliter quam si vivat, regnoque suo præsit.

LXI. Placuit hæc oratio cunctis. Ideo statim omnia ad hunc usum pertinentia comparant, quod magna vis auri in regia tum gaza continebatur; et continuo tabernaculum magnificum elaboratur, soliumque una cum diademate ac sceptro ponitur, arma insuper addita, quibus uti solitus erat. Admovetur et focus ignem alens, in quo depromtum ex aurea capsella thus aliosque magni pretii odores duces ex ordine cuncti adolent, et Alexandrum tanquam deum adorant. (2) Secundum hæc, positis magno numero sellis, qui imperia habebant, consident, et sententiis inter se communicatis, de negotiis subinde urgentibus deliberant. Eumenes interim per omnes tractationes publicas æqualem se ceteris ducibus exhibendo, et omnes colloquiis humanissimis demulcendo, invidiam a se depulit, et magnam sibi ducum benevolentiam conflavit. (3) Eademque opera, quum superstitio circa regem invalesceret, omnium mentes bona spe replevit, ac si deus quispiam illis præiret. Consimiliter erga Macedones etiam, qui Argyraspides nominantur, se gerendo, magnum sibi favorem conciliabat, et dignus, qui regum curam gereret, habebatur. (4) Hinc ex amicis deligit maxime idoneos, quos pecuniis largissime instructos ad conducendum liberalissimis stipendiis militem huc illuc mittit. Horum alii extemplo in Pisidiam Lyciamque ac finitimam regionem profecti cogendi munere sedulo funguntur; alii Ciliciam obeunt; nonnulli etiam cavam Syriam Phœnicenque percursitant; quidam ad Cypri urbes trajiciunt. (5) Hac militum conductione pervulgata, ubi stipendia offerrentur amplissima, multi quoque ex Græciæ urbibus sponte accurrebant, et nomina in hanc militiam profitebantur, adeo ut intra breve tempus colligerentur peditum supra decem millia, et equitum duo millia, præter Argyraspides, et qui cum Eumene venerant.

LXII. Quum igitur incredibili subitaque accessione vires Eumenis crevissent, Ptolemæus, cum classe ad Zephyrium Ciliciæ delatus, missis quibusdam duces Argyraspidum sollicitabat, ne Eumenem, a Macedonibus universis pridem supplicio capitis addictum, sequerentur. (2) Ad præfectos itidem præsidii in Quindis misit, obtestans eos etiam atque etiam, ne quidquam Eumeni pecuniarum exhiberent, impunitate illis insuper promissa. Huic vero morem nemo gessit, propterea quod reges et tutor ipsorum Polysperchon, Olympias præterea, Alexandri mater, scripserant, ut ad omnia Eumeni, quippe summo regni imperatori, morigerarentur. (3) Inprimis Antigono illa Eumenis evectio et potentiæ, quam conflaverat, amplitudo displicebat. Hunc enim maximum sibi, qui a regum fide descivisset, adver-

λυσπέρχοντος τοῦτον ἑαυτῷ κατασκευάζεσθαι μέγιστον ἀντίπαλον ἀποστάτῃ γεγονότι τῆς βασιλείας. (4) Διόπερ κρίνας ἐπιβουλὴν συστήσασθαι κατ' αὐτοῦ, προεχειρίσατο τῶν φίλων Φιλώταν, καὶ τούτῳ μὲν ἔδωκεν ἐπιστολὴν γεγραμμένην πρός τε τοὺς ἀργυράσπιδας καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' Εὐμένους Μακεδόνας. Συνεξέπεμψε δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλους τριάκοντα Μακεδόνας τῶν περιέργων καὶ λάλων, οἷς ἦν προστεταγμένον κατ' ἰδίαν ἐντυχεῖν τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἀργυρασπίδων Ἀντιγένει καὶ Τευτάμῳ, καὶ διὰ τούτων συστήσασθαί τινα κατ' Εὐμένους ἐπιβουλήν, δωρεάς τε μεγάλας ἐπαγγελλόμενος καὶ σατραπείας μείζονας· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀργυρασπίδων τοῖς γνωριζομένοις καὶ πολίταις ἐντυγχάνειν καὶ διαφθείρειν δωρεαῖς πρὸς τὴν κατ' Εὐμένους ἐπιβουλήν. (5) Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδένα πεῖσαι κατίσχυσαν, Τεύταμος δὲ ὁ τῶν ἀργυρασπίδων ἡγεμὼν διαφθαρεὶς ἐπεβάλετο καὶ τὸν συνάρχοντα Ἀντιγένην πεῖσαι κοινωνῆσαι τῆς πράξεως. (6) Ὁ δ' Ἀντιγένης, συνέσει καὶ πίστεως βεβαιότητι διαφέρων, οὐ μόνον ἀντεῖπεν, ἀλλὰ καὶ μετέπεισε τὸν προδιεφθαρμένον. (7) Ἐδίδαξε γὰρ αὐτὸν συμφέρειν ζῆν τὸν Εὐμένη μᾶλλον ἢ τὸν Ἀντίγονον· ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἰς πλεῖον ἰσχύσαντα παρελεῖσθαι τὰς σατραπείας αὐτῶν καὶ ἀντικαταστήσειν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, Εὐμένη δὲ ξένον ὄντα μηδέποτ' ἰδιοπραγῆσαι τολμήσειν, ἀλλὰ στρατηγὸν ὄντα φίλοις αὐτοῖς χρήσεσθαι, καὶ συμπράξασι φυλάξειν αὐτοῖς τὰς σατραπείας, τάχα δὲ καὶ ἄλλας προςδώσειν. Οἱ μὲν οὖν τὰς κατ' Εὐμένους ἐπιβουλὰς κατασκευάζοντες ἀπέτυχον τὸν προειρημένον τρόπον.

LXIII. Τοῦ δὲ Φιλώτου τὴν κοινὴν ἐπιστολὴν ἀναδόντος τοῖς ἡγεμόσι, συνήχθησαν οἵ τε ἀργυράσπιδες καὶ οἱ ἄλλοι Μακεδόνες κατ' ἰδίαν ἄνευ τοῦ Εὐμένους, καὶ τὴν ἐπιστολὴν προςέταξαν ἀναγνωσθῆναι. (2) Ἦν δ' ἐν αὐτῇ γεγραμμένη κατηγορία μὲν τοῦ Εὐμένους, παράκλησις δὲ τῶν Μακεδόνων συλλαβεῖν τὸν Εὐμένη ταχέως καὶ ἀποκτεῖναι· ἐὰν δὲ ταῦτα μὴ πράξωσιν, ὅτι μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἥξει πολεμήσων αὐτοῖς, καὶ τοῖς μὴ πειθαρχοῦσι τὴν προςήκουσαν ἐπιθήσει τιμωρίαν. (3) Ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιστολῆς, εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπεσον οἵ τε ἡγεμόνες καὶ οἱ Μακεδόνες πάντες. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν αὐτοὺς ἢ πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἀποκλίναντας ὑπ' Ἀντιγόνου τιμωρίας τυχεῖν, ἢ πειθαρχήσαντας Ἀντιγόνῳ ὑπὸ Πολυσπέρχοντος καὶ τῶν βασιλέων κολασθῆναι. (4) Τοιαύτης δὲ συγχύσεως ἐπεχούσης τὰ πλήθη, ἧκεν ὁ Εὐμένης, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς παρεκάλεσε τοὺς Μακεδόνας πράττειν τὰ τοῖς βασιλεῦσι δεδογμένα, τῷ δὲ ἀποστάτῃ γεγονότι μὴ προςέχειν. (5) Πολλὰ δὲ διαλεχθεὶς οἰκεῖα τῆς ὑποθέσεως, οὐ μόνον αὐτὸς ἀπελύθη τῶν ἐνεστώτων κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος εἰς εὔνοιαν μείζονα τῆς προϋπαρχούσης παρεστήσατο. (6) Οὗτος μὲν οὖν πάλιν εἰς ἀνελπίστους κινδύνους ἐμπεσὼν παραδόξως ἰσχυροτέραν κατεσκεύασε τὴν περὶ αὐτὸν δύναμιν. Διὸ καὶ τοῖς στρατιώταις παραγγείλας ἀναζευγνύειν, προῆγεν ἐπὶ

sarium a Polysperchonte paratum existimabat. (4) Quocirca insidiis hominem appetendum judicans, ex amicis Philotam subornat, eique literas ad Argyraspides ceterosque Macedones Eumeni addictos tradit, in comitatu illi adjungens Macedones triginta, homines curiosos et loquaces, quibus mandarat, ut privatim Antigenem et Teutamum, Argyraspidum duces, convenirent, horumque opera insidias Eumeni fabricarent, dona promittens ingentia et satrapias majores; similiter etiam spectatissimos civesque suos inter Argyraspides accederent, et donis corruptos ad insidiandum Eumeni instigarent. (5) Sed hi nemini persuadere valuerunt præter Teutamum Argyraspidum ducem, qui corrumpi se passus, ut collegam etiam suum Antigenem ad ejusdem facinoris societatem illectaret, operam dedit. (6) Is provida mentis sagacitate fideique constantia præstans, non tantum refragari cœpit, sed jam corruptum ad meliora consilia reduxit. (7) Magis enim expedire docuit, si Eumenes vivat, quam Antigonus. Hunc enim, quum potentior sit, in satrapias ipsis dehinc ademtas subrogaturum, quos velit, amicos; Eumenem vero, quum peregrinus sit, nunquam sibi quærere dominationem ausurum, sed ducatus munere contentum in hoc fore, ut amicitia ipsorum utatur, et provincias illis conservet, fortassis alias insuper addat, si strenuo ipsum adjutarint. Ad hunc itaque modum insidiarum contra Eumenem architecti incassum laborarunt.

LXIII. Interea dum Philotas communes literas ducibus reddit, Argyraspides et Macedones alii seorsum absque Eumene congregantur, illasque recitari jubent. (2) Scripto autem illo criminatio Eumenis continebatur, et exhortatio ad Macedones, ut Eumenem sine mora comprehensum occidant. Quod si facere neglexerint, se una cum toto exercitu ad bello domandum illos venturum, dignisque immorigeros pœnis ex merito affecturum. (3) Recitata hac epistola, ductores ac Macedones universi in magnam animorum perplexitatem inciderunt. Futurum enim necesse erat, ut si regibus addicti manerent, Antigono luerent, aut si huic obtemperarent, a Polysperchonte ac regibus punirentur. (4) Hac animorum conturbatione dum multitudo tenetur, Eumenes supervenit, lectisque literis, Macedones cohortatur, ut regum decreta exsequantur, nec homini jam aperte rebellanti auscultent. (5) Quumque multa præsenti negotio accommoda dixisset, non imminenti dumtaxat periculo exemtus est, sed etiam multitudinem ad benevolentiam pristina majorem inflexit. (6) Ita vir iste, insperatis denuo periculis circumventus, vires tamen suas incredibili successu firmiores reddidit. Quapropter indicta militibus expe-

Φοινίκης, σπεύδων τὰς ναῦς ἐξ ἁπασῶν τῶν πόλεων ἀθροῖσαι καὶ στόλον ἀξιόλογον κατασκευάσαι, ὅπως Πολυσπέρχων μὲν προςλαβόμενος τὰς ἐκ τῆς Φοινίκης ναῦς θαλαττοκρατῇ, καὶ δύνηται διαβιβάζειν ἀσφαλῶς, ὅταν βούληται, τὰς ἐκ τῆς Μακεδονίας δυνάμεις εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπ' Ἀντίγονον. Οὗτος μὲν οὖν ἐν Φοινίκῃ διέτριβε κατασκευαζόμενος τὴν ναυτικὴν δύναμιν.

LXIV. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Νικάνωρ ὁ τὴν Μουνυχίαν κατέχων, ἀκούων τὸν μὲν Κάσσανδρον ἐκ Μακεδονίας κεχωρίσθαι πρὸς Ἀντίγονον, τὸν δὲ Πολυσπέρχοντα προςδόκιμον εἶναι συντόμως ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ τῆς δυνάμεως, ἠξίου τοὺς Ἀθηναίους διαφυλάττειν τὴν πρὸς τὸν Κάσσανδρον εὔνοιαν. (2) Οὐδενὸς δὲ αὐτῷ προςέχοντος, ἀλλὰ καὶ τὴν φρουρὰν πάντων οἰομένων δεῖν ἐξάγειν τὴν ταχίστην, τὸ μὲν πρῶτον παρακρουσάμενος τὸν δῆμον ἔπεισεν ὀλίγας ἡμέρας ἐπισχεῖν· πράξειν γὰρ αὐτὸν τὰ συμφέροντα τῇ πόλει· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Ἀθηναίων ἐπί τινας ἡμέρας ἡσυχίαν ἐχόντων, ἔλαθε νυκτὸς κατ' ὀλίγους στρατιώτας εἰςαγαγὼν εἰς τὴν Μουνυχίαν, ὥςτε γενέσθαι δύναμιν ἀξιόχρεων τηρεῖν τὴν φυλακὴν καὶ διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐπιβαλλομένους πολιορκεῖν τὴν φρουράν. (3) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι γνόντες τὸν Νικάνορα μηδὲν ὑγιὲς πράττοντα, πρὸς μὲν τὸν βασιλέα καὶ Πολυσπέρχοντα πρεσβείαν ἐξέπεμψαν, ἀξιοῦντες βοηθεῖν αὐτοῖς κατὰ τὸ διάγραμμα τὸ γραφὲν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων αὐτονομίας· αὐτοὶ δὲ πλεονάκις ἐκκλησίαν συναγαγόντες ἐβουλεύοντο πῶς χρηστέον εἴη περὶ τοῦ πρὸς Νικάνορα πολέμου. (4) Τούτων δ' ἔτι περὶ ταῦτ' ἀσχολουμένων, ὁ Νικάνωρ πολλοὺς ἐξενολογηκώς, λάθρᾳ νυκτὸς ἐξαγαγὼν τοὺς στρατιώτας, κατελάβετο τὰ τείχη τοῦ Πειραιέως καὶ τοῦ λιμένος τὰ κλεῖθρα. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὴν μὲν Μουνυχίαν οὐκ ἀπειληφότες, τὸν δὲ Πειραιέα προςαποβεβληκότες, χαλεπῶς ἔφερον. (5) Διόπερ ἑλόμενοι πρέσβεις τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν καὶ φιλίαν ἐχόντων πρὸς Νικάνορα, Φωκίωνα τὸν Φώκου καὶ Κόνωνα τὸν Τιμοθέου καὶ Κλέαρχον τὸν Ναυσικλέους, ἐξαπέστειλαν ἐγκαλοῦντες μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἀξιοῦντες δὲ ἀποδοῦναι τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς κατὰ τὸ γεγενημένον διάταγμα. (6) Ὁ δὲ Νικάνωρ ἀποκρίσεις ἔδωκε πρεσβεύειν αὐτοὺς πρὸς Κάσσανδρον· ὑπ' ἐκείνου γὰρ καθεσταμένον φρούραρχον μηδαμῶς ἔχειν ἐξουσίαν ἰδιοπραγεῖν.

LXV. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἧκεν ἐπιστολὴ Νικάνορι παρ' Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ προςέταττεν ἀποδοῦναι Ἀθηναίοις τήν τε Μουνυχίαν καὶ τὸν Πειραιᾶ. Ὁ δὲ Νικάνωρ ἀκούων ὅτι μέλλουσιν οἱ βασιλεῖς καὶ Πολυσπέρχων κατάγειν εἰς Μακεδονίαν τὴν Ὀλυμπιάδα, καὶ τοῦ τε παιδίου τὴν ἐπιμέλειαν ἐκείνῃ παραδιδόναι καὶ τὴν προϋπάρχουσαν ἀποδοχὴν καὶ τιμὴν Ἀλεξάνδρου ζῶντος ἀποκαθιστάναι Ὀλυμπιάδι, φοβηθείς, ἐπηγγείλατο μὲν παραδώσειν, ἀεὶ δὲ προφάσεις τινὰς ποιούμενος παρῆγε τὴν πρᾶξιν. (2) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι πεπολυωρηκότες ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τὴν Ὀλυμπιάδα, καὶ νομίσαντες τὰς μὲν ταύτῃ δεδομένας τιμὰς

ditione, in Phœnicen contendit, naves ex omnibus passim urbibus contrahere, validamque comparare classem properans, ut Polysperchon, assumtis ex Phœnice navibus, mare in potestate haberet, et copias, quandocunque vellet, tuto e Macedonia in Asiam contra Antigonum transportare posset. Ipse ergo, ad nauticas colligendum vires, in Phœnice subsistit.

LXIV. Dum vero hæc aguntur, Nicanor, qui Munychiam tenebat, Cassandrum ex Macedonia discessisse ad Antigonum, subitumque Polysperchontis cum exercitu in Atticam adventum exspectari audiens, ab Atheniensibus contendit, ut benevolentiam erga Cassandrum retinerent. (2) At quum nemo postulata hæc admitteret, sed omnes potius quam ocissime præsidium deducendum censerent; initio quidem datis populo verbis, ut ad paucos se dies continerent, persuasit; quæ enim civitati expedirent, se facturum. Posteaquam vero aliquot dies Athenienses interquierant, noctu milites paullatim in Munychiam clanculum introduxit, adeo ut satis jam virium ad tuendum præsidium et ad dimicandum cum obsidionem molientibus haberet. (3) Quem ubi nihil sani factitare sensere Athenienses, ad regem et Polysperchontem legatione missa petunt, ut juxta tenorem literarum, quibus sua Græcis libertas redderetur, opem sibi ferant, et sæpe advocata concione, quomodo bellum contra Nicanorem administrandum sit, inter se consultant. (4) Quibus dum adhuc occupantur, Nicanor plurimos clanculum conductos noctu educit, cumque his Piræei muros et portus claustra occupat. Athenienses vero, quod et Munychiam non recepissent, et Piræeum insuper amisissent, ægerrime ferebant. (5) Ideo delectos ex præcipua nobilitate viros, et quibus cum Nicanore amicitia intercedebat, nempe Phocionem Phoci, Cononem Timothei, et Clearchum Nausiclis filios, legatos ad Nicanorem mittunt, de recens actis cum illo expostulatum, rogatumque, ut juxta mandatum suis vivendi legibus potestatem illis reddat. (6) Quibus ille respondet, ut ad Cassandrum legati eant; ab illo enim se præsidio adhibitum ducem privatam agendi potestatem minime habere.

LXV. Per hoc tempus ab Olympiade epistola venit Nicanori, qua ut et Munychiam et Piræeum Atheniensibus reddat imperatur. Is ergo audiens fore ut reges et Polysperchon Olympiadem in Macedoniam reducant, puerumque ejus curæ et tutelæ committant, pristinam insuper dignationem ac honorem, quem vivente Alexandro habuisset, ei restituant, ex metu quidem illa se redditurum promisit: causas tamen aliquas subinde prætexens negotium protraxit. (2) Athenienses quidem magni jampridem fecerant Olympiadem; et quum decretos illi honores re ipsa exhiberi opinarentur, ideoque liberæ civitatis jus extra periculum

ὄντως γεγονέναι, τὴν δὲ ἀπόληψιν τῆς αὐτονομίας διὰ ταύτης ἐλπίζοντες ἀκινδύνως ἔσεσθαι, περιχαρεῖς ἦσαν. (3) Ἀτελέστων δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν οὐσῶν, ἧκεν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυσπέρχοντος υἱὸς μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἀττικήν· οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι διέλαβον αὐτὸν ἥκειν ἀποκαταστήσοντα τῷ δήμῳ τήν τε Μουνυχίαν καὶ τὸν Πειραιᾶ, τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχεν, ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὸς ἰδίᾳ παραληψόμενος ἀμφότερα πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας *. (4) Τῶν γὰρ Ἀντιπάτρῳ γεγονότων φίλων τινές, ὧν ὑπῆρχον καὶ οἱ περὶ Φωκίωνα, φοβούμενοι τὰς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας, ὑπήντησαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ διδάξαντες τὸ συμφέρον, ἔπεισαν αὐτὸν ἰδίᾳ κατέχειν τὰ φρούρια, καὶ μὴ παραδοῦναι τοῖς Ἀθηναίοις, μέχρι ἂν ὁ Κάσσανδρος καταπολεμηθῇ. (5) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πλησίον τοῦ Πειραιέως καταστρατοπεδεύσας, τοὺς μὲν Ἀθηναίους οὐ παρελάμβανε πρὸς τὰς ἐντεύξεις τὰς πρὸς τὸν Νικάνορα, ἰδίᾳ δὲ συνιὼν εἰς λόγους καὶ ἐν ἀποῤῥήτοις διαπραττόμενος φανερὸς ἦν ἀδικεῖν μέλλων τοὺς Ἀθηναίους. (6) Ὁ δὲ δῆμος εἰς ἐκκλησίαν συνελθὼν τὰς μὲν ὑπαρχούσας ἀρχὰς κατέλυσεν, ἐκ δὲ τῶν δημοτικωτάτων τὰ ἀρχεῖα καταστήσας, τοὺς ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας γεγονότας ἄρχοντας κατεδίκασε τοὺς μὲν θανάτῳ, τοὺς δὲ φυγῇ καὶ δημεύσει τῆς οὐσίας· ἐν οἷς ἦν καὶ Φωκίων ὁ ἐπ' Ἀντιπάτρου τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐσχηκώς.

LXVI. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκβληθέντες ἐκ τῆς πόλεως κατέφυγον πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος, καὶ διὰ τούτου τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πορίζειν ἐφιλοτιμοῦντο. Προσδεχθέντες δὲ ὑπ' αὐτοῦ φιλοφρόνως, γράμματα ἔλαβον πρὸς τὸν πατέρα Πολυσπέρχοντα, ὅπως μηδὲν πάθωσιν οἱ περὶ Φωκίωνα, τἀκείνου πεφρονηκότες καὶ νῦν ἐπαγγελλόμενοι πάντα συμπράξειν. (2) Ἀποστείλαντος δὲ καὶ τοῦ δήμου πρεσβείαν πρὸς τὸν Πολυσπέρχοντα τὴν κατηγοροῦσαν μὲν τῶν περὶ Φωκίωνα, παρακαλοῦσαν δὲ τὴν Μουνυχίαν αὐτοῖς δοῦναι μετὰ τῆς αὐτονομίας, ὁ Πολυσπέρχων ἔσπευδε μὲν φρουρᾷ κατέχειν τὸν Πειραιᾶ διὰ τὸ πολλὰ δύνασθαι χρησιμεύειν τὸν λιμένα πρὸς τὰς ἐν τοῖς πολέμοις χρείας· αἰσχυνόμενος δ' ἐναντία πράττειν τῷ ὑφ' ἑαυτοῦ γεγραμμένῳ διαγράμματι, καὶ νομίζων ἄπιστος κριθήσεσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν εἰς τὴν ἐπιφανεστάτην παρανομήσῃ πόλιν, μετενόησε τῇ γνώμῃ. (3) Διακούσας δὲ τῶν πρέσβεων, τοῖς μὲν παρὰ τοῦ δήμου πρεσβεύουσι φιλανθρώπους καὶ κεχαρισμένας ἔδωκεν ἀποκρίσεις· τοὺς δὲ περὶ Φωκίωνα συλλαβὼν ἀπέστειλε δεσμίους εἰς τὰς Ἀθήνας, διδοὺς τὴν ἐξουσίαν τῷ δήμῳ εἴτε βούλεται θανατοῦν εἴτ' ἀπολῦσαι τῶν ἐγκλημάτων. (4) Συναχθείσης οὖν ἐκκλησίας ἐν ταῖς Ἀθήναις καὶ προτεθείσης κρίσεως τοῖς περὶ τὸν Φωκίωνα, πολλοὶ τῶν τε φυγάδων γεγονότων ἐπ' Ἀντιπάτρου καὶ τῶν ἀντιπολιτευομένων κατηγόρησαν αὐτῶν θανάτου. (5) Ἦν δ' ὁ σύμπας τῆς κατηγορίας λόγος ὅτι οὗτοι παραίτιοι γεγένηνται μετὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον τῆς τε δουλείας τῇ πατρίδι καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ δήμου καὶ τῶν νόμων. Ὡς δὲ τοῖς ἀπολογουμέ-

sibi restitutum iri sperarent, magno erant gaudio delibuti. (3) Interim vero dum promissis non statur, Alexander Polysperchontis filius cum exercitu in Atticam venit. Hunc Athenienses ad restituendam populo Munychiam et Piræeum adventasse quidem putabant; sed rei veritas contrarium ostendit, utrumque videlicet ipsum ad belli usus occupaturum. * (4) Nam eorum, qui amicitiam cum Antipatro coluerant, nonnulli, inter quos erat etiam Phocion, legum pœnas veriti, Alexandro occurrunt, et quid in rem esset docendo auctores illi sunt, ut præsidia sibi retineat, nec reddat Atheniensibus, donec Cassander sit debellatus. (5) Alexander itaque ad Piræeum castra metatus, ad colloquia cum Nicanore Athenienses non admittebat; sed seorsum cum illo habendis colloquiis et negotiis arcane tractandis manifesta injuriæ Atheniensibus inferendæ signa præferebat. (6) Populus ergo in concionem progressus, magistratus præsentes abrogat, et curia e maxime popularibus constituta, magistratus oligarchicos damnat: quos partim capite, partim exilio et publicatione facultatum multat. Inter hos etiam Phocion erat, penes quem summa rerum Antipatri tempore fuerat.

LXVI. Hi urbe pulsi ad Alexandrum Polysperchontis confugiunt, ejusque ope salutem tueri nituntur. Quibus ille benigne acceptis, literas dat ad patrem, ne quid incommodi eveniat Phocioni eique adjunctis, qui suis partibus faveant, et nunc promtam in omnibus operam spondeant. (2) Mittit vero etiam populus legationem ad Polysperchontem, quæ Phocionem accuset, et Munychiam cum libertate reipublicæ sibi restitui contendat. Retinendi quidem Piræei percupidus erat Polysperchon, quod multum ad usus belli portus illi commodare posset: sed quum promulgato a se decreto contraria facere ipsum puderet, et, ne fidem sibi detraherent Græci, si in urbem clarissimam delinqueret, vereretur, sententiam mutavit. (3) Auditis ergo legatis, eos sane, qui a populo missi fuerant, comiter exceptos cum responsis ad gratiam compositis dimittit; Phocionem autem cum suis comprehendit, vinctosque Athenas mittit, vel interficiendi, si vellet, vel a criminibus absolvendi, potestatem populo concedens. (4) Advocata igitur concione Athenis, judicium Phocioni ceterisque reis intenditur. Ibi multi sub Antipatro in exilium acti et alii in reipublicæ ratione dissentientes capitis illos arcessunt. (5) Caput vero accusationis hoc erat, quod post bellum Lamiacum ex bona parte effecissent, ut et patria servitute opprimeretur, et popularis administratio legesque antiquarentur. Ubi tempus ad causam dicendam reis concessum

νοις ὁ καιρὸς παρεδόθη τῆς ἀπολογίας, ὁ μὲν Φωκίων ἤρξατο ποιεῖσθαι τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον, τὸ δὲ πλῆθος τοῖς θορύβοις ἐξέσεισε τὴν ἀπολογίαν, ὥςτ' εἰς πολλὴν ἀπορίαν παραγενέσθαι τοὺς ἀπολογουμένους. (6) Λήξαντος δὲ τοῦ θορύβου, πάλιν ὁ μὲν Φωκίων ἀπελογεῖτο, ὁ δὲ ὄχλος κατεβόα καὶ τὴν φωνὴν τοῦ κινδυνεύοντος ἐκώλυεν ἐξακούεσθαι. Τὸ γὰρ πλῆθος τῶν δημοτικῶν, ἀπεωσμένον τῆς πολιτείας καὶ παρ' ἐλπίδας τετευχὸς τῆς καθόδου, πικρῶς διέκειτο πρὸς τοὺς ἀφῃρημένους τὴν αὐτονομίαν.

LXVII. Βιαζομένου δὲ τοῦ Φωκίωνος καὶ πρὸς περίστασιν ἀπεγνωσμένην ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἀγωνιζομένου, οἱ μὲν πλησίον ὄντες ἤκουον τῶν τῆς ὑποθέσεως δικαίων, οἱ δὲ μακρότερον διεστηκότες διὰ τὸ μέγεθος τῆς κραυγῆς τῶν θορυβούντων ἤκουον μὲν οὐδέν, αὐτὴν δὲ μόνην ἐθεώρουν τὴν τοῦ σώματος κίνησιν, γινομένην ἐναγώνιον καὶ ποικίλην διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου. (2) Τέλος δὲ ἀπογνοὺς τὴν σωτηρίαν ὁ Φωκίων ἀνεβόησε, δεόμενος αὐτοῦ μὲν καταψηφίσασθαι τὸν θάνατον, τῶν δ' ἄλλων φείδεσθαι. Ἀμεταθέτου δὲ τῆς τοῦ πλήθους ὁρμῆς καὶ βίας οὔσης, παρεπορεύοντό τινες τῶν φίλων συνηγορήσοντες τῷ Φωκίωνι, ὧν τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν λόγων ἤκουον, ὁπότε δὲ προβαίνοντες φανεροὶ καθίσταντο τὴν ἀπολογίαν διεξιόντες, ἐξεβάλλοντο τοῖς θορύβοις καὶ ταῖς ἐναντιουμέναις κραυγαῖς. (3) Τὸ δ' ἔσχατον πανδήμῳ φωνῇ καταχειροτονηθέντες εἰς τὸ δεσμωτήριον ἤγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Συνηκολούθουν δὲ αὐτοῖς πολλοὶ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ὀδυρόμενοι καὶ συμπάσχοντες ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν ἀτυχημάτων. (4) Τὸ γὰρ πρωτεύοντας ἄνδρας ταῖς δόξαις καὶ ταῖς εὐγενείαις, πολλὰ πεπραχότας ἐν τῷ ζῆν φιλάνθρωπα, μήτε λόγου μήτε κρίσεως δικαίας τυγχάνειν, πολλοὺς ἦγεν εἰς ἐπίστασιν διανοίας καὶ φόβον, ἀστάτου καὶ κοινῆς ἅπασι τῆς τύχης οὔσης. (5) Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν δημοτικῶν καὶ πικρῶς διακειμένων πρὸς αὐτὸν ἐλοιδόρουν τε ἀνηλεῶς καὶ πικρῶς ὠνείδιζον αὐτῷ τὰς συμφοράς· τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις σιωπώμενον μῖσος ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἐκραγῇ, ταῖς ὀργαῖς ἀποθηριοῦται πρὸς τοὺς μισουμένους. (6) Διὰ δὲ τῆς τοῦ κωνείου πόσεως κατὰ τὸ πάτριον ἔθος τὸν βίον καταλύσαντες ἐρρίφησαν ἄταφοι πάντες ἐκ τῶν τῆς Ἀττικῆς ὅρων. Ὁ μὲν οὖν Φωκίων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ διαβληθέντες τοιαύτην ἔσχον τὴν τοῦ βίου καταστροφήν.

LXVIII. Κάσσανδρος δὲ παρ' Ἀντιγόνου λαβὼν ναῦς μακρὰς τριάκοντα καὶ πέντε, στρατιώτας δὲ τετρακισχιλίους, κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ. Προςδεχθεὶς δ' ὑπὸ Νικάνορος τοῦ φρουράρχου, παρέλαβε τὸν Πειραιᾶ καὶ τὰ κλεῖθρα τοῦ λιμένος· τὴν δὲ Μουνυχίαν αὐτὸς ὁ Νικάνωρ κατεῖχεν ἔχων ἰδίους στρατιώτας ἱκανοὺς εἰς τὸ τηρεῖν τὸ φρούριον. (2) Πολυσπέρχων δὲ μετὰ τῶν βασιλέων ἔτυχε μὲν διατρίβων περὶ τὴν Φωκίδα, πυθόμενος δὲ τὸν εἰς Πειραιᾶ κατάπλουν τοῦ Κασσάνδρου, παρῆλθεν εἰς τὴν Ἀττικήν, καὶ πλησίον

aderat, Phocion pro se verba facere cœpit. Sed plebs per tumultum ejus defensionem explosit, adeo ut quo se verterent rei, non haberent. (6) Cessante autem tumultu, Phocion iterum causam suam agere; sed occlamare turba, et ne exaudiretur vox periclitantis impedire. Nam plebeiorum multitudo, a reipublicæ administratione submota, quum præter spem reditum nancisceretur, odium gerebat amarulentissimum erga illos, qui suis vivendi legibus potestatem civibus ademerant.

LXVII. Dum ita per vim rejicitur Phocion, inque desperata conditione pro vitæ suæ incolumitate decertat, qui proxime erant, æquitatem causæ quidem audierunt; at longius stantes, præ nimio tumultuantium vociferatu nihil audire, sed motum dicentis vehementem variumque, ob periculi magnitudinem, videre poterant. (2) Tandem spe salutis abjecta, Phocion exclamans oravit, ut sibi quidem pœnam capitis irrogarent, ceteris vero parcerent. At quum immutabilis esset vulgi impetus et violentus, amicorum nonnulli ad patrocinandum Phocioni accessere: quorum initia quidem orationis audiebat plebs; ubi vero progressi defensionis indicia præbuere, per tumultus et obluctantes vociferatus ejiciebantur. (3) Ad extremum totius populi suffragiis voce editis, condemnati in carcerem ad supplicium abducuntur, prosequentibus eos multis honestis bonisque viris, qui vicem illorum dolerent, et calamitatum magnitudinem deplorarent. (4) Nam quod primariæ auctoritatis ac nobilitatis viri, qui multa per vitam benigne fecerant, nec causæ dicendæ nec judicii legitimi copiam impetrarent, id multis attentiorem rei considerationem ac metum incutiebat, eo quod inconstans omnibusque communis esset fortuna. (5) At multi plebeiorum et ira exacerbatorum conviciis eum lacerabant immaniter, et acerbe miserias exprobrabant. Nam odium in rebus secundis occultatum, quando post mutationem in adversis cum ira erumpit, contra invisos prorsus efferatur. (6) Cicutæ igitur potione more patrio necati omnes extra fines Atticæ insepulti projiciuntur. Hunc vitæ exitum cum ceteris eadem calumnia oppressis Phocion habuit.

LXVIII. Cassander vero, ab Antigono triginta quinque naves longas et quattuor militum millia adeptus, Piræeum subiit: et a Nicanore præsidii duce exceptus, Piræeum et portus claustra in potestatem redegit. At Munychiam Nicanor ipse retinuit cum manu, quæ tutando castello sufficeret. (2) Polysperchon vero cum regibus in Phocide subsistens, ubi de Cassandri ad Piræeum trajectu certior factus est, in Atticam movet et juxta Piræeum castra ponit

τοῦ Πειραιέως κατεστρατοπέδευσεν. (3) Εἶχε δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατιώτας πεζοὺς μὲν Μακεδόνας δισμυρίους, τῶν δ' ἄλλων συμμάχων περὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, ἐλέφαντας δὲ ἑξήκοντα πέντε. Ἐπεβάλετο μὲν οὖν πολιορκεῖν τοὺς περὶ τὸν Κάσσανδρον, σπανίζων δὲ τροφῆς, καὶ τὴν πολιορκίαν ὑπολαμβάνων ἔσεσθαι πολυχρόνιον, ἠναγκάσθη μέρος τῆς δυνάμεως ἀπολιπεῖν κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὸ δυνάμενον ἔχειν τὴν τοῦ σίτου χορηγίαν, ἡγουμένου τοῦ υἱοῦ Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς δὲ τὸ πλεῖστον τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν παρῆλθεν εἰς Πελοπόννησον, συναναγκάσων τοὺς Μεγαλοπολίτας πειθαρχεῖν τοῖς βασιλεῦσιν· ἐτύγχανον γὰρ τὰ Κασσάνδρου φρονοῦντες καὶ διὰ τῆς ὑπ' Ἀντιπάτρου καθεσταμένης ὀλιγαρχίας διοικούμενοι.

LXIX. Τοῦ δὲ Πολυσπέρχοντος περὶ ταῦτα διατρίβοντος, ὁ Κάσσανδρος ἀναλαβὼν τὸν στόλον Αἰγινήτας μὲν προςηγάγετο, τοὺς δὲ Σαλαμινίους ἀλλότρια φρονοῦντας εἰς πολιορκίαν συνέκλεισε. Καθ' ἡμέραν δὲ συνεχεῖς ποιούμενος προςβολάς, καὶ βελῶν καὶ στρατιωτῶν εὐπορῶν, εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἤγαγε τοὺς Σαλαμινίους. (2) Κινδυνευούσης δὲ τῆς πόλεως ἁλῶναι κατὰ κράτος, ὁ Πολυσπέρχων ἐξέπεμψε δύναμιν ἀξιόλογον πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν τὴν ἐπιθησομένην τοῖς πολιορκοῦσι. Διόπερ ὁ Κάσσανδρος καταπλαγεὶς καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀπέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ. (3) Πολυσπέρχων δὲ βουλόμενος τὰ κατὰ τὴν Πελοπόννησον διοικῆσαι συμφερόντως, παρῆλθε, καὶ συναγαγὼν ἐκ τῶν πόλεων συνέδρους, διελέχθη περὶ τῆς πρὸς αὐτὸν συμμαχίας. Ἐξέπεμψε δὲ καὶ πρὸς τὰς πόλεις πρεσβευτάς, προστάττων τοὺς μὲν δι' Ἀντιπάτρου καθεσταμένους ἄρχοντας ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας θανατῶσαι, τοῖς δὲ δήμοις ἀποδοῦναι τὴν αὐτονομίαν. (4) Πολλῶν δ' ὑπακουσάντων, καὶ κατὰ τὰς πόλεις φόνων γινομένων καί τινων φυγαδευομένων, οἱ μὲν Ἀντιπάτρου φίλοι διεφθάρησαν, τὰ δὲ πολιτεύματα τὴν ἐκ τῆς αὐτονομίας παῤῥησίαν ἀπέλαβον καὶ συνεμάχουν τοῖς περὶ τὸν Πολυσπέρχοντα· μόνων δὲ τῶν Μεγαλοπολιτῶν διατηρούντων τὴν πρὸς Κάσσανδρον φιλίαν, ἔκρινε πολιορκῆσαι τὴν πόλιν αὐτῶν.

LXX. Οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται γνόντες τὴν ἐπιβολὴν τοῦ Πολυσπέρχοντος, ἐψηφίσαντο τὰ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας κατάγειν εἰς τὴν πόλιν· τῶν δὲ πολιτῶν καὶ ξένων καὶ δούλων ἀριθμὸν ποιησάμενοι, μυρίους καὶ πεντακιςχιλίους εὗρον τοὺς δυναμένους παρέχεσθαι τὰς πολεμικὰς χρείας. Εὐθὺς οὖν τοὺς μὲν εἰς τάξεις κατελόχιζον, οὓς δὲ πρὸς τὰς ὑπηρεσίας τοῖς ἔργοις καθίστανον, οὓς δ' ἐπὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν τειχῶν ἔταττον. (2) Ὑφ' ἕνα δὲ καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν οἱ μὲν περὶ τὴν πόλιν τάφρον ὤρυττον βαθεῖαν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς χώρας χάρακα παρεκόμιζον, τινὲς δὲ τὰ πεπονηκότα τῶν τειχῶν κατεσκεύαζον, ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ὁπλοποιίας καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν ὀξυβελῶν καταπελτῶν ἐγίνοντο, πᾶσα δ' ἡ πόλις ἐν ἔργοις καθειστήκει διά τε τὴν προθυμίαν τῶν ἀνδρῶν καὶ διὰ τοὺς προςδοκωμένους κινδύνους. (3) Διεβεβόητο

(3) Habebat autem in peditatu Macedonum viginti millia, et aliorum sociorum ferme quattuor millia, equites mille, et sexaginta quinque elephantes. Cassandrum igitur obsidere instituit; sed quia commeatus deerat, et diuturnior videbatur obsidio, necessitas ipsa suasit, ut partem copiarum in Attica relinqueret, quantæ sufficeret ibi commeatus. Dux vero Alexander erat. Ipse cum majore exercitus parte in Peloponnesum transit, ut Megalopolitas ad regum imperata se attemperare cogeret, qui paucorum administrationem ab Antipatro constitutam amplexi Cassandro adhærebant.

LXIX. Dum ista tractat Polysperchon, Cassander instructa classe Æginetas sibi adjungit, Salaminios vero, non amice erga se affectos, obsidione cingit; et continente per singulos dies oppugnatione, quod sat telorum et militum suppeteret, in extremum illos discrimen adducit. (2) Quum igitur parum abesset quin per vim urbs caperetur, Polysperchon peditum et classiariorum agmen non contemnendum mittit, quo obsidentes aggrediatur. Quorum adventu territus Cassander, soluta obsidione, in Piræeum abscessit. (3) Tum Polysperchon, ut ad regni utilitatem res Peloponnesi componeret, illuc transivit. Et senatu civitatum coacto, de societate belli verba ad eos fecit. Legatos etiam ad civitates misit cum mandatis, ut magistratus, in oligarchia Antipatri jussu creatos, necarent, et populo jus utendi legibus pristinum redderent. (4) Mos a plerisque gerebatur; dumque cædes per urbes fiunt, et pars exilio multatur, Antipatri partium studiosi pessum dabantur, et respublicæ, legum suarum auctoritate recuperata, cum Polysperchonte societatem coibant. Megalopolitæ soli amicitiam Cassandri tuebantur. Horum igitur urbem obsidendam statuit.

LXX. Megalopolitæ, conatu Polysperchontis intellecto, plebiscito, quidquid in agro esset, in urbem reducere decernunt. Dumque civium et peregrinorum cum servis numerum instituunt, quindecim millia inveniuntur, qui bellicis usibus apti forent. Confestim ergo partem in ordines cooptant, partem ad operum ministeria adhibent; nonnullis mœnium accurationem demandant. (2) Ita fiebat ut uno eodemque tempore alii profundam circum urbem fossam egererent, alii ex agro vallos comportarent, nonnulli partes murorum labefactatas resarcirent, alii vero cudendis armis, ac catapultis acutorum missilium conficiendis operam darent: adeo ut tota civitas in opere versaretur, quum ob virorum promtitudinem alacerrimam, tum ob pericula jam

γὰρ τό τε μέγεθος τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ τὸ πλῆθος τῶν συνακολουθούντων ἐλεφάντων καὶ δοκούντων ἀνυπόστατον ἔχειν τήν τε ἀλκὴν καὶ τὴν τοῦ σώματος ὁρμήν. (4) Ταχὺ δὲ πάντων εὐτρεπῶν γενομένων, ὁ μὲν Πολυσπέρχων ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, καὶ πλησίον τῆς πόλεως ἐστρατοπέδευσε δύο θέμενος παρεμβολάς, τὴν μὲν τῶν Μακεδόνων, τὴν δὲ τῶν συμμάχων. Κατασκευάσας δὲ πύργους ξυλίνους ὑψηλοτέρους τῶν τειχῶν, προςῆγε τῇ πόλει κατὰ τοὺς εὐθέτους τόπους, καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ τοὺς ἀγωνιζομένους ἐπιστήσας ἀνέστελλε τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἀντιτεταγμένους. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις διὰ τῶν μεταλλευόντων ὑπορύξας τὰ τείχη καὶ τὰς στήριγγας ἐμπρήσας, κατέβαλε τρεῖς πύργους τοὺς μεγίστους καὶ μεσοπύργια τὰ ἴσα. Μεγάλου δὲ τοῦ πτώματος καὶ παραδόξου γενομένου, τὸ μὲν πλῆθος τῶν Μακεδόνων ἀνεβόησεν, οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν διὰ τὴν δεινότητα τῆς πράξεως κατεπλάγησαν. (6) Ἔνθα δὴ τῶν Μακεδόνων διὰ τοῦ πτώματος εἰςπιπτόντων εἰς τὴν πόλιν, οἱ Μεγαλοπολῖται διεῖλον σφᾶς αὐτούς, καὶ τῷ μὲν ἑνὶ μέρει τοὺς πολεμίους ὑποστάντες καὶ τὴν ἐν τῷ πτώματι δυςχωρίαν συνεργὸν ἔχοντες, καρτερὰν μάχην συνίσταντο, τῷ δ' ἑτέρῳ χάρακι διελάμβανον τὸν ἐντὸς τοῦ πτώματος τόπον, καὶ τεῖχος ἕτερον ἀντῳκοδόμουν, συνεχῶς ἐργαζόμενοι καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ. (7) Ταχὺ δὲ τῶν ἔργων συντελουμένων διά τε τὴν πολυχειρίαν καὶ τὸ πλῆθος τῆς εἰς ἅπαντα παρασκευῆς, τὸ μὲν διὰ τοῦ πτώματος ἐλάττωμα συντόμως οἱ Μεγαλοπολῖται διωρθώσαντο, πρὸς δὲ τοὺς ἐπὶ τῶν ξυλίνων πύργων ἀγωνιζομένους τοῖς τε ὀξυβελέσι καταπέλταις ἐχρῶντο καὶ τοῖς σφενδονήταις καὶ τοξόταις πολλοὺς τῶν πολεμίων κατετίτρωσκον.

LXXI. Πολλῶν δὲ πιπτόντων παρ' ἀμφοτέροις καὶ κατατραυματιζομένων, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπικαταλαβούσης, ὁ μὲν Πολυσπέρχων ἀνακαλεσάμενος τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας, ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν. (2) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν τοῦ πτώματος τόπον ἀνακαθάρας ἐποίησε βάσιμον τοῖς θηρίοις, καὶ διενοεῖτο χρήσασθαι ταῖς τούτων ῥώμαις πρὸς τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως. Οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται, Δαμίδος ἡγουμένου καὶ τούτου γεγονότος κατὰ τὴν Ἀσίαν μετ' Ἀλεξάνδρου καὶ περὶ τὰς φύσεις καὶ χρείας τῶν ἐλεφάντων ἐμπειρίαν ἔχοντος, οὐ μετρίως ἐπροτέρησαν. (3) Οὗτος γὰρ τὴν ἰδίαν ἐπίνοιαν ἀντίταγμα τῇ τῶν θηρίων βίᾳ κατασκευάσας, ἀχρήστους ἐποίησε τὰς τῶν σωμάτων ῥώμας. Θύρας γὰρ μεγάλας πλείονας ἥλοις ὀξέσι καταπυκνώσας, καὶ ταύτας ἐν ὀρύγμασι ταπεινοῖς καταστρώσας, καὶ τὰς ἐξοχὰς τῶν κέντρων ἐπικρυψάμενος, κατέλιπε διὰ τούτων δίοδον εἰς τὴν πόλιν· καὶ κατὰ μέτωπον μὲν οὐδένα τῶν στρατιωτῶν ἔστησεν, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων ἔταξε πλῆθος ἀκοντιστῶν καὶ τοξοτῶν καὶ τῶν καταπελτικῶν βελῶν. (4) Τοῦ δὲ Πολυσπέρχοντος ἀνακαθάραντος πάντα τὸν τόπον τοῦ πτώματος, καὶ τοῖς θηρίοις ἀθρόοις διὰ τούτου τὴν ἔφοδον ποιουμένου, παράδοξος ἐγένετο

jam ingruitura. (3) Magnitudo enim exercitus regii, et elephantorum subsequentium, qui et robore ac impetu corporis insuperabili essent, numerus ubique percelebris erat. (4) Jamque omnia recte parata erant, ubi Polysperchon, cum toto exercitu adventans, proxime urbem bina, qua Macedonum, qua sociorum, castra ponit, et turres, quas ex ligno construxerat, mœnibus altiores, opportunis locis urbi admovet. Imposuerat vero omne telorum genus cum viris, qui inde depugnarent. His constitutos in propugnaculis repellit. (5) Interea dum hæc geruntur, subrutis fossorum opera muris, fulcrisque succensis, turres tres maximas cum totidem propugnaculis interjectis demolitur. Quumque ingens subito et præter opinionem ruina fieret, a Macedonum vulgo exclamatur; oppidani vero insolentiam rei obstupescunt. (6) Jamque per collapsam muri partem Macedone irrumpente, Megalopolitæ in partes divisi, una hostem, difficultate locorum per rudera adjuti, egregia commissa pugna sustinent; altera locum ruina patefactum vallo intersepiunt, et continuato per diem noctemque opere, alterum hosti murum objiciunt. (7) Re celeriter perfecta, quod et operarum multitudine et apparatu ad omnia sufficiente instructi essent, illud ex ruina ortum damnum cito Megalopolitæ resarciunt. Contra illos vero, qui de ligneis turribus pugnabant, catapultarum missilibus utuntur, et funditorum opera sagittariorumque hostes magno numero sauciant.

LXXI. Quum igitur multi utrinque caderent et vulnerarentur, et nox appetisset, Polysperchon, tuba revocatis militibus, in castra sua retrocessit. (2) Postridie, expurgatum ruinæ locum belluis permeabilem fecit. Robore enim illarum ad expugnationem urbis uti cogitabat. At Megalopolitæ Damidis, qui Alexandro quondam militans, quæ natura esset elephantum atque usus per experientiam cognoverat, ductu non mediocriter prævalebant. (3) Hic enim violentiæ belluarum industriam suam opponendo robur corporum istorum inutile reddebat. Foribus enim amplis, nec paucis numero, clavos præacutos infigit, easque humilibus fossis ita insternit, ut cuspidum summitates tegerentur, et per has transitum in urbem relinquit. In fronte quidem neminem ex militibus constituit: sed ex obliquo jaculatores sagittariosque et catapultarum missilia non exiguo numero collocat (4) Quum igitur, toto ruinarum loco repurgato, Polysperchon jam cum agmine conferto belluarum ingrueret, inopi-

πρᾶξις περὶ τοὺς ἐλέφαντας. Οὐδενὸς γὰρ ἀπαντῶντος κατὰ στόμα τοῖς θηρίοις, οἱ μὲν Ἰνδοὶ συνηνάγκαζον εἰςπίπτειν εἰς τὴν πόλιν, οἱ δ' ἐλέφαντες τῇ ῥύμῃ προπίπτοντες ἐνέπιπτον εἰς τὰς καταχεκεντρωμένας θύρας. (5) Τραυματιζόμενοι δὲ τοὺς πόδας ὑπὸ τῶν ἥλων καὶ διὰ τὸ βάρος περιπειρόμενοι τοῖς κέντροις, οὔτε προϊέναι ποῤῥώτερον οὔτ' ἀναστρέφειν διὰ τὴν δυςκινησίαν ἠδύναντο. Ἅμα δὲ καὶ βελῶν παντοδαπῶν ἐκ πλαγίων φερομένων, οἱ μὲν ἀπέθνησκον τῶν Ἰνδῶν, οἱ δὲ κατατραυματιζόμενοι τῆς ἐνδεχομένης χρείας ὑστεροῦντο. (6) Τὰ δὲ θηρία διά τε τὸ πλῆθος τῶν βελῶν καὶ διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τῶν ἥλων πληγῆς περιώδυνα γινόμενα τὴν διὰ τῶν φίλων ἐπιστροφὴν ἐποιοῦντο, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατεπάτουν. Τέλος δὲ τὸ μὲν ἀνδρειότατον αὐτῶν καὶ πλείστην ἔχον κατάπληξιν ἔπεσε, τῶν δὲ ἄλλων τὰ μὲν ἄχρηστα παντελῶς ἐγένετο, τὰ δὲ πολλοῖς τῶν ἰδίων θάνατον ἐπήνεγκε. Μετὰ δὲ τὴν εὐημερίαν ταύτην οἱ μὲν Μεγαλοπολῖται ταῖς ψυχαῖς ἐθάῤῥησαν.

LXXII. Ὁ δὲ Πολυσπέρχων μετανοηθεὶς ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ, καὶ πολὺν χρόνον ἐπιμένειν οὐ δυνάμενος, ἐπὶ μὲν τῆς πολιορκίας ἀπέλιπε μέρος τῆς δυνάμεως, αὐτὸς δ' ἐφ' ἑτέρας ἀναγκαιοτέρας πράξεις ἐτρέπετο. (2) Καὶ Κλεῖτον μὲν τὸν ναύαρχον μετὰ τοῦ στόλου παντὸς ἐξέπεμψε, προστάξας ἐφεδρεύειν τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήςποντον τόποις, καὶ κωλύειν τὰς ἐκ τῆς Ἀσίας διαβιβαζομένας δυνάμεις εἰς τὴν Εὐρώπην· προςλαβέσθαι δὲ καὶ Ἀῤῥιδαῖον τὸν συμπεφευγότα μὲν μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν τῶν Κιανῶν πόλιν, ἐχθρὸν δ' ὄντα τοῖς περὶ τὸν Ἀντίγονον. (3) Τούτου δὲ πλεύσαντος ἐπὶ τὸν Ἑλλήςποντον, καὶ προςαγαγομένου τὰς ἐν τῇ Προποντίδι πόλεις, ἔτι δὲ προςδεξαμένου τὴν μετ' Ἀῤῥιδαίου δύναμιν, κατέπλευσεν εἰς τοὺς τόπους ἐκείνους Νικάνωρ ὁ τῆς Μουνυχίας φρούραρχος, ἐξαπεσταλμένος ὑπὸ Κασσάνδρου μετὰ παντὸς τοῦ στόλου· προςελάβετο δὲ καὶ τὰς παρ' Ἀντιγόνου ναῦς, ὥςτε τὰς πάσας ἔχειν πλείους τῶν ἑκατόν. (4) Γενομένης δὲ ναυμαχίας οὐ μακρὰν τῆς τῶν Βυζαντίων πόλεως, ἐνίκα ὁ Κλεῖτος, καὶ κατέδυσε μὲν τῶν ἐναντίων ναῦς ἑπτακαίδεκα, εἷλε δὲ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν οὐκ ἐλάττους τῶν τετταράκοντα· αἱ δὲ λοιπαὶ κατέφυγον εἰς τὸν τῶν Χαλκηδονίων λιμένα. (5) Τοιαύτης δ' εὐημερίας γενομένης τοῖς περὶ τὸν Κλεῖτον, οὗτος μὲν ὑπέλαβε μηκέτι τολμήσειν τοὺς πολεμίους ναυμαχήσειν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἥττης· ὁ δ' Ἀντίγονος πυθόμενος τὰ περὶ τὸν στόλον ἐλαττώματα, παραδόξως διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ στρατηγίας ἀνεμαχέσατο τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα. (6) Παρὰ γὰρ τῶν Βυζαντίων μεταπεμψάμενος ναῦς ὑπηρετικάς, ταύταις μὲν διεβίβαζεν εἰς τὸ πέραν τοξότας τε καὶ σφενδονήτας καὶ τῶν ἄλλων τῶν ψιλικῶν ταγμάτων τοὺς ἱκανοὺς κατὰ νύκτα. Οὗτοι δὲ πρὸ ἡμέρας ἐπιθέμενοι τοῖς ἐκ τῶν πολεμίων νεῶν ἀποβεβηκόσιν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ πεζῇ κατεστρατοπεδευκόσι, κατεπλήξαντο τοὺς περὶ τὸν Κλεῖτον. Ταχὺ δὲ πάντων διὰ

natum quiddam elephantibus accidit. Nemine enim ex adverso belluis occurrente, Indi impressionem in urbem illos facere cogebant. Qui violenter irruentes, in fores stimulis refertas incidebant. (5) Clavis ergo pedes sauciati, et propter molem penitius stimulis perforati, nec progredi ulterius, nec retro se convertere propter motus difficultatem ullo modo valebant. Præterea quum telorum omne genus ex obliquo in eos conjiceretur, Indorum alii mortem oppetebant, alii vulneribus confecti idoneum exinde usum præbere non poterant. (6) Feræ interim præ missilium insigni crebritate insolentiaque vulnerum a clavis illatorum ad magnos adactæ cruciatus, per amicos reditum sibi parare multosque illorum conculcare cœperunt. Tandem fortissima illarum et maxime formidabilis cecidit : Ceterarum pars omnino inutilis evasit, pars plurimis suorum necem attulit. Ab hoc igitur successu animos Megalopolitæ resumsere.

LXXII. Polysperchon vero, quem obsidionis susceptæ pœnituit, quia ad longius ibi tempus desidere non poterat, partem exercitus obsidioni reliquit : ipse interim ad res magis necessarias se convertit. (2) Tum Clitum navibus præfectum cum tota classe misit, ad finitima Hellesponti stationem habere jubens, et prohibere copias ex Asia in Europam transmeantes ; Arrhidæum quoque assumere, qui cum militibus suis in Cianorum urbem confugerat, Antigono inimicum. (3) Is postquam ad Hellespontum trajecerat, jamque urbes ad Propontidem in fidem accipiebat, Arrhidæi quoque copiis se confirmaverat, ad loca illa Nicanor, præsidii Munychiani ductor, a Cassandro cum tota classe missus, navigavit. Antigoni etiam naves assumsit, ita ut supra centum numerus se extenderet. (4) Commisso igitur prœlio navali haud procul a Byzantiorum urbe, Clitus vincit, et naves hostium septemdecim demergit, nec infra quadraginta cum ipsis hominibus capit. Reliqui in Chalcedonensium se portum recipiunt. (5) His tam prospere gestis Clitus, hostes mari non amplius contendere ausuros, propter cladis acceptæ magnitudinem, existimabat. Antigonus vero, audito classis detrimento, confestim industria sua et arte imperatoria illud reparavit. (6) Nam actuariis navibus a Byzantiis noctu arcessitis, sagittarios, funditores et alios ex levis armaturæ ordinibus, quot sufficere videbantur, imponit, eosque per noctem in oram ulteriorem transportat. Hi ex hosticis navibus in terram egressos, et castra pedestria metatos, summo mane adorti, terrorem Clitianis incutiunt, qui subito metu perturbati in

τὸν φόβον τεταραγμένων, καὶ εἰς τὰς ναῦς ἐμπηδώντων, πολὺς ἐγένετο θόρυβος διά τε τὰς ἀποσκευὰς καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων. (7) Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀντίγονος ἐξαρτύσας τὰς μακρὰς ναῦς καὶ τῶν ἀλκιμωτάτων πεζῶν πολλοὺς ἐπιβάτας ἐπιστήσας ἀπέστειλε, παρακαλέσας τεθαῤῥηκότως ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις, ὡς πάντως καθ' ἑαυτοὺς ἐσομένου τοῦ νικήματος. (8) Τοῦ δὲ Νικάνορος νυκτὸς ἀναχθέντος, καὶ διαφωσκούσης τῆς ἡμέρας, οὗτοι μὲν ἐπιπεσόντες ἄφνω τοῖς πολεμίοις τεθορυβημένοις, εὐθὺς κατὰ τὸν πρῶτον ἐπίπλουν ἐτρέψαντο· καὶ τὰς μὲν τοῖς ἐμβόλοις τύπτοντες ἀνέῤῥηττον, ὧν δὲ τοὺς ταρσοὺς παρέσυρον, ὧν δὲ αὐτάνδρων παραδιδομένων ἀκινδύνως ἐκυρίευον· τέλος δὲ πλὴν μιᾶς τῆς ναυαρχίδος τῶν λοιπῶν πασῶν αὐτάνδρων ἐκυρίευσαν. (9) Ὁ δὲ Κλεῖτος φυγὼν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καταλιπὼν τὴν ναῦν, ἐπεβάλετο μὲν διὰ Μακεδονίας ἀνασώζεσθαι, περιπεσὼν δὲ στρατιώταις τισὶ τοῦ Λυσιμάχου διεφθάρη.

LXXIII. Ἀντίγονος μὲν οὖν τηλικαύτῃ συμφορᾷ περιβαλὼν τοὺς πολεμίους, μεγάλην ἐπὶ στρατηγίᾳ καὶ συνέσει δόξαν ἀπηνέγκατο. Θαλαττοκρατῆσαι δὲ ἔσπευδε καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν ἀδήριτον περιποιήσασθαι. Διόπερ ἐξ ἁπάσης τῆς δυνάμεως ἐπιλέξας εὐζώνους πεζοὺς μὲν δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους, προῆγεν ἐπὶ Κιλικίας, σπεύδων τοὺς περὶ τὸν Εὐμένη κατακόψαι πρὸ τοῦ δύναμιν ἁδροτέραν ἀθροίζειν. (2) Εὐμένης δὲ πυθόμενος τὴν ὁρμὴν τῶν περὶ τὸν Ἀντίγονον, ἐπεβάλετο μὲν τὴν Φοινίκην ἀνακτᾶσθαι τοῖς βασιλεῦσι, κατειλημμένην ἀδίκως ὑπὸ Πτολεμαίου, καταταχούμενος δ' ὑπὸ τῶν καιρῶν ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Φοινίκης, καὶ διὰ τῆς κοίλης Συρίας προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως, σπεύδων τῶν ἄνω λεγομένων σατραπειῶν ἅψασθαι. (3) Περὶ δὲ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἐπιθεμένων αὐτῷ τῶν ἐγχωρίων νυκτός, ἀπέβαλέ τινας τῶν στρατιωτῶν· παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν ἐπιθεμένου τοῦ Σελεύκου παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ἐκινδύνευσε μὲν ἅπασαν ἀποβαλεῖν τὴν δύναμιν, διώρυγός τινος ῥαγείσης καὶ τῆς στρατοπεδείας ὅλης συγκλυσθείσης, ὅμως δὲ διὰ τῆς ἰδίας στρατηγίας, ἐπί τι χῶμα καταφυγὼν καὶ τὴν διώρυγα πάλιν ἀποστρέψας, διέσωσεν αὑτόν τε καὶ τὴν δύναμιν. (4) Παραδόξως δὲ τὰς τοῦ Σελεύκου χεῖρας διαφυγὼν διήνυσεν εἰς τὴν Περσίδα μετὰ τῆς δυνάμεως, ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ τριακοσίους. Ἀναλαβὼν δὲ τοὺς στρατιώτας ἐκ τῆς κακοπαθείας, διεπέμπετο πρός τε τοὺς σατράπας καὶ στρατηγοὺς τοὺς ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις, μεταπεμπόμενος στρατιώτας τε καὶ χρήματα. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν μέχρι τούτων προέβη τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

LXXIV. Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Πολυσπέρχοντος διὰ τὴν ἐλάττωσιν τῆς κατὰ τοὺς Μεγαλοπολίτας πολιορκίας καταφρονηθέντος, αἱ πλεῖσται τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀφιστάμεναι τῶν βασιλέων πρὸς Κάσσανδρον

naves insiliunt. Unde ingens omnibus exsistit tumultus, qua ob impedimenta, qua etiam ob captivorum multitudinem. (7) Interim Antigonus naves longas adornarat. In his ex peditum strenuissimis non mediocri numero collocatos classiarios eo mittit, cum exhortatione, ut audacter hostes invadant, victoria enim certissime potituros. (8) Hi ergo cum Nicanore noctu subvecti, quum jam illucesceret, subito in hostes tumultuantes impressione facta, primo statim concursu illos vertunt, naviumque alias rostris pulsatas lacerant, aliis remos detergent; nonnullas cum viris se dedentes citra discrimen in potestatem accipiunt. Tandem, excepta prætoria, reliquis omnibus una cum militibus potiuntur. (9) Clitus autem, ad terram fuga elapsus, deserta navi, per Macedoniam se recipere instituit, at in Lysimachi milites quosdam delapsus interiit.

LXXIII. Antigonus igitur, clade tanta hostibus affectis, magnam ex sollertia militari et prudentia gloriam reportavit. Tum maris potestatem sibi vindicare, Asiæque imperium citra controversiam acquirere properabat. Ideo ex omni exercitu viginti peditum millibus, et equitum millibus quattuor delectis, qui maxime forent expediti, versus Ciliciam movit, ut Eumenis cohortes dissiparet, priusquam agmen copiosius contraxisset. (2) Ille vero, cognito Antigoni impetu, Phœnicen regibus iterum vindicare, injuste a Ptolemæo occupatam, conabatur. Sed ab opportunitate destitutus, motis e Phœnice castris, agmen per cavam Syriam duxit, ut satrapias, quas superiores nuncupant, attingeret. (3) Tum incolarum ad Tigrim incursu nocturno nonnullos suorum amisit. Consimili fortuna a Seleuco in Babylonia juxta Euphratem impeditus, totius amittendi exercitus discrimen incidit: ubi parum abfuit, quin fossa quædam rupta tota ejus castra submersisset. Sed imperatoriam tunc sollertiam adhibens, in tumulum quendam confugit, fossaque iterum aversa, se cum exercitu servavit. (4) Sic contra quam sperasset e Seleuci manibus elapsus, cum agmine in Persidem devenit, quindecim millibus peditum, et de mille et trecentis equitibus tunc instructus. Recreato a laboribus et ærumnis milite, ad præfectos et satrapas superiorum provinciarum misit, qui milites et pecunias inde arcesserent. Res itaque Asiæ hunc illo anno progressum habuere.

LXXIV. In Europa vero, posteaquam Polysperchon ob cladem ad Megalopolin acceptam in contemtum venerat, pleræque Græcarum civitatum a regibus ad Cassandrum

ἀπέκλιναν. Ἀθηναίων δὲ μὴ δυναμένων ἀποτρίψασθαι τὴν φρουρὰν μήτε διὰ Πολυσπέρχοντος μήτε δι' Ὀλυμπιάδος, ἀπετόλμησέ τις τῶν ἐπαινουμένων πολιτῶν εἰπεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ διότι συμφέρει πρὸς Κάσσανδρον διαλύσασθαι. (2) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐγένετο θόρυβος, τῶν μὲν ἀντιλεγόντων, τῶν δὲ συγκατατιθεμένων τοῖς λόγοις· ὡς δὲ ἀνεθεωρήθη τὸ συμφέρον, ἔδοξε τοῖς πᾶσι πρεσβεύειν πρὸς Κάσσανδρον καὶ τίθεσθαι τὰ πρὸς αὐτὸν ὡς ἂν ᾖ δυνατόν. (3) Γενομένων δὲ πλειόνων ἐντεύξεων συνέθεντο τὴν εἰρήνην ὥςτε τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόλιν τε καὶ χώραν καὶ προσόδους καὶ ναῦς καὶ τἄλλα πάντα φίλους ὄντας καὶ συμμάχους Κασσάνδρου, τὴν δὲ Μουνυχίαν κατὰ τὸ παρὸν κρατεῖν Κάσσανδρον, ἕως ἂν διαπολεμήσῃ πρὸς τοὺς βασιλεῖς· καὶ τὸ πολίτευμα διοικεῖσθαι ἀπὸ τιμήσεων ἄχρι μνῶν δέκα· καταστῆσαι δ' ἐπιμελητὴν τῆς πόλεως ἕνα ἄνδρα Ἀθηναῖον ὃν ἂν δόξῃ Κασσάνδρῳ· καὶ ἡρέθη Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Οὗτος δὲ παραλαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς πόλεως ἦρχεν εἰρηνικῶς καὶ πρὸς τοὺς πολίτας φιλανθρώπως.

LXXV. Μετὰ δὲ ταῦτα Νικάνορος καταπλεύσαντος εἰς τὸν Πειραιᾶ κεκοσμημένῳ τῷ στόλῳ τοῖς ἀπὸ τῆς νίκης ἀκροστολίοις, τὸ μὲν πρῶτον ἀποδοχῆς αὐτὸν ἠξίωσε μεγάλης ὁ Κάσσανδρος διὰ τὰς εὐημερίας, μετὰ δὲ ταῦτα ὁρῶν αὐτὸν ὄγκου πλήρη καὶ πεφρονηματισμένον, ἔτι δὲ τὴν Μουνυχίαν διὰ τῶν ἑαυτοῦ στρατιωτῶν φρουροῦντα, κρίνας αὐτὸν ἀλλότρια φρονεῖν, ἐδολοφόνησεν. Ἐστράτευσε δὲ καὶ εἰς Μακεδονίαν, καὶ πολλοὺς ἔσχε τῶν ἐγχωρίων ἀφισταμένους πρὸς αὐτόν. (2) Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἐνέπεσέ τις ὁρμὴ τῆς Κασσάνδρου συμμαχίας. Ὁ μὲν γὰρ Πολυσπέρχων ἀργῶς ἐδόκει καὶ ἀφρόνως προστατεῖν τῆς τε βασιλείας καὶ τῶν συμμάχων, ὁ δὲ Κάσσανδρος ἐπιεικῶς προςφερόμενος πᾶσι καὶ κατὰ τὰς πράξεις ἐνεργὸς ὤν, πολλοὺς εἶχεν αἱρετιστὰς τῆς αὐτοῦ δυναστείας. (3) Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν ἑπόμενον ἐνιαυτὸν Ἀγαθοκλῆς ἐγένετο τύραννος τῶν Συρακοσίων, ταύτην μὲν τὴν βίβλον αὐτοῦ περιγράψομεν κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν· τῆς δ' ἐχομένης τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἀγαθοκλέους τυραννίδος ποιησάμενοι διέξιμεν τὰς οἰκείας τῇ γραφῇ πράξεις.

desciverunt. Et quia Athenienses neque Polysperchontis neque Olympiadis opera præsidium excutere poterant, ex laudatis quidam civibus in concione dicere sustinuit, ex publico fore bono, si cum Cassandro transigerent. (2) Initio quidem, aliis refragantibus, aliis assentientibus orationi, tumultus exstitit; sed utilitate propius examinata, communi tandem sententia decretum est, ut per legatos, quibus fieri posset conditionibus, pax iniretur. (3) Post aliquot tandem colloquia, sic de pace inter eos convenit, ut urbem, agrum, reditus, naves ceteraque omnia sibi habeant Athenienses, amici dehinc sociique Cassandri: Munychiam vero in præsens retineat Cassander, donec cum regibus sit debellatum. Respublica interim administretur pro ratione census ad decem usque minas, uno ex Atheniensibus curatore urbis constituto, quicunque placeret Cassandro. Et tum electus fuit Demetrius Phalereus, qui curationem urbis adeptus, in tranquilla pace illi præfuit, et quam humanissimum se gessit erga cives.

LXXV. Post id tempus classem in Piræeum reducit Nicanor, rostris ex victoria relatis exornatam. Quem initio quidem propter successus magno honore dignatur Cassander: postea vero, quum fastu tumidum arrogantiaque plenum animadverteret et suis ille adhuc militibus Munychiam teneret, alienatum ab se esse arbitratus, dolo hominem interemit. Tum expeditione in Macedoniam suscepta, multos invenit popularium, qui ad ipsum deficerent. (2) Sic Græcas etiam civitates jungendi cum Cassandro societatem cupido invasit. Nam Polysperchon pigre ac socorditer regno et sociis præesse videbatur. Interea Cassander, quod æquum se omnibus exhiberet, industriamque suam in rebus gerendis probaret, multos principatus sui fautores habuit. (3) Jam quoniam anno sequente Agathocles Syracusanorum tyrannus evasit, prout initio a nobis propositum, libro huic finem imponemus, et proxime sequentem ab initio tyrannidis Agathoclis exorsi, res operi nostro convenientes persequemur.

ΒΙΒΛΟΣ ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν Διοδώρου βίβλων.

α'. Περὶ τῶν ἀφορμῶν αἷς χρησάμενος Ἀγαθοκλῆς τύραννος ἐγένετο τῶν Συρακουσίων.
β'. Ὡς οἱ Κροτωνιατῶν φυγάδες ἐπιστρατεύσαντες ἐπὶ τὴν πατρίδα πάντες ἀνῃρέθησαν.
γ'. Ὀλυμπιάδος μετὰ τοῦ παιδὸς κάθοδος ἐπὶ βασιλείαν.
δ'. Εὐρυδίκης καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἅλωσις καὶ θάνατος.
ε'. Ὡς Εὐμένης ἔχων τοὺς ἀργυράσπιδας ἀνέβη μὲν εἰς τὰς ἄνω σατραπείας, συνήγαγε δὲ τούς τε σατράπας καὶ τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Περσίδα.
ς'. Ὡς Ἄτταλος καὶ Πολέμων μετὰ τῶν συνεπιθεμένων τῇ φυλακῇ ληφθέντες ἀνῃρέθησαν.
ζ'. Ὡς Ἀντίγονος διώξας Εὐμένη περὶ τὸν Κοπράτην ποταμὸν ἠλαττώθη.
η'. Ὡς εἰς Μηδίαν ἀναζεύξας ἐν ταῖς παρόδοις πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν.
θ'. Παράταξις Ἀντιγόνου πρὸς Εὐμένη καὶ τοὺς σατράπας ἐν Παραιτάκοις.
ι'. Ἀποχώρησις Ἀντιγόνου μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Μηδίαν πρὸς χειμασίαν.
ια'. Κασσάνδρου στρατεία εἰς Μακεδονίαν καὶ πολιορκία Ὀλυμπιάδος ἐν Πύδνῃ.
ιβ'. Ὡς κατεστρατήγησεν Εὐμένης τοὺς περὶ τὸν Ἀντίγονον διὰ τῆς ἐρήμου πορευομένους.
ιγ'. Ἀντιγόνου πορεία διὰ τῆς ἐρήμου ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ ἐπίθεσις τοῖς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ θηρίοις.
ιδ'. Ὡς παρατάξεως γενομένης Ἀντίγονος ἐκυρίευσε πάσης τῆς τῶν ἀντιταχθέντων δυνάμεως.
ιε'. Ὡς Εὐμένη καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τοὺς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διατεθέντας ἀνεῖλεν.
ις'. Ὁ γενόμενος ἐν Ῥόδῳ κατακλυσμὸς καὶ τὰ συμβάντα περὶ τὴν πόλιν ἀτυχήματα.
ιζ'. Πύθωνος ὑπ' Ἀντιγόνου θάνατος καὶ τῶν δι' αὐτὸν ἀποστάντων εἰς τὴν Μηδίαν ἀναίρεσις.
ιη'. Ὀλυμπιάδος ἅλωσις ὑπὸ Κασσάνδρου καὶ θάνατος.
ιθ'. Ὡς Κάσσανδρος Θεσσαλονίκην ἔγημε τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ἐπώνυμον δ' ἑαυτοῦ πόλιν ἔκτισεν ἐπὶ τῆς Παλλήνης.
κ'. Ὡς Πολυσπέρχων ἀπογνοὺς τὰ πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰτωλίαν.
κα'. Ὡς Κάσσανδρος τὴν τῶν Θηβαίων πόλιν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κατεσκαμμένην ἀποκατέστησε.
κβ'. Περὶ τῶν ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις συμβάντων τῇ πόλει τῶν Θηβαίων, καὶ ποσάκις ἀνάστατος ἐγένετο
κγ'. Περὶ τῶν πραχθέντων Κασσάνδρῳ κατὰ Πελοπόννησον.
κδ'. Ἀντιγόνου μετὰ τῆς δυνάμεως κατάβασις ἐπὶ θάλατταν καὶ φυγὴ Σελεύκου πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Αἴγυπτον.
κε'. Σύνθεσις Πτολεμαίου καὶ Σελεύκου καὶ Κασσάνδρου, πρὸς δὲ τούτοις καὶ Λυσιμάχου, πρὸς τὸν κατ' Ἀντιγόνου πόλεμον.
κς'. Ὡς Ἀντίγονος ναῦς τε πολλὰς ἐναυπηγήσατο καὶ στρατηγοὺς ἀπέστειλεν εἴς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὸν Πόντον.
κζ'. Ὡς πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος φιλίαν συνέθετο, καὶ Τύρον ἐξεπολιόρκησε, καὶ ὡς Ἀλέξανδρος μετέθετο πρὸς Κάσσανδρον.

LIBER DECIMUS NONUS.

Hæc in decimo nono Diodori libro continentur.

1. *Quibus initiis et adjumentis Agathocles Syracusanorum tyrannus sit factus.*
2. *Ut Crotoniatarum exules, bello patriæ illato, omnes occubuerint.*
3. *Olympiadis cum puero reditus in regnum.*
4. *Eurydice et Philippus rex capti et necati.*
5. *Ut Eumenes cum Argyraspidum phalange in provincias superiores adscenderit, et satrapas exercitusque in Persidem congregarit.*
6. *Ut Attalus et Polemo cum his, qui præsidium una oppresserant, capti interierint.*
7. *Ut Antigonus, Eumenem persecutus, ad Copraten fluvium succubuerit.*
8. *Ut (idem) in Mediam profectus in transitu complures militum amiserit.*
9. *Acies Antigoni contra Eumenem et satrapas in Parætacis instructa.*
10. *Antigoni in Mediam retrogressio cum copiis ad hibernandum.*
11. *Cassandri expeditio in Macedoniam, et Olympiadis in Pydna obsessio.*
12. *Ut Eumenes Antigonum imperatoria arte eluserit, per deserta iter habentem.*
13. *Antigonus iter adversus hostes per deserta facit, et in hibernis belluas invadit.*
14. *Ut prœlio commisso Antigonus omnes adversariorum copias in potestatem acceperit.*
15. *Ut Eumenem aliosque duces a partibus suis alienos sustulerit.*
16. *Diluvium Rhodiorum, et calamitates, quæ hinc urbi evenerint.*
17. *Python ab Antigono morte afficitur, et qui propter eum in Media rebellarant, e medio tolluntur.*
18. *Olympias, in Cassandri potestatem redacta, necatur.*
19. *Ut Cassander Thessalonicen, Philippi Amyntæ filiam, matrimonio sibi junxerit, et urbem a se nuncupatam juxta Pallenen condiderit.*
20. *Ut Polysperchon, desperato regum statu, in Ætoliam profugerit.*
21. *Ut Cassander urbem Thebanorum ab Alexandro excisam instaurarit.*
22. *Quæ priscis temporibus huic urbi acciderint, et quoties fuerit destructa.*
23. *De Cassandri in Peloponneso gestis.*
24. *Antigoni cum exercitu ad mare descensus, et Seleuci fuga ad Ptolemæum in Ægyptum.*
25. *Conspiratio Ptolemæi, Seleuci et Cassandri, cum his Lysimachi quoque ad bellum Antigono inferendum.*
26. *Ut Antigonus naves plurimas construxerit, ducesque miserit in Græciam et Pontum.*
27. *Ut amicitiam inierit cum Alexandro Polysperchontis filio, Tyrumque expugnarit, utque Alexander ad Cassandrum se transtulerit.*

κη'. Ὡς Πολύκλειτος ὁ Πτολεμαίου ναύαρχος ἐνίκησε τοὺς Ἀντιγόνου στρατηγοὺς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν.

κθ'. Περὶ τῆς Ἀγαθοκλέους στρατείας ἐπὶ Μεσσηνίους καὶ τῆς μεσιτευθείσης εἰρήνης ὑπὸ Καρχηδονίων.

λ'. Νουκερίας ἀπόστασις ἀπὸ Ῥωμαίων.

λα'. Τὰ πραχθέντα τοῖς Ἀντιγόνου καὶ Κασσάνδρου στρατηγοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα.

λϐ'. Κασσάνδρου στρατεία εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν τόπους.

λγ'. Ἅλωσις περὶ Καρίαν τῆς ἀποσταλείσης ὑπὸ Κασσάνδρου δυνάμεως.

λδ'. Ὡς οἱ φυγάδες τῶν Συρακουσίων Ἀκραγαντίνους πείσαντες πολεμεῖν Ἀγαθοκλεῖ, στρατηγὸν ἐκ Λακεδαίμονος Ἀκρότατον μετεπέμψαντο.

λε'. Ὡς οὗτος μὲν παραλαβὼν τὴν ἡγεμονίαν τυραννικῶς ἄρχων διεγένετο, οἱ δ' Ἀκραγαντῖνοι τὴν εἰρήνην ἐποιήσαντο πρὸς τὸν δυνάστην.

λϛ'. Τὰ πραχθέντα Ῥωμαίοις περὶ τὴν Ἰαπυγίαν.

λζ'. Καλλατιανῶν ἀπόστασις ἀπὸ Λυσιμάχου καὶ τὰ συμϐάντα τοῖς ἐπὶ τὴν βοήθειαν ἀποσταλεῖσιν ὑπ' Ἀντιγόνου.

λη'. Ὡς Φίλιππος ἀποσταλεὶς ὑπὸ Κασσάνδρου στρατηγὸς εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ἐνίκησεν Αἰτωλοὺς ἅμα καὶ τοὺς Ἠπειρώτας.

λθ'. Ὡς Ῥωμαῖοι μάχῃ νικήσαντες Σαμνίτας μετ' ὀλίγον Καμπανοὺς ἀποστάντας προςηγάγοντο.

μ'. Ὡς Ἀντίγονος Πολέμωνα στρατηγὸν ἐξαπέστειλε μετὰ δυνάμεως ἐλευθερώσοντα τοὺς Ἕλληνας, καὶ τὰ πραχθέντα περὶ τὴν Ἑλλάδα.

μα'. Ἀπόστασις Κυρηναίων καὶ ἅλωσις, ἔτι δὲ Πτολεμαίου στρατεία εἰς Κύπρον καὶ Συρίαν.

μϐ'. Μάχη Δημητρίου πρὸς Πτολεμαῖον καὶ νίκη Πτολεμαίου.

μγ'. Ἀπόστασις Τελεσφόρου τοῦ στρατηγοῦ ἀπὸ Ἀντιγόνου.

μδ'. Τὰ περὶ τὴν Ἤπειρον καὶ τὸν Ἀδρίαν πραχθέντα Κασσάνδρῳ.

με'. Ὡς Σέλευκος παρὰ Πτολεμαίου λαϐὼν δύναμιν ὀλίγην, ἐκράτησε Βαϐυλῶνος καὶ τὴν προϋπάρχουσαν αὐτῷ σατραπείαν ἀνεσώσατο.

μϛ'. Ὡς Ἀντίγονος ἀκινδύνως παραλαϐὼν κοίλην Συρίαν, δύναμιν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἀραϐίαν.

μζ' Περὶ τῶν νομίμων οἷς χρῆται τὰ ἔθνη τῶν Ἀράϐων.

μη'. Περὶ τῆς καλουμένης Ἀσφαλτίτιδος λίμνης.

μθ'. Ὡς Ἀντίγονος τὸν υἱὸν Δημήτριον ἐξαπέστειλε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Βαϐυλῶνα.

ν'. Περὶ τῶν πραχθέντων Ῥωμαίοις καὶ Σαμνίταις.

να'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς Μεσσηνίους παρακρουσάμενος τῆς πόλεως ἐκυρίευσεν.

νϐ'. Ὡς τοὺς ἀντιταξαμένους Μεσσηνίων καὶ Ταυρομενιτῶν, ἔτι δὲ Κεντοριπίνων, ἀπέσφαξεν.

νγ'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς Δεινοκράτη καὶ τοὺς φυγάδας περὶ Γαλαρίαν ἐνίκησε.

νδ'. Ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως θάνατος.

νε'. Τὰ πραχθέντα Ῥωμαίοις κατὰ τὴν Ἰταλίαν.

νϛ'. Περὶ τῆς γενομένης τοῖς Καρχηδονίοις ναυαγίας.

νζ'. Ὡς Καρχηδόνιοι περὶ τὸν Ἱμέραν. Ἀγαθοκλέα παρατάξει νικήσαντες συνέκλεισαν εἰς τὰς Συρακούσας.

28. *Ut Polyclitus, Ptolemæi navarchus, Antigoni duces terra marique vicerit.*

29. *De Agathoclis expeditione in Messanios, et pace a Carthaginiensibus interposita.*

30. *Nuceriæ a Romanis defectio.*

31. *Quid Antigoni et Cassandri duces per Græciam egerint.*

32. *Cassandri expeditio in Ætoliam et vicinas Adriæ regiones suscepta.*

33. *Copiæ a Cassandro missæ prope Cariam in hostis potestatem veniunt.*

34. *Ut Syracusanorum exules, ad facessendum Agathocli bellum persuasis Agrigentinis, imperatorem sibi Acrotatum Lacedæmone acciverint.*

35. *Ut hic imperium adeptus, tyrannice rebus præfuerit, et Agrigentini cum principe pacem fecerint.*

36. *Quæ Romani in Iapygia gesserint.*

37. *Callatianorum defectio a Lysimacho, et quid auxiliaribus a Cassandro missis acciderit.*

38. *Ut Philippus, Cassandri in Ætolia legatus, Ætolos una cum Epirotis fuderit.*

39. *Ut Romani, Samnitibus prælió superatis, non multo post etiam Campanos rebelles ad obsequium reduxerint.*

40. *Ut Antigonus Polemonem cum exercitu ad libertatem Græcis reddendam miserit, et quæ in Græcia contigerint.*

41. *Defectio urbis Cyrenensium et expugnatio. Itemque Ptolemæi in Cyprum et Syriam expeditio.*

42. *Pugna Demetrii cum Ptolemæo, et Ptolemæi victoria.*

43. *Telesphorus dux ab Antigono desciscit.*

44. *Quid Cassander circa Epirum et Adriam egerit.*

45. *Ut Seleucus, parva militum manu a Ptolemæo instructus, Babylonem subegerit, et satrapiam pristinam recuperarit.*

46. *Ut Antigonus, citra periculum Cava Syria potitus, vim militum in Arabiam miserit.*

47. *De legibus et institutis, quibus gens Arabum utitur.*

48. *De palude, quam Asphaltitidem nuncupant.*

49. *Ut Antigonus Demetrium filium cum exercitu Babylonem miserit.*

50. *Quæ Romani et Samnites gesserint.*

51. *Ut Agathocles, dolo circumventis Messeniis, urbe potitus sit.*

52. *Ut Messenios, Tauromenitas et Centoripinos, sibi adversatos, jugularit.*

53. *Ut Agathocles Dinocratem exulesque ad Galariam profligarit.*

54. *Rhoxanes et Alexandri regis interitus.*

55. *Quæ Romani in Italia gesserint.*

56. *De naufragio Carthaginiensium.*

57. *Ut Carthaginienses Agathoclem, collata acie victum ad Himeram, intra Syracusas concluserint.*

I. Παλαιός τις παραδέδοται λόγος ὅτι τὰς δημοκρατίας οὐχ οἱ τυχόντες τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οἱ ταῖς ὑπεροχαῖς προέχοντες καταλύουσι. Διὸ καὶ τῶν πόλεων

I. Vetus quoddam dictum per traditionem propagatum est, democratias non a quibusvis hominibus, sed ab iis, qui dignitate præcellunt, everti. Quam etiam ob rem civita-

ἔνιαι τοὺς ἰσχύοντας μάλιστα τῶν πολιτευομένων ὑποπτεύουσαι, καθαιροῦσιν αὐτῶν τὰς ἐπιφανείας. (2) Σύνεγγυς γὰρ ἡ μετάβασις εἶναι δοκεῖ τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ μένουσιν ἐπὶ τὴν τῆς πατρίδος καταδούλωσιν, καὶ δυςχερὲς ἀποσχέσθαι μοναρχίας τοῖς δι' ὑπεροχὴν τὰς τοῦ κρατήσειν ἐλπίδας περιπεποιημένοις· (3) ἔμφυτον γὰρ εἶναι τὸ πλεονεκτεῖν τοῖς μειζόνων ὀρεγομένοις καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχειν ἀτερματίστους. Τοιγαροῦν Ἀθηναῖοι μὲν διὰ ταύτας τὰς αἰτίας τοὺς πρωτεύοντας τῶν πολιτῶν ἐφυγάδευσαν, τὸν λεγόμενον παρ' αὐτοῖς ἐξοστρακισμὸν νομοθετήσαντες. Καὶ τοῦτ' ἔπραττον οὐχ ἵνα τῶν προγεγενημένων ἀδικημάτων λάβωσι τιμωρίαν, ἀλλ' ὅπως τοῖς δυναμένοις παρανομεῖν ἐξουσία μὴ γένηται κατὰ τῆς πατρίδος ἐξαμαρτεῖν. (4) Τῆς γὰρ Σόλωνος φωνῆς ὥσπερ χρησμοῦ τινος ἐμνημόνευον, ἐν οἷς περὶ τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος προλέγων ἔθηκε τόδε τὸ ἐλεγεῖον·

> Ἀνδρῶν ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται, εἰς δὲ τυράννου
> δῆμος ἀϊδρίῃ δουλοσύνην ἔπεσε.

(5) Μάλιστα δὲ πάντων ἐπεπόλασεν ἡ πρὸς τὰς μοναρχίας ὁρμὴ περὶ τὴν Σικελίαν πρὸ τοῦ Ῥωμαίους κυριεῦσαι ταύτης τῆς νήσου. Αἱ γὰρ πόλεις ταῖς δημαγωγίαις ἐξαπατώμεναι μέχρι τούτου τοὺς ἀσθενεῖς ἰσχυροὺς κατεσκεύαζον, ἕως δεσπόται γένοιντο τῶν ἐξαπατηθέντων. (6) Ἰδιαίτατα δὲ πάντων Ἀγαθοκλῆς ἐτυράννησε τῶν Συρακοσίων, ἀφορμαῖς μὲν ἐλαχίσταις χρησάμενος, ἀτυχήμασι δὲ μεγίστοις περιβαλὼν οὐ τὰς Συρακούσας μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν Σικελίαν τε καὶ Λιβύην. (7) Δι' ἀπορίαν γὰρ βίου καὶ πραγμάτων ἀσθένειαν τὴν κεραμευτικὴν τέχνην μεταχειρισάμενος, εἰς τοῦτο προῆλθε δυνάμεως ἅμα καὶ μιαιφονίας, ὥςτε καταδουλώσασθαι μὲν τὴν μεγίστην καὶ καλλίστην πασῶν νήσων, κατακτήσασθαι δὲ χρόνον τινὰ τῆς τε Λιβύης τὴν πλείστην καὶ μέρη τῆς Ἰταλίας, ὕβρεως δὲ καὶ σφαγῆς ἐμπλῆσαι τὰς κατὰ Σικελίαν πόλεις. (8) Οὐδεὶς γὰρ τῶν πρὸ τούτου τυράννων ἐπετελέσατό τι τοιοῦτον, οὐδὲ τοιαύτην ὠμότητα κατὰ τῶν ὑποτεταγμένων ἔσχε. Τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐκόλαζε πᾶσαν τὴν συγγένειαν ἀποσφάττων, παρὰ δὲ τῶν πόλεων τὰς εὐθύνας ἐλάμβανεν ἡβηδὸν μιαιφονῶν, καὶ δι' ὀλίγους τῶν ἐγκαλουμένων τοὺς πολλοὺς καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἀδικήσαντας ἀναγκάζων τὴν αὐτὴν ἀναδέχεσθαι συμφοράν, πανδημεὶ τῶν πόλεων θάνατον κατεγίνωσκεν. (9) Ἀλλὰ γὰρ τῆς βίβλου ταύτης σὺν τοῖς ἄλλοις περιεχούσης καὶ τὴν τυραννίδα τὴν Ἀγαθοκλέους, ἀφέμενοι τὸ περὶ αὐτῆς προλέγειν, τὰ συνεχῆ τοῖς προειρημένοις προςθήσομεν, παραθέντες πρότερον τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. (10) Ἐν μὲν οὖν ταῖς προειρημέναις ὀκτωκαίδεκα βίβλοις ἀνεγράψαμεν τὰς ἀπὸ τῶν ἀρχαιοτάτων χρόνων πράξεις τὰς γεγενημένας ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης, ἐφ' ὅσον ἡμῖν δύναμις, ἄχρι πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν τὸν πρὸ τῆς Ἀγαθοκλέους τυραννίδος, εἰς ὃν ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἔτη συνάγεται ὀκτακόσια ἑξήκοντα ἕξ· ἐν δὲ ταύτῃ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς

tes nonnullæ civium potentissimos habent suspectos, et eminentiam illorum deprimunt. (2) His enim, qui in potestate permanent, in propinquo huc transitus esse videtur, ut servitute patriam opprimant; et difficulter a dominatu abstinere illos, qui propter eximiam dignitatem summæ potestatis spem conceperunt. (3) Natura enim insitum est majora cupientium animis, ut plura subinde appetant, nullumque cupiditati modum statuant. Athenienses igitur hanc ipsam ob causam primarios cives ostracismo, quem vocant, lege sancito, solum vertere jubebant. Idque non eo fine, ut delictorum pœnas exigerent, sed ut illis, qui leges transgredi possent, in patriam delinquendi facultas præcideretur. (4) Solonis enim vocem, ceu quoddam oraculum, memori versabant animo, ubi Pisistrati tyrannidem prænuntians elegiacum carmen istud composuit:

> Per magnos urbs nostra viros ruit: ecce tyranni
> subditur imprudens civica turba jugo.

(5) Omnium vero maxime dominandi cupiditas in Sicilia invaluit, antequam Romani in provinciæ formam hanc insulam redegerunt. Civitates enim, oratorum assentationibus deceptæ, eo usque infirmos ad potentiam extollere pergebant, donec hi in deceptos dominatum consequerentur. (6) Præ cunctis autem singulari quodam modo Agathocles Syracusanorum tyrannus evasit, minimis profectus initiis, maximisque cladibus non Syracusas dumtaxat, sed totam quoque Siciliam adeoque Libyam involvit. (7) Nam quum ob victus inopiam rerumque infirmitatem figulinam exercuisset, eo potentiæ et crudelitatis processit, ut maximam insularum omnium et pulcherrimam in servitutem redigeret, majoremque Africæ partem et quasdam Italiæ portiones per tempus aliquod in potestate haberet, et injuriis cædibusque Siciliæ urbes oppleret. (8) Nullus enim tyrannorum ante ipsum tale quidpiam perpetravit, neque tantam in subjectos sævitiam exercuit. Privatos namque ita plectebat, ut totam illorum cognationem mactaret; et a civitatibus ita pœnas exigebat, ut quidquid pubertatem attigisset, trucidaret, et ob paucos aliquot reos, multos, ne minimo quidem crimini obnoxios, easdem subire calamitates cogeret; totis etiam civitatibus supplicio capitis irrogato. (9) Atqui quum hic liber una cum ceteris etiam Agathoclis tyrannidem complectatur, omissa de hoc præfatione, quæ superioribus cohærent attexemus, si congrua huic scriptioni tempora prius adjecta fuerint. (10) In præcedentibus igitur duodeviginti voluminibus res ab ultimis inde ætatibus per cognita orbis loca gestas pro facultate nostra descripsimus usque ad annum, qui tyrannidem Agathoclis præcedit, ad quem a capta Troja octingenti sexaginta sex anni colligun-

δυναστείας ταύτης ποιησάμενοι, καταλήξομεν εἰς τὴν ἐφ' Ἱμέρᾳ μάχην Ἀγαθοκλεῖ πρὸς Καρχηδονίους, ἔτη ἑπτὰ περιλαβόντες.

II. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Δημογένους Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον Πλώτιον καὶ Μάνιον Φούλβιον, Ἀγαθοκλῆς δ' ὁ Συρακόσιος τύραννος ἐγένετο τῆς πόλεως. Ἕνεκα δὲ τοῦ σαφεστέρας τὰς κατὰ μέρος πράξεις γενέσθαι βραχέα προςαναληψόμεθα περὶ τοῦ προειρημένου δυνάστου. (2) Καρκίνος ὁ Ῥηγῖνος φυγὰς γενόμενος ἐκ τῆς πατρίδος, κατῴκησεν ἐν Θέρμοις τῆς Σικελίας, τεταγμένης τῆς πόλεως ταύτης ὑπὸ Καρχηδονίους. Ἐμπλακεὶς δὲ τῶν ἐγχωρίων τινὶ γυναικὶ καὶ ποιήσας αὐτὴν ἔγκυον, συνεχῶς κατὰ τοὺς ὕπνους ἐταράττετο. (3) Διόπερ ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῆς παιδοποιίας, ἔδωκεν ἐντολὰς Καρχηδονίοις τισὶ θεωροῖς ἀναγομένοις εἰς Δελφοὺς ἐπερωτῆσαι τὸν θεὸν περὶ τοῦ γεννησομένου βρέφους. Ὧν ἐπιμελῶς τὸ παρακληθὲν πραξάντων ἐξέπεσε χρησμὸς ὅτι μεγάλων ἀτυχημάτων ὁ γεννηθεὶς αἴτιος ἔσται Καρχηδονίοις καὶ πάσῃ Σικελίᾳ. (4) Ἃ δὴ πυθόμενος καὶ φοβηθείς, ἐξέθηκε τὸ παιδίον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς τηρήσοντας ἵνα τελευτήσῃ παρακατέστησε. Διελθουσῶν δέ τινων ἡμερῶν, τὸ μὲν οὐκ ἀπέθνησκεν, οἱ τεταγμένοι δ' ἐπὶ τῆς φυλακῆς ὠλιγώρουν. (5) Καθ' ὃν δὴ χρόνον ἡ μήτηρ νυκτὸς παρελθοῦσα λάθρᾳ τὸ παιδίον ἀνείλετο, καὶ πρὸς αὑτὴν μὲν οὐκ ἀπήνεγκε φοβουμένη τὸν ἄνδρα, πρὸς δὲ τὸν ἀδελφὸν Ἡρακλείδην καταθεμένη προςηγόρευσεν Ἀγαθοκλέα, τὴν ὁμωνυμίαν εἰς τὸν ἑαυτῆς ἀνενέγκασα πατέρα. (6) Παρ' ᾧ τρεφόμενος ὁ παῖς ἐξέβη τήν τε ὄψιν εὐπρεπὴς καὶ τὸ σῶμα εὔρωστος πολὺ μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν. Ἑπταετοῦς δ' ὄντος αὐτοῦ, παρακληθεὶς ὁ Καρκίνος ὑφ' Ἡρακλείδου πρός τινα θυσίαν, καὶ θεασάμενος τὸν Ἀγαθοκλέα παίζοντα μετά τινων ἡλικιωτῶν, ἐθαύμαζε τό τε κάλλος καὶ τὴν ῥώμην. Τῆς τε γυναικὸς εἰπούσης ὅτι τηλικοῦτος ἂν ἦν ὁ ἐκτεθείς, εἴπερ ἐτράφη, μεταμέλεσθαί τε ἔφη τοῖς πραχθεῖσι καὶ συνεχῶς ἐδάκρυεν. (7) Εἶθ' ἡ μὲν γνοῦσα τὴν ὁρμὴν τἀνδρὸς συμφωνοῦσαν τοῖς πεπραγμένοις, ἐξέθηκε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ὁ δ' ἀσμένως προςδεξάμενος τοὺς λόγους, τὸν μὲν υἱὸν ἀπέλαβε, τοὺς δὲ Καρχηδονίους φοβούμενος μετῴκησεν εἰς Συρακούσας πανοίκιος· πένης δ' ὤν, ἐδίδαξε τὸν Ἀγαθοκλέα τὴν κεραμευτικὴν τέχνην ἔτι παῖδα τὴν ἡλικίαν ὄντα. (8) Καθ' ὃν δὴ χρόνον Τιμολέων μὲν ὁ Κορίνθιος νικήσας τὴν ἐπὶ τῷ Κριμισῷ μάχην τοὺς Καρχηδονίους μετέδωκε τῆς ἐν Συρακούσαις πολιτείας πᾶσι τοῖς βουλομένοις. Ὁ δὲ Καρκίνος μετ' Ἀγαθοκλέους πολιτογραφηθείς, καὶ μετὰ ταῦτα ὀλίγον βιώσας χρόνον, ἐτελεύτησεν. (9) Ἡ δὲ μήτηρ ἀνέθηκε λιθίνην εἰκόνα τοῦ παιδὸς ἔν τινι τεμένει, πρὸς ἣν μελιττῶν ἑσμὸς προςκαθίσας ἐκηροπλάστησεν ἐπὶ τῶν ἰσχίων. Τοῦ δὲ σημείου προσενεχθέντος τοῖς περὶ ταῦτ' ἀσχολουμένοις, ἀπεφήναντο πάντες κατὰ τὴν ἀκμὴν ἥξειν αὐτὸν εἰς μεγάλην ἐπιφάνειαν· ὅπερ καὶ συνετελέσθη.

tur. In hoc autem a dominatu illius exorsi, in pugna Agathoclis cum Carthaginiensibus ad Himeram conserta, septem annos complexi, desinemus.

II. Archonte Athenis Demogene, et consulibus Romæ L. Plotio et Man. Fulvio (*M. Foslio?*), Agathocles Syracusanus tyrannus civitatis illius factus est. Ut vero res singulæ magis perspicuæ fiant, de principe hoc pauca quædam attexemus. (2) Carcinus Rheginus, a patria urbe relegatus, Thermis, Siciliæ urbe Carthaginiensibus tunc subjecta, habitabat. Is quum feminam quandam ejus loci in matrimonium ductam gravidam fecisset, crebro in somnis perturbabatur. (3) Anxius igitur de nova sobole, Carthaginiensibus theoris quibusdam Delphos adituris negotium dedit, ut de fœtu in lucem edendo deum consulerent. Quibus diligenter injuncto sibi munere fungentibus, oraculum edit : natum illum Carthaginiensibus totique Siciliæ maximarum auctorem calamitatum fore. (4) Quo nuntio perterritus, infantem publice exponit, adhibitis qui interitum ejus observarent. Aliquot vero diebus exactis puer ille non moritur : et res a custodibus geritur negligentius. (5) Mater interim noctu accedens clam puerum tollit : ac domum quidem suam viri metu illum non reportat, sed apud fratrem Heracliden depositum, Agathoclem parentis sui nomine appellat. (6) Ubi educatus puer forma elegans et corpore valentior quam pro ætate evasit. Jamque septennium attigerat, quum ad sacrum quoddam vocatus ab Heraclide Carcinus Agathoclem cum æqualibus quibusdam lusitantem videt, formamque ac robur demiratur. Ibi quum uxor subjiceret, tantæ magnitudinis fore expositum illum, si educatus esset; pœnitere se facti, ille respondet, et continue lacrimatur. (7) Intelligens ergo mulier, voluntatem mariti cum perpetratis a se congruere, omnem illi veritatem exponit. Qui narrationem ejus cum voluptate amplexus, filium ad se recepit, et metu Carthaginiensium Syracusas cum omni familia commigravit. Sed quia pauper erat, figulinam Agathoclem docuit adhuc puerum. (8) Quo tempore Timoleon Corinthius, victis prœlio Carthaginiensibus ad Crimisum fluvium, civitate Syracusana donavit omnes, qui se aggregare vellent. Ita etiam Carcinus cum Agathocle civium numero adscriptus est, et vita per exiguum inde tempus exacta, diem obiit. (9) Mater autem lapideam filii statuam in quodam luco posuerat. Ad hanc examen apum considens, ceram in coxis fingere cœpit. Quo signo ad eos delato, qui hujusmodi rebus vacant, omnes pronuntiarunt, in matura hominem ætate ad magnam perventurum claritatem. Id quod eventus quoque probavit.

III. Δάμας γάρ τις τῶν ἐνδόξων ἀριθμούμενος ἐν Συρακούσαις ἐρωτικῶς διετέθη πρὸς τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ τὸ μὲν πρῶτον δαψιλῶς ἅπαντα χορηγῶν αἴτιος ἐγένετο σύμμετρον αὐτὸν οὐσίαν συλλέξασθαι, μετὰ δὲ ταῦτα αἱρεθεὶς ἐπ' Ἀκράγαντα στρατηγός, ἐπειδὴ τῶν χιλιάρχων τις ἀπέθανε, τοῦτον εἰς τὸν ἐκείνου τόπον κατέστησεν. (2) Ὁ δὲ καὶ πρὸ τῆς στρατείας μὲν ἦν πολύσεμνος διὰ τὸ μέγεθος τῶν ὅπλων· ἐπετήδευσε γὰρ ἐν ταῖς ἐξοπλισίαις φέρειν πανοπλίαν τηλικαύτην τὸ μέγεθος, ὥςτε μηδένα τῶν ἄλλων δύνασθαι ῥᾳδίως χρήσασθαι τῷ βάρει τῶν ὅπλων· πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον γενόμενος χιλίαρχος περιεποιήσατο δόξαν, φιλοκίνδυνος μὲν ὢν καὶ παράβολος ἐν ταῖς μάχαις, ἰταμὸς δὲ καὶ πρόχειρος ἐν ταῖς δημηγορίαις. Τοῦ δὲ Δάμαντος νόσῳ τελευτήσαντος, καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπόντος τῇ γυναικί, ταύτην ἔγημε, καὶ τῶν πλουσιωτάτων εἷς ἠριθμεῖτο. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα Κροτωνιάταις πολιορκουμένοις ὑπὸ Βρεττίων οἱ Συρακόσιοι δύναμιν ἁδρὰν ἔπεμψαν, ἧς ἐστρατήγει μὲν μεθ' ἑτέρων Ἄντανδρος ὁ Ἀγαθοκλέους ἀδελφός, τῶν δ' ὅλων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν Ἡρακλείδης καὶ Σωσίστρατος, ἄνδρες ἐν ἐπιβουλαῖς καὶ φόνοις καὶ μεγάλοις ἀσεβήμασι γεγονότες τὸν πλείω τοῦ βίου· περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἡ πρὸ ταύτης περιέχει βίβλος. (4) Συνεστρατεύετο δ' αὐτοῖς καὶ Ἀγαθοκλῆς, ἐγνωσμένος ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τεταγμένος ἐπὶ χιλιαρχικῆς ἡγεμονίας, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐν ταῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχαις γενόμενος κράτιστος, ὑπὸ τῶν περὶ Σωσίστρατον ἀφῃρέθη τὴν τῶν ἀριστείων τιμὴν διὰ τὸν φθόνον. (5) Ἐφ' οἷς περιαλγὴς γενόμενος, αὐτοὺς διεγνωκότας ἐπιθέσθαι τυραννίδι κατηγόρησεν ἐν τῷ δήμῳ. Οὐ προςεχόντων δὲ τῶν Συρακοσίων ταῖς διαβολαῖς, οἱ μὲν περὶ Σωσίστρατον ἐδυνάστευσαν τῆς πατρίδος μετὰ τὴν ἐκ Κρότωνος ἐπάνοδον.

IV. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀλλοτρίως ἔχων τὰ πρὸς αὐτούς, τὸ μὲν πρῶτον κατέμενεν ἐν Ἰταλίᾳ μετὰ τῶν κοινοπραγούντων, καὶ καταλαμβάνεσθαι τὴν τῶν Κροτωνιατῶν πόλιν ἐπιχειρήσας ἐξέπεσε, καὶ μετ' ὀλίγων εἰς Τάραντα διεσώθη. Ταχθεὶς δὲ παρὰ τοῖς Ταραντίνοις ἐν τῇ τῶν μισθοφόρων τάξει, καὶ πολλαῖς καὶ παραβόλοις ἐγχειρῶν πράξεσιν, εἰς ὑποψίαν ἦλθε καινοτομεῖν. (2) Διόπερ ἀπολυθεὶς καὶ ταύτης τῆς στρατείας συνήθροισε τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν φυγάδας, καὶ Ῥηγίνοις πολεμουμένοις ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλείδην καὶ Σωσίστρατον ἐβοήθησεν. (3) Ἔπειτα τῆς ἐν Συρακούσαις δυναστείας καταλυθείσης καὶ τῶν περὶ τὸν Σωσίστρατον φυγόντων, κατῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα. Συνεκπεσόντων δὲ τοῖς δυνάσταις πολλῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν, ὡς ἂν τῆς ὀλιγαρχίας κεκοινωνηκότων ἑξακοσίων τῶν ἐπιφανεστάτων, ἐνέστη πόλεμος τοῖς φυγάσι πρὸς τοὺς ἀντεχομένους τῆς δημοκρατίας. Συμμαχούντων δὲ τῶν Καρχηδονίων τοῖς περὶ τὸν Σωσίστρατον φυγάσιν, ἐγίνοντο κίνδυνοι συνεχεῖς καὶ παρατάξεις ἁδρῶν δυνάμεων, ἐν αἷς Ἀγαθοκλῆς, ποτὲ μὲν ἰδιώτης ὤν, ποτὲ δὲ ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένος, ὑπελήφθη δραστικὸς εἶ-

III. Damas enim quidam, inter nobiles Syracusis viros connumeratus, Agathoclis amore inflammatur. Ac primo quidem omnia large suppeditans, ut mediocres hic sibi opes colligeret, effecit. Postea dux in Agrigentinos creatus, ubi chiliarchorum quidam e vita decessit, hunc in illius locum subrogavit. (2) Is vero etiam ante militiam non parum auctoritatis sibi comparaverat magnitudine armorum. Nam per exercitationes militares tantæ magnitudinis armaturam ferre consueverat, ut nemo alius uti tam gravi onere valeret. Sed longe plus jam tribunus militum factus gloriæ sibi conciliavit, quod periculorum cupidus audaxque in pugnis, impudens etiam ac temerarius esset in orationibus ad populum. Quum morbo exinde Damas obiisset, facultatibus uxori legatis, eam ille duxit, inque ditissimorum censu habitus est. (3) Post hæc Crotoniatis, obsidione pressis a Brutiis, Syracusani valida miserunt auxilia, quorum Antander Agathoclis frater cum aliis dux erat; summa vero administratio rei penes Heracliden et Sosistratum erat, qui viri per insidias et cædes magnaque piacula maximam vitæ partem exegerant: quæ particulatim liber hunc antecedens complectitur. (4) Militabat cum his etiam Agathocles, decreto populi adscitus, et chiliarchicæ (*tribunitiæ*) præfecturæ munere jam fungens. Is licet in prœliis adversus Barbaros primum se fortissime gessisset, præmio tamen fortitudinis per invidiam Sosistrati fraudatur. (5) Quo facto animi se excrucians, Sosistratum cum sociis, quasi ad tyrannidem adspirent, ad populum criminatur. At dum calumniis aures non præbent Syracusani, Sosistratus post reditum a Crotone patriæ suæ principatum obtinet.

IV. Infensus ergo illi Agathocles, primo in Italia cum sua factione substitit, et Crotoniatarum urbem occupare conatus spe sua excidit, et cum paucis Tarentum evasit. A quibus in mercenariorum classem receptus, quum res multas temere agitaret, in affectatæ novitatis suspicionem venit. (2) Idcirco ab hac etiam militia exauctoratus, congregatis Italiæ exulibus, oppugnatis ab Heraclide et Sosistrato Rheginensibus, opem tulit. (3) Hinc principatu Syracusis abrogato, quum Sosistratus urbe pulsus esset, in patriam rediit. Quia vero multi præstantes viri, ut oligarchiæ sexcentorum nobilissimorum consortes, simul cum principibus ejecti fuerant; bellum inter exules et democratiam amplexos exstitit: et quum Sosistrati partes a Carthaginiensibus foverentur, periclitationes assiduæ, et crebræ copiarum e regione instructiones locum habebant. In quibus Agathocles, modo privatus, modo imperio aliquo fungens, strenui sollertisque viri existimationem

ναι καὶ φιλότεχνος ἐκ τοῦ πρὸς ἕκαστον τῶν καιρῶν ἐπινοεῖσθαί τι τῶν χρησίμων· ὧν ἓν ἔπραξε καὶ μάλα μνήμης ἄξιον. (4) Στρατοπεδευόντων γάρ ποτε τῶν Συρακοσίων πλησίον τῆς Γέλας, αὐτὸς μὲν νυκτὸς παρειςέπεσεν εἰς τὴν πόλιν μετὰ χιλίων στρατιωτῶν, οἱ δὲ περὶ τὸν Σωσίστρατον ἐπιφανέντες μετὰ μεγάλης καὶ τεταγμένης δυνάμεως, ἐτρέψαντο τοὺς παρειςπεπτωκότας καὶ κατέβαλον εἰς τριακοσίους. (5) Τῶν δ' ἄλλων ἐπιβαλομένων [μὲν] φεύγειν διά τινος στενοῦ τόπου καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπεγνωκότων, παραδόξως αὐτοὺς Ἀγαθοκλῆς ἐκ τῶν κινδύνων ἐῤῥύσατο. (6) Αὐτὸς μὲν γὰρ λαμπρότατα πάντων ἀγωνισάμενος ἑπτὰ τραύμασι περιέπεσε, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ῥυέντος αἵματος τὸ σῶμα παρελύετο· τῶν δὲ πολεμίων ἐπικειμένων, παρήγγειλε τοῖς σαλπιγκταῖς ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ τείχους παρελθόντας σημαίνειν τὸ πολεμικόν. (7) Ὧν ταχέως τὸ ῥηθὲν πραξάντων, οἱ προςβοηθήσαντες ἐκ τῆς Γέλας τὸ μὲν ἀληθὲς διὰ τὸ σκότος οὐχ ἠδύναντο συνιδεῖν, ὑπολαβόντες δὲ τὴν ἄλλην δύναμιν τῶν Συρακοσίων κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη παρειςπεπτωκέναι, τοῦ μὲν ἔτι διώκειν ἀπέστησαν, διελόμενοι δὲ τὰς τάξεις διχῇ ταχέως ἐβοήθουν, συντρέχοντες πρὸς τὸν ἦχον τῶν σαλπιγκτῶν. Ἐν τοσούτῳ δὲ τυχόντες ἀνοχῆς οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα μετὰ πάσης ἀσφαλείας διεσώθησαν εἰς τὸν χάρακα. Ἐνταῦθα μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον καταστρατηγήσας τοὺς πολεμίους, οὐ μόνον ἑαυτὸν παραδόξως ἔσωσεν, ἀλλὰ καὶ τῶν συμμάχων ἑπτακοσίους ἄνδρας.

V. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ταῖς Συρακούσαις αἱρεθέντος Ἀκεστορίδου τοῦ Κορινθίου στρατηγοῦ, δόξας ἐπιθέσθαι τυραννίδι, διὰ τὴν σύνεσιν ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον. Ὁ μὲν γὰρ Ἀκεστορίδης εὐλαβηθεὶς τὴν στάσιν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ βουλόμενος αὐτὸν φανερῶς ἀνελεῖν, ἐκέλευεν ἐκ τῆς πόλεως μεταστῆναι, καὶ τοὺς νυκτὸς κατὰ τὴν ὁδὸν ἀποκτενοῦντας ἐξαπέστειλεν. (2) Ἀγαθοκλῆς δὲ καταστοχασάμενος πιθανῶς τὴν ἐπίνοιαν τοῦ στρατηγοῦ, τῶν παίδων ἐξελέξατο τὸν ἑαυτῷ μάλιστα ἐοικότα καὶ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος καὶ κατὰ τὴν ὄψιν· τούτῳ δὲ δοὺς τὴν ἑαυτοῦ πανοπλίαν καὶ τὸν ἵππον, ἔτι δὲ τὴν ἐσθῆτα, παρεκρούσατο τοὺς ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν ἀποσταλέντας. (3) Αὐτὸς δὲ ῥάκη περιβαλόμενος ἀνοδίᾳ τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιήσατο. Ἐκεῖνοι δὲ ἀπὸ τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἄλλων συσσήμων ὑπολαβόντες εἶναι τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ τἀκριβὲς διὰ τὸ σκότος οὐ συνιδόντες, τὸν μὲν φόνον ἐπετέλεσαν, τῆς δὲ προκεχειρισμένης πράξεως διήμαρτον. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Συρακοσίων καταδεξαμένων τοὺς μετὰ Σωσιστράτου φυγάδας, καὶ πρὸς Καρχηδονίους εἰρήνην συνθεμένων, Ἀγαθοκλῆς φυγὰς ὢν ἰδίαν δύναμιν ἐν τῇ μεσογείῳ συνεστήσατο. Γενόμενος δὲ φοβερὸς οὐ μόνον τοῖς πολίταις, ἀλλὰ καὶ τοῖς Καρχηδονίοις, ἐπείσθη κατελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ παραχθεὶς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ὤμοσε μηδὲν ἐναντιωθήσεσθαι τῇ δημοκρατίᾳ. (5) Προςποιηθεὶς δὲ τῆς

sibi paravit, quod subinde per unamquamque opportunitatem aliquid utile excogitaret. Inter quæ unum memoratu inprimis dignum perpetravit. (4) Castra non procul a Gela posuerant Syracusani. Tum ipse cum mille armatorum manu in urbem noctu irrupit. Sosistratus, cum valido ac probe disposito agmine occurrens, clam ingressos in fugam convertit omnes, et trecentos circiter interfecit. (5) Ubi quum alii, de salute actum rati, per angiportum aufugere conarentur, Agathocles præter spem periculis illos exemit. (6) Ipse enim, præclare ante omnes dimicans, septem vulnera corpore accepit; jamque viribus ob sanguinis profluentis copiam resolutis, quum hostes urgerent, buccinatoribus imperavit, ut ad muri partem utramque progressi bellicum canerent. (7) Quo celeriter facto, qui ex Gelæ civibus propugnatum venerant, rei veritatem prospicere ob tenebras haud poterant. Aliam vero Syracusanorum manum ad utramque muri partem irruisse opinati, ab insecutione destiterunt, et diviso bifariam agmine, subito ad tubarum sonitum concursu se tutatum ibant. Interea cum suis Agathocles spatium nactus, quam tutissime ad vallum se recepit. Ad hunc ibi modum hostibus arte delusis, non se ipse tantum, sed etiam auxiliarios septingentos inopinato conservavit.

V. Post hæc imperatore Syracusis creato Acestoride Corinthio, affectare tyrannidem existimatus, prudentia sua salutis periculum subterfugit. Nam Acestorides, metu seditionis aperte hominem e medio tollere nolens, urbe illum excedere jussit, et qui noctu in via ipsum trucidarent, amandavit. (2) Sed Agathocles, quid animo dux moliretur, conjectans, e servorum cœtu statura formaque sibi quam simillimum delegit. Huic armis, equo vestibusque traditis, ad cædem sui missos astute circumvenit. (3) Ipse pannis obsitus per devia et impedita iter fecit. Illi vero, ex armis ceterisque signis conjectura facta, Agathoclem esse suspicati, quod rem per caliginem exacte dignoscere haud possent, cædem quidem peregere, sed ab actione destinata aberrarunt. (4) Post id tempus quum Syracusani, receptis qui cum Sosistrato exulabant, pacem cum Carthaginiensibus fecissent, Agathocles extorris privatum in mediterraneis exercitum contraxit. Quo territis non modo civibus, sed etiam Carthaginiensibus, ad revertendum in patriam persuaderi sibi passus est, et a civibus in fanum Cereris deductus, se populari administrationi haud adversaturum juravit. (5) Simulato ergo democratiæ patrocinio,

δημοκρατίας προΐστασθαι, καὶ δημαγωγήσας ποικίλως τὰ πλήθη, στρατηγὸς κατεστάθη καὶ φύλαξ τῆς εἰρήνης, μέχρι ἂν γνησίως ὁμονοήσωσιν οἱ συνεληλυθότες εἰς τὴν πόλιν. (6) Εἰς πολλὰ γὰρ μέρη συνέβαινε διαιρεῖσθαι τὰς ἑταιρείας τῶν συνιόντων καὶ πρὸς ἀλλήλους ἑκάστοις εἶναι μεγάλας διαφοράς, μέγιστον δ' ἦν ἀντίταγμα τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα τὸ τῶν ἑξακοσίων συνέδριον, κατὰ τὴν ὀλιγαρχίαν ἀφηγημένον τῆς πόλεως· οἱ προέχοντες γὰρ τῶν Συρακοσίων καὶ ταῖς δόξαις καὶ ταῖς οὐσίαις ἐν τούτοις ὑπῆρχον καταλελεγμένοι.

VI. Ὁ δ' οὖν Ἀγαθοκλῆς ἐπιθυμητὴς ὢν δυναστείας, πολλὰς ἀφορμὰς ἔσχεν εἰς τὸ συντελέσαι τὸ βευλευθέν. Οὐ μόνον γὰρ στρατηγὸς ὢν κύριος τῆς δυνάμεως ἦν, ἀλλὰ καὶ προςαγγελθέντος ὅτι τινὲς τῶν ἀποστατῶν ἐν τῇ μεσογείῳ πρὸς Ἑρβίτῃ συνάγουσι δύναμιν, ἐξουσίαν ἔλαβεν ἀνυπόπτως καταγράφειν οὓς προαιροῖτο στρατιώτας. (2) Διὸ καὶ προςποιηθεὶς στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἕρβιταν, κατέλεξεν εἰς τάξεις τούς τε ἐκ Μοργαντίνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ μεσογείῳ πόλεων τοὺς αὐτῷ πρότερον συμπορευθέντας πρὸς Καρχηδονίους. (3) Οὗτοι γὰρ πάντες πρὸς Ἀγαθοκλέα μὲν εὐνούστατα διέκειντο, πολλὰ προευεργετημένοι κατὰ τὰς στρατείας, πρὸς δὲ τοὺς ἐν Συρακούσαις ὀλιγαρχίας κεκοινωνηκότας ἑξακοσίους ἀεὶ πολεμικῶς εἶχον, καὶ καθόλου τὸν δῆμον ἐμίσουν, ἀναγκαζόμενοι ποιεῖν τὸ προςταττόμενον. Τούτων δ' ὄντων μὲν τὸν ἀριθμὸν εἰς τριςχιλίους, ταῖς δ' ὁρμαῖς καὶ ταῖς προαιρέσεσιν εὐθετωτάτων πρὸς τὴν κατάλυσιν τῆς δημοκρατίας, προςεπελέξατο καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς διὰ πενίαν καὶ φθόνον ἐναντιουμένους ταῖς τῶν ἰσχυόντων ἐπιφανείαις. (4) Ὡς δ' αὐτῷ πάντ' ἦν εὐτρεπῆ, τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλεν ἀπαντᾶν ἅμ' ἡμέρᾳ εἰς τὸ Τιμολεόντειον· αὐτὸς δὲ μεταπεμπόμενος τοὺς περὶ Πίσαρχον καὶ Διοκλέα τοὺς δοκοῦντας προεστάναι τῆς τῶν ἑξακοσίων ἑταιρείας, ὡς περί τινων κοινῇ συμφερόντων διαλεξόμενος, ἐπειδὴ παρεγένοντο παραλαβόντες τῶν φίλων εἰς τετταράκοντα, προςποιηθεὶς ἑαυτὸν ἐπιβουλεύεσθαι, συνελάμβανεν ἅπαντας, καὶ κατηγόρησε μὲν αὐτῶν ἐν τοῖς στρατιώταις, φήσας ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων ἁρπάζεσθαι διὰ τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν, καὶ κατωδύρετο τὴν περὶ αὑτὸν τύχην. (5) Παροξυνομένου δὲ τοῦ πλήθους, καὶ βοῶντος μηκέτι μέλλειν, ἀλλ' ἐκ χειρὸς ἐπιθεῖναι τοῖς ἀδικήσασι τὴν δίκην, τοῖς μὲν σαλπιγκταῖς παρήγγειλε σημαίνειν τὸ πολεμικόν, τοῖς δὲ στρατιώταις ἀναιρεῖν τοὺς αἰτίους καὶ διαρπάζειν τὰς κτήσεις τῶν ἑξακοσίων καὶ τῶν τούτοις κοινοπραγούντων. (6) Ὁρμησάντων δὲ πάντων ἐπὶ τὴν ἁρπαγήν, ἡ πόλις ἐπληρώθη ταραχῆς καὶ μεγάλων ἀτυχημάτων· οἱ μὲν γὰρ χαριέστατοι τῶν πολιτῶν, ἀγνοοῦντες τὸν καθ' αὑτῶν κεχυρωμένον ὄλεθρον, ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν εἰς τὰς ὁδούς, μαθεῖν σπεύδοντες τὸν θόρυβον· οἱ δὲ στρατιῶται τὰ μὲν διὰ τὴν πλεονεξίαν, τὰ δὲ διὰ τὸν θυμὸν ἠγριωμένοι τὰς ψυχάς, ἀνῄρουν τοὺς

posteaquam variis populum concionibus inescarat, imperator et custos pacis, donec concordiam inter se stabilivissent reduces, constitutus est. (6) In multas enim factiones discesserant coeuntium sodalitates, et maximas inter se controversias alebant singulæ. Sed omnium maxime Agathoclis factioni obstabat sexcentorum senatus, qui sub paucorum dominatu civitati præfuerat. In hunc enim lecti erant qui auctoritate opibusque inter Syracusanos præstabant.

VI. Agathocles igitur, principatus affectator, tum multas perficiendi, quæ volebat opportunitates adeptus est. Non enim ut imperator tantum in potestate habebat exercitum, sed etiam, nuntio allato quod defectores nonnulli in mediterraneis ad Herbitam exercitum conflarent, quoscunque vellet militiæ suæ citra suspicionem aggregandi potestatem nactus est. (2) Ad Herbitam igitur expeditionem præ se ferens, Morgantinæos et e mediterraneis oppidis alios cum illis, qui adversus Carthaginienses operam ei prius navarant, in ordines suos cooptavit. (3) Hi enim ob multa per militiam merita benevolentia Agathoclem prosequebantur omnes; hostili contra animo erant in sexcentos, qui paucorum Syracusis dominatus pars fuerant, oderantque populum, quod jussa ipsius exsequi cogerentur. Numerus horum erat ad tria millia, ad evertendum populare regimen voluntatibus et studiis accommodatissimorum. Quibus in agendo delectu etiam cives adjunxit propter egestatem ac invidiam splendori potentum adversantes. (4) Ubi parata erant omnia, ut prima luce ad Timoleonteum sibi adessent, militibus edixit. Ipse interim Pisarchum et Dioclem, qui collegio sexcentorum præesse videbantur, quasi de publico cum ipsis commodo sermonem habiturus, arcessivit. Hi quum, assumtis amicorum quadraginta, venissent, insidiis se circumveniri simulans, omnes comprehendit, et ad milites criminatus prætendit ob benevolentiam erga populum a sexcentis se rapi ad supplicium, fortunamque suam deploravit. (5) Quibus accensa plebs, non cessandum, sed extemplo pœnas injuriæ auctoribus inferendas exclamavit. Tubicines ergo classicum canere, et milites sontes e medio tollere, bonaque sexcentorum ac partes horum sectantium diripere jussit. (6) Omnibus inde ad direptionem cum impetu conversis, urbs perturbatione ac miseriis ingentibus repletur. Nam gratiosissimi civium, qui destinatam sibi cædem haud compererant, ex ædibus in publicas vias exsiliebant, ut, qui tumultus esset, quam ocissime cognoscerent: milites vero, partim avaritia, par-

διὰ τὴν ἄγνοιαν γυμνὰ τὰ σώματα τῶν ἀμυνομένων ὅπλων παρεχομένους.

VII. Διαληφθέντων δὲ τῶν στενωπῶν κατὰ μέρος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὲν κατὰ τὰς ὁδούς, οἱ δ' ἐν ταῖς οἰκίαις ἐφονεύοντο. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν μηδ' ὁτιοῦν διαβεβλημένων ἀνῃροῦντο, δεόμενοι μαθεῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἀπωλείας. Καθωπλισμένον γὰρ πλῆθος ἐξουσίαν προςλαβὸν οὐ διέκρινε φίλον ἢ πολέμιον, ἀλλὰ παρ' οὗ πλέον ὠφεληθήσεσθαι διειλήφει, τοῦτον ἐχθρὸν ἡγεῖτο. (2) Διὸ καὶ παρῆν ὁρᾶν πᾶσαν τὴν πόλιν πεπληρωμένην ὕβρεως καὶ φόνων καὶ παντοίων ἀνομημάτων. Οἱ μὲν γὰρ διὰ τὰς προϋπαρχούσας ἔχθρας οὐδεμιᾶς ἐπηρείας ἀπείχοντο κατὰ τῶν μισουμένων, ἔχοντες ἐξουσίαν διατιθέναι πᾶν τὸ κεχαρισμένον τῷ θυμῷ· οἱ δὲ ταῖς τῶν εὐπόρων σφαγαῖς οἰόμενοι τὰς ἰδίας ἀπορίας ἐπανορθώσασθαι, πᾶν ἐμηχανῶντο πρὸς τὸν κατ' αὐτῶν ὄλεθρον. (3) Οἱ μὲν γὰρ τὰς αὐλείους θύρας ἐξέκοπτον, οἱ δὲ διὰ κλιμάκων ἐπὶ τὰς ὀροφὰς προςανέβαινον, ἄλλοι δὲ διηγωνίζοντο πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν στεγῶν ἀμυνομένους. Οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς εἰς τὰ τεμένη καταφυγοῦσιν ἡ τῶν θεῶν ἱκετεία παρείχετο τὴν ἀσφάλειαν, ἀλλ' ἡ πρὸς θεοὺς ἀσέβεια ἐνίκα τὴν πρὸς ἀνθρώπους. (4) Καὶ ταῦτ' ἐτόλμων ἐν εἰρήνῃ καὶ πατρίδι παρανομεῖν Ἕλληνες καθ' Ἑλλήνων, οἰκεῖοι κατὰ συγγενῶν, οὐ φύσιν, οὐ σπονδάς, οὐ θεοὺς ἐντρεπόμενοι, ἐφ' οἷς οὐχ ὅτι φίλος, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἐχθρός, μέτριός γε τὴν ψυχήν, οὐκ ἔστιν ὅςτις οὐκ ἂν τὴν τῶν πασχόντων τύχην ἐλεήσειε.

VIII. Πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ πύλαι τῆς πόλεως ἐκλείσθησαν, πλείους δὲ τῶν τετρακιςχιλίων ἀνῃρέθησαν αὐθημερόν, τοῦτο μόνον ἐγκληθέντες ὅτι χαριέστεροι τῶν ἄλλων ἦσαν. Τῶν δὲ φυγόντων οἱ μὲν ἐπὶ τὰς πύλας ὁρμήσαντες συνελήφθησαν, οἱ δὲ κατὰ τῶν τειχῶν ῥίπτοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰς ἀστυγείτονας πόλεις διεσώθησαν, τινὲς δὲ διὰ τὸν φόβον ἀπρονοήτως ἀλλόμενοι κατεκρημνίσθησαν. (2) Τὸ δὲ πλῆθος ἦν τῶν ἐκπεσόντων ἐκ τῆς πατρίδος ὑπὲρ τοὺς ἑξακιςχιλίους, ὧν οἱ πλεῖστοι κατέφυγον πρὸς τοὺς Ἀκραγαντίνους, κἀκεῖ τῆς καθηκούσης ἐπιμελείας ἠξιώθησαν. (3) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα διημερεύσαντες ἐν τοῖς τῶν πολιτῶν φόνοις οὐδὲ τῆς εἰς γυναῖκας ὕβρεως καὶ παρανομίας ἀπέσχοντο, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἐκπεφευγότων τὸν θάνατον ἱκανὴν ὑπελάμβανον λήψεσθαι τιμωρίαν τὴν εἰς τοὺς συγγενεῖς ἐπήρειαν· δεινότερα γὰρ θανάτου τοὺς μὲν ἄνδρας καὶ πατέρας εἰκὸς ἦν πείσεσθαι γυναικῶν ὕβρεις καὶ παρθένων αἰσχύνας ἀναλογιζομένους. (4) Ἀφ' ὧν ἡμῖν περιαιρετέον ἐστὶ τὴν ἐπίθετον καὶ συνήθη τοῖς συγγραφεῦσι τραγῳδίαν, μάλιστα μὲν διὰ τὸν τῶν παθόντων ἔλεον, ἔπειτα καὶ διὰ τὸ μηδένα τῶν ἀναγινωσκόντων ἐπιζητεῖν ἀκοῦσαι τὰ κατὰ μέρος, ἐν ἑτοίμῳ τῆς γνώσεως οὔσης. (5) Οἱ γὰρ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν σφάττειν τολμῶντες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας οὐ προςδέονται τοῦ δηλώσοντος τί νύκτωρ ἔπραττον καθ' αὑτοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις καὶ πῶς προςεφέ-

tim ira efferatis animis, inermia per ignorantiam corpora offerentes trucidabant.

VII. Occupatis ergo singulatim vicorum angustiis per milites, alii in plateis, alii intra ædes mactantur. Multique, ne minimo quidem crimine notati, interim dum interitus sui causam requirunt, e medio tolluntur. Armatorum enim turba, potestatem adepta, nec amicum nec hostem discernere; sed unde major commodi spes apparebat, hunc pro inimico reputare. (2) Ideo totam urbem injuriis, cædibus et omni flagitiorum genere refertam videre tum erat. Nam alii pristinis stimulati odiis, a nulla in exosos contumelia sibi temperare, quum quidquid animo liberet, patrandi licentia esset; alii divitum cædibus probe consultum iri commodis suis et egestati rati, quidvis in necem illorum machinari. (3) Nam pars fores atriorum effringere: pars scalis in culmina ascendere: nonnulli cum defensantibus sese de tectis dimicare. Immo nec ad fana elapsis supplex deorum imploratio incolumitatem præbebat; sed impietas erga deos superabat crudelitatem erga homines. (4) Atque hæc in patria Græci adversus Græcos, propinqui in propinquos, pacis tempore, haud naturam, haud fœdera, haud deos reveriti, patrare audebant. Ob quæ nemo, non modo amicus, sed etiam plane hostis, quicunque etiam fuerit, moderato saltem animo præditus, illam afflictissimorum sortem non commisereatur.

VIII. Omnes ubique portæ clausæ: et plus quam millia quattuor uno die interfecti, ob hoc tantum criminis, quod plus quam alii gratiæ haberent. Ex illis, qui fuga sibi consulebant, nonnulli, dum cursum ad portas intendunt, capiuntur: alii, qui de muris se dejecerant, in urbes vicinas evadunt. Quidam, de muris inconsiderantius præ metu desilientes, in præceps ruunt. (2) Multitudo autem e patria ejectorum supra sex millia erat: quorum plerique ad Agrigentinos profugerunt, ubi, qua conveniret, humanitate sunt excepti. (3) Agathoclis interim factio, totum diem cædi civium insumens, ne in femineum quidem sexum a petulantia et flagitiis abstinet, sed dignam se ultionem de illis, qui necem evaserant, exacturos arbitrantur, si cognatos eorum quam contumeliosissime tractent. Ipsa enim morte acerbiora viros patresque passuros consentaneum erat, qui uxorum et virginum stupra per contumeliam illata considerarent. (4) A quibus removenda nobis est adjectitia familiarisque scriptoribus aliis tragœdia, maxime propter tam horrenda perpessorum commiserationem, et quia lectorum nemo singulorum deinceps expositionem requirit, quum in promtu illorum sit cognitio. (5) Qui enim clara diei luce per vicos et in foro prorsum innocentes mactare audent, scriptore non opus habent, qui quid intra domos soli noctu peregerint, et quo pacto se erga virgines orbas et mulie-

locorum iniquitatem neque propulsare neque declinare sagittas poterant. (7) Et quia confragosus erat transitus atque difficilis, evenit ut elephantes et equites gravique armatura instructi cum periculis simul et laboribus conflictarentur, quum auxilium sibi ferre non valerent. (8) In has ergo angustias conclusum Antigonum pœnituit, quod Pythoni, qui consilium dederat, pecunia ut transitum redimerent, non morem gessisset. Sed tamen, plurimis desideratis et subito summæ rei amittendæ periculo, vix nono tandem die in habitabiles Mediæ tractus evasit.

XX. Exercitus vero propter crebram malorum successionem ærumnasque immodicas Antigonum criminari cœpit, adeo ut asperas contra eum voces emitteret: intra quadraginta enim dies in tres clades non exiguas inciderant. Sed ipse alloquiorum benignitate largaque omnium commodorum provisione ab ærumnis illis exercitum viribus pristinis restituit. (2) Tum Pythonem misit totam obire Mediam, et equites quam plurimos equosque bellatores et magnam jumentorum vim colligere jussum. (3) Quia vero quadrupedum copia regio abundat, mandatis haud difficulter effectis, Pytho rediit, equites bis mille et equos cum apparatu plus mille, tantum præterea jumentorum numerum, ut totus armari exercitus posset, secum ducens, cum quingentis insuper ex regio fisco talentis. (4) Equites illos in ordines cooptavit Antigonus: equis vero in eos, qui amiserant, distributis, et jumentis, quotquot erant, liberaliter huc illuc donatis, pristinam militum benevolentiam recuperavit.

XXI. Interea satrapæ et copiarum præfecti cum Eumene conjuncti, ut audivere hostes castra habere in Media, sententias variare cœperunt. Nam Eumenes, Antigenes, argyraspidum dux, et quotquot a mari ascenderant, regrediendum ad mare censebant; at qui superioribus e provinciis descenderant, de rebus domi anxii, superiora dicebant tuenda esse. (2) Gliscente autem dissidio, Eumenes, diviso exercitu, partem alteram imparem per se hostibus fore providens, satrapis, qui descenderant, concessit. Motis igitur a Pasitigride castris Persidem versus, ad Persepolim, regni sedem, viginti quattuor dierum itinere contendunt. Primus autem viæ tractus usque ad Scalas, uti vocantur, cavus erat, æstuque et commeatus inopia laborans; sed reliquum editius, aera perquam salubrem habebat, annuisque fructibus erat refertum. (3) Nam crebræ illic sunt valles et umbrosæ, et variæ hortorum consitiones, ad hæc convalles arborum omnis generis a natura factæ, et scaturigines aquarum, adeo ut iter illac facientes locis ad quietem amœnissimis magna oblectatione immorentur. Pecudis quoque

μενος Πευκέστης παρὰ τῶν ἐγχωρίων διεδίδου δαψιλῆ τοῖς στρατιώταις, ἐκκαλούμενος αὐτῶν τὴν εὔνοιαν. (4) Κατοικοῦσι δὲ ταύτην τὴν χώραν τῶν Περσῶν οἱ μαχιμώτατοι, πάντες ὄντες τοξόται καὶ σφενδονῆται· πολυανθρωπίᾳ τε πολὺ διαφέρειν συμβαίνει τὴν χώραν ταύτην τῶν ἄλλων σατραπειῶν.

XXII. Ὡς δέ ποθ' ἧκον εἰς Περσέπολιν τὸ βασίλειον, Πευκέστης μέν, ὢν ταύτης τῆς χώρας σατράπης καὶ στρατηγός, θυσίαν ἐπετέλεσε μεγαλοπρεπῆ τοῖς θεοῖς καὶ Ἀλεξάνδρῳ καὶ Φιλίππῳ, μεταπεμψάμενος δὲ ἐξ ὅλης σχεδὸν τῆς Περσίδος ἱερείων καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς εὐωχίαν καὶ πανήγυριν χρησίμων πλῆθος, εἱστίασε τὴν δύναμιν. (2) Ἐπλήρωσε δὲ τῆς τῶν πανηγυριζόντων θυσίας κύκλους τέτταρας ἐντὸς ἀλλήλων ὄντας καὶ περιεχομένους ὑφ' ἑνὸς τοῦ μεγίστου. Εἶναι δὲ συνέβαινε τοῦ μὲν ἐκτὸς τὴν περίμετρον δέκα σταδίων, ἣν ἀνεπλήρουν οἵ τε μισθοφόροι καὶ συμμάχων τὸ πλῆθος, τοῦ δὲ δευτέρου σταδίων ὀκτώ, καθ' ὃν ὑπῆρχον οἵ τε ἀργυράσπιδες Μακεδόνες καὶ τῶν ἑταίρων οἱ μετ' Ἀλεξάνδρου στρατεύσαντες, τοῦ δ' ἑξῆς τὴν περιφέρειαν σταδίων τεττάρων, τὸν δὲ τόπον ἀναπληροῦσθαι κατακειμένων τῶν τε δευτέρων ἡγεμόνων καὶ τῶν ἔξω τάξεως καὶ φίλων καὶ στρατηγῶν καὶ τῶν ἱππέων· τοῦ δ' ἐπὶ πᾶσιν, ὄντος δυοῖν σταδίων, διειλήφεισαν τὰς κλισίας οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ τὰς ἱππαρχίας ἔχοντες, ἔτι δὲ τῶν Περσῶν οἱ μάλιστα τιμώμενοι. (3) Ἐν μέσῳ δὲ τούτων ὑπῆρχον βωμοὶ θεῶν καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου. Καὶ τὰς μὲν κλισίας συνέβαινεν ἐκ φυλλάδος κατεσκευάσθαι, κεκαλυμμένας αὐλαίαις καὶ παντοδαποῖς περιστρώμασι, χορηγούσης τῆς Περσίδος δαψιλῆ πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν, διεστηκέναι δὲ τοὺς κύκλους ἀπ' ἀλλήλων ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μηδένα μὲν παρενοχλεῖσθαι τῶν ἑστιωμένων, πλησίον δ' εἶναι πάσας τὰς παρασκευάς.

XXIII. Πάντων δὲ κατὰ τρόπον ὑπηρετουμένων, ἐπεσημαίνετο τὸ πλῆθος τὴν τοῦ Πευκέστου προθυμίαν, καὶ φανερὸς ἦν ἐπιδεδωκὼς πολὺ πρὸς εὔνοιαν. Ἃ δὴ θεωρῶν Εὐμένης, καὶ συλλογιζόμενος τὸν Πευκέστην πολιτεύεσθαι πρὸς τὸ πλῆθος τῆς στρατηγίας ὀρεγόμενον, ἐπλάσατο ψευδεῖς ἐπιστολάς. Διὰ δὲ τούτων τούς τε στρατιώτας εὐθαρσεῖς πρὸς τὰς μάχας κατεσκεύασε καὶ τοῦ Πευκέστου τὸν ὄγκον καὶ τὸ πρόσχημα ταπεινώσας, ἑαυτὸν εἰς ὕψος ἤγαγε καὶ προςδοκίαν ἐλπίδων ἀγαθῶν παρὰ τοῖς πλήθεσιν. (2) Ἦν δ' ὁ νοῦς τῶν γεγραμμένων ὅτι τὸ μὲν Ἀλεξάνδρου παιδίον Ὀλυμπιὰς παραλαβοῦσα κεκόμισται καὶ τὴν Μακεδονίας βασιλείαν κυρίως, ἀναιρεθέντος Κασσάνδρου, Πολυσπέρχων δὲ διαβέβηκεν εἰς Ἀσίαν πρὸς Ἀντίγονον ἔχων τῆς βασιλικῆς δυνάμεως τὴν κρατίστην καὶ τοὺς ἐλέφαντας, ἔστι δὲ προάγων ἤδη περὶ Καππαδοκίαν. (3) Ἡ δ' ἐπιστολὴ Συρίοις γεγραμμένη γράμμασιν ἀπέσταλτο παρ' Ὀρόντου τοῦ σατραπείαν μὲν ἔχοντος Ἀρμενίας, φίλου δ' ὄντος Πευκέστῃ. Πιστευθείσης δὲ τῆς ἐπιστολῆς διὰ τὴν συνήθειαν τὴν προϋπάρχουσαν τοῖς σατρά-

omne genus ibi copia erat, quam ab indigenis repetitam Peucestes inter milites prolixe distribuit, et benevolentiam eorum provocavit. (4) Regionem hanc incolunt pugnacissimi Persarum, omnes sagittarii et funditores. Et natura ita fert, ut frequentia hominum satrapiis aliis multum hæc regio antecellat.

XXII. Ubi perventum erat in regiam Persepolim, Peucestes, terræ satrapes et dux, magnificum diis Alexandroque et Philippo sacrum instituit, et arcessitis e tota fere Perside victimis aliisque ad epulum et congregationem publicam utilibus magno numero et apparatu, convivium exercitui præbuit. (2) Explevit autem hoc epulo festum commune celebrantium quattuor circos, quorum alius alium in se contineret, et ab uno maximo reliqui comprehenderentur. Extimi ambitus erat decem stadiorum, quem mercenarii et auxiliariorum multitudo complebat; secundus erat octo stadiorum, in quo Argyraspides erant e Macedonia, et socii equites, Alexandri commilitones; sequentis circuitus erat quattuor stadiorum: in hoc loco accumbebant ductores secundarii, et extraordinarii amici, præfecti et equites; intimi omnium duo stadia complexi tabernacula imperatores et magistri equitum, Persarumque honoratissimi sibi partiti erant. (3) In horum medio aræ deorum, juxtaque Alexandri et Philippi, stabant. Tabernacula e frondibus erant contexta, aulæisque et omnis generis tapetibus et stragulis cooperta, quod Persis, quidquid ad delicias et voluptatem faceret, large subministraret. Distabat autem circus a circo per tantum intervalli, ut nihil omnino molestiæ convivantes sentirent, omnisque ad manum apparatus esset.

XXIII. Quum igitur omnia rite administrarentur, vulgus Peucestæ studium cum applausu prædicans, clare testatum faciebat magno illum favore cumulatum esse. Quæ considerans Eumenes, quod ob imperii affectationem ita assentari vulgo Peucesten colligeret, adulterinas quasdam literas commentus est, quibus ad pugnam alacriores fecit milites, et Peucestæ tumorem ac fastum depressit, se vero apud multitudinem in sublime et ad bonorum exspectandorum opinionem evexit. (2) Argumentum scripti erat: Olympiadem, assumto filio Alexandri, Macedoniæ regnum plena cum auctoritate, jam sublato Cassandro, recuperasse; Polyspercbontem vero in Asiam trajecisse contra Antigonum cum validissima regii exercitus parte atque elephantis, jamque Cappadociæ imminere. (3) Epistola autem, Syriacis literis scripta, ab Oronte Armeniæ satrapa venerat, qui Peucestæ amicus erat. Fide literis habita propter familiaritatem, quæ illi cum satrapis intercedebat, Eumenes circumferri ducibus

παις, ὁ μὲν Εὐμένης ἐκέλευσε περιενεγκεῖν καὶ δεῖξαι τοῖς τε ἡγεμόσι καὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν τοῖς πλείστοις. Τὸ δὲ στρατόπεδον ἅπαν μετετέθη ταῖς διανοίαις, καὶ πάντες ἀπέβλεπον πρὸς τὰς Εὐμένους ἐλπίδας, ὡς τούτου δυνησομένου καὶ προάγειν διὰ τῶν βασιλέων οὓς ἂν βούληται καὶ δίκας λαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικούντων. (4) Μετὰ δὲ τὴν εὐωχίαν Εὐμένης βουλόμενος καταπλήξασθαι τοὺς ἀπειθοῦντας ἢ στρατηγίας ὀρεγομένους, παρήγαγεν εἰς κρίσιν Σιβύρτιον, ὃς ἦν τῆς μὲν Ἀραχωσίας σατράπης, Πευκέστου δὲ μάλιστα φίλος· ἔλαθε δ' αὐτὸν τῶν ἱππέων τινὰς ἀποστείλας εἰς Ἀραχώτας· καὶ τὰς ἀποσκευὰς κελεύσας παρελέσθαι, εἰς τηλικούτους περιέστησε κινδύνους, ὥςτ' εἰ μὴ λαθὼν διέδρα, θανάτῳ περιέπεσεν ἂν ὑπὸ τοῦ πλήθους.

XXIV. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τοὺς μὲν ἄλλους καταπληξάμενος, ἑαυτῷ δ' ὄγκον καὶ πρόσχημα μέγα περιποιήσας, μετεβάλετο πάλιν, καὶ τὸν Πευκέστην λόγοις φιλανθρώποις καὶ μεγάλαις ἐπαγγελίαις προςαγαγόμενος, εὔνουν ἑαυτῷ καὶ πρόθυμον κατεσκεύασεν εἰς τὸ τοῖς βασιλεῦσι συναγωνίζεσθαι. (2) Σπεύδων δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων σατραπῶν καὶ στρατηγῶν ὥςπερ ὅμηρα λαβεῖν τοῦ μὴ καταλείψειν αὐτόν, προςεποιήθη χρημάτων σπανίζειν, καὶ παρεκάλεσεν ἕκαστον κατὰ δύναμιν δανεῖσαι τοῖς βασιλεῦσι. (3) Λαβὼν δὲ παρ' ὧν ἐδόκει συμφέρειν ἡγεμόνων τετρακόσια τάλαντα, τοὺς πρότερον ὑπόπτους ὄντας ἐπιβουλεύειν ἢ καταλείψειν πιστοτάτους φύλακας ἔσχε τοῦ σώματος καὶ συναγωνιστάς. (4) Οὕτω δὲ αὐτοῦ περὶ τούτων πρὸς τὸ μελλον στρατηγοῦντος, ἧκόν τινες ἐκ Μηδίας ἀπαγγέλλοντες ὅτι μετὰ τῆς δυνάμεως Ἀντίγονος τὴν ἀνάζευξιν ἐπὶ τῆς Περσίδος εἴη πεποιημένος. Ἃ δὴ πυθόμενος καὶ αὐτὸς ἀνέζευξε, διεγνωκὼς ἀπαντᾶν τοῖς πολεμίοις καὶ διακινδυνεύειν. (5) Κατὰ δὲ τὴν ὁδοιπορίαν δευτεραῖος θυσίαν ἐπιτελέσας τοῖς θεοῖς καὶ τὴν δύναμιν εὐωχήσας πολυτελῶς, τὰ μὲν πλήθη πρὸς εὔνοιαν προεκαλέσατο, αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν μέθην συμπεριενεχθεὶς τῶν παραληφθέντων τοῖς εἰς τὸ πίνειν ὁρμήσασιν ἐνέπεσεν εἰς ἀῤῥωστίαν. Διόπερ ἡμέρας τινὰς ἐπέσχε τῆς πορείας, καταβαρούμενος ὑπὸ τοῦ πάθους· ἡ δὲ δύναμις ἐν ἀθυμίᾳ καθειστήκει, τῶν μὲν πολεμίων προςδοκωμένων ταχέως συνάψειν, τοῦ δ' ἱκανωτάτου τῶν στρατηγῶν ὑπὸ τῆς νόσου πιεζομένου. (6) Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ πάθους κριθέντος, ἐπειδὴ βραχέως αὐτὸν προςανέλαβε, προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἀφηγουμένου Πευκέστου καὶ Ἀντιγένους, αὐτὸς δὲ φορείῳ κομιζόμενος ἐπηκολούθει τοῖς οὐραγοῦσιν, ὅπως μὴ διὰ τὸν θόρυβον καὶ τὴν στενοχωρίαν παρενοχλοῖτο.

XXV. Ὡς δ' ἡμέρας ὁδὸν ἀπέσχον ἀπ' ἀλλήλων τὰ στρατόπεδα, κατασκόπους ἔπεμψαν ἀμφότεροι, καὶ μαθόντες τὰ πλήθη καὶ τὰς προαιρέσεις τῶν πολεμίων, παρεσκευάσαντο μὲν πρὸς τὸν κίνδυνον, διελύθησαν δὲ χωρὶς μάχης. (2) Προβεβλημένοι γὰρ ἀμφότεροι ποταμόν τινα καὶ χαράδραν, ἐξέταξαν μὲν τὰς δυνάμεις, διὰ δὲ τὰς τῶν τόπων δυςχωρίας οὐχ ἠδυνήθησαν δια-

que et militum plerisque exhiberi illas jussit. Mox animi totius exercitus immutari, omnesque ad spem in Eumene repositam oculos convertere, ut qui regum favore quos vellet promovere, et pœnas a delinquentibus exigere posset. (4) Finito autem epulo, ut dicto minus audientes, et qui imperatoriam affectarent potestatem, perterrefaceret Eumenes, judicio arcessivit Sibyrtium, qui Arachosiæ satrapes et Peucestæ inprimis amicus erat. Clam autem ipso missis ex equitatu nonnullis ad Arachotas, impedimenta intercipere jusserat. In tantum ergo discrimen hominem adduxit, ut, nisi clanculum aufugisset, a multitudine supplicio fuisset affectus.

XXIV. Hunc ad modum formidine aliis injecta, sibi vero amplitudine et majestate quadam comparata, gerendi se rationem mutavit, et comitate verborum ac promissorum magnitudine Peucesten delinitum, benevolum sibi et regibus ad ferendum suppetias alacrem promtumque reddidit. (2) Properans deinde ab aliis etiam satrapis et ducibus pignora capere, ne ipsum desererent, pecuniis se indigere simulavit, et unumquemque, ut mutuam pro facultate regibus darent, adhortatus est. (3) Quadringentis igitur talentis, a quibus expedire visum ducibus, acceptis, illos, qui prius insidiarum aut desertionis fuerant suspecti, jam fidissimos et corporis sui custodes certaminumque socios habebat. (4) Dum ad hunc modum prudenter in futurum res administrat, quidam ex Media nuntiatum veniunt, Antigonum cum exercitu iter in Persidem suscepisse. Quibus auditis, etiam ipse castra movet eo consilio, ut hosti obviam progressus certaminis aleam experiatur. (5) In ea profectione, altero die, quum peracto diis sacrificio exercitum opiparo convivio excepisset, multitudinem ad conservanda benevolentiæ studia exhortatur. Quum vero convivis, qui bibendi voluptate capiebantur, se attemperaret, in virium debilitatem incidit, et invaletudine præpeditus, profectionem ad dies aliquot inhibuit. Exercitus interim animos submiserat, quod et hostes jamjam conflicturi putarentur, et imperatorum maxime idoneus morbo detentus esset. (6) Remittente tamen malo, quum se brevi recollegisset, copias promovit, primum agmen ducente Peucesta cum Antigene: ipse cum extremi agminis ductoribus subsequebatur, ne tumultu angustiisque locorum turbaretur.

XXV. Jamque iter unius diei exercitus inter se distabant, quum per missos utrique exploratores cognito hostium numero consilioque, ad pugnæ discrimen se præpararent. Sine prœlio tamen ibi discessum est. (2) Quum enim utrique amne ac fossa præmuniti essent, copias quidem in aciem producebant; sed propter loci difficultatem confligere

γωνίσασθαι, καταστρατοπεδεύσαντες δ' ἀλλήλων ἀπὸ σταδίων τριῶν, ἐπὶ μὲν ἡμέρας τέτταρας ἀκροβολιζόμενοι καὶ προνομεύοντες τὴν χώραν διετέλεσαν, πάντων σπανίζοντες· τῇ πέμπτῃ δ' Ἀντίγονος πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε πρός τε τοὺς σατράπας καὶ τοὺς Μακεδόνας, ἀξιῶν Εὐμένει μὲν μὴ προσέχειν, ἑαυτῷ δὲ πιστεύειν. (3) Συγχωρήσειν γὰρ ἔφη τοῖς μὲν σατράπαις ἔχειν τὰς ἰδίας σατραπείας, τῶν δ' ἄλλων τοῖς μὲν χώραν πολλὴν δώσειν, τοὺς δ' εἰς τὰς πατρίδας ἀποστελεῖν μετὰ τιμῆς καὶ δωρεῶν, τοὺς δὲ στρατεύεσθαι βουλομένους διανεμεῖν εἰς τὰς ἑκάστῳ καθηκούσας τάξεις. (4) Τῶν δὲ Μακεδόνων οὐ προσεχόντων τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ προσαπειλούντων τοῖς πρεσβευταῖς, Εὐμένης παρελθὼν ἐπήνεσέ τε αὐτοὺς καὶ λόγον εἶπε τῶν παραδεδομένων μὲν καὶ παλαιῶν, οὐκ ἀνοίκειον δὲ τῆς περιστάσεως. (5) Ἔφη γὰρ ἐρασθέντα λέοντα παρθένου διαλεχθῆναι τῷ πατρὶ τῆς κόρης ὑπὲρ τοῦ γάμου· τὸν δὲ πατέρα λέγειν ὡς ἕτοιμος μέν ἐστιν αὐτῷ δοῦναι, δεδοικέναι δὲ τοὺς ὄνυχας καὶ τοὺς ὀδόντας, μήποτε γήμας καὶ παροξυνθεὶς διά τινα αἰτίαν προσενέγκηται τῇ παρθένῳ θηριωδῶς. (6) Τοῦ δὲ λέοντος ἐξελόντος τούς τε ὄνυχας καὶ τοὺς ὀδόντας, τὸν πατέρα θεωρήσαντα πάντα δι' ὧν ἦν φοβερὸς ἀποβεβληκότα, τύπτοντα τῷ ξύλῳ ῥᾳδίως ἀποκτεῖναι. (7) Τὸ παραπλήσιον οὖν ποιεῖν καὶ τὸν Ἀντίγονον· μέχρι τούτου γὰρ ποιεῖσθαι τὰς ἐπαγγελίας ἕως ἂν τῆς δυνάμεως κυριεύσῃ καὶ κολάσῃ τηνικαῦτα τοὺς ἀφηγουμένους. Ἐπισημαινομένου δὲ τοῦ πλήθους ὡς ὀρθῶς λέγοντος, τότε μὲν ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

XXVI. Νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης ἧκόν τινες ηὐτομοληκότες μὲν ἐκ τῆς Ἀντιγόνου στρατοπεδείας, λέγοντες δ' ὅτι παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις Ἀντίγονος ἀναζευγνύειν περὶ δευτέραν φυλακήν. Ὁ δ' Εὐμένης συλλογιζόμενος ἀληθῶς ὑπέλαβε τοὺς πολεμίους ἀποχωρήσειν εἰς τὴν Γαβιηνήν. (2) Αὕτη γὰρ ἀπέχουσα τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀκέραιος ἦν καὶ πλήρης καρπῶν καὶ χορτασμάτων καὶ καθόλου τῶν δυναμένων χορηγῆσαι τὰ ἐπιτήδεια μεγάλαις δυνάμεσι δαψιλῶς. (3) Πρὸς δὲ τούτοις τοῖς ἀγαθοῖς ὁ τόπος αὐτὸς συνήργει, ποταμοὺς ἔχων καὶ χαράδρας δυσεξόδους. Σπεύδων οὖν φθάσαι τοὺς πολεμίους, τὸ ὅμοιον ἔπραξε. Τῶν μὲν μισθοφόρων τινὰς χρήμασι πείσας ἐξέπεμψεν ὡς αὐτομόλους, συντάξας λέγειν ὅτι διέγνωκεν Εὐμένης νυκτὸς ἐπιτίθεσθαι τῷ χάρακι· αὐτὸς δὲ τὴν μὲν ἀποσκευὴν προαπέστειλε, τοῖς δὲ στρατιώταις παρήγγειλε τὴν ταχίστην δειπνοποιησαμένοις ἀναζευγνύειν. (4) Ὧν ἁπάντων ὀξέως συντελεσθέντων, Ἀντίγονος ἀκούσας τῶν αὐτομόλων ὅτι μάχεσθαι νυκτὸς διεγνώκασιν οἱ πολέμιοι, τῆς μὲν πορείας ἀπέσχετο, διέταττε δὲ τὴν δύναμιν εἰς τὸν κίνδυνον. (5) Τοῦ δὲ περὶ ταῦτα θορυβουμένου, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἀγωνιῶντος, ἔλαθον οἱ περὶ τὸν Εὐμένη προλαβόντες καὶ τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενοι κατὰ τάχος εἰς τὴν Γαβιηνήν. Ὁ δ' Ἀντίγονος μέχρι μέν τινος ἐν τοῖς ὅπλοις συνεῖχε τὴν δύναμιν· ὡς δὲ παρὰ τῶν κατασκόπων ἐπύθετο τὴν ἀποχώρησιν τῶν ἐναντίων,

non poterant. Trium ergo stadiorum intervallo translatis hinc inde castris, quatriduum velitationibus et depopulandis agris consumebant rerum omnium egeni. Quinta inde luce Antigonus per legatos a satrapis et Macedonibus contendit, ne Eumenis partes sequantur, verum ipsius se fidei committant. (3) Nam suam cuique satrapæ provinciam se relicturum, ceterisque multum se terræ donaturum : nonnullos etiam remissurum cum honoribus et donis in patriam : et quibus militare placeret, ordinem singulis convenientem a se attributum iri spondet. (4) Non admittuntur hæ conditiones a Macedonibus, sed cum minis legatos repudiant. Idcirco in medium procedens Eumenes, ipsos collaudat, et fabulam, ex prisca quidem memoria repetitam, sed ad statum præsentem accommodatam, recitat. (5) Leonem, ait, virginis amore correptum, de nuptiis puellæ sermonem cum patre contulisse. Hunc, paratum se ad locandum ei virginem, respondisse, sed ungues ejus se metuere atque dentes, ne post initum conjugium de quacunque demum causa iratus belluino se more gereret adversus puellam. (6) Leonem ergo ungues cum dentibus sibi decurtasse. Patrem vero conspicatum omnia illum perdidisse, quibus formidabilis esset, baculi ictibus leonem facile interemisse. (7) Non absimile nunc etiam facere Antigonum. Nam eousque promissis eos lactare, donec redactis in potestatem copiis, ductores ad supplicia rapiat. Hæc oratio, ut probe recteque dicta, cum applausu a vulgo excipitur. Et tunc quidem concionem Eumenes dimisit.

XXVI. Nocte insecuta transfugæ quidam e castris Antigoni venerant, nuntiantes, Antigonum militibus edixisse, ut castra ad secundam vigiliam moverent. Eumenes igitur, subductis rationibus, vere tandem conjectavit, in Gabienen hostes abituros. (2) Hæc tridui itinere distans, intacta adhuc erat, fructibus et pabulo adeoque cunctis, quæ magnis etiam exercitibus largum subministrare queant commeatum, referta. (3) Præter quæ bona locus ipse adjumento erat, fluvios et voragines habens impervias. Antevertere itaque hostes maturans, idem fecit. E conductitiis quosdam pecunia illectos misit ut transfugas, renuntiare jussos, Eumenem noctu vallum aggressurum. Sed ipse, præmissis impedimentis, ut milites quam occissime curatis corporibus vasa colligerent, præcepit. (4) Quibus omnibus celeriter confectis, Antigonus, a transfugis edoctus, hosti noctu pugnare decretum, profectione supersedit, et ad pugnam exercitum instruxit. (5) Quæ dum tumultuarie obit, et de futuris anxie sollicitus est, jam bonum Eumenis copiæ spatium anteverterant, hoste inscio, iterque versus Gabienen tenebant. Interim Antigonus ad tempus in armis militem habebat; sed ubi de abitu hostium per exploratores

γνοὺς αὐτὸν κατεστρατηγημένον, οὐδὲν ἧττον ἀντείχετο τῆς αὐτῆς προαιρέσεως. (6) Παραγγείλας οὖν τοῖς στρατιώταις ἀναζευγνύειν, προῆγε σύντονον τὴν πορείαν ποιούμενος καὶ διωγμῷ παραπλήσιον. Προέχοντος δ' Εὐμένους δύο φυλακάς, ὁρῶν ὅτι καταλαβεῖν οὐ ῥᾴδιόν ἐστι τῇ δυνάμει πάσῃ τοὺς τοσοῦτο προειληφότας, ἐπενόησέ τι τοιοῦτο. (7) Τὴν μὲν ἄλλην δύναμιν παραδοὺς Πύθωνι προςέταξε κατὰ σχολὴν ἀκολουθεῖν, αὐτὸς δὲ τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν ἤλαυνεν ἀπὸ ῥυτῆρος· καὶ καταλαβὼν ἅμ' ἡμέρᾳ τὴν οὐραγίαν τῶν πολεμίων καταβαίνουσαν ἀπό τινος ἀκρολοφίας, ἐπέστη ταῖς ἀκρωρείαις, φανερὸς ὢν τοῖς ἐναντίοις. (8) Οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐμένη θεωρήσαντες ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος τῶν πολεμίων ἱππεῖς, καὶ δόξαντες εἶναι πλησίον ἅπασαν τὴν δύναμιν, τῆς μὲν πορείας ἐπέσχον, τὴν δὲ στρατιὰν διέταττον, ὡς αὐτίκα τῆς παρατάξεως γενησομένης. (9) Οἱ μὲν οὖν ἡγεμόνες ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων τὸν προειρημένον τρόπον ἀλλήλους κατεστρατήγησαν, ὥςπερ προαγωνιζόμενοι περὶ συνέσεως καὶ δεικνύοντες ὅτι τὰς ἐλπίδας ἐν αὐτοῖς ἔχουσι τῆς νίκης. (10) Ὁ δ' οὖν Ἀντίγονος διὰ ταύτης τῆς ἐπινοίας ἐκώλυσε μὲν τοὺς πολεμίους προάγειν εἰς τοὔμπροσθεν, αὑτῷ δὲ δοὺς ἄνεσιν εἰς τὸ προςδέξασθαι τὴν δύναμιν, ἐπειδὴ τὸ στρατόπεδον ἧκεν ἅπαν, ἐξέταξεν εἰς μάχην, καὶ κατέβαινε συντεταγμένος ἐπὶ τοὺς πολεμίους καταπληκτικῶς.

XXVII. Εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας σὺν τοῖς διὰ Πύθωνος καὶ Σελεύκου προςγεγενημένοις πεζοὺς μὲν πλείους τῶν δισμυρίων ὀκτακισχιλίων, ἱππεῖς δ' ὀκτακισχιλίους πεντακοσίους, ἐλέφαντας δὲ ἑξήκοντα πέντε. Διηλλαγμέναις δὲ ἐχρήσαντο ταῖς τάξεσιν οἱ στρατηγοί, διαμιλλώμενοι καὶ περὶ τῆς ἐν τούτοις ἐμπειρίας πρὸς ἀλλήλους. (2) Εὐμένης μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρατος ἔταξεν Εὔδαμον τὸν καταγαγόντα τοὺς ἐλέφαντας ἐξ Ἰνδῶν, ἔχοντα τὸ περὶ αὐτὸν ἄγημα τῶν ἱππέων, ὄντων ἑκατὸν πεντήκοντα, πρόταγμα δὲ τούτων ἴλας δύο ξυστοφόρων ἐπιλέκτων βάθος ἐχούσας ἱππέων πεντήκοντα. (3) Καὶ συνῆψε μὲν τούτους τοῖς ὑπερδεξίοις τῆς ὑπωρείας· ἑξῆς δὲ τούτοις Στάσανδρον τὸν στρατηγὸν ἔταξεν ἔχοντα τοὺς ἰδίους ἱππεῖς ἐνακοσίους πεντήκοντα. (4) Μετὰ δὲ τούτους ἔστησεν Ἀμφίμαχον τὸν Μεσοποταμίας σατράπην, ᾧ συνηκολούθουν ἱππεῖς ἑξακόσιοι, συνάπτοντας δὲ τούτοις τοὺς ἐξ Ἀραχωσίας ἱππεῖς ἑξακοσίους, ὧν ἡγεῖτο πρότερον μὲν Σιβύρτιος, διὰ δὲ τὴν ἐκείνου φυγὴν μετειλήφει τὴν ἡγεμονίαν Κεφάλων. (5) Ἑξῆς δ' ἦσαν πεντακόσιοι μὲν ἐκ Παροπαμισαδῶν, οἱ δὲ τούτοις ἴσοι Θρᾷκες ἐκ τῶν ἄνω κατοικιῶν. Πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἔταξεν ἐλέφαντας μὲν ἐν ἐπικαμπίῳ τετταράκοντα πέντε, τοξότας δὲ καὶ σφενδονήτας ἐν τοῖς τῶν θηρίων διαστήμασι τοὺς ἱκανούς. (6) Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ὀχυρωσάμενος τὸ λαιὸν κέρας συνῆψεν αὐτῷ τὴν φάλαγγα. Ταύτης δὲ τὸ ἄκρον ἐπεῖχον οἱ ξένοι, πλείους ὄντες τῶν ἑξακισχιλίων, τὸ δ' ἑξῆς οἱ καθωπλισμένοι

certior factus, imperatoria se arte delusum intellexit, in proposito nihilominus perseveravit. (6) Discessu igitur suis indicto, citato itinere, quod insecutionis speciem habebat, processit. Sed quum duas jam noctis vigilias antevertisset Eumenes, tanto progressos intervallo se cum toto exercitu assequi non posse videns, tale quidpiam excogitat. (7) Pythoni reliquum agmen tradit, ut lento subsequatur gradu, jubens; ipse equitatu assumto laxis habenis accelerat, et cum prima luce extremum hostis agmen e colle quodam descendens assequitur. Ibi in cacumine montis subsistens, hostibus se ostendit. (8) Tum Eumenes, ex non mediocri intervallo equitatum hostilem conspicatus, dum totum imminere exercitum autumat, inhibito progressu, quasi mox dimicandum foret, copias disponit. (9) Ad hunc modum utriusque exercitus imperatores mutuis sibi artibus imposuere, tanquam in procursu de sollertia inter se decertantes, cum hac ostensione, spem victoriæ se in semetipsis repositam habere. (10) Hoc igitur commento, ne ulterius progrederentur, hostes inhibuit Antigonus, sibique moram ad recipiendum copias fecit. Postquam vero totus advenit exercitus, ad prœlium suos ordinat, instructaque acie terribili modo contra hostem descendit.

XXVII. Ducebat autem in universum, cum his, qui a Pythone ac Seleuco accesserant, plus quam duodetriginta millia peditum, octo millia equitum et quingentos, elephantes sexaginta quinque. Inusitatam aciei formam tum imperatores adhibuere, etiam in hac re peritia inter se decertantes. (2) Eumenes in sinistro cornu Eudamum, elephantum ex India ductorem, collocavit, qui penes se turmam equitum centum et quinquaginta habebat. His prætextæ erant alæ duæ lectissimorum equitum lanceas ferentium, ad quinquagenos (*octo?*) profundæ. (3) Hos adjunxit illis, qui ad radicem montis loco superiores erant. Juxta illos Stasandrum constituit ducem, nongentorum et quinquaginta equitum manu instructum. (4) Post eos Amphimachum, Mesopotamiæ satrapam, locum habere jussit, quem sexcenti equites comitabantur. His contiguos fecit equites ex Arachosia sexcentos, quos Sibyrtius pridem duxerat; sed propter fugam illius Cephalo imperium eorum erat sortitus. (5) Secundum illos Paropamisadæ erant quingenti, totidemque Thraces ex superioribus coloniis. Ante hos vero cunctos statuit elephantes quadraginta quinque incurva aciei forma, et per intervalla belluarum sagittarios et funditores, quantum satis esset. (6) Hunc ad modum firmato cornu sinistro attexuit phalangem, cujus extrema milites peregrini supra sex millia obtinebant, et deinceps,

μὲν εἰς τὰ Μακεδονικά, παντοδαποὶ δ' ὄντες τοῖς ἔθνεσιν, εἰς πενταχισχιλίους.

XXVIII. Μετὰ δὲ τούτους ἐτάχθησαν οἱ Μακεδόνες ἀργυράσπιδες, ὄντες μὲν οὐ πλείους τρισχιλίων, ἀνίκητοι δὲ καὶ διὰ τὰς ἀρετὰς πολὺν φόβον παρεχόμενοι τοῖς πολεμίοις. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τοὺς ἐκ τῶν ὑπασπιστῶν, ὄντας πλείους τρισχιλίων, ἀφηγουμένων τούτων τε ἅμα καὶ τῶν ἀργυρασπίδων Ἀντιγένους καὶ Τευτάμου. (2) Πρὸ δὲ πάσης τῆς φάλαγγος ἔστησεν ἐλέφαντας τετταράκοντα, καὶ τὰ τούτων διαστήματα τοῖς ψιλικοῖς τάγμασιν ἀνεπλήρωσεν. (3) Ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἐξέταξε τοὺς ἱππεῖς, ἐχομένους μὲν τῆς φάλαγγος τοὺς ἐκ Καρμανίας ὀκτακοσίους, ὧν Τληπόλεμος σατράπης ἡγεῖτο, ἑξῆς δὲ τοὺς καλουμένους ἑταίρους ἐνακοσίους καὶ τὸ Πευκέστου καὶ Ἀντιγένους ἄγημα, τριακοσίους ἔχον ἱππεῖς μιᾷ περιειλημμένους ἴλῃ, ἐπ' ἄκρου δὲ τοῦ κέρατος τὸ Εὐμένους ἄγημα, τοὺς ἴσους ἔχον ἱππεῖς, καὶ τούτων πρόταγμα τῶν Εὐμένους παίδων ἴλας δύο, συνεστηκυίας ἑκατέρας ἐξ ἱππέων πεντήκοντα, καὶ πλαγίας φυλαττούσας ἔξω τοῦ κέρατος ἴλας τέτταρας, ἐν αἷς ἦσαν ἱππεῖς ἐπίλεκτοι διακόσιοι. (4) Χωρὶς δὲ τούτων ἀπὸ πασῶν τῶν ἱππαρχιῶν ἐπιλελεγμένους τοῖς τάχεσι καὶ ταῖς ῥώμαις ἱππεῖς τριακοσίους ἔστησε κατόπιν τοῦ περὶ αὐτὸν ἀγήματος. Παρὰ δὲ τὴν ὅλην τοῦ κέρατος τάξιν προέταξεν ἐλέφαντας τετταράκοντα. Ἡ δὲ πᾶσα δύναμις ἦν τῶν περὶ τὸν Εὐμένη πεζοὶ μὲν τρισμύριοι πενταχισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχίλιοι ἑκατόν, ἐλέφαντες δὲ ἑκατὸν τετταρεσκαίδεκα.

XXIX. Ἀντίγονος δ' ἐκ μετεώρων τόπων κατιδὼν τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, πρὸς ταύτην ἁρμοζόντως διεκόσμησε τὴν ἰδίαν δύναμιν. Ὁρῶν γὰρ τὸ τῶν ἐναντίων δεξιὸν κέρας ὠχυρωμένον τοῖς τε θηρίοις καὶ τοῖς κρατίστοις τῶν ἱππέων, ἀντέταξε τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ἱππέων, οἳ κατὰ στόμα μὲν ἤμελλον φυγομαχήσειν ἀραιοὶ διαστάντες, ἐκ μεταβολῆς δὲ διαγωνιεῖσθαι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ποιήσειν ἄπρακτον τῶν ἐναντίων τοῦτο τὸ μέρος ᾧ μάλιστ' ἐπίστευον. (2) Ἔστησε δ' ἐπὶ ταύτης τῆς φάλαγγος τούς τε ἐκ Μηδίας καὶ Παρθυαίας ἀμφιπποτοξότας καὶ λογχοφόρους, ὄντας μὲν χιλίους, πεφυκότας δ' εὖ πρὸς τὴν ἐκ μεταβολῆς κρίσιν, ἑξῆς δὲ τοὺς ἀπὸ θαλάττης συναναβεβηκότας Ταραντίνους δισχιλίους καὶ διακοσίους, ἐπιλέκτους ἐν ἐνέδραις καὶ καλῶς διακειμένους ταῖς εὐνοίαις πρὸς αὐτόν, τοὺς δ' ἀπὸ Φρυγίας καὶ Λυδίας χιλίους, τοὺς δὲ μετὰ Πύθωνος χιλίους πεντακοσίους καὶ τοὺς μετὰ Λυσανίου ξυστοφόρους τετρακοσίους, ἐπὶ πᾶσι δὲ τούς τε ἀμφίππους ὀνομαζομένους καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄνω κατοικούντων ὀκτακοσίους. (3) Καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον κέρας ὑπὸ τούτων ἐπληροῦτο τῶν ἱππέων, ὧν ἁπάντων Πύθων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν. Τῶν δὲ πεζῶν πρῶτοι μὲν ἐτάχθησαν οἱ ξένοι, πλείους ὄντες τῶν ἐνακισχιλίων, μετὰ δὲ τούτους Λύκιοι καὶ Παμφύλιοι τρισχίλιοι, παντοδαποὶ δ' εἰς τὰ Μακεδονικὰ καθωπλισμένοι πλείους

qui Macedonico ritu armati variis e gentibus confluxerant, ad millia quinque.

XXVIII. Post hos Argyraspides e Macedonia, tribus millibus haud plures, sed invicti et propter virtutem hosti maxime formidabiles, ordinati erant. Denique post omnes ex clypeatorum satellitum numero plures tribus millibus; quos, ut Argyraspides, sub imperio suo habebant Antigenes et Teutamus. (2) Toti autem phalangi quadraginta elephantes præstituit, horumque interstitia rorariis explevit. (3) In dextro cornu vicinos phalangi statuit equites ex Carmania octingentos, quibus Tlepolemus satrapa præerat, et exinde nongentos, qui sodales nuncupabantur. Tum Peucestæ et Antigenis agmen, habens trecentos equites una turma comprehensos. In extremo tandem cornu Eumenis agmen erat collocatum, quod totidem habebat equites, horumque antesignanos famulorum Eumenis turmas duas, quæ quinquagenis equitibus constabant; quattuor insuper alas, quæ ex obliquo extra cornu præsidio essent, ducentos equites apprime delectos complexas. (4) Ac præter hos e cunctis equitum præfecturis trecentos, celeritatis ac fortitudinis eximiæ, a tergo sui agminis collocavit. Totum vero cornu ita instructum elephantis quadraginta præmunivit. Universus igitur exercitus Eumenis erat peditum triginta quinque millia, equitum sex millia et centum, elephantorum centum et quattuordecim.

XXIX. Antigonus, ex locis editioribus aciem hostium contemplatus, contra illam suas quoque copias apte instruxit. Dextrum enim hostis cornu belluis et equitum fortissimis munitum videns, objecit illis equitum suorum expeditissimos, qui, quod rariores inter se distarent, in fronte cessim pugnarent, et per vices conversi prœlium redintegrarent, atque hoc pacto illius partis, in qua maxima spes hostibus erat, vires eluderent. (2) In hac autem phalange collocarat sagittarios equestres et lancearios ex Media et Parthia, circiter mille, ad confligendum per intervalla assuetos. Hinc eos, qui a mari simul cum ipso ascenderant, duo Tarentinorum millia et ducentos, ad insidias calliditatis exquisitæ, et benevolentiæ in ipsum præclaræ; ex Phrygia etiam Lydiaque mille; tum Pythonem secutos mille quingentos et hastigeros quadringentos, qui cum Lysania erant; postremos omnium, qui amphippi nominabantur, et ex superiorum terrarum incolis octingentos. (3) Ab hoc igitur equitatu lævum cornu erat expletum, Pythoque imperium gerebat omnium. In pedestri autem acie primum tenuere locum peregrini milites plures novem millibus: proximum Lycii et Pamphylii ter mille, et variis e nationibus ad Macedonicum habitum in-

τῶν ὀκτακισχιλίων, ἐπὶ πᾶσι δὲ Μακεδόνες οὐ πολὺ ἐλάττους τῶν ὀκτακισχιλίων, οὓς ἔδωκεν Ἀντίπατρος καθ' ὃν καιρὸν ἐπιμελητὴς ἀπεδείχθη τῆς βασιλείας. (4) Τῶν δ' ἱππέων πρῶτοι μὲν ἦσαν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος συνάπτοντες τῇ φάλαγγι μισθοφόροι παντοδαποὶ πεντακόσιοι, ἑξῆς δὲ Θρᾷκες χίλιοι, παρὰ δὲ τῶν συμμάχων πεντακόσιοι, ἐχόμενοι δὲ τούτων οἱ προςαγορευθέντες ἑταῖροι χίλιοι, Δημήτριον ἔχοντες ἡγεμόνα τὸν Ἀντιγόνου, τότε πρώτως μέλλοντα συναγωνίζεσθαι τῷ πατρί. (5) Ἐπ' ἄκρου δὲ τοῦ κέρατος ἦν τὸ ἄγημα τῶν [ἱππέων] τριακοσίων, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς ἐκινδύνευε· πρόταγμα δὲ τούτων ἐκ τῶν ἰδίων παίδων ἶλαι τρεῖς ὑπῆρχον καὶ ταύταις ἴσοι παράλληλοι, συναγωνιζομένων αὐτοῖς Ταραντίνων ἑκατόν. (6) Παρὰ δὲ τὸ κέρας πᾶν ἐξέταξε τοὺς κρατίστους τῶν ἐλεφάντων τριάκοντα, ποιήσας ἐπικάμπιον, καὶ τὰ διαστήματα τούτων συνεπλήρωσε τοῖς ψιλοῖς τάγμασιν ἐπιλέκτοις· τῶν δ' ἄλλων θηρίων τὰ πλείω μὲν τῆς φάλαγγος προέστησεν, ὀλίγα δὲ μετὰ τῶν ἱππέων τῶν ἐν τοῖς εὐωνύμοις μέρεσι. (7) Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐκτάξας τὸ στρατόπεδον, κατέβαινεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους λοξὴν ποιήσας τὴν τάξιν· τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας, ᾧ μάλιστα ἐπίστευε, προεβάλετο, τὸ δ' ἕτερον ὑπεστείλατο, διεγνωκὼς ᾧ μὲν φυγομαχεῖν, ᾧ δ' ἀγωνίζεσθαι.

XXX. Ἐπεὶ δὲ σύνεγγυς ἀλλήλων ἐγένετο τὰ στρατόπεδα καὶ τὸ σύσσημον ἤρθη παρ' ἀμφοτέροις, ἐπηλάλαξαν μὲν αἱ δυνάμεις ἐναλλὰξ πλεονάκις, ἐσήμηναν δ' οἱ σαλπιγκταὶ τὸ πολεμικόν. Πρῶτοι δ' οἱ μετὰ Πύθωνος ἱππεῖς, στερεὸν μὲν οὐδὲν οὐδ' ἀξιόλογον ἔχοντες πρόφραγμα περὶ αὐτούς, ὑπερέχοντες δὲ τῶν ἀντιτεταγμένων τῷ τε πλήθει καὶ ταῖς ἐλαφρότησιν, ἐπειρῶντο χρήσασθαι τοῖς ἰδίοις προτερήμασι. (2) Τὸ μὲν γὰρ κατὰ στόμα διακινδυνεύειν πρὸς ἐλέφαντας οὐχ ἀσφαλὲς ἐνόμιζον, περιιππεύσαντες δὲ τὸ κέρας καὶ πλαγίοις ἐμβαλόντες πυκνοῖς τοῖς βέλεσι κατετίτρωσκον, αὐτοὶ μὲν διὰ τὰς ἐλαφρότητας οὐδὲν πάσχοντες, μεγάλα δὲ βλάπτοντες τοὺς διὰ τὰ βάρη μήτ' ἐκδιῶξαι δυναμένους μήτ' ἀναχωρεῖν, ὅταν καιρὸς παραγγείλῃ. (3) Εὐμένης δ' ὁρῶν πιεζόμενον τὸ κέρας τῷ πλήθει τῶν ἀμφιπποτοξοτῶν, μετεπέμψατο παρ' Εὐδάμου τοῦ τὸ λαιὸν κέρας ἔχοντος τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ἱππέων. (4) Ἐξαγαγὼν δὲ ἐπὶ κέρας τὴν ὅλην τάξιν, τοῖς μὲν ψιλοῖς καὶ τοῖς ἐλαφροτάτοις τῶν ἱππέων εἰςέβαλεν εἰς τοὺς ἐναντίους· ἐπακολουθούντων δὲ καὶ τῶν θηρίων, ῥᾳδίως τρεψάμενος τοὺς περὶ τὸν Πύθωνα κατεδίωξε μέχρι τῆς ὑπωρείας. (5) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις συνέβη καὶ τοὺς πεζοὺς ἐφ' ἱκανὸν μὲν χρόνον φαλαγγομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους, τὸ δὲ τελευταῖον πολλῶν πεσόντων παρ' ἀμφοτέροις, ἐπικρατῆσαι τοὺς παρ' Εὐμένει τεταγμένους διὰ τὰς τῶν ἀργυρασπίδων Μακεδόνων ἀρετάς. (6) Οὗτοι γὰρ ταῖς μὲν ἡλικίαις ἤδη προβεβήκεισαν, διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν κινδύνων διέφερον ταῖς τόλμαις καὶ ταῖς εὐχειρίαις, ὥςτε μηδένα δύνασθαι κατὰ στόμα τὴν βίαν

structi plures quam octo millia. Ultimi omnium erant Macedones non infra millia octo, quos Antipater in supplementum miserat, quo tempore regni administrationem accepit. (4) Equitum in dextro cornu phalangem attingentes primi erant mercenarii ex diversis gentibus quingenti. Exinde Thraces mille, et a sociis missi quingenti. His cohærebant sodales quos vocant mille, Demetrio Antigoni duce, qui tunc primum in acie patri operam navaturus erat. (5) In extremo cornu [equitum] trecentorum agmen subsistebat, quibuscum ipse pugnæ discrimen adibat. Horum antesignani ex famulis ipsius tres erant turmæ, et totidem aliæ, æquali inter se spatio collocatæ, quibus Tarentini centum in subsidium attributi erant. (6) Ad totum hoc cornu elephantes triginta omnium præstantissimos ordine inflexo disposuit, locaque intermedia levis armaturæ cohortibus explevit lectissimis. De reliquis feris plerasque ante phalangem statuit, paucas cum equitatu in latere sinistro. (7) Ad hunc modum exercitu in ordinem digesto, ad hostem obliqua aciei forma descendit. Nam dextrum cornu in longum protenderat, lævum contractius esse voluit, ut hoc cessim pugnaret, illo signis collatis prœlium iniret.

XXX. Jamque aciei acies imminebat, quum signo utrinque dato, clamor alternis iteratur, et classicum tubicines personant. Primi ergo Pythonis equites, licet nullum ante se præsidium haberent, numero tamen ac celeritate adversariis superiores, commoditate illa uti conantur. (2) Sed cum elephantis aperta fronte congredi non tutum fore arbitrantes, cornu circumveniunt, et ex transverso adorti densa telorum vi hostes sauciant, et dum ob celeritatem nihil incommodi patiuntur ipsi, magnis tamen hostem incommodis afficiunt, qui neque insequi ob gravitatem suam poterat, neque retro pedem referre, prout opportunitas juberet. (3) Tum Eumenes, sagittariorum equitum multitudine cornu premi videns, ab Eudamo, qui cornu sinistrum tenebat, equitum maxime expeditos arcessit. (4) Et hac ala universa ad cornu educta, cum minus impedito et veloci equitum globo in hostem impetum facit: et quia belluæ sequebantur, Pythonis equites facile in fugam actos ad inferiora montium usque persequitur. (5) Dumque hæc geruntur, peditum agmen ad bene longum tempus inter se confligit, et tandem oppetentibus utrinque multis, Eumeniani Argyraspidum virtute superiores fuere. (6) Nam hi, licet ad multum jam ætatis progressi, ob certaminum tamen crebritatem, animorum præsentia et strenuitate manuum ita præcellebant, ut ex adverso robur ipsorum nemo posset sustinere. Ideo etiam tunc, quamvis

ὑποστῆναι. Διὸ καὶ τότε τρισχίλιοι μὲν ὄντες οἱονεὶ τὸ στόμωμα καθειστήκεισαν πάσης τῆς δυνάμεως. (7) Ἀντίγονος δ' ὁρῶν τό τε εὐώνυμον κέρας τῶν ἰδίων πεφευγότας καὶ τὴν φάλαγγα πᾶσαν τετραμμένην, τοῖς μὲν συμβουλεύουσιν ἀποχωρεῖν πρὸς τὴν ὀρεινὴν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς φυγῆς σωζομένους ἀναλαμβάνειν ἄθραυστον ἔχοντα τὸ περὶ αὑτὸν μέρος τῆς δυνάμεως οὐ προςέσχε, τῷ δὲ παρὰ τοῦ καιροῦ δοθέντι προτερήματι δεξιῶς χρησάμενος καὶ τοὺς φεύγοντας τῶν ἰδίων ἔσωσε καὶ τῆς νίκης ἔτυχεν. (8) Οἱ μὲν γὰρ ἀργυράσπιδες οἱ παρ' Εὐμένει καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν πεζῶν ὡς τάχιστα ἐτρέψαντο τοὺς ἀντιτεταγμένους, ἐπεδίωκον μέχρι τῆς ἐγγυτέρας ὑπωρείας. (9) Ὁ δ' Ἀντίγονος, γενομένου διαστήματος ἐν τῇ τῶν πολεμίων τάξει, διιππεύσας μέρει τῶν ἱππέων ἐνέβαλεν εἰς πλαγίους τοὺς περὶ τὸν Εὔδαμον τεταγμένους ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρατος. (10) Ταχὺ δὲ διὰ τὸ παράδοξον τρεψάμενος τοὺς ἐναντίους καὶ πολλοὺς ἀνελών, διαπέστειλε τῶν ἱππέων τοὺς ἐλαφροτάτους, καὶ διὰ τούτων ἀνεκαλέσατο τοὺς φεύγοντας, καὶ παρὰ τὴν ὑπώρειαν πάλιν εἰς τάξιν κατέστησε. Καὶ γὰρ οἱ περὶ τὸν Εὐμένη, πυθόμενοι τὴν τῶν ἰδίων τροπήν, ἀνεκαλοῦντο τῇ σάλπιγγι τοὺς διώκοντας, σπεύδοντες βοηθῆσαι τοῖς περὶ τὸν Εὔδαμον.

XXXI. Ἤδη δὲ τῆς ὥρας οὔσης περὶ λύχνων ἁφάς, ἀμφότεροι τοὺς φεύγοντας ἀνακαλεσάμενοι πάλιν πᾶσαν ἐξέταττον τὴν δύναμιν. Τοσαύτης φιλονεικίας ὑπῆρχον πλήρεις οὐχ οἱ στρατηγοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀγωνιζομένων. (2) Τῆς δὲ νυκτὸς οὔσης αἰθρίου καὶ πανσελήνου, καὶ τῶν δυνάμεων ἀντιπαραγουσῶν ἀλλήλαις ὡς ἂν ἐν τέτταρσι πλέθροις, ὁ ψόφος τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἵππων ὁ φρυαγμὸς ἐν χερσὶν ἐδόκει πᾶσιν εἶναι τοῖς ἀντιτεταγμένοις· ὡς δὲ παράγοντες ἀπέσχον ἀπὸ τῶν ἐν τῇ μάχῃ πεπτωκότων ὡς τριάκοντα σταδίους, ἡ μὲν ὥρα κατέλαμβανε μεσονύκτιος, κακῶς δὲ διέκειντο ἀμφότεροι διά τε τὴν ὁδοιπορίαν καὶ τὴν ἐν τῇ μάχῃ κακοπάθειαν, ἔτι δὲ τὴν ἀσιτίαν· ὥςτε ἠναγκάσθησαν ἀφέμενοι τῆς μάχης καταστρατοπεδεῦσαι. (3) Εὐμένης μὲν οὖν ἐπεχείρει ἀναζευγνύειν ἐπὶ τῶν νεκρῶν, σπεύδων κρατεῖν τῆς τούτων ἀναιρέσεως καὶ τὴν νίκην ἀναμφιςβήτητον περιποιήσασθαι. Οὐ προςεχόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ βοώντων ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀποσκευὴν ἀναχωρεῖν μακρὰν ἀπέχουσαν, ἠναγκάσθη πεισθῆναι τῷ πλήθει. (4) Οὔτε γὰρ τοῖς στρατιώταις δυνατὸν ἦν πικρῶς ἐπιτιμᾶν, ἀμφιςβητούντων πολλῶν τῆς στρατηγίας, οὔτε τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον ἑώρα κολάζειν τοὺς ἀπειθοῦντας. Ὁ δ' Ἀντίγονος τοὐναντίον χωρὶς δημαγωγίας βεβαίως ἔχων τὴν ἡγεμονίαν, ἐβιάσατο μὲν τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν νεκρῶν στρατοπεδεῦσαι, κύριος δὲ γενόμενος τῆς τούτων ταφῆς ἠμφιςβήτει τῆς νίκης, ἀποφαινόμενος προτερεῖν ἐν ταῖς μάχαις τὸ τῶν πεσόντων κυριεῦσαι. (5) Ἀνῃρέθησαν δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἀντιγόνου πεζοὶ μὲν εἰς τρισχιλίους ἑπτακοσίους,

ter mille dumtaxat numero, totius tamen exercitus firmamentum erant. (7) Antigonus, ubi lævum suorum cornu profligatum totamque phalangem retroversam animadvertit, consulentibus, ut ad montana regrederetur dilapsosque e fuga reciperet, quum integram exercitus partem secum haberet, morem haud gessit; sed opportunitate, quam tempus dabat, dextre utendo, quum fugientes servavit suos, tum victoriam adeptus est. (8) Nam Argyraspides Eumeniani ac cetera peditum multitudo, versis in fugam hostibus, continuo ad proximas montium radices persequendo institerunt. (9) Tum Antigonus per intervallum in acie hostili factum cum parte equitum invectus, per obliquum in Eudami cohortes, ad cornu sinistrum collocatas, impressionem fecit. (10) Subitoque fugatis ob inopinatum rei eventum hostibus, post multorum cædem equitum citissimos misit, qui fugientes revocarent, eosque ad montis radicem iterum in ordinem coegit. Nam etiam Eumenes, fuga suorum cognita, tuba persequentes revocabat, Eudamo succurrere properans.

XXXI. Jamque sub primæ facis tempus erat, quum revocatis uterque ex fuga suis totum denuo exercitum instruerent. Tanto contentionis ardore inflammati erant non imperatores tantum, sed etiam decertantium multitudo. (2) Nox tum serena erat, plenoque orbe luna fulgebat: et oppositis inter se exercitibus quattuor plethrorum circiter spatio, strepitus armorum et equorum fremitus in manibus videbatur cunctis esse, qui in adversa utrinque acie consistebant. Quum autem progressi triginta circiter stadia ab illis, qui in pugna ceciderant, abessent, jam noctis medium ingruerat: et utrique tum propter itineris molestiam, tum etiam pugnæ ærumnas inediamque male affecti erant. Prœlio igitur omisso, castra metari cogebantur. (3) Ibi Eumenes ad cæsos regredi proposuerat, tollere eos maturans, ut ancipitem hactenus victoriam certo sibi assereret. Verum refragante turba, et ad impedimenta sua, quæ longius aberant, revertendum esse vociferante, obsecundare illis cogitur. (4) Acerbius enim milites increpandi, tam multis imperium affectantibus, tunc facultas non erat: nec opportunum concedi tempus videbat ad plectendum contumaces. At contra Antigonus citra popularem auram stabile tenens imperium, vi turbam compulit, ut prope interfectos castra ponerent. Et sepultura illorum potitus, controversam hoc modo victoriam reddidit, potiri mortuis in pugnis reportatæ victoriæ argumentum esse confirmans. (5) Interemti sunt in hoc conflictu ex parte Antigoni peditum tria millia septin-

ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα τέτταρες· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους τῶν τετρακισχιλίων· τῶν δ' Εὐμένους ἔπεσον πεζοὶ μὲν πεντακόσιοι τετταράκοντα, ἱππεῖς δ' ὀλίγοι παντελῶς· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους τῶν ἐνακοσίων.

XXXII. Ὁ δ' Ἀντίγονος μετὰ τὴν ἐκ τῆς μάχης ἀποχώρησιν ὁρῶν τοὺς στρατιώτας ἀθυμοῦντας, διέγνω τὴν ταχίστην ἀναζευγνύειν ὡς ποῤῥωτάτω τῶν πολεμίων. Βουλόμενος δ' εὔζωνον ποιῆσαι τὴν δύναμιν πρὸς τὴν ἀποχώρησιν, τοὺς μὲν τραυματίας καὶ τὰ βαρύτατα τῆς ἀποσκευῆς προαπέστειλεν εἴς τινα τῶν πλησίον πόλεων, τοὺς δὲ νεκροὺς ἅμ' ἡμέρᾳ θάψας, καὶ παρακατασχὼν τὸν παρὰ τῶν πολεμίων ἥκοντα κήρυκα περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, παρήγγειλε τῆς ὥρας δειπνοποιεῖσθαι. (2) Τῆς δ' ἡμέρας διελθούσης, τὸν μὲν κήρυκα ἔπεμψε, δοὺς εἰς τὴν αὔριον τὴν ἀναίρεσιν, αὐτὸς δὲ πρώτης φυλακῆς ἀρχομένης ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, καὶ συντόνους τὰς πορείας ποιούμενος, ἀπέστη μὲν τῶν πολεμίων μακράν, ἔσχε δὲ χώραν ἀκέραιον εἰς ἀνάληψιν τοῦ στρατοπέδου· διήνυσε γὰρ ἕως Γαδαμάργων τῆς Μηδίας, οὔσης τῆς χώρας ὑπὸ Πύθωνα καὶ δυναμένης μεγάλαις δυνάμεσι πρὸς διατροφὴν δαψιλῶς ἅπαντα χορηγῆσαι. (3) Εὐμένης δὲ διὰ τῶν κατασκόπων πυθόμενος τὴν ἀναχώρησιν τῶν περὶ τὸν Ἀντίγονον, τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη διὰ τὸ καὶ τοὺς ἰδίους στρατιώτας ἐν ἀσιτίᾳ καὶ κακοπαθείαις μεγάλαις γεγονέναι, περὶ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τετελευτηκότων γενόμενος ἐπεμελήθη τῆς ταφῆς μεγαλοπρεπῶς. Ἔνθα δὴ συνέβη γενέσθαι πρᾶγμα παράδοξον καὶ πολὺ τῶν παρ' Ἕλλησιν ἐξηλλαγμένον νομίμων.

XXXIII. Κητεὺς γὰρ ὁ τῶν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀπηντηκότων στρατηγὸς ἀνῃρέθη μὲν ἐν τῇ μάχῃ λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, ἀπέλιπε δὲ δύο γυναῖκας συνακολουθούσας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὴν μὲν νεόγαμον, τὴν δὲ ὀλίγοις ἔτεσι πρότερον συνοικήσασαν, ἀμφοτέρας δὲ φιλοστόργως πρὸς αὐτὸν διακειμένας. (2) Ὄντος δὲ παλαιοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς τοὺς γαμοῦντας καὶ τὰς γαμουμένας παρθένους μὴ διὰ τῆς τῶν γονέων κρίσεως ποιεῖσθαι τὸν γάμον, ἀλλὰ πείσαντας ἀλλήλους, τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον τῆς μνηστείας γενομένης διὰ νεωτέρων ταῖς ἡλικίαις, ὡς ἐπὶ πολὺ συνέβαινε διαπίπτειν τὰς κρίσεις, καὶ ταχὺ μεταμελομένων ἀμφοτέρων, πολλὰς τῶν γυναικῶν διαφθείρεσθαι καὶ δι' ἀκρασίαν φιλοστοργεῖν ἑτέρους, τέλος δὲ μὴ δυναμένας εὐσχημόνως ἀπολιπεῖν τοὺς ἐξ ἀρχῆς προκριθέντας, διὰ φαρμάκων ἀναιρεῖν τοὺς συνοικοῦντας, καὶ τὴν χώραν δ' οὐκ ὀλίγας ἀφορμὰς αὐταῖς δοῦναι, πολλὰς καὶ ποικίλας φέρουσαν φθαρτικὰς δυνάμεις, ἐξ ὧν ἐνίας προσχρωσθείσας μόνον τοῖς ἐδέσμασιν ἢ ποτηρίοις ἐπιφέρειν τὴν ἀπώλειαν. (3) Ἐπιπολαζούσης δὲ τῆς ῥᾳδιουργίας, καὶ πολλῶν ἀναιρουμένων τοῦτον τὸν τρόπον, ἐπειδὴ κολάζοντες τὰς αἰτίας τῶν κακῶν οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποτρέψαι τὰς ἄλλας τῶν ἀδικημάτων, νόμον ἔθεσαν ὅπως συγκατακαίωνται τοῖς τετελευτηκό-

genti, equites quinquaginta quattuor; vulnerati plus quam quattuor millia. Ex peditatu Eumenis cecidere quingenti quadraginta, equites perpauci : vulnerati plures nongentis.

XXXII. Antigonus, ubi post reditum a pugna abjectos vidit militum animos, quam longissime ab hostibus quamprimum recedere destinavit. Ut vero ad discessum copias efficeret magis expeditas, saucios et impedimentorum onerosissima in oppidum quoddam vicinum præmisit. Tum cadaveribus sub diei ortum sepultis, et præcone hostium de recipiendis mortuis apud se detento, illa statim hora militem prandere jussit. (2) Exacta hinc die, caduceatorem dimisit, recuperationem mortuorum in crastinum permittens. Ipse prima statim vigilia appetente cum toto exercitu movens, contentis itineribus procul ab hoste secessit, ubi terram ad refectionem copiarum integram habebat. Nam ad Gadamarga usque Mediæ perrexit, quæ regio sub Pythonis imperio affatim omnia magnis exercitibus suppeditare poterat. (3) Eumenes, per exploratores de abitu hostis Antigoni certior factus, ab insecutione abstitit, quod et inedia ærumnisque magnis affectum haberet militem; et ad mortuorum exsequias conversus, magnifice sepeliendos curavit. Ubi facinus quoddam insolens et a Græcorum legibus moribusque multum discrepans evenit.

XXXIII. Ceteus, dux eorum qui ex India venerant, in pugna egregie dimicans occubuerat. Is duas uxores militiæ comites in castris reliquerat, unam nuper ductam, alteram paucis ante annis in consuetudinem matrimonialem adscitam. Utraque sane caritate maritum eximia erat prosecuta. (2) Vetus autem lex apud Indos erat, ut viri atque virgines, qui animum ad conjugium appulissent, non ex parentum judicio, sed consensione mutua contraherent matrimonia. Quum itaque superiori tempestate inter juniores sponsalia fierent, evenit ut judicia plerumque frustrarentur, et statim oborta utrisque pœnitentia, multæ uxores corrumperentur, et propter intemperantiam deperirent alios, et tandem, quia honeste primum sibi delectos deserere haud possent, veneno maritos e medio tollerent. Ad quod regio non exiguas illis opportunitates suggerebat, multas variasque mortiferæ facultatis plantas gignens, quarum nonnullæ, leviter cibis aut poculis affrictæ, interitum afferunt. (3) Inolescente igitur hac fraudulentissima versutia, multisque eum ad modum intereuntibus, postquam in sontes animadvertendo ceteras a maleficiis deterrere non poterant, sanciverunt legem, ut uxores cum viris defunctis simul cremarentur, exceptis tamen gravidis, aut

σιν ἀνδράσιν αἱ γυναῖκες πλὴν τῶν ἐγκύων ἢ τῶν ἐχουσῶν τέκνα· τὴν δὲ μὴ βουλομένην τῷ δόγματι πειθαρχεῖν χήραν μὲν εἶναι διὰ τέλους καὶ θυσιῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων εἴργεσθαι διὰ παντός, ὡς ἀσεβοῦσαν. (4) Τούτων δὲ νομοθετηθέντων, εἰς τοὐναντίον τὴν παρανομίαν τῶν γυναικῶν μεταβαλεῖν συνέβη· διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτιμίας ἑκάστης ὑπομενούσης ἑκουσίως τὸν θάνατον, οὐ μόνον προνοεῖσθαι τῆς τῶν συνοικούντων ἀσφαλείας ὡς κοινῆς οὔσης, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἁμιλλᾶσθαι καθάπερ ὑπὲρ τῆς μεγίστης εὐδοξίας.

XXXIV. Ὃ καὶ τότε συνέβη. Τοῦ γὰρ νόμου μίαν κελεύοντος συγκατακαίεσθαι, παρῆσαν ἀμφότεραι πρὸς τὴν τοῦ Κητέως ταφὴν ὑπὲρ τοῦ συναποθανεῖν ὡς ὑπὲρ ἀριστείου συμφιλοτιμούμεναι. (2) Τῶν δὲ στρατηγῶν διακρινόντων, ἡ νεωτέρα μὲν ἀπεφαίνετο τὴν ἑτέραν ἔγκυον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δύνασθαι χρήσασθαι τῷ νόμῳ, ἡ δὲ πρεσβυτέρα δικαιότερον ἀπεφαίνετο εἶναι τὴν προέχουσαν τοῖς χρόνοις προέχειν καὶ τῇ τιμῇ· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων θεωρεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους πολὺ προέχοντας τῶν νεωτέρων εἰς ἐντροπὴν καὶ τιμήν. (3) Οἱ δ' οὖν στρατηγοὶ διὰ τῶν μαιεύεσθαι δυναμένων γνόντες τὴν πρεσβυτέραν ἔγκυον οὖσαν, προέκριναν τὴν νεωτέραν. Οὗ συμβάντος, ἡ μὲν ἀποτυχοῦσα τῆς κρίσεως ἀπῄει μετὰ κλαυθμοῦ καταῤῥήξασα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν διάδημα καὶ τὰς τρίχας σπαράττουσα, καθαπερεί τινος συμφορᾶς μεγάλης προσηγγελμένης· ἡ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ περιχαρὴς ἀπῄει πρὸς τὴν πυράν, στεφανουμένη μὲν μίτραις ὑπὸ τῶν οἰκείων γυναικῶν, κεκοσμημένη δὲ διαπρεπῶς ὥσπερ εἴς τινα γάμον προεπέμπετο ὑπὸ τῶν συγγενῶν, ᾀδόντων ὕμνον εἰς τὴν ἀρετὴν αὐτῆς. (4) Ὡς δ' ἐγγὺς ἐγενήθη τῆς πυρᾶς, περιαιρουμένη τὸν κόσμον ἑαυτῆς διεδίδου τοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις, ὡς ἂν εἴποι τις, καταλείπουσα τοῖς ἀγαπῶσι μνημεῖον. Ὁ δὲ κόσμος ἦν περὶ μὲν τὰς χεῖρας δακτυλίων τε πλῆθος ἐνδεδεμένων λίθοις [τε] πολυτελέσι καὶ διηλλαγμένοις τοῖς χρώμασι, περὶ δὲ τὴν κεφαλὴν χρυσῶν ἀστερίσκων οὐκ ὀλίγος ἀριθμὸς παντοδαποῖς λίθοις διειλημμένων, περὶ δὲ τὸν τράχηλον ὅρμων πλῆθος, τῶν μὲν ἐλαττόνων, τῶν δ' ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἀεὶ καθ' ὑπέρθεσιν μειζόνων. (5) Τὸ δὲ τελευταῖον ἀσπασαμένη τοὺς οἰκείους, ὑπὸ τἀδελφοῦ μὲν ἐπὶ τὴν πυρὰν ἀνεβιβάσθη, ὑπὸ δὲ τοῦ συνδραμόντος ἐπὶ τὴν θέαν πλήθους θαυμασθεῖσα κατέστρεψεν ἡρωικῶς τὸν βίον. (6) Ἡ μὲν γὰρ δύναμις ἐν τοῖς ὅπλοις πᾶσα πρὶν ἅπτεσθαι τὴν πυρὰν τρὶς περιῆλθεν, αὐτὴ δὲ τἀνδρὶ παρακλιθεῖσα, καὶ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς ὁρμὴν οὐδεμίαν φωνὴν ἀγεννῆ προεμένη, προεκαλέσατο τῶν ὁρώντων τοὺς μὲν εἰς ἔλεον, τοὺς δ' εἰς ὑπερβολὴν ἐπαίνων. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων ἐπετίμων τοῖς νομίμοις ὡς ἀγρίοις οὖσι καὶ χαλεποῖς. (7) Ὁ δ' Εὐμένης ἀπὸ τῆς τῶν τετελευτηκότων ταφῆς γενόμενος ἀνέζευξεν ἐκ τῶν Παραιτάκων εἰς τὴν Γαβιηνήν, οὖσαν ἀκέραιον καὶ δυναμένην πάντα δαψιλῆ τοῖς

si quæ natos haberent; quod si quæ ad commune gentis decretum se attemperare nollet, vidua maneret, et a sacris aliisque legitimis, ut impietatis condemnata, excluderetur perpetuo. (4) His ita lege firmatis, consecutum est, ut nefaria uxorum improbitas in contrarium verteretur. Quum enim ob extremam illam dehonestationem quælibet sponte mortem adiret, non incolumitatis solummodo maritorum, ut quæ ad ipsas quoque pertineret, providam gerebant curam, sed etiam inter se veluti de summa gloria certabant. Id quod etiam tunc evenit.

XXXIV. Quamquam enim lex unam simul comburi jubebat, ambæ tamen ad funerationem Cetei, de morte simul oppetenda, tanquam de excellentiori virtutis præmio, contendentes aderant. (2) Res in ducum judicio disputabatur. Tum minor natu uterum ferre alteram, ac propterea legem hac in parte exsequi non posse indicat; major autem æquius esse, ut ætate provectior honore etiam præcederet, contendit. In ceteris enim omnibus sic comparatum videri, ut plus reverentiæ et honoris grandioribus natu quam minoribus exhibeatur. (3) Duces tandem, ab obstetricandi peritis edocti, seniorem esse gravidam, minus adultam illi præferunt. Id quum evenisset, altera, quæ causa ceciderat, plorabunda discedit, lacerato, quo caput involverat, reticulo, evulsisque comis, ac si ingens aliqua calamitas annuntiata esset; altera, victoria potitam se gaudens, ad rogum tendit: quam matronæ familiares mitris coronant, et cognati quam elegantissime ornatam, veluti ad nuptiale quoddam festum, deducunt, hymnum in virtutem ejus decantantes. (4) Simulatque vero ad rogum appropinquarat, ornatum sibi detractum familiaribus et amicis distribuit, relictura, dixeris, amatoribus suis monumentum. Mundus erat annulorum circum manus copia, quibus lapilli magni pretii variique coloris illigati erant; in capite stellularum ex auro numerus haud exiguus, omni lapillorum genere distinctarum; circum vero collum vis monilium, partim minorum, partim subinde per gradus majorum. (5) Ad postremum domesticis salutatis, a fratre in rogum collocatur, atque inter magnam populi, qui ad spectandum confluxerat, demirationem heroico vitam exitu terminavit. (6) Exercitus enim totus in armis rogum, antequam succenderetur, ter obibat; illa ad virum se acclinans, nullam per excitati ignis strepitum ignobilis animi vocem edebat: ita ut spectatorum alios ad miserationem, alios ad incredibilem sui laudem commoveret. Non deerant tamen e Græcis, qui instituta hæc, ut immanitatis et truculentiæ plena, vituperarent. (7) Ceterum Eumenes, negotio funerationis expedito, e Parætacis in Gabienen movit, quæ adhuc intacta, omnem rerum copiam exercitui

jam Asiæ dominus esset. Ibi convocato amicorum senatu, de satrapiis consilia tractavit. Carmaniam ergo Tlepolemo, et Bactrianam Stasanori retinendam permisit. Nam per mandatum hos expellere, quum erga indigenas probe se gererent, multosque armorum socios haberent, haud facile erat. (2) In Ariam Euitum misit. Quo brevi post mortuo, Euagoram suffecit, virum ob fortitudinem et prudentiam admirandum. Oxyarten Rhoxanes parentem, quæ in Paropamisadis est satrapiam habere sivit, ut prius habuerat. Nam neque hunc nisi per longum temporis intervallum et cum instructissimo exercitu ejicere poterat. (3) Sibyrtium etiam, bene sibi cupientem, ex Arachotis arcessivit, et satrapiam concedens, Argyraspidum turbulentissimos ei commendavit, verbo quidem ad usus belli, at re ipsa ad interitum. Privatim enim injunxerat, ut paullatim ad eos belli usus ipsos amandaret, in quibus perituri essent. (4) Contigit autem, ut in horum numero illi quoque essent, qui Eumenem dediderant : ut patrati in imperatorem suum sceleris brevi ultio de perfidis exigeretur. Operæ enim cum impietate conjunctæ principibus quidem ob potestatem utiles evadunt, sed privatis, a quibus navantur, ingentia ut plurimum mala creant. (5) Antigonus porro videns, in magna apud Persas gratia esse Peucestam, satrapiam ante omnia illi ademit. Hoc indigne ferentibus indigenis, quum Thespias quidam ex illustrissimis unus liberius contradiceret, non admissuros imperium alterius Persas; huic vitam ademit, Asclepiodorum vero, non mediocri instructum manu, Persidi dedit præfectum; Peucestamque ad spes alias translatum et vana arrectum persuasione, e regione eduxit. (6) Ibi dum iter Susa versus habet, ad Pasitigrim fluvium Xenophilus, opes Susianas in potestate habens, illi occurrit : quem Seleucus ad quævis imperata faciendum miserat. Hunc susceptum inter summos se colere amicos simulabat, ne mutato animo rursus sese excluderet metuens. (7) Ipse, occupata Susorum arce, vitem ibi auream operumque aliorum copiam ad quindecim millium talentûm æstimationem nactus est. (8) Conflata ipsi fuit etiam alia pecuniarum vis e coronis ceterisque donis et manubiis, ad quinque talentûm millia, et totidem per Mediam collecta, præter thesauros Susianos : ita ut in summa viginti quinque millia talentûm conficerentur. Et res tum Antigoni in hoc erant statu.

XLIX. Postquam vero res per Asiam gestas exegimus, sermonem ad Europam transferemus, et connexa cum supe-

καὶ τὰ συνεχῆ τῶν προειρημένων διέξιμεν. Ὁ γὰρ Κάσσανδρος εἰς Πύδναν τῆς Μακεδονίας συγκεκλεικὼς Ὀλυμπιάδα, προςβολὰς μὲν τοῖς τείχεσιν ἠδυνάτει ποιεῖσθαι διὰ τοὺς χειμῶνας, περιστρατοπεδεύσας δὲ τὴν πόλιν καὶ χάρακα βαλόμενος ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν, ἔτι δὲ ἐφορμῶν τῷ λιμένι, πάντα τὸν βουλόμενον ἐπικουρῆσαι διεκώλυε. (2) Ταχὺ δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἐξαναλωθέντων, τοσαύτην περὶ τοὺς ἔνδον κατεσκεύασεν ἔνδειαν, ὥςτ' ἐκλυθῆναι τὸ παράπαν. Εἰς τοῦτο γὰρ ἦλθον ἀνάγκης, ὥςτε τῷ μὲν στρατιώτῃ σιτομετρεῖν χοίνικας πέντε τοῦ μηνός, τοῖς δ' ἐλέφασι τοῖς καταχλεισθεῖσι διδόναι πρίοντας τὰς δοκούς, τὰ δ' ὑποζύγια καὶ τοὺς ἵππους κατακόψαι πρὸς διατροφήν. (3) Τοιαύτης δὲ περιστάσεως κατεχούσης τὴν πόλιν, καὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἔτι προςανεχούσης ταῖς ἔξωθεν ἐλπίσιν, οἱ μὲν ἐλέφαντες ὑπὸ τῆς ἐνδείας διεφθάρησαν, τῶν δ' ἱππέων οἱ μὲν ἔξω τάξεως ὄντες οὐ σιτομετρούμενοι τὸ παράπαν σχεδὸν ἅπαντες ἐτελεύτησαν, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν τῆς ὁμοίας καταστροφῆς ἔτυχον. (4) Ἔνιοι δὲ τῶν βαρβάρων, τῆς φύσεως κατισχυούσης τὴν εὐλάβειαν, ἐσαρκοφάγουν, ἀναλεγόμενοι τὰ σώματα τῶν ἀποθνησκόντων. Ταχὺ δὲ τῆς πόλεως πληρουμένης νεκρῶν, οἱ προεστηκότες τοῦ περὶ τὴν βασίλισσαν συστήματος τὰ μὲν κατώρυττον τῶν σωμάτων, τὰ δ' ὑπὲρ τῶν τειχῶν ἐξερρίπτουν, ὥςτ' εἶναι καὶ τὴν θέαν τὴν τούτων ἀπεχθῆ καὶ τὴν δυςωδίαν ἀνυπομόνητον μὴ μόνον γυναιξὶ βασιλίσσαις καὶ τρυφῆς οἰκείαις, ἀλλὰ καὶ τῶν στρατιωτῶν τοῖς εἰωθόσι κακοπαθεῖν.

L. Τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου καὶ τῆς ἐνδείας ἀεὶ μᾶλλον αὐξανομένης, συνέδραμον πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα παρεκάλουν αὐτοὺς ἀφεῖναι διὰ τὴν ἀπορίαν. Ἡ δὲ οὔτε σιτομετρεῖν αὐτοὺς δυναμένη τὸ παράπαν οὔτε τὴν πολιορκίαν λῦσαι, συνεχώρησεν ἀπαλλάττεσθαι. (2) Ὁ δὲ Κάσσανδρος προςδεξάμενος ἅπαντας τοὺς αὐτομολήσαντας, καὶ φιλανθρώπως χρησάμενος, διαπέστειλεν ἐπὶ τὰς πόλεις. Ἤλπιζε γὰρ παρὰ τούτων πυθομένους τοὺς Μακεδόνας τὴν Ὀλυμπιάδος ἀσθένειαν, ἀπελπιεῖν αὐτῆς τὰ πράγματα. (3) Οὐ κακῶς δ' αὐτοῦ στοχασαμένου περὶ τοῦ μέλλοντος, οἱ μὲν συναγωνίζεσθαι διεγνωκότες τοῖς πολιορκουμένοις μετενόησαν καὶ πρὸς Κάσσανδρον ἀπεχώρησαν, μόνοι δὲ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τὴν εὔνοιαν διεφύλαξαν Ἀριστόνους καὶ Μόνιμος· ὧν Ἀριστόνους μὲν Ἀμφιπόλεως ἐκυρίευεν, ὁ δ' ἕτερος Πέλλης. (4) Ἡ δ' Ὀλυμπιὰς ὁρῶσα τοὺς μὲν πλείους μεταθεμένους πρὸς Κάσσανδρον, τοὺς δ' ὑπολοίπους τῶν φίλων οὐκ ἰσχύοντας βοηθεῖν, ἐπεχείρησε πεντήρη ναῦν κατασπᾶν, καὶ διὰ ταύτης αὑτήν τε καὶ τοὺς φίλους σώζειν. (5) Αὐτομόλου δέ τινος τὸ γινόμενον ἀπαγγείλαντος τοῖς πολεμίοις, ὁ μὲν Κάσσανδρος ἐπιπλεύσας ἐκυρίευσε τοῦ σκάφους, ἡ δ' Ὀλυμπιὰς ἀπογνοῦσα τὰ καθ' αὑτὴν πρέσβεις ἐξέπεμψε περὶ διαλύσεων. Οἰομένου δὲ δεῖν τοῦ Κασσάνδρου τὰ καθ' αὑτὴν ἐπιτρέπειν, μόγις ἔπεισεν ὥςτε

rioribus persequemur. Cassander, intra Pydnam Macedoniæ conclusa Olympiade, propter hiemem muros oppugnare non poterat. Castris ergo circumfusis urbi, valloque a mari ad mare jacto, et occupato stationibus portu, omnes subsidiis ferendis intentos prohibebat. (2) Quare mox absumtis rebus ad vitam necessariis, tantam apud obsessos indigentiam effecit, ut prorsus vires illorum exhaurirentur. Nam eo venerunt necessitatis, ut quinæ in mensem chœnices militi attribuerentur, elephantis autem urbi inclusis trabes serra comminutas exhiberent, jumenta denique et equos in cibos sibi mactarent. (3) Hoc urbis statu, dum Olympias adhuc externis auxiliis spe sua inhiat, elephantes tandem fame contabescunt: et equites extraordinarii, quum nullum omnino frumenti demensum acciperent, prope omnes intereunt, nec pauci militum eundem sortiuntur vitæ exitum. (4) Barbarorum autem nonnulli, natura reformidationem superante, cadaveribus morientium, sublatis carnibus illorum, vescuntur. Oppido igitur mox cadaveribus repleto, regii agminis præfecti alia inhumare, alia trans mœnia projicere; usque adeo, ut non modo mulieribus regiis, delicatæ vitæ assuetis, sed etiam militibus, qui ærumnas perferre didicerant, tum adspectus illorum aversabilis, tum etiam fœtor haud tolerandus esset.

L. Jamque vèr inibat, quum invalescente in dies penuria, militum complures inter se consociati Olympiadem rogarunt, ut per extremam hanc inopiam sese dimitteret. Quæ dum nihil omnino frumenti illis admetiri, neque obsidione se exsolvere potest, abitum illis concessit. (2) Omnes ergo transfugas humaniter acceptos Cassander huc illuc ad oppida dimisit. Macedones enim, infirmitate Olympiadis cognita, res ejus pro deploratis habituros sperabat. (3) Quod haud male conjecturavit futurum. Nam qui jam suppetias circumsessis decreverant, consilio mutato, ad Cassandrum se applicarunt. Soli omnium Macedonum Aristonous et Monimus in benevolentia erga Olympiadem perstiterunt: quorum ille Amphipolin, hic Pellam in potestate habebat. (4) Olympias tandem plurimos ad Cassandrum transire ac reliquos amicorum suppetiis ferendis impares esse cernens, quinqueremi in mare detracta, semet et necessarios periculis eximere conatur. (5) Verum transfugæ indicio re hostibus detecta, Cassander illuc advectus navigio potitur. Olympias igitur, de rebus suis desperans, legationem de pacificatione mittit. Quumque Cassander arbitraretur debere eam omnia sua sibi permittere, ægre persuasit, ut

μόνην ἐξαίρετον λαβεῖν τὴν τοῦ σώματος ἀσφάλειαν. (6) Κάσσανδρος δὲ χυριεύσας τῆς πόλεως, ἐξέπεμψε τοὺς παραληψομένους τήν τε Πέλλαν καὶ τὴν Ἀμφίπολιν. (7) Ὁ μὲν οὖν τῆς Πέλλης κυριεύων Μόνιμος ἀκούσας τὰ συμβάντα περὶ τὴν Ὀλυμπιάδα, παρέδωκε τὴν πόλιν· ὁ δ' Ἀριστόνους τὸ μὲν πρῶτον ἀντέχεσθαι τῶν πραγμάτων διεγνώκει, στρατιώτας τε συχνοὺς ἔχων καὶ προςφάτως εὐημερηκώς· ὀλίγαις γὰρ ἔμπροσθεν ἡμέραις παραταξάμενος πρὸς τὸν Κασσάνδρου στρατηγὸν Κρατεύαν, τοὺς πλείστους μὲν ἀνεῖλε τῶν ἀντιταχθέντων, αὐτὸν δὲ τὸν Κρατεύαν μετὰ δισχιλίων φυγόντα τῆς Βισαλτίας εἰς Βεδύνδια περιστρατοπεδεύσας ἐξεπολιόρκησε καὶ τὰ ὅπλα παρελόμενος ὑπόσπονδον ἀφῆκε. (8) Διὰ δὲ ταῦτα ἐπαιρόμενος, καὶ τὸν Εὐμένη ζῶντα ἡγούμενος, ἔτι δὲ τοὺς περὶ Ἀλέξανδρον καὶ Πολυσπέρχοντα νομίζων συνεπιλήψεσθαι, τὴν Ἀμφίπολιν οὐχ ἔφη παραδώσειν. Ἐπεὶ δὲ ἔγραψε πρὸς αὐτὸν Ὀλυμπιάς, ἀπαιτοῦσα τὴν πίστιν καὶ κελεύουσα παραδοῦναι, διαλαβὼν ἀναγκαῖον εἶναι τὸ προσταττόμενον ποιεῖν, τήν τε πόλιν ἐνεχείρισε καὶ τὰ πιστὰ περὶ τῆς ἀσφαλείας ἔλαβεν.

LI. Ὁ δὲ Κάσσανδρος ὁρῶν περὶ τὸν Ἀριστόνουν ὑπάρχον ἀξίωμα διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγήν, καὶ σπεύδων ἐκποδὼν ποιεῖν τοὺς δυναμένους νεωτερίζειν, ἐπανείλετο τὸν ἄνδρα διὰ τῶν Κρατεύα συγγενῶν. Προετρέψατο δὲ καὶ τοὺς οἰκείους τῶν ἀνῃρημένων ὑπ' Ὀλυμπιάδος ἐν κοινῇ τῶν Μακεδόνων ἐκκλησίᾳ κατηγορεῖν τῆς προειρημένης γυναικός. (2) Ὧν ποιησάντων τὸ προςταχθέν, καὶ τῆς μὲν Ὀλυμπιάδος οὔτε παρούσης οὔτε ἐχούσης τοὺς ἀπολογησομένους, οἱ μὲν Μακεδόνες κατεγίνωσκον αὐτῆς θάνατον· ὁ δὲ Κάσσανδρος πέμψας τινὰς τῶν φίλων πρὸς τὴν Ὀλυμπιάδα, συνεβούλευε λάθρᾳ φυγεῖν, ἐπαγγελλόμενος αὐτῇ ναῦν παρασκευάσειν καὶ διακομιεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας. (3) Τοῦτο δ' ἔπραττεν οὐ τῆς σωτηρίας προνοούμενος, ἀλλ' ἵνα καθ' αὑτῆς φυγὴν καταγνοῦσα, καὶ διαφθαρεῖσα κατὰ τὸν πλοῦν, δόξῃ δικαίᾳ περιπεπτωκέναι τιμωρίᾳ. Εὐλαβεῖτο γὰρ ἅμα καὶ τὸ περὶ αὐτὴν ἀξίωμα καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων εὐμετάβολον. (4) Τῆς δ' Ὀλυμπιάδος οὐ φαμένης φεύξεσθαι, τοὐναντίον δ' ἑτοίμης οὔσης ἐν πᾶσι Μακεδόσι κριθῆναι, ὁ Κάσσανδρος φοβηθεὶς μήποτε τὸ πλῆθος ἀκοῦον τῆς βασιλίσσης ἀπολογουμένης καὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου πρὸς ἅπαν τὸ ἔθνος εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενον μετανοήσῃ, διακοσίους τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἀπέστειλε πρὸς αὐτήν, προστάξας ἀνελεῖν τὴν ταχίστην. (5) Οὗτοι μὲν οὖν παρειςπεσόντες εἰς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἶδον τὴν Ὀλυμπιάδα, καταιδεσθέντες τὸ περὶ αὐτὴν ἀξίωμα, πάλιν ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι. Οἱ δὲ τῶν ἀνῃρημένων συγγενεῖς, Κασσάνδρῳ τε χαρίζεσθαι βουλόμενοι καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν ἀμῦναι, κατέσφαξαν τὴν βασίλισσαν, οὐδεμίαν ἀγεννῆ καὶ γυναικείαν προεμένην ἀξίωσιν. (6) Ὀλυμπιὰς μὲν οὖν, μέγιστον τῶν καθ' αὑτὴν ἐσχηκυῖα ἀξίωμα, καὶ γεγενημένη θυγάτηρ μὲν Νεο-

corporis tantummodo incolumitatem haberet exemtam. (6) Hac urbe potitus Cassander, qui Pellam et Amphipolim quoque reciperent, misit. (7) Monimus ergo, qui Pellam tenebat, statu Olympiadis cognito, urbem dedidit. Aristonous vero regiam tutari causam initio statuerat, quum et multos in armis haberet, et nuper felicem habuisset successum. Paucis enim diebus ante acie cum Crateua duce Cassandri collata, plurimos hostium ceciderat, ipsumque Crateuam, cum duobus millibus in Bisaltiæ urbem Bedyndia fuga elapsum, copiis eo translatis obsederat, et expugnatum armisque exutum data acceptaque fide dimiserat. (8) Hic rebus elatus, dum Eumenem quoque superesse arbitratur, Alexandrique et Polysperchontis auxilia sibi non defutura sperat, Amphipolim se traditurum negat. Simulac vero per literas Olympias fidem ab eo datam reposcens, urbem tradere jussit, imperatis obsequendum arbitratus, et urbem tradidit, et incolumitatis fidem accepit.

LI. Sed Cassander, in magna illum dignatione ob honores ab Alexandro tributos esse videns, quum e medio tollere, quicunque novi quidpiam moliri possent, maturaret, propinquorum Crateuæ opera hunc etiam interfecit. Tum consanguineos ab Olympiade sublatorum instigavit, ut in omnium Macedonum conventu mulierem accusarent. (2) Hi mandatis conficiendis operam navant sedulam; ac quum neque adesset Olympias, neque qui causam pro se agerent, haberet, Macedones eam capite multandam decernunt. Ibi Cassander missis ad Olympiadem quibusdam amicorum, ut clam se subducat, consulit; se navi ad hoc parata Athenas deportaturum illam pollicitus. (3) Id vero non ideo fecit, ut saluti ejus consuleret; sed ut fuga se dignam professa, si inter navigandum periisset, justam incurrisse ultionem putaretur. Nam et dignitatem ejus et inconstantiam Macedonum reformidabat. (4) Olympias contra fugituram se negavit, et ad dicendam apud omnes Macedones causam esse paratam respondit. Metuens igitur Cassander, ne si vulgus reginæ defensionem audiret, et Alexandri Philippique in totam gentem merita recordaretur, animos mutaret, ducentos milites rei maxime accommodatos ad illam mittit, absque mora necem mulieri afferre jussos. (5) Qui subito in regiam domum irruptione facta, ubi Olympias in conspectum venit, majestatem ejus reveriti negotio infecto pedem retulere. At occisorum propinqui, ut et gratiam apud Cassandrum inirent, et necem suorum ulciscerentur, reginam jugularunt: quæ tamen nihil ignavæ muliebrisque precis emisit. (6) Ad hunc ergo modum Olympias, quæ maximam inter suæ ætatis feminas dignitatem obtinuerat,

πτολέμου τοῦ βασιλέως τῶν Ἠπειρωτῶν, ἀδελφὴ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ στρατεύσαντος εἰς Ἰταλίαν, ἔτι δὲ γυνὴ μὲν Φιλίππου τοῦ πλεῖστον ἰσχύσαντος τῶν πρὸ αὐτοῦ κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστευσάντων, μήτηρ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ πλεῖστα καὶ κάλλιστα κατεργασαμένου, τοιαύτης καταστροφῆς ἔτυχε.

LII. Κάσσανδρος δέ, κατὰ νοῦν αὐτῷ τῶν πραγμάτων προχωρούντων, περιελάμβανε ταῖς ἐλπίσι τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. Διὸ καὶ Θετταλονίκην ἔγημε, τὴν Φιλίππου μὲν θυγατέρα, Ἀλεξάνδρου δὲ ἀδελφὴν ὁμοπάτριον, σπεύδων οἰκεῖον αὑτὸν ἀποδεῖξαι τῆς βασιλικῆς συγγενείας. (2) Ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν ἐπὶ τῆς Παλλήνης ὁμώνυμον αὑτοῦ Κασσάνδρειαν, εἰς ἣν τάς τε ἐκ τῆς Χερρονήσου πόλεις συνῴκισε καὶ τὴν Ποτίδαιαν, ἔτι δὲ τῶν σύνεγγυς χωρίων οὐκ ὀλίγα· κατῴκισε δ' εἰς αὐτὴν καὶ τῶν Ὀλυνθίων τοὺς διασωζομένους, ὄντας οὐκ ὀλίγους. (3) Πολλῆς δὲ χώρας προςορισθείσης τοῖς Κασσανδρεῦσι, καὶ ταύτης ἀγαθῆς, ἔτι δὲ τοῦ Κασσάνδρου πολλὰ συμφιλοτιμηθέντος εἰς τὴν αὔξησιν, ταχὺ μεγάλην ἐπίδοσιν ἔλαβεν ἡ πόλις καὶ πλεῖστον ἴσχυσε τῶν ἐν Μακεδονίᾳ. (4) Ὁ δὲ Κάσσανδρος διεγνώκει μὲν ἀνελεῖν Ἀλεξάνδρου τὸν παῖδα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ῥωξάνην, ἵνα μηδεὶς ᾖ διάδοχος τῆς βασιλείας· κατὰ δὲ τὸ παρὸν θεωρῆσαι βουλόμενος τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, τίνες ἔσονται περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἀναιρέσεως, ἅμα δ' οὐδὲν πεπυσμένος τῶν περὶ Ἀντίγονον, τὴν μὲν Ῥωξάνην μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς φυλακὴν παρέδωκε, μεταγαγὼν εἰς τὴν ἄκραν τὴν ἐν Ἀμφιπόλει, τάξας τε ἐπ' αὐτῆς Γλαυκίαν τινὰ τῶν πιστευομένων· ἀπέσπασε δὲ καὶ τοὺς εἰωθότας παῖδας συντρέφεσθαι, καὶ τὴν ἀγωγὴν οὐκέτι βασιλικήν, ἀλλ' ἰδιώτου τοῦ τυχόντος οἰκείαν ἐκέλευε γίνεσθαι. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα βασιλικῶς ἤδη διεξάγων τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, Εὐρυδίκην μὲν καὶ Φίλιππον τοὺς βασιλεῖς, ἔτι δὲ Κύνναν, ἣν ἀνεῖλεν Ἀλκέτας, ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσι. Τιμήσας δὲ τοὺς τετελευτηκότας ἐπιταφίοις ἀγῶσι, κατέγραφε τῶν Μακεδόνων τοὺς εὐθέτους, διεγνωκὼς εἰς Πελοπόννησον στρατεύειν. (6) Τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, Πολυσπέρχων ἐτύγχανε μὲν πολιορκούμενος ἐν Ἀζώρῳ τῆς Περραιβίας, ἀκούσας δὲ τὴν Ὀλυμπιάδος τελευτήν, καὶ τελέως ἀπελπίσας τὰ κατὰ Μακεδονίαν, ἐξεπήδησεν ἐκ τῆς πόλεως μετ' ὀλίγων. Πορευθεὶς δὲ ἐκ τῆς Θετταλίας, καὶ παραλαβὼν τοὺς περὶ τὸν Αἰακίδην, ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὑπολαβὼν ἀσφαλέστατα καραδοκήσειν ἐνταῦθα τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολάς· καὶ γὰρ ἐτύγχανεν οἰκείως ἔχων πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος.

LIII. Κάσσανδρος δὲ συστησάμενος ἱκανὴν δύναμιν, ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Μακεδονίας, σπεύδων Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς Πελοποννήσου· οὗτος γὰρ ἦν λοιπὸς μετὰ δυνάμεως τῶν ἀντιπραττόντων, καὶ κατειλήφει πόλεις τε καὶ τόπους ἐπικαίρους. Τὴν μὲν οὖν Θετταλίαν ἀσφαλῶς διῆλθε· τὰς δ' ἐν Πύλαις παρόδους εὑρὼν ὑπ' Αἰτωλῶν φυλαττομένας, μόγις τούτους βιασάμενος παρῆλθεν εἰς τὴν Βοιωτίαν. (2) Με-

et Neoptolemi regis Epirotarum filia, Alexandri, qui expeditionem in Italiam suscepit, soror, Philippi, qui potentia cunctos ante se Europæ principes vicit, uxor, Alexandri denique, quo nemo plures pulchrioresve res gessit, mater fuerat, vitam suam finivit.

LII. Cassander ergo, dum ex animi sententia negotium procedit, spe regnum Macedoniæ complectitur. Ideo Thessalonicen, Philippi filiam, et Alexandri ex eodem patre sororem, in matrimonium ducit, affinem se ac necessarium regiæ familiæ ostentare properans. (2) Quin etiam urbem a se Cassandream nuncupatam in Pallene condidit, in quam Chersonesi civitates, inter has Potidæam, et finitimorum non paucos traduxit, collocatis ibi simul Olynthiis adhuc reliquis, quorum non exiguus erat numerus. (3) Agri vero multum, et quidem boni, attributum erat Cassandrinis; multumque studii Cassander urbis amplificationi impendebat. Ideo brevi majorem in modum illa profecit, omnesque per Macedoniam urbes potentia antecelluit. (4) Animum quidem Cassander induxerat, Alexandri filium Rhoxanenque matrem ejus interficere, ne quisquam successor in regno superesset. At quum in præsentia, qui vulgi sermones essent de cæde Olympiadis, advertendum statueret, necdum aliquid de rebus Antigoni exploratum haberet, Rhoxanen cum puero in arcem Amphipolis translatam custodiæ tradit: cui Glauciam, ex illis quibus fidem haberet unum, præfecit. Pueros etiam ad eundem convictum adhiberi solitos avulsit, cultumque vitæ non amplius regium, sed ad cujusvis privati conditionem restrictum esse jussit. (5) Post hæc regio jam more res imperii dispensans, Eurydicen Philippumque reges et Cynnam, quam Alcetas sustulerat, pro regum more Ægis sepelivit, et funebrium ludorum celebratione defunctis parentavit. Hinc decreta in Peloponnesum expeditione, idoneos huic militiæ ex Macedonibus conscripsit. (6) Quibus dum occupatur, Polysperchon, in Azoro Perrhæbiæ obsidionem tolerans, ubi de Olympiadis interitu cognovit, desperatis Macedoniæ rebus, cum exiguo comitatu ex urbe se proripit, et digressus e Thessalia, adjuncto sibi Æacida, in Ætoliam secedit; ubi rerum conversiones quam tutissime observaturum se putabat. Cum hac enim gente bene ipsi conveniebat.

LIII. Tum coacto satis magno exercitu, Cassander e Macedonia movit, Alexandrum Polysperchontis e Peloponneso exturbare festinans. Hic enim ex adversariorum parte cum agmine suo reliquus erat, et opportuna loca oppidaque occuparat. Thessaliam itaque sine molestia peragrabat: transitus vero ad Pylas Ætolorum præsidiis custoditos invenit. Quibus difficulter submotis, in Bœotiam devenit.

ταπεμψάμενος δὲ πανταχόθεν τοὺς διασωζομένους τῶν Θηβαίων, ἐνεχείρει κατοικίζειν τὰς Θήβας, ὑπολαβὼν κάλλιστον ἔχειν καιρὸν πόλιν διωνομασμένην καὶ διὰ τὰς πράξεις καὶ διὰ τοὺς παραδεδομένους περὶ αὐτῆς μύθους ἀναστῆσαι, καὶ διὰ τὴν εὐεργεσίαν ταύτην τυχεῖν ἀθανάτου δόξης. (3) Συμβέβηκε δὲ τὴν πόλιν ταύτην πλείσταις καὶ μεγίσταις κεχρῆσθαι μεταβολαῖς, οὐχ ὀλιγάκις ἀνάστατον γεγενημένην· περὶ ὧν οὐκ ἀνοίκειον ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν. Μετὰ γὰρ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν Κάδμου κτίσαντος τὴν ἀπ' αὐτοῦ προςαγορευθεῖσαν Καδμείαν, συνῆλθεν ἐπ' αὐτὴν λαὸς ὃν τινὲς μὲν Σπαρτὸν προςηγόρευσαν διὰ τὸ πανταχόθεν συναχθῆναι, τινὲς δὲ Θηβαγενῆ διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς προειρημένης πόλεως ὄντα διὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκπεσεῖν καὶ διασπαρῆναι. (5) Τοὺς οὖν τότε κατοικήσαντας ὕστερον Ἐγχελεῖς καταπολεμήσαντες ἐξέβαλον· ὅτε δὴ συνέβη καὶ τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν. Μετὰ δὲ ταῦτ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου κρατησάντων τοῦ τόπου, καὶ τότε πρῶτον τὸ ἄστυ κτισάντων, καθάπερ καὶ ὁ ποιητής φησιν,

Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο,

τὸ δεύτερον οἱ κατοικήσαντες τὸν τόπον ἐξέπεσον, κατελθόντος Πολυδώρου τοῦ Κάδμου καὶ καταφρονήσαντος τῶν πραγμάτων διὰ τὴν γενομένην τῷ Ἀμφίονι περὶ τὰ τέκνα συμφοράν. (6) Ἑξῆς δὲ τῶν ἀπογόνων τούτου βασιλευόντων, καὶ τῆς ὅλης χώρας ἤδη Βοιωτίας καλουμένης ἀπὸ Βοιωτοῦ τοῦ Μελανίππης μὲν καὶ Ποσειδῶνος υἱοῦ, δυναστεύσαντος δὲ τῶν τόπων, τὸ τρίτον ἐκπίπτουσιν οἱ Θηβαῖοι, τῶν ἐξ Ἄργους ἐπιγόνων ἐκπολιορκησάντων τὴν πόλιν. (7) Τῶν δ' ἐκπεσόντων οἱ διασωθέντες κατέφυγον μὲν εἰς Ἀλαλκομενίαν καὶ τὸ Τιλφώσιον ὄρος· τῶν δὲ Ἀργείων ἀποχωρησάντων, ἐπανῆλθον εἰς τὴν πατρίδα. Μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκστρατευσάντων τῶν Θηβαίων εἰς τὴν Ἀσίαν, οἱ καταλειφθέντες ἐξέπεσον μετὰ τῶν ἄλλων Βοιωτῶν ὑπὸ Πελασγῶν. (8) Οὐκ ὀλίγοις δὲ μετὰ ταῦτα περιπεσόντες συμπτώμασι, μόγις μετὰ τετάρτην γενεὰν κατὰ τὸν γενόμενον ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμὸν ἀπῆλθον εἰς τὴν Βοιωτίαν καὶ τὰς Θήβας κατῴκησαν. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χρόνων διαμενούσης τῆς πόλεως ἐπ' ἔτη σχεδὸν ὀκτακόσια, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῶν Θηβαίων τοῦ παρ' αὐτῶν ἔθνους προστάντων, μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀμφιςβητησάντων, Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσας κατέσκαψεν.

LIV. Εἰκοστῷ δ' ἔτει ὕστερον Κάσσανδρος φιλοδοξῆσαι βουλόμενος, καὶ πείσας τοὺς Βοιωτούς, ἀνέστησε τὴν πόλιν τοῖς διασωζομένοις τῶν Θηβαίων. Συνεπελάβοντο δὲ καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τοῦ συνοικισμοῦ πολλαὶ διά τε τὸν πρὸς τοὺς ἠτυχηκότας ἔλεον καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς πόλεως. (2) Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ τὸ πολὺ μέρος τοῦ τείχους ἀνέστησαν, καὶ τῶν ἄλλων οἱ μὲν ᾠκοδόμησαν κατὰ δύναμιν, οἱ δὲ καὶ χρήματα πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας ἀπέστειλαν, οὐ μόνον τῶν ἐκ τῆς

(2) Arcessens ibi undique Thebanorum superstites, civibus frequentare Thebas aggreditur, pulcherrimam se jam nactum occasionem instaurandi urbem, tum rebus gestis tum fabulis de illa traditis famigeratissimam, proque merito isto gloriam immortalem sibi redituram arbitratus. (3) Hæc autem urbs plurimas experta fuit mutationes, easque maximas, funditus excisa aliquoties. De quibus compendio aliquid dicere non alienum fuerit. (4) Post Deucalionis diluvium, quum dictam a se Cadmeam Cadmus exstruxisset, confluxit eo populus, quem Spartum, id est sparsum, nonnulli vocitarunt, quod ex omnibus locis congregatus esset : alii Thebigenam, quod oriundus ex hac urbe, per diluvium ejectus, atque huc illuc dispersus fuisset. (5) Qui autem tum illuc commigrarant, hos postea bello victos Enchelenses expulerunt : ubi accidit ut etiam Cadmus ad Illyrios fuga evaserit. Exinde quum Amphion et Zethus, loco potiti, urbem primitus condidissent (quomodo etiam Poeta canit,

Qui septem portis struxerunt mœnia Thebes),

iterum habitatores loci expulsi sunt, quum reversus illuc Polydorus, Cadmi filius, regnum ob calamitatem Amphionis, quam ex liberorum interitu perceperat, jam despectum, invaderet. (6) Regnantibus deinceps ejus posteris, quando jam tota regio Bœotiæ nomen a Bœoto Melanippes ac Neptuni filio, principe ejus loci, sibi vindicarat, tertium emigrarunt Thebani, urbe ab Epigonis Argivis expugnata. (7) Qui superfuerant de ejectis, in Alalcomeniam et Tilphosium montem confugere : sed post Argivorum discessum redierunt in patriam. Inde belli Trojani tempestate, quum Thebani in Asiam militatum abiissent, qui remanserant, a Pelasgis excussi fuerunt cum aliis Bœotis. (8) Nec raris exinde casibus divexati, post quartam vix ætatem, juxta proditum de corvis oraculum, in Bœotiam reduces Thebas incoluerunt. Ab hoc tempore ad octingentos fere annos urbs incolumis permansit. Atque initio Thebani suæ gentis caput erant; post ubi de principatu cum Græcis contenderant, Alexander Philippi filius urbem vi expugnatam solo æquavit.

LIV. Vicesimo tandem anno post Cassander, gloriam sibi comparare volens, persuasis Bœotis, Thebanorum reliquiis urbem de novo excitatam restituit. Instaurationem vero illam ex Græcis civitatibus multæ adjuvere, misericordia erga afflictos, et gloria urbis commotæ. (2) Athenienses enim præcipuam muri partem eduxerunt, aliique pro viribus ædificarunt. A nonnullis etiam non e Græcia tantum, sed etiam Sicilia et Italia, pecuniæ ad usus necessarios mis-

Ἑλλάδος, ἀλλὰ καὶ Σικελίας, ἔτι δ' Ἰταλίας. (3) Θηβαῖοι μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα. Κάσσανδρος δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐπὶ Πελοποννήσου, καὶ καταλαβὼν Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος διειληφότα τὸν Ἰσθμὸν φυλακαῖς, παρῆλθεν εἰς Μέγαρα. Ἐνταῦθα δὲ κατασκευάσας σχεδίας, ἐπὶ μὲν τούτων τοὺς ἐλέφαντας διεβίβασεν εἰς Ἐπίδαυρον, ἐν δὲ πλοίοις τὴν ἄλλην δύναμιν. Παρελθὼν δὲ ἐπὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, ταύτην μὲν ἠνάγκασεν ἀποστᾶσαν τῆς Ἀλεξάνδρου συμμαχίας αὐτῷ προσθέσθαι· (4) μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἐν τῇ Μεσσήνῃ πόλεις προσηγάγετο πλὴν Ἰθώμης, καὶ τὴν Ἑρμιονίδα δι' ὁμολογίας παρέλαβε. Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου μὴ συγκαταβάντος εἰς παράταξιν, ἀπολιπὼν ἐπὶ Γερανείας στρατιώτας δισχιλίους καὶ στρατηγὸν Μόλυκον, ἐπανῆλθεν εἰς Μακεδονίαν.

LV. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Πραξίβουλος, ἐν Ῥώμῃ δὲ κατέστησαν ὕπατοι Ναύτιος Σπόριος καὶ Μάρκος Ποπίλλιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀντίγονος τῆς μὲν Σουσιανῆς ἀπέλιπε σατράπην Ἀσπίσαν, ἕνα τῶν ἐγχωρίων, αὐτὸς δὲ τὰ χρήματα πάντα διαγνοὺς καταχομίζειν ἐπὶ θάλατταν, ἁμάξας καὶ καμήλους παρεσκευάσατο, καὶ μετὰ τῆς δυνάμεως ἔχων ταῦτα προῆγεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. (2) Ἐν ἡμέραις δ' εἴκοσι καὶ δυσὶν αὐτοῦ καταντήσαντος εἰς Βαβυλῶνα, Σέλευκος ὁ τῆς χώρας σατράπης δωρεαῖς τε βασιλικαῖς ἐτίμησε τὸν Ἀντίγονον καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν εἱστίασε. (3) Τοῦ δ' Ἀντιγόνου λόγους ἀπαιτοῦντος τῶν προσόδων, οὐχ ἔφησεν ὀφείλειν ὑπὲρ ταύτης τῆς χώρας ὑπέχειν εὐθύνας, ἣν Μακεδόνες αὐτῷ δεδώκασι διὰ τὰς γεγενημένας ἐξ αὐτοῦ χρείας Ἀλεξάνδρου ζῶντος. (4) Τῆς δὲ διαφορᾶς καθ' ἡμέραν αὐξομένης, ὁ Σέλευκος ἀναλογιζόμενος τὰ Πύθωνι συμβάντα, περιδεὴς ἦν μήποτε προφάσεως λαβόμενος ὁ Ἀντίγονος ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειρήσῃ· ἐῴκει γὰρ τοὺς ἐν ἀξιώμασι τῶν ἀνδρῶν ὄντας καὶ δυναμένους πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι πάντας σπεύδειν ἐκποδὼν ἀπαλλάττειν. (5) Ταῦτ' οὖν εὐλαβηθεὶς ἐξεπήδησε μετὰ πεντήκονθ' ἱππέων, διανοούμενος εἰς Αἴγυπτον ἀποχωρεῖν πρὸς Πτολεμαῖον· διεβεβόητο γὰρ ἡ τούτου χρηστότης καὶ τὸ πρὸς τοὺς καταφεύγοντας ἐπ' αὐτὸν εὐμενὲς καὶ φιλάνθρωπον. (6) Ὁ δ' Ἀντίγονος ἀκούσας ἀνεσκίρτησε καὶ περιχαρὴς ἦν ἐπὶ τῷ δοκεῖν αὐτὸς μὲν μὴ συνηναγκάσθαι προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας ἀνδρὶ φίλῳ καὶ συνηγωνισμένῳ προθύμως, τὸν Σέλευκον δ' αὐτὸν αὑτοῦ καταγνόντα φυγήν, παραδεδωκέναι τὴν σατραπείαν χωρὶς ἀγώνων καὶ κινδύνων. (7) Μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντων αὐτῷ τῶν Χαλδαίων, καὶ προλεγόντων ὡς εἰ τὸν Σέλευκον ἐκ τῶν χειρῶν ἀφήσει, συμβήσεται τήν τ' Ἀσίαν πᾶσαν ὑποχείριον γενέσθαι καὶ αὐτὸν Ἀντίγονον ἐν τῇ πρὸς ἐκεῖνον παρατάξει καταστρέψειν τὸν βίον, μεταμεληθεὶς τοῖς πεπραγμένοις ἐξέπεμψε τοὺς διώξοντας· οἳ μέχρι τινὸς ἐπακολουθήσαντες ἐπανῆλθον ἄπρακτοι. (8) Ὁ δ' Ἀντίγονος ἐν τοῖς ἄλλοις κατα-

sitatæ sunt. (3) Hoc itaque modo patriam suam Thebani recuperarunt. Tum Cassander in Peloponnesum cum exercitu contendens, ubi Alexandrum Polysperchontis Isthmum præsidiis muniisse deprehendit, Megara divertit, et ratibus illic concinnatis, elephantes Epidaurum transmisit, ceteras vero copias navigiis: et ad Argivorum urbem progressus, eam, deserta Alexandri societate, in suas transire partes coegit. (4) Post hæc Messeniæ etiam oppida sibi adjunxit, præter Ithomen; Hermionidem vero pactione quadam accepit. Alexandro autem ad conflictum non descendente, relictis ad Geraneam militum duobus millibus, duce Molyco, in Macedoniam se recepit.

LV. Exacto vero anno princeps archontis nomine Athenis Praxibulus erat, Romæque consulatum gerebant Nautius Spurius et M. Popillius. Quo tempore Antigonus Susianæ præfectum reliquit ex indigenis quendam Aspisam. Ipse pecunias omnes ad mare deportare constitutum habens, vehiculis et camelis operam dabat comparandis, easque secum asportans, Babyloniam versus cum exercitu perrexit. (2) Quumque viginti duobus castris Babylonem attigisset, Seleucus, regionis satrapa, regalibus Antigonum donis honoravit, exercitumque universum convivio excepit. (3) Ibi dum rationes proventuum exigit Antigonus, ille se non obstrictum esse ad reddendas de hac regione rationes, quam Macedones ob navatam vivente Alexandro operam sibi dederint, respondet. (4) Dissidio in dies gliscente, Seleucus, Pythonis casum reputans, majorem in modum timebat, ne arrepta occasione Antigonus etiam ipsum necare instituerel. Nam viros dignitate præstantes et qui rerum summam vindicare sibi poterant, omnes e medio quamprimum sublatos cupere videbatur. (5) Quo metu impulsus, cum quinquaginta equitum comitatu, in Ægyptum se conferre ad Ptolemæum cogitans, inde se proripuit. Hujus enim benignitas ergaque confugientes ad ipsum benevolentia et humanitatis studium ubique pervulgatum erat. (6) Quod ubi rescivit Antigonus, lætitia exsultabat, propterea quod non ipse ad inferendum manus amico strenueque auxiliato coactus, sed ipsemet exilio se condemnans Seleucus absque certaminibus et periculis satrapiam tradidisse videretur. (7) Postea venere ad eum Chaldæi et fore prædixerunt, si e manibus dimitteret Seleucum, ut Asia tota in potestatem (Seleuci) veniret, et Antigonus ipse, acie cum illo congressus, vitam finiret. Ibi facti pœnitens, qui persequerentur hominem, misit. Verum hi aliquo usque progressi, negotio infecto redierunt. (8) Id genus divinationes in ceteris contemnere

φρονεῖν εἰωθὼς τῶν τοιούτων προῤῥήσεων, οὐ μετρίως ἐκινήθη τότε, καταπλαγεὶς τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν· μεγάλη γάρ τις ἐμπειρία περὶ τούτους εἶναι δοκεῖ καὶ παρατήρησις τῶν ἄστρων ἀκριβεστάτη. Ἀποφαίνονται γὰρ πολλὰς μυριάδας ἐτῶν ὑπάρχειν ἐξ οὗ παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἡ περὶ ταῦτα σπουδή· δοκοῦσι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ προειπεῖν ὅτι παρελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τελευτήσει. (9) Ὁμοίως δὲ τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου προῤῥήσει συνέβη καὶ τὴν * Σελεύκου τελεσθῆναι κατὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν τούτων ἀποφάσεις· περὶ ἧς τὰ κατὰ μέρος ἐροῦμεν, ὅταν ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους ἐπιβάλωμεν.

LVI. Ὁ δ' οὖν Σέλευκος διασωθεὶς εἰς τὴν Αἴγυπτον φιλανθρωπίας τε πάσας ἐτύγχανε παρὰ Πτολεμαίῳ, καὶ κατηγορίαν ἐποιεῖτο πικρὰν Ἀντιγόνου, λέγων ὅτι διεγνώκει πάντας τοὺς ἐν ἀξιώμασιν ὄντας, καὶ μάλιστα τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συνεστρατευκότας, ἐκβαλεῖν ἐκ τῶν σατραπειῶν, καὶ τούτων ἀποδείξεις ἔφερε τήν τε Πύθωνος ἀναίρεσιν καὶ τὴν Πευκέστου τῆς Περσίδος ἀφαίρεσιν καὶ τὰ περὶ αὐτὸν συμβάντα. (2) Πάντας γὰρ οὐδὲν ἠδικηκότας, ἀλλὰ καὶ χρείας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐν τῇ φιλίᾳ παρεσχημένους ἀρετῆς ὑπομεμενηκέναι πρόστιμον. Διεξῄει δὲ καὶ τὰ μεγέθη τῶν περὶ αὐτὸν δυνάμεων καὶ τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, ἔτι δὲ τὰς προσφάτους εὐτυχίας, ἐξ ὧν ὑπεδείκνυεν ὑπερήφανον γεγενημένον καὶ ταῖς ἐλπίσι περιειληφότα πᾶσαν τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. (3) Διὰ δὲ τοιούτων λόγων προτρεψάμενος τὸν Πτολεμαῖον ἑτοιμάζεσθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, ἐξέπεμψέ τινας τῶν φίλων εἰς τὴν Εὐρώπην, προστάξας πειρᾶσθαι τοῖς ὁμοίοις λόγοις ἐχθροὺς Ἀντιγόνου καταστῆσαι Κάσσανδρόν τε καὶ Λυσίμαχον. (4) Ὧν ταχὺ τὸ κελευσθὲν συντελεσάντων, ἀρχὴ διαφορᾶς ἐφύετο καὶ μεγάλων πολέμων. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἐκ τῶν εἰκότων συλλογισάμενος τὴν Σελεύκου προαίρεσιν, ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρός τε Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον καὶ Κάσσανδρον, ἀξιῶν διαφυλάττειν τὴν προϋπάρχουσαν φιλίαν· τῆς δὲ Βαβυλωνίας καταστήσας σατράπην Πύθωνα τὸν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς καταβεβηκότα, μετὰ τῆς δυνάμεως ἀνέζευξεν, ἐπὶ τῆς Κιλικίας τὴν πορείαν ποιούμενος. (5) Ὡς δ' εἰς Μαλλὸν παρεγένετο, διεμέρισε τὴν δύναμιν εἰς παραχειμασίαν μετὰ δύσιν Ὠρίωνος. Παρέλαβε δὲ καὶ τὰ ἐν Κυΐνδοις χρήματα, τάλαντα μύρια· χωρὶς δὲ τούτων ἐκπίπτειν ἐκ τῶν προσόδων αὐτῷ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν τάλαντα μύρια καὶ χίλια. Διόπερ συνέβαινεν αὐτὸν φοβερὸν εἶναι καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων.

LVII. Προάγοντος δ' εἰς τὴν ἄνω Συρίαν Ἀντιγόνου, παρεγένοντο πρέσβεις παρά τε Πτολεμαίου καὶ Λυσιμάχου καὶ Κασσάνδρου. Οὗτοι δ' εἰσαχθέντες εἰς τὸ συνέδριον ἠξίουν Καππαδοκίαν μὲν καὶ Λυκίαν Κασσάνδρῳ δοθῆναι, Φρυγίαν δὲ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Λυσιμάχῳ, Συρίαν δὲ πᾶσαν Πτολεμαίῳ, Βαβυλωνίαν δὲ Σελεύκῳ· τῶν δὲ θησαυρῶν, οὓς παρέλαβε μετὰ τὴν πρὸς Εὐμένη μάχην, ποιήσασθαι μερισμόν· καὶ γὰρ αὐτοὺς κεκοι-

solebat Antigonus : tunc vero, dignitate virorum conterritus, non mediocriter commovebatur. Summa enim penes hos experientia esse, astrorumque observatio diligentissima putatur. Multas namque annorum myriades retro numerant, ex quo harum studio rerum teneantur. Alexandro etiam recte videntur prænuntiasse, obiturum, si Babylonem intraret. (9) Ut igitur Alexandro prædicta evenerunt, sic etiam responsa *de* Seleuco a viris illis edita eventum habuere. De quibus singulatim, ad convenientia illis tempora delati, sermonem faciemus.

LVI. Seleucus vero in Ægyptum elapsus, omnibus humanitatis officiis a Ptolemæo excipitur, et peracerbam contra Antigonum criminationem instituit; omnes dignitate conspicuos, et maxime qui cum Alexandro militassent, è satrapiis expellere decretum ab ipso confirmans. Id quod his demonstrabat argumentis, quod Python vita, Peucestes Perside esset privatus. His, quæ sibi contigerant, adjecit. (2) Omnes enim, licet nihil injuste peregissent, sed magnum potius ac multiplicem sui usum in amicitia exhibuissent, hanc tamen pro virtute pœnam subiisse. Copiarum insuper magnitudinem et opum vim nuperosque successus commemorat : unde superbia inflatum et omne Macedonum imperium spe complexum ostendit. (3) Hujusmodi sermonibus ubi Ptolemæum ad instruendum bellum accendit, amicorum quosdam in Europam misit jussos consimili orationis genere Cassandrum et Lysimachum inimicos Antigono reddere. (4) Quibus mandata haud cunctanter exsecutis, dissidii bellorumque ingentium initia nascebantur. Antigonus, ex verisimilibus conjecturis propositum Seleuci assequens, missis ad Ptolemæum, Lysimachum et Cassandrum legatis rogat, ut pristinam amicitiam secum tueri ac conservare velint : et satrapa Babyloniæ creato Pythone, qui ex India venerat, promotis castris, iter Ciliciam versus intendit. (5) Ubi Mallum erat perventum, in hiberna exercitum distribuit, jam post occasum Orionis. Pecunias etiam in Quindis, decem millia talentûm, accepit. Ex annuis præterea reditibus undecim millia talentûm ei collecta erant. Hinc accidit ut tum copiarum magnitudine, tum etiam pecuniarum copia terribilis esset.

LVII. Jamque in superiorem movebat Syriam Antigonus, quum legati a Ptolemæo, Lysimacho et Cassandro advenere. Qui introducti ad consessum postulabant, ut Cappadocia Lyciaque Cassandro, Phrygia juxta Hellespontum Lysimacho, Syria vero tota Ptolemæo, et Babylonia Seleuco traderetur; thesauros autem, quos a pugna cum Eumene sibi vindicasset, partiretur, quoniam et ipsi belli fuissent

κωνηκέναι τοῦ πολέμου· εἰ δὲ μηδὲν τούτων ποιήσει, συστάντες ἅπαντες ἔφασαν πολεμήσειν αὐτῷ. (2) Τοῦ δ' Ἀντιγόνου τραχύτερον ἀποκριναμένου καὶ τὰ πρὸς πόλεμον εἰπόντος παρασκευάζεσθαι, συνέβη τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἐπανελθεῖν. Μετὰ δὲ ταῦθ' οἱ μὲν περὶ Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον, ἔτι δὲ καὶ Κάσσανδρον, συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι δυνάμεις τε συνῆγον καὶ παρασκευὰς ὅπλων τε καὶ βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν χρησίμων ἐποίουν. (3) Ἀντίγονος δ' ὁρῶν ἐφ' ἑαυτὸν συνεστηκότας πολλοὺς καὶ μεγάλους τοῖς ἀξιώμασιν ἄνδρας, καὶ συλλογιζόμενος τὸ μέγεθος τοῦ φυομένου πολέμου, τά τ' ἔθνη καὶ πόλεις καὶ δυνάστας προεκαλεῖτο εἰς συμμαχίαν. (4) Ἀγησίλαον μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἐν Κύπρῳ βασιλεῖς, εἰς δὲ Ῥόδον Ἰδομενέα καὶ Μοσχίωνα, Πτολεμαῖον δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν μετὰ δυνάμεως εἰς Καππαδοκίαν ἀπέστειλεν, ἵνα λύσῃ μὲν Ἀμισοῦ τὴν πολιορκίαν καὶ τοὺς ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθέντας εἰς Καππαδοκίαν ἐκβάλῃ πάντας, πρὸς δὲ τούτοις ὅπως παραγενόμενος εἰς Ἑλλήσποντον ἐφεδρεύῃ τοῖς περὶ Κάσσανδρον, ἂν ἐπιχειρῇ διαβαίνειν ἐκ τῆς Εὐρώπης. (5) Ἀριστόδημον δὲ τὸν Μιλήσιον εἰς Πελοπόννησον ἐξέπεμψεν ἔχοντα χίλια τάλαντα· τούτῳ δὲ συνετέτακτο συνθέσθαι φιλίαν πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ Πολυσπέρχοντα, καὶ ξενολογήσαντα τοὺς ἱκανοὺς διαπολεμεῖν Κασσάνδρῳ. Αὐτὸς δὲ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν, ἧς ἦν κύριος, διέλαβε πυρσοῖς καὶ βιβλιαφόροις, δι' ὧν ὀξέως ἤμελλεν ὑπηρετεῖσθαι πάντα.

LVIII. Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος ἀνέζευξεν ἐπὶ Φοινίκην, σπεύδων ναυτικὴν δύναμιν συστήσασθαι· συνέβαινε γὰρ τοὺς μὲν πολεμίους τότε θαλαττοκρατεῖν ναῦς πολλὰς ἔχοντας, αὐτῷ δὲ τὸ παράπαν οὐδ' ὀλίγας εἶναι. Στρατοπεδεύσας δὲ ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης, καὶ πολιορκῆσαι διανοούμενος τὴν Τύρον, μετεπέμπετο τοὺς βασιλεῖς τῶν Φοινίκων καὶ τοὺς ὑπάρχους τῆς Συρίας. (2) Καὶ τοὺς μὲν βασιλεῖς προετρέψατο συνεπιλαβέσθαι ναυπηγίας, ἐπειδὴ τὰς ναῦς τὰς ἐκ Φοινίκης ἁπάσας μετὰ τῶν πληρωμάτων Πτολεμαῖος εἶχεν ἐν Αἰγύπτῳ· τοῖς δ' ὑπάρχοις ἐκέλευσεν ἑτοιμάσαι κατὰ τάχος πυρῶν μὲν μεδίμνων μυριάδας τετρακοσίας πεντήκοντα· τοσοῦτο γὰρ εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐγίνετο δαπάνημα· αὐτὸς δὲ πανταχόθεν ἀθροίσας ὑλοτόμους καὶ πρίστας, ἔτι δὲ ναυπηγούς, κατεκόμιζε τὴν ὕλην ἐπὶ θάλατταν ἐκ τοῦ Λιβάνου, τεμνόντων μὲν αὐτὴν καὶ πριζόντων ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων, κατακομιζόντων δὲ ζευγῶν χιλίων. (3) Τὸ δ' ὄρος τοῦτο παρήκει μὲν παρά τε τὴν Τρίπολιν καὶ Βυβλίαν, ἔτι δὲ Σιδωνίαν, πλῆρες δ' ἐστὶ ξύλων κεδρίνων [καὶ πευκῶν] καὶ κυπαριττίνων θαυμαστῶν τό τε κάλλος καὶ μέγεθος. (4) Ναυπήγια δ' ἀπέδειξε τρία μὲν κατὰ τὴν Φοινίκην, ἔν τε Τριπόλει καὶ Βύβλῳ καὶ Σιδῶνι, τέταρτον δὲ περὶ Κιλικίαν, κομιζομένης τῆς ὕλης ἐκ τοῦ Ταύρου. (5) Ἦν δὲ καὶ περὶ Ῥόδον ἄλλο, συγχωρήσαντος τοῦ δήμου κατασκευάζειν ναῦς ἀπὸ τῆς ὕλης τῆς εἰσκομιζομένης. Τοῦ δ' Ἀντιγόνου περὶ ταῦτα ὄντος καὶ πλησίον τῆς θαλάτ-

participes: quodsi nihil horum faceret, omnes se conjunctis viribus bellum ipsi facturos. (2) Quum vero asperius ille responderet atque bellum iis parandum fore diceret; factum est ut legati re infecta regrederentur. Tum Ptolemæus, Lysimachus et Cassander, societatem armorum inter se pacti, copias contrahere, armisque et telis nec non aliis, quæ usui forent, apparandis incumbere. (3) Antigonus ergo, multos et magnificæ dignitatis viros adversum se conspirasse videns, quanta belli surgentis moles esset futura, perpendens, nationes ac civitates principesque ad societatem invitat. (4) Ad reges Cypri Agesilaum, in Rhodum Idomenea et Moschionem, in Cappadociam fratris filium Ptolemæum cum exercitu ad obsidionem Amisi solvendam et missos in Cappadociam a Cassandro ejiciendum mittit: jusserat præterea, ut ad Hellespontum progressus Cassandro immineret, si transitum pararet ex Europa. (5) Aristodemum Milesium cum mille talentis in Peloponnesum ablegat. Is in mandatis habebat, ut cum Alexandro et Polysperchonte firmaret amicitiam, et quanta sufficeret peregrinorum manu conducta, bellum Cassandro inferret. Ipse per universam Asiam, quam in potestate habebat, faces et tabellarios disposuit, quorum adminiculo et opera celeriter omnia administraret.

LVIII. His expeditis, in Phœnicen movet, copias navales contrahere properans. Tunc enim maris dominium penes hostes erat, navibus instructos plurimis; quum ipse nec pauculas omnino haberet. Castris ergo ad Tyrum Phœnices positis, quum urbem obsidere statuisset, regulos Phœnicum arcessit, Syriæque præfectos. (2) Reges, ut suam ad naves compaginandas operam cum ipso conjungant, invitat; quandoquidem totam Phœnices classem una cum remigibus Ptolemæus habeat in Ægypto. Præfectis mandavit, ut quatermille et quingenta millia medimnûm frumenti (tantus enim sumtus in annum fiebat) quam ocissime præpararent. Ipse congregatis undique, qui ligna cædant, serraque dividant, et naves compingant, materiam ex Libano ad mare deportat, cui decidendæque secandæque octo virûm millia, devehendæ autem mille jumenta operam locabant. (3) Mons iste Tripolin Bybliamque et Sidoniam prætercurrit, cedris [piceis] et cupressis miræ pulchritudinis et granditatis refertus. (4) Navalia autem tria in Phœnice designavit, ad Tripolin, Byblum, et Sidonem; quartum vero in Cilicia, quo materia ex Tauro devehebatur. (5) In Rhodo denique aliud erat; ubi populus ex lignis advectitiis naves construi permiserat. His dum fungitur Antigonus, juxta mare ca-

της κατεστρατοπεδευκότος, ἧκεν ἐξ Αἰγύπτου Σέλευκος μετὰ νεῶν ἑκατὸν κεκοσμημένων βασιλικῶς καὶ πλεουσῶν ἱκανῶς. Ποιουμένου δ' αὐτοῦ τὸν παράπλουν παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν καταπεφρονηκότως, οἵ τε ἐκ τῶν συμμαχίδων πόλεων καὶ πάντες οἱ κοινοπραγοῦντες τοῖς περὶ Ἀντίγονον ἄθυμοι καθειστήκεισαν. (6) Πρόδηλον γὰρ ἦν ὅτι θαλαττοκρατοῦντες οἱ πολέμιοι πορθήσουσι τοὺς τοῖς ἐναντίοις κοινοπραγοῦντας ἀπὸ τῆς πρὸς Ἀντίγονον φιλίας. Ὁ δ' Ἀντίγονος τούτους μὲν παρεκάλει θαῤῥεῖν, διαβεβαιούμενος ἐν ταύτῃ τῇ θερείᾳ ἀποπλευσεῖσθαι ναυσὶ πεντακοσίαις.

LIX. Ὄντος δ' αὐτοῦ περὶ ταῦτα, παρῆν Ἀγησίλαος ὁ πεμφθεὶς εἰς Κύπρον πρεσβευτής, ἀπαγγέλλων ὅτι Νικοκρέων μὲν καὶ τῶν ἄλλων οἱ κράτιστοι βασιλεῖς πρὸς Πτολεμαῖον πεποίηνται συμμαχίαν, ὁ δὲ Κιτιεὺς καὶ Λαπήθιος, ἔτι δὲ Μαριεὺς καὶ Κερυνείτης, τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν συντέθεινται. (2) Ἀκούσας δὲ ταῦτα, τρισχιλίους μὲν στρατιώτας καὶ στρατηγὸν Ἀνδρόνικον κατέλιπεν ἐπὶ τῆς πολιορκίας, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας τήν τ' Ἰόππην καὶ Γάζαν ἀπειθούσας κατὰ κράτος εἷλε, καὶ τοὺς μὲν καταληφθέντας Πτολεμαίου στρατιώτας ἐπιδιεῖλεν εἰς τὰς ἰδίας τάξεις, εἰς δὲ τὰς πόλεις παρεισήγαγε φρουρὰν τὴν ἀναγκάσουσαν πειθαρχεῖν τοὺς ἐνοικοῦντας. (3) Αὐτὸς δ' ἐπανελθὼν εἰς τὴν πρὸς Παλαιτύρῳ στρατοπεδείαν, παρεσκευάζετο τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν. Ἐπὶ δὲ τῶν καιρῶν τούτων Ἀρίστων ὁ πιστευθεὶς ὑπ' Εὐμένους τῶν ὀστῶν τῶν Κρατέρου, παρέδωκεν εἰς ταφὴν αὐτὰ Φίλᾳ τῇ πρότερον μὲν Κρατέρῳ συνοικούσῃ, τότε δὲ Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου. (4) Αὕτη δ' ἡ γυνὴ συνέσει δοκεῖ διενηνοχέναι· τούς τε γὰρ ταραχώδεις τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατέπαυεν ἁρμοζόντως πολιτευομένη πρὸς ἕκαστον, τάς τε ἀδελφὰς καὶ θυγατέρας τῶν ἀπόρων ἐξεδίδου τοῖς ἰδίοις δαπανήμασι, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν διαβολαῖς περιπιπτόντων μὴ δικαίαις ἀπήλλαττε τῶν κινδύνων. (5) Λέγεται δὲ καὶ Ἀντίπατρον τὸν πατέρα αὐτῆς, ὃς δοκεῖ γεγονέναι φρονιμώτατος τῶν ἐν δυναστείαις γεγονότων κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν, κόρης οὔσης ἔτι τῆς Φίλας, συμβουλεύεσθαι πρὸς ταύτην περὶ τῶν μεγίστων. (6) Μηνύσει δ' ἀκριβέστερον τὸ τῆς γυναικὸς ἦθος προϊὼν ὁ λόγος καὶ τὰ πράγματα λαμβάνοντα μεταβολὴν καὶ κρίσιν ἐσχάτην τῆς περὶ Δημήτριον βασιλείας. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀντίγονον καὶ Φίλαν τὴν Δημητρίου γυναῖκα τοιαῦτ' ἦν.

LX. Τῶν δὲ πεμφθέντων ὑπ' Ἀντιγόνου στρατηγῶν Ἀριστόδημος μὲν πλεύσας εἰς τὴν Λακωνικὴν καὶ λαβὼν παρὰ τῶν Σπαρτιατῶν ἐξουσίαν ξενολογεῖν, στρατιώτας ἤθροισεν ὀκτακισχιλίους ἐκ τῆς Πελοποννήσου. Ἐντυχὼν δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ Πολυσπέρχοντι, φιλίαν συνέθετο πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ Ἀντιγόνου· καὶ Πολυσπέρχοντα μὲν στρατηγὸν ἀπέδειξε τῆς Πελοποννήσου, τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἔπεισεν εἰς τὴν Ἀσίαν πλεῦσαι πρὸς Ἀντίγονον. (2) Ὁ δ' ἕτερος τῶν στρατηγῶν

stra habens, venit ex Ægypto Seleucus cum navibus centum regaliter instructis et ad navigandum satis expeditis, et contemtim prætervehit castra. Quod præsentes tum e civitatibus socios, omnesque conjunctis Antigonum operis adjuvantes, non parum languefecit. (6) Nam perspicuum erat, fore ut hostes imperio maris jam potiti eos depopularentur, qui propter amicitiam cum Antigono societatem cum adversariis junxissent. Quos bono jussit animo esse Antigonus, quingentis se navibus hac ipsa æstate mare ingressurum confirmans.

LIX. His dum occupatur, Agesilaus, legatione in Cyprum functus, aderat cum renuntiatione, quod Nicocreon ceterique regum potentissimi societatem cum Ptolemæo contraxerint, Citieus autem, Lapethius, Marieus et Cerynites ad ipsius amicitiam se contulerint. (2) Quibus auditis, tria armatorum millia, duce Andronico, ad obsidionem reliquit, ipse cum exercitu Ioppen et Gazam, ad imperata contumaces, adortus, violenta eas manu expugnavit, et redactos in potestatem ibi Ptolemæi milites in suos ordines distribuit. Quin et præsidium in urbes introduxit, quod ad imperata faciendum oppidanos cogeret. (3) Tum in pristina ad Palætyrum castra reversus, necessaria obsidioni adornat. Per hoc tempus Aristo, cujus fidei Crateri ossa ab Eumene credita fuerant, ad sepulturam illa tradidit Philæ, quæ prius Cratero, tum vero Demetrio, Antigoni filio, nupserat. (4) Hæc femina ingenio et prudentia excellere videbatur. Nam turbulentos in exercitu milites erga unumquemque sicuti par esset gerendo se compescebat: pauperum sorores filiasque suis impensis elocabat. E periculis etiam multos eripiebat, calumniis iniquis circumventos. (5) Fama est, Antipatrum, ejus patrem, qui tamen prudentissimus inter eos, qui principatus gesserunt per hanc ætatem videtur, quum puella adhuc esset Phila, illam de rebus maximis in consilium adhibere solitum. (6) Sed ingenium mulieris progressus narrationis et res ad mutationem extremumque regni Demetriani finem devolutæ luculentius exhibebunt. Atque ita se res Antigoni et Philæ Demetrii uxoris conditio tunc habebant.

LX. Inter duces vero ab Antigono missos Aristodemus in Laconiam transvectus, conducendi milites copiam a Spartanis adeptus, e Peloponneso octo millia coegit: et cum Alexandro et Polysperchonte congressus, amicitiæ fœdere Antigono illos adstrinxit, et Polysperchontem Peloponnesi ducem creavit; Alexandro autem ut ad Antigonum trajiceret in Asiam, auctor fuit. (2) Ducum alter Ptolemæus, cum exercitu in Cappadociam profectus, quum

Πτολεμαῖος πορευθεὶς μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Καππαδοκίαν, καὶ καταλαβὼν Ἀμισὸν πολιορκουμένην ὑπ' Ἀσκληπιοδώρου τοῦ Κασσάνδρου στρατηγοῦ, τὴν μὲν πόλιν ἐκ τῶν κινδύνων ἐῤῥύσατο, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἀσκληπιόδωρον ὑποσπόνδους ἀφείς, ἀνεκτήσατο τὴν σατραπείαν. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα πορευθεὶς διὰ Βιθυνίας, καὶ Ζιβοίτην τὸν βασιλέα τῶν Βιθυνῶν καταλαβὼν πολιορκοῦντα τήν τε τῶν Ἀστακηνῶν καὶ Χαλκηδονίων πόλιν, συνηνάγκασε λῦσαι τὴν πολιορκίαν. Ποιησάμενος δὲ συμμαχίαν πρός τε τὰς πόλεις ταύτας καὶ πρὸς τὸν Ζιβοίτην, ἔτι δὲ λαβὼν ὁμήρους, προῆγεν ἐπὶ Ἰωνίας καὶ Λυδίας· ἐγεγράφει γὰρ Ἀντίγονος αὐτῷ βοηθεῖν τῇ παραλίῳ κατὰ τάχος, ὡς τοῦ Σελεύκου τὸν πλοῦν ἐνταῦθα ποιησομένου. (4) Ὡς δέ ποθ' ἧκε πλησίον τῶν προειρημένων τόπων, Σέλευκος ἔτυχε μὲν πολιορκῶν Ἐρυθράς, πυθόμενος δὲ τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν πλησίον οὖσαν, ἀπέπλευσεν ἄπρακτος.

LXI. Ἀντίγονος δέ, παραγενομένου πρὸς αὐτὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυσπέρχοντος, πρὸς μὲν τοῦτον συνέθετο φιλίαν· αὐτὸς δὲ συναγαγὼν τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τῶν παρεπιδημούντων κοινὴν ἐκκλησίαν, κατηγόρησε Κασσάνδρου, προφερόμενος τήν τε Ὀλυμπιάδος ἀναίρεσιν καὶ τὰ συμβάντα περὶ Ῥωξάνην καὶ τὸν βασιλέα. (2) Πρὸς δὲ τούτοις ἔλεγεν ὡς Θετταλονίκην μὲν βιασάμενος ἔγημε, φανερῶς δὲ ἐξιδιάζεται τὴν Μακεδόνων βασιλείαν, ἔτι δὲ ὡς Ὀλυνθίους ὄντας πολεμιωτάτους Μακεδόνων κατῴκισεν εἰς τὴν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ πόλιν, καὶ Θήβας ἀνέστησε τὰς ὑπὸ Μακεδόνων κατασκαφείσας. (3) Συναγανακτούντων δὲ τῶν ὄχλων, ἔγραψε δόγμα καθ' ὃ τὸν Κάσσανδρον ἐψηφίσατο πολέμιον εἶναι, ἐὰν μὴ τάς τε πόλεις καθέλῃ καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὴν μητέρα τὴν Ῥωξάνην προαγαγὼν ἐκ τῆς φυλακῆς ἀποδῷ τοῖς Μακεδόσι, καὶ τὸ σύνολον, ἐὰν μὴ πειθαρχῇ τῷ καθεσταμένῳ στρατηγῷ καὶ τῆς βασιλείας παρειληφότι τὴν ἐπιμέλειαν Ἀντιγόνῳ. Εἶναι δὲ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, αὐτονόμους. Ἐπιψηφισαμένων δὲ τῶν στρατιωτῶν τὰ ῥηθέντα, διαπέστειλε πανταχῇ τοὺς κομιοῦντας τὸ δόγμα. (4) Τοὺς μὲν γὰρ Ἕλληνας ὑπελάμβανε διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐλευθερίας προθύμους ἕξειν συναγωνιστὰς εἰς τὸν πόλεμον, τοὺς δ' ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις στρατηγοὺς καὶ σατράπας, ὑπόπτως ἔχοντας ὡς Ἀντιγόνου καταλῦσαι διεγνωκότος τοὺς ἀπ' Ἀλεξάνδρου βασιλεῖς, αὐτοῦ φανερῶς τὸν ὑπὲρ αὐτῶν πόλεμον ἀναδεχομένου, πάντας μεταπεσεῖσθαι ταῖς γνώμαις καὶ τοῖς παραγγελλομένοις ἑτοίμως ὑπακούσεσθαι. (5) Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, Ἀλεξάνδρῳ μὲν δοὺς πεντακόσια τάλαντα, καὶ περὶ τῶν μελλόντων εἰς μεγάλας ἀγαγὼν ἐλπίδας, ἐξαπέστειλεν εἰς Πελοπόννησον· αὐτὸς δὲ παρὰ Ῥοδίων μεταπεμψάμενος ναῦς, καὶ τῶν ναυπηγηθεισῶν τὰς πλείστας καταρτίσας, ἐπέπλευσε τῇ Τύρῳ. (6) Θαλαττοκρατῶν δὲ καὶ διακωλύων σῖτον εἰσάγεσθαι προσεκαρτέρησε μὲν ἐνιαυτὸν καὶ τρεῖς μῆνας, εἰς ἔνδειαν δὲ δεινὴν ἀγαγὼν τοὺς ἐγκατακεκλεισμένους,

obsessam ab Asclepiodoro Cassandri præfecto Amisum offendisset, periculis illam exemit, et dimisso certis pactis Asclepiodoro, satrapiam recuperavit. (3) Hinc per Bithyniam ducens, Zibœten, Bithynorum regem, in oppugnatione Astacenorum et Chalcedoniorum urbis occupatum offendit, et obsidionem solvere coegit. Initaque societate cum urbibus istis et Zibœte, postquam obsides acceperat, in Ioniam et Lydiam copias movit. Ut enim oræ isti quam celerrime auxilium ferret, quippe Seleuco classe illam petituro, scripserat Antigonus. (4) Ad quæ loca ubi tandem venit, Seleucus Erythras circumsidebat : qui in propinquo hostem esse certior redditus, absque effectu illinc solvit.

LXI. Venerat interea Polysperchontis filius Alexander ad Antigonum, qui cum eo amicitiam jungit, et publica militum ac peregrinantium illic advocata concione, actionem Cassandro intendit, Olympiadis cædem et perpetratum in Rhoxanen ipsumque regem facinus in crimine illi ponens. (2) Ad hæc Thessalonicen per vim duxisse, et manifeste regnum Macedonum, tanquam suum, vindicare sibi illum perhibebat; quod insuper Olynthios, acerrimos Macedonum hostes, in nominis sui urbem collocasset, et instaurasset Thebas a Macedonibus excisas. (3) Infremente ad hæc militum cum stomacho turba, decretum scripsit, quo sententiam tulit, habendum pro hoste Cassandrum, nisi et eas urbes destrueret, et regem cum Rhoxane matre, e custodia productum, Macedonibus redderet; denique nisi constituto imperatori regnique procurationem adepto Antigono obsequentem se præberet : Græci quoque in universum liberi, a præsidiis vacui suique juris essent. Hæc publicata ubi suffragiis comprobarant milites, misit qui scitum hoc ubique differrent. (4) Græcos enim ob libertatis spem alacres in hoc bello adjutores se habiturum, et duces atque satrapas superiorum provinciarum, quibus suspectus erat Antigonus', quasi reges Alexandro prognatos regno exuere statuisset, si pro his manifeste bellum susciperet, omnes mutatis animis imperata ultro facturos existimabat. (5) His ergo perfunctus, Alexandrum, ad magnas in posterum spes excitatum, cum quingentis talentis in Peloponnesum dimittit. Ipse navibus e Rhodo arcessitis, et plerisque recens ædificatarum instructis, Tyrum contendit. (6) Cui dum, maris imperio jam potitus, frumenti importationem intercludit, annum et tres menses adhæsit, et ad gravissimam inclusos egestatem ad-

τοῖς μὲν παρὰ Πτολεμαίου στρατιώταις συνεχώρησεν ἀπελθεῖν ἔχουσι τὰ ἑαυτῶν, τὴν δὲ πόλιν δι' ὁμολογίας παραλαβών, φρουρὰν τὴν διαφυλάξουσαν εἰς αὐτὴν εἰςήγαγεν.

LXII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Πτολεμαῖος μὲν ἀκούσας τὰ δεδογμένα τοῖς μετ' Ἀντιγόνου Μακεδόσι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, ἔγραψε καὶ αὐτὸς τὰ παραπλήσια, βουλόμενος εἰδέναι τοὺς Ἕλληνας ὅτι φροντίζει τῆς αὐτονομίας αὐτῶν οὐχ ἧττον Ἀντιγόνου. (2) Οὐ γὰρ μικρὰν ῥοπὴν ὁρῶντες οὖσαν ἑκάτεροι προςλαβέσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν, διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς εἰς τούτους εὐεργεσίας. Προςελάβετο δ' εἰς τὴν συμμαχίαν καὶ τὸν τῆς Καρίας σατράπην Ἄσανδρον, ἰσχύοντα καὶ πόλεις ἔχοντα τεταγμένας ὑφ' ἑαυτὸν οὐκ ὀλίγας. (3) Προαπεσταλκὼς δὲ τοῖς ἐν Κύπρῳ βασιλεῦσι στρατιώτας τριςχιλίους, ἐξέπεμψε τότε δύναμιν ἁδράν, σπεύδων συναναγκάσαι τοὺς ἐναντιοπραγοῦντας ποιεῖν τὸ προςταττόμενον (4) Μυρμιδόνα μὲν οὖν τὸν Ἀθηναῖον ἀπέστειλε μετὰ στρατιωτῶν μυρίων, Πολύκλειτον δὲ μετὰ νεῶν ἑκατόν, τῶν δὲ πάντων στρατηγὸν Μενέλαον τὸν ἀδελφόν. Οὗτοι δὲ πλεύσαντες εἰς Κύπρον, κἀκεῖ καταλαβόντες Σέλευκον μετὰ τοῦ στόλου, συνήδρευσαν βουλευόμενοι τί χρὴ πράττειν. (5) Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς Πολύκλειτον μετὰ πεντήκοντα νεῶν πλεῖν εἰς Πελοπόννησον καὶ διαπολεμεῖν τοῖς περὶ Ἀριστόδημον καὶ Ἀλέξανδρον, ἔτι δὲ Πολυσπέρχοντα, Μυρμιδόνα δὲ καὶ τοὺς ξένους εἰς Καρίαν, βοηθήσοντας τοῖς περὶ τὸν Ἄσανδρον πολεμουμένοις ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ στρατηγοῦ, τοὺς δὲ περὶ τὸν Σέλευκον καὶ Μενέλαον ὑπολειφθέντας ἐν Κύπρῳ μετὰ Νικοκρέοντος τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων τῶν συμμαχούντων διαπολεμεῖν τοῖς ἐναντιουμένοις. (6) Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῆς δυνάμεως διαμερισθείσης, οἱ περὶ Σέλευκον Κερυνείαν μὲν καὶ Λάπηθον ἐξεπολιόρκησαν, Στασίοικον δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μαριέων προςαγαγόμενοι, τὸν Ἀμαθουσίων δυνάστην ἠνάγκασαν ὅμηρα δοῦναι· τὴν δὲ τῶν Κιτιέων πόλιν οὐ δυνάμενοι προςαγαγέσθαι, συνεχῶς ἐπολιόρκουν πάσῃ τῇ δυνάμει. (7) Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν πρὸς Ἀντίγονον κατέπλευσαν ἐξ Ἑλληςπόντου νῆες τετταράκοντα, Θεμίσωνος ναυαρχοῦντος· ὁμοίως δ' ἐξ Ἑλληςπόντου καὶ Ῥόδου κατήγαγε σκάφη Διοςκορίδης ὀγδοήκοντα. (8) Προϋπῆρχον δ' αὐτῷ κατηρτισμέναι νῆες τῶν ἐν Φοινίκῃ ναυπηγηθεισῶν αἱ πρῶται συντελεσθεῖσαι. Αὗται δ' ἦσαν σὺν ταῖς ἐν Τύρῳ καταληφθείσαις ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν, ὥςτε τὰς πάσας περὶ αὐτὸν ἠθροῖσθαι ναῦς μακρὰς ἐξηρτυμένας διακοσίας τετταράκοντα· τούτων δ' ἦσαν τετρήρεις μὲν ἐνενήκοντα, πεντήρεις δὲ δέκα, ἐννήρεις δὲ τρεῖς, δεκήρεις δὲ δέκα, ἄφρακτοι δὲ τριάκοντα. (9) Διελόμενος δὲ τὸν στόλον, πεντήκοντα μὲν ναῦς ἐξέπεμψεν εἰς Πελοπόννησον, τῶν δ' ἄλλων ναύαρχον καταστήσας Διοςκορίδην τὸν ἀδελφιδοῦν, προςέταξε περιπλεῖν τοῖς τε συμμάχοις παρεχόμενον τὴν ἀσφάλειαν καὶ τῶν νήσων τὰς μήπω μετεχούσας τῆς

duxit: donec concesso Ptolemæi militibus una cum rebus suis abitu, sub conditione urbem accepit et præsidium ad eam tuendam introduxit.

LXII. Hæc dum ita geruntur, Ptolemæus, auditis quæ Macedones cum Antigono de libertate Græcorum scivissent, ejusdem sententiæ decretum etiam ipse scribit, notum hoc fieri cupiens, se non minus Antigono curam gerere libertatis Græcorum. (2) Dum enim uterque videt, Græcorum obtinuisse benevolentiam non exigui rem momenti esse, de beneficiis in eos collocandis inter se certabant. Suis etiam partibus adjunxit Asandrum Cariæ satrapam, virum potentem, et qui non paucas sub imperio urbes tenebat. (3) Etsi autem jam antea miserat regibus in Cypro tria militum millia, nihilominus tamen validas tunc copias illuc expedit, ad imperata faciendum adversantes sibi cogere festinans. (4) Decem igitur millia cum Myrmidone Atheniensi, et Polyclitum cum navibus centum misit, quorum omnium imperator esset frater ejus Menelaus. Hi transvecti in Cyprum, adjuncto illic cum classe Seleuco, in consessu, quid facto opus sit, deliberant. (5) Placet tandem ut Polyclitus cum quinquaginta navibus in Peloponnesum transgressus, Aristodemo et Alexandro, itemque Polysperchonti bellum facessat; Myrmidon autem cum peregrino milite in Cariam eat, suppetias allatum Cassandro, quem Ptolemæus dux armis impetebat; et Seleucus Menelausque, in Cypro relicti, cum Nicocreonte rege aliisque sociis adversarios oppugnent. (6) Divisis ad hunc modum copiis, Seleucus Ceryniam et Lapethum expugnat: et pellecto in suas partes Stasiœco Mariensium rege, Amathusiorum principem obsides dare cogit: Citiensium vero urbem, quum adjungere illam sibi non posset, omnibus admotis copiis obsidet. (7) Sub id tempus ex Hellesponto naves sexaginta, Themisone navarcho, ad Antigonum venerunt. Alias itidem octoginta ex Hellesponto et Rhodo Dioscorides adduxit. (8) Sed jam ante instructam habebat classem ex compaginatis in Phœnice, quæ primæ fuerant confectæ numero centum et viginti, navibus, adnumeratis quas in Tyri portu deprehenderat; ita ut in universum congregatas haberet ducentas et quadraginta naves longas, inter quas erant nonaginta quadriremes, quinqueremes decem, enneres tres, deceres decem (*sic naves a novem et decem ordinibus remigum appellantur*), et triginta apertæ. (9) Hac classe divisa, quinquaginta naves in Peloponnesum mittit: ceteris Dioscoridem, suum ex fratre nepotem, præfecit cum mandato, ut huc illuc navigando socios tuteletur, insulasque

συμμαχίας προςαγόμενον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἀντίγονον ἐν τούτοις ἦν.

LXIII. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν πραχθέντα διήλθομεν, ἐν μέρει πάλιν τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην διέξιμεν. Ἀπολλωνίδης γὰρ ὁ ταχθεὶς ὑπὸ Κασσάνδρου στρατηγὸς ἐπὶ τῆς Ἀργείων πόλεως, ἐξοδεύσας εἰς Ἀρκαδίαν νυκτός, ἐκυρίευσε τῆς τῶν Στυμφαλίων πόλεως. (2) Περὶ ταῦτα δ' αὐτοῦ διατρίβοντος, τῶν Ἀργείων οἱ πρὸς Κάσσανδρον ἀλλοτρίως ἔχοντες ἐπεκαλέσαντο τὸν Πολυσπέρχοντος Ἀλέξανδρον, ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν τὴν πόλιν. Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου βραδύνοντος, Ἀπολλωνίδης φθάσας κατήντησεν εἰς Ἄργος. Τῶν δ' ἐναντιουμένων καταλαβὼν εἰς πεντακοσίους συνηδρευκότας ἐν τῷ πρυτανείῳ, τούτους μὲν ἀποκλείσας τῆς ἐξόδου ζῶντας κατέκαυσε, τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν πλείους ἐφυγάδευσεν, ὀλίγους δὲ συλλαβὼν ἀπέκτεινε. (3) Κάσσανδρος δὲ πυθόμενος τὸν Ἀριστοδήμου κατάπλουν εἰς Πελοπόννησον καὶ τὸ συνηθροισμένον πλῆθος τῶν ξένων, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρησεν ἀφιστάναι τὸν Πολυσπέρχοντα τῆς Ἀντιγόνου φιλίας· οὐχ ὑπακουόντων δ' αὐτῶν, συναγαγὼν δύναμιν ἧκε διὰ τῆς Θετταλίας εἰς Βοιωτίαν. (4) Ἐνταῦθα δὲ συνεπιλαβόμενος τοῖς Θηβαίοις τῆς τῶν τειχῶν οἰκοδομίας, παρῆλθεν εἰς Πελοπόννησον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον Κεγχρεὰς ἐκπολιορκήσας ἐδῄωσε τὴν χώραν τῶν Κορινθίων· μετὰ δὲ ταῦτα δύο φρούρια κατὰ κράτος ἑλών, τοὺς ὑπ' Ἀλεξάνδρου καθεσταμένους φρουροὺς ὑποσπόνδους ἀφῆκεν. (5) Ἑξῆς δὲ τῇ τῶν Ὀρχομενίων πόλει προςβολὰς ποιησάμενος, καὶ παρειςαχθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίως ἐχόντων πρὸς Ἀλέξανδρον, τῆς μὲν πόλεως φυλακὴν ἀπέλιπε, τῶν δὲ φίλων τῶν Ἀλεξάνδρου καταφυγόντων εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν, ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν τοῖς πολίταις ὃ βούλοιντο πρᾶξαι. Οἱ μὲν οὖν Ὀρχομένιοι τοὺς ἱκέτας βιαίως ἀναστήσαντες, ἅπαντας ἀνεῖλον παρὰ τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα.

LXIV. Ὁ δὲ Κάσσανδρος παρελθὼν εἰς τὴν Μεσσηνίαν, καὶ καταλαβὼν φρουρουμένην ὑπὸ Πολυσπέρχοντος τὴν πόλιν, τὸ μὲν πολιορκεῖν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀπέγνω· παρελθὼν δ' εἰς Ἀρκαδίαν Δᾶμιν μὲν ἐπιμελητὴν τῆς πόλεως ἀπέλιπεν, αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Ἀργείαν καὶ θεὶς τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα, τὴν εἰς Μακεδονίαν ἐπάνοδον ἐποιήσατο. (2) Τούτου δὲ χωρισθέντος, ὁ Ἀλέξανδρος ἐπιὼν τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεις μετ' Ἀριστοδήμου, τὰς μὲν ὑπὸ Κασσάνδρου καθεσταμένας φρουρὰς ἐκβαλεῖν ἐπειρᾶτο, ταῖς δὲ πόλεσιν ἀποκαθιστᾶν τὴν ἐλευθερίαν. (3) Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Κάσσανδρος ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν Πρεπέλαον, ἀξιῶν Ἀντιγόνου μὲν ἀποστῆναι, συμμαχεῖν δ' αὐτῷ γνησίως. Τοῦτο δ' αὐτοῦ πράξαντος, στρατηγίαν δώσειν ἔφησε πάσης Πελοποννήσου, καὶ δυνάμεως ἀποδείξειν κύριον, ἔτι δὲ κατ' ἀξίαν τιμήσειν. (4) Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ὁρῶν αὐτῷ συγχωρούμενον οὗ χάριν ἐξ ἀρχῆς ἐπολέμει πρὸς Κάσσανδρον, συμμαχίαν ποιησάμενος ἀπεδείχθη στρατηγὸς Πελοποννήσου. Ἅμα δὲ τού-

nondum societati ipsorum addictas partibus suis conciliet. Et hoc pacto se res Antigoni habebant.

LXIII. Nos postquam gesta per Asiam recensuimus, Europæ etiam res singulatim exponemus. Apollonides, dux urbis Argivorum a Cassandro designatus, nocturna in Arcadiam excursione Stymphaliorum oppidum in potestatem redegit. (2) Dum vero ille his immoratur, Argivorum nonnulli Cassandro inimici Alexandrum Polysperchontis advocant, urbem se illi tradituros polliciti. Quo cessante, Apollonides reditum anticipat, et de factione adversariorum ad quingentos in Prytaneo senatum habentes opprimit, exituque intercluso vivos concremat; aliorum partem maximam relegat, et paucos quosdam comprehensos necat. (3) Cassander vero, de Aristodemi in Peloponnesum navigatione et militum extraneorum multitudine certior factus, initio Polysperchontem ab Antigoni societate abstrahere nititur. Quod quum ille recusaret, collecto exercitu per Thessaliam in Bœotiam venit. (4) Hic Thebanis in restitutione murorum auxiliatus, in Peloponnesum transit, expugnatisque primum Cenchreis, agrum Corinthiorum populatur; inde castellis duobus summa vi captis, positos in eis præsidiarios Alexandri fide data dimittit. (5) Tum Orchomeniorum urbem oppugnandam aggreditur, et ab infensis Alexandro introductus, præsidium urbi imponit; quumque Alexandri amici in Dianæ templum confugissent, pro arbitratu illos tractandi potestatem civibus indulget. Orchomenii ergo supplices inde violenter abstractos præter jura Græcorum communia omnes sustulere.

LXIV. Cassander autem, in Messeniam digressus, quum urbem præsidio munitam a Polysperchonte inveniret, obsidendam in præsenti illam non censuit; sed in Arcadiam profectus, Damide curatore urbis relicto, in Argolidem revertitur, ludisque Nemeorum celebratis, in Macedoniam reditum instituit. (2) Quo digresso, Alexander cum Aristodemo urbes Peloponnesi obiens, ut præsidia Cassandri inde ejiceret et libertatem civitatibus restitueret, operam dedit. (3) Quæ ubi Cassander rescivit, misso ad eum Prepelao, ut ab Antigono desciscens ingenuam secum iniret societatem, contendit. Quod si fecerit, se Peloponnesi totius imperium cum summa exercitus potestate ei concessurum dignisque affecturum honoribus confirmavit. (4) Videns igitur Alexander id sibi concedi, cujus gratia bellum ab initio Cassandro intulisset; inita societate, prætor et dux Peloponnesi creatus est. Dum vero hæc geruntur, Polycli-

τοις πραττομένοις Πολύκλειτος ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν περὶ Σέλευκον ἐκ Κύπρου πλεύσας κατῆρεν εἰς Κεγχρεάς. (5) Ἀκούσας δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου μετάθεσιν, καὶ θεωρῶν μηδὲν ὑπάρχον πολέμιον σύστημα, τὸν πλοῦν ἐπὶ Παμφυλίας ἐποιήσατο. Ἐντεῦθεν δὲ παρακομισθεὶς εἰς Ἀφροδισιάδα τῆς Κιλικίας, ἤκουσεν ὅτι Θεόδοτος μὲν ὁ Ἀντιγόνου ναύαρχος ἐκ Πατάρων τῆς Λυκίας παραπλεῖ ταῖς ἀπὸ Ῥόδου ναυσίν, ἐχούσαις ἀπὸ Καρίας πληρώματα, καὶ διότι Περίλαος μετὰ στρατιωτῶν παράγει πεζῇ, παρεχόμενος τῷ στόλῳ τῆς ἀγωγῆς τὴν ἀσφάλειαν, ἀμφοτέρους κατεστρατήγησε. (6) Τοὺς μὲν γὰρ στρατιώτας ἀποβιβάσας ἔκρυψεν ἐν εὐθέτῳ τόπῳ, καθ' ὃν ἀναγκαῖον ἦν τοὺς πολεμίους τὴν πάροδον ποιήσασθαι· αὐτὸς δὲ πάσαις ταῖς ναυσὶν ἀναπλεύσας καὶ πρὸ αὐτοῦ λαβὼν ἀκρωτήριον, ἐπετήρει τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν. Ἐμπεσόντων δὲ πρῶτον τῶν πεζῶν εἰς τὴν ἐνέδραν, συνέβη τόν τε Περίλαον ἁλῶναι καὶ τῶν ἄλλων τοὺς μὲν πεσεῖν μαχομένους, οὓς δὲ ζωγρηθῆναι. (7) Ἐπιχειρούντων δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ στόλου παραβοηθεῖν τοῖς ἰδίοις, ἐπιπλεύσας ὁ Πολύκλειτος ἄφνω συντεταγμένῳ τῷ στόλῳ, ῥᾳδίως ἐτρέψατο τεταραγμένους τοὺς πολεμίους. Διόπερ συνέβη τάς τε ναῦς ἁλῶναι πάσας καὶ τῶν ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγους, ἐν οἷς καὶ αὐτὸν τὸν Θεόδοτον τραυματίαν γενόμενον μετ' ὀλίγας ἡμέρας τελευτῆσαι. (8) Πολύκλειτος μὲν οὖν χωρὶς κινδύνων τηλικαῦτα πλεονεκτήσας ἀπέπλευσεν εἰς Κύπρον, ἐντεῦθεν δ' εἰς Πηλούσιον. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος τοῦτον μὲν ἐπαινέσας δωρεαῖς μεγάλαις ἐτίμησε καὶ πολὺ μᾶλλον προῆγεν, ὡς ἀρχηγὸν γεγονότα μεγάλου προτερήματος· τὸν δὲ Περίλαον καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων τινὰς ἀπέλυσεν, ἐλθούσης περὶ τούτων πρεσβείας παρ' Ἀντιγόνου. Αὐτὸς δὲ παρῆλθεν ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἔκρηγμα, κἀκεῖ συνελθὼν εἰς λόγους Ἀντιγόνῳ, πάλιν ἀπῆλθεν, οὐ συγχωροῦντος Ἀντιγόνου τὰ ἀξιούμενα.

LXV. Ἡμεῖς δὲ διεληλυθότες τὰ πραχθέντα τῶν Ἑλλήνων τῆς Εὐρώπης περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν, ἐν μέρει διέξιμεν περὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν νευόντων μερῶν. Ἀγαθοκλῆς γὰρ ὁ τῶν Συρακοσίων δυνάστης κατέχων φρούριον τῶν Μεσσηνίων, ἐπηγγείλατο λαβὼν παρ' αὐτῶν τριάκοντα τάλαντα παραδώσειν τὸν τόπον. (2) Δόντων δὲ τῶν Μεσσηνίων τὸ ἀργύριον, οὐ μόνον διεψεύσατο τοὺς πιστεύσαντας τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ καὶ τὴν Μεσσήνην αὐτὴν ἐπεχείρησε καταλαβέσθαι. Πυθόμενος γὰρ μέρος τι τοῦ τείχους ἐν αὐτῇ πεπτωκέναι, πεζῇ μὲν τοὺς ἱππεῖς ἀπέστειλεν ἐκ Συρακουσῶν, αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν ναῦς ἡμιολίας, νυκτὸς κατέπλευσε πλησίον τῆς πόλεως. (3) Προαισθομένων δὲ τῶν ἐπιβουλευομένων, ταύτης μὲν τῆς ἐπιβολῆς ἀπέτυχεν· ἐπὶ δὲ τὰς Μύλας πλεύσας, καὶ πολιορκήσας τὸ φρούριον δι' ὁμολογίας παρέλαβε. Καὶ τότε μὲν εἰς Συρακούσας ἐχωρίσθη· κατὰ δὲ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς πάλιν ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Μεσσήνην. (4) Πλησίον δὲ τῆς πόλεως στρατοπεδεύσας καὶ προσβολὰς συνεχεῖς ποιούμενος, οὐδὲν ἀξιόλογον ἴσχυσε βλάψαι

tus, Seleuci legatus, e Cypro transmittens Cenchreas appulit. (5) Is, defectione Alexandri cognita, quum nihil copiarum hostilium videret, Pamphyliam versus navigationem intendit. Inde Aphrodisiadem Ciliciæ devectus, audivit Theodotum Antigoni navarchum ex Pataris Lyciæ cum classe Rhodia, ex Caria remiges habente, prætervehi, et Perilaum cum agmine terrestri classem in litore comitari, ad tutum illis navibus iter præbendum. Utrosque igitur vafre decepit. (6) Expositum enim militem opportuno abscondit loco, qua hostes transire necessum erat : ipse cum tota classe solvens, quum promontorium sibi objecisset, accessum hostis observat. Peditatus ibi primus in insidias incidit, Perilaus capitur, aliique inter dimicandum partim cadunt, partim vivi in hostium manus veniunt. (7) Dumque classiarii auxilio suis venire conantur, Polyclitus, repente ordinata invectus acie, hostem perturbatum facile in fugam vertit. Idcirco evenit ut naves universæ, nec exiguus virorum numerus caperetur : inter quos fuit etiam Theodotus ipse, qui vulneribus confectus, paucis diebus post vitam finivit. (8) Polyclitus ergo, citra periculum tanto usus successu, in Cyprum atque inde ad Pelusium renavigavit. Quem laudatum Ptolemæus donis ingentibus honestavit, atque victoriæ insignis auctorem longe amplius provexit: Perilaum vero ac de ceteris captivis quosdam, quum Antigoni legatio propter illos venisset, solvit. Ipse dehinc ad Ecregma, quod vocatur, profectus, colloquium cum Antigono habuit : sed non concedente Antigono quæ postulabat, rursus discessit.

LXV. Jam vero res a Græcis Europæis in Græcia et Macedonia gestas postquam recensuimus, etiam tractus ad occidentem sitos seorsum percurremus. Agathocles Syracusanorum princeps quum Messaniorum castellum quoddam teneret, locum a se restitutum iri promisit, si triginta talenta accepisset. (2) Quod argenti pondus ubi Messanii exhibuerant, non modo fidem promissis habitam fefellit, sed ipsam præterea Messanen occupare conatus est. Muri enim partem quandam in illa corruisse edoctus, equitatum terra Syracusis mittit : ipse navibus, quas hemiolias vocant, assumtis, noctu proxime urbem accedit. (3) Quod quum insidiis appetiti præsensissent, irritus hic ipsi conatus fuit. Ad Mylas tamen provectus, castellum obsidione cinctum per deditionem accepit. Et tunc quidem Syracusas repetivit. Messis autem tempore denuo expeditionem contra Messanen instituit. (4) Et prope urbem castra metatus, licet continenter illam oppugnaret, nullum tamen memorabile detrimentum hosti afferre potuit. Nam exulum

τοὺς πολεμίους. Καὶ γὰρ τῶν ἐκ Συρακουσῶν φυγάδων πολλοὶ συνδεδραμήκεισαν εἰς τὴν πόλιν, οἳ καὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν καὶ διὰ τὸ πρὸς τὸν τύραννον μῖσος ἐκθύμως ἠγωνίζοντο. (5) Καθ' ὃν δὴ χρόνον ἧκον ἐκ Καρχηδόνος πρέσβεις, οἳ τῷ μὲν Ἀγαθοκλεῖ περὶ τῶν πραχθέντων ἐπετίμησαν, ὡς παραβαίνοντι τὰς συνθήκας, τοῖς δὲ Μεσσηνίοις εἰρήνην παρεσκεύασαν, καὶ τὸ φρούριον ἀναγκάσαντες ἀποκαταστῆσαι τὸν τύραννον ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Λιβύην. (6) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς παρελθὼν εἰς Ἀβάκαινον πόλιν σύμμαχον, τοὺς δοκοῦντας ἀλλοτρίως ἔχειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἀπέσφαξεν, ὄντας πλείους τῶν τετταράκοντα. (7) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ῥωμαῖοι μὲν διαπολεμοῦντες Σαμνίταις Φερέντην, πόλιν τῆς Ἀπουλίας, κατὰ κράτος εἷλον. Οἱ δὲ τὴν Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρναν καλουμένην οἰκοῦντες πεισθέντες ὑπό τινων τῆς μὲν Ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν, πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συμμαχίαν ἐποιήσαντο.

LXVI. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Νικόδωρος, ἐν Ῥώμῃ δ' ἦσαν ὕπατοι Λεύκιος Παπίριος τὸ τέταρτον καὶ Κόϊντος Ποπλίλιος τὸ δεύτερον. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀριστόδημος μὲν ὁ κατασταθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου στρατηγὸς ὡς ἐπύθετο τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυσπέρχοντος ἀπόστασιν, ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Αἰτωλῶν δικαιολογησάμενος προετρέψατο τὰ πλήθη βοηθεῖν τοῖς Ἀντιγόνου πράγμασιν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν μισθοφόρων διαβὰς ἐκ τῆς Αἰτωλίας εἰς Πελοπόννησον, κατέλαβεν Ἀλέξανδρόν τε καὶ τοὺς Ἠλείους πολιορκοῦντας τὴν Κυλλήνην· εὐκαίρως δὲ τοῖς κινδυνεύουσιν ἐπιφανεὶς ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. (3) Καταλιπὼν δ' ἐνταῦθα τοὺς παρεξομένους τῷ φρουρίῳ τὴν ἀσφάλειαν, ἀνέζευξεν εἰς τὴν Ἀχαΐαν· καὶ Πάτρας μὲν ἠλευθέρωσε φρουρουμένας ὑπὸ τῶν Κασσάνδρου στρατιωτῶν, Αἴγιον δὲ ἐκπολιορκήσας, τῆς τε φρουρᾶς ἐκυρίευσε καὶ τοῖς Αἰγιεῦσι κατὰ δόγμα τὴν ἐλευθερίαν βουλόμενος ἀποκαταστῆσαι, διὰ ταύτην τὴν περίστασιν ἐκωλύθη· τῶν γὰρ στρατιωτῶν τραπέντων πρὸς ἁρπαγήν, πολλοὶ μὲν ἀπεσφάγησαν τῶν Αἰγιέων, πλεῖσται δὲ τῶν οἰκιῶν διεφθάρησαν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα διαπλεύσαντος εἰς Αἰτωλίαν αὐτοῦ, Δυμαῖοι φρουρὰν ἔχοντες παρὰ Κασσάνδρου διετείχισαν τὴν πόλιν, ὥστε κατ' ἰδίαν οὖσαν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως διεζεῦχθαι. Παρακαλέσαντες δ' ἀλλήλους ἀντέχεσθαι τῆς αὐτονομίας, περιεστρατοπέδευσαν τὴν ἄκραν καὶ συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιοῦντο. (5) Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Ἀλέξανδρος, ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ βιασάμενος ἐντὸς τοῦ τείχους, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως· τῶν δὲ Δυμαίων τοὺς μὲν ἀπέσφαξε, τοὺς δ' εἰς φυλακὴν ἀπέθετο, πολλοὺς δὲ ἐφυγάδευσεν. (6) Οἱ δὲ περιλειφθέντες, ἀπαλλαγέντος ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξάνδρου, χρόνον μέν τινα τὴν ἡσυχίαν ἦγον, καταπεπληγμένοι τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ἅμα δὲ καὶ συμμάχων ὄντες ἔρημοι· μετὰ δέ τινα χρόνον ἐξ Αἰγίου τοὺς Ἀριστοδήμου μισθοφόρους μεταπεμψάμενοι, πάλιν ἐπέθεντο τῇ φρουρᾷ, καὶ κυριεύσαντες τῆς ἄκρας, τὴν μὲν πόλιν ἠλευθέρωσαν, τῶν

Syracusanorum complures in urbem hanc confluxerant, qui et propter suam ipsorum incolumitatem et odium tyranni animose decertabant. (5) Circa hoc tempus Carthaginiensium legati venere, qui de perpetratis, quod pactorum fidem transgrederetur, cum Agathocle expostularunt; et conciliata Messaniis pace, castellum etiam restituere tyrannum coegere: atque tum in Africam redierunt. (6) Agathocles vero Abacænum, oppidum societate conjunctum, divertens, supra quadraginta adversari ipsi visos jugulavit. (7) Dum hæc geruntur, Romani, cum Samnitibus bellum gerentes, Ferentem Apuliæ urbem vi ceperunt: et Nuceriæ, quæ Alphaterna nuncupatur, incolæ, suasu quorundam inducti, amicitia Romanorum deserta, in Samnitum societatem concesserunt.

LXVI. Anno illo finito, Nicodorus Athenis summus reipublicæ administrator et Romæ L. Papirius quartum et Q. Publilius iterum consules erant. (2) Tum Aristodemus, imperator ab Antigono copiis datus, cognita Alexandri Polysperchontis defectione, postquam in comitiis Ætolorum de causæ æquitate disseruerat, ad auxiliandum rebus Antigoni multitudinem invitavit. Hinc cum mercenariis ex Ætolia in Peloponnesum transgressus, Alexandrum cum Eleis Cyllenen obsidione prementem offendit. Et quia in tempore superveniebat periclitantibus, obsidionem solvit; (3) relictoque ad defensionem castelli præsidio, in Achaiam inde movit, et Patras, Cassandri præsidio occupatas, liberavit; Ægium vero expugnavit, præsidioque in potestatem accepto, juxta decretum Ægiensibus libertatem restituturus erat, nisi hoc prohibitus esset impedimento: quum enim miles ad rapinam se convertisset, factum est ut plurimi Ægiensium trucidarentur, et major pars ædium incendio periret. (4) Inde quum in Ætoliam renavigasset, Dymæi, qui Cassandri præsidio tenebantur, urbem suam ita muro cinxerunt, ut seorsum ab arce disjungeretur, seque ad tuendam libertatem exhortati mutuo, castris arcem circumdedere, assiduis illam incursibus oppugnantes. (5) De quo certior factus Alexander supervenit cum exercitu, et intra mœnia magna vi irrumpens urbe potitur, Dymæorumque alios mactat, alios in custodiam tradit, multos quoque extorres agit. (6) Superstites post Alexandri discessum ad tempus quiescebant, quod et magnitudine calamitatis perculsi essent, et sociorum auxiliis destituerentur; sed aliquanto post, accitis Ægio mercenariis Aristodemi, præsidium rursus invadunt, et subacta arce urbem in liber-

δὲ καταληφθέντων τοὺς πλείστους ἀποσφάξαντες, συνανεῖλον καὶ τῶν ἰδίων πολιτῶν ὅσοι πρὸς Ἀλέξανδρον εἶχον φιλίαν.

LXVII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀλέξανδρος μὲν ὁ Πολυσπέρχοντος ἐκ Σικυῶνος ἀναζευγνύων μετὰ τῆς δυνάμεως, ὑπ' Ἀλεξίωνος τοῦ Σικυωνίου καί τινων ἄλλων προςποιουμένων εἶναι φίλων ἀνῃρέθη· ἡ δὲ γυνὴ Κρατησίπολις διαδεξαμένη τὰ πράγματα, συνεῖχε τὸ στρατόπεδον, ἀγαπωμένη διαφερόντως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὰς εὐεργεσίας· διετέλει γὰρ βοηθοῦσα τοῖς ἀτυχοῦσι καὶ πολλοὺς τῶν ἀπόρων ὑπολαμβάνουσα. (2) Ἦν δὲ περὶ αὐτὴν καὶ σύνεσις πραγματικὴ καὶ τόλμα μείζων ἢ κατὰ γυναῖκα. Τῶν γὰρ Σικυωνίων καταφρονησάντων αὐτῆς διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτήν, καὶ συνδραμόντων μετὰ τῶν ὅπλων ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν, παραταξαμένη καὶ νικήσασα πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, συλλαβοῦσα δὲ περὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀνεσταύρωσεν. Ἀσφαλισαμένη δὲ τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἐδυνάστευε τῶν Σικυωνίων, ἔχουσα πολλοὺς στρατιώτας ἑτοίμους εἰς πάντα κίνδυνον. Καὶ τὰ μὲν περὶ Πελοπόννησον ἐν τούτοις ἦν. (3) Κάσσανδρος δ' ὁρῶν τοὺς Αἰτωλοὺς συναγωνιζομένους μὲν Ἀντιγόνῳ, πόλεμον δ' ἔχοντας ὅμορον πρὸς Ἀκαρνᾶνας, ἔκρινε συμφέρειν ἅμα συμμάχους μὲν Ἀκαρνᾶνας ποιήσασθαι, ταπεινῶσαι δὲ τοὺς Αἰτωλούς. Διόπερ ἀναζεύξας ἐκ Μακεδονίας μετὰ δυνάμεως μεγάλης, ἧκεν εἰς Αἰτωλίαν, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν καλούμενον Καμπύλον ποταμόν. (4) Συναγαγὼν δὲ τοὺς Ἀκαρνᾶνας εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν, καὶ διελθὼν ὅτι πόλεμον ἔχουσιν ὅμορον ἐκ παλαιῶν χρόνων, συνεβούλευεν ἐκ τῶν ὀχυρῶν καὶ μικρῶν χωρίων εἰς ὀλίγας πόλεις μετοικῆσαι, ὅπως μή, διεσπαρμένης τῆς οἰκήσεως, ἀδυνατῶσιν ἀλλήλοις βοηθεῖν καὶ πρὸς τὰς ἀπροσδοκήτους τῶν πολεμίων ἐπιθέσεις δυςχερῶς ἀθροίζωνται. Πεισθέντων δὲ τῶν Ἀκαρνάνων, οἱ πλεῖστοι μὲν εἰς Στράτον πόλιν συνῴκησαν, ὀχυρωτάτην οὖσαν καὶ μεγίστην, Οἰνιάδαι δὲ καί τινες ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν, Δεριεῖς δὲ μεθ' ἑτέρων εἰς Ἀγρίνιον. (5) Ὁ δὲ Κάσσανδρος ἀπολιπὼν στρατηγὸν Λυκίσκον μετὰ τῶν ἱκανῶν στρατιωτῶν, τούτῳ μὲν παρήγγειλε βοηθεῖν Ἀκαρνᾶσιν, αὐτὸς δὲ μετὰ δυνάμεως παρελθὼν ἐπὶ Λευκάδα, τὴν πόλιν διὰ πρεσβείας προςηγάγετο. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν ποιησάμενος, Ἀπολλωνίαν ἐξ ἐφόδου παρέλαβεν. Εἰς δὲ τὴν Ἰλλυρίδα προελθών, καὶ διαβὰς τὸν Ἕβρον ποταμόν, παρετάξατο πρὸς Γλαυκίαν τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα. (7) Περιγενόμενος δὲ τῇ μάχῃ, πρὸς μὲν τοῦτον συνθήκας ἐποιήσατο, καθ' ἃς οὐκ ἐξῆν τῷ Γλαυκίᾳ στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Κασσάνδρου συμμάχους· τὴν δὲ τῶν Ἐπιδαμνίων πόλιν προςαγαγόμενος καὶ φρουρὰν ἐγκαταστήσας, ἐπανῆλθεν εἰς Μακεδονίαν.

LXVIII. Ἀπαλλαγέντος δὲ ἐκ τῆς Αἰτωλίας τοῦ Κασσάνδρου, συστραφέντες τῶν Αἰτωλῶν εἰς τριςχιλίους καὶ περιχαρακώσαντες Ἀγρίνιον ἐπολιόρκουν,

tatem vindicant, atque captos plerosque trucidant, simul etiam, quotquot Alexandri partes fovebant civium suorum, e vita tollunt.

LXVII. Inter has rerum vices Alexander Polysperchontis Sicyone cum exercitu discedens, ab Alexione Sicyonio et quibusdam aliis, pro amicis se venditantibus, interimitur. Cujus uxor Cratesipolis in administrationem succedens exercitum in officio continebat, et propter benefacta eximie militibus cara erat. Perpetuo enim opem ferebat miseris, multos inopia afflictos suscipiens. (2) Quin etiam prudentia in rebus gerendis instructa erat, et audacia, quam femina caperet, majore. Quum enim, illa propter viri obitum contemta, Sicyonii ad recuperandam libertatem cum armis concurrerent, illa conserto prœlio victrix multos interfecit, arreptosque circiter triginta in crucem egit, et confirmato urbis statu, Sicyoniis imperavit, militum quam plurimos secum habens ad omne discrimen paratos. Atque is tum Peloponnesi erat status. (3) Cassander autem, Ætolos Antigono suppetias ferre finitimoque interim bello cum Acarnanibus implicitos videns, ex re sua fore judicavit, si contracta cum Acarnanibus societate, Ætolos deprimeret. Magno igitur cum exercitu e Macedonia profectus in Ætoliam venit, et juxta fluvium, qui Campylus dicitur, castra locat. (4) Hic advocatis ad communem Acarnanibus concionem, ubi finitimo illos bello ex antiquissima seculorum memoria vexari solitos disseruisset, consilium eis impertit, ut ex (*male*) munitis parvisque castellis in pauciores habitatum urbes se conferant, ne habitatione dispersa mutuum sibi ferre auxilium, et ad improvisas hostium impressiones facile congregari nequeant. Morigeratis ad hoc Acarnanibus, pars maxima in Stratum urbem, quæ firmissima erat et maxima, commigrat: Œniadæ aliique nonnulli Sauriam conveniunt, Derienses cum aliis quibusdam Agrinium occupant. (5) Tum Cassander Lyciscum ducem cum satis valida manu illic relinquit, Arcarnanibus opem ferre jussum. Ipse cum exercitu Leucadem aggressus, urbem legationis opera sibi associat. (6) Hinc subito in Adriam cursu profectus, Apolloniam primo incursu capit; et progressus ad Illyriam, Hebro fluvio transmisso, signa cum Glaucia Illyriorum rege confert; (7) et pugna superior fœdus cum eo facit, hac conditione, ut in socios Cassandri arma sumere Glauciæ non liceret. Epidamniorum quoque urbem sibi devincit, et collocato ibi præsidio, in Macedoniam se recipit.

LXVIII. Digresso ex Ætolia Cassandro, Ætolorum ad tria millia inter se conspirantes, Agrinium, vallo et aggere cinctum, obsident. Oppidani vero cum hoste ita

τῶν δὲ κατοικούντων τὸ χωρίον ὁμολογίας ποιησαμένων, ὥςτε τὴν μὲν πόλιν παραδοῦναι, τῆς δ' ἀσφαλείας τυχόντας αὐτοὺς ἀπαλλαγῆναι, οὗτοι μὲν πιστεύοντες ταῖς σπονδαῖς ἀπῄεσαν, οἱ δ' Αἰτωλοὶ παραβάντες τὰς συνθήκας, καὶ καταδιώξαντες τοὺς οὐδὲν ἐλπίζοντας πείσεσθαι δεινόν, πλὴν ὀλίγων πάντας ἀπέσφαξαν. (2) Ὁ δὲ Κάσσανδρος παραγενόμενος εἰς Μακεδονίαν καὶ πυθόμενος πολεμεῖσθαι τὰς ἐν Καρίᾳ πόλεις ὅσαι συνεμάχουν τοῖς περὶ Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον, ἐξέπεμψε δύναμιν εἰς τὴν Καρίαν, ἅμα μὲν βουλόμενος βοηθεῖν τοῖς συμμάχοις, ἅμα δὲ σπεύδων εἰς περισπασμοὺς ἐμβαλεῖν Ἀντίγονον, ἵνα μὴ σχολὴν ἔχῃ διαβαίνειν εἰς τὴν Εὐρώπην. (3) Ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς Δημήτριον τὸν Φαληρέα καὶ Διονύσιον τὸν φρουροῦντα τὴν Μουνυχίαν, προςτάττων εἴκοσι ναῦς εἰς Λῆμνον ἐκπέμψαι. Ἀποστειλάντων δ' αὐτῶν εὐθὺς τὰ σκάφη καὶ ναύαρχον ἐπ' αὐτῶν Ἀριστοτέλην, οὗτος μὲν καταπλεύσας εἰς Λῆμνον, καὶ μεταπεμψάμενος Σέλευκον μετὰ στόλου, τοὺς Λημνίους ἔπειθεν ἀποστῆναι τῶν περὶ Ἀντίγονον· οὐ προςεχόντων δ' αὐτῶν, τήν τε χώραν ἐδῄωσε καὶ τὴν πόλιν περιχαρακώσας ἐπολιόρκει. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα Σέλευκος μὲν ἀπέπλευσεν εἰς Κῶν· Διοςκορίδης δὲ κατασταθεὶς ναύαρχος ὑπ' Ἀντιγόνου, πυθόμενος τὸν πλοῦν Σελεύκου, κατῆρεν εἰς Λῆμνον, καὶ τὸν μὲν Ἀριστοτέλην ἐξέβαλεν ἐκ τῆς νήσου, τῶν δὲ νεῶν τὰς πλείους αὐτάνδρους εἷλεν. (5) Ἄσανδρος δὲ καὶ Πρεπέλαος ἀφηγοῦντο μὲν τῆς ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθείσης δυνάμεως εἰς τὴν Καρίαν, πυθόμενοι δὲ Πτολεμαῖον τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν τὴν δύναμιν εἰς παραχειμασίαν διῃρηκέναι καὶ αὐτὸν ἀσχολεῖσθαι περὶ τὴν ταφὴν τοῦ πατρός, Εὐπόλεμον ἀπέστειλαν ἐνεδρεῦσαι τοῖς πολεμίοις περὶ Κάπριμα τῆς Καρίας· συνεξέπεμψαν δ' αὐτῷ πεζοὺς μὲν ὀκτακιςχιλίους, ἱππεῖς δὲ διςχιλίους. (6) Καθ' ὃν δὴ χρόνον Πτολεμαῖος παρά τινων αὐτομόλων ἀκούσας τὴν προαίρεσιν τῶν πολεμίων, ἤθροισε μὲν τῶν πλησίον χειμαζόντων στρατιωτῶν πεζοὺς μὲν ὀκτακιςχιλίους τριακοσίους, ἱππεῖς δ' ἑξακοσίους. (7) Ἀνελπίστως δὲ περὶ μέσας νύκτας ἐπιβαλὼν τῷ χάρακι τῶν ἐναντίων, καὶ καταλαβὼν ἀφυλάκτους καὶ κοιμωμένους, αὐτόν τε τὸν Εὐπόλεμον ἐζώγρησε καὶ τοὺς στρατιώτας συνηνάγκασε παραδοῦναι σφᾶς αὐτούς. Τὰ μὲν οὖν συμβάντα περὶ τοὺς ἀποσταλέντας ὑπὸ Κασσάνδρου στρατηγοὺς εἰς τὴν Ἀσίαν τοιαῦτ' ἦν.

LXIX. Ἀντίγονος δὲ ὁρῶν τὸν Κάσσανδρον ἀντεχόμενον τῆς Ἀσίας, Δημήτριον μὲν τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν ἐν τῇ Συρίᾳ, προστάξας ἐνεδρεύειν τοὺς περὶ Πτολεμαῖον, οὓς ὑπώπτευεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου προάξειν μετὰ δυνάμεως ἐπὶ Συρίας· συναπέλιπε δ' αὐτῷ πεζοὺς μὲν ξένους μυρίους, Μακεδόνας δὲ διςχιλίους, Λυκίους δὲ καὶ Παμφυλίους πεντακοσίους, Πέρσας δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας τετρακοσίους, ἱππεῖς δὲ πεντακιςχιλίους, ἐλέφαντας δὲ πλείους τῶν τετταράκοντα. Παρακατέστησε δ' αὐτῷ καὶ συμβούλους τέτταρας, Νέαρχόν τε

transigunt, ut dedita urbe receptaque incolumitate, abscedant. Fide igitur pactis habita, in abitu erant, quum violata transactionis fide Ætoli eos, qui nullum sibi periculum timebant, persecuti, præter paucos, omnes concidere. (2) Cassander autem, in Macedoniam reversus, ubi confœderatas Ptolemæo et Seleuco urbes in Caria bello infestari audivit, exercitum in Cariam expedivit, tum ut sociis opem ferret, tum ut mature Antigonum distraheret, ne otium transmittendi in Europam haberet. (3) Per literas etiam Demetrium Phaleræum et Dionysium, præsidii Munychiani præfectum, viginti naves in Lemnum expedire jussit. Qui quum statim navigia Aristotele navarcho misissent, hic in Lemnum profectus, arcessito cum classe Seleuco, defectionis ab Antigono Lemniis suasor erat. Illis vero detrectantibus, tum agrum pervastabat, tum vallo circumdatam urbem obsidebat. (4) Per hæc tempora Seleucus Côn appulit: cujus adventu Dioscorides, Antigoni prætor classis, audito, in Lemnum trajecit, Aristotelemque ex insula ejecit, et navium plerasque una cum viris cepit. (5) Asander autem et Prepelaus agminis, quod Cassander in Cariam miserat, ductores erant. Hi audito, Ptolemæum Antigoni præfectum copias in hiberna distribuisse, ipsumque in sepultura patris occupatum, Eupolemum ad Caprima in Caria hostibus insidiatum misere, octo millibus peditum et duobus equitum millibus adjunctis. (6) Sub idem vero tempus, consilio hostium per transfugas explorato, Ptolemæus ex proxime hiemantibus octo peditum millia et trecentos, et sexcentos equites evocavit: (7) et mediam circa noctem ex insperato vallum hostis adortus, quum sine excubiis in somnum effusos obruisset, tum Eupolemum ipsum cepit, tum ad deditionem milites adegit. Hæc ergo missorum a Cassandro in Asiam ducum tunc fuit conditio.

LXIX. Sed Antigonus, Asiam sibi vindicare Cassandrum videns, filium Demetrium in Syria cum mandatis relinquit, ut Ptolemæum, quem cum exercitu in Syriam progressurum suspicio erat, insidiis excipiat, et decem millia peditum ex peregrinis, duoque millia ex Macedonibus, Lycios insuper et Pamphylios quingentos, sagittariosque ac funditores ex Perside quadringentos, quinque etiam millia equitum, et supra quadraginta elephantos cum eo remanere jubet, consiliariis quattuor ei adhibitis, Nearcho Cretensi, ac Pythone

τὸν Κρῆτα καὶ Πύθωνα τὸν Ἀγήνορος, ὃς καταβεβήκει πρότερον ὀλίγαις ἡμέραις ἐκ Βαβυλῶνος, πρὸς δὲ τούτοις Ἀνδρόνικόν τε τὸν Ὀλύνθιον, καὶ Φίλιππον, ἄνδρας πρεσβυτέρους καὶ συνεστρατευκότας τῷ Ἀλεξάνδρῳ πᾶσαν τὴν στρατείαν· ἦν γὰρ Δημήτριος ἔτι νέος τὴν ἡλικίαν, ὡς ἂν γεγονὼς ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν. (2) Αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην δύναμιν ἔλαβε, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὑπερβάλλων τὸν Ταῦρον καὶ περιπεσὼν χιόνι πολλῇ, συχνοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν. Διὸ καὶ πάλιν ἀναστρέψας εἰς τὴν Κιλικίαν, καὶ μεταλαβὼν ἕτερον καιρόν, διεξῆλθε μὲν ἀσφαλέστερον τὸ προειρημένον ὄρος, παραγενόμενος δ' εἰς Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, διεῖλε τὸ στρατόπεδον εἰς χειμασίαν. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν στόλον ἐκ Φοινίκης μετεπέμψατο, Μηδίου ναυαρχοῦντος· ὃς περιτυχὼν ταῖς Πυδναίων ναυσίν, οὔσαις τριάκοντα ἕξ, καὶ καταναυμαχήσας, αὐτάνδρων τῶν σκαφῶν ἐκυρίευσε. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

LXX. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν οἱ τῶν Συρακοσίων φυγάδες διατρίβοντες ἐν Ἀκράγαντι παρεκάλουν τοὺς προεστηκότας τῆς πόλεως μὴ περιορᾶν Ἀγαθοκλέα συσκευαζόμενον τὰς πόλεις· αἱρετώτερον γὰρ εἶναι πρὸ τοῦ τὸν τύραννον ἰσχυρὸν γενέσθαι διαπολεμεῖν ἑκουσίως, ἢ περιμείναντας αὐτοῦ τὴν αὔξησιν ἐξ ἀνάγκης πρὸς ἰσχυρότερον διαγωνίζεσθαι. (2) Δοξάντων δ' αὐτῶν ἀληθῆ λέγειν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀκραγαντίνων ἐψηφίσατο τὸν πόλεμον· καὶ Γελῴους μὲν καὶ Μεσσηνίους εἰς τὴν συμμαχίαν προσελάβοντο, εἰς δὲ τὴν Λακεδαιμονίαν τῶν φυγάδων τινὰς ἐξέπεμψαν, ἐντειλάμενοι πειρᾶσθαι στρατηγὸν ἄγειν τὸν δυνάμενον πραγμάτων ἀφηγήσασθαι. (3) Τοὺς γὰρ πολιτικοὺς ὑπώπτευον ὡς ὄντας οἰκείους τυραννίδος, τοὺς δ' ἔξωθεν ὑπελάμβανον δικαίως ποιήσεσθαι τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν, ἀναμιμνησκόμενοι τῆς Τιμολέοντος τοῦ Κορινθίου στρατηγίας. (4) Οἱ δὲ πεμφθέντες ὥς ποθ' ἧκον εἰς τὴν Λακωνικήν, εὗρον Ἀκρότατον τὸν Κλεομένους τοῦ βασιλέως υἱὸν προσκεκοφότα πολλοῖς τῶν νέων, καὶ διὰ τοῦτο ξενικῶν πραγμάτων ὀρεγόμενον. (5) Τῶν γὰρ Λακεδαιμονίων μετὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον μάχην ἀπολυόντων τῆς ἀτιμίας τοὺς ἐκ τῆς ἥττης διασωθέντας, μόνος ἐνέστη τῷ δόγματι. Διόπερ αὐτὸν συνέβη καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγοις προσκόψαι, μάλιστα δ' οἷς ἦν τῶν νόμων τὰ πρόστιμα· οὗτοι γὰρ συστραφέντες πληγάς τε ἐνεφόρησαν αὐτῷ καὶ διετέλουν ἐπιβουλεύοντες. (6) Διὰ ταῦτα δὴ ξενικῆς ἡγεμονίας ἐπιθυμῶν, ἀσμένως ὑπήκουσε τοῖς Ἀκραγαντίνοις. Τὴν δ' ἀποδημίαν ποιησάμενος ἄνευ τῆς τῶν ἐφόρων γνώμης, ἀνήχθη ναυσὶν ὀλίγαις, ὡς διαρῶν ἐπ' Ἀκράγαντος. (7) Ἀπενεχθεὶς δ' ὑπ' ἀνέμων εἰς τὸν Ἀδρίαν, κατῆρε μὲν εἰς τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώραν, καταλαβὼν δὲ τὴν πόλιν πολιορκουμένην ὑπὸ Γλαυκίου τοῦ βασιλέως τῶν Ἰλλυριῶν, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν, πείσας τὸν βασιλέα συνθήκας ποιήσασθαι πρὸς τοὺς Ἀπολλωνιάτας. (8) Ἐντεῦθεν δὲ πλεύσας εἰς Τάραντα, καὶ παρακαλέσας

Agenoris, qui paucos ante dies Babylone venerat, itemque Andronico Olynthio, et Philippo, viris ætate provectis, qui militiæ Alexandri per totam expeditionem socii fuerant. Nam juvenis adhuc erat Demetrius, quippe viginti duos annos natus. (2) Ipse Antigonus, ceteris apud se copiis retentis, dum Taurum superare nititur, in magnam vim nivium incidit, nec parvam militum jacturam facit. Ideo retro in Ciliciam reversus, aliamque nactus opportunitatem, minori incommodo montem illum transcendit, et ad Celænas Phrygiæ progressus, in hiberna exercitum distribuit. (3) Post hæc classem e Phœnice, cui Medius præerat, arcessit. Huic quum forte fortuna Pydnæorum naves triginta sex occurrerent, prœlio subactas una cum viris in potestatem redegit. In hoc itaque statu Græciæ tum Asiæque res erant.

LXX. In Sicilia interim Syracusanorum exules, Agrigenti commorantes, principes urbis exhortabantur, ne sic prædam suam facere oppida sinerent Agathoclem. Nam ultro cum tyranno belligerari, priusquam se confirmasset, satius esse, quam ad incrementa ejus usque cunctatos, ad certamen cum potentiore suscipiendum necessitate cogi. (2) Qui quum vera dicere viderentur, populus Agrigentinus per suffragia bellum scivit: adjunctisque in societatem Geloïs et Messaniis, exulum quosdam cum mandatis Lacedæmonem miserunt, ut imperatorem, qui præesse rebus posset, inde secum adducere niterentur. (3) Cives enim, ut non alienos a tyrannide, suspectos habebant; sed extraneos, quum Timoleontis Corinthii imperium animis revocarent, juste rerum summam accuraturos existimabant. (4) Quum igitur legati in Laconiam tandem appulissent, Acrotatum, Cleomenis regis filium, inveniunt plerorumque juvenum offensione laborantem ideoque percupidum rerum peregrinarum. (5) Nam quum Lacedæmonii, post conflictum cum Antipatro, ignominia exsolverent e clade illa elapsos, solus decreto se opposuerat. Hinc ergo factum erat ut et aliorum non paucos, et maxime illos offenderet, quibus pœnam leges irrogarant. Hi enim, conspiratione inter se facta, verberibus hominem incesserant, nec insidias ei struere desistebant. (6) Hanc ob causam ducatus peregrini cupidus, lubenter tum Agrigentinis operam addixit. Et citra ephororum sententiam peregrinatione suscepta, paucis cum navibus solvit, ut Agrigentum transmissurus. (7) [S]ed in Adriam tempestate rejectus, Apolloniatarum territorio appulit. Ibi quum urbem a Glaucia Illyriorum rege obsessam offendisset, obsidionem solvit, rege ad fœdus cum Apolloniatis percutiendum inducto. (8) Hinc Tarentum appulsus, quum populum ad vindicandum in liberta-

τὸν δῆμον συνελευθεροῦν Συρακοσίους, ἔπεισε ψηφίσασθαι ναυσὶν εἴκοσι βοηθεῖν. Διὰ γὰρ τὴν συγγένειαν καὶ τὸ τῆς οἰκίας σχῆμα προςενόουν τοῖς λόγοις αὐτοῦ πίστιν τε μεγάλην καὶ βάρος.

LXXI. Τῶν δὲ Ταραντίνων περὶ τὴν παρασκευὴν ὄντων, αὐτὸς συνεκπλεύσας εἰς τὸν Ἀκράγαντα παρέλαβε τὴν στρατηγίαν, καὶ τὸ μὲν πρῶτον μετεωρίσας τὰ πλήθη μεγάλαις ἐλπίσι, παρεστήσατο πάντας προςδοκᾶν σύντομον κατάλυσιν τοῦ τυράννου. (2) Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, πρᾶξιν μὲν οὐδεμίαν οὔτε τῆς πατρίδος οὔτε τῆς περὶ τὸ γένος ἐπιφανείας ἀξίαν διεπράξατο, τοὐναντίον δὲ φονικὸς ὢν καὶ τῶν τυράννων ὠμότερος προςέκοπτε τοῖς πλήθεσι. (3) Πρὸς δὲ τούτοις τὴν πάτριον δίαιταν μετέβαλε, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐνετρύφησεν οὕτως ἀσελγῶς, ὥςτε Πέρσην εἶναι δοκεῖν καὶ οὐ Σπαρτιάτην. (4) Ἐπεὶ δὲ τῶν προςόδων τὸ πλεῖον μέρος ἀνήλωσε τὰ μὲν πολιτευόμενος, τὰ δὲ διανοσφιζόμενος, τέλος Σωσίστρατον, ἐπιφανέστατον τῶν φυγάδων, πολλάκις δυνάμεων ἀφηγησάμενον, ἐπὶ τὸ δεῖπνον παραλαβὼν ἐδολοφόνησεν, ἐγκαλέσαι μὲν ἁπλῶς οὐδ' ὁτιοῦν ἔχων, ἐκποδὼν δὲ ποιήσασθαι * δραστικὸν ἄνδρα καὶ δυνάμενον ἐφεδρεῦσαι τοῖς κακῶς προϊσταμένοις τῆς ἡγεμονίας. (5) Διαβοηθείσης δὲ τῆς πράξεως, εὐθὺς οἵ τε φυγάδες συνέτρεχον ἐπ' αὐτὸν καὶ πάντες οἱ λοιποὶ διετέθησαν ἀλλοτρίως. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέστησαν αὐτὸν τῆς στρατηγίας, μετ' ὀλίγον δὲ καὶ βάλλειν τοῖς λίθοις ἐπεχείρησαν. Διόπερ φοβηθεὶς τὴν τοῦ πλήθους ὁρμὴν νυκτὸς ἔφυγε, καὶ λαθὼν διῆρεν εἰς τὴν Λακωνικήν. (6) Τούτου δ' ἀπαλλαγέντος, Ταραντῖνοι μὲν ἀπεσταλκότες εἰς Σικελίαν τὸν στόλον μετεπέμψαντο· Ἀκραγαντῖνοι δὲ καὶ Γελῷοι καὶ Μεσσήνιοι κατέλυσαν τὸν πρὸς Ἀγαθοκλέα πόλεμον, μεσιτεύσαντος τὰς συνθήκας Ἀμίλκου τοῦ Καρχηδονίου. (7) Ἦσαν δὲ τὰ κεφάλαια τῶν συντεθέντων τοιάδε. Τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τῶν κατὰ Σικελίαν Ἡράκλειαν μὲν καὶ Σελινοῦντα καὶ πρὸς ταύταις Ἱμέραν ὑπὸ Καρχηδονίοις τετάχθαι, καθάπερ καὶ προϋπῆρχον· τὰς δ' ἄλλας πάσας αὐτονόμους εἶναι, τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων Συρακοσίων.

LXXII. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀγαθοκλῆς ὁρῶν ἔρημον οὖσαν τὴν Σικελίαν στρατοπέδων πολεμίων, ἀδεῶς προςήγετο τὰς πόλεις καὶ τὰ χωρία. Ταχὺ δὲ πολλῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, ἰσχυρὰν κατεσκευάσατο τὴν δυναστείαν· καὶ γὰρ συμμάχων πλῆθος καὶ προςόδους ἁδρὰς καὶ στρατόπεδον ἀξιόλογον περιεποιήσατο. (2) Χωρὶς γὰρ τῶν συμμάχων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ Συρακουσῶν καταγραφέντων, εἰς τὴν στρατείαν μισθοφόρους ἐπιλέκτους εἶχε πεζοὺς μὲν μυρίους, ἱππεῖς δὲ τριςχιλίους πεντήκοντα. Ἐποιήσατο δὲ καὶ παρασκευὴν ὅπλων καὶ βελῶν παντοδαπῶν, εἰδὼς τοὺς Καρχηδονίους ἐπιτετιμηκότας τῷ Ἀμίλκᾳ περὶ τῶν συνθηκῶν, συντόμως δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν πόλεμον ἐξοίσοντας. Καὶ τὰ μὲν περὶ Σικελίαν ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις τοιαύτην ἔσχε τὴν κατάστασιν. (3) Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Σαμνῖται δια-

lem Syracusanos secum exhortaretur, auctor fuit ut viginti navium subsidia decernerent. Nam propter cognationem et familiæ majestatem fidei ponderisque multum cum verbis ejus conjunctum esse putabatur.

LXXI. Dum itaque in apparatu sunt Tarentini, ipse Agrigentum profectus, imperium accepit, ac plebe in spes magnas arrecta, effecit ut intra breve spatium tyrannidis destructionem omnes exspectarent. (2) At temporis progressu nullam neque patria neque generis nobilitate dignam rem peregit; sed e contrario, quod sanguinarius et tyrannis ipsis crudelior esset, offensionem plebis incurrit. (3) Ad hæc patrium vivendi morem immutavit, et voluptatibus tam procaciter indulsit, ut Persa videretur esse, non Spartanus. (4) Posteaquam vero maximam proventuum partem, quum administrando rempublicam, tum peculando absumserat; tandem Sosistratum, inter exules clarissimum, qui sæpe ductor copiarum fuerat, ad cœnam invitatum dolo interemit, nihil omnino habens, quod crimini ipsi daret, sed tantum, ut virum strenuum et qui male gerentes imperium observare poterat, e medio tolleret. (5) Quo facinore pervulgato, confestim exules magno eum concursu invadunt, et reliqui omnes abalienantur; primoque magistratum ei adimunt, nec multo post lapidibus hominem obruere conantur. A vulgi igitur impetu sibi metuens, noctu fuga sibi consulit, et clam in Laconiam transmittit. (6) Post cujus discessum Tarentini classem in Siciliam expeditam revocant; Agrigentini vero Geloique et Messanii bellum cum Agathocle componunt, Amilcare Carthaginiensi fœderis sequestro. (7) Cujus hæc erant capita : ut de Græcis in Sicilia civitatibus Heraclea, Selinus et Himera, sicut antea fuissent, in ditione Carthaginiensium manerent; aliæ vero omnes, Syracusanis principatum obtinentibus, juris sui forent.

LXXII. Exinde vacuam hostilibus copiis Siciliam videns Agathocles secure oppida et castella ditioni suæ adjecit, et plurimis brevi subactis, firmum sibi principatum comparavit. Nam sociorum multitudine redituumque ubertate ac valido exercitus robore auctus fuit. (2) Præter confœderatos enim aliosque e Syracusis militiæ adscriptos, mercenarios habebat delectos, decem peditum millia, et ter mille quinquaginta (?) equites : armorum etiam telorumque omnis generis apparatu se instruxit, prævisum habens, quod reprehenso propter fœdus Amilcare, Carthaginienses brevi bellum sibi illaturi essent. Siciliæ itaque res ea tempestate hujusmodi statum habebant. (3) In Italia vero Samnites, jam complures annos cum Romanis de imperio

πολεμοῦντες Ῥωμαίοις ἔτη πλείονα περὶ τῆς ἡγεμονίας, Πλειστικὴν μὲν φρουρὰν ἔχουσαν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν, Σωρανοὺς δ' ἔπεισαν κατασφάξαι μὲν τοὺς παρ' αὐτοῖς Ῥωμαίους, συμμαχίαν δὲ πρὸς Σαμνίτας συνθέσθαι. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαίων Σατικόλαν πολιορκούντων, ἐπεφάνησαν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς, σπεύδοντες λῦσαι τὴν πολιορκίαν. Γενομένης οὖν μάχης ἰσχυρᾶς, πολλοὶ μὲν παρ' ἀμφοτέρων ἀνῃρέθησαν, τέλος δὲ ἐπὶ τοῦ προτερήματος ἐγένοντο Ῥωμαῖοι. Μετὰ δὲ τὴν μάχην ἐκπολιορκήσαντες τὴν πόλιν, ἐπῄεσαν ἀδεῶς τὰ πλησίον πολίσματα καὶ χωρία προςαγόμενοι. (5) Τοῦ δὲ πολέμου περὶ τὰς ἐν Ἀπουλίᾳ πόλεις συνεστῶτος, οἱ μὲν Σαμνῖται πάντας τοὺς ἐν ἡλικίαις στρατείας ὄντας καταγράψαντες ἐστρατοπέδευσαν πλησίον τῶν πολεμίων, ὡς περὶ τῶν ὅλων κριθησόμενοι. (6) Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων, καὶ διαγωνιάσας περὶ τοῦ μέλλοντος, δύναμιν προέπεμψε πολλήν. Εἰωθότες δ' ἐν τοῖς ἐπικινδύνοις καιροῖς αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου καθιστάναι τινὰ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, προεχειρίσαντο τότε Κόϊντον Φάβιον καὶ μετ' αὐτοῦ Κόϊντον Αὔλιον ἵππαρχον. (7) Οὗτοι δὲ τὰς δυνάμεις παραλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυτόλας, καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλον. Τροπῆς δὲ γενομένης καθ' ἅπαν τὸ στρατόπεδον, ὁ μὲν Αὔλιος καταισχυνθεὶς ἐπὶ τῇ φυγῇ μόνος ὑπέστη τῷ πλήθει τῶν πολεμίων, οὐ κρατήσειν ἐλπίζων, ἀλλ' ἀήττητον τὴν πατρίδα τὸ καθ' αὐτὸν μέρος ἀποδεικνύων. (8) Οὗτος μὲν οὖν οὐ μετασχὼν τοῖς πολίταις τῆς κατὰ τὴν φυγὴν αἰσχύνης, ἰδίᾳ περιεποιήσατο θάνατον ἔνδοξον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ τὰ κατὰ τὴν Ἀπουλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν, ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκερίαν πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις· ἐκ ταύτης δὲ ὁρμώμενοι διεπολέμουν τοῖς Σαμνίταις, οὐ κακῶς τῆς ἀσφαλείας προνοησάμενοι. (9) Διὰ γὰρ ταύτην τὴν πόλιν οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ἐπροτέρησαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς μετὰ ταῦτα γενομένους ἕως τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων διετέλεσαν ὁρμητηρίῳ χρώμενοι κατὰ τῶν πλησίον ἐθνῶν.

LXXIII. Τῶν δὲ κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν πράξεων τέλος ἐχουσῶν, Ἀθήνησι μὲν παρέλαβε τὴν ἀρχὴν Θεόφραστος, ἐν Ῥώμῃ δ' ὕπατοι κατεστάθησαν Μάρκος Ποιτήλιος καὶ Γάϊος Σουλπίκιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Καλλατιανοὶ κατοικοῦντες ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ Πόντου, καὶ φρουρὰν ἔχοντες παρὰ τοῦ Λυσιμάχου, ταύτην ἐξέβαλον καὶ τῆς αὐτονομίας ἀντείχοντο. (2) Ὡσαύτως δὲ τήν τε τῶν Ἰστριανῶν πόλιν καὶ τὰς ἄλλας τὰς πλησιοχώρους ἐλευθερώσαντες συνέθεντο συμμαχίαν ὡς κοινῇ πολεμεῖν τῷ δυνάστῃ· προςελάβοντο δ' εἰς τὴν φιλίαν τῶν τε Θρακῶν καὶ Σκυθῶν τοὺς ὁμοροῦντας, ὥςτε τὸ πᾶν εἶναι σύστημα βάρος ἔχον καὶ δυνάμενον ἁδραῖς δυνάμεσιν ἀντιτάττεσθαι. (3) Ὁ δὲ Λυσίμαχος πυθόμενος τὰ πεπραγμένα, μετὰ τῆς δυνάμεως ὥρμησεν ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας. Ποιούμε-

belligerantes, Plisticam, Romano præsidio firmatam, expugnant, et Soranos inducunt, ut, mactatis ibi Romanis, cum Samnitibus fœdus societatis faciant. (4) Post hæc dum Saticulam oppugnant Romani, cum numeroso exercitu superveniunt, obsidionem solvere properantes. Validum ergo prœlium initur, et multis utrinque cæsis, superiores tandem fuerunt Romani; et expugnata post conflictum urbe, vicina quoque oppida et castella aggressi subigunt. (5) Jamque bellum ad urbes Apuliæ translatum erat, quum Samnites omnibus, qui ad militiam per ætatem idonei essent, conscriptis, proxime hostem, tanquam de summa rei decertaturi, castra posuerunt. (6) Quo audito, populus Romanus, de eventu sollicitus, magnam vim militum eo misit. Et quia periculosis temporibus aliquem ex nobilissimis viris imperatorem cum summa potestate bello præficere solebant, Q. Fabium tunc dictatorem, cumque eo Q. Aulium magistrum equitum crearunt. (7) Hi, copiis assumtis, cum Samnitibus ad Lautulas (ut vocantur) acie collata, multos suorum amisere. Totoque jam exercitu vertente terga, Aulius, quod eum fugæ puderet, solus hostium multitudini restitit; non quidem victorem se fore sperans, sed ut patriam sua ex parte invictam ostenderet. (8) Hic igitur fugæ turpitudinem non participans cum civibus, gloriosam privatim sibi mortem conscivit. Tum, ne prorsus jacturam facerent Apuliæ veriti Romani Luceriam, clarissimam locis illis urbem, colonos miserunt. Inde eruptiones in Samnites faciebant, nec male hoc pacto commoditatibus suis prospiciebant. (9) Nam urbis hujus adjumento non in hoc tantum bello victores abierunt, sed post etiam ad nostram usque tempestatem urbe hac, tanquam arce belli, adversus gentes finitimas perpetuo usi sunt.

LXXIII. Rebus hujus anni ad eum perductis finem, Theophrastus Athenis summum magistratum accepit, Romæ vero consules creati sunt M. Pœtelius et C. Sulpicius. Tum Callatiani, tractus ad Pontum sinistri accolæ, præsidium a Lysimacho impositum ejiciunt, seque in libertatem vindicant. (2) Eodem modo etiam liberata Istrianorum urbe et ceteris finitimis, ad bellum commune principi inferendum fœdus ineunt: quin etiam Thracum et Scytharum populos conterminos amicitia sibi adstringunt. Totum itaque agmen tantæ erat gravitatis tantique roboris, ut cum numerosissimis etiam copiis acie congredi posset. (3) Quæ ubi facta cognovit Lysimachus, cum exercitu adversum rebelles contendit, et facto per Thraciam itinere, quum

νος δὲ τὴν πορείαν διὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβαλών, κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῆς Ὀδησσοῦ. Πολιορκίαν δὲ συστησάμενος, ταχὺ τοὺς ἔνδον κατεπλήξατο καὶ δι' ὁμολογίας παρέλαβε τὴν πόλιν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα τῷ παραπλησίῳ τρόπῳ τοὺς Ἰστριανοὺς ἀνακτησάμενος, ἀνέζευξεν ἐπὶ Καλλατιανούς. Καθ' ὃν δὴ χρόνον ἧκον οἵ τε Σκύθαι καὶ Θρᾷκες σὺν πολλῇ δυνάμει βοηθήσοντες τοῖς συμμάχοις κατὰ τὰς συνθήκας. (5) Οἷς ἀπαντήσας Λυσίμαχος καὶ συμβαλὼν ἐξ ἐφόδου, τοὺς μὲν Θρᾷκας καταπληξάμενος ἔπεισε μεταθέσθαι, τοὺς δὲ Σκύθας ἐκ παρατάξεως νικήσας καὶ πολλοὺς ἀνελών, τούτων μὲν τοὺς ὑπολειφθέντας ἐδίωξεν ἐκτὸς τῶν ὅρων, τὴν δὲ τῶν Καλλατιανῶν πόλιν περιστρατοπεδεύσας, συνεστήσατο πολιορκίαν, φιλοτιμούμενος ἐκ παντὸς τρόπου κολάσαι τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως. (6) Περὶ ταῦτα δ' ὄντος αὐτοῦ, παρῆσάν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι δύο δυνάμεις ἀπέσταλκεν Ἀντίγονος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Καλλατιανοῖς, τὴν μὲν πεζῇ, τὴν δὲ κατὰ θάλατταν, καὶ ὅτι τῷ μὲν στόλῳ Λύκων ὁ στρατηγὸς παραπέπλευκεν εἰς τὸν Πόντον, Παυσανίας δ' ἔχων οὐκ ὀλίγους στρατιώτας περὶ τὸ καλούμενον Ἱερὸν κατεστρατοπέδευσεν. (7) Ἐφ' οἷς ὁ Λυσίμαχος διαταραχθείς, ἐπὶ μὲν τῆς πολιορκίας ἀπέλιπε τοὺς ἱκανοὺς στρατιώτας, τὸ δὲ κράτιστον τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν αὐτὸς ἡπείγετο, σπεύδων συνάψαι τοῖς πολεμίοις. (8) Παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὴν κατὰ τὸν Αἷμον ὑπερβολήν, εὗρε Σεύθην τὸν βασιλέα τῶν Θρᾳκῶν ἀφεστηκότα πρὸς Ἀντίγονον καὶ μετὰ πολλῶν στρατιωτῶν φυλάττοντα τὰς παρόδους. (9) Συνάψας δ' αὐτῷ μάχην ἐφ' ἱκανὸν χρόνον, τῶν τε ἰδίων ἀπέβαλεν οὐκ ὀλίγους, καὶ τῶν πολεμίων ἀνελὼν παμπληθεῖς, ἐβιάσατο τοὺς βαρβάρους. (10) Ἐπιφανεὶς δὲ καὶ τοῖς περὶ τὸν Παυσανίαν, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς εἰς δυσχωρίας συμπεφευγότας, ταύτας τ' ἐξεπολιόρκησε καὶ Παυσανίαν ἀνελὼν τῶν στρατιωτῶν οὓς μὲν ἐλύτρωσεν, οὓς δὲ εἰς τὰς ἰδίας τάξεις διένειμε. Τὰ μὲν οὖν περὶ Λυσίμαχον ἐν τούτοις ἦν.

LXXIV. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἀποτυχὼν ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ἐξέπεμψε Τελεσφόρον εἰς Πελοπόννησον, δοὺς αὐτῷ πεντήκοντα ναῦς καὶ στρατιώτας τοὺς ἱκανούς, καὶ τὰς πόλεις ἐλευθεροῦν ἐνετείλατο. Τοῦτο γὰρ πράξας ἤλπιζε πίστιν κατασκευάζειν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι πρὸς ἀλήθειαν φροντίζει τῆς αὐτονομίας αὐτῶν, καὶ ἅμα γινώσκειν ὑπέλαβε τὰ Κασσάνδρου πράγματα. (2) Ὁ δὲ Τελεσφόρος ἐπειδὴ τάχιστα κατέπλευσεν εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἐπῆλθε τὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου φρουρουμένας πόλεις, καὶ πάσας ἠλευθέρωσε πλὴν Σικυῶνος καὶ Κορίνθου· ἐν ταύταις γὰρ Πολυσπέρχων διέτριβε δυνάμεις ἁδρὰς ἔχων καὶ πιστεύων ταύταις τε καὶ ταῖς τῶν τόπων ὀχυρότησιν. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Φίλιππος ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθεὶς στρατηγὸς εἰς τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον ὡς τάχισθ' ἧκεν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν μετὰ τῆς δυνάμεως, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει λεηλατεῖν τὴν Αἰτωλίαν, μετ

Hæmum superasset, juxta Odessum castra metatur. Quam obsidione cinctam, mox conterritis oppidanis, in deditionem pactione accepit. (4) Hinc Istrianis simili modo recuperatis, in Callatianos movit. Sub quod tempus Scythæ et Thraces magnis viribus ex fœdere sociis opitulatum supervenere. (5) Quibus obviam progressus Lysimachus, signis e vestigio illatis, Thraces perterritos ad transitionem induxit: Scythas vero acie collata victos magno numero concidit, et reliquos e finibus submovit. Inde castris urbem Callatianorum circumdatam obsedit, id omni studio contendens unice, ut defectionis auctores puniret. (6) His dum occupatur, nuntiatum venerunt quidam, duos Antigonum exercitus Callatianis subsidio misisse, unum terra, alterum mari; jamque Lyconem præfectum cum classe Ponto imminere, et Pausaniam cum manu haud exigua ad Hierum, quod vocatur, castra posuisse. (7) Quo perturbatus nuntio Lysimachus non mediocrem in obsidione manum reliquit; robur autem exercitus festinanter abduxit, cum hoste manus conserere maturans. (8) Jamque Hæmum transiturus, Seuthen Thracum regem invenit defecisse ad Antigonum, multisque armatis transitum montis custodire. (9) Prœlio igitur commisso diutissime, multisque suorum amissis et plurimis hostium interfectis, vi Barbaros submovit. (10) Tum etiam Pausaniæ copias invadit, in angustiis, quo confugerant, illos nactus. Has igitur expugnat, et Pausania interemto, milites partim accepto pretio dimisit, partim in ordines suos distribuit. Lysimachi ergo res ita se habebant.

LXXIV. Antigonus vero, quum hic conatus non successisset, Telesphorum, quinquaginta navium classe et non mediocribus copiis instructum, in Peloponnesum misit, cum mandato, ut Græciæ urbes in libertatem vindicaret. Hoc enim facto fidem se Græcis facturum sperabat, quod revera libertatis ipsorum curam gereret; et hac simul ratione exploraturum se res Cassandri arbitrabatur. (2) Telesphorus igitur, quum primum in Peloponnesum appulit, munitas Alexandri præsidiis urbes adiit, omnesque, excepta Sicyone ac Corintho, liberavit. In illis enim Polysperchon cum numerosis copiis subsistebat, tum his, tum locorum firmitate confisus. (3) Dum vero hæc aguntur, Philippus, a Cassandro ad bellum cum Ætolis gerendum dux missus, simulac cum exercitu in Acarnaniam pervenit, principio quidem Ætoliam depopulari aggreditur; sed non multo

ὀλίγον δὲ πυθόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην εἰς τὴν βασιλείαν διεληλυθότα καὶ δύναμιν ἁδρὰν συνηθροικότα, ταχέως ὥρμησεν ἐπ' αὐτόν· ἔσπευδε γὰρ κατ' ἰδίαν διαγωνίσασθαι πρὶν ἢ συμμῖξαι τὴν τῶν Αἰτωλῶν δύναμιν. (4) Εὑρὼν δὲ τοὺς Ἠπειρώτας ἑτοίμους εἰς μάχην, ἐξ ἐφόδου συνῆψεν εἰς χεῖρας, καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν, οὐκ ὀλίγους δ' ἐζώγρησεν, ἐν οἷς συνέβαινεν εἶναι καὶ τῶν αἰτίων τῆς τοῦ βασιλέως καθόδου περὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν, οὓς δήσας ἀπέστειλε πρὸς Κάσσανδρον. (5) Τῶν δὲ περὶ τὸν Αἰακίδην ἀθροισθέντων ἐκ τῆς φυγῆς καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς συμμιξάντων, πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φίλιππος μάχῃ ἐκράτησε καὶ πολλοὺς ἀνεῖλεν, ἐν οἷς ἦν Αἰακίδης ὁ βασιλεύς. (6) Ἐν ὀλίγαις δ' ἡμέραις τηλικαῦτα ποιήσας προτερήματα κατεπλήξατο πολλοὺς τῶν Αἰτωλῶν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τὰς ἀνωχύρους πόλεις ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὰ δυσβατώτατα τῶν ὀρῶν συμφυγεῖν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν Ἑλλάδα πραχθέντα τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

LXXV. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἄσανδρος ὁ τῆς Καρίας κυριεύων, πιεζόμενος τῷ πολέμῳ, διελύσατο πρὸς Ἀντίγονον ἐφ' ᾧ τοὺς μὲν στρατιώτας παραδώσειν πάντας Ἀντιγόνῳ, τὰς δ' Ἑλληνίδας πόλεις αὐτονόμους ἐφήσειν, τὴν δὲ σατραπείαν ἣν πρότερον εἶχε δωρεὰν καθέξειν βέβαιος ὢν φίλος Ἀντιγόνῳ. (2) Δοὺς δὲ περὶ τούτων ὅμηρον Ἀγάθωνα τὸν ἀδελφόν, καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας μεταμεληθεὶς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις, τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐξέκλεψεν ἐκ τῆς ὁμηρείας, πρὸς δὲ Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον διαπρεσβευσάμενος ἠξίου βοηθεῖν τὴν ταχίστην. (3) Ἐφ' οἷς Ἀντίγονος δεινοπαθήσας δύναμιν ἀπέστειλεν ἐπὶ τὴν ἐλευθέρωσιν τῶν πόλεων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, τοῦ μὲν στόλου ναύαρχον ἀποδείξας Μήδιον, τοῦ δὲ στρατοπέδου καταστήσας στρατηγὸν Δόκιμον. (4) Οὗτοι δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων, τούς τε πολίτας ἐκάλουν ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν φρουρουμένην ἄκραν ἐκπολιορκήσαντες εἰς αὐτονομίαν ἀποκατέστησαν τὸ πολίτευμα. (5) Περὶ ταῦτα δ' ὄντων τούτων, Ἀντίγονος Τράλλεις ἐξεπολιόρκησεν· εἰς δὲ Καῦνον παρελθών, καὶ τὸν στόλον μεταπεμψάμενος, εἷλε καὶ ταύτην τὴν πόλιν πλὴν τῆς ἄκρας· ταύτην δὲ περιχαρακώσας, καθ' ὃ μέρος ἦν προσμάχεσθαι, συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιεῖτο. Ἐπὶ δὲ τὴν Ἴασον πόλιν ἐκπεμφθεὶς Πτολεμαῖος μετὰ δυνάμεως ἱκανῆς, ἠνάγκασε προσθέσθαι τοῖς περὶ Ἀντίγονον. (6) Αὗται μὲν οὖν τῆς Καρίας οὖσαι τοῦτον τὸν τρόπον ὑπετάγησαν Ἀντιγόνῳ. Μετ' ὀλίγας δ' ἡμέρας ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν πρεσβευτῶν παρ' Αἰτωλῶν καὶ Βοιωτῶν, πρὸς μὲν τούτους συμμαχίαν συνέθετο· τῷ δὲ Κασσάνδρῳ συνελθὼν εἰς λόγους ὑπὲρ εἰρήνης περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἀπῆλθεν ἄπρακτος, οὐ δυναμένων αὐτῶν οὐδαμῶς συμφωνῆσαι. Διόπερ ὁ Κάσσανδρος ἀπογνοὺς τὰς διαλύσεις, διέγνω τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πραγμάτων πάλιν ἀντέχεσθαι. (7) Ἀναζεύξας οὖν μετὰ τριάκοντα νεῶν εἰς Ὠρεόν, ἐπολιόρκει

post, ubi Æaciden Epirotam, in regnum jam reversum, validum coegisse exercitum audivit, sine mora in eum contendit. Nam seorsum cum eo decertare, priusquam Ætolorum se copiæ admiscuissent, properabat. (4) Quumque paratos ad conflictum Epirotas inveniret, primo statim adventu manus cum illis conseruit, multosque interfecit, nec paucos cepit: inter quos accidit ut circiter quinquaginta essent de illorum factione, qui reducendi regis auctores fuerant; quos vinctos Cassandro transmisit. (5) Quumque Æacidæ copiæ, ex fuga recollectæ, Ætolis se adjunxissent, aggressus illas denuo Philippus pugna vicit, multosque interemit, quorum in turba Æacides etiam rex erat. (6) Intra pauxillum ergo dierum tantis rebus tam prospere gestis multos Ætolorum adeo perterruit, ut desertis urbibus non satis firmis, in difficillimos aditu montes cum uxoribus et liberis confugerent. Atque res per Græciam gestæ hunc tum finem habebant.

LXXV. In Asia vero Asander, Cariæ imperans, quia mole belli gravabatur, cum Antigono hac conditione transegit, ut milites omnes Antigono traderet, et Græcis urbibus juris sui libertatem concederet, ac satrapiam, quam prius habuerat, tanquam donum retineret, firmus Antigono deinceps amicus. (2) Horum causa obsidem illi fratrem Agathonem dedit. Sed post dies non multos, quum pactorum illum pœniteret, fratrem e custodia surripuit, et legatione ad Ptolemæum et Seleucum missa, ut quam primum sibi auxilia ferrent, contendit. (3) Quod indignissime ferens Antigonus terra marique copias ad liberationem urbium misit, et classi Medium navarchum, terrestri autem agmini Docimum imperatorem præposuit. (4) Hi ad urbem Milesiorum profecti, cives ad libertatem invitant, arcemque præsidio munitam expugnant, legesque suas reipublicæ restituunt. (5) His dum illi occupantur, Antigonus Tralles expugnat, et Caunum progressus, arcessita classe, etiam hanc urbem capit, præter arcem. Quam vallo cinctam, ex qua parte invadi poterat, continuis assultibus impetit. Ptolemæus cum sat valida manu ad Iasum missus, urbem eam partibus Antigoni se adjungere coegit. (6) Et hæ tum Cariæ urbes in ditionem Antigoni venerunt. Post dies inde paucos, quum Ætolorum et Bœotorum legati advenissent, societatem cum illis fecit. Hinc cum Cassandro ad Hellespontum de pace ad colloquium congressus, re infecta discessit, quandoquidem nullo pacto inter eos convenire poterat. Cassander itaque, pacificationis spe abjecta, res Græciæ sibi vindicare iterum constituit. (7) Ideo cum triginta navium classe profectus, Oreum urbem obsidione cinxit. Quumque oppugnationi

τὴν πόλιν. Ἐνεργῶς δ' αὐτοῦ ταῖς προςβολαῖς χρωμένου, καὶ τοῦ πολίσματος ἤδη κατὰ κράτος ἁλισκομένου, παρεγένετο βοηθήσων τοῖς Ὠρείταις Τελεσφόρος μὲν ἐκ Πελοποννήσου μετὰ νεῶν εἴκοσι καὶ στρατιωτῶν χιλίων, Μήδιος δ' ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ναῦς ἑκατόν. (8) Οὗτοι δ' ὁρῶντες ἐφορμούσας τῷ λιμένι τὰς τοῦ Κασσάνδρου ναῦς, πῦρ ἐνῆκαν, καὶ τέτταρας μὲν κατέκαυσαν, παρ' ὀλίγον δὲ καὶ πάσας διέφθειραν· τοῖς δ' ἐλαττουμένοις παραγενομένης βοηθείας ἐξ Ἀθηνῶν, ἐπέπλευσαν οἱ περὶ Κάσσανδρον καταφρονοῦσι τοῖς πολεμίοις. Συμβαλόντες δ' αὐτοῖς μίαν μὲν κατέδυσαν, τρεῖς δ' αὐτάνδρους ἔλαβον. Καὶ τὰ μὲν πραχθέντα περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὸν Πόντον τοιαῦτ' ἦν.

LXXVI. Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Σαμνῖται μὲν μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐπῄεσαν πορθοῦντες τῶν κατ' Ἰταλίαν πόλεων ὅσαι τοῖς ἐναντίοις συνηγωνίζοντο· οἱ δ' ὕπατοι τῶν Ῥωμαίων μετὰ στρατοπέδου παραγενόμενοι παραβοηθεῖν ἐπειρῶντο τοῖς κινδυνεύουσι τῶν συμμάχων. (2) Ἀντεστρατοπεδεύσαντο δὲ τοῖς πολεμίοις περὶ Κίνναν πόλιν, καὶ ταύτην μὲν εὐθὺς ἐῤῥύσαντο τῶν ἐπικειμένων φόβων· μετ' ὀλίγας δ' ἡμέρας ἐκταξάντων ἀμφοτέρων τὰς δυνάμεις, ἐγένετο μάχη καρτερά, καὶ συχνοὶ παρ' ἀμφοτέροις ἔπεσον. Τὸ δὲ τέλος οἱ Ῥωμαῖοι βιασάμενοι κατὰ κράτος περιεγένοντο τῶν πολεμίων· ἐπὶ πολὺν δὲ τόπον χρησάμενοι τῷ διωγμῷ πλείους τῶν μυρίων ἀνεῖλον. (3) Καὶ τῆς μάχης ἀγνοουμένης ἔτι, Καμπανοὶ μὲν καταφρονήσαντες τῶν Ῥωμαίων ἀπέστησαν· ὁ δὲ δῆμος εὐθὺς δύναμίν τε τὴν ἱκανὴν ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα Γάϊον Μαίνιον καὶ μετ' αὐτοῦ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος Μάνιον Φούλβιον ἵππαρχον. (4) Τούτων δὲ πλησίον τῆς Καπύης καταστρατοπεδευσάντων, οἱ Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀγωνίζεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα πυθόμενοι τὴν τῶν Σαμνιτῶν ἧτταν, καὶ νομίσαντες πάσας τὰς δυνάμεις ἥξειν ἐπ' αὐτούς, διελύσαντο πρὸς Ῥωμαίους. (5) Τοὺς γὰρ αἰτίους τῆς ταραχῆς ἐξέδωκαν, οἳ προτεθείσης κρίσεως οὐ περιμείναντες τὴν ἀπόφασιν αὑτοὺς ἀνεῖλον. Αἱ δὲ πόλεις τυχοῦσαι συγγνώμης εἰς τὴν προϋπάρχουσαν συμμαχίαν ἀποκατέστησαν.

LXXVII. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Πολέμων, ἐν Ῥώμῃ δ' ὑπῆρχον ὕπατοι Λεύκιος Παπίριος τὸ πέμπτον καὶ Γάϊος Ἰούνιος, ἤχθη δὲ καὶ Ὀλυμπιὰς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἑβδόμη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίων Μυτιληναῖος. (2) Ἐπὶ δὲ τούτων τῶν χρόνων Ἀντίγονος ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ἑλλάδα στρατηγὸν Πτολεμαῖον τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσοντα· συνέπεμψε δ' αὐτῷ ναῦς μὲν μακρὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, Μήδιον ἐπιστήσας ναύαρχον, στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους. (3) Ἐποιήσατο δὲ καὶ πρὸς Ῥοδίους συμμαχίαν, καὶ προςελάβετο παρ' αὐτῶν ναῦς ἐξηρτυμένας πρὸς τὸν πόλεμον δέκα πρὸς

strenue incumberet, et jam oppidum vi caperetur, Telesphorus e Peloponneso cum viginti navibus et mille armatis, Medius autem ex Asia cum centum navibus, Oritis auxiliatum venere. (8) Qui naves Cassandri in portu stationem habentes conspicati, quattuor flammis injectis cremarunt, et ceteras omnes quin corrumperent, parum aberat. Quum vero succumbentibus auxilium Athenis advenisset, Cassander in hostem, cui despicatui erat, denuo invehitur; commissoque prœlio unam demergit, et tres una cum viris capit. Res igitur per Græciam et Pontum gestæ ita se habebant.

LXXVI. In Italia Samnites oppida Italiæ, quotquot adversariorum partibus addicta erant, incursata populabantur. At Romani consules, cum exercitu illuc profecti, ut sociis in periculo versantibus succurrerent, operam dabant. (2) Castrisque e regione hostium ad Cinnam positis, urbem statim ab imminente terrore liberarunt, paucisque diebus post, explicatis utrinque aciebus, pugna vehemens conseritur, et plurimis utrinque prostratis, tandem Romani vi perrumpentes hostes omnino profligant, et ad longum insecuti spatium, plus quam decem millia occidunt. (3) Interea dum ignoratur hæc pugna, Campani Romanorum contemtu inducti rebellant. Confestim ergo populus validum contra illos exercitum mittit, dictatore C. Mænio, adjunctoque illi, pro more patrio, M'. Fulvio (*M. Foslio?*), equitum magistro. (4) His castra prope Capuam metatis, Campani ferro disceptare sub initium constituerunt: verum de clade Samnitum certiores facti, quum totis se viribus petitum iri existimarent, pacem cum Romanis faciunt. (5) Auctores enim tumultus dedidere: qui post institutam quæstionem, non exspectata judicii sententia, mortem sibi consciverunt. Urbes autem veniam consecutæ ad societatem pristinam reductæ sunt.

LXXVII. Exacto illo anno, archontis munus Athenis gerebat Polemo, Romæ vero consulatum L. Papirius quintum, et C. Junius (*iterum*). Celebrata hoc anno est Olympias septimadecima post centesimam, qua stadii victoriam retulit Parmenio Mytilenæus. (2) Hoc tempore Antigonus Ptolemæum ducem Græcos liberatum in Græciam legavit, et cum eo misit centum quinquaginta naves longas, quibus Medium præfecerat navarchum; peditum vero quinque millia et equites quingentos imposuerat. (3) Junctaque cum Rhodiis societate, decem ab illis naves ad bellum probe instructas ad vindicandum Græcorum libertatem acce-

τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν. (4) Ὁ δὲ Πτολεμαῖος μετὰ παντὸς τοῦ στόλου καταπλεύσας τῆς Βοιωτίας εἰς τὸν Βαθὺν καλούμενον λιμένα, παρὰ μὲν τοῦ κοινοῦ τῶν Βοιωτῶν προςελάβετο στρατιώτας πεζοὺς μὲν δισχιλίους διακοσίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους τριακοσίους. Μετεπέμψατο δὲ καὶ τὰς ἐξ Ὠρεοῦ ναῦς, καὶ τειχίσας τὸν Σαλγανέα, συνήγαγεν ἐνταῦθα πᾶσαν τὴν δύναμιν· ἤλπιζε γὰρ προςδέξασθαι τοὺς Χαλκιδεῖς, οἵπερ μόνοι τῶν Εὐβοέων ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐφρουροῦντο. (5) Ὁ δὲ Κάσσανδρος ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῆς Χαλκίδος, τὴν Ὠρεοῦ πολιορκίαν ἔλυσεν, εἰς δὲ τὴν Χαλκίδα παρῆλθε καὶ τὰς δυνάμεις μετεπέμπετο. Ἀντίγονος δὲ πυθόμενος περὶ τὴν Εὔβοιαν ἐφεδρεύειν ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα, μετεπέμψατο τὸν Μήδιον εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τοῦ στόλου· εὐθὺς δὲ καὶ τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν προῆγεν ἐφ' Ἑλλησπόντου κατὰ τάχος, ὡς διαβησόμενος εἰς Μακεδονίαν, ὅπως ἢ μένοντος Κασσάνδρου περὶ τὴν Εὔβοιαν, αὐτὸς ἔρημον καταλάβῃ Μακεδονίαν τῶν ἀμυνομένων, ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθῶν ἀποβάλῃ τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα πράγματα. (6) Ὁ δὲ Κάσσανδρος συνιδὼν τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ, Πλείσταρχον μὲν ἀπέλιπεν ἐπὶ τῆς ἐν Χαλκίδι φρουρᾶς· αὐτὸς δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας, Ὠρωπὸν μὲν κατὰ κράτος εἷλε, Θηβαίους δ' εἰς τὴν αὑτοῦ συμμαχίαν κατέστησε· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους Βοιωτοὺς ἀνοχὰς ποιησάμενος, καὶ καταλιπὼν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος στρατηγὸν Εὐπόλεμον, ἀπῆλθεν εἰς Μακεδονίαν, ἀγωνιῶν περὶ τῆς τῶν πολεμίων διαβάσεως. (7) Ὁ δ' Ἀντίγονος ἐπειδὴ κατήντησεν εἰς τὴν Προποντίδα, διεπρεσβεύσατο πρὸς τοὺς Βυζαντίους, ἀξιῶν μετέχειν τῆς συμμαχίας. Παραγενομένων δὲ καὶ παρὰ Λυσιμάχου πρεσβευτῶν, καὶ παρακαλούντων μηδὲν ποιεῖν μήτε κατ' αὐτοῦ μήτε κατὰ Κασσάνδρου, τοῖς μὲν Βυζαντίοις ἔδοξε μένειν ἐφ' ἡσυχίας καὶ τηρεῖν τὴν πρὸς ἀμφοτέρους εἰρήνην ἅμα καὶ φιλίαν. Ὁ δ' Ἀντίγονος δυςχρηστούμενος ἐπὶ τούτοις, ἅμα δὲ καὶ τῆς χειμερινῆς ὥρας συγκλειούσης, διέδωκε τοὺς στρατιώτας κατὰ πόλιν εἰς τὴν χειμασίαν.

LXXVIII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Κερκυραῖοι μὲν βοηθήσαντες Ἀπολλωνιάταις καὶ τοῖς Ἐπιδαμνίοις, τοὺς μὲν στρατιώτας Κασσάνδρου ὑποσπόνδους ἀφῆκαν, τῶν δὲ πόλεων Ἀπολλωνίαν μὲν ἠλευθέρωσαν, Ἐπίδαμνον δὲ Γλαυκίᾳ τῷ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεῖ παρέδωκαν. (2) Ὁ δ' Ἀντιγόνου στρατηγὸς Πτολεμαῖος, χωρισθέντος εἰς Μακεδονίαν Κασσάνδρου, καταπληξάμενος τοὺς φρουροῦντας τὴν Χαλκίδα, παρέλαβε τὴν πόλιν, καὶ τοὺς Χαλκιδεῖς ἀφῆκεν ἀφρουρήτους, ὥςτε γενέσθαι φανερὸν ὡς πρὸς ἀλήθειαν Ἀντίγονος ἐλευθεροῦν προῄρηται τοὺς Ἕλληνας· ἐπίκαιρος γὰρ ἡ πόλις ἐστὶ τοῖς βουλομένοις ἔχειν ὁρμητήριον διαπολεμεῖν περὶ τῶν ὅλων. (3) Ὁ δ' οὖν Πτολεμαῖος ἐκπολιορκήσας Ὠρωπὸν παρέδωκε τοῖς Βοιωτοῖς, καὶ τοὺς Κασσάνδρου στρατιώτας ὑποχειρίους ἔλαβε. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἐρετριεῖς καὶ Καρυστίους εἰς τὴν συμμαχίαν προςλαβόμενος, ἐστράτευσεν εἰς τὴν

pit. (4) Tum Ptolemæus, cum universa classe in portum Bœotiæ, qui Bathys (*profundus*) appellatur, provectus, a communitate Bœotorum milites assumsit bis mille et ducentos pedites, et mille et trecentos equites. Naves etiam ex Oreo arcessivit, et firmato mœnibus Salganeo, universas illuc copias contraxit. Chalcidenses enim societatem amplexuros suam sperabat, qui soli Eubœensium præsidio hostium tenebantur. (5) Cassander igitur Chalcidi timens, obsidionem Orei solvit; et Chalcidem profectus, copias arcessivit. Antigonus vero, castra castris ad Eubœam opposita esse certior factus, Medium cum classe in Asiam revocat; et statim copiis assumtis, celeriter ad Hellespontum, ut in Macedoniam trajecturus, contendit, ut aut manente ad Eubœam Cassandro, Macedoniam ipse vacuam defensoribus occuparet; aut regno suppetias ille ferens, res Græciæ amitteret. (6) Cassander autem, intellecto ejus consilio, Plistarchum ad præsidium Chalcidis reliquit: ipseque cum toto exercitu inde progressus, Oropum vi cepit, et Thebanos societatis fœdere sibi adjunxit; induciasque cum ceteris Bœotis pactus, Eupolemo ad Græciæ defensionem relicto duce, in Macedoniam, de transitu hostium anxius, recessit. (7) Antigonus vero ubi ad Propontidem pervenit, per legationem a Byzantinis postulavit ut in partem societatis venirent. At quum etiam a Lysimacho adessent legati, admonentes ut neque contra ipsum, neque contra Cassandrum quidquam facerent; Byzantinis domi quietis manere et pacem simul amicitiamque erga utrosque servare placuit. Qua incommoditate retardatus Antigonus, quum simul etiam hiemale tempus illum coarctaret, milites oppidatim in hiberna distribuit.

LXXVIII. Inter hæc Corcyræi, quum Apolloniatis et Epidamniis auxiliatum venissent, milites Cassandri data fide dimittunt: urbiumque uni, Apolloniæ, libertatem restituunt: alteram, Epidamnum, Glauciæ Illyriorum regi tradunt. (2) Antigoni vero legatus Ptolemæus, digresso in Macedoniam Cassandro, perterrefacto Chalcidis præsidio, urbem in potestatem accepit, et Chalcidenses a præsidio immunes esse jussit, ut palam fieret, vere apud se constituisse Antigonum, asserere in libertatem Græcos. Urbs enim peropportuna est illis, qui de summo imperio belligerandi propugnaculum habere volunt. (3) Ptolemæus autem Oropum expugnatam Bœotis tradidit, militesque Cassandri in potestatem suam redegit. Post Eretriensibus et Carystiis in societatem receptis, exercitum in Atticam

Ἀττικὴν, Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἐπιστατοῦντος τῆς πόλεως. (4) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὸ μὲν πρῶτον λάθρᾳ διεπέμποντο πρὸς Ἀντίγονον, ἀξιοῦντες ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν· τότε δὲ τοῦ Πτολεμαίου παραγενηθέντος πλησίον τῆς πόλεως, θαῤῥήσαντες ἠνάγκασαν τὸν Δημήτριον ἀνοχὰς ποιήσασθαι καὶ πρεσβείας ἀποστέλλειν πρὸς Ἀντίγονον περὶ συμμαχίας. (5) Ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἀναζεύξας ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἰς τὴν Βοιωτίαν, τήν τε Καδμείαν εἷλε καὶ τὴν φρουρὰν ἐκβαλὼν ἠλευθέρωσε τὰς Θήβας. Μετὰ δὲ ταῦτα πορευθεὶς εἰς τὴν Φωκίδα, τὰς μὲν πλείους τῶν πόλεων προςαγαγόμενος ἐξέβαλε πανταχόθεν τὰς Κασσάνδρου φρουράς· ἐπῆλθε δὲ καὶ τὴν Λοκρίδα καὶ τῶν Ὀπουντίων τὰ Κασσάνδρου φρονούντων συνεστήσατο πολιορκίαν καὶ συνεχεῖς προςβολὰς ἐποιεῖτο.

LXXIX. Τῆς δ' αὐτῆς θερείας Κυρηναῖοι μὲν ἀποστάντες Πτολεμαίου τὴν ἄκραν περιεστρατοπέδευσαν, ὡς αὐτίκα μάλα τὴν φρουρὰν ἐκβαλοῦντες, παραγενομένων δὲ πρεσβευτῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ παρακαλούντων παύσασθαι τῆς φιλοτιμίας, τούτους μὲν ἀπέκτειναν, τὴν δὲ ἄκραν ἐνεργέστερον ἐπολιόρκουν. (2) Ἐφ' οἷς παροξυνθεὶς ὁ Πτολεμαῖος ἀπέστειλεν Ἆγιν στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως πεζῆς· ἐξέπεμψε δὲ καὶ στόλον τὸν συλληψόμενον τοῦ πολέμου, ναύαρχον ἐπιστήσας Ἐπαίνετον. (3) Ὁ δὲ Ἆγις ἐνεργῶς διαπολεμήσας τοῖς ἀφεστηκόσιν, ἐκυρίευσε κατὰ κράτος τῆς πόλεως, καὶ τοὺς μὲν αἰτίους τῆς ἀποστάσεως δήσας ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τῶν ἄλλων τὰ ὅπλα παρελόμενος, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν διοικήσας ὥς ποτ' ἔδοξεν αὐτῷ συμφέρειν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Αἴγυπτον. (4) Πτολεμαῖος δέ, τῶν περὶ Κυρήνην αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπηντηκότων, διῆρεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Κύπρον ἐπὶ τοὺς ἀπειθοῦντας τῶν βασιλέων. Πυγμαλίωνα δὲ εὑρὼν διαπρεσβευόμενον πρὸς Ἀντίγονον ἀνεῖλε· Πράξιππον δὲ τὸν τῆς Λαπηθίας βασιλέα καὶ τὸν τῆς Κερυνείας δυνάστην ὑποπτεύσας ἀλλοτρίως ἔχειν συνέλαβε, καὶ Στασίοικον τὸν τῶν Μαριέων· καὶ τὴν μὲν πόλιν κατέσκαψε, τοὺς δ' οἰκοῦντας μετήγαγεν εἰς Πάφον. (5) Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, τῆς μὲν Κύπρου κατέστησε στρατηγὸν Νικοκρέοντα, παραδοὺς τάς τε πόλεις καὶ τὰς προσόδους τῶν ἐκπεπτωκότων βασιλέων. (6) Αὐτὸς δὲ μετὰ δυνάμεως ἐκπλεύσας ἐπὶ Συρίας τῆς ἄνω καλουμένης, Ποσίδειον καὶ Ποταμοὺς Καρῶν ἐκπολιορκήσας διήρπασεν. Ἑτοίμως δὲ πλεύσας ἐπὶ Κιλικίαν, Μαλλὸν εἷλε καὶ τοὺς ἐγκαταληφθέντας ἐλαφυροπώλησεν. (7) Ἐπόρθησε δὲ καὶ τὴν ἐγγὺς χώραν, καὶ τὸ στρατόπεδον ὠφελείας ἐμπλήσας ἀπέπλευσεν εἰς τὴν Κύπρον. Ἐπολιτεύετο δὲ πρὸς τοὺς στρατιώτας, οὕτως ἐκκαλούμενος αὐτῶν τὰς προθυμίας εἰς τοὺς ἐπιφερομένους κινδύνους.

LXXX. Δημήτριος δ' ὁ Ἀντιγόνου διέτριβε μὲν περὶ κοίλην Συρίαν, ἐφεδρεύων ταῖς τῶν Αἰγυπτίων δυνάμεσιν. Ὡς δ' ἤκουσε τὰς τῶν πόλεων ἁλώσεις, Πύθωνα μὲν ἐπὶ τῶν τόπων κατέλιπε στρατηγόν, δοὺς

duxit, Demetrio Phalereo tunc urbis præfecto. (4) Jam pridem antea clam miserant Athenienses ad Antigonum, qui restitutionem libertatis postularent. Tunc vero, quum appropinquaret urbi Ptolemæus, confirmatis animis ad faciendum inducias et mittendum ad Antigonum de societate legationem Demetrium compulerunt. (5) Promotis inde castris ex Attica in Bœotiam, Ptolemæus Cadmeam cepit, ejectoque præsidio, Thebas liberavit. Hinc in Phocidem progressus, urbibus plerisque subactis, Cassandri præsidia ubique expulit. Locridem præterea invasit, et quia cum Cassandro sentiebant Opuntii, obsidione instituta, continenter urbem oppugnabat.

LXXIX. Eadem æstate Cyrenæi a Ptolemæo deficiunt, et arcem, veluti jam præsidium ejecturi, obsident. Quumque legati ex Alexandria illuc missi, ut a studio hoc desisterent, hortarentur, capite illos multant, et obsidionem majore contentione urgent. (2) His graviter commotus Ptolemæus Agim ducem cum terrestri illuc exercitu mittit; classem etiam in subsidium belli, Epæneto prætore, expedit. (3) Agis itaque bellum adversus defectores strenue persequens, urbem vi subigit, auctoresque defectionis in vincula compactos Alexandriam mittit, ceteris vero arma demit. Hinc civitatis rebus, prout commodum ei videbatur, constitutis, in Ægyptum redit. (4) Ptolemæus autem, ubi Cyrenes negotium ex animi sententia successerat, in Cyprum adversus reges imperium detrectantes ex Ægypto cum exercitu trajecit, et Pygmalionem cum Antigono per legatos agentem nactus e medio sustulit. Tum Praxippum, Lapethiæ regem, et Ceryniæ principem, de alienatione suspectum, Stasiœcum præterea regulum Mariensium, comprehendit, eversaque urbe incolas Paphum transtulit. (5) His autem peractis, Nicocreontem Cypro ducem imposuit, urbesque ac reditus ejectorum regum illi attribuit. (6) Ipse cum exercitu in Syriam, quæ superior appellatur, transvectus, Posideum et Potamos Carum expugnatas diripuit. Expeditoque cursu in Ciliciam provectus, Mallum cepit, et deprehensos in urbe sub hasta venumdedit. (7) Finitimam insuper regionem devastavit, et ditato prædæ emolumentis exercitu, in Cyprum renavigavit. Talem vero se militibus exhibebat, ut ad pericula, quæ imminerent, promtitudinem illorum excitaret.

LXXX. Demetrius interim Antigoni in Cava Syria subsistebat, ut copiis Ægyptiorum immineret. Ubi vero de captis urbibus audivit, Pythonem illis in locis cum imperio reliquit, et elephantis et gravis armaturæ ordinibus ei tra-

αὐτῷ τοὺς ἐλέφαντας καὶ τὰ βαρέα τῶν ταγμάτων· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τούς τε ἱππεῖς καὶ τὰ ψιλικὰ τάγματα, προῆγεν ἐπὶ Κιλικίας συντόνως, βοηθήσων τοῖς κινδυνεύουσιν. (2) Ὑστερήσας δὲ τῶν καιρῶν καὶ καταλαβὼν ἀποπεπλευκότας τοὺς πολεμίους, ἐπανῆλθε συντόμως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἀποβεβληκὼς τῶν ἵππων τοὺς πλείους κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν· διέτεινε γὰρ ἓξ ἡμέραις ἀπὸ Μαλλοῦ σταθμοὺς εἴκοσι καὶ τέτταρας, ὥςτε διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακοπαθείας μήτε σκευοφόρων ἀκολουθῆσαι μηδένα μήτε τοὺς ἱπποκόμους. (3) Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, κατὰ νοῦν αὐτῷ τῶν πραγμάτων ἀπηντηκότων, τότε μὲν ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον· μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον παροξυνόμενος ὑπὸ Σελεύκου διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἀντίγονον ἀλλοτριότητα, διέγνω στρατεύειν ἐπὶ τὴν κοίλην Συρίαν καὶ παρατάττεσθαι τοῖς περὶ τὸν Δημήτριον. (4) Συναγαγὼν οὖν πανταχόθεν τὰς δυνάμεις, ἀνέζευξεν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Πηλούσιον, ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους ὀκτακιςχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακιςχιλίους, ὧν ἦσαν οἱ μὲν Μακεδόνες, οἱ δὲ μισθοφόροι, Αἰγυπτίων δὲ πλῆθος, τὸ μὲν κομίζον βέλη καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν, τὸ δὲ καθωπλισμένον καὶ πρὸς μάχην χρήσιμον. (5) Ἀπὸ δὲ Πηλουσίου διὰ τῆς ἐρήμου διελθὼν κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῶν πολεμίων περὶ τὴν παλαιὰν Γάζαν τῆς Συρίας. Ὁμοίως δὲ καὶ Δημήτριος μεταπεμψάμενος πανταχόθεν τοὺς ἐκ τῆς χειμασίας στρατιώτας εἰς τὴν παλαιὰν Γάζαν, ὑπέμενε τὴν τῶν ἐναντίων ἔφοδον.

LXXXI. Τῶν δὲ φίλων αὐτῷ συμβουλευόντων μὴ παρατάττεσθαι πρὸς ἡγεμόνα τηλικοῦτον καὶ δύναμιν μείζω, τούτοις μὲν οὐ προσεῖχεν, εἰς δὲ τὸν κίνδυνον παρεσκευάζετο τεθαρρηκώς, καίπερ νέος ὢν παντελῶς καὶ τηλικαύτην μάχην μέλλων ἀγωνίζεσθαι χωρὶς τοῦ πατρός. (2) Συναγαγόντος δ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκκλησίαν αὐτοῦ, καὶ στάντος ἐπί τινος ἀναστήματος μετ' ἀγωνίας καὶ διατροπῆς, ὁ μὲν ὄχλος ἀνεβόησε μιᾷ φωνῇ θαρρεῖν, καὶ πρὸ τοῦ τὸν κήρυκα καταπαῦσαι τοὺς θορυβοῦντας ἅπαντες σιωπὴν παρείχοντο. (3) Οὔτε γὰρ στρατιωτικὸν ἔγκλημα ὑπῆρχε περὶ αὐτὸν οὔτε πολιτικόν, ἅτε προςφάτως ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένον· ὅπερ εἴωθε γίνεσθαι τοῖς παλαιοῖς στρατηγοῖς, ὅταν ἐκ πολλῶν προφάσεων ἓν ἔγκλημα πρὸς ἕνα καιρὸν ἀθροίζηται· τὸ γὰρ πλῆθος ἀεὶ δυςάρεστον ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένον, καὶ πᾶν τὸ μὴ πλεονάζον κεχαρισμένην ἔχει τὴν μεταβολήν· τοῦ τε πατρὸς ἤδη γεγηρακότος, αἱ τῆς βασιλείας ἐλπίδες εἰς τὴν τούτου διαδοχὴν ἦγον ἅμα τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν τῶν ὄχλων εὔνοιαν. (4) Ἦν δὲ καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ μεγέθει διάφορος, ἔτι δὲ κεκοσμημένος ὅπλοις βασιλικοῖς, εἶχε πολλὴν ὑπεροχὴν καὶ κατάπληξιν, δι' ἧς εἰς ἐλπίδας ἁδρὰς ἦγε τοὺς πολλούς· πρὸς δὲ τούτοις πρᾳότης τις ἦν περὶ αὐτόν, ἁρμόζουσα νέῳ βασιλεῖ, δι' ἧς εἰς προθυμίαν ἐξεκαλεῖτο πάντας, ὥςτε καὶ τοὺς ἐκτὸς τάξεως συνδραμεῖν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν, συναγωνιῶντας τῇ νεότητι καὶ τῇ μελλούσῃ γίνεσθαι κρίσει διὰ τῆς παρατάξεως. (5) Οὐ

ditis. Ipse equitatu ordinibusque ferentariorum assumtis, citatis itineribus Ciliciam versus perrexit, ut periclitantibus opem ferret. (2) Sed quum tardius quam opportunum esset, post hostium inde discessum, venisset, citato in castra rediit, equis in itinere plerisque amissis. Intra dies enim sex a Mallo viginti quattuor stathmos confecit, ita ut propter immodicos labores neque cacularum neque equisonum quisquam subsequi posset. (3) Ptolemæus ergo, quum, quem volebat, progressum res habuissent, tunc quidem in Ægyptum regressus est. Sed non diu post a Seleuco instigatus, propter inimicitias cum Antigono, in Cavam Syriam movere et cum Demetrio confligere decrevit. (4) Quamobrem copiis undique contractis, ab Alexandria ad Pelusium movet, duodeviginti millia habens in peditatu, in equitatu quater mille, quorum alii Macedones, alii conductitii erant; Ægyptiorum multitudo partim tela ceteraque impedimenta gestabat, partim armis ad pugnæ usum instructa erat. (5) A Pelusio deserta emensus, prope hostes ad veterem Syriæ Gazam castra ponit. Similiter etiam Demetrius ex hibernis undique evocatis in Gazam veterem militibus, hostis adventum præstolabatur.

LXXXI. Amici quidem consulere, ne cum tanto imperatore et exercitu numerosiore aciem conferret. Verum ille morem his non gerere, sed ad discrimen confidenter sese præparare, tametsi oppido adhuc adolescens, ac sine patre tam difficilis prœlii certamen subiturus erat. (2) Jamque inter arma concione advocata, stabat in suggestu quodam anxius et perturbatus: quum vulgus una voce, ut bono esset animo, exclamavit; et priusquam tumultuantes præco inhiberet, silentium ab omnibus factum est. (3) Nec enim militaris nec civilis adversus illum criminatio habebatur, ut qui recens imperium susceperat: quod quidem antiquis ducibus usu venit, dum multis e causis una criminatio in unum tempus coacervatur. Nam multitudo in eodem tenore permanens, semper est morosa: et quidquid non ampliatur, gratam habet mutationem. Huc accessit quod, patre jam ætate confecto, spes regni imperium simul et vulgi benevolentiam in successionem illius traducebat. (4) Quid? quod pulchritudine ac statura corporis excellebat, regiisque ornatus armis, majestatis et reverentiæ multum præferebat, qua in spes præclaras multitudinem adduxit. Ad hæc mansuetudine novum regem decente præditus erat, qua cunctos ad benevolentiam erga se allexit, ita quidem, ut etiam in nullos cooptati ordines ad illum auscultandum confluerent, de juventute ejus ac futuri conflictus discrimine solliciti. (5) Non enim adversus plures dumtaxat

μόνον γὰρ πρὸς πλείονας ἤμελλε διακινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡγεμόνας σχεδὸν μεγίστους Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον. Οὗτοι γὰρ πάντας τοὺς πολέμους Ἀλεξάνδρῳ συστρατευσάμενοι, καὶ πολλάκις καθ' αὑτοὺς δυνάμεων ἡγησάμενοι, μέχρι τῶν καιρῶν τούτων ὑπῆρχον ἀνίκητοι. (6) Ὁ δ' οὖν Δημήτριος παρακαλέσας τὰ πλήθη τοῖς οἰκείοις λόγοις, καὶ δωρεάς τε δώσειν κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ τὰ λάφυρα συγχωρήσειν ἐπαγγειλάμενος, ἐξέταξε τὴν δύναμιν εἰς τὴν μάχην.

LXXXII. Ἐπὶ μὲν οὖν τὸ λαιὸν κέρας ἔταξε, καθ' ὃ τὸν κίνδυνον αὐτὸς ἤμελλε ποιεῖσθαι, πρώτους μὲν τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς ἐπιλέκτους διακοσίους, ἐν οἷς ἦσαν οἵ τε ἄλλοι φίλοι πάντες καὶ Πύθων ὁ συνεστρατευμένος μὲν Ἀλεξάνδρῳ, συγκαθεσταμένος δὲ ὑπ' Ἀντιγόνου στρατηγὸς καὶ τῶν ὅλων μέτοχος. (2) Πρόταγμα δὲ τρεῖς ἴλας ἱππέων ἔταξε καὶ πλαγιοφύλακας τὰς ἴσας, καὶ χωρὶς ἔξω τοῦ κέρατος ἀπολελυμένας τρεῖς Ταραντίνων· ὥστ' εἶναι τοὺς περὶ τὸ σῶμα τεταγμένους ἱππεῖς ξυστοφόρους μὲν πεντακοσίους, Ταραντίνους δὲ ἑκατόν. (3) Ἑξῆς δ' ἔταξε τῶν ἱππέων τοὺς καλουμένους μὲν ἑταίρους, ὄντας δὲ τὸν ἀριθμὸν ὀκτακοσίους· μετὰ δὲ τούτους παντοδαποὺς ἱππεῖς οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων πεντακοσίων. Πρὸ παντὸς δὲ τοῦ κέρατος ἔστησε τῶν ἐλεφάντων τριάκοντα, καὶ τὰ διαστήματα αὐτῶν ἐπλήρωσε τοῖς ψιλικοῖς τάγμασιν, ὧν ἦσαν ἀκοντισταὶ μὲν καὶ τοξόται χίλιοι, σφενδονῆται δὲ Πέρσαι πεντακόσιοι. (4) Τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον κέρας οὕτω κατασκευάσας, διενοεῖτο τούτῳ κρίνειν τὴν μάχην. Ἐχομένην δ' ἔστησε τὴν τῶν πεζῶν φάλαγγα, συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων καὶ χιλίων. Τούτων δ' ἦσαν Μακεδόνες μὲν δισχίλιοι, Λύκιοι δὲ καὶ Παμφύλιοι χίλιοι, μισθοφόροι δ' ὀκτακισχίλιοι. Ἐπὶ δὲ τὸ δεξιὸν κέρας ἔταξε τοὺς λοιποὺς ἱππεῖς χιλίους πεντακοσίους, ὧν Ἀνδρόνικος ἡγεῖτο. Τούτῳ δ' ἦν συντεταγμένον λοξὴν φυλάττειν τὴν στάσιν καὶ φυγομαχεῖν καραδοκοῦντα τὴν δι' αὐτοῦ γινομένην κρίσιν. Τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν ἐλεφάντων τρειςκαίδεκα ἔστησε πρὸ τῆς τῶν πεζῶν φάλαγγος, μίξας εἰς τὰ διαστήματα τῶν ψιλῶν τοὺς ἱκανούς. Δημήτριος μὲν οὖν διεκόσμησε τὴν ἰδίαν δύναμιν τὸν τρόπον τοῦτον.

LXXXIII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον τὸ μὲν πρῶτον ἔταξαν ἰσχυρὰν τὴν εὐώνυμον τάξιν, ἀγνοοῦντες τὴν τῶν ἐναντίων ἐπιβολήν· μαθόντες δὲ παρὰ τῶν κατασκόπων τὸ γεγονός, ταχέως ἐξέταξαν τὴν δύναμιν ὅπως τὸ δεξιὸν κέρας ἰσχὺν ἔχον καὶ δύναμιν τὴν κρατίστην διαγωνίσηται πρὸς τοὺς μετὰ Δημητρίου τεταγμένους ἐν τοῖς εὐωνύμοις μέρεσιν. Ἔταξαν δὲ ἐπὶ τοῦ κέρατος τούτου τῶν ἱππέων τοὺς κρατίστους τριςχιλίους, ἐν οἷς καὶ αὐτοὶ διεγνώκεισαν ἀγωνίσασθαι. (2) Προέταξαν δὲ τῆς στάσεως ταύτης τοὺς κομίζοντας χάρακα σεσιδηρωμένον καὶ δεδεμένον ἁλύσεσιν, ὃν παρεσκευάσαντο πρὸς τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον· ταθέντος γὰρ τούτου, ῥᾴδιον ἦν εἴργειν τὰ θη-

fortunam belli periclitaturus erat, sed etiam adversus duces omnium prope maximos, Ptolemæum et Seleucum. Hi enim in bellis omnibus Alexandri commilitones fuerant, ac sæpenumero per se copiarum duces ad hæc usque tempora invicti manserant. (6) Demetrius ergo amicis verbis multitudinem exhortatus, ubi munera pro meritis sese exhibiturum et concessurum spolia promiserat, exercitum ad pugnam ordinavit.

LXXXII. In sinistro itaque cornu, ubi ipse dimicaturus erat, primo loco statuit delectos circa se equites ducentos: inter quos quum ceteri amici erant, tum Pytho, qui Alexandro militaverat, et tunc copiarum ductor omniumque socius ab Antigono fuerat constitutus. (2) In fronte autem tres equitum turmas, et a latere totidem præsidiarios disposuit; insuper vero extra cornu separatos tres Tarentinorum, ut equites hastati regis corpus circumdarent quingenti, et centum Tarentini. (3) Inde equites, quibus sociorum nomen, collocavit numero octingentos, et post hos equites varii generis non pauciores mille et quingentis. Totum vero cornu præmunivit elephantibus triginta et intervalla explevit ordinibus velitum, quorum mille erant jaculatores et sagittarii, quingenti funditores Persæ. (4) Ita cornu sinistrum constituerat, eoque pugnam decernere in animo habebat. Exinde peditum agmen undecim millibus virorum constans locum habere jussit, quorum duo millia erant Macedones, Lycii et Pamphylii mille, et stipendia merentes octo millia. In dextro autem cornu equitatum reliquum mille et quingentorum constituit, ductore Andronico, cui imperatum erat, ut stationem obliquam servaret, et fugiendo pugnaret observaretque, quem ipse Demetrius faceret prœlii eventum. Reliquos elephantos tredecim ante peditum phalangem statuit, intervallis rorariorum quantum satis esset immiscens. Ad hunc ergo modum exercitum suum Demetrius adornarat.

LXXXIII. Ptolemæus autem et Seleucus initio sinistrum cornu roboraverant, consilium hostis ignorantes : sed per exploratores, quid factum esset, edocti, celeriter sic aciem in ordinem digesserunt, ut cornu dextrum robore maximo firmatum cum Demetrianis in cornu sinistro confligeret : inque cornu illo tribus equitum millibus, qui fortissimi erant, locum assignarunt, inter quos et ipsi decertare constituerant. (2) Ante horum stationem ordinaverant qui vallum ferro præmunitum et catenis revinctum gestarent, quem contra belluarum incursum præpararant. Hoc enim extenso, illarum in ulteriora procursum facile erat prohi-

ρία τῆς εἰς τοὔμπροσθεν πορείας. (3) Προέταξαν δὲ τοῦ κέρατος τούτου καὶ τὰ ψιλικὰ τάγματα, παραγγείλαντες τοῖς τε ἀκοντισταῖς καὶ τοῖς τοξόταις συνεχῶς κατατιτρώσκειν τὰ θηρία καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς ἀναβεβηκότας. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ὀχυρωσάμενοι τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἐκτάξαντες ἐνδεχομένως, ἐπῆγον τοῖς πολεμίοις μετὰ πολλῆς κραυγῆς. Ἀντεπαγόντων δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, τὸ μὲν πρῶτον ἐπ' ἄκρων τῶν κεράτων ἱππομαχία συνέστη τῶν προτεταγμένων ἱππέων, ἐν οἷς πολὺ ἐπροτέρουν οἱ περὶ τὸν Δημήτριον. (4) Μετ' ὀλίγον δὲ τῶν περὶ Πτολεμαῖον καὶ Σέλευχον περιιππευσάντων τὸ κέρας καὶ βιαιότερον ἐπενεχθέντων ὀρθαῖς ταῖς ἴλαις, συνέστη καρτερὰ μάχη διὰ τὰς ἑκατέρων προθυμίας. (5) Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἔφοδον τοῖς ξυστοῖς ἀγωνισάμενοι, τούτων τε τὰ πλεῖστα συνέτριψαν καὶ τῶν ἀγωνιζομένων οὐκ ὀλίγους κατετραυμάτισαν· κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐπιστροφὴν εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην ὥρμησαν, καὶ συμπλεκόμενοι πολλοὺς ἀλλήλων ἀνῄρουν, οἵ τε ἡγεμόνες αὐτοὶ πρὸ πάντων κινδυνεύοντες προετρέποντο τοὺς ὑποτεταγμένους εὐρώστως ὑπομένειν τὸ δεινόν, οἵ τ' ἐπὶ τῶν κεράτων ἱππεῖς ἅπαντες ἐπιλελεγμένοι κατ' ἀρετὴν ἡμιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους, θεατὰς ἔχοντες τῆς ἀνδρείας τοὺς συναγωνιζομένους στρατηγούς.

LXXXIV. Ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον τῆς ἱππομαχίας οὔσης ἐφαμίλλου, τὰ θηρία διὰ τῶν Ἰνδῶν εἰς τὸν ἀγῶνα παρορμηθέντα μέχρι μέν τινος προῆγε καταπληκτικῶς, ὡς οὐδενὸς ὑποστησομένου· ὡς δ' ἐπὶ τὸν σεσιδηρωμένον χάρακα κατήντησε, τὸ μὲν πλῆθος τῶν ἀκοντιστῶν καὶ τοξοτῶν συνεχῶς βαλλόντων κατετίτρωσκε τὰ σώματα τῶν ἐλεφάντων καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς ἀναβεβηκότας. (2) Βιαζομένων δὲ τῶν Ἰνδῶν καὶ κολαζόντων τὰ θηρία, τινὰ μὲν αὐτῶν περιεπείροντο τῷ φιλοτεχνηθέντι χάρακι, καὶ ταῖς πληγαῖς καὶ πυκνότησι τῶν τιτρωσκόντων περιώδυνα γινόμενα ἐποίει θόρυβον. (3) Τὸ γὰρ γένος τοῦτο κατὰ μὲν τοὺς ὁμαλοὺς καὶ μαλακοὺς τόπους ἀνυπόστατον παρέχεται κατὰ στόμα τὴν ῥύμην, ἐν δὲ τοῖς τραχέσι καὶ δυσβάτοις τελέως ἄπρακτον ἔχει τὴν ἀλκὴν διὰ τὴν τῶν ποδῶν μαλακότητα. (4) Διὸ καὶ τότε τῶν περὶ Πτολεμαῖον συνετῶς προεωραμένων τὸ μέλλον, ἐκ τοῦ χάρακος τῆς πήξεως ἄπρακτον ἐποίει τὴν βίαν αὐτῶν. Τέλος δὲ τῶν πλείστων Ἰνδῶν κατακοντισθέντων, ὑποχειρίους συνέβη γενέσθαι πάντας τοὺς ἐλέφαντας. (5) Οὗ τελεσθέντος, οἱ πολλοὶ τῶν περὶ Δημήτριον ἱππέων καταπλαγέντες πρὸς φυγὴν ὥρμησαν· αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων ἀπολειφθείς, καὶ δεόμενος ἑκάστου στῆναι καὶ μὴ καταλιπεῖν αὐτόν, ὡς οὐδεὶς προσεῖχε, συναποχωρεῖν ἠναγκάζετο. (6) Μέχρι μὲν οὖν Γάζης οἱ πολλοὶ τῶν ἱππέων συνακολουθοῦντες ὑπήκουον καὶ κατέστησαν εἰς τάξεις, ὥστε μηδένα ῥᾳδίως τολμᾶν προσάγειν τῶν εἰκῇ διωκόντων· τὸ γὰρ πεδίον εὐρύχωρον ὂν καὶ μαλακὸν συνήργει τοῖς βουλομένοις ἐν τάξει ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν.

bere. (3) Expeditos etiam manipulos ante cornu hoc disposuerant, jaculatoribus et sagittariis continenter vulneribus feras et qui his vehebantur impetere jussis. Munito hunc ad modum cornu dextro, copiisque ceteris, prout res tum exigebat, in ordinem redactis, magno cum vociferatu in hostes duxere. Qui quum et ipsi cum suis adversum tenderent, initium pugnæ fit in fronte cornuum ab equitibus illic constitutis : ubi Demetriani longe antecellebant. (4) Sed parva interjecta mora, quum Ptolemæani et Seleuciani circumvecti armis directis impressionem facerent, prœlium acre per utriusque partis alacritatem exsistit. (5) Primoque incursu lanceis congressi, plurimas confringunt, nec pauci ultroque citroque dimicantes vulnerantur. In coitione altera gladiis res geri cœpta, ubi conserti plurimi hinc inde cadunt, ipsique imperatores, periculo se committentes præ omnibus, sacramento sibi devinctos, ut fortiter pugnæ difficultatem sustineant, hortantur. Equites sane, cornibus tutandis præfecti, eximiæ virtutis omnes, quod duces una dimicantes fortitudinis spectatores haberent, mutua inter se æmulatione certabant.

LXXXIV. Jamque ad tempus bene longum anceps fuerat pugna, quum belluæ, Indorum magisterio in pugnam concitatæ, cum terrore, quasi nemo vim illarum sustinere posset, quadamtenus grassabantur. At ubi vallum attigere ferratum, jaculatorum multitudo et sagittariorum assiduis ictibus belluarum corpora et insessores vulnerabant. (2) Ibi quum violentius urgerent Indi, belluasque castigarent, quædam ex ipsis vallo arte facto infixæ hærebant, et ex vulneribus missiliumque frequentia in dolores conjectæ tumultum ciebant. (3) Nam id genus in planis lævibusque locis intolerabilem a fronte vim affert : in asperis vero impeditisque, ob pedum mollitiem, robore suo nihil efficit. (4) Quamobrem tunc etiam Ptolemæus, quum, quid ex valli objectu futurum esset, sollerter prævidisset, violentiam ferarum irritam fecit. Tandem plerisque Indorum confossis, ut cuncti elephantes in hostis potestatem venirent, accidit. (5) Quo eventu maxima pars equitum Demetrii consternata fugam arripuit. Ipse vero cum paucis derelictus, quum unumquemque obsecraret, ut loco se continerent nec ipsum destituerent, ac nemo tamen attenderet, retrocedere coactus est. (6) Ad Gazam igitur usque bona pars equitum comitata, in officio manebat, ordinibus servatis, ut nullus temere persequentium accedere facile auderet. Nam quia campus longe lateque exporrectus atque lævis erat, adjuvabat illos, qui composita acie recedere

μόνον γὰρ πρὸς πλείονας ἤμελλε διακινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡγεμόνας σχεδὸν μεγίστους Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον. Οὗτοι γὰρ πάντας τοὺς πολέμους Ἀλεξάνδρῳ συστρατευσάμενοι, καὶ πολλάκις καθ' αὑτοὺς δυνάμεων ἡγησάμενοι, μέχρι τῶν καιρῶν τούτων ὑπῆρχον ἀνίκητοι. (6) Ὁ δ' οὖν Δημήτριος παρακαλέσας τὰ πλήθη τοῖς οἰκείοις λόγοις, καὶ δωρεάς τε δώσειν κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ τὰ λάφυρα συγχωρήσειν ἐπαγγειλάμενος, ἐξέταξε τὴν δύναμιν εἰς τὴν μάχην.

LXXXII. Ἐπὶ μὲν οὖν τὸ λαιὸν κέρας ἔταξε, καθ' ὃ τὸν κίνδυνον αὐτὸς ἤμελλε ποιεῖσθαι, πρώτους μὲν τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς ἐπιλέκτους διακοσίους, ἐν οἷς ἦσαν οἵ τε ἄλλοι φίλοι πάντες καὶ Πύθων ὁ συνεστρατευμένος μὲν Ἀλεξάνδρῳ, συγκαθεσταμένος δὲ ὑπ' Ἀντιγόνου στρατηγὸς καὶ τῶν ὅλων μέτοχος. (2) Πρόταγμα δὲ τρεῖς ἴλας ἱππέων ἔταξε καὶ πλαγιοφύλακας τὰς ἴσας, καὶ χωρὶς ἔξω τοῦ κέρατος ἀπολελυμένας τρεῖς Ταραντίνων· ὥστ' εἶναι τοὺς περὶ τὸ σῶμα τεταγμένους ἱππεῖς ξυστοφόρους μὲν πεντακοσίους, Ταραντίνους δὲ ἑκατόν. (3) Ἑξῆς δ' ἔταξε τῶν ἱππέων τοὺς καλουμένους μὲν ἑταίρους, ὄντας δὲ τὸν ἀριθμὸν ὀκτακοσίους· μετὰ δὲ τούτους παντοδαποὺς ἱππεῖς οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων πεντακοσίων. Πρὸ παντὸς δὲ τοῦ κέρατος ἔστησε τῶν ἐλεφάντων τριάκοντα, καὶ τὰ διαστήματα αὐτῶν ἐπλήρωσε τοῖς ψιλικοῖς τάγμασιν, ὧν ἦσαν ἀκοντισταὶ μὲν καὶ τοξόται χίλιοι, σφενδονῆται δὲ Πέρσαι πεντακόσιοι. (4) Τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον κέρας οὕτω κατασκευάσας, διενοεῖτο τούτῳ κρίνειν τὴν μάχην. Ἐχομένην δ' ἔστησε τὴν τῶν πεζῶν φάλαγγα, συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων καὶ χιλίων. Τούτων δ' ἦσαν Μακεδόνες μὲν δισχίλιοι, Λύκιοι δὲ καὶ Παμφύλιοι χίλιοι, μισθοφόροι δ' ὀκτακισχίλιοι. Ἐπὶ δὲ τὸ δεξιὸν κέρας ἔταξε τοὺς λοιποὺς ἱππεῖς χιλίους πεντακοσίους, ὧν Ἀνδρόνικος ἡγεῖτο. Τούτῳ δ' ἦν συντεταγμένον λοξὴν φυλάττειν τὴν στάσιν καὶ φυγομαχεῖν καραδοκοῦντα τὴν δι' αὐτοῦ γινομένην κρίσιν. Τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν ἐλεφάντων τρεισκαίδεκα ἔστησε πρὸ τῆς τῶν πεζῶν φάλαγγος, μίξας εἰς τὰ διαστήματα τῶν ψιλῶν τοὺς ἱκανούς. Δημήτριος μὲν οὖν διεκόσμησε τὴν ἰδίαν δύναμιν τὸν τρόπον τοῦτον.

LXXXIII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον τὸ μὲν πρῶτον ἔταξαν ἰσχυρὰν τὴν εὐώνυμον τάξιν, ἀγνοοῦντες τὴν τῶν ἐναντίων ἐπιβολήν· μαθόντες δὲ παρὰ τῶν κατασκόπων τὸ γεγονός, ταχέως ἐξέταξαν τὴν δύναμιν ὅπως τὸ δεξιὸν κέρας ἰσχὺν ἔχον καὶ δύναμιν τὴν κρατίστην διαγωνίσηται πρὸς τοὺς μετὰ Δημητρίου τεταγμένους ἐν τοῖς εὐωνύμοις μέρεσιν. Ἔταξαν δὲ ἐπὶ τοῦ κέρατος τούτου τῶν ἱππέων τοὺς κρατίστους τρισχιλίους, ἐν οἷς καὶ αὐτοὶ διεγνώκεισαν ἀγωνίσασθαι. (2) Προέταξαν δὲ τῆς στάσεως ταύτης τοὺς κομίζοντας χάρακα σεσιδηρωμένον καὶ δεδεμένον ἁλύσεσιν, ὃν παρεσκευάσαντο πρὸς τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον· ταθέντος γὰρ τούτου, ῥάδιον ἦν εἴργειν τὰ θη-

fortunam belli periclitaturus erat, sed etiam adversus duces omnium prope maximos, Ptolemæum et Seleucum. Hi enim in bellis omnibus Alexandri commilitones fuerant, ac sæpenumero per se copiarum duces ad hæc usque tempora invicti manserant. (6) Demetrius ergo amicis verbis multitudinem exhortatus, ubi munera pro meritis sese exhibiturum et concessurum spolia promiserat, exercitum ad pugnam ordinavit.

LXXXII. In sinistro itaque cornu, ubi ipse dimicaturus erat, primo loco statuit delectos circa se equites ducentos: inter quos quum ceteri amici erant, tum Pytho, qui Alexandro militaverat, et tunc copiarum ductor omniumque socius ab Antigono fuerat constitutus. (2) In fronte autem tres equitum turmas, et a latere totidem præsidiarios disposuit; insuper vero extra cornu separatos tres Tarentinorum, ut equites hastati regis corpus circumdarent quingenti, et centum Tarentini. (3) Inde equites, quibus sociorum nomen, collocavit numero octingentos, et post hos equites varii generis non pauciores mille et quingentis. Totum vero cornu præmunivit elephantibus triginta et intervalla explevit ordinibus velitum, quorum mille erant jaculatores et sagittarii, quingenti funditores Persæ. (4) Ita cornu sinistrum constituerat, eoque pugnam decernere in animo habebat. Exinde peditum agmen undecim millibus virorum constans locum habere jussit, quorum duo millia erant Macedones, Lycii et Pamphylii mille, et stipendia merentes octo millia. In dextro autem cornu equitatum reliquum mille et quingentorum constituit, ductore Andronico, cui imperatum erat, ut stationem obliquam servaret, et fugiendo pugnaret observaretque, quem ipse Demetrius faceret prœlii eventum. Reliquos elephantos tredecim ante peditum phalangem statuit, intervallis rorariorum quantum satis esset immiscens. Ad hunc ergo modum exercitum suum Demetrius adornarat.

LXXXIII. Ptolemæus autem et Seleucus initio sinistrum cornu roboraverant, consilium hostis ignorantes: sed per exploratores, quid factum esset, edocti, celeriter sic aciem in ordinem digesserunt, ut cornu dextrum robore maximo firmatum cum Demetrianis in cornu sinistro confligeret: inque cornu illo tribus equitum millibus, qui fortissimi erant, locum assignarunt, inter quos et ipsi decertare constituerant. (2) Ante horum stationem ordinaverant qui vallum ferro præmunitum et catenis revinctum gestarent, quem contra belluarum incursum præpararant. Hoc enim extenso, illarum in ulteriora procursum facile erat prohi-

ρία τῆς εἰς τοὔμπροσθεν πορείας. (3) Προέταξαν δὲ τοῦ κέρατος τούτου καὶ τὰ ψιλικὰ τάγματα, παραγγείλαντες τοῖς τε ἀκοντισταῖς καὶ τοῖς τοξόταις συνεχῶς κατατιτρώσκειν τὰ θηρία καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς ἀναβεβηκότας. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ὀχυρωσάμενοι τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἐκτάξαντες ἐνδεχομένως, ἐπῆγον τοῖς πολεμίοις μετὰ πολλῆς κραυγῆς. Ἀντεπαγόντων δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, τὸ μὲν πρῶτον ἐπ' ἄκρων τῶν κεράτων ἱππομαχία συνέστη τῶν προτεταγμένων ἱππέων, ἐν οἷς πολὺ ἐπροτέρουν οἱ περὶ τὸν Δημήτριον. (4) Μετ' ὀλίγον δὲ τῶν περὶ Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον περιιππευσάντων τὸ κέρας καὶ βιαιότερον ἐπενεχθέντων ὀρθαῖς ταῖς ἴλαις, συνέστη καρτερὰ μάχη διὰ τὰς ἑκατέρων προθυμίας. (5) Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἔφοδον τοῖς ξυστοῖς ἀγωνισάμενοι, τούτων τε τὰ πλεῖστα συνέτριψαν καὶ τῶν ἀγωνιζομένων οὐκ ὀλίγους κατετραυμάτισαν· κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐπιστροφὴν εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην ὥρμησαν, καὶ συμπλεκόμενοι πολλοὺς ἀλλήλων ἀνῄρουν, οἵ τε ἡγεμόνες αὐτοὶ πρὸ πάντων κινδυνεύοντες προετρέποντο τοὺς ὑποτεταγμένους εὐρώστως ὑπομένειν τὸ δεινόν, οἵ τ' ἐπὶ τῶν κεράτων ἱππεῖς ἅπαντες ἐπιλελεγμένοι κατ' ἀρετὴν ἡμιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους, θεατὰς ἔχοντες τῆς ἀνδρείας τοὺς συναγωνιζομένους στρατηγούς.

LXXXIV. Ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον τῆς ἱππομαχίας οὔσης ἐφαμίλλου, τὰ θηρία διὰ τῶν Ἰνδῶν εἰς τὸν ἀγῶνα παρορμηθέντα μέχρι μέν τινος προῆγε καταπληκτικῶς, ὡς οὐδενὸς ὑποστησομένου· ὡς δ' ἐπὶ τὸν σεσιδηρωμένον χάρακα κατήντησε, τὸ μὲν πλῆθος τῶν ἀκοντιστῶν καὶ τοξοτῶν συνεχῶς βαλλόντων κατετίτρωσκε τὰ σώματα τῶν ἐλεφάντων καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς ἀναβεβηκότας. (2) Βιαζομένων δὲ τῶν Ἰνδῶν καὶ κολαζόντων τὰ θηρία, τινὰ μὲν αὐτῶν περιεπείροντο τῷ φιλοτεχνηθέντι χάρακι, καὶ ταῖς πληγαῖς καὶ πυκνότησι τῶν τιτρωσκόντων περιώδυνα γινόμενα ἐποίει θόρυβον. (3) Τὸ γὰρ γένος τοῦτο κατὰ μὲν τοὺς ὁμαλοὺς καὶ μαλακοὺς τόπους ἀνυπόστατον παρέχεται κατὰ στόμα τὴν ῥύμην, ἐν δὲ τοῖς τραχέσι καὶ δυςβάτοις τελέως ἄπρακτον ἔχει τὴν ἀλκὴν διὰ τὴν τῶν ποδῶν μαλακότητα. (4) Διὸ καὶ τότε τῶν περὶ Πτολεμαῖον συνετῶς προεωραμένων τὸ μέλλον, ἐκ τοῦ χάρακος τῆς πήξεως ἄπρακτον ἐποίει τὴν βίαν αὐτῶν. Τέλος δὲ τῶν πλείστων Ἰνδῶν κατακοντισθέντων, ὑποχειρίους συνέβη γενέσθαι πάντας τοὺς ἐλέφαντας. (5) Οὗ τελεσθέντος, οἱ πολλοὶ τῶν περὶ Δημήτριον ἱππέων καταπλαγέντες πρὸς φυγὴν ὥρμησαν· αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων ἀπολειφθείς, καὶ δεόμενος ἑκάστου στῆναι καὶ μὴ καταλιπεῖν αὐτόν, ὡς οὐδεὶς προςεῖχε, συναποχωρεῖν ἠναγκάζετο. (6) Μέχρι μὲν οὖν Γάζης οἱ πολλοὶ τῶν ἱππέων συνακολουθοῦντες ὑπήκουον καὶ κατέστησαν εἰς τάξεις, ὥςτε μηδένα ῥᾳδίως τολμᾶν προςάγειν τῶν εἰκῇ διωκόντων· τὸ γὰρ πεδίον εὐρύχωρον ὂν καὶ μαλακὸν συνήργει τοῖς βουλομένοις ἐν τάξει ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν.

bere. (3) Expeditos etiam manipulos ante cornu hoc disposuerant, jaculatoribus et sagittariis continenter vulneribus feras et qui his vehebantur impetere jussis. Munito hunc ad modum cornu dextro, copiisque ceteris, prout res tum exigebat, in ordinem redactis, magno cum vociferatu in hostes duxere. Qui quum et ipsi cum suis adversum tenderent, initium pugnæ fit in fronte cornuum ab equitibus illic constitutis : ubi Demetriani longe antecellebant. (4) Sed parva interjecta mora, quum Ptolemæani et Seleuciani circumvecti armis directis impressionem facerent, prœlium acre per utriusque partis alacritatem exsistit. (5) Primoque incursu lanceis congressi, plurimas confringunt, nec pauci ultroque citroque dimicantes vulnerantur. In coitione altera gladiis res geri cœpta, ubi conserti plurimi hinc inde cadunt, ipsique imperatores, periculo se committentes præ omnibus, sacramento sibi devinctos, ut fortiter pugnæ difficultatem sustineant, hortantur. Equites sane, cornibus tutandis præfecti, eximiæ virtutis omnes, quod duces una dimicantes fortitudinis spectatores haberent, mutua inter se æmulatione certabant.

LXXXIV. Jamque ad tempus bene longum anceps fuerat pugna, quum belluæ, Indorum magisterio in pugnam concitatæ, cum terrore, quasi nemo vim illarum sustinere posset, quadamtenus grassabantur. At ubi vallum attigere ferratum, jaculatorum multitudo et sagittariorum assiduis ictibus belluarum corpora et insessores vulnerabant. (2) Ibi quum violentius urgerent Indi, belluasque castigarent, quædam ex ipsis vallo arte facto infixæ hærebant, et ex vulneribus missiliumque frequentia in dolores conjectæ tumultum ciebant. (3) Nam id genus in planis lævibusque locis intolerabilem a fronte vim affert : in asperis vero impeditisque, ob pedum mollitiem, robore suo nihil efficit. (4) Quamobrem tunc etiam Ptolemæus, quum, quid ex valli objectu futurum esset, sollerter prævidisset, violentiam ferarum irritam fecit. Tandem plerisque Indorum confossis, ut cuncti elephantes in hostis potestatem venirent, accidit. (5) Quo eventu maxima pars equitum Demetrii consternata fugam arripuit. Ipse vero cum paucis derelictus, quum unumquemque obsecraret, ut loco se continerent nec ipsum destituerent, ac nemo tamen attenderet, retrocedere coactus est. (6) Ad Gazam igitur usque bona pars equitum comitata, in officio manebat, ordinibus servatis, ut nullus temere persequentium accedere facile auderet. Nam quia campus longe lateque exporrectus atque lævis erat, adjuvabat illos, qui composita acie recederc

(7) Συνείποντο δὲ καὶ πεζῶν οἱ βουληθέντες λιπεῖν τὰς τάξεις καὶ χωρὶς τῶν ὅπλων διασώζειν ἑαυτοὺς ἐλαφρούς. Παραλλάττοντος δὲ αὐτοῦ Γάζαν περὶ ἡλίου δύσιν, ἀπολιπόντες τῶν ἱππέων τινὲς παρῆλθον εἰς τὴν πόλιν, ἐκκομίσαι βουλόμενοι τὰς ἀποσκευάς. (8) Ἀνοιχθεισῶν οὖν τῶν πυλῶν καὶ πλήθους ὑποζυγίων ἀθροισθέντος, ἔτι δὲ ἑκάστου πρώτου σπεύδοντος ἐξαγαγεῖν τὰ σκευοφόρα, τοσοῦτον θόρυβον γενέσθαι συνέβη περὶ τὰς πύλας, ὥςτε τῶν περὶ Πτολεμαῖον ἐπιόντων μηδένα δύνασθαι φθάσαι συγκλείσαντα. Διόπερ εἰςπεσόντων τῶν πολεμίων ἐντὸς τοῦ τείχους, ἡ πόλις ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς περὶ Πτολεμαῖον.

XCIX. Porro bitumen ejectum utramque lacus ripam accolentes diripiunt, hostium in morem inter se affecti : idque peculiari modo absque navigiis asportant. Grandes enim arundinum fasciculos consarcinatos in lacum dejiciunt. Iis tres, haud plures insident. Duo alligatos tenentes remos, ratem promovent : unus, arcu instructus, adnavigantes ex ulteriore litore aut vim intentare audentes submovet. (2) Ubi ad bitumen ventum est, securibus armati insiliunt, ac frustis veluti de molli petra resectis ratem onerant ac replent, retroque deinde navigant. Quod si quis a dissoluta rate decidit, etiamsi imperitus sit natandi, non tamen, ut aliis in aquis fit, submergitur, sed æque ac natationis periti supernatat. (3) Liquor enim iste natura sua onus, quod incrementi spiritusque particeps est, sustinet, solidis tantummodo exceptis, quæ, velut argentum et aurum plumbumque et id genus alia, spissitudinem habere videntur, licet hæc etiam multo tardius quam in ceteros lacus conjecta ad imum deferantur. Hoc reditu Barbari fruuntur, et bitumen in Ægyptum transportatum ad mortuorum condituras venumdant. Nam si hoc ceteris aromatibus non admiscetur, cadavera ad longum tempus conservari nequeunt.

C. Antigonus, quum Demetrius ad ipsum reversus singula, quæ gesserat, exposuisset, ob pacificationem cum Nabatæis illum reprehendit : nam Barbaros, quum impunitos dimiserit, multo confidentiores evasisse dixit. Non enim ex clementia victoris, sed ex impotentia veniam sibi tributam existimaturos. Quod autem contemplatus lacum regno proventum aliquem reperisse videretur, eum laudavit : et procuratorem illius fecit Hieronymum, qui historias conscripsit. (2) Huic imperatum est ut navigia construeret, exceptumque bitumen omne in unum congereret locum. Sed eventus Antigoni spem non comprobavit. Arabes enim ad sex millia congregantur, inque ratibus suis aggressi eos, qui in navigiis versabantur, missilibus prope omnes configunt. (3) Quo factum ut spem redituum illorum omitteret Antigonus, tum quod res infeliciter successisset, tum quod mentem ad majora alia jam applicatam haberet. Per hæc enim tempora tabellarius

τούτους τοὺς καιροὺς βιβλιαφόρος ἔχων ἐπιστολὴν παρὰ Νικάνορος τοῦ στρατηγοῦ τῆς τε Μηδίας καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν· ἐν ταύτῃ δ' ἦν γεγραμμένον περί τε τῆς ἀναβάσεως τῆς Σελεύκου καὶ τῶν γεγονότων περὶ αὐτὸν εὐτυχημάτων. (4) Διόπερ ἀγωνιῶν ὁ Ἀντίγονος καὶ περὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν, ἐξέπεμψε Δημήτριον τὸν υἱὸν ἔχοντα πεζοὺς Μακεδόνας μὲν πεντακισχιλίους, μισθοφόρους δὲ μυρίους, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. Συνετέτακτο δ' αὐτῷ μέχρι Βαβυλῶνος ἀναβῆναι, καὶ τὴν σατραπείαν ἀνακτησάμενον καταβαίνειν συντόμως ἐπὶ θάλατταν. (5) Ὁ μὲν οὖν Δημήτριος ὁρμήσας ἐκ Δαμασκοῦ τῆς Συρίας, τὸ συνταχθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπετέλει μετὰ σπουδῆς. Ὁ δὲ καθεσταμένος ὑπὸ Σελεύκου τῆς Βαβυλωνίας στρατηγὸς Πατροκλῆς πυθόμενος περὶ Μεσοποταμίαν εἶναι τοὺς πολεμίους, ὑπομεῖναι μὲν τὴν ἔφοδον αὐτῶν οὐκ ἐτόλμησεν, ὀλίγους ἔχων περὶ αὐτόν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις προςέταξεν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἐκλιπόντας τὸν Εὐφράτην φυγεῖν εἰς τὴν ἔρημον, τοὺς δὲ περάσαντας τὸν Τίγριν ἀπελθεῖν εἰς τὴν Σουσιανὴν [πρὸς Εὐτελῆ] καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν. (6) Αὐτὸς δὲ μεθ' ὧν εἶχε στρατιωτῶν προβολαῖς χρώμενος ποταμῶν καὶ διώρυξιν, ἀνεστρέφετο περὶ τὴν σατραπείαν, ἅμα μὲν ἐφεδρεύων τοῖς πολεμίοις, ἅμα δὲ πέμπων πρὸς Σέλευκον εἰς Μηδίαν περὶ τῶν ἀεὶ συντελουμένων καὶ παρακαλῶν βοηθεῖν τὴν ταχίστην. (7) Ὁ δὲ Δημήτριος ἐπειδὴ παραγενόμενος εἰς Βαβυλῶνα τὴν πόλιν ἐκλελειμμένην εὗρε, πολιορκεῖν ἐπεχείρει τὰς ἀκροπόλεις. Ὧν τὴν ἑτέραν ἑλὼν ἔδωκε τοῖς ἰδίοις στρατιώταις εἰς διαρπαγήν· τὴν δ' ἑτέραν πολιορκήσας ἡμέρας τινάς, ἐπειδὴ χρόνου προςεδεῖτο, Ἀρχέλαον μὲν ἕνα τῶν φίλων ἀπέλιπε στρατηγὸν ἐπὶ τῆς πολιορκίας, δοὺς αὐτῷ πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, αὐτὸς δέ, τοῦ χρόνου συντρέχοντος ἐν ᾧ συντεταγμένον ἦν τὴν ἄφοδον αὐτῷ ποιήσασθαι, μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως τὴν ἐπὶ θάλατταν κατάβασιν ἐποιεῖτο.

CI. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαίων διαπολεμούντων τὸν πρὸς Σαμνίτας πόλεμον, συνεχεῖς ἐγίνοντο προνομαὶ τῆς χώρας καὶ πολιορκίαι πόλεων καὶ δυνάμεων ἐν ὑπαίθρῳ στρατοπεδεῖαι· τὰ γὰρ μαχιμώτατα τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐθνῶν περὶ ἡγεμονίας φιλοτιμούμενα παντοίους συνίσταντο κινδύνους. (2) Οἱ μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι μέρος τῆς δυνάμεως ἀναλαβόντες ἀντεστρατοπέδευσαν ταῖς τῶν πολεμίων παρεμβολαῖς, καὶ πρὸς μὲν μάχην καιρὸν ἐπετήρουν οἰκεῖον, ταῖς δὲ συμμαχίσι πόλεσι παρείχοντο τὴν ἀσφάλειαν. (3) Τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν Κοΐντος Φάβιος, ὃς ἦν αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, τήν τε Φρεγελλανῶν πόλιν εἷλε καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν Ῥώμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐζώγρησε. Τούτους δὲ τὸν ἀριθμὸν ὄντας πλείους τῶν διακοσίων ἀπήγαγεν εἰς Ῥώμην, καὶ προαγαγὼν εἰς τὴν ἀγοράν, ῥαβδίσας ἐπελέκισε κατὰ τὸ πάτριον ἔθος. Μετ' ὀλίγον δ' ἐμβαλὼν εἰς τὴν τῶν

advenit literas habens a Nicanore Mediæ duce superiorumque satrapiarum. In his de reditu Seleuci et successibus ejus prosperis erat perscriptum. (4) Antigonus ergo, de superioribus provinciis anxie sollicitus, Demetrium filium mittit cum peditum ex Macedonia quinque millibus et mercenariis decies mille, equitumque millibus quattuor. Huic imperatum erat ut ad Babylonem usque ascenderet, et recuperata satrapia, celeriter descenderet ad mare. (5) Demetrius itaque, Damasco Syriæ egressus, patris mandatum properanter ac studiose exsequitur. At Patrocles, a Seleuco Babyloniæ præses datus, postquam Mesopotamiæ hostes imminere cognovit, adventum illorum, quod paucos circum se haberet, exspectare non audet: sed ceteros jubet, ut urbe excedant, horumque alii, Euphrate relicto *(trajecto?)*, in deserta fugiant; alii, superato Tigri, in Susianam [ad Eutelem] et ad mare Rubrum abeant. (6) Ipse cum adjuncta manu, fluminum et fossarum objectu, loco propugnaculorum, se tutans, in satrapia obversatur; tum insidias hosti moliens, tum ad Seleucum in Mediam de iis, quæ subinde fierent, missitans, eumque ad ferendum celerrime suppetias exhortans. (7) Demetrius, ubi Babylonem pervenit, urbemque reperit desertam, arcium oppugnationem aggreditur, captamque alteram militibus diripiendam concedit; altera per dies aliquot obsessa, quum tempore indigeret, Archelaum, ex amicis unum, ad obsidionem legatum sibi relinquit, quinque millibus peditum et equitibus mille traditis. Ipse, quum tempus jam excurreret, quo ut reverteretur injunctum erat, cum reliquo agmine ad mare descendit.

CI. Dum hæc geruntur, in Italia Romanis bellum adversus Samnites continuantibus, crebræ in agros pabuli causa excursiones et obsidiones urbium exercituumque sub dio castrorum metationes fiebant. Pugnacissimæ enim per Italiam gentes de principatu disceptantes variis inter se pugnis concurrebant. (2) Tandem consules Romani, parte copiarum assumta, castris hostium sua objiciunt, et in commodam pugnandi occasionem intenti, tutam ab hoste sociis urbibus quietem præstant. (3) Cum reliquis copiis Q. Fabius, dictator tum creatus, Fregellanorum urbem occupat, et clarissimos oppidanorum, Romanis infensos, capit, et ducentos amplius Romam abductos publice spectandos in foro exhibet, virgisque cæsos more patrio securi percutit. Cumque paucis in hosticum irruptione facta, Celiam

πολεμίων χώραν Κελίαν, καὶ τὴν Νωλανῶν ἀκρόπολιν ἐξεπολιόρκησε, καὶ λαφύρων μὲν πλῆθος ἀπέδοτο, τοῖς δὲ στρατιώταις πολλὴν τῆς χώρας κατεκληρούχησεν. Ὁ δὲ δῆμος, κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων, ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον τὴν Ποντίαν καλουμένην.

CII. Ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ τῆς εἰρήνης ἄρτι γεγενημένης Ἀγαθοκλεῖ πρὸς τοὺς Σικελιώτας πλὴν Μεσσηνίων, οἱ μὲν φυγάδες τῶν Συρακοσίων ἠθροίσθησαν εἰς τὴν Μεσσήνην, ταύτην ὁρῶντες λοιπὴν οὖσαν τῶν ἀλλοτρίως ἐχουσῶν πρὸς τὸν δυνάστην. (2) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς σπεύδων αὐτῶν καταλῦσαι τὸ σύστημα, Πασίφιλον στρατηγὸν ἐξαπέστειλε μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Μεσσήνην, ἐντειλάμενος ἐν ἀποῤῥήτοις ἃ χρὴ πράττειν. (3) Οὗτος δὲ ἀπροσδοκήτως ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν, καὶ πολλῶν αἰχμαλώτων καὶ τῆς ἄλλης λείας ἐγκρατὴς γενόμενος, ἠξίου τοὺς Μεσσηνίους βούλεσθαι τὴν φιλίαν καὶ μὴ συναναγκάζεσθαι τοῖς πολεμιωτάτοις αὐτοῦ διαλύεσθαι. (4) Οἱ δὲ Μεσσήνιοι λαβόντες ἐλπίδας τοῦ χωρὶς κινδύνων ἀπολυθήσεσθαι τοῦ πολέμου, τούς τε φυγάδας τοὺς ἐκ Συρακουσῶν ἐξέβαλον καὶ τὸν Ἀγαθοκλέα παραγενόμενον μετὰ δυνάμεως προσεδέξαντο. (5) Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον φιλανθρώπως αὐτοῖς προςεφέρετο, καὶ τοὺς φυγάδας ἔπεισε καταδέξασθαι τοὺς συστρατευομένους μὲν αὐτῷ, πεφυγαδευμένους δὲ νόμῳ ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἐναντιουμένους ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῇ δυναστείᾳ τῇ ἑαυτοῦ μεταπεμψάμενος ἔκ τε Ταυρομενίου καὶ τῆς Μεσσήνης, ἅπαντας ἀπέσφαξεν οὐκ ἐλάττους ὄντας ἑξακοσίων. (7) Διανοούμενος γὰρ πόλεμον ἐκφέρειν τοῖς Καρχηδονίοις, πᾶν τὸ διακείμενον ἀλλοτρίως κατὰ τὴν Σικελίαν ἐκποδὼν ἐποιεῖτο. Οἱ δὲ Μεσσήνιοι τῶν ξένων τοὺς εὐνουστάτους αὐτοῖς καὶ δυναμένους ἀμύνασθαι τὸν τύραννον ἐκβεβληκότες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ἀλλοτρίως ἔχοντας πρὸς τὸν δυνάστην ὁρῶντες ἀνῃρημένους, ἔτι δὲ τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ καταδεδικασμένους ἠναγκασμένοι καταδέξασθαι, μετεμέλοντο μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἠναγκάζοντο δὲ καρτερεῖν, καταπεπληγμένοι τὴν ὑπεροχὴν τοῦ κρατοῦντος. (8) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς τὸ μὲν πρῶτον ἀνέζευξεν ἐπ' Ἀκράγαντος, διανοούμενος καὶ ταύτην τὴν πόλιν συσκευάζεσθαι· τῶν δὲ Καρχηδονίων καταπλευσάντων ναυσὶν ἑξήκοντα, ταύτης μὲν τῆς προθέσεως ἀπέστη, τὴν δὲ χώραν τὴν ὑπὸ Καρχηδονίους ἐπιὼν ἐλεηλάτει, καὶ τῶν φρουρίων ἃ μὲν ᾕρει κατὰ κράτος, ἃ δὲ δι' ὁμολογίας προςήγετο.

CIII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Δεινοκράτης ὁ τῶν Συρακοσίων φυγάδων ἡγούμενος πρὸς μὲν τοὺς Καρχηδονίους διεπέμπετο, βοηθεῖν ἀξιῶν πρὶν ἢ τὸν Ἀγαθοκλέα πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι Σικελίαν. (2) Αὐτὸς δὲ προςδεξάμενος τοὺς ἐκ Μεσσήνης ἐκβεβλημένους φυγάδας, ἔχων ἁδρὰν δύναμιν, ἀπέστειλέ τινα τῶν περὶ αὐτὸν Νυμφόδωρον, δοὺς μέρος τῶν στρατιωτῶν, ἐπὶ τὴν Κεντοριπίνων πόλιν. (3) Ταύτην γὰρ

et Nolanorum arcem expugnat, et multitudine spoliorum distracta, bonam agri partem militibus sorte attribuit. Populus igitur, quum successus votis responderet, coloniam in insulam, quæ Pontia nominatur, misit.

CII. Ceterum in Sicilia, post pacem Agathoclis nuper initam cum Siculis præter Messanios, Syracusanorum exules Messanam confluxerant, quod hanc solam viderent superesse, quæ a principe dissideret. (2) Conspirationem igitur horum dissipare festinans Agathocles Pasiphilum ducem Messanam cum exercitu misit, secreto præcipiens quid facto opus esset. (3) Is ex improviso fines ingressus, postquam captivos multos aliamque prædam in potestatem redegerat, a Messaniis contendit ut amicitiam præferrent, nec ad reconciliationem cum inimicissimis Agathoclis se ita cogi paterentur. (4) Messanii igitur, se bello absque periculis exsolutum iri sperantes, exules Syracusanos ejiciunt, et Agathoclem cum exercitu adventantem recipiunt. (5) Qui humanum initio se illis præbet, et ut militantes ipsi exules, qui ex legis præscripto a Messaniis relegati fuerant, in jus civitatis admittant, persuadet. (6) Sed postea Tauromenio et Messana evocatis qui dominationi ipsius fuerant adversati, mactavit omnes non pauciores sexcentis. (7) Bellum enim Carthaginiensibus inferre secum mente agitans, quidquid ab ipso alienatum in Sicilia erat, e medio submovebat. Messanios ergo, quod hospites sibi benevolentissimos, et quibus ad ulciscendum tyrannum nervi erant, urbe pepulissent, civesque principi maxime infestos viderent sublatos, ob maleficia insuper condemnatos recipere fuissent coacti, factorum pœnitebat quidem, sed eminentia victoris exterriti, perseverare cogebantur. (8) Ceterum Agathocles Agrigentum inde movit, eo consilio, ut hanc quoque urbem prædam sibi faceret. Sed quia Carthaginienses sexaginta navium classe appulerant, a proposito destitit, agrosque ditionis Carthaginiensium invadens pervastavit, et castellorum alia vi cepit, alia deditione subjunxit.

CIII. Inter has rerum gestarum vices, Dinocrates, exulum Syracusanorum dux, ad Carthaginienses auxilia petitum mittit, priusquam Agathocles Siciliam totam suæ potestatis faceret. (2) Ipse etiam exulibus, quos Messanii ejecerant, susceptis, quum validas jam copias haberet, Nymphodorum, ex familiaribus quendam, cum parte copiarum ad urbem Centoripinorum misit. (3) Hanc enim

φρουρουμένην ὑπ' Ἀγαθοκλέους τῶν πολιτικῶν τινες ἐπηγγείλαντο παραδώσειν, ἐφ' ᾧ τὴν αὐτονομίαν δοθῆναι τῷ δήμῳ. Παρειςπεσόντος δ' εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ νυκτός, οἱ προεστῶτες τῆς φρουρᾶς αἰσθόμενοι τὸ γεγονός, αὐτόν τε τὸν Νυμφόδωρον ἀνεῖλον καὶ τοὺς βιαζομένους ἐντὸς τοῦ τείχους. (4) Ταύτης δὲ τῆς ἀφορμῆς λαβόμενος Ἀγαθοκλῆς ἐνεκάλεσέ τε τοῖς Κεντοριπίνοις καὶ τοὺς δόξαντας αἰτίους γεγονέναι τοῦ νεωτερισμοῦ πάντας ἀπέσφαξε. Περὶ ταῦτα δ' ὄντος τοῦ δυνάστου, Καρχηδόνιοι καταπλεύσαντες εἰς τὸν μέγαν λιμένα τῶν Συρακοσίων πεντήκοντα σκάφεσιν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἠδυνήθησαν πρᾶξαι, δυσὶ δὲ περιπεσόντες φορτηγοῖς πλοίοις, τὴν μὲν ἐξ Ἀθηνῶν κατέδυσαν, τῶν δ' ἐπιπλεόντων τὰς χεῖρας ἀπέκοψαν. (5) Δοξάντων δ' αὐτῶν ὠμῶς κεχρῆσθαι μηδ' ὁτιοῦν ἀδικοῦσι, ταχὺ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς ἐπεσήμηνεν. Εὐθὺς γὰρ τοῦ στόλου τινὲς νῆες ἀποσχισθεῖσαι περὶ τὴν Βρεττίαν ἑάλωσαν ὑπὸ τῶν Ἀγαθοκλέους στρατηγῶν, καὶ τὸ παραπλήσιον οἱ ζωγρηθέντες τῶν Φοινίκων ἔπαθον οἷα ἔπραξαν εἰς τοὺς ἁλόντας.

CIV. Οἱ δὲ περὶ τὸν Δεινοκράτην φυγάδες, ἔχοντες πεζοὺς μὲν ὑπὲρ τοὺς τρισχιλίους, ἱππεῖς δ' οὐχ ἐλάττους δισχιλίων, τὴν καλουμένην Γαλαρίαν κατελάβοντο, τῶν πολιτῶν ἑκουσίως ἐπικαλεσαμένων, καὶ τοὺς μὲν Ἀγαθοκλέους ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ πρὸ τῆς πόλεως ἐστρατοπέδευσαν. (2) Ἀγαθοκλέους δὲ ταχέως ἀποστείλαντος ἐπ' αὐτοὺς Πασίφιλον καὶ Δημόφιλον μετὰ στρατιωτῶν πεντακισχιλίων, ἐγένετο μάχη πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν ἡγεῖτο Δεινοκράτης καὶ Φιλωνίδης, τὰ κέρατα διειληφότες. Ἐφ' ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον ἰσόρροπος ἦν ὁ κίνδυνος, φιλοτίμως ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων ἀγωνιζομένων· τοῦ δ' ἑτέρου τῶν στρατηγῶν Φιλωνίδου πεσόντος, καὶ τοῦ κατὰ τοῦτον μέρους τραπέντος, ἠναγκάσθη καὶ Δεινοκράτης ἀποχωρῆσαι. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πασίφιλον τούτων τε πολλοὺς κατὰ τὴν φυγὴν ἀνεῖλον καὶ τὴν Γαλαρίαν ἀνακτησάμενοι τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως ἐκόλασαν. (3) Ἀγαθοκλῆς δὲ πυνθανόμενος τοὺς Καρχηδονίους τὸν Ἔκνομον καλούμενον λόφον ἐν τῇ Γελῴᾳ κατειληφέναι, διέγνω πάσῃ τῇ δυνάμει διαγωνίσασθαι. Ὁρμήσας δ' ἐπ' αὐτούς, καὶ πλησίον γενόμενος, προεκαλεῖτο εἰς μάχην, ἐπηρμένος τῇ προγεγενημένῃ νίκῃ. (4) Οὐ τολμώντων δὲ τῶν βαρβάρων παρατάξασθαι, νομίσας ἀκονιτὶ κρατεῖν τῶν ὑπαίθρων, ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Συρακούσας καὶ τῶν ναῶν τοὺς ἐπιφανεστάτους τοῖς σκύλοις ἐκόσμησε. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ὧν ἡμεῖς ἐδυνήθημεν ἐφικέσθαι.

CV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Σιμωνίδου Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Πόπλιον Δέκιον. Ἐπὶ δὲ τούτων οἱ περὶ Κάσσανδρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον διαλύσεις ἐποιήσαντο πρὸς Ἀντίγονον καὶ συνθήκας ἔγραψαν. Ἐν δὲ ταύταις ἦν Κάσσανδρον μὲν εἶναι στρατηγὸν τῆς Εὐρώπης, μέχρι ἂν Ἀλέξανδρος ὁ ἐκ Ῥωξάνης εἰς ἡλικίαν

Agathoclis præsidio firmatam nonnulli se tradituros pacti erant, hac conditione, ut potestas suis legibus vivendi populo redderetur. Jamque noctu in urbem irruperat, quum custodiæ præfecti, rem odorati, et Nymphodorum ipsum occiderunt, et eos qui per vim mœnia intraverant. (4) Hanc velut ansam prehensans Agathocles Centoripinos accusat, et qui novarum molitionum auctores videbantur, omnes jugulat. Quibus dum vacat, Carthaginienses, quinquaginta navibus portum Syracusanorum magnum ingressi, nihil aliud efficere potuerunt, nisi quod onerarias duas nacti, unam, quæ Atheniensium erat, demerserunt, manusque navigantibus in illa amputarunt. (5) Crudeliter eos tractasse videbantur, qui nec minima illos injuria affecerant; et hoc numen illis statim declaravit. Nam extemplo naves quædam, a classe circa Brutiam avulsæ, in ducum Agathoclis manus venerunt : ubi de Pœnis capti eadem passi sunt, quæ in captos designarant.

CIV. Dinocrates vero cum exulibus, habens supra tria millia peditum, et non infra duo equitum millia, Galariam quæ vocatur occupat, quum ultro cives illum advocassent, et factione Agathoclis ejecta, ipse ante urbem castra locat. (2) Confestim vero ab Agathocle missis contra ipsum Pasiphilo et Demophilo cum quinque millibus, fit prœlium cum exulibus, quorum duces erant Dinocrates et Philonides, cornua inter se partiti. Anceps erat ad bene longum tempus certamen, dum cupide uterque exercitus confligit. Verum ubi prostrato ducum altero Philonide, acies illa terga vertit, etiam Dinocrates pedem referre coactus est. (3) Pasiphilus vero complures horum in fuga necavit, et Galaria recuperata, auctores defectionis supplicio affecit. Hinc certior factus Agathocles, Carthaginienses collem in Geloa, qui Ecnomus vocatur, occupasse, totis viribus cum illis decertare statuit. (4) Et citra moram contra illos profectus, ubi prope venit, ad pugnam eos lacessit, quod victoria proxima efferretur. Sed non ausis confligere Barbaris, subdialia citra pulverem se in potestate habere ratus, Syracusas regreditur, et nobilissima illic fana manubiis exornat. Hæc per illum annum gesta sunt, quantum nobis quidem assequi licuit.

CV. Quum vero Athenis Simonides archon esset, et Romani consules creassent M. Valerium et P. Decium; Cassander, Ptolemæus et Lysimachus pacem cum Antigono fecerunt, scripta etiam formula pactorum, in qua hæc erant comprehensa : ut Cassander summus Europæ dux esset, donec Alexander Rhoxanes filius ad maturam

ἔλθῃ, καὶ Λυσίμαχον μὲν τῆς Θρᾴκης κυριεύειν, Πτολεμαῖον δὲ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῶν συνοριζουσῶν ταύτῃ πόλεων κατά τε τὴν Λιβύην καὶ τὴν Ἀραβίαν, Ἀντίγονον δὲ ἀφηγεῖσθαι τῆς Ἀσίας πάσης· τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι. Οὐ μὴν ἐνέμειναν γε ταῖς ὁμολογίαις ταύταις, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν προφάσεις εὐλόγους ποριζόμενος πλεονεκτεῖν ἐπειρᾶτο. (2) Κάσσανδρος δὲ ὁρῶν Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Ῥωξάνης αὐξανόμενον, καὶ κατὰ τὴν Μακεδονίαν λόγους ὑπό τινων διαδιδομένους ὅτι καθήκει προάγειν ἐκ τῆς φυλακῆς τὸν παῖδα καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν παραδιδόναι, φοβηθεὶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσέταξε Γλαυκίᾳ τῷ προεστηκότι τῆς τοῦ παιδὸς φυλακῆς τὴν μὲν Ῥωξάνην καὶ τὸν βασιλέα κατασφάξαι καὶ κρύψαι τὰ σώματα, τὸ δὲ γεγονὸς μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀπαγγεῖλαι. (3) Ποιήσαντος δ' αὐτοῦ τὸ προσταχθέν, οἱ περὶ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον καὶ Πτολεμαῖον, ἔτι δ' Ἀντίγονον, ἀπηλλάγησαν τῶν ἀπὸ τοῦ βασιλέως προσδοκωμένων φόβων. (4) Οὐκέτι γὰρ ὄντος οὐδενὸς τοῦ διαδεξομένου τὴν ἀρχήν, τὸ λοιπὸν ἕκαστος τῶν κρατούντων ἐθνῶν ἢ πόλεων βασιλικὰς εἶχεν ἐλπίδας, καὶ τὴν ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένην χώραν εἶχεν ὡςανεί τινα βασιλείαν δορίκτητον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Εὐρώπην καὶ τὰ περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν ἐν τούτοις ἦν. (5) Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαῖοι δυνάμεσιν ἁδραῖς πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἐστράτευσαν ἐπὶ Πολλίτιον, Μαῤῥουκίνων οὖσαν πόλιν. Ἀπέστειλαν δὲ καὶ τῶν πολιτῶν εἰς ἀποικίαν, καὶ κατῴκισαν τὴν προςαγορευομένην Ἰντέραμναν.

CVI. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν ἀεὶ μᾶλλον αὐξομένου Ἀγαθοκλέους καὶ δυνάμεις ἁδροτέρας ἀθροίζοντος, Καρχηδόνιοι πυνθανόμενοι τὸν δυνάστην συσκευαζόμενον τὰς ἐν τῇ νήσῳ πόλεις, ταῖς δὲ δυνάμεσιν ὑπερέχοντα τῶν σφετέρων στρατηγῶν, ἔδοξαν ἐνεργέστερον ἅψασθαι τοῦ πολέμου. (2) Εὐθὺς οὖν τριήρεις μὲν κατήρτισαν τριάκοντα πρὸς ταῖς ἑκατόν, στρατηγὸν δὲ προχειρισάμενοι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπιφανεστάτων Ἀμίλκαν, ἔδωκαν αὐτῷ τῶν μὲν πολιτικῶν στρατιωτῶν δισχιλίους, ἐν οἷς ἦσαν πολλοὶ καὶ τῶν ἐπιφανῶν, τῶν δ' ἀπὸ τῆς Λιβύης μυρίους, ἐκ δὲ τῆς Τυῤῥηνίας μισθοφόρους χιλίους καὶ ζευγίππας διακοσίους, ἔτι δὲ Βαλιάρας σφενδονήτας χιλίους, ὁμοίως δὲ χρημάτων πλῆθος καὶ βελῶν καὶ σίτου καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς πόλεμον χρησίμων τὴν καθήκουσαν παρασκευήν. (3) Ἀναχθέντος δ' ἐκ τῆς Καρχηδόνος τοῦ στόλου παντὸς καὶ γενομένου πελαγίου, χειμὼν ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν ἑξήκοντα μὲν τριήρεις ἠφάνισε, διακόσια δὲ τῶν σιτηγῶν πλοίων διέφθειρεν· ὁ δὲ λοιπὸς στόλος μεγάλοις περιπεσὼν χειμῶσι μόγις διεσώθη πρὸς τὴν Σικελίαν. (4) Ἀπώλοντο δὲ καὶ τῶν ἐπιφανῶν Καρχηδονίων οὐκ ὀλίγοι, δι' οὓς συνέβη τὴν πόλιν δημόσιον ἄρασθαι πένθος. Εἰώθασι γάρ, ἐπειδὰν μείζων τις ἀτυχία γένηται περὶ τὴν πόλιν, μέλασι σακίοις κατακαλύπτειν τὰ τείχη. (5) Ἀμίλκας δ' ὁ στρατηγὸς ἀναλαβὼν

ætatem pervenisset; Lysimachus Thraciam in potestate haberet; Ptolemæus Ægypto et conterminis in Africa et Arabia urbibus imperaret; Antigonus præesset toti Asiæ, Græcique suis legibus viverent. Non tamen diu his pactis steterunt; sed unusquisque probabiles captans prætextus, subinde plura acquirere nitebatur. (2) Cassander quidem, quum Alexandrum Rhoxanes adolescere videret, et sermones per Macedoniam a quibusdam spargerentur, decere ut puero, e custodia producto, regnum paternum traderetur, sibi ipsi metuens, Glauciæ custodiæ præfecto imperavit, ut Rhoxanen obtruncaret cum rege, et cadaveribus occultatis, factum nemini mortalium enuntiaret. (3) Hoc imperata exsecuto, Cassander, Lysimachus, Ptolemæus, itemque Antigonus metu, qui a rege immineret, exsoluti fuere. (4) Quum enim nullus jam restaret in imperio successor, unusquisque deinceps gentes aut urbes in potestate habens, spes regias alebat, et provinciam, cui præfectus erat, tanquam regnum armis partum obtinebat. Res igitur Asiæ et Europæ, Græciæ denique et Macedoniæ ita comparatæ erant. (5) In Italia Romani validis equitum peditumque copiis adversus Pollitium Marrucinorum oppidum expeditionem susceperunt. Iidem parte civium in coloniam missa, Interamnam, quæ vocatur, habitandam illis dederunt.

CVI. In Sicilia vero dum in dies Agathoclis potentia crescit, ipseque numerosiores exercitus contrahit, certiores facti Carthaginienses, quod princeps iste oppida per insulam suæ ditionis faceret et viribus duces ipsorum superaret, gnavius bello incumbendum censuerunt. (2) Confestim ergo triremes instruunt centum et triginta, et Amilcarem, summæ nobilitatis virum, designant prætorem, eique tradunt militum civicorum duo millia, inter quos multi erant illustres viri; ex Africa vero decem millia, et ex Tyrrhenia mille conductitios, et rhedarios ducentos et Baleares funditores mille; magnam præterea vim pecuniæ, et telorum frumentique ac ceterorum ad bellum utilium, quem usus requirebat, apparatum. (3) Jamque universa classis portum Carthaginiensium egressa altum tenebat, quum derepente tempestas illam obruens, triremes sexaginta pessumdedit, et frumentarias ducentas corrupit. Classis reliqua, magnis tempestatibus agitata, vix tandem in Siciliam evasit. (4) Interierant etiam illustrium Carthaginiensium non pauci. Quod in causa fuit ut publicum civitas luctum susciperet. Nam si quando majus urbi infortunium accidit, nigris mœnia ciliciis obtegere moris est. (5) Amilcar vero, assumtis quos tempestas reliquos fece-

τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ χειμῶνος, μισθοφόρους συνῆγε καὶ τῶν κατὰ Σικελίαν συμμάχων ἐστρατολόγει τοὺς εὐθέτους. Παρέλαβε δὲ καὶ τὰς προϋπαρχούσας δυνάμεις, καὶ πάντων τῶν εἰς τὸν πόλεμον εὐθέτων ἐπιμέλειαν ποιησάμενος, ἐν ὑπαίθρῳ συνεῖχε τὰ στρατόπεδα, πεζοὺς μὲν ἔχων περὶ τοὺς τετρακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ σχεδὸν πεντακισχιλίους. Ταχὺ δὲ τὴν γεγενημένην ἀτυχίαν διορθωσάμενος, καὶ δόξας ἀγαθὸς εἶναι, τῶν μὲν συμμάχων τὰς ψυχὰς προκαταπεπληγμένας ἀνεκτήσατο, τοῖς δὲ πολεμίοις οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀγωνίαν ἐπέστησεν.

CVII. Ἀγαθοκλῆς δὲ τὰς τῶν Καρχηδονίων δυνάμεις ὁρῶν ὑπερεχούσας τῶν ἑαυτοῦ, διέλαβε τῶν τε φρουρίων οὐκ ὀλίγα μεταθήσεσθαι πρὸς τοὺς Φοίνικας καὶ τῶν πόλεων ὅσαι προσέκοπτον αὐτῷ. (2) Μάλιστα δ' εὐλαβεῖτο περὶ τῆς τῶν Γελῴων, πυνθανόμενος ἐν τῇ τούτων χώρᾳ πάσας εἶναι τὰς τῶν πολεμίων δυνάμεις. Ἐγένετο δ' αὐτῷ περὶ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ περὶ τὸν στόλον οὐ μικρὸν ἐλάττωμα· τῶν γὰρ νεῶν εἴκοσιν ἐπὶ τὸν πορθμὸν ὑποχείριοι τοῖς Καρχηδονίοις κατέστησαν σὺν αὐτοῖς ἀνδράσιν. (3) Οὐ μὴν ἀλλὰ κρίνας τὴν τῶν Γελῴων πόλιν ἀσφαλίσασθαι φρουρᾷ, φανερῶς οὐκ ἐτόλμα δύναμιν εἰσαγαγεῖν, ἵνα μὴ φθάσαι συμβῇ τοὺς Γελῴους προφάσεως δεομένους, καὶ τὴν πόλιν ἀποβάλῃ μεγάλας ἀφορμὰς αὐτῷ παρεχομένην. (4) Ἀπέστειλεν οὖν κατ' ὀλίγους τῶν στρατιωτῶν ὡς ἐπί τινας χρείας, ἕως ὅτου συνέβη τῷ πλήθει πολὺ προτερῆσαι τῶν πολιτικῶν. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸς παραγενόμενος, προδοσίαν ἐνεκάλεσε καὶ μετάθεσιν τοῖς Γελῴοις, εἴτε καὶ κατ' ἀλήθειαν αὐτῶν διανοηθέντων τι πρᾶξαι τοιοῦτον, εἴτε καὶ ψευδέσι διαβολαῖς φυγάδων πεισθείς, ἢ καὶ χρημάτων βουλόμενος εὐπορῆσαι, ἀπέσφαξε τῶν Γελῴων πλείους τῶν τετρακισχιλίων καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀνέλαβε. Προσέταξε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις Γελῴοις πᾶσι τά τε νομίσματα καὶ τὸν ἄσημον ἄργυρόν τε καὶ χρυσὸν ἀνενεγκεῖν, διαπειλησάμενος τιμωρήσασθαι τοὺς ἀπειθήσαντας. (5) Ταχὺ δὲ πάντων πραξάντων τὸ προσταχθὲν διὰ τὸν φόβον, χρημάτων τε πλῆθος ἤθροισε καὶ πᾶσι τοῖς ταττομένοις ὑφ' ἑαυτὸν δεινὴν ἐνεποίησε κατάπληξιν. Δόξας δ' ὠμότερον κεχρῆσθαι τοῦ καθήκοντος τοῖς Γελῴοις, τοὺς μὲν ἀποσφαγέντας εἰς τὰς ἐκτὸς τῶν τειχῶν τάφρους συνέχωσεν, ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν ἱκανὴν φρουρὰν ἀπολιπὼν ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς πολεμίοις.

CVIII. Κατεῖχον δὲ Καρχηδόνιοι μὲν τὸν Ἔκνομον λόφον, ὅν φασι φρούριον γεγενῆσθαι Φαλάριδος. Ἐν τούτῳ δὲ λέγεται κατεσκευακέναι τὸν τύραννον ταῦρον χαλκοῦν τὸν διαβεβοημένον πρὸς τὰς τῶν βεβασανισμένων τιμωρίας, ὑποκαιομένου τοῦ κατασκευάσματος· διὸ καὶ τὸν τόπον Ἔκνομον ἀπὸ τῆς εἰς τοὺς ἀτυχοῦντας ἀσεβείας προσηγορεῦσθαι. (2) Ἐκ δὲ θατέρου μέρους Ἀγαθοκλῆς ἕτερον τῶν Φαλάριδος γεγενημένων φρουρίων κατεῖχε, τὸ προσαγορευθὲν ἀπ' ἐκείνου Φαλάριον. Καὶ διὰ μέσων μὲν τῶν παρεμβολῶν ἦν πο-

rat, militem peregrinum conscribit, et ex sociis per Siciliam idoneorum agit delectum. Copias etiam ibi relictas sibi adjungit; et diligenter omnibus, quæ bello accommoda essent, procuratis, exercitum sub dio continet, peditum habens circiter quadraginta millia et equitum quinque millia ferme. Intra breve igitur tempus correcto, quod nuper acceperat, detrimento, quum vir bonus videretur, exterritos prius sociorum animos reparavit, nec vulgarem hostibus trepidationem incussit.

CVII. Agathocles contra, vires Carthaginiensium viribus suis longe majores esse videns, castella non pauca et quotquot exulceratis in ipsum animis essent oppida ad Pœnos defectura existimabat. (2) Geloorum vero urbi timebat maxime, quod in horum territorio omnes hostium copias esse audiret. Nec exiguum classis damnum hoc tempore illi evenit. De navibus enim viginti cum ipsis viris juxta fretum in Carthaginiensium potestatem venere. (3) Præsidio tamen Geloorum urbem tutandam ratus, aperte copias introducere non audebat, ne anteveniren ipsum Geloi, quibus occasio hactenus defuerat, atque ita oppido, quod magnas illi commoditates præstabat, excideret. (4) Paucos itaque milites paullatim, quasi res alias curantes, intromisit, donec numero longe superarent oppidanos; brevique post ipse profectus illuc, proditionis Geloos postulat et defectionis, sive revera tale quidpiam patrandi consilia agitaverant, sive exulum calumniis fidem adhiberet, aut certe pecunias ille corradere cuperet. Quattuor ergo millia Geloorum et amplius mactat, opesque horum sibi vindicat. Reliquis etiam Gelois omnibus edicit, ut et signatos nummos, et argentum aurumque infectum exhibeant, supplicium comminatus illis qui secus facerent. (5) Edictum hoc quum omnes præ metu confestim exsequerentur, magnam ille vim pecuniæ coacervat, et cunctis ditioni suæ subjectis magnum injecit terrorem. Et quum majore, quam par esset, crudelitate adversum Geloos usus putaretur, trucidatos in fossis extra mœnia tellure ingesta tumulavit; relictoque in urbe præsidio satis valido, ex adverso hostium castra posuit.

CVIII. Tenebant autem Carthaginienses Ecnomum collem, ubi Phalaridis castellum fuisse aiunt. In hoc celebrem illum taurum æneum habuisse tyrannus fertur, ad excruciandorum supplicia sic adornatum, ut sub dito igne machina incandesceret. Ideoque ab impia in miseros sævitia colli nomen Ecnomi (*Scelerati*) inditum. (2) E regione autem de castellis, quæ Phalaridis fuerant, Agathocles alterum, Phalarium ab illo nuncupatum, tenebat. In medio castrorum fluvius erat, quem veluti propugna-

ταμός, ὃν ἀμφότεροι πρόβλημα τῶν πολεμίων ἐπεποίηντο. Φῆμαι δὲ κατεῖχον ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων ὅτι δεῖ περὶ τὸν τόπον τοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων ἐν μάχῃ διαφθαρῆναι. Οὐχ ὄντος δὲ φανεροῦ παρ' ὁποτέροις γενήσεται τὸ ἀτύχημα, συνέβαινε δεισιδαιμονεῖν τὰ στρατόπεδα καὶ πρὸς μάχην ὀκνηρῶς ἔχειν. (3) Διόπερ ἐπὶ πολὺν χρόνον οὐδέτεροι τὸν ποταμὸν ἐτόλμων διαβαίνειν ἀθρόοις στρατιώταις, ἕως ὅτου παράλογός τις αἰτία προεκαλέσατ' αὐτοὺς εἰς τὸν ὁλοσχερῆ κίνδυνον. Τῶν γὰρ Λιβύων κατατρεχόντων τὴν πολεμίαν, Ἀγαθοκλῆς παρωξύνθη τὸ παραπλήσιον ποιῆσαι. Ἀγόντων δὲ λείαν τῶν Ἑλλήνων, καί τινα τῶν ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς ὑποζυγίων ἀπαγαγόντων, ἐπεξῆλθον ἐκ τοῦ τῶν Καρχηδονίων χάρακος οἱ τούτους διώξοντες. (4) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς προϊδόμενος τὸ μέλλον ἔσεσθαι, παρὰ τὸν ποταμὸν ἔθηκεν ἐνέδραν ἀνδρῶν ἐπιλέκτων ταῖς ἀρεταῖς. Οὗτοι δέ, τῶν Καρχηδονίων τοὺς τὴν λείαν ἄγοντας ἐπιδιωκόντων καὶ διαβάντων τὸν ποταμόν, ἐξανέστησαν ἐκ τῆς ἐνέδρας ἄφνω, καὶ προσπεσόντες ἀτάκτοις ῥᾳδίως ἐτρέψαντο. (5) Φονευομένων δὲ τῶν βαρβάρων καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν φευγόντων, Ἀγαθοκλῆς νομίσας ἥκειν τὸν καιρὸν τοῦ διαγωνίσασθαι, πᾶσαν ἤγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων στρατοπεδείαν. Προςπεσὼν δ' αὐτοῖς ἀπροςδοκήτως, καὶ ταχὺ μέρος τῆς τάφρου χώσας, ἀνέσπασε τὸν χάρακα καὶ βιαζόμενος εἰς τὴν παρεμβολὴν παρειςέπεσεν. (6) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι διά τε τὸ παράδοξον καταπεπληγμένοι καὶ πρὸς ἔκταξιν οὐ δυνάμενοι λαβεῖν ἀναστροφήν, ὡς ἔτυχε τοῖς πολεμίοις ἀπήντων καὶ ἠγωνίζοντο. Περὶ δὲ τὴν τάφρον ἀμφοτέρων ἐρρωμένως κινδυνευόντων, ταχὺ πᾶς ὁ πλησίον τόπος νεκρῶν κατεστρώθη. Οἵ τε γὰρ τῶν Καρχηδονίων ἐπιφανέστατοι τὴν παρεμβολὴν ὁρῶντες ἁλισκομένην ἐβοήθουν, οἵ τε περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα τῷ προτερήματι τεθαῤῥηκότες, καὶ νομίζοντες ἑνὶ κινδύνῳ καταλύσειν πάντα τὸν πόλεμον, ἐνέκειντο τοῖς βαρβάροις.

CIX. Ὁ δ' Ἀμίλκας ὁρῶν κατισχυομένους τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀεὶ πλείους παρειςπίπτοντας εἰς τὴν παρεμβολήν, ἐπέστησε τοὺς σφενδονήτας τοὺς ἐκ τῶν Βαλιαρίδων νήσων, ὄντας οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων. (2) Οὗτοι δὲ συνεχεῖς καὶ μεγάλους λίθους ἀφιέντες πολλοὺς μὲν ἐτραυμάτιζον, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῶν βιαζομένων ἀπέκτεινον, τῶν δὲ πλείστων τὰ σκεπάζοντα τῶν ὅπλων συνέτριβον· οἱ γὰρ ἄνδρες οὗτοι μναιαίους λίθους βάλλειν εἰωθότες μεγάλα συμβάλλονται πρὸς νίκην ἐν τοῖς κινδύνοις, ὡς ἂν ἐκ παίδων παρ' αὐτοῖς τῆς ἐν ταῖς σφενδόναις γυμνασίας διαπονουμένης. (3) Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐκβαλόντες ἐκράτησαν. Πάλιν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα κατ' ἄλλους τόπους προςβολὰς ἐποιοῦντο, καὶ δὴ τῆς παρεμβολῆς ἤδη κατὰ κράτος ἁλισκομένης, κατέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις δύναμις ἐκ Λιβύης ἀνέλπιστος. (4) Διὸ καὶ ταῖς ψυχαῖς πάλιν θαῤῥήσαντες οἱ μὲν ἐκ τῆς παρεμβολῆς κατὰ στόμα ἐκινδύνευον, οἱ δὲ παρόντες ἐπὶ τὴν βοήθειαν κύκλῳ

culum utrique contra hostem sibi fecerant. Rumores autem prioribus seculis invaluerant, magnæ hominum multitudini circa hunc locum in conflictu pereundum esse. Quæ clades utris eventura esset quum non constaret, factum est ut religione præpediti exercitus ad pugnam tardiores essent. (3) Itaque per longum tempus neutri cum universis copiis amnem transire audebant, donec repentina quædam causa ad justum eos conflictum excitavit. Quum enim Afri hosticum incursarent, Agathocles ad idem faciendum irritatur. Dum igitur prædam Græci abigunt, et a castris jumenta quædam abducunt, e Carthaginiensium vallo, qui eos sequantur, erumpunt. (4) Agathocles vero, quod futurum esset prævidens, eximiæ virtutis viros ad insidias collocaverat juxta flumen. Hi, dum Carthaginienses eos, qui prædam abigebant, insectantur, jamque fluvium trajecerant, repente ex insidiis consurgunt, et inordinatos aggressi facile in fugam vertunt. (5) Interea dum Barbari cæduntur et ad castra fugiunt, Agathocles, decertandi tempus jam adesse ratus, totum exercitum ad hostium castra ducit. Ex improviso igitur illos adortus, parte fossæ celeriter complanata valloque rescisso, vi in castra irrumpit. (6) Carthaginienses, repentina hac impressione consternati, quum ad explicandam aciem satis otii capere non possent, utut casus tulit, hostibus occurrunt et certamen ineunt. Et quia circa fossam dimicatur fortiter, mox totus in propinquo locus mortuis veluti constratus oppletur. Nam Carthaginiensium nobilissimi, ubi castra expugnari vident, suppetiis ferendis adsunt; contra Agathoclis milites, successu tam felici animosiores facti, unoque conflictu se bello defuncturos rati, Barbaris incumbunt.

CIX. Amilcar igitur, suos viribus inferiores esse et Græcorum subinde plures in castra se infundere videns, funditores ex Balearibus insulis, haud pauciores mille, admovet. (2) Hi crebro magnorum lapidum jactu multos vulnerant, nec paucos vim castris inferentium perimunt, ac plurimorum arma, quibus tegebantur, perfringunt. Nam id genus hominum ad lapides, qui minæ pondus habent, intorquendos condocefactum, ingens ad victoriam in prœliis momentum affert, ut qui a pueris in artis funditoriæ exercitationibus studiose excolantur. (3) Hoc modo etiam tunc extrusis e munitione castrorum Græcis, superiores exstitere. Agathocles tamen aliis in locis denuo impressionem in castra facit. Quæ quum jam expugnarentur, novæ ex Africa copiæ Carthagine ex insperato appellunt. (4) Quamobrem animis denuo confirmatis, qui in castris erant, a fronte dimicarunt; qui vero subsidio venerant, in orbem circumstetere Græcos: quibus vulneratis, in con-

περιίσταντο τοὺς Ἕλληνας. Ὧν τιτρωσκομένων παραδόξως, ἡ μὲν μάχη ταχὺ παλίντροπος ἐγένετο, ἔφευγον δ' οἱ μὲν εἰς τὸν Ἱμέραν ποταμόν, οἱ δ' εἰς τὴν παρεμβολήν. Τετταράκοντα σταδίους δ' ἐχούσης τῆς ἀποχωρήσεως, καὶ ταῦτα σχεδὸν πάσης πεδινῆς οὔσης, ἐπεδίωκον οἱ τῶν βαρβάρων ἱππεῖς, οὐκ ἐλάττονες ὄντες πεντακισχιλίων. Διὸ καὶ συνέβη τὸν μεταξὺ τόπον νεκρῶν πληρωθῆναι, πολλὰ συμβαλλομένου καὶ τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀπώλειαν. (5) Ὑπὸ κύνα γὰρ οὔσης τῆς ὥρας, καὶ τοῦ διωγμοῦ περὶ μέσον ἡμέρας γινομένου, οἱ πολλοὶ τῶν φευγόντων διά τε τὸ καῦμα καὶ τὴν ἐκ τῆς φυγῆς κακοπάθειαν ἔκδιψοι γενόμενοι λάβρως ἔπινον, καὶ ταῦθ' ἁλυκοῦ τοῦ ῥεύματος ὄντος. Διόπερ οὐκ ἐλάττους τῶν ἐν τῷ διωγμῷ σφαγέντων εὑρέθησαν παρὰ τὸν ποταμὸν τετελευτηκότες ἄτρωτοι. Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ τῶν μὲν βαρβάρων περὶ πεντακοσίους, τῶν δ' Ἑλλήνων οὐκ ἐλάττους ἑπτακισχιλίων.

CX. Ἀγαθοκλῆς δὲ τηλικαύτῃ συμφορᾷ περιπεσών, τοὺς ἐκ τῆς τροπῆς διασωθέντας ἀνέλαβε καὶ τὴν παρεμβολὴν ἐμπρήσας εἰς Γέλαν ἀπεχώρησε. Διαδόντος δ' αὐτοῦ λόγον ὡς κατὰ σπουδὴν εἰς Συρακούσας ἀναζευγνύειν διέγνωκε, τριακόσιοι τῶν ἐκ Λιβύης ἱππέων κατὰ τὴν χώραν περιέπεσόν τισι τῶν Ἀγαθοκλέους στρατιωτῶν. Ὧν εἰπόντων ὡς Ἀγαθοκλῆς εἰς Συρακούσας ἀποκεχώρηκεν, εἰσῆλθον εἰς Γέλαν ὡς φίλοι, καὶ διαψευσθέντες τῆς ἐλπίδος κατηκοντίσθησαν. (2) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς συνέκλεισεν αὑτὸν εἰς τὴν Γέλαν, οὐκ ἀδυνατῶν εἰς Συρακούσας διασωθῆναι, βουλόμενος δὲ περισπάσαι τοὺς Καρχηδονίους πρὸς τὴν πολιορκίαν τῆς Γέλας, ἵν' οἱ Συρακόσιοι πολλὴν ἄδειαν σχῶσι συγκομίσαι τοὺς καρπούς, ἀναγκάζοντος τοῦ καιροῦ. (3) Ὁ δ' Ἀμίλκας τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει πολιορκεῖν τὴν Γέλαν· πυνθανόμενος δ' ἐν ταύτῃ καὶ δύναμιν εἶναι τὴν ἀμυνομένην καὶ πάντων εὐπορεῖν τὸν Ἀγαθοκλέα, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς, τὰ δὲ φρούρια καὶ τὰς πόλεις ἐπιπορευόμενος προσήγετο, καὶ πᾶσιν ἐχρῆτο φιλανθρώπως, ἐκκαλούμενος τοὺς Σικελιώτας πρὸς εὔνοιαν. Καὶ Καμαριναῖοι μὲν καὶ Λεοντῖνοι, πρὸς δὲ τούτοις Καταναῖοι καὶ Ταυρομενῖται, παραχρῆμα πρέσβεις ἐκπέμψαντες προσέθεντο Καρχηδονίοις. (4) Μετ' ὀλίγας δ' ἡμέρας οἵ τε Μεσσήνιοι καὶ Ἀβακαινῖνοι καὶ συχναὶ τῶν πόλεων ἀλλήλας φθάνουσαι πρὸς Ἀμίλκαν ἀφίσταντο. Τοσαύτη τοῖς ὄχλοις ἐνέπεσεν ὁρμὴ μετὰ τὴν ἧτταν διὰ τὸ πρὸς τὸν τύραννον μῖσος. (5) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπαγαγὼν τὴν ὑπολελειμμένην δύναμιν εἰς Συρακούσας, τὰ πεπονηκότα τῶν τειχῶν ἐπεσκεύαζε καὶ τὸν ἀπὸ τῆς χώρας σῖτον ἀπεκόμιζε, διανοούμενος τῆς μὲν πόλεως τὴν ἱκανὴν ἀπολιπεῖν φυλακήν, τῆς δὲ δυνάμεως τὴν κρατίστην μετάγειν εἰς Λιβύην καὶ μετατιθέναι τὸν πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον ἐκ τῆς νήσου. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν τὴν εἰς Λιβύην Ἀγαθοκλέους διάβασιν ἀρχὴν ποιησόμεθα τῆς ἑπομένης βίβλου.

trarium subito præter opinionem sors pugnæ se convertit. Nam fugam arripuere Græci, pars in Himeram fluvium, pars in castra, quo per quadraginta stadia receptus erat; et quia tractus ille campestris erat, Barbarorum equites non infra quinque millia insequebantur. Hinc evenit ut totum in medio spatium cadaveribus oppleretur, fluvio etiam multum adjuvante Græcorum interitum. (5) Quum enim canicularis tum esset anni tempestas, et persecutio illa circa meridiem fieret, plerique fugientium per æstum fugæque ærumnam siti correpti affatim et salsam quidem undam bibebant. Propterea non pauciores iis, qui inter fugiendum trucidati fuerant, absque vulnere prope fluvium mortui sunt inventi. Ceciderunt autem in hac pugna Barbarorum circiter quingenti, Græcorum septem millibus non pauciores.

CX. Tam insigni affectus clade Agathocles fuga elapsos assumsit, incensisque castris, Gelam se recepit. Famam autem de se sparserat, quod illico Syracusas movere constituisset. Inciderunt tum in agro trecenti Africani equites in quosdam Agathoclis milites: a quibus Agathoclem Syracusas recessisse edocti, Gelam, ut amici, intrarunt. Verum spe irrita, jaculis confossi interierunt. (2) Concluserat autem se Agathocles intra Gelam, non quod Syracusas evadere non posset, sed quod abstrahere vellet Carthaginienses ad obsidionem Gelæ, ut Syracusanis interim sat tuti otii ad fruges comportandas esset, quando tempus ita tum flagitaret. (3) Amilcar initio quidem Gelam obsidere sibi proposuerat; sed manum inesse audiens, quæ propulsando foret, et Agathoclem copia rerum instructum, ab eo conatu destitit, et oppida castellaque adiens, in ditionem ea recepit, ergaque omnes humaniter se gessit, ut Siculorum erga se benevolentiam excitaret. Camarinæi ergo et Leontini, itemque Catinenses et Tauromenitæ, missis continuo legatis, ad Carthaginienses se applicant. (4) Paucisque diebus post Messanii et Abacænini et multæ civitates aliæ, quæ prior esset inter se certantes, ad Amilcarem deficiunt: tanta post cladem illam tyranni odio vulgus contentio incessit. (5) Agathocles vero, abductis, quæ reliquæ manserant, copiis Syracusas, partes murorum ruinosas reficit, fruges ex agris deportat, et hoc mente agitat, ut justo ad urbem præsidio relicto, robur exercitus in Africam deportet, bellumque ab insula transferat in continentem. Nos igitur, prout initio a nobis institutum, trajectionem Agathoclis in Africam libri sequentis initium faciemus.

ΒΙΒΛΟΣ ΕΙΚΟΣΤΗ.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Διοδώρου βίβλων.

α'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς διαβὰς εἰς Λιβύην, ἐνίκησε παρατάξει Καρχηδονίους καὶ πολλῶν πόλεων ἐκυρίευσεν.

β'. Ὡς Κάσσανδρος Αὐτολέοντι μὲν ἐβοήθησε, πρὸς δὲ Πτολεμαῖον τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν ἀποστάτην γενόμενον συμμαχίαν ἐποιήσατο.

γ'. Ὡς Πτολεμαῖος μὲν τῶν περὶ Κιλικίαν πόλεών τινας εἷλε, Δημήτριος δ' ὁ Ἀντιγόνου ταύτας ἀνεκτήσατο.

δ'. Ὡς Πολυσπέρχων μὲν Ἡρακλέα τὸν ἐκ Βαρσίνης ἐπεχείρησε κατάγειν ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν, Πτολεμαῖος δὲ Νικοκρέοντα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων ἐπανείλατο.

ε'. Περὶ τῶν πραχθέντων ἐν μὲν τῷ Βοσπόρῳ τοῖς βασιλεῦσι, κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαίοις καὶ Σαμνίταις.

ϛ'. Πτολεμαίου στρατεία ἐπὶ Κιλικίαν καὶ τὴν ἑξῆς παραθαλάττιον.

ζ'. Ἡρακλέους ἀναίρεσις ὑπὸ Πολυσπέρχοντος.

η'. Ἀμίλκου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Καρχηδονίων ἅλωσις ὑπὸ Συρακουσίων.

θ'. Ὡς Ἀκραγαντῖνοι τοὺς Σικελιώτας ἐλευθεροῦν ἐπεχείρησαν.

ι'. Ὡς τῶν Συρακουσίων εἴκοσι ναῦς ἥλωσαν.

ια'. Περὶ τῆς ἐν Λιβύῃ γενομένης στάσεως καὶ τοῦ κινδύνου τοῦ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα.

ιβ'. Περὶ τῶν πραχθέντων Ἀππίῳ Κλαυδίῳ κατὰ τὴν τιμητικὴν ἀρχήν.

ιγ'. Παράδοσις Κορίνθου καὶ Σικυῶνος Πτολεμαίῳ.

ιδ'. Κλεοπάτρας ἐν Σάρδεσιν ἀναίρεσις.

ιε'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς Καρχηδονίους μὲν ἐνίκησε μάχῃ, τὸν δὲ δυνάστην τῆς Κυρήνης Ὀφέλλαν μεταπεμψάμενος ἐπὶ κοινοπραγίαν κατέσφαξε, καὶ τὴν μετὰ τούτου δύναμιν παρέλαβεν.

ιϛ'. Ὡς Καρχηδόνιοι Βομίλκαν ἐπιθέμενον τυραννίδι κατέλυσαν.

ιζ'. Ὡς Ἀγαθοκλέους ἀποπέμψαντος εἰς Σικελίαν τὰ λάφυρα, τινὰ τῶν πλοίων ἐναυάγησεν.

ιη'. Ὡς Ῥωμαῖοι Μαρσοῖς μὲν πολεμουμένοις ὑπὸ Σαμνιτῶν ἐβοήθησαν, ἐν δὲ τῇ Τυῤῥηνίᾳ Κάπριον ἐξεπολιόρκησαν.

ιθ'. Δημητρίου τοῦ πολιορκητοῦ κατάπλους εἰς τὸν Πειραιᾶ καὶ τῆς Μουνυχίας ἅλωσις.

κ'. Ἐλευθέρωσις Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων.

κα'. Πλοῦς ἐπὶ Κύπρον Δημητρίου καὶ μάχη πρὸς Μενέλαον τὸν στρατηγὸν καὶ Σαλαμῖνος πολιορκία.

κβ'. Ναυμαχία Δημητρίου πρὸς Πτολεμαῖον καὶ νίκη Δημητρίου.

κγ'. Παράληψις Κύπρου τε πάσης καὶ τῆς Πτολεμαίου δυνάμεως.

κδ'. Ὡς μετὰ τὴν νίκην ταύτην Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου περιθεμένων διάδημα, ζηλοτυπήσαντες οἱ λοιποὶ δυνάσται βασιλεῖς ἑαυτοὺς ἀνηγόρευσαν.

κε'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς Ἰτύκην ἐκπολιορκήσας διεβίβασε μέρος τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Σικελίαν.

κϛ'. Ὡς Ἀκραγαντῖνοι παραταξάμενοι πρὸς τοὺς Ἀγαθοκλέους στρατηγοὺς ἡττήθησαν.

κζ'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς Ἡράκλειαν μὲν καὶ Θέρμα καὶ Κεφαλοίδιον προσηγάγετο, τὴν δὲ τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώραν καὶ πόλιν ἐξηνδραποδίσατο.

κη'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς ἐν Σικελίᾳ ναυμαχίᾳ μὲν ἐνίκησε Καρχηδονίους, μάχῃ δ' Ἀκραγαντίνους.

LIBER VICESIMUS.

Hæc vicesimo Diodori volumine continentur.

1. *Ut Agathocles in Africam transgressus, collatis signis Carthaginienses vicerit, urbesque multas acceperit in potestatem.*
2. *Ut Cassander Autoleonti opem tulerit, et cum Ptolemæo Antigoni legato, postquam ab illo defecerat, societatem inierit.*
3. *Ut Ptolemæus nonnullas Ciliciæ urbes ceperit, sed Demetrius, Antigoni filius, easdem recuperarit.*
4. *Ut Polysperchon Herculem,* (Alexandri filium) *ex Barsine susceptum, in regnum paternum reducere sit conatus, et Ptolemæus Nicocreontem* (Nicoclem) *Paphiorum regem ad mortem adegerit.*
5. *De rebus in Bosporo a regibus, et a Romanis Samnitibusque in Italia gestis.*
6. *Ptolemæi in Ciliciam et maritimam deinceps regionem expeditio.*
7. *Hercules* (Alexandri filius) *a Polysperchonte interimitur.*
8. *Amilcar, Carthaginiensium imperator, a Syracusanis capitur.*
9. *Ut Agrigentini Siculos in libertatem asserère conati sint.*
10. *Ut viginti Syracusanorum naves captæ sint.*
11. *De exorta in Africa seditione et Agathoclis periculo.*
12. *Quæ Appius Claudius in censura gesserit.*
13. *Corinthus et Sicyon Ptolemæo deditæ.*
14. *Cleopatra Sardibus necata.*
15. *Ut Agathocles prælio Carthaginienses vicerit, et Ophellam Cyrenes principem, societatis causa accitum, trucidarit, ejusque copias sibi adjunxerit.*
16. *Ut Carthaginienses Bomilcarem, qui dominatum arripiebat, everterint* (lapidibus cooperuerint?)
17. *Ut nonnulli Agathoclis naves, quibus spolia in Siciliam miserit, naufragium passæ fuerint.*
18. *Ut Romani Marsis, Samnitum bello vexatis, auxilium tulerint, et Caprium in Etruria expugnarint.*
19. *Demetrius Poliorcetes in Piræeum navigat, et Munychiam in potestatem redigit.*
20. *Libertas Atheniensibus et Megarensibus restituta.*
21. *Demetrii in Cyprum navigatio, et pugna cum Menelao duce, et Salaminis obsidio.*
22. *Navale Demetrii prælium cum Ptolemæo, et Demetrii victoria.*
23. *Totius Cypri, una cum copiis Ptolemæi, subactio.*
24. *Ut post eam victoriam Antigonus et Demetrius diadema sibi imposuerint: idquod ceteri principes æmulati, se quoque reges nuncuparint.*
25. *Ut Agathocles, Utica expugnata, partem exercitus in Siciliam trajecerit.*
26. *Ut Agrigentini, cum Agathoclis ducibus acie congressi, succubuerint.*
27. *Ut Agathocles Heracleam et Therma Cephalædiumque subjunxerit, et Apolloniatarum agrum cum urbe manciparit.*
28. *Ut Agathocles in Sicilia prælio navali Carthaginienses, terrestri autem pugna Agrigentinos profligarit.*

κθ'. Διάβασις εἰς Λιβύην Ἀγαθοκλέους τὸ δεύτερον καὶ ἧττα.
λ'. Αἱ γενόμεναι ταραχαὶ κατὰ τὰ ἑκατέρων στρατόπεδα.
λα'. Ἀγαθοκλέους δρασμὸς εἰς Σικελίαν.
λβ'. Αἱ γενόμεναι σφαγαὶ τῶν Σικελιωτῶν ὑπὸ Ἀγαθοκλέους.
λγ'. Στρατεία Ἀντιγόνου βασιλέως μεγάλαις δυνάμεσιν ἐπ' Αἴγυπτον.
λδ'. Ἀπόστασις Πασιφίλου στρατηγοῦ ἀπὸ Ἀγαθοκλέους.
λε'. Ὡς Καρχηδόνιοι συνέθεντο τὴν εἰρήνην πρὸς Ἀγαθοκλέα.
λς'. Ὡς Ῥόδον πολιορκήσας Δημήτριος διελύσατο τὴν πολιορκίαν.
λζ'. Ὡς Ῥωμαῖοι Σαμνίτας δυσὶ μάχαις ἐνίκησαν.
λη'. Ὡς Δημήτριος ἀπὸ τῆς Ῥόδου πλεύσας εἰς τὴν Ἑλλάδα, τὰς πλείστας πόλεις ἠλευθέρωσεν.
λθ'. Ὡς Ἀγαθοκλῆς Λιπαραίους χρήματα ἀδίκως εἰσπραξάμενος ἀπέβαλε τὰς ναῦς ἐν αἷς ἦν τὰ χρήματα.
μ'. Ὡς Ῥωμαῖοι τὸ μὲν ἔθνος τῶν Αἰκλων κατεπολέμησαν, πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συνέθεντο τὴν εἰρήνην.
μα'. Τὰ πραχθέντα Κλεωνύμῳ περὶ τὴν Ἰταλίαν.
μβ'. Δι' ἃς αἰτίας οἱ περὶ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον, ἔτι δὲ Σέλευκον καὶ Πτολεμαῖον, συνδραμόντες ἐνεστήσαντο τὸν πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντίγονον.
μγ'. Στρατεία Κασσάνδρου μὲν ἐπὶ Δημήτριον εἰς Θεσσαλίαν, Λυσιμάχου δ' εἰς τὴν Ἀσίαν.
μδ'. Ἀπόστασις Δοκίμου καὶ Φοίνικος τῶν στρατηγῶν ἀπ' Ἀντιγόνου.
με'. Ὡς Ἀντίγονος ἀντιστρατοπεδεύσας Λυσιμάχῳ πολὺ προεῖχε ταῖς δυνάμεσιν.
μς'. Ὡς Δημήτριον τὸν υἱὸν ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετεπέμψατο.
μζ'. Ὡς Πτολεμαῖος μὲν ἐχειρώσατο τὰς πόλεις τὰς ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ, Σέλευκος δ' ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν τὴν κατάβασιν ἐποιήσατο μέχρι Καππαδοκίας.
μη'. Διάλυσις ἁπασῶν τῶν δυνάμεων εἰς χειμασίαν.

29. *Agathocles iterum in Africam transmittit, et succumbit.*
30. *Turbæ in castris utrinque excitatæ.*
31. *Agathoclis fuga in Siciliam.*
32. *Cædes Siculorum ab Agathocle perpetrata.*
33. *Antigoni regis cum magnis copiis in Ægyptum expeditio.*
34. *Pasiphilus dux ab Agathocle desciscit.*
35. *Ut pacis fœdus cum Agathocle inierint Carthaginienses.*
36. *Ut Demetrius Rhodum, aliquamdiu oppugnatam, tandem obsidione liberarit.*
37. *Ut Romani Samnites duobus prœliis fuderint.*
38. *Ut Demetrius ex Rhodo in Græciam transvectus, plerasque urbes liberas esse jusserit*
39. *Ut Agathocles, quum a Liparæis pecunias contra jus et æquum extorsisset, navium argento onustarum jacturam fecerit.*
40. *Ut Romani Æquorum gentem debellarint, et cum Samnitibus pacem sanciverint.*
41. *Res a Cleonymo in Italia gestæ.*
42. *Quas ob causas Cassander, Lysimachus, Seleucus et Ptolemæus inter se conspiratione inita, bellum Antigono intulerint.*
43. *Expeditio Cassandri adversus Demetrium in Thessaliam, et Lysimachi in Asiam.*
44. *Docimi et Phœnicis ducum ab Antigono defectio.*
45. *Ut Antigonus, contra Lysimachum castra metatus, copiis eum longe superarit.*
46. *Ut Demetrium filium ex Græcia arcessiverit.*
47. *Ut Ptolemæus urbes in Cava Syria subegerit, et Seleucus, e superioribus provinciis descendens, ad Cappadociam usque processerit.*
48. *Digressio copiarum omnium in hiberna.*

I. Τοῖς εἰς τὰς ἱστορίας ὑπερμήκεις δημηγορίας παρεμβάλλουσιν ἢ πυκναῖς χρωμένοις ῥητορείαις δικαίως ἄν τις ἐπιτιμήσειεν. Οὐ μόνον γὰρ τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως διὰ τὴν ἀκαιρίαν τῶν ἐπεισαγομένων λόγων διασπῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοτίμως ἐχόντων πρὸς τὴν τῶν πράξεων ἐπίγνωσιν *. (2) Καίτοι γε τοὺς ἐπιδείκνυσθαι βουλομένους λόγου δύναμιν ἔξεστι κατ' ἰδίαν δημηγορίας καὶ πρεσβευτικοὺς λόγους, ἔτι δὲ ἐγκώμια καὶ ψόγους καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, συντάττεσθαι. Τῇ γὰρ οἰκονομίᾳ τῶν λόγων χρησάμενοι, καὶ τὰς ὑποθέσεις χωρὶς ἑκατέρας ἐξεργασάμενοι, κατὰ λόγον ἂν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πραγματείαις εὐδοκιμοῖεν. (3) Νῦν δ' ἔνιοι πλεονάσαντες ἐν τοῖς ῥητορικοῖς λόγοις, προσθήκην ἐποιήσαντο τὴν ὅλην ἱστορίαν τῆς δημηγορίας. Λυπεῖ δ' οὐ μόνον τὸ κακῶς γραφέν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοκοῦν ἐν τοῖς ἄλλοις ἐπιτετεῦχθαι τόπων καὶ καιρῶν τῆς οἰκείας τάξεως διημαρτηκός. (4) Διὸ καὶ τῶν ἀναγινωσκόντων τὰς τοιαύτας πραγματείας οἱ μὲν ὑπερβαίνουσι τὰς ῥητορείας, κἂν ὅλως ἐπιτετεῦχθαι δόξωσιν, οἱ δὲ διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν ἀκαιρίαν τοῦ συγγραφέως ἐκλυθέντες τὰς ψυχάς, τὸ παράπαν ἀφίστανται τῆς ἀναγνώσεως, οὐκ ἀλόγως τοῦτο πάσχοντες. (4) Τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας γένος ἁπλοῦν ἐστι καὶ συμφυὲς ἑαυτῷ

I. Qui prolixas nimis conciones historiis inserunt aut crebris declamationibus utuntur, eos non injuria quis reprehendat. Præterquam enim quod continuam narrationis seriem intempestiva orationum introductione interrumpunt, etiam illos, qui cupide ac studiose expetunt rerum cognitionem, *remorantur*. (2) At enimvero quos suam dicendi facultatem ostentare juvat, iis seorsum conciones publicas et sermones a legatis habitos, laudationes item et vituperationes atque id genus alia componere licet. Nam qui stili moderatione adhibita, separatim utrumque argumentum elaborarint, non præter rationem utroque tractationis genere laudem promerentur. (3) Jam vero occurrunt qui in rhetoricis ornamentis nimii, totam historiam velut appendicem concionum fecere. Atqui non mala dumtaxat scriptio molesta est, sed illa etiam, quæ, licet in ceteris scopum attingere videatur, a conveniente tamen locorum et temporum ordine aberrat. (4) Propterea qui id genus scripta legunt, partim artificiosas illas orationes, etiamsi maxime appositæ videantur, transiliunt; partim prolixitate et intempestiva scriptoris diligentia lassati, prorsum a lectione desistunt; nec id injuria. (5) Nam historiæ natura simplex est et inter se cohærens, adeoque corpori animato

καὶ τὸ σύνολον ἐμψύχῳ σώματι παραπλήσιον, οὗ τὸ μὲν ἐσπαραγμένον ἐστέρηται τῆς ψυχικῆς χάριτος, τὸ δὲ τὴν ἀναγκαίαν σύνθεσιν ἔχον εὐκαίρως τετήρηται καὶ τῷ συμφυεῖ τῆς ὅλης περιγραφῆς ἐπιτερπῆ καὶ σαφῆ παρίστησι τὴν ἀνάγνωσιν.

II. Οὐ μὴν παντελῶς γε τοὺς ῥητορικοὺς λόγους ἀποδοκιμάζοντες ἐκβάλλομεν ἐκ τῆς ἱστορικῆς πραγματείας τὸ παράπαν. Ὀφειλούσης γὰρ τῆς ἱστορίας τῇ ποικιλίᾳ κεκοσμῆσθαι, κατ' ἐνίους τόπους ἀνάγκη προςλαμβάνεσθαι καὶ τοὺς τοιούτους λόγους· καὶ ταύτης τῆς εὐκαιρίας οὐδ' ἂν ἐμαυτὸν ἀποστερῆσαι βουληθείην· ὥςθ' ὅταν τὰ τῆς περιστάσεως ἀπαιτῇ πρεσβευτοῦ ἢ συμβούλου δημηγορίαν ἢ τῶν ἄλλων τι τοιοῦτον, ὁ μὴ τεθαῤῥηκότως συγκαταβαίνων πρὸς τοὺς ἐν τοῖς λόγοις ἀγῶνας καὶ αὐτὸς ὑπαίτιος ἂν εἴη. (2) Οὐχ ὀλίγας γὰρ ἄν τις αἰτίας εὕροι, καθ' ἃς κατὰ πολλὰ ἀναγκαίως παραληφθήσεται τὰ τῆς ῥητορείας. Ἢ γὰρ πολλῶν εἰρημένων εὐστόχως καὶ καλῶς, οὐ παραλειπτέον δι' ὀλιγωρίαν τὰ μνήμης ἄξια καὶ τῇ ἱστορίᾳ κεχραμένην ἔχοντα τὴν ὠφέλειαν· ἢ μεγάλων καὶ λαμπρῶν τῶν ὑποθέσεων οὐσῶν, οὐ περιορατέον ἐλάττονα τῶν ἔργων φανῆναι τὸν λόγον· ἔστι δ' ὅτε παρὰ προςδοκίαν τοῦ τέλους ἐκβάντος, ἀναγκασθησόμεθα τοῖς τῆς ὑποθέσεως λόγοις χρήσασθαι χάριν τοῦ λῦσαι τὴν ἀλογίαν. (3) Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις ἡμῖν ἐχέτω· περὶ δὲ τῶν ὑποκειμένων πράξεων ῥητέον, παραθέντας πρότερον τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. Ἐν μὲν οὖν ταῖς προηγουμέναις βίβλοις ἀναγεγράφαμεν ἀπὸ τῶν ἀρχαιοτάτων χρόνων τὰς πράξεις τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἕως ἐπὶ τὸν προηγούμενον ἐνιαυτὸν τῆς Ἀγαθοκλέους στρατείας εἰς τὴν Λιβύην, εἰς ἣν ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἔτη συνάγεται τρισὶ πλείω τῶν ὀκτακοσίων ἑβδομήκοντα· ἐν ταύτῃ δὲ τὸ συνεχὲς προςτιθέντες τῆς ἱστορίας, ἀρξόμεθα μὲν ἀπὸ τῆς εἰς Λιβύην διαβάσεως Ἀγαθοκλέους, καταλήξομεν δ' εἰς τὸν ἐνιαυτὸν καθ' ὃν οἱ βασιλεῖς συμφρονήσαντες κοινῇ διαπολεμεῖν ἤρξαντο πρὸς Ἀντίγονον τὸν Φιλίππου, περιλαβόντες ἔτη ἐννέα.

III. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Ἱερομνήμονος Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Γάϊον Ἰούνιον καὶ Κόϊντον Αἰμίλιον. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Ἀγαθοκλῆς ἡττημένος ὑπὸ Καρχηδονίων τῇ περὶ τὸν Ἱμέραν μάχῃ, καὶ τὸ πλεῖστον καὶ κράτιστον τῆς δυνάμεως ἀποβεβληκώς, συνέφυγεν εἰς τὰς Συρακούσας. (2) Ὁρῶν δὲ τοὺς συμμάχους ἅπαντας μεταβεβλημένους, καὶ τοὺς βαρβάρους πλὴν Συρακουσῶν ἁπάσης σχεδὸν Σικελίας κυριεύοντας, καὶ πολὺ προέχοντας ταῖς τε πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσιν, ἐπετελέσατο πρᾶξιν ἀνέλπιστον καὶ παραβολωτάτην. (3) Πάντων γὰρ διειληφότων μηδ' ἂν ἐγχειρήσειν αὐτὸν τοῖς Καρχηδονίοις ἀντιταχθῆναι, διενοήσατο τῆς μὲν πόλεως τὴν ἱκανὴν ἀπολιπεῖν φυλακήν, τῶν δὲ στρατιωτῶν τοὺς εὐθέτους ἐπιλέξαι καὶ μετὰ τούτων εἰς τὴν Λιβύην διακομισθῆ-

similis, cujus pars avulsa gratiam illam animalem deperdit; contra quod debitam habet compositionem, suo commode loco observatur, et totius descriptionis cohærentia jucundam et perspicuam exhibet lectionem.

II. Nec tamen artificium rhetoricum, usquequaque repudiatum, omnino ex historico opere profligamus. Nam quia varietate historia exornari debet, quibusdam in locis hujusmodi orationes adoptari necessum est; et hac opportunitate ne me quidem privatum velim. Itaque si rerum conditio legati aut consiliarii aut id genus aliorum orationem expetit, qui tum ad certamen eloquentiæ non animose descenderit, etiam ipse culpandus fuerit. (2) Rationes enim non paucas quis invenerit, de quibus sæpenumero rhetoricus ornatus sit adhibendus. Nam de multis dextre ac præclare dictis per negligentiam haudquaquam prætereunda sunt memoratu digna, et quæ conjunctam cum historia utilitatem habent; aut ubi res magnificæ fuerint atque splendidæ, concedendum minime, ut a magnitudine argumenti oratio superari videatur. Est etiam, ubi præter exspectationem aliquid evenit, ut ad dissolvendum intricatæ rationis nodum accommodatis instituto verbis uti cogamur. (3) Verum de hisce nobis dicta hactenus sufficiant. Nunc ad rerum propositarum commemorationem procedendum, si tempora, quæ in hanc scriptionem cadunt, prius fuerint annotata. In antecedentibus libris res a Græcis et Barbaris gestas a vetustissimis inde temporibus prosecuti sumus, usque ad annum qui expeditionem Agathoclis in Africam proxime antecedit: ad quam ab expugnatione Trojæ septuaginta tres anni supra octingentos computantur. In hoc autem volumine, annexis, quæ cum superioribus cohærent, annos novem complexi a trajectione Agathoclis in Libyam exordiemur, atque in eum desinemus annum, quo reges, animis et opibus conjuncti, Antigono Philippi commune bellum intulerunt.

III. Archonte Hieromnemone Athenis, et consulibus Romæ C. Junio et Q. Æmilio, in Sicilia Agathocles, pugna ad Himeram a Carthaginiensibus profligatus, maxima exercitus parte, in qua præcipuæ vires, amissa, confugerat Syracusas. (2) Ubi quum socios defecisse universos, et Barbaros Siciliam fere totam præter Syracusas in ditionem redegisse, copiisque tum terrestribus tum navalibus longe præstare cerneret, rem insperatam et maxime temerariam suscepit. (3) Dum enim in hac opinione sunt omnes, illum reluctari Carthaginiensibus ne conaturum quidem; ipse relinquere in urbe præsidium satis firmum, et cum delecta suorum manu in Africam trajicere animum induxit.

ναι· τοῦτο γὰρ πράξας ἤλπιζε τοὺς μὲν ἐν τῇ Καρχηδόνι τετρυφηκότας ἐν εἰρήνῃ πολυχρονίῳ, καὶ διὰ τοῦτ' ἀπείρους ὄντας τῶν ἐν ταῖς μάχαις κινδύνων, ὑπὸ τῶν ἐνηθληκότων τοῖς δεινοῖς ῥᾳδίως ἡττηθήσεσθαι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν Λιβύην συμμάχους, βαρυνομένους τοῖς προςτάγμασιν ἐκ πολλῶν χρόνων, λήψεσθαι καιρὸν τῆς ἀποστάσεως, τὸ δὲ μέγιστον, διαρπάσειν ἀπροςδοκήτως ἐπιφανεὶς χώραν ἀπόρθητον καὶ διὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων εὐδαιμονίαν πεπληρωμένην παντοίων ἀγαθῶν, τὸ δ' ὅλον ἀπὸ τῆς πατρίδος καὶ πάσης Σικελίας περισπάσειν τοὺς βαρβάρους, καὶ πάντα τὸν πόλεμον μετάξειν εἰς τὴν Λιβύην· ὅπερ καὶ συνετελέσθη.

IV. Τὴν γὰρ ἐπίνοιαν ταύτην οὐδενὶ τῶν φίλων δηλώσας, τῆς μὲν πόλεως ἐπιμελητὴν Ἄντανδρον τὸν ἀδελφὸν κατέστησε μετὰ τῆς ἱκανῆς φυλακῆς, αὐτὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐπιλέγων τοὺς εὐθέτους κατέγραφε, τοῖς μὲν πεζοῖς παραγγέλλων ἑτοίμους εἶναι μετὰ τῶν ὅπλων, τοῖς δ' ἱππεῦσι διακελευόμενος ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν χωρὶς τῆς πανοπλίας ὑπηρέσιον καὶ χαλινόν, ὅπως, ὅταν ἵππων κυριεύσῃ, τοὺς ἀναβησομένους ἑτοίμους ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐξηρτυμένους. (2) Κατὰ γὰρ τὴν προγεγενημένην ἧτταν τῶν μὲν πεζῶν ἀπολώλεισαν οἱ πλείους, οἱ δ' ἱππεῖς ὑπῆρχον διασεσωσμένοι σχεδὸν ἅπαντες, ὧν τοὺς ἵππους οὐκ ἠδύνατο διακομίζειν εἰς τὴν Λιβύην. (3) Ἵνα δὲ χωρισθέντος αὐτοῦ μὴ νεωτερίζωσιν οἱ Συρακόσιοι, διεζεύγνυε τὰς συγγενείας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μάλιστα ἀδελφοὺς ἀπ' ἀδελφῶν καὶ πατέρας ἀπὸ παίδων, τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς πόλεως ἀπολείπων, τοὺς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ διακομίζων. (4) Πρόδηλον γὰρ ἦν ὡς οἱ μένοντες ἐν ταῖς Συρακούσαις, κἂν ἀλλοτριώτατοι τυγχάνωσι πρὸς τὸν δυνάστην, διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀπογόνους εὔνοιαν οὐδὲν ἂν πράξειαν ἄτοπον κατ' Ἀγαθοκλέους. (5) Ἀπορούμενος δὲ χρημάτων, τά τε τῶν ὀρφανῶν παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων εἰςεπράξατο, φάσκων πολὺ βέλτιον ἐκείνων ἐπιτροπεύσειν καὶ τοῖς παισὶν εἰς ἡλικίαν ἐλθοῦσι πιστότερον ἀποδώσειν, ἐδανείσατο δὲ καὶ παρὰ τῶν ἐμπόρων καί τινα τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναθημάτων ἔλαβε καὶ τῶν γυναικῶν τὸν κόσμον περιείλετο. (6) Ἐπειθ' ὁρῶν καὶ τῶν εὐπορωτάτων τοὺς πλείστους δυςχεραίνοντας τοῖς πραττομένοις καὶ πρὸς αὐτὸν ἀλλοτριώτατα διακειμένους, συνήγαγεν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ περί τε τῆς προγεγενημένης συμφορᾶς καὶ τῶν προςδοκωμένων δεινῶν κατοδυρόμενος, αὐτὸς μὲν ῥᾳδίως ὑπομένειν ἔφησε τὴν πολιορκίαν, συνήθης ὢν πάσῃ κακοπαθείᾳ, ἐλεεῖν δὲ τοὺς πολίτας, εἰ συγκλεισθέντες ἀναγκασθήσονται πολιορκίαν ὑπομένειν. (7) Διεκελεύετο οὖν σώζειν ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἰδίων κτήσεων τοὺς μὴ βουλομένους ὑπομένειν ὅ,τι ποτ' ἂν δοκῇ τῇ τύχῃ πάσχειν. Ἐξορμησάντων δ' ἐκ τῆς πόλεως τῶν μάλιστ' εὐπόρων καὶ μισούντων τὸν δυνάστην, τούτους μὲν ἐπαποστείλας τινὰς τῶν μισθοφόρων ἀνεῖλε καὶ τὰς οὐσίας εἰς αὑτὸν ἀνέλαβε. (8) Διὰ δὲ μιᾶς ἀνοσίου πράξεως χρημά-

Quod si faceret, Carthaginienses, qui delicatam in diuturna pace vitam egissent, et imperiti essent discriminum in pugnis, facile a suis, omni laborum genere exercitatis, superari posse sperabat; ad hæc illorum per Africam socios, qui jam dudum imperata graviter ferrent, occasionem defectionis arrepturos; et quod maximum, se per inopinatam hanc irruptionem terram hactenus ignaram populationis, et ob felicitatem Carthaginiensium omni bonorum genere refertam, direpturum; et summatim ut dicatur, Barbaros abstracturum a tellure patria Siciliaque tota, et omne bellum in Africam translaturum. Id quod etiam evenit.

IV. Nulli enim amicorum consilio hoc revelato, Antandrum fratrem cum idoneo præsidio urbi curatorem præficit: et adscriptis militiæ, qui idonei videbantur, peditibus, ut cum armis præsto sint, edicit; equites autem præter armaturam etiam stragulum equestre frænumque secum ferre jubet, ut equos aliquando nactus, qui rebus ad usum necessariis instructi ascendant, in parato habeat. (2) Nam in strage nupera peditum maxima pars interierat, equites autem prope omnes evaserant incolumes: quorum tum equi in Africam transportari nequibant. (3) Ne vero per absentiam ejus res novas molirentur Syracusani, disjunxit a se invicem cognationes, et maxime fratres a fratribus, parentes a liberis, alios in urbe relinquens, alios secum deportans. (4) Nam certum erat, eos, qui Syracusis remanerent, etiamsi animis a principe alienissimis essent, nihil tamen absurdi contra Agathoclem ob caritatem natorum et propinquorum facturos. (5) Et quia pecuniæ laborabat inopia, facultates pupillorum a tutoribus ad se traduxit; se longe melius quam illos tutelam gesturum, fidelius etiam restituturum adultis confirmans. A mercatoribus etiam mutuum accepit, et nonnulla in templis donaria ad se recepit, feminisque ornatum detraxit. (6) Opulentiores autem plerosque moleste hoc ferre et a se alienos esse videns concionem advocat, in qua cladem nuper acceptam et imminentes exinde calamitates deplorat. Se quidem, ait, perferendis ærumnis exercitatum, facile obsidionem toleraturum: at misereri civium, si oppugnationem sustinere inclusi cogerentur. (7) Saluti igitur suæ et facultatibus consulere eos jubet, qui, quidquid fortunæ visum fuerit, perferre nollent. Mox urbe excesserunt illi, qui opibus pollebant maxime, odioque principis flagrabant. Hos ille, immissis conductitiis, e medio sustulit, opesque confiscavit. (8) Ita quum uno scelestissimo facto pecunia

των εὐπορήσας καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς αὐτὸν καθαρὰν ποιήσας τὴν πόλιν, ἠλευθέρωσε τῶν οἰκετῶν τοὺς εὐθέτους εἰς στρατείαν.

V. Ὡς δ' εὐτρεπῆ πάντ' ἦν, πληρώσας ἑξήκοντα ναῦς, ἐπετήρει καιρὸν οἰκεῖον πρὸς τὸν ἔκπλουν. Ἀγνοουμένης δὲ τῆς ἐπινοίας αὐτοῦ, τινὲς μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν ὑπελάμβανον αὐτὸν στρατεύειν, τινὲς δὲ πορθήσειν τῆς Σικελίας τὴν ὑπὸ Καρχηδονίους, πάντες δ' ἀπεγίνωσκον τῶν ἐκπλεῖν μελλόντων τὴν σωτηρίαν καὶ τοῦ δυνάστου τὴν μανίαν κατεγίνωσκον. (2) Ἐφορμούντων δὲ τῶν πολεμίων πολλαπλασίαις τριήρεσι, τὸ μὲν πρῶτον ἐφ' ἡμέρας τινὰς ἠναγκάζετο συνέχειν ἐν ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας, οὐ δυνάμενος ἐκπλεῦσαι. Ἔπειτα δὲ σιτηγῶν πλοίων τῇ πόλει προςθεόντων, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὰς ναῦς ἀνήχθησαν· ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπελπίζων ἤδη τὴν ἐπιβολήν, ὡς εἶδε τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἔρημον τῶν ἐφορμούντων, ἐξέπλευσεν ὀξείαις ταῖς εἰρεσίαις χρώμενος. (3) Εἶθ' οἱ μὲν Καρχηδόνιοι πλησίον ἤδη τῶν φορτηγῶν ὄντες, ὡς εἶδον τοὺς πολεμίους ἀθρόαις ταῖς ναυσὶ πλέοντας, τὸ μὲν πρῶτον ὑπολαβόντες αὐτὸν ὡρμηκέναι πρὸς τὴν τῶν σιτηγῶν βοήθειαν, ἀνέστρεφον καὶ τὸν στόλον ἐξήρτυον εἰς ναυμαχίαν· ὡς δ' ἐπ' εὐθείας ἑώρων παραθέοντας καὶ πολὺ τοῦ πλοῦ προλαμβάνοντας, * ἐποιοῦντο τὸν διωγμόν. (4) Ἔνθα δὴ τούτων πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμουμένων, τὰ μὲν τὴν ἀγορὰν κομίζοντα πλοῖα παραδόξως ἐκφυγόντα τὸν κίνδυνον πολλὴν εὐπορίαν ἐποίησεν ἐν ταῖς Συρακούσαις τῶν ἐπιτηδείων, σιτοδείας ἤδη τὴν πόλιν ἐχούσης, ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς περικατάληπτος ἤδη γινόμενος, ἐπιλαβούσης τῆς νυκτὸς ἀνελπίστου σωτηρίας ἔτυχε. (5) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τηλικαύτην ἔκλειψιν ἡλίου συνέβη γενέσθαι, ὥςτε ὁλοσχερῶς φανῆναι νύκτα, θεωρουμένων τῶν ἀστέρων πανταχοῦ. Διόπερ οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα νομίσαντες καὶ τὸ θεῖον αὐτοῖς προσημαίνειν τὸ δυςχερές, ἔτι μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐν ἀγωνίᾳ καθειστήκεισαν.

VI. Ἑξ δ' ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας αὐτῶν πλευσάντων, ὑποφαινούσης τῆς ἕω παραδόξως ὁ στόλος τῶν Καρχηδονίων οὐκ ἄποθεν ὢν ἑωράθη. Διόπερ ἀμφοτέροις ἐμπεσούσης σπουδῆς, ἡμιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους ταῖς εἰρεσίαις, οἱ μὲν Φοίνικες νομίζοντες ἅμα τῇ τῶν νεῶν ἁλώσει Συρακούσας μὲν ὑποχειρίους ἕξειν, τὴν δὲ πατρίδα μεγάλων ἐλευθερώσειν κινδύνων· οἱ δ' Ἕλληνες, εἰ μὴ φθάσειαν τῆς χώρας ἀψάμενοι, προκειμένην ἑώρων αὐτοῖς μὲν τιμωρίαν, τοῖς δὲ καταλειφθεῖσιν ἐν οἴκῳ τὰ τῆς δουλείας δεινά. (2) Καθορωμένης δὲ τῆς Λιβύης, παρακελευσμὸς ἐγίνετο τοῖς πληρώμασι καὶ φιλοτιμίας ὑπερβολή· καὶ τάχιον μὲν ἔπλεον αἱ τῶν βαρβάρων, ἐν πολυχρονίῳ μελέτῃ τῶν ἐρετῶν διαπεπονημένων, ἱκανὸν δὲ διάστημα προεῖχον αἱ τῶν Ἑλλήνων. Ὀξύτατα δὲ τοῦ πλοῦ διανυσθέντος, ἐπειδὴ πλησίον ἐγενήθησαν τῆς γῆς, συνεξέπιπτον ἀλλήλοις εἰς τὸν αἰγιαλὸν ὥςπερεί τινες ἀγωνισταί. (3) Ταῖς γὰρ ἐσχάταις τῶν Ἀγαθοκλέους αἱ πρῶται τῶν Καρ-

simul ditatus esset, et urbem ab inimicis suis repurgasset, servos ad militiam aptos manumisit.

V. Jamque paratis omnibus, et sexaginta navibus instructis, commodum navigandi tempus exspectabat. Celato igitur proposito, alii in Italiam expeditionem illum suscipere, alii Siciliam Carthaginiensibus subjunctam vastaturum autumare : omnes denique de salute illorum desperare, qui soluturi erant, insaniamque principis reprehendere. (2) Hostes vero tum longe majore triremium numero stationem habebant. Ideo per dies aliquot in navibus militem continere primo cogebatur, quod solvendi commoditas negaretur. Deinde quum frumentariæ citato urbem cursu peterent, Carthaginienses cum tota classe adversum illas contendunt. Tum Agathocles, incepti sui spem fere nullam habens reliquam, ut ostium portus statione vacuum conspicatur, magna remigiorum celeritate usus erumpit. (3) Ibi Carthaginienses jam onerariis propinqui, ubi confertis hostes navibus cernunt evectos, initio, quod frumentariis auxiliatum eos venisse existimarent, regressi classem ad pugnam expediunt. Verum ubi recta prætervehi, jamque multum anticipasse viderunt, * ad insequendum se convertunt. (4) Hic dum mutua fit concertatio, naves, quæ commeatum advehebant, inopinato periculum effugiunt : et quum jam frumenti penuria urbs laboraret, magnam alimoniæ ubertatem efficiunt. Agathocles etiam, quum jam ab hoste opprimeretur, nocte superveniente, quod minime sperasset, evadit. (5) Postridie tantum fit solis deliquium, ut stellis ubique apparentibus, omnino noctis instar esset. Quamobrem a numine difficultatem sibi portendi Agathoclis milites rati, in majore super futuris anxietate erant.

VI. Navigatione igitur per sex dies totidemque noctes continuata, jam aurora appetente, subito Carthaginiensium classis haud ita procul conspicitur. Tum ingenti connixi studio, remigatione inter se certabant. Pœni, expugnatis navibus, simul in potestatem se accepturos Syracusas, patriamque magnis erepturos periculis existimant; Græci vero, nisi priores litus contingant, et sibi paratum ante oculos supplicium et domi relictis durissimam servitutem tolerandam vident. (2) Jamque Africa in conspectum venerat. Tum demum cohortatio navalium sociorum et contentio incredibilis exsistit. Velocius quidem Barbari navigabant, quod diuturno remiges usu exercitati essent; sed satis magno intervallo præverterant naves Græcorum. Navigatione igitur quam ocissime confecta, ut terræ propinquarant, confertim inter se in litus, tanquam certatores quidam, prosiliebant. (3) Nam ultimas Agathoclis primæ Car-

χηδονίων ἐνέβαλλον ἐντὸς βέλους οὖσαι. Διόπερ ἐπ' ὀλίγον χρόνον τοῖς τε τόξοις καὶ σφενδόναις διαγωνισαμένων αὐτῶν, καὶ ναυσὶν ὀλίγαις τῶν βαρβάρων συμπλακέντων, οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα ἐπροτέρουν, τὸ τῶν στρατιωτῶν ἔχοντες πλῆθος. Εἶθ' οἱ μὲν Καρχηδόνιοι πρύμναν ἀνακρουσάμενοι μικρὸν ἔξω βέλους ἐφώρμουν, ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀποβιβάσας τὴν δύναμιν πρὸς τὰς καλουμένας Λατομίας, καὶ χάρακα βαλόμενος ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν, ἐνεώλκησε τὰς ναῦς.

VII. Οὕτω δὲ παράβολον ἐπιτελεσάμενος πρᾶξιν, ἄλλην ἐτόλμησε ταύτης μᾶλλον κεκινδυνευμένην. Παραστησάμενος γὰρ τοὺς ἐν ἡγεμονίαις ὄντας εὐπειθεῖς πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιβολήν, καὶ θυσίαν ποιησάμενος Δήμητρι καὶ Κόρῃ, συνήγαγεν ἐκκλησίαν. (2) Κἄπειτα προελθὼν ἐπὶ τὴν δημηγορίαν ἐστεφανωμένος ἐν ἱματίῳ λαμπρῷ, καὶ προδιαλεχθεὶς οἰκείως τοῖς ἐγχειρουμένοις, ἔφησε ταῖς κατεχούσαις Σικελίαν θεαῖς Δήμητρι καὶ Κόρῃ πεποιῆσθαι, καθ' ὃν καιρὸν ἐδιώχθησαν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων, εὐχὰς λαμπαδεύσειν ἁπάσας τὰς ναῦς. (3) Καλῶς οὖν ἔχειν τετευχότας τῆς σωτηρίας ἀποδιδόναι τὰς εὐχάς. Ἀντὶ δὲ τούτων ἐπηγγέλλετο πολλαπλασίους ἀποδώσειν προθύμως αὐτῶν ἀγωνισαμένων· καὶ γὰρ τὰς θεὰς διὰ τῶν ἱερῶν προσημαίνειν νίκην τοῦ σύμπαντος πολέμου. (4) Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, τῶν ὑπηρετῶν τις προσήνεγκεν ἡμμένην δᾷδα· ἣν δεξάμενος καὶ τοῖς τριηράρχοις ὁμοίως ἅπασι προστάξας ἀναδοῦναι, τάς τε θεὰς ἐπεκαλέσατο καὶ πρῶτος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ναυαρχίδα τριήρη· στὰς δ' ἐπὶ τὴν πρύμναν καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ παραπλήσιον ποιεῖν παρεκελεύετο. Ἔνθα δὴ τῶν τριηράρχων ἁπάντων ἐνέντων τὸ πῦρ, καὶ ταχὺ τῆς φλογὸς εἰς ὕψος ἀρθείσης, οἱ μὲν σαλπιγκταὶ τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, τὸ δὲ στρατόπεδον ἐπηλάλαξε, συνευχομένων ἁπάντων ὑπὲρ τῆς εἰς οἶκον σωτηρίας. (5) Τοῦτο δ' ἔπραξεν Ἀγαθοκλῆς μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ συναναγκάσαι τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς κινδύνοις ἐπιλαθέσθαι τὸ παράπαν τῆς φυγῆς· δῆλον γὰρ ὅτι, τῆς ἐπὶ τὰς ναῦς καταφυγῆς ἀποκοπείσης, ἐν μόνῳ τῷ νικᾶν ἕξουσι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας· ἔπειτα καὶ δύναμιν ὀλίγην ἔχων, ἐθεώρει διότι φυλάττων μὲν τὰς ναῦς ἀναγκασθήσεται μερίζειν τὸ στρατόπεδον καὶ μηδαμῶς ἀξιόμαχος εἶναι, καταλιπὼν δ' ἐρήμους ὑποχειρίους ποιήσει γενέσθαι Καρχηδονίοις.

VIII. Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν νεῶν ἁπασῶν φλεγομένων, καὶ τοῦ πυρὸς πολὺν ἐπέχοντος τόπον, ἔκπληξις κατεῖχε τοὺς Σικελιώτας. Ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀγαθοκλέους γοητείας παραλογισθέντες, καὶ τῆς τῶν ἐγχειρουμένων ὀξύτητος ἀναθεώρησιν οὐ διδούσης, πάντες συγκατετίθεντο τοῖς πραττομένοις· τοῦ δὲ χρόνου τὸν περὶ ἑκάστων ἀναλογισμὸν παριστάντος, εἰς μεταμέλειαν ἐνέπιπτον καὶ τὸ μέγεθος τοῦ διείργοντος πελάγους ἀναλογιζόμενοι, τὴν σωτηρίαν ἀπεγίνωσκον. (2) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς σπεύδων ἀπαλλάξαι τῆς ἀθυμίας τοὺς στρατιώτας, ἦγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν ὀνομαζομένην

thaginiensium naves jam intra teli jactum impetebant. Ideo postquam ad breve tempus arcubus et fundis decertarant cum paucis Barbarorum navibus conserti, Agathocles, qui multitudine militum polleret, superior evasit, et Carthaginienses, retro inhibita puppi, paullum extra teli jactum constitere. Tum expositis ad Lapicidinas, quas vocant, copiis Agathocles, jactoque e mari ad mare vallo, naves subduxit.

VII. Post facinoris tam audacis perpetrationem aliud majore cum periculo conjunctum aggreditur. Adhibitis enim ducibus et præfectis, quos ad conatum suum morigeros habebat, postquam Cereri et Proserpinæ rem divinam fecerat, concionem advocat. (2) Tum ad orationem publice habendam cum corona et splendido vestitu progressus, ubi pauca, quæ instituto convenirent, præmiserat, vota deabus Siciliæ præsidibus, Cereri et Proserpinæ, quo tempore Carthaginienses ipsos persecuti essent, a se nuncupata adjecit, quod naves universas in faces convertere ipsis velit. (3) Honestum igitur esse, ut salutem adepti illis se nunc exsolvant. Pro illis vero se longe plures, si strenue decertarint, redditurum promisit; deas enim per victimas totius belli victoriam prænuntiare. (4) Ea dum memorat, famulorum quidam facem accensam affert: qua correpta, quum omnibus eodem modo triremium præfectis tradi jussisset, deas invocat, primusque ad triremem prætoriam contendit, et stans in puppi, ceteris ut exemplum imitentur edicit. Ibi quum omnes triremium præfecti simul ignem subderent, et celeriter flamma in sublime efferretur, tubicines bellicum canere, exercitus acclamare, omnesque simul de salvo domum reditu vota facere. (5) Hoc ideo potissimum fecit Agathocles, ut fugæ prorsus oblivisci in periculis militem cogeret. Nam refugii ad naves spe amputata, in sola eos victoria salutis fiduciam collocaturos manifestum erat. Deinde quum exiguis esset copiis instructus, hoc prævidebat, quod, si tueri vellet classem, necessario partiendus esset exercitus, atque ita non sat virium ad pugnas sibi fore: sin præsidio vacuam relinqueret, ut Carthaginienses illa potirentur, effecturum.

VIII. Verumtamen dum universa ita classis ardet, et flamma ingens spatium obtinet, pavore Siculi percelluntur. Initio enim præstigiis Agathoclis decepti, quum et celeritas rei susceptæ locum considerationi non daret, omnes in facinus consenserant: at ubi tempus singula expendendi spatium concessit, pœnitentia illos corripuit, animoque maris, quo dirimerentur, vastitatem metientes, salutem pro desperata habuere. (2) Agathocles igitur, hanc animorum infirmitatem militibus eximere properans, copias

Μεγάλην πόλιν, οὖσαν τῶν Καρχηδονίων. (3) Ἡ δ' ἀνὰ μέσον χώρα, δι' ἧς ἀναγκαῖον πορευθῆναι, διείληπτο κηπείαις καὶ παντοίαις φυτουργίαις, πολλῶν ὑδάτων διωχετευμένων καὶ πάντα τόπον ἀρδευόντων· ἀγροικίαι τε συνεχεῖς ὑπῆρχον οἰκοδομαῖς πολυτελέσι καὶ κονιάμασι διαπεπονημέναι καὶ τὸν τῶν κεκτημένων αὐτὰς διασημαίνουσαι πλοῦτον. (4) Ἔγεμον δ' αἱ μὲν ἐπαύλεις πάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν, ὡς ἂν τῶν ἐγχωρίων ἐν εἰρήνῃ πολυχρονίῳ τεθησαυρικότων γεννημάτων ἀφθονίαν· ἡ δὲ χώρα ἡ μὲν ἦν ἀμπελόφυτος, ἡ δὲ ἐλαιοφόρος καὶ τῶν ἄλλων τῶν καρπίμων δένδρων ἀνάπλεως. Ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τὸ πεδίον ἐνέμοντο βοῶν ἀγέλαι καὶ ποῖμναι, καὶ τὰ πλησίον ἕλη φορβάδων ἵππων ἔγεμε. Καθόλου δὲ παντοία τις ἦν ἐν τοῖς τόποις εὐδαιμονία, τῶν ἐπιφανεστάτων Καρχηδονίων διειληφότων τὰς κτήσεις καὶ τοῖς πλούτοις πεφιλοκαληκότων πρὸς ἀπόλαυσιν. (5) Διόπερ οἱ Σικελιῶται τό τε τῆς χώρας κάλλος καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν ἐν αὐτῇ θαυμάζοντες μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἐγίνοντο, θεωροῦντες ἄξια τῶν κινδύνων ἔπαθλα τοῖς νικῶσι προκείμενα. (6) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ὁρῶν τοὺς στρατιώτας ἀναλαμβάνοντας αὑτοὺς ἐκ τῆς ἀθυμίας καὶ προθύμους ὄντας εἰς τοὺς κινδύνους, ἐξ ἐφόδου προσέβαλε τοῖς τείχεσιν. Ἀπροσδοκήτου δὲ τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, καὶ τῶν ἔνδον διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὴν τῶν πολέμων ἀπειρίαν ὀλίγον ὑποστάντων χρόνον, εἷλε τὴν πόλιν κατὰ κράτος· δοὺς δὲ τοῖς στρατιώταις εἰς ἁρπαγήν, ἐνέπλησε τὴν δύναμιν ὠφελείας ἅμα καὶ θάρσους. (7) Εὐθὺς δὲ καὶ πρὸς τὸν Λευκὸν Τύνητα καλούμενον ἀναζεύξας ἐχειρώσατο τὴν πόλιν, ἀπέχουσαν Καρχηδόνος δισχιλίους σταδίους. Ἀμφοτέρας δὲ τὰς ἁλούσας πόλεις οἱ μὲν στρατιῶται διαφυλάττειν ἠβούλοντο καὶ τὰς ὠφελείας εἰς αὐτὰς ἀποτίθεσθαι· ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀκόλουθα τοῖς πεπραγμένοις διανοηθείς, καὶ διδάξας τὸ πλῆθος ὡς οὐδεμίαν συμφέρει καταφυγὴν ἀπολιπεῖν, ἕως ἂν παρατάξει νικήσωσι, κατέσκαψέ τε τὰς πόλεις καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἐν ὑπαίθρῳ.

IX. Οἱ δ' ἐφορμοῦντες Καρχηδόνιοι τῷ ναυστάθμῳ τῷ Σικελιωτῶν τὸ μὲν πρῶτον ὁρῶντες καιομένας τὰς ναῦς περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς διὰ τὸν ἀπ' αὐτῶν φόβον ἠναγκασμένων τῶν πολεμίων διαφθεῖραι τὰ σκάφη· ὡς δ' εἶδον εἰς τὴν χώραν προάγουσαν τὴν τῶν ἐναντίων δύναμιν, συλλογιζόμενοι περὶ τῶν ἀποβησομένων, συμφορὰν ἰδίαν ἡγοῦντο τὴν τῶν νεῶν ἀπώλειαν. Διὸ καὶ ταῖς πρῴραις δέρρεις κατεπέτασαν, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖν εἰώθασιν, ὅταν τι κακὸν δημοσίᾳ συμβεβηκέναι δόξῃ τῇ Καρχηδονίων πόλει. (2) Ἔλαβον δὲ καὶ τὰ χαλκώματα τῶν Ἀγαθοκλέους νεῶν εἰς τὰς ἰδίας τριήρεις, καὶ τοὺς ἀπαγγελοῦντας ὑπὲρ τῶν συμβεβηκότων τἀκριβὲς ἐξαπέστειλαν εἰς τὴν Καρχηδόνα. Πρὶν δὲ τούτους δηλῶσαι τὸ γεγονός, ἀπὸ τῆς χώρας τινὲς αἰσθόμενοι τὸν κατάπλουν τοῦ Ἀγαθοκλέους, ἀπήγγειλαν κατὰ σπουδὴν τοῖς Καρχηδονίοις. (3) Οἱ δ' ἐκπλαγέντες διὰ τὸ παράδοξον ὑπέλαβον ἀπολωλέναι τὰς ἰδίας

ad Magnam, quam vocant, urbem ditionis Carthaginiensium duxit. (3) Regio autem intermedia, per quam iter faciendum, hortis et omni genere plantariorum exculta erat, aquarum copia per rivos et canales eo deducta, quibus totus ibi tractus rigabatur. Crebræque ibi villæ sumtuosis ædificiis, opereque tectorio elaboratæ, quibus opulentia dominorum significabatur. (4) Ædes vero rebus omnibus ad fruendum accommodis erant refertæ, quod incolæ in pace diuturna fructuum ubertatem congesserant. Ager partim vitibus, partim oleis erat consitus, arboribusque ceteris, quæ fructum gignunt, repletus. In altera vero parte campum boum armenta et greges ovium depascebant, et in paludibus vicinis magna equarum frequentia erat armentariarum. Et quid multa? felicissima erat omnium commodorum in locis illis copia, quod Carthaginiensium nobilissimi fundos illos possessioni suæ vindicarent, et quodam elegantiæ studio ad voluptatem istam facultates convertissent. (5) Idcirco amœnitatem regionis et felicitatem admirantes Siculi, spes sublimes gerebant, quod digna periculis præmia vincentibus proposita cernerent. (6) Agathocles ergo, milites jam animos ex mœrore colligere et ad pericula paratiores esse videns, subito mœnia incursu adoritur. Quæ oppugnatio quum ex improviso accideret, et oppidani, ob bellorum imperitiam, ad breve tempus subsisterent, vi urbem cepit, eaque ad direptionem concessa, exercitum præda simul et fiducia replevit. (7) Et continuo motis ad Album, uti vocant, Tunetem castris, urbem in potestatem accepit, quæ bis mille stadiis a Carthagine distat. Captas has urbes præsidiis occupandas miles censebat; jamque acquisitam prædam in eas deposuerant: sed Agathocles, consentanea rebus gestis animo agitans, quum nullum relinqui perfugii locum expedire milites docuisset, usque dum collata hostem acie devicisset, urbes evertit, castraque sub dio collocavit.

IX. Interea Carthaginienses, qui prope stationem Siculorum substiterant, ubi classem videre incensam, primum læti erant, quasi metu ipsorum hostes corrumpere naves coacti fuissent; sed posteaquam in agros suos promoveri hostiles copias viderunt, quid eventurum esset conjectantes, suum in damnum illam navium jacturam esse factam arbitrabantur. Quamobrem pelles in proris suis expanderunt, quod moris est factitare perpetuo, si quid mali reipublicæ Carthaginiensium contigisse videatur. (2) Quin etiam ferramenta e navibus Agathoclis in triremes suas receperunt, et qui rem omnem, ut evenerat, accurate renuntiarent, Carthaginem misere. At priusquam hi, quid factum esset, indicatum venirent, quidam ex agro, qui classem Agathoclis imminere senserant, rem propere Carthaginiensibus nuntiaverunt. (3) Qui repentino perculsi eventu, copias suas tam navales quam terrestres interne-

δυνάμεις ἐν Σικελίᾳ καὶ τὰς πεζικὰς καὶ τὰς ναυτικάς· οὐ γὰρ ἄν ποτε τὸν Ἀγαθοκλέα μὴ νενικηκότα τολμῆσαι καταλιπεῖν ἐρήμους βοηθείας τὰς Συρακούσας, οὐδ' ἂν ἐπιβαλέσθαι περαιοῦν δύναμιν, θαλαττοκρατούντων τῶν πολεμίων. (4) Διόπερ θόρυβος καὶ πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τὴν πόλιν, καὶ συνδρομὴ τῶν ὄχλων εἰς τὴν ἀγορὰν ἐγίνετο καὶ βουλὴ τῆς γερουσίας ὅ, τι δέοι πράττειν. Στρατόπεδον μὲν γὰρ οὐχ ἦν ἕτοιμον τὸ δυνάμενον ἀντιτάξασθαι, τὸ δὲ πολιτικὸν πλῆθος ἄπειρον ὂν πολέμου προκατεπεπτώκει ταῖς ψυχαῖς, οἱ πολέμιοι δὲ πλησίον εἶναι τῶν τειχῶν προσεδοκῶντο. (5) Ἔνιοι μὲν οὖν ἔφασκον πρεσβευτὰς ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστέλλειν πρὸς Ἀγαθοκλέα, τοὺς αὐτοὺς ἅμα καὶ κατασκόπους ἐσομένους τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις, τινὲς δὲ ἀναμεῖναι μέχρι ἂν γνῶσιν ἀκριβῶς ἕκαστον τῶν πεπραγμένων. Τοιαύτης δὲ συγχύσεως τὴν πόλιν ἐχούσης, κατέπλευσαν οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ναυάρχου καὶ τὰς αἰτίας τῶν πεπραγμένων ἐδήλωσαν.

X. Ἀναθαῤῥησάντων οὖν πάντων πάλιν ταῖς ψυχαῖς, ἡ γερουσία τοὺς μὲν ναυάρχους ἅπαντας κατεμέμψατο ὅτι θαλαττοκρατοῦντες εἴασαν πολεμίαν δύναμιν ἐπιβῆναι τῆς Λιβύης, στρατηγοὺς δὲ ἀπέδειξε τῶν δυνάμεων Ἄννωνα καὶ Βομίλκαν, πατρῴαν ἔχθραν ἔχοντας. (2) Ἡγοῦντο γὰρ [διὰ] τὴν ἰδίαν τούτοις ἀπιστίαν καὶ διαφορὰν κοινὴν ἔσεσθαι τῆς πόλεως ἀσφάλειαν· πολὺ δὲ διεσφάλησαν τῆς ἀληθείας. Ὁ γὰρ Βομίλκας πάλαι μὲν ἦν ἐπιθυμητὴς τυραννίδος, οὐκ ἔχων δ' ἐξουσίαν οὐδὲ καιρὸν οἰκεῖον ταῖς ἐπιβολαῖς, τότε ἔλαβεν ἀφορμὰς ἀξιολόγους, τυχὼν τῆς στρατηγίας. (3) Αἰτία δὲ μάλιστα τούτων ἡ πρὸς τὰς τιμωρίας πικρία τῶν Καρχηδονίων· τοὺς γὰρ ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν ἐν μὲν τοῖς πολέμοις προάγουσιν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας, νομίζοντες δεῖν αὐτοὺς τῶν ὅλων προκινδυνεύειν· ὅταν δὲ τύχωσι τῆς εἰρήνης, τοὺς αὐτοὺς τούτους συκοφαντοῦσι καὶ κρίσεις ἀδίκους ἐπιφέροντες διὰ τὸν φθόνον τιμωρίαις περιβάλλουσι. (4) Διὸ καὶ τῶν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας ταττομένων τινὲς μὲν φοβούμενοι τὰς ἐν τῷ δικαστηρίῳ κρίσεις ἀποστάται γίνονται τῆς ἡγεμονίας, τινὲς δ' ἐπιτίθενται τυραννίσιν· ὅπερ καὶ τότε Βομίλκας ὁ ἕτερος τῶν στρατηγῶν ἐποίησε· περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. (5) Οἱ δ' οὖν στρατηγοὶ τῶν Καρχηδονίων ὁρῶντες τὸν καιρὸν οὐδαμῶς ἀναβολῆς οἰκεῖον, τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς χώρας καὶ τῶν συμμαχίδων πόλεων στρατιώτας οὐκ ἀνέμειναν, αὐτοὺς δὲ τοὺς πολιτικοὺς ἐξήγαγον εἰς ὕπαιθρον, ὄντας πεζοὺς μὲν οὐκ ἐλάττους τετρακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ χιλίους, ἅρματα δὲ δισχίλια. Καταλαβόμενοι δέ τινα γεώλοφον οὐ μακρὰν τῶν πολεμίων, ἐξέταττον τὴν δύναμιν εἰς μάχην· καὶ τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρατος Ἄννων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν, συναγωνιζομένων αὐτῷ τῶν εἰς τὸν ἱερὸν λόχον συντεταγμένων, τοῦ δ' εὐωνύμου Βομίλκας ἡγούμενος βαθεῖαν ἐποίει τὴν φάλαγγα, κωλύοντος τοῦ τόπου παρεκτείνειν ἐπὶ πλεῖον· τὰ δ' ἅρματα καὶ τοὺς ἱππεῖς πρὸ τῆς φάλαγγος ἔστησαν, διεγνωκότες

cione periisse autumabant. Nunquam enim Agathoclem nisi victorem Syracusas præsidio destitutas ausurum fuisse relinquere, nec, hoste maris imperium obtinente, trajicere copias animum inducturum. (4) Tumultus igitur et trepidatio urbem occupat, populique ad forum fit concursus, et senatus consultatio initur, quid facto opus esset. Exercitus enim, qui signa cum hoste conferre posset, ad manum non erat. Interim civica multitudo, belli rudis et ignara, jam animos desponderat, hostesque jam propinquare mœnibus putabantur. (5) Proinde legatos de pace ad Agathoclem mittendos esse nonnulli censebant, qui simul, quid hostis gereret, explorarent: alii exspectandum, dum quid actum esset accurate cognovissent. Hæc perturbatio dum urbem tenet, a prætore classis missi appellunt, et rerum gestarum rationes exponunt.

X. Ibi quum omnes denuo animos colligerent, senatus omnes classis præfectos incusat, quod, dum mare in potestate haberent, hostiles Africam copias ingredi permisissent; summosque militiæ duces creat Hannonem et Bomilcarem, licet paternas inter se inimicitias exercerent. (2) Privatam enim horum diffidentiam ac dissensionem communem reipublicæ incolumitatem fore existimabant. Sed a vero multum aberrarunt. Nam Bomilcar jam dudum tyrannidem affectarat; sed quum potestatem et tempus molitionibus suis accommodum hactenus non habuisset, tunc imperium adeptus occasionem eximiam arripuit. (3) Causa horum potissima erat, Carthaginiensium in pœnis acerbitas. Viros enim illustrissimos in bellis ad summa imperia evehunt, quod his præ ceteris pro summa rerum propugnandum existimant; pacem vero nacti, eosdem falso criminantur, et iniquis judiciis circumventos per invidiam pœnis afficiunt. (4) Propterea nonnulli imperiis præfecti sententiarum in judiciis metu ab imperio deficiunt, aut ad tyrannidem se convertunt. Quod Bomilcar quoque, alter Carthaginiensium imperator, tunc factitavit: de quo paullo post dicemus. (5) Prætores ergo Carthaginiensium, dum tempus cunctationi haud opportunum esse vident, militem ex agro et urbibus sociis non præstolantur, sed cives ipsos in apertum educunt, peditum non minus quadraginta millibus, equites mille, ac duo millia curruum: et colle quodam haud procul hostibus occupato, copias ad pugnam explicant. Dextro in cornu Hanno præerat, quem in cohorte sacra constituti adjuvabant. Sinistrum Bomilcar regens, profundam efficiebat phalangem, quod aciem longius extendere natura loci prohiberet. Currus autem et

τούτοις πρῶτον ἐμβαλεῖν καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀποπειραθῆναι.

XI. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς κατασκεψάμενος τὰς τῶν βαρβάρων τάξεις, τὸ μὲν δεξιὸν κέρας ἔδωκεν Ἀρχαγάθῳ τῷ υἱῷ, παραδοὺς αὐτῷ πεζοὺς διςχιλίους καὶ πεντακοσίους· ἑξῆς δ' ἔταξε τοὺς Συρακοσίους, ὄντας τριςχιλίους πεντακοσίους, εἶτα μισθοφόρους Ἕλληνας τριςχιλίους, τελευταίους δὲ Σαμνίτας καὶ Τυῤῥηνοὺς καὶ Κελτοὺς τριςχιλίους· μετὰ δὲ τῆς θεραπείας αὐτὸς τοῦ ἡμίσους κέρατος προηγωνίζετο, χιλίοις ὁπλίταις πρὸς τὸν ἱερὸν λόχον τῶν Καρχηδονίων ἀντιτεταγμένος· τοὺς δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας πεντακοσίους ὄντας ἐπὶ τὰ κέρατα διεῖλεν. (2) Ὅπλα μὲν οὖν οἱ στρατιῶται μόγις εἶχον ἱκανά· τοὺς δ' ἐκ τῶν ἀφράκτων ὁρῶν ἀνόπλους ὄντας, τὰ τῶν ἀσπίδων ἔλυτρα ῥάβδοις διέτεινε, καὶ τῇ φαντασίᾳ τὸν τῆς ἀσπίδος κύκλον μιμησάμενος, ἀνέδωκεν αὐτοῖς πρὸς μὲν τὴν χρείαν οὐδαμῶς ἐπιτήδεια, πρὸς δὲ τὴν πόῤῥωθεν ὁρωμένην ὄψιν δυνάμενα δόξαν ὅπλων ἐμποιῆσαι τοῖς ἀγνοοῦσι τἀληθές. (3) Ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας καταπεπληγμένους τὸ πλῆθος τῆς βαρβαρικῆς ἵππου καὶ δυνάμεως, ἀφῆκεν εἰς τὸ στρατόπεδον κατὰ πλείονας τόπους γλαῦκας, ἃς ἐκ χρόνου παρεσκεύαστο πρὸς τὰς ἀθυμίας τῶν πολλῶν. (4) Αὗται δὲ διὰ τῆς φάλαγγος πετόμεναι καὶ προςκαθίζουσαι ταῖς ἀσπίσι καὶ τοῖς κράνεσιν εὐθαρσεῖς ἐποίουν τοὺς στρατιώτας, ἑκάστων οἰωνιζομένων διὰ τὸ δοκεῖν ἱερὸν εἶναι τὸ ζῷον τῆς Ἀθηνᾶς. (5) Ταῦτα δέ, καίπερ ἄν τισι δόξαντα κενὴν ἔχειν ἐπίνοιαν, πολλάκις αἴτια γίνεται μεγάλων προτερημάτων· ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι. Ἐμπεσόντος γὰρ εἰς τὰ πλήθη θάῤῥους, καὶ διαδοθέντων λόγων ὡς τὸ θεῖον αὐτοῖς φανερῶς προσημαίνει νίκην, παραστατικώτερον τὸν κίνδυνον ὑπέμειναν.

XII. Προεμβαλόντων γὰρ εἰς αὐτοὺς τῶν ἁρμάτων, ἃ μὲν κατηκόντισαν, ἃ δ' εἴασαν διεκπεσεῖν, τὰ δὲ πλεῖστα συνηνάγκασαν στρέψαι πρὸς τὴν τῶν πεζῶν τάξιν. (2) Παραπλησίως δὲ καὶ τὴν τῶν ἱππέων ἐπιφορὰν ὑποστάντες, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατατιτρώσκοντες, ἐποίησαν φυγεῖν εἰς τοὐπίσω. Προαγωνισαμένων δ' αὐτῶν ἐν τούτοις λαμπρῶς, ἡ πεζὴ δύναμις τῶν βαρβάρων ἅπασα συνῆψεν εἰς χεῖρας. (3) Γενναίας δὲ μάχης γενομένης, Ἄννων μὲν ἔχων συναγωνιζόμενον τὸν ἱερὸν λόχον τῶν ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, καὶ σπεύδων ποιῆσαι δι' αὑτοῦ τὴν νίκην, ἐνέκειτο βαρὺς τοῖς Ἕλλησι καὶ συχνοὺς ἀνῄρει. Φερομένων δ' ἐπ' αὐτὸν παντοδαπῶν βελῶν, οὐκ εἶκεν, ἀλλὰ καίπερ πολλοῖς τραύμασι περιπίπτων ἐβιάζετο, μέχρι ὅτου καταπονηθεὶς ἐτελεύτησε. (4) Τούτου δὲ πεσόντος, οἱ μὲν ταύτῃ τεταγμένοι τῶν Καρχηδονίων ἀνετράπησαν ταῖς ψυχαῖς, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα μετεωρισθέντες πολὺ μᾶλλον ἐπεῤῥώσθησαν. (5) Ἃ δὴ πυθόμενός τινων Βομίλκας ὁ ἕτερος στρατηγός, καὶ νομίσας παρὰ θεῶν αὐτῷ δεδόσθαι τὸν καιρὸν τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος, διελογίζετο πρὸς ἑαυτόν, εἰ μὲν ἡ μετ' Ἀγαθοκλέους διαφθαρείη

equitatum in fronte collocarunt eo consilio, ut cum his prima incursione facta, Græcorum vires tentarent.

XI. Agathocles contra, aciem Barbarorum speculatus, dextrum cornu Archagatho filio commendavit, attributis illi peditibus bis mille ac quingentis. Exinde Syracusanos ter mille et quingentos ordinat; postea mercenariorum ex Græcia tria millia; et postremo tria millia Samnitum, Tyrrhenorum et Celtarum. Ipse cum satellitio in sinistro cornu propugnabat, cum mille armatis sacræ Carthaginiensium cohorti oppositus. Sagittarios autem et funditores, qui quingenti numero erant, in cornua distribuerat. (2) Armorum sane militibus vix satis erat. Quare quum ex eorum numero, quibus munimenta deerant, quosdam sine scuto videret, integumenta clypeorum baculis distendit, specieque orbem clypei imitatus, illis tradidit, ad usum quidem neutiquam idonea, sed quæ ex longinquo intuitu armorum opinionem in illis efficere possent, qui verum ignorarent. (3) Animadvertens præterea milites ob exercitus barbarici, inprimis vero equitatus, multitudinem consternatos, compluribus per castra locis noctuas emisit, quas jam olim ad hoc præparatas habebat, ut vulgo timiditatem eximerent. (4) Hæ itaque per agmen volitantes, dum clypeis galeisque insident, animos militum confirmabant, pro felici augurio accipientibus singulis; propterea quod sacrum Minervæ animal id habetur. (5) Hæc vero commenta, licet vana quibusdam videantur, magnis tamen successibus haud raro causam præbent : quod etiam tunc evenit. Nam quum fiducia multitudini injecta et didita fama esset, quod aperte victoriam illis numen portenderet, periculo animosius se committebant.

XII. Nam ubi currus in eos impressionem fecere, partem missilibus conficiunt, partem prætervehi sinunt, plerosque in peditum aciem reverti cogunt. (2) Eodem modo excepto equitum impetu, quum vulneribus confecissent multos, in fugam retro illos convertunt. Quum ita præclare in prima acie decertatur, pedestre Barbarorum agmen universum manus conserere cœpit. (3) Commisso igitur prœlio quam acerrimo, Hanno, delectorum circa se cohortem, quam sacram vocant, habens, dum suo victoriam Marte conciliare studet, magna Græcos mole urget, multosque tollit. Et quamquam omni telorum genere obruitur, non tamen cedit; sed utut multis affectus vulneribus porro grassatur, usque dum delassatus occumbit. (4) Quo prolapso, versantes in ea parte Carthaginiensium animos submittunt; contra miles Agathoclis in spem arrectus multo magis confirmatur. (5) Quæ postquam a quibusdam rescivit Bomilcar, copiarum præfectus alter, tyrannidis occupandæ occasionem a deo ipso sibi oblatam ratus, ita secum rationes putavit : si Agathoclis exercitus interiret,

δύναμις, μὴ δυνήσεσθαι τὴν ἐπίθεσιν ποιήσασθαι τῇ δυναστείᾳ, τῶν πολιτῶν ἰσχυόντων, εἰ δ' ἐκεῖνος νικήσας τὰ φρονήματα παρέλοιτο τῶν Καρχηδονίων, εὐχειρώτους μὲν ἑαυτῷ τοὺς προηττημένους ἔσεσθαι, τὸν δ' Ἀγαθοκλέα ῥᾳδίως καταπολεμήσειν, ὅταν αὐτῷ δόξῃ. (6) Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν πρωτοστατῶν, δοὺς τοῖς μὲν πολεμίοις ἄσημον ἔγκλιμα, τοῖς δ' ἰδίοις δηλώσας τὸν Ἄννωνος θάνατον καὶ παρακελευόμενος ἀναχωρεῖν ἐν τάξει πρὸς τὸν γεώλοφον· τοῦτο γὰρ συμφέρειν. (7) Ἐπικειμένων δὲ τῶν πολεμίων, καὶ τῆς ὅλης ὑποχωρήσεως φυγῇ παραπλησίας γινομένης, οἱ μὲν συνεχεῖς Λίβυες ἀπὸ κράτους ἡττῆσθαι τοὺς πρωτοστάτας νομίσαντες, πρὸς φυγὴν ὥρμησαν, οἱ δὲ τὸν ἱερὸν λόχον ἔχοντες μετὰ τὸν Ἄννωνος τοῦ στρατηγοῦ θάνατον τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖχον εὐρώστως καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν πίπτοντας ὑπερβαίνοντες ὑπέμενον πάντα κίνδυνον· ἐπεὶ δὲ κατενόησαν τὸ πλεῖον μέρος τῆς δυνάμεως πρὸς φυγὴν ὡρμημένον καὶ τοὺς πολεμίους περιισταμένους κατὰ νώτου, συνηναγκάσθησαν ἐκκλῖναι. (8) Διὸ καὶ τροπῆς γενομένης κατὰ πᾶν τὸ τῶν Καρχηδονίων στρατόπεδον, οἱ μὲν βάρβαροι τὴν φυγὴν ἐποιοῦντο πρὸς τὴν Καρχηδόνα, Ἀγαθοκλῆς δὲ μέχρι τινὸς ἐπιδιώξας ἐπανῆλθε καὶ τὴν στρατοπεδείαν τῶν Καρχηδονίων διήρπασεν.

XIII. Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰς διακοσίους, τῶν δὲ Καρχηδονίων οὐ πλείους χιλίων, ὡς δ' ἔνιοι γεγράφασιν, ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους. Ἐν δὲ τῇ τῶν Καρχηδονίων παρεμβολῇ σὺν ταῖς ἄλλαις ὠφελείαις εὑρέθησαν ἅμαξαι πλείους, ἐν αἷς ἐκομίζετο ζεύγη χειροπεδῶν πλείω τῶν δισμυρίων. (2) Ἐξ ἑτοίμου γὰρ οἱ βάρβαροι κρατήσειν ὑπειληφότες τῶν Ἑλλήνων, παρηγγέλκεισαν ἀλλήλοις ζωγρεῖν ὡς πλείστους καὶ δήσαντες εἰς συνεργασίαν ἐμβαλεῖν. (3) Ἀλλ', οἶμαι, τὸ δαιμόνιον ὥσπερ ἐπίτηδες τοῖς ὑπερηφάνως διαλογιζομένοις τὸ τέλος τῶν κατελπισθέντων εἰς τοὐναντίον μετατίθησιν. Ἀγαθοκλῆς μὲν οὖν Καρχηδονίους παραλόγως νικήσας τειχήρεις συνεῖχεν· ἡ τύχη δ' ἐναλλὰξ τὰ προτερήματα τοῖς ἐλαττώμασιν ἐπεισάγουσα τοὺς ὑπερέχοντας ἴσον ἐταπείνωσε τοῖς ἡττημένοις. (4) Ἐν Σικελίᾳ μὲν γὰρ Καρχηδόνιοι μεγάλῃ νενικηκότες παρατάξει Ἀγαθοκλέα, τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκουν, ἐν Λιβύῃ δ' Ἀγαθοκλῆς τηλικαύτῃ μάχῃ προτερήσας, εἰς πολιορκίαν συνέκλεισε Καρχηδονίους, καὶ τὸ θαυμασιώτατον, ὁ δυνάστης κατὰ μὲν τὴν νῆσον ἀκεραίους ἔχων τὰς δυνάμεις ἐλείπετο τῶν βαρβάρων, ἐπὶ δὲ τῆς ἠπείρου τῷ μέρει τῆς προηττημένης στρατιᾶς περιεγένετο τῶν νενικηκότων.

XIV. Διόπερ οἱ Καρχηδόνιοι νομίσαντες ἐκ θεῶν αὐτοῖς γεγονέναι τὴν συμφοράν, ἐτράπησαν πρὸς παντοίαν ἱκεσίαν τοῦ δαιμονίου, καὶ νομίσαντες μάλιστα μηνίειν αὐτοῖς τὸν Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις, χρημάτων πλῆθος καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀναθημάτων ἔπεμψαν εἰς τὴν Τύρον οὐκ ὀλίγα. (2) Ἀποικισθέντες γὰρ ἐκ ταύτης εἰώθεισαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν

principatum a se invadi non posse, quod civium potentia superaret; sin victor ille animos Carthaginiensium infringeret, jam victos se facile subacturum, et, quando sibi visum fuerit, Agathoclem quoque debellaturum. (6) His animo volutatis, cum antesignanis referre pedem cœpit, tacitam suorum inclinationem hostibus indulgens, et Hannonis morte suis indicata, ut servatis ordinibus in tumulum se recipiant (id enim sic expedire), hortatur. (7) Urgente autem hoste, quum tota regressio fugæ instar præ se ferret, Afri proximi, aciem primam vi superatam esse opinantes, etiam ipsi fugam arripiunt. In sacram interea cohortem distributi post interitum Hannonis imperatoris fortiter primum resistunt, et transcensis cadaveribus suorum, omne prœlii discrimen sustinent. Ubi vero maximam exercitus partem in fugam esse conjectam, hostesque a tergo circumsistere intellexere, simul cedere coguntur. (8) Toto igitur Carthaginiensium exercitu jam terga vertente, Barbari Carthaginem versus fugam intendunt; et Agathocles aliquo usque persecutus revertitur, castraque Carthaginiensium diripit.

XIII. Ceciderunt in hac pugna Græcorum ad ducentos, Carthaginiensium non supra mille; ut vero quidam memoriæ prodidere, amplius sex millibus. In castris autem Carthaginiensium inter alias opes currus inventi sunt complures, in quibus plura quam viginti millia manicarum paria vehebantur. (2) Quum enim minimo se Græcos negotio superaturos Barbari putarent, cohortati se fuerunt, ut quam plurimos caperent vivos, vinctosque in ergastula detruderent. (3) Verum numen cœleste, ut mihi quidem videtur, data veluti opera, superbe rationes subducentibus rerum speratarum exitum in contrarium mutat. Agathocles itaque, postquam Carthaginienses præter suam opinionem devicerat, intra mœnia eos conclusit; et fortuna, quæ alternatim post clades felices successus afferre solet, victores æque ut victos humiliavit. (4) Nam in Silicia Carthaginienses post victum magno prœlio Agathoclem Syracusas obsidebant; in Africa autem tanto conflictu superior Agathocles obsidione premebat Carthaginienses. Et quod maxime admirandum, princeps iste, in sua insula copias habens integras, Barbaris succubuerat: in continente vero cum parte exercitus profligati victoribus superior evaserat.

XIV. Quapropter Carthaginienses, a diis calamitatem hanc inflictam sibi rati, ad omne genus supplicationum erga numen se converterunt. Inprimis vero Herculem Tyrium, metropolis suæ patronum, iratum sibi arbitrati, vim magnam pecuniæ et pretiosissimorum donariorum copiam non exiguam Tyrum misere. (2) Nam quod ex illa in coloniam erant deducti, per ætates superiores decimam omnium, quæ

χρόνοις δεκάτην ἀποστέλλειν τῷ θεῷ πάντων τῶν εἰς πρόςοδον πιπτόντων· ὕστερον δὲ μεγάλους κτησάμενοι πλούτους, καὶ προςόδους ἀξιολογωτέρας λαμβάνοντες, μικρὰ παντελῶς ἀπέστελλον, ὀλιγωροῦντες τοῦ δαιμονίου. Διὰ δὲ τὴν συμφορὰν ταύτην εἰς μεταμέλειαν ἐλθόντες πάλιν τῶν ἐν τῇ Τύρῳ θεῶν ἐμνημόνευον. (3) Ἔπεμψαν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι πρὸς τὴν ἱκεσίαν, ἡγούμενοι μᾶλλον ἐξιλάσεσθαι τὴν τοῦ θεοῦ μῆνιν τῶν ἀναθημάτων πεμφθέντων ἐπὶ τὴν παραίτησιν. (4) Ἠτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, καθ' ὅσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρᾳ παῖδας καὶ θρέψαντες ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν· καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρέθησάν τινες τῶν καθιερουργημένων ὑποβολιμαῖοι γεγονότες. (5) Τούτων δὲ λαβόντες ἔννοιαν, καὶ τοὺς πολεμίους πρὸς τοῖς τείχεσιν ὁρῶντες στρατοπεδεύοντας, ἐδεισιδαιμόνουν ὡς καταλελυκότες τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. Διορθώσασθαι δὲ τὰς ἀγνοίας σπεύδοντες, διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων προκρίναντες ἔθυσαν δημοσίᾳ· ἄλλοι δ' ἐν διαβολαῖς ὄντες ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἔδοσαν, οὐκ ἐλάττους ὄντες τριακοσίων. (6) Ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥςτε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. Εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐντεῦθεν εἰληφέναι τὰ μυθολογούμενα παρ' αὐτῷ περὶ τὴν ἐν Ταύροις θυσίαν ἐν οἷς εἰςάγει τὴν Ἰφιγένειαν ὑπὸ Ὀρέστου διερωτωμένην

Τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ', ὅταν θάνω;
Πῦρ ἱερὸν ἔνδον χάσμα τ' εὐρωπὸν χθονός.

(7) Καὶ ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι δὲ μῦθος ἐκ παλαιᾶς φήμης παραδεδομένος ὅτι Κρόνος ἠφάνιζε τοὺς ἰδίους παῖδας, παρὰ Καρχηδονίοις φαίνεται διὰ τούτου τοῦ νομίμου τετηρημένος.

XV. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοιαύτης ἐν τῇ Λιβύῃ γεγενημένης μεταβολῆς, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι διεπέμποντο πρὸς Ἀμίλκαν εἰς τὴν Σικελίαν, ἀξιοῦντες κατὰ τάχος πέμψαι βοήθειαν, καὶ τὰ ληφθέντα χαλκώματα τῶν Ἀγαθοκλέους νεῶν ἀπέστειλαν αὐτῷ. Ὁ δὲ τοῖς καταπλεύσασι παρεκελεύσατο σιωπᾶν μὲν τὴν γεγενημένην ἧτταν, διαδιδόναι δὲ λόγον εἰς τοὺς στρατιώτας ὡς Ἀγαθοκλῆς ἄρδην ἀπώλεσε καὶ τὰς ναῦς καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν. (2) Αὐτὸς δὲ πέμψας τινὰς τῶν παρόντων ἐκ Καρχηδόνος εἰς τὰς Συρακούσας πρεσβευτάς, καὶ τὰ χαλκώματα συναποστείλας, ἠξίου παραδιδόναι τὴν πόλιν· τὴν μὲν γὰρ δύναμιν τῶν Συρακοσίων ὑπὸ Καρχηδονίων κατακεκόφθαι, τὰς δὲ ναῦς ἐμπεπυρίσθαι· τοῖς δ' ἀπιστοῦσιν ἀπόδειξιν παρέχεσθαι τὴν τῶν ἐμβόλων κομιδήν. (3) Τῶν δ' ἐν τῇ πόλει πυθομένων τὴν περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα προςηγγελμένην συμφοράν, οἱ πολλοὶ μὲν ἐπίστευσαν, οἱ προεστηκότες δὲ διστάζοντες διετήρησαν μὲν χάριν τοῦ μὴ γενέσθαι

in proventuum rationem cadebant, deo transmittere solebant; sed posteaquam magnis aucti opibus multo luculentiores percipiebant reditus, perexiguum, religione dei posthabita, mittebant. Clade igitur illa ad pœnitentiam adacti, denuo Tyriorum deorum memores erant. (3) Quin etiam aurea simulacris delubra e templis misere ad supplicationem, quod ad averruncandam dei iram plus facere existimarent, si donaria mitterent ad deprecationem. (4) Saturnum præterea sibi adversum esse causabantur, quod quum superiori tempore filiorum præstantissimos huic deo sacrificarent, pueros deinde clam emtos et enutritos ad sacrificium mitterent. Et habita inquisitione, subdititii nonnulli ex immolandis sunt reperti. (5) His animo perpensis, quum hostes ante urbem castra habere cernerent, religio injicitur, quasi patrios deorum honores abrogassent. Errata igitur illa ut absque mora corrigant, ducentos ex præcipua delectos nobilitate pueros sacrificio publico immolant. Alii etiam, criminationibus obnoxii, non pauciores trecentis sponte se offerunt. (6) Erat autem apud illos ænea Saturni statua, quæ cavas manus extendebat ita ad terram inclinatas, ut impositus illis puer devolveretur et in voraginem ignis plenam rueret. Hinc Euripidem, quæ fabulose apud illum memorantur de sacrificio in Tauris, desumsisse consentaneum est, ubi sic interrogatam ab Oreste Iphigeniam introducit:

At quod sepulcrum me peremtum recipiet?
Sacer intus ignis et cavum terræ specus.

(7) Fabula quoque, quæ ex prisca apud Græcos fama traditur, quod suos e medio liberos tollat Saturnus, hoc ritu apud Carthaginienses servari videtur.

XV. Ceterum postquam talis in Africa mutatio accidit, Carthaginienses ad Amilcarem in Siciliam postulatum mittunt, ut auxilium suum celerrime expediat, ac ferramenta simul navium Agathoclis ad eum perferenda curant. Is appulsis eo legatis imperat, ut clade silentio pressa, rumorem inter milites spargant, Agathoclem tum classem, tum exercitum omnem funditus perdidisse. (2) Ipse vero, missis quibusdam Syracusas, qui tum ex Carthagine aderant, una cum ferramentis, urbis deditionem exigit. Copias enim illorum a Carthaginiensibus concisas navesque exustas esse; quod si qui fidem non habeant, rostrorum exhibitione rem demonstrari. (3) Quum, qui in urbe erant, hanc Agathoclis calamitatem ex nuntiis audivissent, plerique credidere: magistratus autem, ut rem ambiguam, in occulto servarunt, ne quid tumultus exsisteret, et extemplo

ταραχήν, τοὺς πρεσβευτὰς δὲ ταχέως ἐξέπεμψαν· τοὺς δὲ τῶν φυγάδων συγγενεῖς καὶ φίλους καὶ τῶν ἄλλων τοὺς δυσχεραίνοντας τοῖς ὑπ' αὐτῶν πραττομένοις ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως, ὄντας οὐκ ἐλάττους ὀκτακισχιλίων. (4) Κἄπειτα τοσούτου πλήθους ἄφνω συναναγκαζομένου τὴν πατρίδα φεύγειν, ἔγεμεν ἡ πόλις διαδρομῆς καὶ θορύβου καὶ γυναικείων κλαυθμῶν· οὐδεμία γὰρ ἦν οἰκία πένθους ἀκοινώνητος κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. (5) Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν τυραννίδα τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ τὴν συμφορὰν ὠδύροντο· τῶν δ' ἰδιωτῶν οἱ μὲν τοὺς ἀπολωλέναι δοκοῦντας κατὰ Λιβύην ἔκλαιον, οἱ δὲ τοὺς ἐκπίπτοντας ἀφ' ἑστίας καὶ πατρῴων θεῶν, οἷς οὔτε μένειν ἐξῆν οὔτε ἐκτὸς τῶν τειχῶν προάγειν, πολιορκούντων τῶν βαρβάρων, πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κακοῖς τηλικούτοις οὖσιν ἠναγκάζοντο νηπίους παῖδας καὶ γυναῖκας συνεφέλκεσθαι τῇ φυγῇ. (6) Ὁ δ' Ἀμίλκας, καταφυγόντων πρὸς αὐτὸν τῶν φυγάδων, τούτοις μὲν τὴν ἀσφάλειαν παρέσχετο, τὴν δὲ δύναμιν παρασκευάσας προῆγεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας, ὡς αἱρήσων τὴν πόλιν διά τε τὴν ἐρημίαν καὶ διὰ τὴν προσηγγελμένην τοῖς ὑπολελειμμένοις συμφοράν.

XVI. Προαποστείλαντος δ' αὐτοῦ πρεσβείαν, καὶ διδόντος Ἀντάνδρῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ παραδιδόασι τὴν πόλιν, ἀσφάλειαν, συνήδρευσαν τῶν ἡγεμόνων οἱ μάλιστα ἀξίωμα δοκοῦντες ἔχειν. Ῥηθέντων οὖν πολλῶν λόγων, Ἄντανδρος μὲν ᾤετο δεῖν παραδιδόναι τὴν πόλιν, ὢν ἄνανδρος φύσει καὶ τῆς τἀδελφοῦ τόλμης καὶ πράξεως ἐναντίαν ἔχων διάθεσιν· Ἐρύμνων δ' ὁ Αἰτωλός, παρακαθεσταμένος ὑπ' Ἀγαθοκλέους τἀδελφῷ σύνεδρος, τὴν ἐναντίαν δοὺς γνώμην, ἔπεισεν ἅπαντας διακαρτερεῖν μέχρι ἂν πύθωνται τἀληθές. (2) Εἶτα Ἀμίλκας μὲν μαθὼν τὰ δόξαντα τοῖς ἐν τῇ πόλει, συνεπήγνυε μηχανὰς παντοίας, διεγνωκὼς προσβάλλειν. (3) Ἀγαθοκλῆς δὲ δύο τριακοντόρους μετὰ τὴν μάχην νεναυπηγημένος, τὴν ἑτέραν ἀπέστειλεν εἰς Συρακούσας, ἐρέτας ἐμβιβάσας τοὺς κρατίστους καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πιστευομένων φίλων ἕνα Νέαρχον, ἀπαγγελοῦντα τοῖς ἰδίοις τὴν νίκην. (4) Ἔπειτ' εὐπλοίας γενομένης, πεμπταῖοι ταῖς Συρακούσαις νύκτωρ προσεπέλασαν, καὶ στεφανωσάμενοι καὶ παιανίσαντες κατὰ τὸ πλοῖον ἅμ' ἡμέρᾳ κατέπλεον ἐπὶ τὴν πόλιν. (5) Αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων αἰσθόμεναι, κατὰ σπουδὴν ἐπεδίωκον· καὶ οὐ πολὺ προειληφότων τῶν ὑποφευγόντων, ἀγὼν τῆς εἰρεσίας ἐγίνετο. Ἅμα δὲ τῇ τῶν ἐρετῶν φιλοτιμίᾳ συνέβη τούς τ' ἐκ τῆς πόλεως καὶ τοὺς πολιορκοῦντας αἰσθομένους συνδραμεῖν ἐπὶ τὸν λιμένα, καὶ τοῖς ἰδίοις ἑκατέρους συναγωνιῶντας ἀναβοᾶν θαρρεῖν. (6) Ἤδη δὲ τῆς τριακοντόρου καταλαμβανομένης, οἱ βάρβαροι μὲν ἐπηλάλαξαν, οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀδυνατοῦντες βοηθεῖν τοῖς θεοῖς ηὔχοντο περὶ τῆς σωτηρίας τῶν καταπλεόντων. Τῆς πρῴρας δὲ τῶν διωκόντων εἰς ἐμβολὴν ἤδη φερομένης οὐκ ἄποθεν τῆς γῆς, ἔφθασε τὸ διωκόμενον σκάφος ἐντὸς βέλους γενόμενον, καὶ τῶν Συρακοσίων προσβοηθησάντων ἐξέφυγε

dimisere legatos. Exulum vero propinquos et amicos, et ex aliis, qui, quæ gerebantur ab illis, moleste ferebant, non pauciores octo millibus ex urbe ejecerunt. (4) Exinde quum tanta multitudo repente ex patria fugere cogeretur, urbs discursatione, tumultu et femineis lamentis plena erat: nulla enim domus per hoc tempus erat luctus non particeps. (5) Nam qui tyrannidi favebant, Agathoclis ejusque natorum calamitatem deplorare: privatorum alii deflere eos, qui in Africa periisse existimabantur; alii sortem horum miserari, qui focis suis deisque patriis submoverentur, quibus neque manere, neque urbe excedere per obsidionem Barbarorum liceret, et, præter jam enumerata tantæ acerbitatis mala, tenellæ ætatis sobolem et uxores in fuga secum abstrahere cogerentur. (6) Amilcar vero, quum relegati fuga se ad ipsum recepissent, salutem illis donavit; instructoque exercitu Syracusas contendit, quasi propter solitudinem, et annuntiatam relictis superstitibus calamitatem jamjam urbem in potestatem redacturus.

XVI. Mittit tamen prius legationem, et Antandro cum suis, si urbem ipsi tradant, impunitatem concedit. Fit igitur ducum, qui auctoritate præstare videbantur, consessus. Ibi multis ultro citroque dictis, Antander natura effeminatus, et contrarium fratris audaciæ rebusque gestis ingenium habens, urbem dedendam censet. Sed Erymnon Ætolus, quem consiliarium fratri Agathocles adjunxerat, contrariam edens sententiam, omnibus, dum verum explorarint, perseverandi auctor est. (2) Tum Amilcar, de oppidanorum sententia edoctus, machinas omnis generis obfirmato ad oppugnationem animo compegit. (3) Agathocles vero, post conflictum illum, duas naves, quas triacontoros (a triginta remis) vocant, construxerat. Harum alteram Syracusas misit, collocatis in eam remigibus præstantissimis et Nearcho, ex fidelissimis, quos secum habebat, amicis uno, qui victoriam suis domi renuntiaret. (4) Secundis igitur ventis usi, quinto die Syracusas noctu accedunt, coronatique ac pæana cantantes, quum illucesceret, ad urbem provehuntur. (5) Quod ubi naves Carthaginiensium præsidiariæ sensere, citato insequuntur; et quia non multum præverterant fugientes, certamen remigationis oritur. Dumque remiges ita inter se contendunt, ab oppidanis et obsidentibus re animadversa concurritur ad portum, et utrique de suis anxii, ut præsenti sint animo illos exhortantur. (6) Et jamjam comprehendebatur trigintaremis; Barbarique jubilare, oppidani vero, quod suppetias ferre non possent, pro salute adnavigantium suorum vota diis facere. Quumque persequentes jam proram impacturi essent, non procul a terra navis appetita, intra teli jactum subire occupat, et opem ferentibus

τὸν κίνδυνον. (7) Ἀμίλκας δ' ὁρῶν τοὺς ἐκ τῆς πόλεως διὰ τὴν ἀγωνίαν καὶ τὸ παράδοξον τῆς προςδοκωμένης ἀγγελίας ἐπὶ τὸν λιμένα συνδεδραμηκότας, ὑπολαβὼν εἶναι μέρος τι τοῦ τείχους ἀφύλακτον, ἔπεμψε τῶν στρατιωτῶν τοὺς κρατίστους μετὰ κλιμάκων. Οὗτοι δ' εὑρόντες ἐκλελειμμένας τὰς φυλακὰς ἔλαθον προςαναβάντες· καὶ σχεδὸν αὐτῶν μεσοπύργιον ἤδη κατειληφότων, ἡ κατὰ τὸ σύνηθες ἐφοδεία παραγενομένη κατενόησε. (8) Γενομένης δὲ μάχης, οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως συνέδραμον, καὶ φθάσαντες τοὺς μέλλοντας τοῖς ἀναβεβηκόσι προςβοηθεῖν οὓς μὲν ἀπέκτειναν, οὓς δ' ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κατεκρήμνισαν. (9) Ἐφ' οἷς Ἀμίλκας περιαλγὴς γενόμενος ἀπήγαγε τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς εἰς Καρχηδόνα βοήθειαν ἐξέπεμψε μετὰ στρατιωτῶν πενταχιςχιλίων.

XVII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ὁ μὲν Ἀγαθοκλῆς κρατῶν τῶν ὑπαίθρων, τὰ περὶ τὴν Καρχηδόνα χωρία κατὰ κράτος ᾕρει καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν διὰ φόβον, ἃς δὲ διὰ τὸ πρὸς Καρχηδονίους μῖσος προςηγάγετο. Παρεμβολὴν δὲ πλησίον τοῦ Τύνητος ὀχυρωσάμενος καὶ τὴν ἱκανὴν ἀπολιπὼν φυλακήν, ἀνέζευξε πρὸς τὰς ἐπὶ θαλάττῃ κειμένας πόλεις. Καὶ πρώτην μὲν ἑλὼν Νέαν πόλιν κατὰ κράτος, φιλανθρώπως ἐχρήσατο τοῖς χειρωθεῖσιν· εἶτα παρελθὼν ἐπ' Ἀδρύμητα, πρὸς μὲν ταύτην πολιορκίαν συνεστήσατο, Ἐλύμαν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων εἰς συμμαχίαν προςελάβετο. (2) Ἃ δὴ πυθόμενοι οἱ Καρχηδόνιοι, πᾶσαν τὴν δύναμιν προςήγαγον ἐπὶ τὸν Τύνητα, καὶ τῆς μὲν Ἀγαθοκλέους στρατοπεδείας ἐκυρίευσαν, τῇ πόλει δὲ μηχανὰς προςαγαγόντες συνεχεῖς προςβολὰς ἐποιοῦντο. (3) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς, ἀπαγγειλάντων τινῶν αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς ἰδίους ἐλαττώματα, τὸ μὲν πολὺ τῆς δυνάμεως κατέλιπεν ἐπὶ τῆς πολιορκίας, τὴν δὲ θεραπείαν καὶ τῶν στρατιωτῶν ὀλίγους ἀναλαβὼν λάθρᾳ προςῆλθεν ἐπί τινα τόπον ὀρεινόν, ὅθεν ὁρᾶσθαι δυνατὸν ἦν αὐτὸν ὑπό τε τῶν Ἀδρυμητίνων καὶ τῶν Καρχηδονίων τῶν τὸν Τύνητα πολιορκούντων. (4) Νυκτὸς δὲ συντάξας τοῖς στρατιώταις ἐπὶ πολὺν τόπον πυρὰ καίειν, δόξαν ἐποίησε τοῖς μὲν Καρχηδονίοις ὡς μετὰ μεγάλης δυνάμεως ἐπ' αὐτοὺς πορευόμενος, τοῖς δὲ πολιορκουμένοις ὡς ἄλλης δυνάμεως ἁδρᾶς τοῖς πολεμίοις εἰς συμμαχίαν παραγεγενημένης. (5) Ἀμφότεροι δὲ τῷ ψεύδει τοῦ στρατηγήματος παραλογισθέντες παραλόγως ἠλαττώθησαν, οἱ μὲν τὸν Τύνητα πολιορκοῦντες φυγόντες εἰς Καρχηδόνα καὶ τὰς μηχανὰς ἀπολιπόντες, οἱ δ' Ἀδρυμητῖνοι διὰ τὸν φόβον παραδόντες τὴν πατρίδα. (6) Ἀγαθοκλῆς δὲ ταύτην δι' ὁμολογίας παραλαβών, Θάψον εἷλε κατὰ κράτος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ πόλεων ἃς μὲν ἐξεπολιόρκησεν, ἃς δὲ προςηγάγετο· τὰς ἁπάσας δὲ πόλεις πλείους τῶν διακοσίων κεχειρωμένος, εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Λιβύης διενοεῖτο στρατεύειν.

XVIII. Ἀναζεύξαντος οὖν αὐτοῦ καὶ πλείους ἡμέρας ἐδοιποροῦντος, Καρχηδόνιοι τὴν ἐκ Σικελίας διακομι-

Syracusanis, periculum evadit. (7) Tum Amilcar, cives præ sollicitudine repentinoque exspectati nuntii adventu ad portum confluxisse videns, quod partem muri incustoditam esse conjiceret, fortissimos militum cum scalis ire jussit. Qui derelictas nacti custodias, nemine sentiente conscenderunt. Et jam intervallum inter duas turres prope occupaverant, quum usitata vigilum lustratio ad eum locum deveniens id animadvertit. (8) Orta igitur pugna, fit civium concursus : qui antevertentes subsidia ingressis ventura, illos partim interficiunt, partim de propugnaculis dant præcipites. (9) Ob quæ non parum contristatus Amilcar, exercitum ab urbe abduxit, et militum quinque millia Carthaginiensibus auxilio misit.

XVII. Dum hæc geruntur, Agathocles, jam campestria in potestate habens, castella vicina Carthagini vi cepit, urbiumque alias metu, alias odio Carthaginiensium subjunxit. Castrisque prope Tunetem munitis, quum præsidium satis validum ibi reliquisset, in oppida mari vicina movit, primamque vi subegit Neapolin; subactis autem clementem se exhibuit. Inde versus Adrumetum progressus, obsidione illam cinxit; Elymam vero Afrorum regem societate armorum sibi adjunxit. (2) Quibus auditis, Carthaginienses vim belli omnem Tunetem convertunt, castrisque Agathoclis potiti, admotis urbi machinis, continua oppugnatione illam premunt. (3) Agathocles, de suorum clade per nuntios quorundam certior factus, maximam exercitus partem in obsidione reliquit, assumtoque satellitio, cum exigua manu in montem quendam tacite contendit, unde tum abs Adrymetinorum, tum Carthaginiensium, qui Tunetem obsidebant, multitudine conspici posset. (4) Noctu vero jussis ad longum tractum ignes excitare militibus, suspicionem Carthaginiensibus injecit, quasi valida contra ipsos manu acceleraret; obsessis autem, veluti novæ hostibus copiæ magno numero suppetias latum adessent. (5) Eo strategematis mendacio utrique decepti, cladibus improvisis afficiebantur. Nam qui Tunetem obsidebant, Carthaginem refugere, machinis etiam relictis; Adrumetini vero præ metu patriæ deditionem fecere. (6) Hac igitur certis pactionibus recepta, vi Thapsum cepit Agathocles, aliasque in illo tractu urbes tum expugnando, tum persuadendo ad se pertraxit. Oppidis tandem in universum plus quam ducentis in potestatem redactis, in superioris Libyæ terras expeditionem facere constituit.

XVIII. Motis igitur castris, quum complurium itinere dierum processisset, Carthaginienses, eductis tum aliis,

σθεῖσαν δύναμιν καὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν προαγαγόντες πάλιν τὸν Τύνητα πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν, καὶ τῶν χωρίων οὐκ ὀλίγα τῶν ὑπὸ τοὺς πολεμίους ὄντων ἀνεκτήσαντο. Ἀγαθοκλῆς δέ, βιβλιαφόρων αὐτῷ παραγεγενημένων ἀπὸ τοῦ Τύνητος καὶ τὰ πεπραγμένα τοῖς Φοίνιξι διασαφούντων, εὐθὺς ἀνέστρεψεν. (2) Ὡς δ' ἀπέσχε τῶν πολεμίων σταδίους διακοσίους, κατεστρατοπέδευσε καὶ τοῖς στρατιώταις πυρὰ καίειν ἀπηγόρευσε. Χρησάμενος δὲ νυκτοπορίᾳ προςέπεσεν ἅμ' ἡμέρᾳ τοῖς τε προνομεύουσι τὴν χώραν καὶ τοῖς ἐκτὸς τῆς παρεμβολῆς ἄνευ τάξεως πλανωμένοις· καὶ φονεύσας μὲν ὑπὲρ τοὺς διςχιλίους, ζωγρήσας δ' οὐκ ὀλίγους, πολλὰ πρὸς τὸ μέλλον ἐπλεονέκτησεν. (3) Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι, τῆς ἐκ Σικελίας προςγενομένης βοηθείας καὶ τῶν κατὰ Λιβύην συμμάχων συναγωνιζομένων, ἐδόκουν ὑπερέχειν τῶν περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα· τούτου δὲ τοῦ προτερήματος γενομένου, πάλιν συνεστάλη τὰ φρονήματα τῶν βαρβάρων. Καὶ γὰρ Ἐλύμαν τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων ἀποστάτην γενόμενον ἐνίκησε μάχῃ, καὶ τόν τε δυνάστην καὶ πολλοὺς τῶν βαρβάρων ἀνεῖλε. Καὶ τὰ μὲν περὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην ἐν τούτοις ἦν.

XIX. Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Κάσσανδρος μὲν βοηθήσας Αὐδολέοντι τῷ τῶν Παιόνων βασιλεῖ διαπολεμοῦντι πρὸς Αὐταριάτας, τοῦτον μὲν ἐκ τῶν κινδύνων ἐῤῥύσατο, τοὺς δὲ Αὐταριάτας σὺν τοῖς ἀκολουθοῦσι παισὶ καὶ γυναιξὶν ὄντας εἰς διςμυρίους κατῴκισε παρὰ τὸ καλούμενον Ὄρβηλον ὄρος. (2) Τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, κατὰ μὲν τὴν Πελοπόννησον Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς Ἀντιγόνου δυνάμεις πεπιστευμένος, καὶ τῷ δυνάστῃ προςκόψας ὡς οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν τιμώμενος, Ἀντιγόνου μὲν ἀπέστη, πρὸς δὲ Κάσσανδρον συμμαχίαν ἐποιήσατο. Καταλελοιπὼς δὲ τῆς ἐφ' Ἑλληςπόντῳ σατραπείας ἐπιστάτην Φοίνικα τῶν πιστοτάτων φίλων, ἀπέστειλεν αὐτῷ στρατιώτας, ἀξιῶν διαφυλάττειν τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις καὶ μὴ προσέχειν Ἀντιγόνῳ. (3) Τῶν δὲ κοινῶν συνθηκῶν τοῖς ἡγεμόσι περιεχουσῶν ἐλευθέρας ἀφεῖσθαι τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, οἱ περὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου δυνάστην ἐγκαλέσαντες Ἀντιγόνῳ διότι φρουραῖς τινας διείληφε τῶν πόλεων, πολεμεῖν παρεσκευάζοντο. (4) Καὶ τὴν μὲν δύναμιν ἐξαποστείλας Πτολεμαῖος καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην, τὰς ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ πόλεις οὔσας ὑπ' Ἀντίγονον ἐχειρώσατο. Διεπέμπετο δὲ καὶ * τὰς ὑπὸ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον πόλεις, ἀξιῶν συμφρονεῖν ἑαυτῷ καὶ κωλύειν Ἀντίγονον ἰσχυρὸν γίνεσθαι. (5) Ὁ δ' Ἀντίγονος τῶν υἱῶν Φίλιππον μὲν τὸν νεώτερον ἐξέπεμψεν ἐφ' Ἑλλήςποντον, διαπολεμήσοντα Φοίνικι καὶ τοῖς ἀφεστηκόσι, Δημήτριον δ' ἐπὶ Κιλικίαν· ὃς ἐνεργὸν ποιησάμενος τὴν στρατείαν, ἐνίκησε τοὺς τοῦ Πτολεμαίου στρατηγοὺς καὶ τὰς πόλεις ἀνεκτήσατο.

XX. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Πολυσπέρχων περὶ Πελοπόννησον διατρίβων, καὶ Κασσάνδρῳ μὲν ἐγκαλῶν, τῆς δὲ Μακεδόνων ἡγεμονίας πάλαι ὀρεγό-

tum quæ ex Sicilia trajecerant, copiis, obsidionem Tunetis denuo aggrediuntur, nec pauca castellorum, quæ sub hostium fuerant ditione, recuperant. Quare quum tabellarii ex Tunete advenirent et quæ gesta essent a Pœnis referrent, Agathocles e vestigio regreditur. (2) Ubi jam ducentis ab hoste stadiis aberat, castra metatur, et militibus, ne ignes accendant, interdicit. Arreptoque per noctem itinere, sub initium diei in depopulantes agrum et inordinatim extra castra palantes irruit, et plus quam duobus millibus cæsis, captisque non paucis, magnos ad successus futuros progressus fecit. (3) Carthaginienses enim, subsidiis e Sicilia jam aucti et sociorum in Africa auxiliis confirmati, Agathocle superiores esse videbantur; sed post hunc Agathoclis successum animi Barbarorum rursus infracti sunt. Nam Elymam, Afrorum regem, qui desciverat, prœlio vicit, et principem cum magna Barbarorum multitudine occidit. Hic ergo Siciliæ et Africæ status tum erat.

XIX. Ceterum in Macedonia Cassander, quum auxilium tulisset Audoleonti Pæonum regi, bellum gerenti cum Autariatis, illum e periculo exemit, et Autariatas cum liberis et uxoribus, quos in comitatu habebant, ad viginti millia, juxta Orbelum, quem vocant, montem collocavit. (2) Dum his ille occupatur, in Peloponneso dux Antigoni Ptolemæus, cujus fidei exercitum ille commiserat, principi suo infensus, quod meritis honoribus non afficeretur, fidem Antigoni deserit et societatem cum Cassandro init. Reliquerat autem procuratorem satrapiæ ad Hellespontum quendam ex fidelissimis amicis Phœnicem. Huic milites transmittit, utque castella et urbes tueatur, nec Antigoni deinceps auctoritatem sequatur, monet. (3) Erat in communi ducum fœdere etiam hoc comprehensum, ut Græcas urbes liberas dimitterent. Ideo Ptolemæus Ægypti princeps, Antigonum criminatus, quod oppida nonnulla præsidiis muniisset, bellum ei moliebatur. (4) Missis igitur cum Leonide præfecto copiis, asperæ Ciliciæ urbes Antigono subjectas potestatis suæ faciebat. *Ad* urbes etiam Cassandro et Lysimacho addictas rogatum misit, ut suam amplexæ sententiam, ne cresceret potentia Antigoni, prohiberent. (5) Antigonus vero natu minorem filium Philippum, cum Phœnice et defectoribus belligeratum, ad Hellespontum misit; sed in Ciliciam Demetrium. Qui militiæ suæ munus strenue exsecutus et Ptolemæi duces vicit et urbes recuperavit.

XX. Dum ista peraguntur, Polysperchon, in Peloponneso agens, dum in crimen vocat Cassandrum et Macedonum imperium dudum affectat, e Pergamo Herculem Bar-

μενος, ἐκ Περγάμου μετεπέμψατο τὸν ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα, ὃς ἦν Ἀλεξάνδρου μὲν υἱός, τρεφόμενος δ' ἐν Περγάμῳ, τὴν δ' ἡλικίαν περὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη γεγονώς. (2) Ὁ δ' οὖν Πολυσπέρχων διαπέμπων πολλαχοῦ πρὸς τοὺς ἰδιοξένους καὶ τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους πρὸς Κάσσανδρον, ἠξίου κατάγειν τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. (3) Ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν, ἀξιῶν δίοδόν τε δοῦναι καὶ συστρατεύειν, ἐπαγγελλόμενος πολλαπλασίους χάριτας ἀποδώσειν, ἐὰν συγκαταγάγωσι τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. Τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ κατὰ νοῦν γενομένων, προθύμως θ' ὑπακουόντων τῶν Αἰτωλῶν καὶ πολλῶν ἄλλων συντρεχόντων ἐπὶ τὴν κάθοδον τοῦ βασιλέως, οἱ σύμπαντες ἠθροίσθησαν πεζοὶ μὲν ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους χιλίων. (4) Καὶ Πολυσπέρχων μὲν περὶ τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευὰς γινόμενος χρήματά τε συνῆγε καὶ πρὸς τοὺς οἰκείως ἔχοντας τῶν Μακεδόνων διαπεμπόμενος ἠξίου συνεργεῖν.

XXI. Πτολεμαῖος δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων κυριεύων, ἐπειδή τινων ἐπύθετο Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων ἐν ἀποῤῥήτοις ἰδίᾳ πρὸς Ἀντίγονον συντεθεῖσθαι φιλίαν, ἔπεμψε τῶν φίλων Ἀργαῖον καὶ Καλλικράτην, προστάξας αὐτοῖς ἀνελεῖν τὸν Νικοκλέα. Πάνυ γὰρ εὐλαβεῖτο μὴ καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ὁρμήσωσι πρὸς μεταβολήν, ὁρῶντες ἀθῴους γεγονότας τοὺς πρότερον ἀφεστηκότας. Οὗτοι μὲν οὖν πλεύσαντες εἰς τὴν νῆσον, καὶ παρὰ Μενελάου τοῦ στρατηγοῦ στρατιώτας λαβόντες, περιέστησαν τὴν οἰκίαν τοῦ Νικοκλέους, καὶ τὰ δόξαντα τῷ βασιλεῖ δηλώσαντες, προσέταξαν ἑαυτὸν ἀπαλλάξαι τοῦ ζῆν. (2) Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἐτρέπετο τῶν ἐγκαλουμένων· ὡς δ' οὐδεὶς προςεῖχεν, ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. Ἀξιοθέα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ Νικοκλέους ἀκούσασα τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτήν, τὰς μὲν θυγατέρας τὰς ἑαυτῆς παρθένους οὔσας ἀπέσφαξεν, ὅπως μηδεὶς αὐτῶν πολέμιος κυριεύσῃ, τὰς δὲ τῶν ἀδελφῶν τῶν Νικοκλέους γυναῖκας προετρέψατο μεθ' αὑτῆς ἑλέσθαι τὸν θάνατον, οὐδὲν συντεταχότος Πτολεμαίου περὶ τῶν γυναικῶν, ἀλλὰ συγκεχωρηκότος αὐταῖς τὴν ἀσφάλειαν. (3) Τῶν δὲ βασιλείων πεπληρωμένων φόνων καὶ συμπτωμάτων ἀπροςδοκήτων, οἱ τοῦ Νικοκλέους ἀδελφοὶ συγκλείσαντες τὰς θύρας, τὴν μὲν οἰκίαν ἐνέπρησαν, ἑαυτοὺς δ' ἀπέσφαξαν. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἐν Πάφῳ βασιλέων οἰκία, τραγικοῖς συγκυρήσασα πάθεσι, τὸν εἰρημένον τρόπον κατελύθη. Ἡμεῖς δὲ τὴν ἀπαγγελίαν τῶν* γεγονότων διελθόντες, ἐπὶ τὰς συνεχεῖς πράξεις μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

XXII. Περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐν τῷ Πόντῳ μετὰ τὴν Παρυσάδου τελευτήν, ὃς ἦν βασιλεὺς τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διετέλουν οἱ παῖδες αὐτοῦ διαπολεμοῦντες πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, Εὔμηλός τε καὶ Σάτυρος καὶ Πρύτανις. (2) Τούτων δὲ ὁ μὲν Σάτυρος ὢν πρεσβύτερος παρὰ τοῦ πατρὸς παρειλήφει τὴν ἀρχήν, βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ·

sines arcessit. Is Alexandri filius erat et Pergami educabatur, jam circiter septemdecim annos natus. (2) Polysperchon igitur sæpenumero ad hospites suos privatos et Cassandri inimicos missitans, ut adolescentem in regnum paternum reducerent, orabat. (3) Per literas etiam ad rempublicam Ætolorum missas rogaverat, ut suppeditatis copiis, in societatem expeditionis venirent, multo ampliorem se gratiam, si restitutionem in regnum paternum pueri adjuvarent, retributurum pollicitus. Dumque e sententia res eveniunt, et Ætoli se postulatis attemperant, multi insuper alii ad reditum novi regis confluunt, summatim supra viginti millia peditum, nec infra mille equites congregantur. (4) Et Polysperchon, in belli apparatum incumbens, pecunias colligit, ad Macedones etiam amice affectos, qui auxilia peterent, mittit.

XXI. Interea Ptolemæus, jam Cypri urbes sub ditione habens, postquam a Nicocle, Paphiorum rege, occultam cum Antigono amicitiam fuisse initam ex relatu quorundam cognovit, ex amicorum numero Argæum et Callicratem cum mandatis de tollendo Nicocle misit. Magnopere enim metuebat ne qui alii etiam ad mutationem properarent, quum alios antea impune viderent defecisse. Illi ergo in insulam profecti, a Menelao exercitus præfecto militibus acceptis, domum Nicoclis circumsistunt, et exposito regis decreto, ut vita se abdicaret, imperant. (2) Qui ad diluendum quæ objiciebantur, primum se convertit: at ubi nemo attendit, sibi manus infert. Axiothea, Nicoclis uxor, audita viri morte, filias suas adhuc virgines jugulat, ne quis hostium sibi illas mancipet, fratrumque Nicoclis conjuges, ut una cum ipsa mortem oppetant, instigat, quum tamen nihil acerbi in eas feminas statuisset Ptolemæus, sed incolumitatem illis concessisset. (3) Quamobrem regia tam improvisis repleta cædibus et infortuniis, fratres Nicoclis, foribus ædium occlusis, domoque succensa, mortem sibi ipsi conscivere. Ita familia regum Paphiorum, tragicis oppressa calamitatibus, abolita fuit. Nos vero harum rerum narrationem exsecuti, ad reliqua dehinc gesta sermonem transferemus.

XXII. Per id tempus in Ponto, post obitum Parysadæ, qui Bospori Cimmerici rex fuerat, Eumelus, Satyrus et Prytanis, ejus filii, de principatu inter se contenderunt. (2) Horum natu maximus Satyrus imperium a patre acceperat, quod ille per triginta octo annos gesserat. Eumelus autem,

ὁ δ' Εὔμηλος φιλίαν συντεθειμένως πρός τινας τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων καὶ δύναμιν ἀδρὰν ἠθροικώς, ἠμφισβήτει τῆς βασιλείας. (3) Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Σάτυρος ἀνέζευξεν ἐπ' αὐτὸν μετὰ δυνάμεως ἀδρᾶς, καὶ διαβὰς τὸν Θάτην ποταμόν, ἐπειδὴ πλησίον ἐγένετο τῶν πολεμίων, τὴν μὲν παρεμβολὴν ταῖς ἁμάξαις περιλαβὼν αἷς ἦν κεκομικὼς τὰς ἀγορὰς οὔσας παμπληθεῖς, τὴν δὲ δύναμιν ἐκτάξας, αὐτὸς κατὰ μέσην ὑπῆρχε τὴν φάλαγγα, καθάπερ ἐστὶ Σκύθαις νόμιμον. (4) Συνεστρατεύοντο δ' αὐτῷ μισθοφόροι μὲν Ἕλληνες οὐ πλείους δισχιλίων, καὶ Θρᾷκες ἴσοι τούτοις· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὑπῆρχον σύμμαχοι Σκύθαι, πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους μυρίων. Τῷ δ' Εὐμήλῳ συνεμάχει [μὲν] Ἀριφάρνης ὁ τῶν Θατέων βασιλεύς, ἱππεῖς μὲν ἔχων δισμυρίους, πεζοὺς δὲ δισχιλίους πρὸς τοῖς δισμυρίοις. (5) Γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, Σάτυρος μὲν ἔχων περὶ ἑαυτὸν ἐπιλέκτους ἄνδρας, ἱππομαχίαν συνεστήσατο πρὸς τοὺς περὶ Ἀριφάρνην ἀνθεστηκότας κατὰ μέσην τὴν τάξιν, καὶ πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις πεσόντων, τέλος ἐκβιασάμενος ἐτρέψατο τὸν βασιλέα τῶν βαρβάρων. (6) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπέκειτο φονεύων τοὺς ἀεὶ καταλαμβανομένους· μετ' ὀλίγον δὲ πυθόμενος τὸν ἀδελφὸν Εὔμηλον προτερεῖν περὶ τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ τοὺς παρ' αὐτῷ μισθοφόρους τετράφθαι, τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη, παραβοηθήσας δὲ τοῖς ἡττημένοις, καὶ τὸ δεύτερον αἴτιος γενόμενος τῆς νίκης, ἅπαν ἐτρέψατο τῶν πολεμίων τὸ στρατόπεδον, ὥστε πᾶσι γενέσθαι φανερὸν ὅτι καὶ κατὰ γένος καὶ κατ' ἀρετὴν προσῆκον ἦν αὐτῷ διαδέχεσθαι τὴν πατρῴαν βασιλείαν.

XXIII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀριφάρνην καὶ τὸν Εὔμηλον λειφθέντες ἐν τῇ μάχῃ συνέφυγον εἰς τὰ βασίλεια. Ταῦτα δ' ἔκειτο μὲν παρὰ τὸν Θάτην ποταμόν, ὃς περιῤῥέων αὐτὰ καὶ βάθος ἔχων ἱκανὸν ἐποίει δυςπρόςιτα, περιείχετο δὲ κρημνοῖς μεγάλοις, ἔτι δ' ὕλης πλήθει, τὰς πάσας εἰςβολὰς δύο ἔχοντα χειροποιήτους, ὧν ἡ μὲν ἦν ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις, ὠχυρωμένη πύργοις ὑψηλοῖς καὶ προτειχίσμασιν, ἡ δ' ἐκ θατέρου μέρους ἐν ἕλεσιν ὑπῆρχε, φρουρουμένη ξυλίνοις ἐρύμασι· διεστύλωτο δ' εὖ κίοσιν, ὑπεράνω δὲ τῶν ὑδάτων εἶχε τὰς οἰκήσεις. Τοιαύτης δ' οὔσης τῆς περὶ τὸν τόπον ὀχυρότητος, τὸ μὲν πρῶτον ὁ Σάτυρος τήν τε χώραν τῶν πολεμίων ἐδῄωσε καὶ τὰς κώμας ἐνεπύρισεν, ἐξ ὧν αἰχμάλωτα σώματα καὶ λείας πλῆθος ἤθροισε. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα ἐγχειρήσας διὰ τῶν παρόδων βιάζεσθαι, κατὰ μὲν τὸ προτείχισμα καὶ τοὺς πύργους πολλοὺς ἀποβαλὼν τῶν στρατιωτῶν ἀπεχώρησε· κατὰ δὲ τὰ ἕλη βιασάμενος ἐκράτησε τῶν ξυλίνων φρουρίων. (3) Ταῦτα δὲ διαρπάσας καὶ διαβὰς τὸν ποταμόν, ἤρξατο κόπτειν τὴν ὕλην, δι' ἧς ἀναγκαῖον ἦν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ βασίλεια. Τούτων δ' ἐνεργῶς συντελουμένων, Ἀριφάρνης ὁ βασιλεὺς ἀγωνιάσας μὴ κατὰ κράτος ἁλῶναι συμβῇ τὴν ἀκρόπολιν, διηγωνίζετο τολμηρότερον, ὡς ἐν μόνῳ τῷ νικᾶν κειμένης τῆς σωτηρίας. (4) Διεῖλετο

cum Barbaris quibusdam finitimis amicitiam pactus, coactisque magnis copiis, de regno fratri controversiam movit. (3) De quo Satyrus certior factus, cum numeroso adversus illum exercitu contendit, atque superato Thate flumine, ubi castris hostium appropinquaverat, plaustris, quibus maximam commeatus vim advexerat, castra circumdedit, instructaque acie, ipse medium, ut Scytharum mos habet, agmen obtinebat. (4) Militabant vero ipsi mercenariorum e Græcia duo millia, haud plures, Thracesque totidem. Ceteri omnes Scythæ erant auxiliares, supra viginti millia, et decem equitum millibus haud pauciores. Eumelum Aripharnes rex Thatensium adjutabat, vicies mille equites, et viginti duo millia peditum habens. (5) Commisso igitur prœlio quam acerrimo, Satyrus, qui circum se delectos habebat viros, equestre init prœlium cum Aripharne, in acie media sibi opposito. Et postquam multi utrinque ceciderant, vi tandem perrumpens, regem Barbarorum in fugam convertit. (6) Ac primum hosti incumbens obvium quemque trucidat; post ubi fratrem Eumelum in dextro cornu vincere, suosque mercenarios terga vertisse intellexit, a persecutione desistit, et profligatis succurrens iterum victoriam parit, totumque hostium agmen fundit fugatque, ita ut omnibus planum fieret, jure ad ipsum tum propter ætatem, tum etiam virtutem pertinere in regno paterno successionem.

XXIII. Ariphames vero et Eumelus prœlio superati in regiam confugere. Hæc sita erat ad Thaten fluvium: qui circumfluens eam, quum altæ esset profunditatis, difficillimum aditum concedebat. Præcipitia illam ardua cingebant, silvæque confertæ, quæ duos omnino ingressus et quidem manu factos habebant. Quorum unus ad ipsam patebat regiam, turribus excelsis et propugnaculis obfirmatus; alter ex diversa parte in paludibus erat, ligneis turribus et claustris munitus; regia vero columnis egregie erat suffulta et super aquis habebat ædificia. Tanta quum loci firmitas esset, Satyrus initio agros hostium vastavit, pagosque incendit, unde captivorum prædæque vim ingentem coegit. (2) Deinde per aditus irrumpere conatus, ad propugnaculum et turres plurimis suorum amissis, retrocessit. Impressione autem per paludes facta, ligneis castellis potitur. (3) Quibus direptis, trajectoque fluvio, silvam etiam, qua necessario ad regiam transeundum erat, cædere aggreditur. Dumque strenue hæc peraguntur, metuens rex Ariphames, ne arx vi caperetur, in certamen incubuit confidentius, quippe in victoria sola repositam esse incolumitatem videns. (4) Sagittarios igitur ab utroque transitus latere distribuit,

δὲ καὶ τοὺς τοξότας ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς παρόδου, δι' ὧν ῥᾳδίως κατετίτρωσκε τοὺς τὴν ὕλην κόπτοντας, μὴ δυναμένους μήτε προορᾶσθαι τὰ βέλη μήτ' ἀμύνεσθαι τοὺς βάλλοντας διὰ τὴν πυκνότητα τῶν δένδρων. (5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Σάτυρον ἐπὶ τρεῖς μὲν ἡμέρας ἔτεμνον τὴν ὕλην, ὁδοποιούμενοι καὶ διακαρτεροῦντες ἐπιπόνως· τῇ δὲ τετάρτῃ συνήγγισαν μὲν τῷ τείχει, νικώμενοι δὲ τῷ πλήθει τῶν βελῶν καὶ τῇ τῶν τόπων στενοχωρίᾳ, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιέπιπτον. (6) Μενίσκος μὲν γὰρ ὁ τῶν μισθοφόρων ἡγεμών, ἀνὴρ καὶ συνέσει καὶ τόλμῃ διαφέρων, προςπεσὼν διὰ τῆς διόδου πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ μετὰ τῶν περὶ αὑτὸν λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, ἐξεβιάσθη, πολλαπλασίων ἐπ' αὐτὸν ἐπεξελθόντων. (7) Ὃν ἰδὼν ὁ Σάτυρος κινδυνεύοντα, ταχέως παρεβοήθει, καὶ τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων ὑποστὰς ἐτρώθη λόγχῃ διὰ τοῦ βραχίονος. Κακῶς δ' ἀπαλλάττων ὑπὸ τοῦ τραύματος, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολήν, καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἐξέλιπε τὸν βίον, ἐννέα μόνον μῆνας βασιλεύσας μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Παρυσάδου. (8) Μενίσκος δ' ὁ τῶν μισθοφόρων ἡγεμὼν λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀπήγαγε τὴν δύναμιν εἰς Γάργαζαν πόλιν· κἀκεῖθεν τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα διὰ τοῦ ποταμοῦ διεκόμισεν εἰς Παντικάπαιον πρὸς τὸν ἀδελφὸν Πρύτανιν.

XXIV. Ὃς ταφὴν συντελέσας μεγαλοπρεπῆ καὶ καταθέμενος εἰς τὰς βασιλικὰς θήκας τὸ σῶμα, ταχέως ἧκεν εἰς Γάργαζαν, καὶ τὴν δύναμιν ἅμα καὶ τὴν δυναστείαν παρέλαβεν. Εὐμήλου δὲ διαπρεσβευομένου περὶ μέρους τῆς βασιλείας, τούτῳ μὲν οὐ προςεῖχεν· ἐν δὲ Γαργάζῃ φρουρὰν ἀπολιπὼν ἐπανῆλθεν εἰς Παντικάπαιον, ἀσφαλισόμενος τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. Καθ' ὃν δὴ χρόνον Εὔμηλος, συναγωνισαμένων αὐτῷ τῶν βαρβάρων, τήν τε Γάργαζαν κατελάβετο καὶ τῶν ἄλλων πολισμάτων καὶ χωρίων οὐκ ὀλίγα. (2) Ἐπιστρατεύσαντος δὲ τοῦ Πρυτάνιδος, μάχῃ τε ἐνίκησε τὸν ἀδελφόν, καὶ συγκλείσας εἰς τὸν ἰσθμὸν τὸν πλησίον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, συνηνάγκασεν ὁμολογίας θέσθαι, καθ' ἃς τούς τε στρατιώτας παρέδωκε καὶ τῆς βασιλείας ἐκχωρεῖν ὡμολόγησεν. Ὡς δὲ παρεγένετο εἰς Παντικάπαιον, ἐν ᾧ τὸ βασίλειον ἦν ἀεὶ τῶν ἐν Βοσπόρῳ βασιλευσάντων, ἐπεχείρησε μὲν πάλιν ἀνακτᾶσθαι τὴν βασιλείαν, κατισχυθεὶς δὲ καὶ φυγὼν εἰς τοὺς καλουμένους Κήπους ἀνῃρέθη. (3) Εὔμηλος δὲ μετὰ τὸν τῶν ἀδελφῶν θάνατον βουλόμενος ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, ἀνεῖλε τούς τε φίλους τῶν περὶ τὸν Σάτυρον καὶ Πρύτανιν, ἔτι δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα. Μόνος δὲ διέφυγεν αὐτὸν ὁ παῖς ὁ Σατύρου Παρυσάδης, νέος ὢν παντελῶς τὴν ἡλικίαν· ἐξιππεύσας γὰρ ἐκ τῆς πόλεως, κατέφυγε πρὸς Ἄγαρον τὸν βασιλέα τῶν Σκυθῶν. (4) Ἀγανακτούντων δὲ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν οἰκείων, συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὰ πλήθη, περί τε τούτων ἀπελογήσατο καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν ἀποκατέστησε. Συνεχώρησε δὲ καὶ τὴν ἀτέλειαν ἔχειν τὴν ἐπὶ τῶν προγόνων οὖσαν

quorum opera ligna cædentes vulnerabat, quum neque missilia prævidere, neque ferientes propulsare aut ulcisci propter densitatem arborum possent. (5) Ad triduum tamen silvam dejiciendo viamque aperiundo Satyri miles quamvis laboriose perduravit; quarto demum die muro successerunt. At quia telorum copia et locorum angustia vincebantur, magnis affecti sunt detrimentis. (6) Meniscus enim, mercede militantium ductor, vir intelligentia animique intrepidi robore præcellens, per aditum illapsus ad murum, licet strenue cum suis certaret, retro tamen, longe majore globo in ipsum erumpente, pellitur. (7) Quem Satyrus in periculo versantem conspicatus auxilio maturato sublevat : dumque hostium impressionem excipit, brachium ejus hasta transverberatur. Quo vulnere graviter affectus in castra se recipit, et insequente nocte vita excedit, quum a morte Parysadæ genitoris vix novem menses regnasset. (8) Meniscus autem, conductitii militis ductor, obsidione soluta, in Gargazam urbem exercitum abduxit; atque inde regis corpus Panticapæum ad Prytanim ejus fratrem per amnem deportavit.

XXIV. Is, sepultura magnifice peracta, postquam in regia conditoria exuvias reposuerat, Gargazam absque mora profectus exercitum simul et principatum accepit. Eumeli tum legatio de parte regni ipsum convenit; verum ille non obtemperavit. Præsidio itaque Gargazæ relicto, Panticapæum rediit, ut regni statum confirmaret. (2) Per id vero tempus Barbarorum auxilio Gargazam occupat Eumelus, et de ceteris urbibus et castellis non pauca. Quumque exercitum in eum duceret Prytanis, signis ipse collatis fratrem vincit; isthmoque, paludi Mæoticæ vicino, inclusum ad deditionis pacta adigit, quibus et militem tradit, et regno se excessurum pollicetur. Ubi vero Panticapæum rediit, in qua omnium regia erat perpetuo, qui in Bosporo regnarunt, imperium denuo recuperare conatur, sed victus in Cepos (*Hortos*), uti vocant, perfugit ibique occiditur. (3) Tum Eumelus post mortem fratrum, ut imperium stabiliret, amicos Satyri et Prytanis, conjuges præterea et liberos e medio sustulit. Solus tantum Parysades, Satyri filius, oppido juvenis adhuc, manus ejus evasit. Nam equi celeritate usus ex urbe ad Agarum, Scytharum regem, profugit. (4) Quum autem cives necessariorum cædem indigne ferrent, advocata in concionem multitudine, Eumelus de perpetratis se purgavit, et patriam eis reipublicæ formam restituit; immunitatem etiam, quam incolæ

τοῖς Παντικάπαιον οἰκοῦσι. Προςεπηγγείλατο δὲ καὶ τῶν εἰςφορῶν ἅπαντας ἀφήσειν, καὶ πολλὰ διελέχθη δημαγωγῶν τὰ πλήθη. (5) Ταχὺ δὲ πάντων εἰς τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἀποκαταστάντων διὰ τὰς εὐεργεσίας, τὸ λοιπὸν ἐβασίλευεν ἄρχων νομίμως τῶν ὑποτεταγμένων καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν οὐ μετρίως θαυμαζόμενος.

XXV. Βυζαντίους μὲν γὰρ καὶ Σινωπεῖς καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τῶν τὸν Πόντον οἰκούντων τοὺς πλείστους διετέλεσεν εὐεργετῶν· Καλλατιανῶν δὲ πολιορκουμένων ὑπὸ Λυσιμάχου καὶ πιεζομένων τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων, χιλίους ὑπεδέξατο τοὺς διὰ τὴν σιτοδείαν ἐκχωρήσαντας. Οἷς οὐ μόνον τῆς καταφυγῆς παρέςχετο τὴν ἀσφάλειαν, ἀλλὰ καὶ πόλιν ἔδωκε κατοικεῖν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν ὀνομαζομένην Ψόαν καὶ τὴν χώραν κατεκληρούχησεν. (2) Ὑπὲρ δὲ τῶν πλεόντων τὸν Πόντον πόλεμον ἐξενέγκας πρὸς τοὺς λῃστεύειν εἰωθότας βαρβάρους Ἡνιόχους καὶ Ταύρους ἔτι δ' Ἀχαιούς, καθαρὰν λῃστῶν ἀπέδειξε τὴν θάλατταν, ὥςτε μὴ μόνον κατὰ τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην, διαγγελλόντων τῶν ἐμπόρων τὴν μεγαλοψυχίαν, ἀπολαμβάνειν τῆς εὐεργεσίας καρπὸν κάλλιστον τὸν ἔπαινον. (3) Προςεκτήσατο δὲ καὶ τῆς συνοριζούσης βαρβάρου πολλήν, καὶ τὴν βασιλείαν ἐπιφανεστέραν ἐπὶ πολὺ κατεσκεύασε· καθόλου δ' ἐπεχείρησε πάντα τὰ περὶ τὸν Πόντον ἔθνη καταστρέφεσθαι, καὶ τάχα ἂν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, εἰ μὴ σύντομον ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. Πέντε γὰρ ἔτη καὶ τοὺς ἴσους μῆνας βασιλεύσας κατέστρεψε τὸν βίον, παραδόξῳ συμπτώματι χρησάμενος. (4) Ἐκ γὰρ τῆς Σινδικῆς ἐπανιὼν εἰς τὴν οἰκείαν, καὶ σπεύδων πρός τινα θυσίαν, ἤλαυνε μὲν ἐπί τινος τεθρίππου πρὸς τὰ βασίλεια, τοῦ δ' ἅρματος ὄντος τετρακύκλου καὶ σκηνὴν ἔχοντος, συνέβη τοὺς ἵππους διαταραχθέντας ἐξενεγκεῖν αὐτόν. Τοῦ γὰρ ἡνιόχου μὴ δυναμένου κρατῆσαι τῶν ἡνιῶν, φοβηθεὶς μὴ κατενεχθῇ πρὸς τὰς φάραγγας, ἐπεχείρησεν ἀφάλλεσθαι· ἐμπλακέντος δὲ τοῦ ξίφους εἰς τὸν τροχόν, συνεφειλκύσθη τῇ φορᾷ καὶ παραχρῆμ' ἐτελεύτησε.

XXVI. Περὶ δὲ τῆς τῶν ἀδελφῶν τελευτῆς Εὐμήλου τε καὶ Σατύρου παραδέδονται χρησμοί, μικρὸν μὲν ἠλιθιώτεροι, πιστευόμενοι δὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. Τῷ μὲν γὰρ Σατύρῳ λέγουσι χρῆσαι τὸν θεὸν φυλάξασθαι τὸν μῦν μήποτ' αὐτὸν ἀνέλῃ. Διόπερ οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον τῶν τεταγμένων ὑφ' ἑαυτὸν εἴα τοῦτ' ἔχειν ὄνομα· ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις καὶ ταῖς ἀρούραις ἐφοβεῖτο μῦς, καὶ τοῖς παισὶν ἀεὶ συνέταττε τούτους ἀποκτείνειν καὶ τὰς κοίτας ἐμπλάττειν. Πάντα δ' ἐνδεχομένως αὐτοῦ ποιοῦντος οἷς ᾤετο κατισχύσειν τὸ πεπρωμένον, κατέστρεψε τὸν βίον πληγεὶς τοῦ βραχίονος εἰς τὸν μῦν. (2) Τῷ δ' Εὐμήλῳ χρησμὸς ἦν τὴν φερομένην οἰκίαν φυλάξασθαι. Ὅθεν πάλιν οὗτος εἰς οἰκίαν οὐκ εἰςῄει προχείρως μὴ προδιερευνησάντων τῶν παίδων τὴν ὀροφὴν καὶ τὰ θεμέ-

Panticapæi habuerant, illis concessit, omnia insuper tributa se illis remissurum pollicitus; multaque ad favorem populi conciliandum sibi tum disseruit. (5) Cunctis igitur brevi ad pristinam benevolentiam per beneficia reductis, æquum deinceps juxta leges imperium exercuit, nec mediocrem sibi virtutum admirationem peperit.

XXV. Byzantinos enim et Sinopenses ceterosque Græcos Ponti accolas beneficiis prosequi non intermisit. Et quando Callatiani obsidione premebantur a Lysimacho, magnaque rerum necessariarum inopia laborabant, mille horum ob victus penuriam emigrantes suscepit, quibus non perfugium solummodo tutum, sed habitationem etiam in urbe concessit, et præterea Psoam, quam nominant, et agrum sorte inter eos divisit. (2) Et in commodum eorum, qui Pontum navibus frequentant, bello contra Barbaros Heniochos et Tauros Achæosque, latrociniis assuetos, suscepto, mare a prædonibus tutum reddidit. Quare non in regno tantum, sed per totum fere orbem, dum mercatores animi ejus magnitudinem prædicabant, laudem, pulcherrimum beneficentiæ fructum, reportavit. (3) Magnum præterea tractum agri finitimorum Barbarorum ditioni suæ adjunxit, regnumque ad claritudinem evexit longe majorem. Denique omnes finitimas gentes debellare instituit; et quæ instituerat, brevi esse cutus fuisset, nisi præmaturum habuisset vitæ exitum. Quum enim annos quinque et totidem menses regno præfuisset, inopinato quodam casu oppetivit. (4) Dum enim e Sindica regione domum revertens ad sacrificium quoddam properat, quadrijugoque curru, qui quattuor rotis instructus et tentorio contectus erat, ad regiam contendit, equi consternati violenter illum abripiunt. Nam quum habenis contrahendis auriga non sufficeret, metuens ille, ne in prærupta loca deferretur, desilire conatur; sed gladio rotæ implicito, eodem simul impetu abstrahitur, et illico exanimatur.

XXVI. De Eumeli et Satyri fratrum exitu oracula paullo simpliciora quidem, quæ fide tamen incolæ dignantur, memoriæ sunt prodita. Satyro enim respondisse ferunt deum, ut a mure sibi caveret, ne quando mortem ipsi afferret. Ideo neque servum neque ingenuum quemquam inter subditos id nominis habere passus est. Domesticos præterea et rurales formidabat mures, puerisque assidue, ut et necarent illos et cavernas oblinerent, imperabat. Tandem quum omnia quam fieri potuit maxime fecisset, quibus fatum se exsuperaturum confidebat, vulnere tamen in brachii murem (*musculum*) accepto vitam finivit. (2) Eumelo autem oraculum erat redditum, ut domum ruentem vitaret. Quare nec iste domum temere intrabat, nisi famuli prius et tectum et fundamentum probe scrutarentur.

λια. Τελευτήσαντος δ' αὐτοῦ διὰ τὴν ὀχουμένην ἐπὶ τοῦ τεθρίππου σκηνήν, ἕκαστος ὑπελάμβανε τετελέσθαι τὸν χρησμόν. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν τῷ Βοσπόρῳ πραχθέντων ἅλις ἡμῖν ἐχέτω. (3) Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι μετὰ δυνάμεως ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀπουλίαν ἐνίκησαν μάχῃ Σαμνίτας περὶ τὸ καλούμενον Τάλιον. Τῶν δ' ἡττηθέντων καταλαβομένων τὸν Ἱερὸν λόφον ὀνομαζόμενον, τότε μὲν τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν ἀπεχώρησαν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν μάχης γενομένης, πολλοὶ μὲν ἀνῃρέθησαν τῶν Σαμνιτῶν, αἰχμάλωτοι δ' ἐλήφθησαν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους καὶ διακοσίους. (4) Τοιούτων δὲ προτερημάτων γενομένων τοῖς Ῥωμαίοις, ἀδεῶς ἤδη τῶν ὑπαίθρων συνέβαινε κυριεύειν τοὺς ὑπάτους καὶ τὰς ἀπειθούσας τῶν πόλεων χειροῦσθαι. Καταράκταν μὲν οὖν καὶ Κεραυνιλίαν ἐκπολιορκήσαντες φρουροὺς ἐπέθηκαν, τῶν δ' ἄλλων τινὰς πείσαντες προσηγάγοντο.

XXVII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐν Ῥώμῃ παρέλαβον Κόϊντος Φάβιος τὸ δεύτερον καὶ Γάϊος Μάρκιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύων πυθόμενος τοὺς ἰδίους στρατηγοὺς ἀποβεβληκέναι τὰς ἐν Κιλικίᾳ πόλεις, πλεύσας μετὰ δυνάμεως ἐπὶ Φασηλίδα, ταύτην μὲν ἐξεπολιόρκησεν, εἰς δὲ τὴν Λυκίαν παρακομισθείς, Ξάνθον φρουρουμένην ὑπ' Ἀντιγόνου κατὰ κράτος εἷλεν. (2) Εἶτα τῇ Καύνῳ προσπλεύσας, τὴν μὲν πόλιν παρέλαβε, τὰς δ' ἀκροπόλεις φρουρουμένας τῇ βίᾳ κατισχύσας, τὸ μὲν Ἡράκλειον ἐξεῖλε, τὸ δὲ Περσικὸν παραδόντων τῶν στρατιωτῶν ὑποχείριον ἐποιήσατο. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Κῶν πλεύσας, μετεπέμψατο Πτολεμαῖον, ὃς ὢν ἀδελφιδοῦς Ἀντιγόνου καὶ δύναμιν πεπιστευμένος, τοῦτον μὲν κατέλιπε, πρὸς δὲ Πτολεμαῖον κοινοπραγίαν ἐτίθετο. Πλεύσαντος δ' ἐκ τῆς Χαλκίδος αὐτοῦ καὶ κομισθέντος εἰς Κῶν, τὸ μὲν πρῶτον ὁ Πτολεμαῖος φιλανθρώπως αὐτὸν προσεδέξατο· εἶτα ὁρῶν πεφρονηματισμένον καὶ τοὺς ἡγεμόνας ὁμιλίαις καὶ δωρεαῖς ἐξιδιοποιούμενον, φοβηθεὶς μή τινα ἐπιβουλὴν μηχανήσηται, φθάσας αὐτὸν συνέλαβε καὶ πιεῖν κώνειον συνηνάγκασε· τοὺς δὲ συνηκολουθηκότας στρατιώτας ἐπαγγελίαις δημαγωγήσας κατέμιξε τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ στρατευομένοις.

XXVIII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Πολυσπέρχων μὲν ἠθροικὼς ἁδρὰν δύναμιν, κατῆγεν ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν Ἡρακλέα τὸν Ἀλεξάνδρου καὶ Βαρσίνης. Κάσσανδρος δέ, καταστρατοπεδεύσαντος αὐτοῦ περὶ τὴν καλουμένην Στυμφαίαν, ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως. Οὐ μακρὰν δὲ τῶν παρεμβολῶν ἀπεχουσῶν ἀλλήλων, καὶ τῶν Μακεδόνων οὐκ ἀηδῶς ὁρώντων τὴν κάθοδον τοῦ βασιλέως, δείσας ὁ Κάσσανδρος μήποτε φύσει πρὸς μεταβολὴν ὄντες ὀξεῖς οἱ Μακεδόνες αὐτομολήσωσι πρὸς τὸν Ἡρακλέα, διεπρεσβεύσατο πρὸς Πολυσπέρχοντα. (2) Καὶ περὶ μὲν τοῦ βασιλέως ἐπειρᾶτο διδάσκειν αὐτὸν ὅτι γινομένης τῆς

At postquam tentorium, quod curru gestatum ruebat, mortis illi causam præbuisse visum est, unusquisque impletam esse oraculi fidem existimabat. Atqui de rebus ad Bosporum gestis hæc nobis sufficiant. (3) Porro in Italia consules Romanorum cum exercitu Apuliam ingressi, prælio Samnites ad Talium, quod vocatur, superarunt. Quumque victi collem, Sacrum ipsis nominatum, occupassent, tunc quidem in castra sua, nocte jam oborta, Romani se receperunt: sed postridie redintegrata pugna, Samnitum plurimi cecidere, captique sunt plures bis mille ducentis. (4) Secundum hos successus Romani jam locis sub dio expositis libere potiebantur, et rebellantes sibi urbes subigebant. Cataractæ igitur et Ceraunilliæ post expugnationem præsidia imponunt; de ceteris urbibus nonnullas persuadendo sibi adjunxerunt.

XXVII. Ceterum archonte Athenis Demetrio Phaleræo, consulare imperium Romæ adierunt Quintus Fabius iterum, et Caius Marcius. Tum vero Ptolemæus, Ægypto imperans, ubi duces suos urbes in Cicilia amisisse cognovit, classe copiis suis ad Phaselidem transportatis, urbem illam expugnavit; hinc in Lyciam transvectus, Xanthum urbem, Antigoni præsidio insessam, vi cepit. (2) Inde Caunum appulsus, urbem sibi deditam accepit, arcesque præsidiis occupatas violenta manu aggressus, Heracleam expugnavit, Persicum vero deditione militum in manus ejus venit. (3) Tum in Con profectus accivit Ptolemæum. Is Antigoni fratris filius erat, exercitumque fidei suæ creditum habebat; sed relicto patruo, cum Ptolemæo rei communiter gerendæ societatem inierat. Ex Chalcide igitur profectum et Con delatum initio humaniter Ptolemæus excepit. Post quum insolentius illum se gerere et duces muneribus colloquiisque sibi devincire animadverteret; veritus ne quid insidiarum moliretur, præoccupatum custodiæ tradidit, et cicutam bibere coegit. Milites autem castra illius secutos promissis ad se pellexit et ordinibus suorum immiscuit.

XXVIII. Inter has rerum vices Polysperchon, postquam numerosum coegerat exercitum, Herculem Alexandri et Barsines in regnum paternum reducebat. Dumque ad urbem, quæ Stymphæa vocatur, castra habet, Cassander cum exercitu supervenit. Quum autem castra a castris haud procul abessent, nec illubentes viderent regis sui reditum Macedones; veritus Cassander, ne forte Macedones, natura proclives ad mutationem, ad Herculem transfugerent, legationem mittit ad Polysperchontem, (2) et in hoc dat operam, ut de rege illum edoceat: si reductio

καθόδου ποιήσει το προςταττόμενον ὑφ' ἑτέρων, συναγωνισάμενος δ' αὐτῷ καὶ τὸν νεανίσκον ἀνελών, παραχρῆμα μὲν ἀπολήψεται τὰς προγεγενημένας κατὰ Μακεδονίαν δωρεάς, εἶτα καὶ δύναμιν ἀναλαβὼν στρατηγὸς ἀποδειχθήσεται περὶ Πελοπόννησον καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ δυναστείᾳ τῇ Κασσάνδρου κοινωνὸς ἔσται, τιμώμενος διαφόρως· πέρας δὲ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἐπαγγελίαις πείσας τὸν Πολυσπέρχοντα, καὶ συνθήκας ἐν ἀπορρήτοις συνθέμενος, προετρέψατο δολοφονῆσαι τὸν βασιλέα. (3) Ὁ δὲ Πολυσπέρχων ἀνελὼν τὸν νεανίσκον καὶ φανερῶς κοινοπραγῶν τοῖς περὶ τὸν Κάσσανδρον, τάς τ' ἐν τῇ Μακεδονίᾳ δωρεὰς ἐκομίσατο καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας παρέλαβε στρατιώτας πεζοὺς μὲν Μακεδόνας τετρακιςχιλίους, ἱππεῖς δὲ Θετταλοὺς πεντακοσίους. (4) Προςλαβόμενος δὲ καὶ τῶν ἄλλων τοὺς βουλομένους, ἐπεχείρησε μὲν διὰ τῆς Βοιωτίας προάγειν εἰς Πελοπόννησον, ὑπὸ δὲ Βοιωτῶν καὶ Πελοποννησίων κωλυθεὶς ἀνέστρεψε, καὶ προελθὼν εἰς Λοκρούς, ἐνταῦθα τὴν παραχειμασίαν ἐποιήσατο.

XXIX. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Λυσίμαχος μὲν ἐν Χεῤῥονήσῳ πόλιν ἔκτισεν ἀφ' ἑαυτοῦ Λυσιμάχειαν καλέσας. Κλεομένης δ' ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη ἑξήκοντα καὶ μῆνας δέκα, τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ Ἀρεὺς υἱὸς ἦρξεν ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς τετταράκοντα. (2) Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀμίλκας ὁ τῶν ἐν Σικελίᾳ δυνάμεων στρατηγὸς τὰ λοιπὰ τῶν χωρίων χειρωσάμενος, προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὰς Συρακούσας, ὡς καὶ ταύτας αἱρήσων κατὰ κράτος. (3) Τὴν μὲν οὖν σιτοπομπίαν διεκώλυε πολὺν ἤδη χρόνον θαλαττοκρατῶν· τοὺς δ' ἐπὶ τῆς χώρας καρποὺς καταφθείρας, ἐπεβάλετο καταλαβέσθαι τοὺς περὶ τὸ Ὀλύμπιον τόπους, κειμένους μὲν πρὸ τῆς πόλεως· εὐθὺς δὲ καὶ προςβάλλειν ἐξ ἐφόδου τοῖς τείχεσι διεγνώκει, τοῦ μάντεως εἰρηκότος αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ἱερῶν ὅτι τῇ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ πάντως ἐν Συρακούσαις δειπνήσει. (4) Οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως αἰσθόμενοι τὴν ἐπίνοιαν τῶν πολεμίων, ἐξέπεμψαν τῶν μὲν πεζῶν νυκτὸς περὶ τριςχιλίους καὶ τῶν ἱππέων περὶ τετρακοσίους, προστάξαντες καταλαβέσθαι τὸν Εὐρύηλον. (5) Ταχὺ δὲ τούτων τὸ παραγγελθὲν πραξάντων, οἱ Καρχηδόνιοι νυκτὸς οὔσης προςῆγον, νομίζοντες λήσεσθαι τοὺς πολεμίους. Ἡγεῖτο μὲν οὖν Ἀμίλκας πάντων, ἔχων τοὺς ἀεὶ περὶ αὐτὸν τεταγμένους· ἐπηκολούθει δὲ Δεινοκράτης, τῶν ἱππέων εἰληφὼς τὴν ἡγεμονίαν. (6) Τὸ δὲ τῶν πεζῶν στρατόπεδον εἰς δύο φάλαγγας διῄρητο, τήν τε τῶν βαρβάρων καὶ τὴν τῶν συμμαχούντων Ἑλλήνων. Παρηκολούθει δὲ καὶ πλῆθος ὄχλου παντοδαπὸν ἐκτὸς τῆς τάξεως ὠφελείας ἕνεκα, χρείαν μὲν στρατιωτικὴν οὐδεμίαν παρεχόμενον, θορύβου δὲ καὶ ταραχῆς ἀλόγου γινόμενον αἴτιον· ἐξ ὧν πολλάκις ὁλοσχερέστεροι συμβαίνουσι κίνδυνοι. (7) Καὶ τότε δὲ τῶν ὁδῶν στενῶν οὐσῶν καὶ τραχειῶν, οἱ μὲν τὰ σκευοφόρα κομίζοντες καὶ τῶν ἐκτὸς τῆς τάξεως συνακολουθούντων

processura sit, ab aliis imperata eum facturum; sin auxiliatus ipsi adolescentem sustulerit, pristinas in Macedonia largitiones statim consecuturum; fore etiam, ut, adjunctis sibi copiis, summus militiæ dux in Peloponneso declaretur, et omnium in principatu Cassandri cum honoribus amplissimis consors reddatur. Tandem plurimis et ingentibus promissis inescatum Polysperchontem, fœdere clanculum inito, adduxit ut regem dolo necaret. (3) Sublato igitur adolescente, Polysperchon jam aperte cum Cassandro negotia communicans, donationes in Macedonia obtinuit, et milites, prout convenerat, Macedonicorum peditum quattuor millia et quingentos equites Thessalos accepit. (4) Quumque alios etiam voluntarios adscivisset, per Bœotiam transitum in Peloponnesum tentavit. Verum a Bœotis et Peloponnesiis prohibitus, retro movit, digressusque ad Locros, illic hibernavit.

XXIX. Dum vero hæc aguntur, Lysimachus in Chersoneso urbem condidit, quam a se Lysimachiam nuncupavit. Cleomenes autem Lacedæmoniorum rex mortem obiit, quum annos sexaginta et decem menses imperium tenuisset. Cui qui successit, Areus filius [*nepos*], quadraginta quattuor annos regno præfuit. (2) Per hoc ipsum tempus Amilcar, copiarum in Sicilia imperator, reliquis insulæ locis in ditionem redactis, cum exercitu Syracusas movit, quasi vi etiam illas expugnaturus. (3) Commeatus igitur subvectionem impedivit, ut qui jam longo tempore mare in potestate haberet; frugibusque per agrum vastatis, loca circa Olympium ante urbem sita occupare fuit aggressus. Inde primo statim incursu muris copias admovere constituerat, quod vates, dum exta inspicit, illum postridie absque dubio Syracusis cœnaturum prædixisset. (4) Oppidani autem, intentione hostis animadversa, noctu ad tria peditum millia et quadringentos circiter equites, Euryelum occupare jussos, emisere. (5) Quibus mandata celeriter exsecutis, Carthaginienses clam hoste illud futurum arbitrati, de nocte intempesta progrediuntur. Dux omnium erat Amilcar, stipatores perpetuo sibi adjunctos secum habens. Sequebatur eum Dinocrates, equitum magisterio præfectus. (6) Peditum vero exercitus in duas phalanges, unam Barbarorum, alteram Græcorum, qui arma sociaverant, divisus erat. Variarum insuper gentium colluvies prædæ causa extra ordinem sectabatur; quæ ut nullum militiæ usum exhibet, ita sæpenumero tumultus et vanæ trepidationis causam præbere solet, unde gravissima non raro pericula exsistunt. (7) Et tunc in illa viarum angustia et asperitate impedimentorum bajuli aliique exercitus asseclæ ordinibus non adscripti in transitu de via inter se contende-

τινὲς ἐβάδιζον πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμούμενοι περὶ τῆς ὁδοιπορίας· στενοχωρουμένου δὲ τοῦ πλήθους, καὶ διὰ τοῦτό τισιν ἐγγενομένης ἀψιμαχίας, καὶ πολλῶν ἑκατέροις παραβοηθούντων, κραυγὴ καὶ πολὺς θόρυβος κατεῖχε τὸ στρατόπεδον. (8) Καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ κατειληφότες τὸν Εὐρύηλον Συρακόσιοι μετὰ θορύβου προςιόντας τοὺς πολεμίους αἰσθόμενοι, καὶ τόπους ἔχοντες ὑπερδεξίους, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. (9) Καὶ τινὲς μὲν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ἑστῶτες ἔβαλλον τοὺς ἐπιόντας, τινὲς δὲ τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων καταλαβόντες ἀπέκλειον τῆς ὁδοῦ τοὺς βαρβάρους, ἄλλοι δὲ κατὰ τῶν κρημνῶν τοὺς φεύγοντας ῥίπτειν ἑαυτοὺς ἠνάγκαζον· διὰ γὰρ τὸ σκότος καὶ τὴν ἄγνοιαν ὑπελήφθησαν μεγάλῃ δυνάμει παραγεγονέναι πρὸς τὴν ἐπίθεσιν. (10) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τὰ μὲν διὰ τῶν ἰδίων ταραχήν, τὰ δὲ διὰ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν ἐλαττούμενοι, μάλιστα δὲ διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν τόπων καὶ στενοχωρίαν ἀπορούμενοι, πρὸς φυγὴν ἐτράπησαν. Οὐκ ἐχόντων δὲ τῶν τόπων εὐρυχωρῆ διέξοδον, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἰδίων ἱππέων συνεπατοῦντο πολλῶν ὄντων, οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους ὡς πολέμιοι διεμάχοντο, τῆς ἀγνοίας ἐπισχούσης διὰ τὴν νύκτα. (11) Ἀμίλκας δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὑπέστη τοὺς πολεμίους εὐρώστως, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν τεταγμένους ἠξίου συγκινδυνεύειν· μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τὴν ταραχὴν καὶ τὸν φόβον ἐγκαταλιπόντων αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν, μονωθεὶς ὑπὸ τῶν Συρακοσίων συνηρπάγη.

XXX. Εἰκότως δ' ἄν τις παρασημήναιτο τὴν ἀνωμαλίαν τῆς τύχης καὶ τὸ παράλογον τῶν παρὰ τὰς ὑπολήψεις συντελουμένων παρ' ἀνθρώποις. Ἀγαθοκλῆς μὲν γὰρ ἀνδρείᾳ διαφέρων καὶ πολλὴν δύναμιν ἐσχηκὼς τὴν συναγωνισαμένην περὶ τὸν Ἱμέραν, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἡττήθη κατὰ κράτος, ἀλλὰ καὶ τῆς στρατιᾶς τὴν κρατίστην καὶ πλείστην ἀπέβαλεν· οἱ δὲ τειχήρεις ἀποληφθέντες ἐν ταῖς Συρακούσαις μικρῷ μέρει τῶν προηττηθέντων οὐ μόνον τὴν πολιορκήσασαν δύναμιν ἐχειρώσαντο τῶν Καρχηδονίων, ἀλλὰ καὶ τὸν στρατηγὸν Ἀμίλκαν, ἐπιφανέστατον ὄντα τῶν πολιτῶν, ἐζώγρησαν, καὶ τὸ θαυμασιώτατον, δώδεκα μυριάδας πεζῶν καὶ πεντακιςχιλίους ἱππεῖς ὀλίγος ἀριθμὸς πολεμίων, προςλαβόμενος ἀπάτην καὶ τόπον, κατὰ κράτος ἥττησεν, ὥςτ' ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. (2) Μετὰ δὲ τὴν τροπὴν οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ἄλλος κατ' ἄλλους τόπους διασπαρέντες, μόγις εἰς τὴν ὑστεραίαν ἠθροίσθησαν· οἱ δὲ Συρακόσιοι μετὰ λαφύρων πολλῶν ἐπανελθόντες εἰς τὴν πόλιν τὸν Ἀμίλκαν παρέδοσαν τοῖς βουλομένοις λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ τιμωρίαν· ἀνεμιμνήσκοντο δὲ καὶ τῆς τοῦ μάντεως φωνῆς, ὃς ἔφησεν αὐτὸν εἰς τὴν ὑστεραίαν εἰς Συρακούσας δειπνήσειν, τοῦ δαιμονίου παραγαγόντος τἀληθές. (3) Τὸν δ' οὖν Ἀμίλκαν οἱ τῶν ἀπολωλότων συγγενεῖς δεδεμένον ἀγαγόντες διὰ τῆς πόλεως, καὶ δειναῖς αἰκίαις κατ' αὐτοῦ χρησάμενοι, μετὰ τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀνεῖλον. Εἶθ' οἱ μὲν τῆς πόλεως προεστη-

re : arctataque multitudine, quidam pugnas inter se conserere; et dum plures utrinque succurrunt, clamor et tumultus ingens exercitum invadit. (8) Sub quod tempus Syracusani, qui Euryelum insederant, tumultuario Barbarorum adventu cognito, quum superiora tenerent loca, in hostes impetum faciunt. (9) Quidam in editis consistentes locis accedentes missilibus impetunt : nonnulli, qui opportuna loca præceperant, viam Barbaris intercludunt; alii fugientes ad præcipitandum se de rupibus adigunt. Caligo enim et ignorantia faciebant, ut hostes magnis cum copiis ad insidias venisse putarentur. (10) Carthaginienses igitur, quum propter suorum tumultum et hostium præsentiam premerentur, maxime vero locorum imperitia et angustiis hæsitarent, fugam tandem capessunt. At quia late patens exitus ibi locorum negabatur, pars, eaque numerosa, ab equitatu suorum proculcatur : pars veluti hostes, errore per noctem gliscente, inter se depugnant. (11) Amilcar initio quidem hostis incursum fortiter excipiebat, et prætorianis suis ad subeundum commune periculum erat hortator : postea vero ob perturbationem et metum a militibus desertus, et solus relictus in manus venit Syracusanorum.

XXX. Hic non immerito quis annotaverit fortunæ inæqualitatem, et insolentiam eorum, quæ secus, quam existimassent, hominibus eveniunt. Nam Agathocles, fortitudine nemini secundus, magnoque exercitu, qui in pugna ad Himeram ipsum adjuvabat, instructus, non solum Barbaris succubuit, verum etiam præcipuum robur maximamque partem exercitus amisit; contra intra muros Syracusarum relicti, exigua devictorum civium manu non modo exercitum Carthaginiensium, a quo obsessi erant, subegere, sed etiam prætorem Amilcarem, inter cives suos clarissimum, in manus suas vivum acceperunt. Et quod admiratione summa dignum, centum et viginti millia peditum et quinque millia equitum exiguus hostium numerus, fraudis commento locique natura adjutus, vi superavit: ut verum sit, quod trito sermone circumfertur, Multa in bello vana. (2) Post hanc fugam Carthaginienses, alii alio dispersi, vix postridie iterum convenere. At Syracusani, cum manubiis quamplurimis in urbem reversi, Amilcarem tradiderunt illis, qui sumendi de homine supplicii cupidi erant; haruspicis etiam effatum memoria repetiverunt, qui postero die Syracusis illum cœnaturum prædixerat, cujus veritatem numen eventu comprobasset. (3) Amilcarem itaque vinctum cæsorum propinqui per urbem circumducunt, dirisque excruciatum tormentis cum extrema contumelia trucidant. Urbis exinde principes miserunt qui

κότες ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀπέστειλαν τοὺς κομιοῦντας εἰς τὴν Λιβύην πρὸς Ἀγαθοκλέα καὶ περὶ τῶν γεγονότων εὐτυχημάτων ἀπαγγελοῦντας.

XXXI. Ἡ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατιὰ μετὰ τὴν γενομένην συμφορὰν μαθοῦσα τὴν αἰτίαν τῶν ἀτυχημάτων, μόγις ἀπηλλάγη τῶν φόβων. Ἀναρχίας δ' οὔσης, διέστησαν οἱ βάρβαροι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. (2) Οἱ μὲν οὖν φυγάδες μετὰ τῶν λοιπῶν Ἑλλήνων Δεινοκράτην στρατηγὸν ἀπέδειξαν, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοῖς δευτερεύουσι μετὰ τὸν στρατηγὸν τῇ τιμῇ τὴν ἡγεμονίαν ἐνεχείρισαν. Καθ' ὃν δὴ χρόνον Ἀκραγαντῖνοι θεωροῦντες τὴν ἐν Σικελίᾳ κατάστασιν εὐφυεστάτην οὖσαν πρὸς ἐπίθεσιν, ἠμφισβήτησαν τῆς κατὰ τὴν νῆσον ἡγεμονίας. (3) Ὑπελάμβανον γὰρ Καρχηδονίους μὲν μόγις ἀνθέξειν τῷ πρὸς Ἀγαθοκλέα πολέμῳ, Δεινοκράτην δ' εὐκαταγώνιστον εἶναι, συνηθροικότα φυγαδικὴν στρατιάν, τοὺς δ' ἐν ταῖς Συρακούσαις θλιβομένους τῇ σιτοδείᾳ μηδ' ἐγχειρήσειν ἀμφισβητεῖν τῶν πρωτείων, τὸ δὲ μέγιστον, τὴν στρατείαν αὐτῶν ποιουμένων ἐπ' ἐλευθερώσει τῶν πόλεων, ἀσμένως ἅπαντας ὑπακούσεσθαι διά τε τὸ πρὸς τοὺς βαρβάρους μῖσος καὶ διὰ τὴν ἔμφυτον πᾶσιν ἐπιθυμίαν τῆς αὐτονομίας. (4) Οὗτοι μὲν οὖν ἑλόμενοι στρατηγὸν Ξενόδικον, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν δόντες δύναμιν, ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. Ὁ δὲ παραχρῆμα ἐπὶ τὴν Γέλαν ὁρμήσας, καὶ διά τινων ἰδιοξένων νυκτὸς εἰσαχθείς, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως ἅμα καὶ δυνάμεως ἁδρᾶς καὶ χρημάτων. (5) Ἐλευθερωθέντες οὖν οἱ Γελῷοι προθυμότατα πανδημεὶ συστρατεύοντες ἠλευθέρουν τὰς πόλεις. Διαβοηθείσης δὲ τῆς τῶν Ἀκραγαντίνων ἐπιβολῆς κατὰ πᾶσαν τὴν νῆσον, ἐνέπεσεν ὁρμὴ ταῖς πόλεσι πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. Καὶ πρῶτοι μὲν Ἐνναῖοι πέμψαντες τὴν πόλιν τοῖς Ἀκραγαντίνοις παρέδωκαν· οἱ δὲ ταύτην ἐλευθερώσαντες παρῆλθον ἐπὶ τὸν Ἑρβησσόν, φρουρᾶς ἐν αὐτῷ παραφυλαττούσης τὴν πόλιν. Γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, καὶ τῶν πολιτικῶν συνεργησάντων, συνέβη τὴν φρουρὰν ἁλῶναι, καὶ πολλοὺς μὲν πεσεῖν τῶν βαρβάρων, εἰς πεντακοσίους δὲ θεμένους τὰ ὅπλα παραδοῦναι σφᾶς αὐτούς.

XXXII. Περὶ ταῦτα δ' ὄντων τῶν Ἀκραγαντίνων, τῶν ἐν ταῖς Συρακούσαις καταλελειμμένων στρατιωτῶν ὑπ' Ἀγαθοκλέους καταλαβόμενοί τινες τὴν Ἐχέτλαν ἐπόρθουν τήν τε Λεοντίνην καὶ Καμαριναίαν. (2) Κακῶς οὖν πασχουσῶν τῶν πόλεων διὰ τὸ τὴν χώραν δῃοῦσθαι καὶ τοὺς καρποὺς ἅπαντας διαφθείρεσθαι, ἐμβαλὼν εἰς τοὺς τόπους ὁ Ξενόδικος Λεοντίνους μὲν καὶ Καμαριναίους ἀπήλλαξε τοῦ πολέμου, τὴν δ' Ἐχέτλαν χωρίον ὀχυρὸν ἐκπολιορκήσας, τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε, τοὺς δὲ Συρακοσίους κατεπλήξατο· καθόλου δ' ἐπιπορευόμενος τά τε φρούρια καὶ τὰς πόλεις ἠλευθέρου τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπιστασίας. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Συρακόσιοι πιεζόμενοι τῇ σιτοδείᾳ, καὶ πυνθανόμενοι σιτηγὰ πλοῖα μέλλοντα ποιεῖσθαι πλοῦν ἐπὶ

præcisum illius caput ad Agathoclem perferrent, et superam illi victoriam annuntiarent.

XXXI. Carthaginiensium vero exercitus, post acceptam cladem, quæ causa fuisset tantarum calamitatum edoctus, vix tandem metu liberatur. Et quia duce carebant, dissidium inter Barbaros et Græcos oritur. (2) Exules igitur cum ceteris Græcis Dinocratem sibi imperatorem creant; Carthaginienses autem secundum a prætore dignitatis gradum tenentibus imperium committunt. Per quod tempus, quum Agrigentini eum Siciliæ statum esse cernerent, ut percommodum invadi posset, insulæ principatum sibi vindicare cœperunt. (3) Carthaginienses enim bello cum Agathocle sustinendo vix pares fore existimabant; Dinocratem vero, qui collectum ex fugitivis agmen haberet, facile subigi posse; Syracusanos etiam, quos victus inopia gravissime premeret, de principatu contendere ne tentaturos quidem; quod denique maximum esset, quum ad liberandas civitates militiam hanc susciperent, libenter omnes, tum propter odium adversus Barbaros, tum propter insitam cunctis propriæ jurisdictionis cupiditatem, obsecuturos. (4) Xenodicum ergo ducem creant, eumque idoneo exercitu instructum ad bellum mittunt. Is extemplo Gelam contendens, quum ab hospitibus quibusdam privatis noctu admissus esset, simul urbe validoque exercitu et pecunia potitur. (5) Libertatem igitur adepti Geloi cum omni civium robore in societatem militiæ transeunt, operamque suam ad liberandas civitates promtissime conferunt. Hoc Agrigentinorum incepto per totam insulam divulgato, subita libertatis cupiditas urbes incessit: primique Ennæi, missis legatis, urbem Agrigentinis dedunt. Qui, hac in libertatem asserta, Herbessum præsidio firmatum pergunt: initoque acriter conflictu, quum subsidio venirent oppidani, præsidiarios capiunt, et complures de Barbaris cadunt, positisque armis dedunt sese ad quingentos.

XXXII. His dum districti tenentur Agrigentini, quidam ex militibus, quos Agathocles Syracusis reliquerat, capta Echetla, Leontinum et Camarinensem agrum depopulantur. (2) Calamitas ista graviter affligebat civitates, quod regio vastata frugesque omnes corruptæ essent. Ideo profectus in hæc loca Xenodicus a Leontinis et Camarinensibus bellum avertit, expugnataque Echetla, quæ castellum erat probe munitum, popularem civibus administrationem restituit, et Syracusanis terrorem incussit. Præsidia denique et urbes hic illic obitas a magistratu Carthaginiensium vindicavit. (3) Interea frumenti penuria graviter vexati Syracusani, quum naves annonam ferentes ad urbem suam appulsuras intellexissent, triremes viginti

Συρακούσας, ἐπλήρουν τριήρεις εἴκοσι· τηρήσαντες δὲ τοὺς ἐφορμεῖν εἰωθότας βαρβάρους ἀφυλάκτους ὄντας, ἔλαθον ἐκπλεύσαντες, καὶ παρακομισθέντες εἰς τοὺς Μεγαρεῖς ἐπετήρουν τὸν τῶν ἐμπόρων κατάπλουν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Καρχηδονίων τριάκοντα ναυσὶν ἐκπλευσάντων ἐπ' αὐτούς, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλοντο ναυμαχεῖν· ταχὺ δὲ πρὸς τὴν γῆν ἐκδιωχθέντες ἐξεκολύμβησαν πρός τινα ναὸν τῆς Ἥρας. (5) Γενομένης οὖν μάχης περὶ τῶν σκαφῶν, καὶ τῶν Καρχηδονίων ἐπιβαλλόντων σιδηρᾶς χεῖρας καὶ βιαιότερον ἀποσπώντων ἀπὸ τῆς γῆς, δέκα μὲν τριήρεις ἑάλωσαν· τὰς δ' ἄλλας ἐκ τῆς πόλεως ἐπιβοηθήσαντές τινες διέσωσαν. Καὶ τὰ μὲν περὶ Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

XXXIII. Περὶ δὲ τὴν Λιβύην Ἀγαθοκλῆς, ἐπειδὴ κατέπλευσαν οἱ τὴν Ἀμίλκα κεφαλὴν κομίζοντες, ἀναλαβὼν ταύτην καὶ παριππεύσας πλησίον τῆς παρεμβολῆς τῶν πολεμίων εἰς φωνῆς ἀκοήν, ἔδειξε τοῖς πολεμίοις καὶ τὴν τῶν στρατοπέδων ἧτταν διεσάφησεν. (2) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι περιαλγεῖς γενόμενοι, καὶ βαρβαρικῶς προσκυνήσαντες, συμφορὰν ἑαυτῶν ἐποιοῦντο τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον, καὶ πρὸς τὸν ὅλον πόλεμον ἄθυμοι καθειστήκεισαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα τοῖς περὶ Λιβύην προτερήμασιν ἐπαρθέντες, τηλικούτων εὐτυχημάτων προσγενομένων, μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἐγενήθησαν, ὡς ἀπηλλαγμένοι τῶν δεινῶν. (3) Οὐ μὴν ἡ τύχη γε εἴασε τὴν εὔροιαν μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς τάξεως, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν τῷ δυνάστῃ τοὺς μεγίστους ἐπήνεγκε κινδύνους. Λυκίσκος γάρ τις τῶν ἐφ' ἡγεμονίᾳ τεταγμένων παραληφθεὶς ὑπ' Ἀγαθοκλέους ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οἰνωθεὶς ἐβλασφήμει τὸν δυνάστην. (4) Ὁ μὲν οὖν Ἀγαθοκλῆς διὰ τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας ἀποδεχόμενος τὸν ἄνδρα, τῇ παιδιᾷ τὰ πρὸς πικρίαν λεγόμενα διέσυρεν· ὁ δ' υἱὸς Ἀρχάγαθος χαλεπῶς φέρων ἐπετίμα τε καὶ διηπειλεῖτο. (5) Διαλυθέντος δὲ τοῦ πότου καὶ πρὸς τὴν σκηνὴν ἀπιόντων, ἐλοιδόρησεν ὁ Λυκίσκος τὸν Ἀρχάγαθον εἰς τὴν τῆς μητρυιᾶς μοιχείαν· ἐδόκει γὰρ ἔχειν λάθρᾳ τοῦ πατρὸς τὴν Ἀλκίαν· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ γυναικί. (6) Ὁ δ' Ἀρχάγαθος εἰς ὀργὴν ὑπερβάλλουσαν προαχθείς, καὶ παρά τινος τῶν ὑπασπιστῶν ἁρπάσας σιβύνην, διήλασε διὰ τῶν πλευρῶν. Τοῦτον μὲν οὖν παραχρῆμα τελευτήσαντα πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπήνεγκαν σκηνὴν οἷς ἦν ἐπιμελές· ἅμα δ' ἡμέρᾳ συνελθόντες οἱ τοῦ φονευθέντος φίλοι καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν συνδραμόντες ἠγανάκτουν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι καὶ θορύβου τὴν παρεμβολὴν ἐπλήρωσαν. (7) Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένων, ἐν ἐγκλήμασιν ὄντες καὶ φοβούμενοι περὶ σφῶν αὐτῶν, συνεπιθέμενοι τῷ καιρῷ στάσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐξέκαυσαν· παντὸς δὲ τοῦ στρατεύματος μισοπονηροῦντος, ἕκαστοι τὰς πανοπλίας ἀνελάμβανον ἐπὶ τὴν τοῦ φονεύσαντος τιμωρίαν· καὶ πέρας τὸ πλῆθος ᾤετο δεῖν Ἀρχάγαθον ἀναιρεῖσθαι, μὴ ἐκδιδόντος δὲ τὸν υἱὸν Ἀγαθοκλέους, αὐτὸν ἀντ' ἐκείνου τὴν τιμωρίαν ὑπέχειν. (8) Ἀπῄτουν δὲ

expediunt, animadversoque Barbaros, stationem habere solitos, negligentius custodias agere, non sentientibus illis excurrunt, et ad Megarenses usque provecti, adventum mercatorum præstolantur. (4) Quum vero triginta Carthaginiensium naves in eos veherentur, principio sane navali contendere prœlio instituunt; sed ad terram fugati, ad fanum quoddam Junonis natando evadunt. (5) Hinc pugna de navibus orta, quum ferreas navibus manus injicerent Carthaginienses, et a terra illas abstraherent violentius, decem triremes capiuntur; reliquas subsidium ex urbe superveniens eripit. Atque ea tum rerum Siciliæ erat conditio.

XXXIII. In Africa vero Agathocles, postquam appulerant, qui caput Amilcaris afferebant, illo accepto, ad castra hostium eo usque equo procurrit, ut exaudiri vox ejus posset, capiteque monstrato, ut copiæ illorum succubuissent, exponit. (2) Quæ res acerbissimum Carthaginiensibus dolorem attulit : qui ritu Barbarorum adorato capite, regis interitum suam calamitatem esse rati, ad persequendum bellum nihil animi habebant. Agathocles contra, successibus in Africa elatus, quod tanta rerum prosperitas afflueret, spes gerebat sublimes, quasi periculis jam omnibus esset perfunctus. (3) Atqui fortuna hanc rerum secundarum affluentiam in eodem tenore persistere haud concessit, verum a propriis militibus maxima principi pericula conciliavit. Nam Lyciscus quidam, ex numero præfectorum, ad cœnam ab Agathocle invitatus, ubi vino incaluerat, maledictis imperatorem verberabat. (4) Sed Agathocles, quod virum ob rei bellicæ usum magni faceret, jocis acerbe dicta eludebat. Archagathus vero ejus filius, moleste id ferens, conviciis ac minis hominem contra incessebat. (5) Finitoque convivio, quum ad suum quisque tentorium abiret, Lyciscus Archagatho incestum cum noverca adulterium contumeliose objecit. Cum Alcia enim (id nomen mulieri fuit), uxore patris, rem clanculum habere existimabatur. (6) Majorem igitur in modum excandescens Archagathus, correpto satellitis cujusdam pilo, latus ejus transfixit. Quem continuo exstinctum, qui cura illius afficiebantur, in tabernaculum suum deportarunt. Quum primum vero illuxit, interfecti amici et militum aliorum complures hinc inde concurrunt, et ob id factum indignati tumultu castra replent. (7) Ex præfectis etiam multi, qui in criminibus hærebant, dum metuunt sibi ipsis, occasione data usi, seditionem non exiguam accenderunt. Quumque totus exercitus crudelitatis illius odio inflammaretur, ad supplicium de homicida sumendum arma singuli corripiunt. Ad extremum de medio Archagathum tollere decernunt, ac si filium non traderet Agathocles, ipsum loco illius pœnas daturum. (8) Quin etiam stipendia

καὶ τοὺς μισθοὺς τοὺς ὀφειλομένους, καὶ στρατηγοὺς ᾑροῦντο τοὺς ἀφηγησομένους τοῦ στρατοπέδου, καὶ τὸ τελευταῖον τὰ τείχη κατελαμβάνοντό τινες τοῦ Τύνητος καὶ πανταχόθεν φυλακαῖς περιέλαβον τοὺς δυνάστας.

XXXIV. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι γνόντες τὴν παρὰ τοῖς πολεμίοις στάσιν, ἔπεμψάν τινας ἀξιοῦντες μεταβαλέσθαι, καὶ τούς τε μισθοὺς μείζους καὶ δωρεὰς ἀξιολόγους δώσειν ἐπηγγέλλοντο. Πολλοὶ μὲν οὖν τῶν ἡγεμόνων ἀπάξειν πρὸς αὐτοὺς τὴν στρατιὰν ἐπηγγείλαντο. (2) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ὁρῶν τὴν σωτηρίαν ἐπὶ ῥοπῆς κειμένην, καὶ φοβούμενος μὴ τοῖς πολεμίοις παραδοθεὶς μεθ' ὕβρεως καταστρέψῃ τὸν βίον, ὑπέλαβε κρεῖττον εἶναι, κἂν δέῃ τι πάσχειν, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀποθανεῖν. (3) Διόπερ ἀποθέμενος τὴν πορφύραν καὶ μεταλαβὼν ἰδιωτικὴν καὶ ταπεινὴν ἐσθῆτα, παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον. Σιωπῆς οὖν γενομένης διὰ τὸ παράδοξον καὶ πολλῶν γενομένων τῶν συνδραμόντων, διεξῆλθε λόγους οἰκείους τῆς περιστάσεως, καὶ τῶν προκατεργασθεισῶν αὐτῷ πράξεων ἀναμνήσας, ἔφησεν ἕτοιμος εἶναι τελευτᾶν, εἰ τοῦτο δόξει συμφέρειν τοῖς συστρατευομένοις. (4) Οὐδέποτε γὰρ αὐτὸν δειλίᾳ συνεσχημένον ὑπομεῖναί τι παθεῖν ἄτοπον ἕνεκα τοῦ φιλοψυχεῖν· καὶ τούτου μάρτυρας ἐκείνους ὑπάρχειν ἀποφαινόμενος ἐγύμνωσε τὸ ξίφος, ὡς σφάξων ἑαυτόν. Μέλλοντος δ' ἐπιφέρειν πληγήν, ἀνεβόησε τὸ στρατόπεδον διακωλῦον, καὶ πανταχόθεν ἐγίνοντο φωναὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύουσαι. (5) Προστάττοντος δὲ τοῦ πλήθους ἀναλαβεῖν τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα, δακρύων καὶ τοῖς ὄχλοις εὐχαριστῶν ἐνεδύετο τὸν προσήκοντα κόσμον, τοῦ πλήθους τὴν ἀποκατάστασιν κρότῳ παραμυθησαμένου. Τῶν δὲ Καρχηδονίων καραδοκούντων ὡς αὐτίκα μάλα τῶν Ἑλλήνων πρὸς αὐτοὺς μεταθησομένων, Ἀγαθοκλῆς οὐ παρεὶς τὸν καιρὸν ἐξήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς τὴν δύναμιν. (6) Οἱ μὲν οὖν βάρβαροι νομίζοντες τοὺς ἐναντίους ἀποχωρεῖν πρὸς αὐτούς, οὐδεμίαν τῶν πρὸς ἀλήθειαν πεπραγμένων ἔννοιαν ἐλάμβανον. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ὡς ἐπλησίασε τοῖς πολεμίοις, ἄφνω τὸ πολεμικὸν προσέταξε σημαίνειν, καὶ προσπεσὼν πολὺν ἐποίει φόνον. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραδόξῳ συμπτώματι περιπεσόντες καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλόντες, συνέφυγον εἰς τὴν παρεμβολήν. (7) Ἀγαθοκλῆς μὲν οὖν διὰ τὸν υἱὸν εἰς τοὺς ἐσχάτους ἐλθὼν κινδύνους, διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς οὐ μόνον λύσιν εὗρε τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἠλάττωσεν. Οἱ δὲ τῆς στάσεως μάλιστα αἴτιοι γενόμενοι καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι πρὸς τὸν δυνάστην ἀλλοτρίως διέκειντο, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ὄντες, ἐτόλμησαν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους αὐτομολῆσαι. Ἡμεῖς δὲ τὰ περὶ Λιβύην καὶ Σικελίαν διεληλυθότες μνησθησόμεθα καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πραχθέντων.

XXXV. Τῶν γὰρ Τυῤῥηνῶν στρατευσάντων ἐπὶ πόλιν Σούτριον ἄποικον Ῥωμαίων, οἱ μὲν ὕπατοι δυνάμεσιν ἁδραῖς ἐκβοηθήσαντες ἐνίκησαν μάχῃ τοὺς Τυῤῥηνοὺς

sibi debita flagitant, et duces, qui castris præessent, eligunt. Ad postremum nonnulli Tunetis mœnia occupant, et principes ex omni parte custodiis circumsepiunt.

XXXIV. Hac apud hostes seditione explorata, Carthaginienses quosdam de suis miserunt, ad transitionem illos sollicitatum, ampliora stipendia muneraque non contemnenda polliciti. E ducibus ergo multi exercitum ad eos se traducturos promisere; (2) Agathocles vero, ubi salutem in extremo positam momento videt, metuens ne hosti deditus cum ignominia vitam finiret, satius fore statuit, si quid perpetiendum sit, a militibus morte affici. (3) Deposita igitur purpura, indutoque plebeio et vili amictu, in medium processit, factoque ob novitatem rei silentio, accurrentibus undique multis, orationem præsenti rerum statui attemperatam habuit, et commemoratis, quas hactenus gessisset, rebus, ad mortem jam oppetendam se paratum esse dixit, si quidem commilitonibus ex usu videretur. (4) Nunquam enim timiditate adactum se committere velle, ut vitæ servandæ amore indignum sese aliquid pateretur. Ejusque rei ipsos fore testes quum dixisset, ensem tanquam se ipsum transfixurus nudavit, jamque vulnus sibi inflicturus erat. Tum exercitus, ne id faceret, exclamare, et ex omni parte voces accidere, a crimine illum absolventes. (5) Quumque regium assumere habitum multitudo jussisset, effusis cum lacrimis populo gratias agens, convenientem sibi ornatum rursus induit, lætoque applausu restitutionem ejus in integrum multitudo consolatur. Carthaginienses interim exspectabant, quasi jamjam Græci ad illos transituri essent. Tum Agathocles, occasionem non prætermittens, exercitum in eos educit. (6) Carthaginiensibus vero, ad se ab hostibus fieri secessionem ratis, nihil eorum, quæ vere tum gererentur, in mentem venit. Agathocles tandem, ubi hosti appropinquaverat, subito classicum cani jubet, et facta impressione, magnam edit stragem. Carthaginienses, improviso hoc casu oppressi, multis suorum desideratis, in castra refugere. (7) Sic Agathocles, filii temeritate in extremum conjectus periculum, sua virtute non tantum e malis sese expedivit, verum hostes insuper profligavit. At qui seditionem præcipue concitaverant, et quotquot a principe alienos habebant animos, plus quam ducenti ausi sunt ad Carthaginienses transfugere. Nos, jam expeditis Africæ et Siciliæ rebus, per Italiam etiam gestorum memores erimus.

XXXV. Sutrium, Romanorum coloniam, infesto cum exercitu aggressi fuerant Etrusci. Ad hujus ergo defensionem validis cum copiis profecti consules Etruscos prælio

καὶ συνεδίωξαν εἰς τὴν παρεμβολήν. (2) Οἱ δὲ Σαμνῖται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, μακρὰν ἀπηρτημένης τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, ἀδεῶς ἐπόρθουν τῶν Ἰαπύγων τοὺς τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντας. Διόπερ ἠναγκάσθησαν οἱ ὕπατοι διαιρεῖν τὰς δυνάμεις, καὶ Φάβιος μὲν ἐν τῇ Τυῤῥηνίᾳ κατέμεινε, ὁ δὲ Μάρκιος ἐπὶ τοὺς Σαμνίτας ἀναζεύξας, Ἀλλίφας μὲν πόλιν εἷλε κατὰ κράτος, τοὺς δὲ πολιορκουμένους τῶν συμμάχων ἐκ τῶν κινδύνων ἐῤῥύσατο. (3) Ὁ δὲ Φάβιος, Τυῤῥηνῶν πολλοῖς πλήθεσιν ἐπὶ τὸ Σούτριον συνδραμόντων, ἔλαθε τοὺς πολεμίους διὰ τῆς τῶν ὁμόρων χώρας ἐμβαλὼν εἰς τὴν ἀνωτέρω Τυῤῥηνίαν, ἀπόρθητον γενομένην πολλῶν χρόνων. (4) Ἐπιπεσὼν δ' ἀνελπίστως τῆς τε χώρας πολλὴν ἐδῄωσε καὶ τοὺς ἐπελθόντας τῶν ἐγχωρίων νικήσας πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ὑποχειρίους ἔλαβε. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τὴν καλουμένην Περυσίαν δευτέρᾳ μάχῃ τῶν Τυῤῥηνῶν κρατήσας, πολλοὺς ἀνελὼν κατεπλήξατο τὸ ἔθνος, πρῶτος Ῥωμαίων μετὰ δυνάμεως ἐμβεβληκὼς εἰς τοὺς τόπους τούτους. (5) Καὶ πρὸς μὲν Ἀῤῥητίνους καὶ Κροτωνιάτας, ἔτι δὲ Περυσίνους, ἀνοχὰς ἐποιήσατο· πόλιν δὲ τὴν ὀνομαζομένην Καστόλαν ἐκπολιορκήσας, συνηνάγκασε τοὺς Τυῤῥηνοὺς λῦσαι τὴν τοῦ Σουτρίου πολιορκίαν.

XXXVI. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τιμητὰς εἵλοντο· καὶ τούτων ὁ ἕτερος Ἄππιος Κλαύδιος ὑπήκοον ἔχων τὸν συνάρχοντα Λεύκιον Πλαύτιον, πολλὰ τῶν πατρῴων νομίμων ἐκίνησε· τῷ δήμῳ γὰρ τὸ κεχαρισμένον ποιῶν, οὐδένα λόγον ἐποιεῖτο τῆς συγκλήτου. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ καλούμενον Ἄππιον ὕδωρ ἀπὸ σταδίων ὀγδοήκοντα κατήγαγεν εἰς τὴν Ῥώμην καὶ πολλὰ τῶν δημοσίων χρημάτων εἰς ταύτην τὴν κατασκευὴν ἀνήλωσεν ἄνευ δόγματος τῆς συγκλήτου· (2) μετὰ δὲ ταῦτα τῆς ἀφ' ἑαυτοῦ κληθείσης Ἀππίας ὁδοῦ τὸ πλεῖον μέρος λίθοις στερεοῖς κατέστρωσεν ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Καπύης, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων πλειόνων ἢ χιλίων, καὶ τῶν τόπων τοὺς μὲν ὑπερέχοντας διασκάψας, τοὺς δὲ φαραγγώδεις ἢ κοίλους ἀναλήμμασιν ἀξιολόγοις ἐξισώσας, κατηνάλωσεν ἁπάσας τὰς δημοσίας προσόδους, αὑτοῦ δὲ μνημεῖον ἀθάνατον κατέλιπεν, εἰς κοινὴν εὐχρηστίαν φιλοτιμηθείς. (3) Κατέμιξε δὲ καὶ τὴν σύγκλητον, οὐ τοὺς εὐγενεῖς καὶ προέχοντας τοῖς ἀξιώμασι προσγράφων μόνους, ὡς ἦν ἔθος, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν ἀπελευθέρων υἱοὺς ἀνέμιξεν· ἐφ' οἷς βαρέως ἔφερον οἱ καυχώμενοι ταῖς εὐγενείαις. (4) Ἔδωκε δὲ τοῖς πολίταις καὶ τὴν ἐξουσίαν ὅποι προαιροῖντο τιμήσασθαι· τὸ δ' ὅλον, ὁρῶν τεθησαυρισμένον κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τὸν φθόνον, ἐξέκλινε τὸ προσκόπτειν τινὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, ἀντίταγμα κατασκευάζων τῇ τῶν εὐγενῶν ἀλλοτριότητι τὴν παρὰ τῶν πολλῶν εὔνοιαν. (5) Καὶ κατὰ μὲν τὴν τῶν ἱππέων δοκιμασίαν οὐδενὸς ἀφείλετο τὸν ἵππον, κατὰ δὲ τὴν τῶν συνέδρων καταγραφὴν οὐδένα τῶν ἀδοξούντων συγκλητικῶν ἐξέβαλεν, ὅπερ ἦν ἔθος ποιεῖν τοῖς τιμηταῖς.

victos ad castra usque persequuntur. (2) Circa quod tempus Samnites, longinquius abducto Romanorum exercitu, Iapyges Romanis addictos citra omnem metum oppugnabant. Consules ergo copias dividere coguntur; et Fabius in Etruria resistit : at Marcius, adversus Samnites profectus, Allifas urbem vi capit, et socios obsidione vexatos periculis eximit. (3) Fabius autem, postquam Etrusci ingenti cum multitudine ad oppugnationem Sutrii confluxerant, insciis hostibus per finitimorum agros in Etruriam superiorem, jam longo tempore nullas incursiones expertam, irruptionem facit. (4) Et improviso illos aggressus, longe lateque regionem populatur, incolas, qui occurrerant, fundit, multosque interficit, nec exiguus vivorum numerus in manus ejus pervenit. Post hæc altero ad Perusiam, quam vocant, prœlio Etruscis superatis, multisque cæsis, gentem illam perterrefecit, primus Romanorum cum exercitu hæc loca ingressus. (5) Arretinis vero, Crotoniatis [*Cortoniatis*] et Perusinis inducias concessit, et expugnata Castula [*Carsula?*] quam vocant, ad omittendam Sutrii obsidionem Etruscos adegit.

XXXVI. Romæ per hunc annum censores creati : quorum alter Appius Claudius, obsecundante collega Lucio (*Caio*) Plautio, multa majorum instituta loco movit. Populo namque gratificans, nullam senatus rationem habebat. Ac primo aquam, quæ Appia de ipso nominatur, per octingenta stadia in urbem perduxit, magnamque pecuniæ vim ex ærario, senatus injussu, hoc ad opus insumsit. (2) Deinde maximam viæ partem, quæ Appiæ nomen ab ipso refert, a Roma Capuam usque, per stadiorum mille amplius intervallum, duro lapide constravit, loca, quæ eminebant, fodiendo complana, quæ hiatus et cavitatem habebant molibus exæquans. Atque ita omnes ærarii facultates exhausit, eoque communis emolumenti studio immortalem sui memoriam reliquit. (3) Senatus quoque ordinem temperavit, non solum nobiles et dignitate præstantes, ut moris hactenus fuerat, legendo, sed multos etiam libertinorum filios admiscendo. Quæ patriciam nobilitatem jactantes gravissime ferebant. (4) Ad hæc potestatem civibus fecit, ut, ubi cuique liberet, censerentur, et cuicunque se vellent tribui aggregarent. Tandem magnam ea ex re cumulatam videns apud nobiles invidiam, favore plebis se contra patriciorum inimicitias præmuniendo, reliquorum civium offensam declinavit. (5) In equitum lustratione nemini equum ademit; in senatorum etiam recensione nullum ex indignis senatoribus ordine movit, quod a censoribus factitari solebat. At enim

Εἶθ' οἱ μὲν ὕπατοι διὰ τὸν φθόνον καὶ διὰ τὸ βούλεσθαι τοῖς ἐπιφανεστάτοις χαρίζεσθαι συνῆγον τὴν σύγκλητον οὐ τὴν ὑπὸ τούτου καταλεγεῖσαν, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τῶν προγεγενημένων τιμητῶν καταγραφεῖσαν. (6) Ὁ δὲ δῆμος τούτοις μὲν ἀντιπράττων, τῷ δὲ Ἀππίῳ συμφιλοτιμούμενος καὶ τὴν τῶν δυςγενῶν προαγωγὴν βεβαιῶσαι βουλόμενος, ἀγορανόμον εἵλετο τῆς ἐπιφανεστέρας ἀγορανομίας υἱὸν ἀπελευθέρου Γναῖον Φλάβιον, ὃς πρῶτος Ῥωμαίων ἔτυχε ταύτης τῆς ἀρχῆς πατρὸς ὢν δεδουλευκότος. Ὁ δ' Ἄππιος τῆς ἀρχῆς ἀπολυθείς, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς συγκλήτου φθόνον εὐλαβηθείς, προσεποιήθη τυφλὸς εἶναι καὶ κατ' οἰκίαν ἔμενεν.

XXXVII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χαρίνου Ῥωμαῖοι μὲν τὴν ὕπατον ἀρχὴν παρέδοσαν Ποπλίῳ Δεκίῳ καὶ Κοίντῳ Φαβίῳ, παρὰ δὲ τοῖς Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ὀγδόη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀπολλωνίδης Τεγεάτης. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Πτολεμαῖος μὲν ἐκ τῆς Μύνδου πλεύσας ἁδρῷ στόλῳ διὰ νήσων, ἐν παράπλῳ τὴν Ἄνδρον ἠλευθέρωσε καὶ τὴν φρουρὰν ἐξήγαγε. Κομισθεὶς δ' ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν, Σικυῶνα καὶ Κόρινθον παρέλαβε παρὰ Κρατησιπόλεως· τὰς δ' αἰτίας δι' ἃς ἐκυρίευσε πόλεων ἐπιφανῶν προδεδηλωκότες ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις, τὸ διλογεῖν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν παρήσομεν. (2) Ἐπεβάλετο μὲν οὖν καὶ τὰς ἄλλας Ἑλληνίδας πόλεις Πτολεμαῖος ἐλευθεροῦν, μεγάλην προςθήκην ἡγούμενος ἔσεσθαι τοῖς ἰδίοις πράγμασι τὴν τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν· ἐπεὶ δὲ οἱ Πελοποννήσιοι συνταξάμενοι χορηγήσειν σῖτον καὶ χρήματα, τῶν ὡμολογημένων οὐδὲν συνετέλουν, ἀγανακτήσας ὁ δυνάστης πρὸς μὲν Κάσσανδρον εἰρήνην ἐποιήσατο, καθ' ἣν ἑκατέρους ἔδει κυριεύειν τῶν πόλεων ὧν εἶχον· τὴν δὲ Σικυῶνα καὶ Κόρινθον ἀσφαλισάμενος φρουρᾷ, διῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Κλεοπάτρα τῷ μὲν Ἀντιγόνῳ προςκόπτουσα, τῇ δ' αἱρέσει πρὸς τὸν Πτολεμαῖον ἀποκλίνουσα, προῆγεν ἐκ Σάρδεων, ὡς διακομισθησομένη πρὸς ἐκεῖνον. Ἦν δὲ ἀδελφὴ μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πέρσας καταπολεμήσαντος, θυγάτηρ δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, γυνὴ δὲ γεγενημένη τοῦ εἰς Ἰταλίαν στρατεύσαντος Ἀλεξάνδρου. (4) Διὰ τὴν ἐπιφάνειαν οὖν τοῦ γένους οἱ περὶ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον, ἔτι δὲ Ἀντίγονον καὶ Πτολεμαῖον, καὶ καθόλου πάντες οἱ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἀξιολογώτατοι τῶν ἡγεμόνων ταύτην ἐμνήστευον. Ἕκαστος γὰρ τούτῳ τῷ γάμῳ συνακολουθήσειν Μακεδόνας ἐλπίζων ἀντείχετο τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ὡς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν περιστήσων εἰς ἑαυτόν. (5) Ὁ δὲ ἐπιμελητὴς τῶν Σάρδεων ἔχων παράγγελμα παρ' Ἀντιγόνου τηρεῖν τὴν Κλεοπάτραν, διεκώλυεν αὐτῆς τὴν ἔξοδον· ὕστερον δέ, προστάξαντος τοῦ δυνάστου, διά τινων γυναικῶν ἐδολοφόνησεν. (6) Ὁ δ' Ἀντίγονος οὐ βουλόμενος λέγεσθαι κατ' αὐτοῦ περὶ τῆς ἀναιρέσεως, τῶν γυναικῶν τινας ἐκόλασεν ὡς ἐπιβεβουλευκυίας καὶ τὰ περὶ τὴν ἐκφορὰν βασιλικῶς ἐφιλοχάλησε. Κλεοπάτρα μὲν οὖν περιμάχητος γενομένη παρὰ τοῖς ἐπι-

consules, tum invidia stimulati, tum quod nobilitati gratificari volebant, senatum cogebant non quem ille legerat, sed quem censores ante illum conscripserant. (6) Plebs vero, his sese opponens, Appii causæ favebat. Utque humili loco natorum provectionem confirmaret, ad ædilitatis munus illustrioris (*curulis*) Cn. Flavium quendam, liberti cujusdam filium, extulit. Isque primus Romanorum liberto natus hunc dignitatis gradum consecutus est. Appius tandem, abdicato magistratu, invidiam senatus reformidans, cæcitatis simulatione domi se continebat.

XXXVII. Jam princeps in Attica republica erat Charinus, et Romani consulare imperium tradiderant Publio Decio et Quinto Fabio, et apud Eleos centesima decima octava Olympias acta est, qua victoriam retulit Apollonides Tegeata, quum Ptolemæus, e Myndo magna cum classe per insulas navigans, in transitu Andrum, reducto præsidio, liberavit. Inde ad Isthmum transportatus, Sicyonem et Corinthum a Cratesipoli recepit. Quibus vero de causis urbes tam illustres suam in potestatem acceperit, superioribus libris a nobis expositum est; iterata ergo narratione supersedendum. (2) Ceteras insuper Græciæ urbes in libertatem vindicare sibi proposuerat Ptolemæus, multum ex benevolentia Græcorum rebus suis accessurum arbitratus. At quum Peloponnesii, frumentum et pecunias suppeditare jussi, promissorum nihil facerent, indignatus princeps pacem cum Cassandro hac conditione inivit, ut quas quisque tum haberet in potestate urbes, retineret. Tum Sicyone ac Corintho præsidio firmatis, in Ægyptum trajecit. (3) Dum hæc geruntur, Cleopatra, Antigono infensa, propensione sua ad Ptolemæum inclinavit, Sardibusque, ut transportaretur ad ipsum, excessit. Erat hæc Alexandri, Persarum debellatoris, soror, Philippi Amyntæ nata, et Alexandri, qui expeditionem in Italiam susceperat, conjux. (4) Ob generis ergo nobilitatem Cassander et Lysimachus, Antigonus etiam et Ptolemæus, denique præstantissimus quisque ducum, post Alexandri obitum, ejus matrimonium ambiebat. Quum enim Macedones conjugium hoc sectaturos unusquisque speraret, familiam regiam, tanquam summum hac ratione imperium ad se translaturus, affectabat. (5) At Sardium præfectus, cui attinendæ Cleopatræ mandatum dederat Antigonus, discessum ejus inhibebat, et principis deinde jussu mulierum quarundam opera dolose illam necavit. (6) Antigonus vero, se necis auctorem diffamari nolens, quasdam ex mulierculis, quasi vitæ illius insidiatas, capite plexit, et funus regia magnificentia curavit. Talem ergo Cleopatra, certatim a nobilissimis ambita duci-

φανεστάτοις ἡγεμόσι, πρὸ τοῦ συντελεσθῆναι τὸν γάμον τοιαύτης ἔτυχε καταστροφῆς. (7) Ἡμεῖς δὲ διεληλυθότες τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα, μεταβιβάσομεν τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης.

XXXVIII. Κατὰ γὰρ τὴν Λιβύην Καρχηδονίων ἐκπεμψάντων δύναμιν τὴν προςαξομένην τοὺς ἀφεστηκότας Νομάδας, Ἀγαθοκλῆς ἐπὶ μὲν τοῦ Τύνητος ἀπέλιπεν Ἀρχάγαθον τὸν υἱὸν μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς, αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν τοὺς κρατίστους, πεζοὺς μὲν ὀκτακιςχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους, ζεύγη δὲ Λιβύων πεντήκοντα, κατὰ σπουδὴν ἐπηκολούθει τοῖς πολεμίοις. (2) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραγενηθέντες εἰς τοὺς Νομάδας τοὺς καλουμένους Ζούφωνας, πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων προςηγάγοντο καὶ τῶν ἀφεστηκότων ἐνίους εἰς τὴν προϋπάρχουσαν ἀποκατέστησαν συμμαχίαν· ἐπεὶ δ' ἤκουσαν πλησίον εἶναι τοὺς πολεμίους, κατεστρατοπέδευσαν ἐπί τινος γεωλόφου περιεχομένου ῥείθροις βαθέσι καὶ δυςπεράτοις. (3) Καὶ πρὸς μὲν τὰς ἀπροσδοκήτους ἐπιθέσεις τῶν ἐναντίων ταῦτα προεβάλοντο, τῶν δὲ Νομάδων τοὺς μάλιστ' εὐθέτους προςέταξαν ἐπακολουθεῖν τοῖς Ἕλλησι καὶ παρενοχλοῦντας κωλύειν αὐτῶν τὴν εἰς τοὔμπροσθεν πορείαν. Ὧν ποιησάντων τὸ προσταχθέν, Ἀγαθοκλῆς ἐπὶ μὲν τούτους ἀπέστειλε τούς τε σφενδονήτας καὶ τοξότας, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ὥρμησεν ἐπὶ τὴν στρατοπεδείαν τῶν πολεμίων. (4) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ κατανοήσαντες, ἐξήγαγον τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς παρεμβολῆς καὶ παρατάξαντες ἕτοιμοι πρὸς μάχην καθειστήκεισαν. Ἐπεὶ δ' ἑώρων τοὺς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα διαβαίνοντας ἤδη τὸν ποταμόν, συντεταγμένοι ἐνέβαλον, καὶ περὶ τὸ ῥεῖθρον δυςπέρατον ὑπάρχον πολλοὺς τῶν ἐναντίων ἀνήρουν. (5) Προςβιαζομένων δὲ τῶν μετ' Ἀγαθοκλέους, οἱ μὲν Ἕλληνες ταῖς ἀρεταῖς ὑπερεῖχον, οἱ δὲ βάρβαροι τοῖς πλήθεσι περιεγίνοντο. Ἔνθα δὴ τῶν στρατοπέδων ἐπὶ πολὺν χρόνον φιλοτίμως ἀγωνιζομένων, οἱ παρ' ἀμφοτέροις Νομάδες τῆς μὲν μάχης ἀφειστήκεισαν, ἐπετήρουν δὲ τὸ τέλος τοῦ κινδύνου, διεγνωκότες τῶν ἡττημένων τὰς ἀποσκευὰς διαρπάσαι. (6) Ἀγαθοκλῆς δὲ τοὺς ἀρίστους ἔχων περὶ αὐτὸν πρῶτος ἐβιάσατο τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τῇ τούτων τροπῇ τοὺς λοιποὺς βαρβάρους φυγεῖν ἐποίησε· μόνοι δὲ τῶν ἱππέων οἱ συναγωνιζόμενοι τοῖς Καρχηδονίοις Ἕλληνες, ὧν Κλείνων ἡγεῖτο, τοὺς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα βαρεῖς ἐπικειμένους ὑπέστησαν. Ἀγωνισαμένων δ' αὐτῶν λαμπρῶς, οἱ πλεῖστοι μὲν ἀνῃρέθησαν μαχόμενοι γενναίως, οἱ δὲ περιλειφθέντες αὐτῶν τύχῃ τινὶ διεσώθησαν.

XXXIX. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀφεὶς τὸ διώκειν τούτους, ὥρμησεν ἐπὶ τοὺς καταφυγόντας βαρβάρους εἰς τὴν παρεμβολήν· καὶ προςβιαζόμενος τόποις προςάντεσι καὶ δυςπροςίτοις, οὐχ ἧττον ἔπασχεν ἢ διετίθει τοὺς Καρχηδονίους. Οὐ μὴν ἔληγε τῆς τόλμης, ἀλλὰ τῇ νίκῃ μετεωριζόμενος ἐνέκειτο, διαλαμβάνων κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν στρατοπεδείαν. (2) Ἐν τοσούτῳ δὲ τὸ τέλος τῆς μάχης καραδοκοῦντες οἱ Νομάδες ταῖς

bus, ante nuptiarum conciliationem vitæ exitum sortita est. (7) Nos jam Asiæ Græciæque res exsecuti, ad reliquas orbis partes sermonem transferemus.

XXXVIII. In Africa Carthaginienses exercitum ad Numidas, qui defecerant, in ditionem recipiendos miserant. Agathocles ergo Archagathum filium cum parte exercitus ad Tunetem reliquit; ipse cum fortissimorum agmine, peditum octo millibus et octingentorum equitatu, et Afrorum carrucis quinquaginta, magnis hostem itineribus sequitur. (2) Interim Carthaginienses ad Numidas, quos Zuphones vocant, progressi, multos incolarum sibi adjungunt, et rebellium nonnullos ad societatem pristinam reducunt. Audito vero, in propinquo hostem esse, in tumulo quodam, profundis transituque difficillimis fluentis incluso, castra ponunt, eaque repentinis hostium incursionibus opponunt. (3) Numidarum autem maxime idoneos Græcorum tergis adhærere et vexationibus molestis progressum retardare jubent. Quibus imperata exsequentibus, funditores et sagittarios Agathocles objectat, et ipse cum ceteris copiis ad castra hostium contendit. (4) Sed Carthaginienses, animadverso ejus consilio, e castris exercitum educunt, acieque instructa, ad conflictum parati resistunt. Ut Agathoclis vero milites jam flumen transire vident, composito illos agmine invadunt, magnamque hostium ad fluvium trajectu difficillimum stragem edunt. (5) Interea dum Agathoclis milites vi transitum sibi facere nituntur, Græci virtute præcellunt, multitudine Barbari superant. Dumque acies utrinque ad longum temporis spatium fortiter dimicant, ex utraque parte Numidæ a pugna desistunt, finemque certaminis exspectant, impedimenta profligatorum diripiendi consilio. (6) Tandem Agathocles cum suis, quos circa se fortissimos habebat, primus aciem sibi oppositam perrupit, hujusque fuga, ut ceteri etiam terga Barbari verterent, effecit. Equites tantum Græci, qui Carthaginiensibus militabant ductu Clinonis, Agathocleanos milites graviter incumbentes sustinebant. Acrique certamine commisso, illorum plerique strenue pugnantes occubuere; reliqui casu quodam evaserunt.

XXXIX. Tum Agathocles, ab insecutione desistens, impetu in Barbaros, qui in castra refugerant, converso, dum locis arduis et accessu difficilibus irrumpere nititur, non minus damni patitur, quam infert Carthaginiensibus; nihil tamen idcirco de pertinacia remittit, sed victoria elatus hostem urget, vi castra expugnaturum se confidens. (2) Interea intenti in pugnæ eventum Numidæ, in impedimenta Car-

μὲν τῶν Καρχηδονίων ἀποσκευαῖς οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἐπιθέσθαι διὰ τὸ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας πλησίον τῆς παρεμβολῆς ἀγωνίζεσθαι, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν Ἑλλήνων στρατοπεδείαν ὥρμησαν, εἰδότες τὸν Ἀγαθοκλέα μακρὰν ἀπεσπασμένον. Ἐρήμου δ' αὐτῆς οὔσης τῶν δυναμένων ἀμύνασθαι ῥᾳδίως ἐπιπεσόντες τοὺς μὲν ἀντιστάντας ὀλίγους ὄντας ἀπέκτειναν, αἰχμαλώτων δὲ πλῆθους καὶ τῆς ἄλλης ὠφελείας ἐκυρίευσαν. (3) Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Ἀγαθοκλῆς ἦγε κατὰ τάχος τὴν δύναμιν, καὶ τινὰ μὲν τῶν ἀφηρπασμένων ἀνέσωσε, τῶν δὲ πλείστων οἱ Νομάδες ἐκυρίευον καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης μακρὰν ἑαυτοὺς ἐξετόπισαν. (4) Ὁ δὲ δυνάστης στήσας τρόπαιον, τὰ μὲν λάφυρα διεῖλε τοῖς στρατιώταις, ὅπως μηδεὶς ἀγανακτήσῃ περὶ τῶν ἀπολωλότων, τοὺς δ' αἰχμαλώτους Ἕλληνας τοὺς συστρατευσαμένους τοῖς Καρχηδονίοις εἰς τὸ φρούριον ἀπέθετο. (5) Οὗτοι μὲν οὖν εὐλαβούμενοι τὴν ἀπὸ τοῦ δυνάστου τιμωρίαν, νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ, καὶ τῇ μάχῃ κρατούμενοι κατελάβοντο λόφον ἐρυμνόν, ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων, ὧν ἦσαν Συρακόσιοι πλείους τῶν πεντακοσίων. (6) Ἀγαθοκλῆς δὲ πυθόμενος τὸ πεπραγμένον, ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ καταβιβάσας ὑποσπόνδους τοὺς ἐπιθεμένους ἅπαντας ἀπέσφαξεν.

XL. Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ταύτης γενόμενος, καὶ πάντα τῇ διανοίᾳ σκοπούμενος πρὸς τὸ λαβεῖν τοὺς Καρχηδονίους ὑποχειρίους, ἐξέπεμψε πρεσβευτὴν Ὄρθωνα τὸν Συρακόσιον πρὸς Ὀφέλλαν εἰς Κυρήνην. Οὗτος δ' ἦν μὲν τῶν φίλων τῶν συνεστρατευμένων Ἀλεξάνδρῳ, κυριεύων δὲ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων καὶ δυνάμεως ἁδρᾶς, περιεβάλετο ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν. (2) Τοιαύτην οὖν αὐτοῦ διάνοιαν ἔχοντος, ἧκεν ὁ παρ' Ἀγαθοκλέους πρεσβευτής, ἀξιῶν συγκαταπολεμῆσαι Καρχηδονίους· ἀντὶ δὲ ταύτης τῆς χρείας ἐπηγγέλλετο τὸν Ἀγαθοκλέα συγχωρήσειν αὐτῷ τῶν ἐν Λιβύῃ πραγμάτων κυριεύειν. (3) Εἶναι γὰρ ἱκανὴν αὐτῷ τὴν Σικελίαν, ἵν' ἐξῇ τῶν ἀπὸ τῆς Καρχηδόνος κινδύνων ἀπαλλαχθέντα μετ' ἀδείας κρατεῖν ἁπάσης τῆς νήσου· παρακεῖσθαι δὲ καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτῷ πρὸς ἐπαύξησιν τῆς ἀρχῆς, ἐὰν κρίνῃ μειζόνων ὀρέγεσθαι. (4) Τὴν μὲν γὰρ Λιβύην διεζευγμένην μεγάλῳ καὶ χαλεπῷ πελάγει μηδαμῶς ἁρμόζειν αὐτῷ, εἰς ἣν καὶ νῦν οὐ κατ' ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἀφῖχθαι. (5) Ὁ δὲ Ὀφέλλας, τῇ πάλαι βεβουλευμένῃ κρίσει προστεθείσης τῆς γενομένης ἐλπίδος, ἀσμένως ὑπήκουσε, καὶ πρὸς μὲν Ἀθηναίους περὶ συμμαχίας διεπέμπετο, γεγαμηκὼς Εὐθυδίκην τὴν Μιλτιάδου θυγατέρα τοῦ τὴν προσηγορίαν φέροντος εἰς τὸν στρατηγήσαντα τῶν ἐν Μαραθῶνι νικησάντων. (6) Διὰ δὴ ταύτην τὴν ἐπιγαμίαν καὶ τὴν ἄλλην σπουδὴν ὑπῆρχεν ἀποδεδεγμένος εἰς τὴν πόλιν, καὶ πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων προθύμως ὑπήκουσαν εἰς τὴν στρατείαν· οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἔσπευδον κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβολῆς, ἐλπίζοντες τήν τε κρατίστην τῆς Λιβύης κατακληρουχήσειν καὶ τὸν ἐν Καρχηδόνι διαρπάσειν πλοῦτον. (7)

thaginiensium involare non poterant, quod uterque exercitus prope castra decertabat. In Græcorum igitur castra facto impetu, quum Agathoclem inde longius avulsum, eaque propugnatorum auxilio destituta scirent, facili irruptionis negotio exiguum repugnantium numerum interemerunt, et captivorum multitudine aliisque emolumentis sunt potiti. (3) Quæ ubi rescivit Agathocles, raptim eo copias duxit, et direptorum nonnulla recuperavit. Sed Numidæ partem maximam asportarunt, ortaque nocte se procul inde subduxere. (4) Hinc tropæo erecto, princeps spolia inter milites divisit, ne quis rerum suarum jacturam ægre ferret. Captivos autem Græcos, qui a partibus Carthaginiensium steterant, in castellum deposuit. (5) Qui principis ultionem veriti, de nocte præsidium castelli invadunt; at pugna superati, collem quendam munitum occupant, numero haud infra mille, quorum supra quingentos erant Syracusani. (6) Quod factum ubi cognovit Agathocles, cum exercitu illuc contendit; et post datam fidem, istinc deductos insidiatores illos omnes mactavit.

XL. Hac igitur pugna defunctus, quum omnia, quæ ad subjugandos Carthaginienses facerent, speculatione mentis exigeret, Orthonem Syracusanum Cyrenen ad Ophellam legationem obire jussit. Hic amicorum, qui cum Alexandro militarant, unus erat, et Cyrenen cum vicinis urbibus validumque exercitum in potestate habens, majorem animo principatum complexus fuerat. (2) Dumque in his cogitationibus versatur, legatus Agathoclis venit cum hac petitione, ut ad debellandos Carthaginienses suam cum illo operam conjungere velit. In cujus officii remunerationem Africæ dominium ei permissurum Agathoclem pollicetur. (3) Sufficere huic Siciliam, ubi periculis, quæ a Carthaginiensibus immineant, exsolutus, totam insulam in ditionem redigere secure liceat. Ad ampliandum vero imperium Italiam in propinquo esse, si ad majora censeat adspirandum. (4) Africam enim, vasto difficilique mari disjunctam, ipsi nequaquam convenire : in quam nunc etiam, non cupiditate, sed necessitate adactus venerit. (5) Ophellas igitur, quum ad consilium jam olim meditatum nunc spes nova accederet, lubens obtemperavit, et Athenienses de societate per legationem convenit. Euthydicen (*Eurydicen*) enim Miltiadis, qui nomen suum ad imperatorem referebat eorum, qui ad Marathonem victores exstiterant, natam in matrimonium duxerat. (6) Quare tum ob hanc conjugii necessitudinem, tum ob alia benevolentiæ studia civitati acceptus fuerat; multique Atheniensium ad hanc militiam promtis animis obsequebantur. Ex aliis præterea Græcis non pauci adjungere se expeditioni huic properabant, quod florentissimam se Africæ partem sorte divisuros, et Carthaginis opes direpturos sperarent. (7) Nam res Græciæ

Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους καὶ τὰς τῶν δυναστῶν πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίας ἀσθενῆ καὶ ταπεινὰ καθειστήκει· ὥςθ' ὑπελάμβανον μὴ μόνον ἐγκρατεῖς ἔσεσθαι πολλῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήσεσθαι.

XLI. Ὁ δ' οὖν Ὀφέλλας, ἐπειδὴ πάντ' αὐτῷ πρὸς τὴν στρατείαν κατεσκεύαστο λαμπρῶς, ἐξώρμησε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἔχων πεζοὺς μὲν πλείους τῶν μυρίων, ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους, ἅρματα δὲ ἑκατόν, ἡνιόχους δὲ καὶ παραβάτας πλείους τῶν τριακοσίων· ἠκολούθουν δὲ καὶ τῶν ἔξω τάξεως λεγομένων οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων· πολλοὶ δὲ τούτων τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἦγον, ὥςτε ἐμφερῆ τὴν στρατιὰν ὑπάρχειν ἀποικίᾳ. (2) Ὀκτωκαίδεκα μὲν οὖν ἡμέρας ὁδοιπορήσαντες καὶ διελθόντες σταδίους τριςχιλίους, κατεσκήνωσαν περὶ Αὐτόμαλα· ἐντεῦθεν δὲ πορευομένοις ὑπῆρχεν ὄρος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἀπόκρημνον, ἐν μέσῳ δ' ἔχον φάραγγα βαθεῖαν, ἐξ ἧς ἀνέτεινε λισσὴ πέτρα πρὸς ὀρθὸν ἀνατείνουσα σκόπελον. (3) Περὶ δὲ τὴν ῥίζαν αὐτῆς ἄντρον ἦν εὐμέγεθες κιττῷ καὶ σμίλακι συνηρεφές, ἐν ᾧ μυθεύουσι γεγονέναι βασίλισσαν Λάμιαν τῷ κάλλει διαφέρουσαν· διὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγριότητα διατυπῶσαί φασι τὴν ὄψιν αὐτῆς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον θηριώδη. Τῶν γὰρ γινομένων αὐτῇ παίδων ἁπάντων τελευτώντων, βαρυθυμοῦσαν ἐπὶ τῷ πάθει καὶ φθονοῦσαν ταῖς τῶν ἄλλων γυναικῶν εὐτεκνίαις, κελεύειν ἐκ τῶν ἀγκαλῶν ἐξαρπάζεσθαι τὰ βρέφη καὶ παραχρῆμα ἀποκτείνειν. (4) Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς μέχρι τοῦ νῦν βίου παρὰ τοῖς νηπίοις διαμένειν τὴν περὶ τῆς γυναικὸς ταύτης φήμην, καὶ φοβερωτάτην αὐτοῖς εἶναι τὴν ταύτης προςηγορίαν. (5) Ὅτε δὲ μεθύσκοιτο, τὴν ἄδειαν διδόναι πᾶσιν ἃ βούλοιντο ποιεῖν ἀπαρατηρήτως. Μὴ πολυπραγμονούσης οὖν αὐτῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὰ γινόμενα, τοὺς κατὰ τὴν χώραν ὑπολαμβάνειν μὴ βλέπειν αὐτήν· καὶ διὰ τοῦτ' ἐμυθολόγησάν τινες ὡς εἰς ἄρσιχον ἐμβάλοι τοὺς ὀφθαλμούς, τὴν ἐν οἴνῳ συντελουμένην ὀλιγωρίαν εἰς τὸ προειρημένον μέτρον μεταφέροντες, ὡς τούτου παρῃρημένου τὴν ὅρασιν. (6) Ὅτι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην γέγονεν αὕτη καὶ τὸν Εὐριπίδην δεῖξαι τις ἂν μαρτυροῦντα· λέγει γὰρ

τίς τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς
οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος;

XLII. Ὁ δ' οὖν Ὀφέλλας ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆγε διὰ τῆς ἀνύδρου καὶ θηριώδους ἐπιπόνως· οὐ μόνον γὰρ ὕδατος ἐσπάνιζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς ὑπολιπούσης, ἐκινδύνευσεν ἅπαν ἀπολέσαι τὸ στρατόπεδον. (2) Δακέτων δὲ θηρίων παντοίων ἐπεχόντων τὰ περὶ τὰς Σύρτεις ἔρημα, καὶ τῶν πλείστων ὀλέθριον ἐχόντων τὸ δῆγμα, πολλῇ τῇ συμφορᾷ περιέπιπτον, ἀβοήθητον ἔχοντες τὴν ἐκ τῶν ἰατρῶν καὶ φίλων ἐπικουρίαν. Καὶ γὰρ ἔνιοι τῶν ὄφεων ὁμοίαν ἔχοντες τὴν χρόαν τῇ κατ' αὐτοὺς οὔσῃ χώρᾳ, τὴν ἰδίαν φύσιν

ob bella perpetua et contentiones principum inter sese infirmæ profligatæque erant. Itaque non multis tantum commodis se potituros, sed a præsentibus etiam malis liberatum iri persuasum habebant.

XLI. Ophellas igitur, ubi cuncta expeditioni necessaria affatim comparaverat, copias eduxit, plus quam decem millia peditum, et sexcentos equites, centumque currus, et aurigas essedariosque milites supra trecentos sub signis habens. Ad hæc qui extraordinarii appellantur non infra decem millia comitabantur. Multi horum liberos et uxores, nec non alia secum impedimenta ducebant, ita ut hic exercitus coloniæ speciem haberet. (2) Octodecim ergo dierum itinere confecto, tria stadiorum millia emensi circa Automala castra posuere. Inde progredientibus mons erat utrinque præruptus, profundam in medio vallem habens; ex qua lævis quædam petra in arduum scopuli verticem assurgebat: ad cujus radicem spatiosum fuit antrum, hedera et taxo opacum, in quo Lamiam reginam, pulchritudinis eximiæ feminam, degisse fabulantur; sed propter animi ferocitatem insequente tempore faciem ejus in belluinam fuisse transformatam. (3) Exstinctis enim omnibus ejus liberis, casum hunc illam gravissime tulisse, et invidentem aliis matronis liberorum felicitatem, ex ulnis ipsarum abripi et confestim necari jussisse infantes. (4) Quamobrem nostra etiamnum ætate fama de muliere ista permanet apud pueros, ejusque nomen summo illis est terrori. (5) Quum vero ebrietati indulgeret, quidvis pro arbitrio citra inquisitionem faciendi licentiam omnibus dedisse. Quoniam ergo nihil eorum, quæ gererentur, animadverteret sedulo, quasi non videret illa, a regionis istius incolis creditum fuisse. Propterea fabulati sunt quidam, eam oculos in cophinum conjecisse, negligentiam vini abusu commissam in *merum*(?) supra dictum, quasi hoc visum adimeret, transferentes. (6) In Africa autem hanc fuisse, Euripidem quoque aliquis testem exhibuerit; dicit enim:

Quis non probrosum nomen id mortalibus,
nec Africanæ noverit Lamiæ genus?

XLII. Ceterum Ophellas, assumto exercitu, per regionem siticulosam et bestiis infestam magno cum labore pergebat. Non enim aqua tantum carebat, sed etiam nutrimento sicco destitutus, amittendi totius exercitus periculum subiit. (2) Solitudines præterea Syrtibus vicinas angues et omnis generis feræ obtinebant. Et quia morsus plerorumque letales erant, magnam in calamitatem incidebant, quos nec medicorum nec amicorum opitulatio quidquam sublevavit. Nam serpentum aliqui eundem, quem terra, colorem referebant; hoc faciebat ut a nemine prævidererentur.

ἀπροόρατον ἐποίουν· οἷς πολλοὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἐπιβαίνοντες, δήγμασι θανατηφόροις περιέπιπτον. Τέλος δὲ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν πλεῖον ἢ δύο μῆνας κακοπαθήσαντες, μόγις διήνυσαν πρὸς τοὺς περὶ Ἀγαθοκλέα, καὶ βραχὺ διαχωρίσαντες ἀπ' ἀλλήλων, τὴν δύναμιν κατεστρατοπέδευσαν. (3) Εἶθ' οἱ μὲν Καρχηδόνιοι πυθόμενοι τὴν τούτων παρουσίαν κατεπλάγησαν, ὁρῶντες τηλικαύτην δύναμιν κατ' αὐτῶν ἥκουσαν· ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπαντήσας τοῖς περὶ τὸν Ὀφέλλαν καὶ φιλοφρόνως ἅπαντα χορηγήσας, τούτους μὲν ἠξίου τὴν στρατιὰν ἀναλαμβάνειν ἐκ τῆς κακοπαθείας, αὐτὸς δ' ἐπιμείνας ἡμέρας ὀλίγας καὶ κατασκεψάμενος ἕκαστα τῶν πραττομένων ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν παρόντων, ἐπεὶ τὸ πλεῖον μέρος τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ χορτάσματα καὶ σιτολογίαν ἐξεληλύθει, τὸν δὲ Ὀφέλλαν ἑώρα μηδὲν τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ βεβουλευμένων ὑπονοοῦντα, συνήγαγεν ἐκκλησίαν τῶν ἰδίων στρατιωτῶν· κατηγορήσας δὲ τοῦ παρόντος ἐπὶ τὴν συμμαχίαν ὡς ἐπιβουλεύοντος καὶ παροξύνας τὸ πλῆθος, εὐθὺς διεσκευασμένην τὴν δύναμιν ἦγεν ἐπὶ τοὺς Κυρηναίους. (4) Εἶθ' ὁ μὲν Ὀφέλλας διὰ τὸ παράδοξον καταπλαγεὶς ἐπεχείρησε μὲν ἀμύνασθαι, καταταχούμενος δὲ καὶ τὴν ὑπολελειμμένην δύναμιν οὐκ ἔχων ἀξιόχρεων, μαχόμενος ἐτελεύτησεν. (5) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς συναναγκάσας τὸ λοιπὸν πλῆθος ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ φιλανθρώποις ἐπαγγελίαις παραστησάμενος ἅπαντας, κύριος ἐγένετο τῆς δυνάμεως πάσης. Ὀφέλλας μὲν οὖν ἐλπίσας μεγάλα, καὶ προχειρότερον ἑαυτὸν πιστεύσας, τοιαύτης ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς.

XLIII. Ἐν δὲ τῇ Καρχηδόνι Βομίλκας πάλαι διανενοημένος ἐπιθέσθαι τυραννίδι, καιρὸν ἐπεζήτει ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς οἰκεῖον. Πολλάκις δὲ διδόντος τοῦ καιροῦ τὰς ἀφορμὰς τοῦ πράττειν τὸ βεβουλευμένον, ἀεί τις αἰτία μικρὰ παρεμπίπτουσα διεκώλυε· δεισιδαίμονες γὰρ οἱ μέλλοντες ἐγχειρεῖν ταῖς παρανόμοις καὶ μεγάλαις πράξεσι καὶ τὸ μέλλειν ἀεὶ τοῦ πράττειν καὶ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς συντελείας προκρίνουσιν· ὃ καὶ τότε συνέβαινε καὶ περὶ ἐκεῖνον. (2) Ἐξέπεμψε μὲν γὰρ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν εἰς τὴν ἐπὶ τοὺς Νομάδας στρατείαν, ἵνα μηδένα τῶν ἀξιολόγων ἔχῃ τὸν ἀντιστησόμενον, οὐκ ἐτόλμα δὲ ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν τυραννίδα, μετακαλούμενος ὑπὸ τῆς εὐλαβείας. (3) Καθ' ὃν δὲ καιρὸν Ἀγαθοκλῆς ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Ὀφέλλαν, ὁρμῆσαι καὶ τοῦτον συνέβη πρὸς τὴν δυναστείαν, ἀγνοούντων ἀμφοτέρων τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις πραττόμενα. (4) Οὔτε γὰρ Ἀγαθοκλῆς ἔγνω τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος καὶ τὴν ἐν τῇ πόλει ταραχήν, ἐπεὶ ῥᾳδίως ἂν ἐκράτησε τῆς Καρχηδόνος· εἵλετο γὰρ ἂν Βομίλκας ἐπ' αὐτοφώρῳ γενόμενος συνεργεῖν Ἀγαθοκλεῖ μᾶλλον ἢ τοῖς πολίταις δοῦναι τὴν ἐκ τοῦ σώματος τιμωρίαν· οὔτε πάλιν οἱ Καρχηδόνιοι τὴν ἐπίθεσιν τὴν Ἀγαθοκλέους ἐπύθοντο· ῥᾳδίως γὰρ ἂν αὐτὸν ἐχειρώσαντο προσλαβόμενοι τὴν μετ' Ὀφέλλα δύναμιν. (5) Ἀλλ', οἶμαι, παρ' ἀμφοτέροις οὐκ ἀλογίστως συνέβη

Quos quum multi per ignorantiam calcarent, mortiferis sauciati ictibus interibant. Ad postremum, itinere duorum amplius mensium ærumnosissime confecto, vix tandem Agathoclis castra assequuntur: ubi, copiis exiguo inter se disjunctis intervallo, castra posuere. (3) Jam Carthaginienses cognito horum adventu trepidabant, quod tantum contra se robur venisse cernerent; Agathocles vero Ophellæ obviam progressus, benigne omnibus suppeditatis, ut exercitum ad vires ab ærumnis reparandas curaret, monebat; ipse per dies aliquot cunctatus, quum singula, quæ in castris vicinis agebantur, explorata haberet, jamque majore parte militum pabulatum et frumentatum egressa, Ophellam nihil a se deliberatorum suspicantem animadverteret, concionem militum suorum advocat, et Ophellam criminatus, quod qui ad societatem armorum venisset, nunc insidias pararet, exacerbata multitudine, confestim instructum contra Cyrenenses exercitum educit. (4) Insolentia rei perculsus Ophellas defendere se conatur; at celeritate hostis oppressus, dum etiam reliquiæ exercitus ad resistendum non sufficiunt, inter prœliandum occumbit. (5) Agathocles multitudinem adhuc reliquam ad ponendum arma cogit, animisque omnium promissionum liberalitate conciliatis, toto sic exercitu potitur. Ophellas ergo, quia amplæ nimis spei indulgebat, et nimis temere fidem habebat, ejusmodi vitæ exitum sortitus est.

XLIII. Carthagine interea Bomilcar, jam dudum tyrannidis occupandæ consilia animo tractans, idoneum instituto suo tempus quærebat. Tametsi vero sæpius occasio meditata exsequendi oblata fuerat, semper tamen levis aliqua causa interveniens illum remorabatur. Religiosi enim sunt qui magnas et nefarias res aggredi parant, et semper cunctari quam agere, differre quam exsequi rem malunt. Quod etiam circa illum evenit. (2) Civium enim qui circa ipsum erant, clarissimos in expeditionem contra Numidas emisit, ne quem ex nobilitate sibi adversantem haberet; interim metu revocatus, nemini tyrannidis consilia detegere audebat. (3) Sub idem vero tempus, quo ab Agathocle Ophellas fuit oppressus, accidit ut hic etiam principatum invaderet, ubi neuter, quæ apud hostes gererentur, compertum habebat. (4) Nam nec Agathocli quidquam de tyrannidis affectatione urbisque tumultu constabat (ubi facile Carthaginem subegisset; Bomilcar enim, in ipso facinore deprehensus, Agathoclis partes adjuvare, quam corporis supplicium expendere maluisset); nec rursum Carthaginienses aliquid de Agathoclis impressione cognoverant: nam facile ipsum, adjunctis Ophellæ copiis, domuissent. (5) Utrisque vero non temere hanc ignorantiam accidisse

γενέσθαι ταύτην τὴν ἄγνοιαν, καίπερ μεγάλων μὲν οὐσῶν τῶν πράξεων, ἐγγὺς δ' ἀλλήλων ἐπικεχειρηκότων τοῖς τηλικούτοις τολμήμασιν. (6) Ὅ τε γὰρ Ἀγαθοκλῆς ἄνδρα φίλον μέλλων ἀναιρεῖν πρὸς οὐδὲν ἐπέβαλλε τὴν διάνοιαν τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις συντελουμένων, ὅ τε Βομίλκας τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν ἀφαιρούμενος οὐδὲν ὅλως ἐπολυπραγμόνει τῶν παρὰ τοῖς ἀντιστρατοπεδεύουσιν, ὡς ἂν ἔχων προκείμενον ἐν τῇ ψυχῇ τὸ μὴ τοὺς πολεμίους ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ τοὺς πολίτας καταπολεμῆσαι. (7) Ταύτῃ δ' ἄν τις καὶ τὴν ἱστορίαν καταμέμψαιτο, θεωρῶν ἐπὶ μὲν τοῦ βίου πολλὰς καὶ διαφόρους πράξεις συντελουμένας κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, τοῖς δ' ἀναγράφουσιν ἀναγκαῖον ὑπάρχον τὸ μεσολαβεῖν τὴν διήγησιν καὶ τοῖς ἅμα συντελουμένοις μερίζειν τοὺς χρόνους παρὰ φύσιν, ὥστε τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν πεπραγμένων τὸ πάθος ἔχειν, τὴν δ' ἀναγραφὴν ἐστερημένην τῆς ὁμοίας ἐξουσίας μιμεῖσθαι μὲν τὰ γεγενημένα, πολὺ δὲ λείπεσθαι τῆς ἀληθοῦς διαθέσεως.

XLIV. Ὁ δ' οὖν Βομίλκας ἐξετασμὸν τῶν στρατιωτῶν ποιησάμενος ἐν τῇ καλουμένῃ Νέᾳ πόλει μικρὸν ἔξω τῆς ἀρχαίας Καρχηδόνος οὔσῃ, τοὺς μὲν ἄλλους διαφῆκε, τοὺς δὲ συνειδότας περὶ τῆς ἐπιθέσεως, ὄντας πολίτας μὲν πεντακοσίους, μισθοφόρους δὲ τετρακισχιλίους *, ἀνέδειξεν ἑαυτὸν τύραννον. (2) Εἰς πέντε δὲ μέρη τοὺς στρατιώτας διελόμενος, ἐπῄει πάντας τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀπαντῶντας ἀποσφάττων. Φυγῆς δὲ γενομένης κατὰ τὴν πόλιν καὶ ταραχῆς ἐξαισίου, τὸ μὲν πρῶτον οἱ Καρχηδόνιοι τοὺς πολεμίους ὑπέλαβον παρεισπεπτωκέναι, προδιδομένης τῆς πόλεως· ὡς δ' ἐπεγνώσθη τἀληθές, συνέτρεχον οἱ νέοι καὶ εἰς τάξεις καταστάντες ὥρμησαν ἐπὶ τὸν τύραννον. (3) Ὁ δὲ Βομίλκας τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀναιρῶν ὥρμησεν εἰς τὴν ἀγοράν, καὶ πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀνόπλους καταλαβὼν ἀπέκτεινε. (4) Τῶν δὲ Καρχηδονίων καταλαβομένων τὰς περὶ τὴν ἀγορὰν οἰκίας ὑψηλὰς οὔσας, καὶ τοῖς βέλεσι πυκνοῖς χρωμένων, οἱ μετέχοντες τῆς ἐπιθέσεως κατετραυματίζοντο, τοῦ τόπου παντὸς ἐμβελοῦς ὄντος. (5) Διόπερ κακοπαθοῦντες συνέφραξαν ἑαυτούς, καὶ διὰ τῶν στενωπῶν συνεξέπεσον εἰς τὴν Νέαν πόλιν, βαλλόμενοι συνεχῶς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν καθ' ἃς τυγχάνοιεν ἀεὶ γινόμενοι. Καταλαβομένων δ' αὐτῶν ὑπερδέξιόν τινα τόπον, οἱ Καρχηδόνιοι, τῶν πολιτῶν πάντων συνδραμόντων, ἐν τοῖς ὅπλοις ἀντεστρατοπέδευσαν τοῖς ἀφεστηκόσι. (6) Τέλος δὲ πρέσβεις πέμψαντες τῶν πρεσβυτάτων τοὺς εὐθέτους, καὶ τῶν ἐγκλημάτων δόντες ἄφεσιν, διελύθησαν· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις οὐδὲν ἐμνησικάκησαν διὰ τοὺς περιεστῶτας τὴν πόλιν κινδύνους, αὐτὸν δὲ τὸν Βομίλκαν αἰκισάμενοι δεινῶς τοῦ ζῆν ἐστέρησαν, οὐδὲν φροντίσαντες τῶν δεδομένων ὅρκων. Καρχηδόνιοι μὲν οὖν κινδυνεύσαντες τοῖς ὅλοις σφαλῆναι, τοῦτον τὸν τρόπον ἐκομίσαντο τὴν πατρῴαν πολιτείαν. (7) Ἀγαθοκλῆς δὲ πλοῖα φορτηγὰ γεμίσας τῶν λαφύρων, καὶ τοὺς ἀχρήστους εἰς πόλεμον τῶν ἐκ Κυ-

reor; quamvis res arduæ essent, atque inter se propinqui facinora tanta susciperent. (6) Agathocles enim, virum sibi amicum e medio sublaturus, nihil eorum, quæ apud hostes gererentur, advertendum curabat; Bomilcar vero, in libertatem patriæ adimendam intentus, quid in hostium castris ageretur, nihil pensi habebat, quippe cui in præsentia non hostes, sed cives, debellare propositum esset. (7) Hoc quispiam loco historiam reprehendat, videns multas generisque diversi res in vita eodem tempore geri, scriptores vero ad interrumpendam narrationem et ad res, quæ uno geruntur tempore, dividendas necessitate contra naturam adigi: unde sequatur ut veritas quidem gestorum affectionem suam habeat, descriptio vero, cui facultas hæc negatur, quamvis res quidem imitetur, longo tamen intervallo post veram illarum affectionem relinquatur.

XLIV. Bomilcar ergo, militum delectu in Nova, quam vocant, urbe habito (illa vero haud procul a veteri Carthagine sita est), ceteros tum dimisit; quingentos vero cives inceptorum suorum conscios, et mercenariorum millia quattuor, *ad opem ferendam exhortatus,* tyrannum se dedeclaravit. (2) Divisoque in partes quinque agmine, urbem invasit, quotquot in vicis occurrerent, trucidans. Tum incredibilis per urbem fuga trepidatioque oritur. Carthaginienses initio hostem irrupisse, prodita urbe, suspicari; at ubi verum innotuit, juvenes concurrere, factisque ordinibus contra tyrannum tendere. (3) Ille mactans in plateis obvios quosque in forum properat, magnamque civium, quos inermes offenderat, stragem edit. (4) Quum vero Carthaginienses altas circa forum domos occupassent, telisque crebis rem gererent, conjurationis socii, quod locus missilibus expositus esset, vulneribus incessebantur. (5) Male igitur affecti in globum coeunt, et per vicorum angustias in Novam urbem evadunt; ex ædibus interim, quas subibant, crebris jactibus impetiti. Quumque editum quendam locum occupassent, jam tota civitate in armis congregata, castra defectoribus opponunt Carthaginienses. (6) Tandem legatos e numero seniorum maxime idoneos mittunt, et impunitate delictorum concessa, pacifice dirimuntur. Erga ceteros sane propter impendentia urbi pericula injuriarum memores haud erant: sed Bomilcari, gravissimis cruciatibus ignominiose affecto, nulla jurisjurandi ratione habita, vitam ademerunt. Hoc pacto Carthaginienses, summa rerum in extremum periculum adducta, pristinam reipublicæ patriæ formam recuperarunt. (7) Interea Agathocles onerarias naves spoliis refercit, imposi-

ρήνης παραγενομένων ἐμβιβάσας, ἀπέστειλεν εἰς Συρακούσας. Χειμώνων δ' ἐπιγενομένων, ἃ μὲν διεφθάρη τῶν πλοίων, ἃ δ' ἐξέπεσε πρὸς τὰς κατ' Ἰταλίαν Πιθηκούσσας νήσους, ὀλίγα δ' εἰς τὰς Συρακούσας διεσώθη. (8) Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι Μαρσοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Σαμνιτῶν βοηθήσαντες, τῇ τε μάχῃ ἐπροτέρησαν καὶ συχνοὺς τῶν πολεμίων ἀνεῖλον. (9) Εἶτα διὰ τῆς Ὀμβρικῶν χώρας διελθόντες ἐνέβαλον εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν πολεμίαν οὖσαν, καὶ τὸ καλούμενον Κάπριον φρούριον ἐξεπολιόρκησαν. Διαπρεσβευομένων δὲ τῶν ἐγχωρίων ὑπὲρ ἀνοχῶν, πρὸς μὲν Ταρκυϊνίτας εἰς ἔτη τετταράκοντα, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους Τυῤῥηνοὺς ἅπαντας εἰς ἐνιαυτὸν ἀνοχὰς ἐποιήσαντο.

XLV. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν Ἀναξικράτης, ἐν Ῥώμῃ δὲ ὕπατοι κατέστησαν Ἄππιος Κλαύδιος καὶ Λεύκιος Οὐολόμνιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Δημήτριος μὲν ὁ Ἀντιγόνου παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς δύναμιν ἁδρὰν πεζικήν τε καὶ ναυτικήν, ἔτι δὲ βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς πολιορκίαν χρησίμων τὴν ἁρμόζουσαν παρασκευήν, ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Ἐφέσου· παράγγελμα δ' εἶχεν ἐλευθεροῦν πάσας μὲν τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις, πρώτην δὲ τὴν Ἀθηναίων, φρουρουμένην ὑπὸ Κασσάνδρου. (2) Καταπλεύσαντος δ' αὐτοῦ μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὸν Πειραιᾶ, καὶ πανταχόθεν προςβαλόντος ἐξ ἐφόδου καὶ κήρυγμα ποιησαμένου, Διονύσιος ὁ καθεσταμένος ἐπὶ τῆς Μουνυχίας φρούραρχος καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐπιμελητὴς τῆς πόλεως γεγενημένος ὑπὸ Κασσάνδρου, πολλοὺς ἔχοντες στρατιώτας, ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠμύνοντο. (3) Τῶν δ' Ἀντιγόνου στρατιωτῶν τινες βιασάμενοι, καὶ κατὰ τὴν ἀκτὴν ὑπερβάντες ἐντὸς τοῦ τείχους, παρεδέξαντο πλείους τῶν συναγωνιζομένων. Τὸν μὲν οὖν Πειραιᾶ τοῦτον τὸν τρόπον ἁλῶναι συνέβη. Τῶν δ' ἔνδον Διονύσιος μὲν ὁ φρούραρχος εἰς τὴν Μουνυχίαν συνέφυγε, Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς ἀπεχώρησεν εἰς ἄστυ. (4) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πεμφθεὶς μεθ' ἑτέρων πρεσβευτὴς ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς Δημήτριον, καὶ περὶ τῆς αὐτονομίας διαλεχθεὶς καὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας, ἔτυχε παραπομπῆς, καὶ τὰ κατὰ τὰς Ἀθήνας ἀπογινώσκων ἔφυγεν εἰς τὰς Θήβας, ὕστερον δὲ πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Αἴγυπτον. (5) Οὗτος μὲν οὖν ἔτη δέκα τῆς πόλεως ἐπιστατήσας ἐξέπεσεν ἐκ τῆς πατρίδος τὸν εἰρημένον τρόπον· ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων κομισάμενος τὴν ἐλευθερίαν, ἐψηφίσατο τιμὰς τοῖς αἰτίοις τῆς αὐτονομίας. Δημήτριος δ' ἐπιστήσας τοὺς πετροβόλους καὶ τὰς ἄλλας μηχανὰς καὶ τὰ βέλη, προσέβαλλε τῇ Μουνυχίᾳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. (6) Ἀμυνομένων δὲ τῶν ἔνδον ἀπὸ τῶν τειχῶν εὐρώστως, συνέβαινε τοὺς μὲν περὶ Διονύσιον προέχειν ταῖς δυςχωρίαις καὶ ταῖς τῶν τόπων ὑπεροχαῖς, οὔσης τῆς Μουνυχίας ὀχυρᾶς οὐ μόνον ἐκ φύσεως, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς, τοὺς δὲ περὶ τὸν Δημήτριον τῷ τε πλήθει τῶν στρατιωτῶν πολλαπλασίους εἶναι

tosque ex Cyrene advenas, qui bello minus habiles essent, Syracusas deportat. Verum exorta tempestate, naves partim demersæ, partim ad insulas Italiæ Pithecussas rejectæ sunt: adeoque paucæ Syracusas integræ pervenerunt. (8) In Italia consules Romani, Marsis, quos Samnites bello vexabant, auxiliati, pugna superiores erant, magna hostium cæde facta. (9) Deinde per agros Umbrorum profecti, Etruriam hostiliter animatam invadunt, et castellum, quod Caprium vocatur, expugnant. Quum vero incolæ regionis super induciis legatos mitterent, cum Tarquiniensibus in annos quadraginta, cum ceteris vero Etruscis in annum dumtaxat, inducias fecere.

XLV. Post anni exitum Athenis Anaxicrates creatus est archon; Romæ consules Appius Claudius et Lucius Volumnius. Per id vero tempus Demetrius, Antigoni filius, validis a patre copiis terrestribus simul et navalibus, telorum insuper aliorumque ad obsidionem utilium convenienti apparatu instructus, ab urbe Epheso solvit. Injunctum vero illi fuerat, ut omnes per Græciam urbes, primamque omnium civitatem Atheniensium, Cassandri adhuc præsidio occupatam, in libertatem vindicaret. (2) Piræeum igitur cum exercitu appellit, primoque statim adventu post edicti proclamationem undique oppugnationem inceptat. Dionysius vero, præsidii in Munychia præfectus, et Demetrius Phalereus, curator urbi datus a Cassandro, valido militum robore de muris hostem propulsant. (3) Sed ex Antigonianis quidam, facta per vim irruptione, juxta litus mœnia transcendunt, pluresque certaminis socios accipiunt. Hoc itaque modo capitur Piræeus. Ex inclusis Dionysius, præsidii ductor, in Munychiam refugit, Demetrius autem Phaleræus in urbem se recepit. (4) Postridie legatus a populo cum aliis ad Demetrium missus, quum de libertate reipublicæ suaque incolumitate disseruisset, ut cum comitatu dimitteretur, impetravit; et Athenas retineri haud posse videns, Thebas, atque inde ad Ptolemæum in Ægyptum perfugit. (5) Hic ergo, quum urbis administrationem decem annos tenuisset, eo, quem diximus, modo e patria excussus est. Populus vero Atheniensis in libertatem vindicatus de honorandis patriarum legum restitutarum auctoribus decretum fecit. Demetrius autem, ballistis aliisque machinis admotis una cum missilibus, Munychiam terra marique oppugnabat. Quumque obsessi de muris strenue se tutarentur, accidit ut Dionysii milites locorum difficultate et altitudine superiores essent (nam Munychia non solum natura loci, sed etiam structuris murorum firma erat); Demetrius vero majore militum numero, ap-

καὶ ταῖς παρασκευαῖς πολλὰ πλεονεκτεῖν. (7) Τέλος δ' ἐπὶ δύο ἡμέρας συνεχῶς τῆς πολιορκίας γενομένης, οἱ μὲν φρουροὶ τοῖς καταπέλταις καὶ πετροβόλοις συντιτρωσκόμενοι καὶ διαδόχους οὐκ ἔχοντες ἠλαττοῦντο, οἱ δὲ περὶ τὸν Δημήτριον ἐκ διαδοχῆς κινδυνεύοντες καὶ νεαλεῖς ἀεὶ γινόμενοι, διὰ τῶν πετροβόλων ἐρημωθέντος τοῦ τείχους, ἐνέπεσον εἰς τὴν Μουνυχίαν· καὶ τοὺς μὲν φρουροὺς ἠνάγκασαν θέσθαι τὰ ὅπλα, τὸν δὲ φρούραρχον Διονύσιον ἐζώγρησαν.

XLVI.

Τούτων δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις κατευτυχηθέντων, ὁ μὲν Δημήτριος κατασκάψας τὴν Μουνυχίαν, ὁλόκληρον τῷ δήμῳ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησε καὶ φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτοὺς συνέθετο. (2) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, γράψαντος ψήφισμα Στρατοκλέους, ἐψηφίσαντο χρυσᾶς μὲν εἰκόνας ἐφ' ἅρματος στῆσαι τοῦ τε Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου πλησίον Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· στεφανῶσαι δὲ ἀμφοτέρους ἀπὸ ταλάντων διακοσίων, καὶ βωμὸν ἱδρυσαμένους προςαγορεῦσαι Σωτήρων· πρὸς δὲ τὰς δέκα φυλὰς προςθεῖναι δύο, Δημητριάδα καὶ Ἀντιγονίδα, καὶ συντελεῖν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ἀγῶνας καὶ πομπὴν καὶ θυσίαν, ἐνυφαινόντων αὐτοὺς εἰς τὸν τῆς Ἀθηνᾶς πέπλον κατ' ἐνιαυτόν. (3) Ὁ μὲν οὖν δῆμος ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ καταλυθεὶς ὑπ' Ἀντιπάτρου, μετ' ἔτη πεντεκαίδεκα παραδόξως ἐκομίσατο τὴν πάτριον πολιτείαν. Ὁ δὲ Δημήτριος, φρουρουμένης τῆς Μεγαρέων πόλεως, ἐκπολιορκήσας αὐτὴν ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν τῷ δήμῳ, καὶ τιμῶν ἀξιολόγων ἔτυχεν ὑπὸ τῶν εὖ παθόντων. (4) Ἀντίγονος δέ, παραγενομένων πρὸς αὐτὸν Ἀθήνηθεν πρεσβευτῶν, καὶ τό τε περὶ τῶν τιμῶν ἀναδόντων ψήφισμα καὶ περὶ σίτου καὶ ξύλων εἰς ναυπηγίαν διαλεχθέντων, ἔδωκεν αὐτοῖς πυροῦ μὲν μεδίμνων πεντεκαίδεκα μυριάδας, ὕλην δὲ τὴν ἱκανὴν ναυσὶν ἑκατόν· ἐξ Ἴμβρου δὲ τὴν φρουρὰν ἐξαγαγὼν ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὴν πόλιν. (5) Πρὸς δὲ τὸν υἱὸν Δημήτριον ἔγραψε, κελεύων τῶν μὲν συμμαχίδων πόλεων συνέδρους συστήσασθαι τοὺς βουλευσομένους κοινῇ περὶ τῶν τῇ Ἑλλάδι συμφερόντων, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κύπρον πλεῦσαι καὶ διαπολεμῆσαι τὴν ταχίστην πρὸς τοὺς Πτολεμαίου στρατηγούς. (6) Οὗτος μὲν οὖν συντόμως πάντα πράξας κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός, καὶ κομισθεὶς ἐπὶ Καρίας, παρεκάλει τοὺς Ῥοδίους πρὸς τὸν κατὰ Πτολεμαίου πόλεμον. Οὐ προςεχόντων δ' αὐτῶν, ἀλλὰ κοινὴν εἰρήνην αἱρουμένων ἄγειν πρὸς ἅπαντας, ταύτην ἀρχὴν συνέβη γενέσθαι τῷ δήμῳ τῆς πρὸς Ἀντίγονον ἀλλοτριότητος.

XLVII.

Ὁ δὲ Δημήτριος παραπλεύσας εἰς Κιλικίαν, κἀκεῖθεν ναῦς καὶ στρατιώτας προςλαβόμενος, διέπλευσεν εἰς τὴν Κύπρον ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους, ναῦς δὲ ταχυναυτούσας μὲν τριήρεις πλείους τῶν ἑκατὸν δέκα, τῶν δὲ βαρυτέρων στρατιωτίδων πεντήκοντα καὶ τρεῖς, καὶ πορεῖα τῶν παντοδαπῶν ἱκανὰ τῷ πλήθει τῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν. (2) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον κατε-

paratuque multum prævaleret. (7) Tandem oppugnatione ad biduum continuata, præsidiarii, quum catapultis et ballistis sauciati, qui sufficerentur, non haberent, succumbebant; interim Demetrii copiæ, quæ per vices pericula subirent et recentes sibi mutuo succederent, nudato ballistarum ictibus muro, in Munychiam irrumpunt, coactisque ad ponendum arma præsidiariis vivum capiunt Dionysium ductorem.

XLVI. His intra paucos dies feliciter expeditis, Munychiam Demetrius exscindit, et libertatem populo integram restituit, amicitiæ quoque et societatis fœdus cum eis sancit. (2) Ob quæ communi decreto, quod Stratocles scripserat, a populo sciscitur, ut Antigoni Demetriique statuæ ex auro prope Harmodium et Aristogitonem in curru erigantur et uterque ducentorum talentûm corona insigniatur, araque ipsis dicata Servatorum appelletur; ad decem præterea tribus alias duas Antigonidem et Demetriadem adjiciant; denique ludos pompamque et sacrificium quotannis exhibeant, et uterque Minervæ peplo intexatur. (3) Populus itaque, Lamiaco bello potestate sua exutus, post quindecim annos avitum reipublicæ statum recuperavit. Præsidio tenebatur adhuc urbs Megarensium. Hanc igitur expugnat Demetrius, libertatemque patriam populo reddit, et amplos honores a civibus beneficio affectis reportat. (4) Antigonus porro, quum Atheniensium legatio ad ipsum profecta de honoribus decretis scitum exhibuisset, ubi simul de frumento lignisque ad structuram navium egere, centum et quinquaginta millia medimnûm tritici, et quantum ad centum naves sufficeret materiæ populo largitus est. Tum Imbri præsidio deducto, urbem civibus restituit. (5) Scriptis inde literis ad Demetrium filium mandavit, ut senatum e civitatibus sociis constitueret, qui de communi Græciæ utilitate consilia tractaret: ipse vero, transportatis in Cyprum copiis, quam ocissime cum Ptolemæi ducibus belligeraret. (6) Is jussa parentis sine mora exsequens, in Cariam transmittit, Rhodiosque ad bellum Ptolemæo inferendum exhortatur. Quod quum illi detrectarent, pacemque cum omnibus æque colendam præferrent, inimicitiarum populi cum Antigono primordium inde exstitit.

XLVII. Demetrius ergo in Ciliciam devectus, militibusque et navibus inde acceptis, in insulam Cyprum trajecit, habens tum secum quindecim millia peditum, quadringentos equites, navium ad cursum expeditarum triremes supra decem et centum, tardiorum vero, ad milites vehendos quinquaginta tres, pontones insuper omnis generis, quot tantæ equitum peditumque multitudini sufficerent. (2) Ac primo in maritima Carpasiæ ora castra posuit, sub-

στρατοπέδευσεν ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρπασίας, καὶ νεωλκήσας τὰ σκάφη, χάρακι καὶ τάφρῳ βαθείᾳ τὴν παρεμβολὴν ὠχύρωσεν. Ἔπειτα τοῖς πλησίον χωρίοις προςβολὰς ποιησάμενος εἷλε κατὰ κράτος Οὐρανίαν καὶ Καρπασίαν· τῶν δὲ νεῶν τὴν ἱκανὴν φυλακὴν ἀπολιπὼν ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα. (3) Ὁ δὲ τεταγμένος ὑπὸ Πτολεμαίου τῆς νήσου στρατηγὸς Μενέλαος συναγαγὼν τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν φρουρίων, διέτριβεν ἐν Σαλαμῖνι. Ἀπεχόντων δὲ τετταράκοντα σταδίους τῶν πολεμίων, ἐξῆλθεν ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους καὶ διςχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ ὀκτακοσίους. Γενομένης δὲ μάχης ἐπ' ὀλίγον χρόνον, οἱ μὲν περὶ τὸν Μενέλαον ἐκβιασθέντες ἐτράπησαν, ὁ δὲ Δημήτριος συνδιώξας τοὺς πολεμίους εἰς τὴν πόλιν, αἰχμαλώτους μὲν ἔλαβεν οὐ πολὺ ἐλάττους τριςχιλίων, ἀνεῖλε δὲ περὶ χιλίους. (4) Τοὺς δ' ἁλόντας τὸ μὲν πρῶτον ἀπολύσας τῶν ἐγκλημάτων, καταδιεῖλεν εἰς τὰς τῶν ἰδίων στρατιωτῶν τάξεις· ἀποδιδρασκόντων δ' αὐτῶν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Μενέλαον διὰ τὸ τὰς ἀποσκευὰς ἐν Αἰγύπτῳ καταλελοιπέναι παρὰ Πτολεμαίῳ, γνοὺς ἀμεταθέτους ὄντας, ἐνεβίβασεν εἰς τὰς ναῦς καὶ πρὸς Ἀντίγονον εἰς Συρίαν ἀπέστειλεν. (5) Οὗτος δὲ τοῦτον τὸν χρόνον διέτριβε περὶ τὴν ἄνω Συρίαν, πόλιν κτίζων περὶ τὸν Ὀρόντην ποταμόν, ἣν ὠνόμασεν Ἀντιγόνειαν ἀφ' ἑαυτοῦ· κατεσκεύαζε δὲ πολυτελῶς, τὴν περίμετρον ὑποστησάμενος σταδίων ἑβδομήκοντα· εὐφυὴς γὰρ ἦν ὁ τόπος ἐφεδρεῦσαι τῇ τε Βαβυλωνίᾳ καὶ ταῖς ἄνω σατραπείαις καὶ πάλιν τῇ κάτω σατραπείᾳ καὶ ταῖς ἀπ' Αἰγύπτου σατραπείαις. (6) Οὐ μὴν πολύν γε χρόνον συνέβη μεῖναι τὴν πόλιν, Σελεύκου καθελόντος αὐτὴν καὶ μεταγαγόντος ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπ' ἐκείνου δὲ κληθεῖσαν Σελεύκειαν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβῶς ἕκαστα δηλώσομεν ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους παραγενηθέντες. (7) Τῶν δὲ κατὰ τὴν Κύπρον οἱ περὶ τὸν Μενέλαον ἡττημένοι τῇ μάχῃ τὰ μὲν βέλη καὶ τὰς μηχανὰς παρεκόμισαν ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ τοῖς στρατιώταις διαλαβόντες τὰς ἐπάλξεις, παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν κίνδυνον, δρῶντες καὶ τὸν Δημήτριον πρὸς πολιορκίαν ἑτοιμαζόμενον. (8) Πρὸς δὲ Πτολεμαῖον ἀπέστειλαν εἰς Αἴγυπτον τοὺς δηλώσοντας περὶ τῶν ἐλαττωμάτων καὶ ἀξιώσοντας βοηθεῖν, ὡς κινδυνευόντων αὐτῷ τῶν ἐν τῇ νήσῳ πραγμάτων.

XLVIII. Δημήτριος δὲ τήν τε τῶν Σαλαμινίων ὁρῶν πόλιν οὐκ εὐκαταφρόνητον οὖσαν καὶ στρατιωτῶν πλῆθος ὑπάρχον ἐν αὐτῇ τῶν ἀμυνομένων, ἔκρινε μηχανάς τε τοῖς μεγέθεσιν ὑπεραιρούσας κατασκευάζειν καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς καὶ λιθοβόλους παντοίους καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν καταπληκτικήν. Μετεπέμψατο δὲ καὶ τεχνίτας ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ σίδηρον, ἔτι δ' ὕλης πλῆθος καὶ τῆς ἄλλης χορηγίας τὴν ἐπιτήδειον κατασκευήν. (2) Ταχὺ δὲ πάντων εὐτρεπῶν αὐτῷ γενομένων, συνέπηξε μηχανὴν τὴν ὀνομαζομένην ἑλέπολιν, τὸ πλάτος ἔχουσαν ἑκάστην πλευρὰν τετταράκοντα καὶ

ductisque navibus, vallo et fossa profunda castra munivit. Vicinas deinde urbes aggressus oppugnare, Uraniam et Carpasiam vi cepit. Ac relicta tutandis navibus custodia non mediocri, Salaminem exercitu infesto petivit. (3) Menelaus vero, insulæ cum imperio præfectus a Ptolemæo, eductis e castellis hinc inde militibus, Salamine tum subsistebat. Jamque stadia quadraginta hostes aberant: tum duodecim millia peditum, et circiter octingentos equites ille eduxit. Prœlioque paullisper commiso, Menelaus ab hoste pressus cum suis terga vertit, et Demetrius, in urbem usque hostes insecutus, non multum infra tria millia cepit, ad mille autem interemit. (4) Captivos primum quidem, criminibus exsolutos, in ordines suos distribuit; sed quum ad Menelaum transfugerent, propterea quod expedimenta sua in Ægypto penes Ptolemæum reliquerant, eos in proposito contumaciter perseverare animadvertens, in navigia collocatos ad Antigonum in Syriam transmisit. (5) Is per id tempus in superiore Syria commorans, urbem, suo nomine Antigoniam vocitatam, juxta Orontem fluvium condebat, magnificos in eam sumtus faciens, ita ut ambitu septuaginta stadia complecteretur. Nam locus ad insidiandum Babyloniæ et superioribus provinciis, inferiori etiam satrapiæ (?) et præfecturis Ægyptum usque, idoneus erat. (6) At non longo hæc urbs tempore duravit. Seleucus enim illam destruxit, et oppidanos in aliam a se constructam, suoque nomine Seleuciam (*patris vero nomine Antiochiam a Seleuco?*) appellatam deduxit. Verum hæc singula exponemus accurate, ubi tempora illa attigerimus. (7) Ceterum Menelaus, in Cypro pugna superatus, missilia et machinas in mœnia transtulit, et dispositis per propugnacula militibus, ad conflictum se accinxit, quum Demetrium quoque ad obsidionem se præparare videret. (8) Ad Ptolemæum quoque in Ægyptum misit qui clades acceptas nuntiarent, et auxilium, quia ipsius res Cypri in summo periculo versarentur, flagitarent.

XLVIII. Demetrius autem, quum Salaminiorum urbem non contemnendam, et propugnatorum magnam in ea vim esse cerneret, eximiæ magnitudinis machinas et catapultas ballistasque omnis generis ceterumque apparatum, qui terrorem incuteret, conficere decrevit. Accivit præterea ex Asia opifices cum ferro, lignorumque copia, et idoneo rerum insumendarum apparatu. (2) Jamque omnibus celeriter maturatis, construxit machinam, quam Helepolin, ab expugnandis urbibus, vocarunt, in unoquoque latere quadragenos quinos cubitos latam, et nonaginta cubitos altam,

πέντε πήχεις, τὸ δ' ὕψος πηχῶν ἐνενήκοντα, διειλημμένην στέγαις ἐννέα, ὑπότροχον δὲ πᾶσαν τροχοῖς στερεοῖς τέτταρσιν ὀκταπήχεσι τὸ ὕψος. (3) Κατεσκεύασε δὲ καὶ κριοὺς ὑπερμεγέθεις καὶ χελώνας δύο κριοφόρους. Τῆς δ' ἑλεπόλεως εἰς μὲν τὰς κάτω στέγας εἰσήνεγκε πετροβόλους παντοίους, ὧν ἦσαν οἱ μέγιστοι τριτάλαντοι, εἰς δὲ τὰς μέσας καταπέλτας ὀξυβελεῖς μεγίστους, εἰς δὲ τὰς ἀνωτάτας ὀξυβελεῖς τε τοὺς ἐλαχίστους καὶ πετροβόλων πλῆθος, ἄνδρας τε τοὺς χρησομένους τούτοις κατὰ τρόπον πλείους τῶν διακοσίων. (4) Προσαγαγὼν δὲ τὰς μηχανὰς τῇ πόλει καὶ πυκνοῖς χρώμενος τοῖς βέλεσι, τῇ μὲν τὰς ἐπάλξεις ἀπέσυρε τοῖς πετροβόλοις, τῇ δὲ τὰ τείχη διέσεισε τοῖς κριοῖς. (5) Ἀμυνομένων δὲ καὶ τῶν ἔνδον εὐρώστως καὶ τοῖς μηχανήμασιν ἑτέρας μηχανὰς ἀντιταττόντων, ἐφ' ἡμέρας μέν τινας ἀμφίδοξος ἦν ὁ κίνδυνος, ἀμφοτέρων κακοπαθούντων καὶ κατατραυματιζομένων· τὸ δὲ τελευταῖον τοῦ τείχους πίπτοντος καὶ τῆς πόλεως κινδυνευούσης ἁλῶναι κατὰ κράτος, νυκτὸς ἐπιγενομένης ἔληξε τὰ τῆς τειχομαχίας. (6) Οἱ δὲ περὶ τὸν Μενέλαον ἀκριβῶς εἰδότες ἁλωσομένην τὴν πόλιν, εἰ μή τι καινοτομεῖν ἐπιχειρήσειαν, ἤθροισαν ὕλης ξηρᾶς πλῆθος· ταύτην δὲ περὶ τὸ μεσονύκτιον ἐμβαλόντες ταῖς τῶν πολεμίων μηχαναῖς, καὶ ἅμα πάντας τοὺς πυρσοφόρους ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀφέντες, ἀνῆψαν τὰ μέγιστα τῶν ἔργων. (7) Ἄφνω δὲ τῆς φλογὸς εἰς ὕψος ἀρθείσης, οἱ περὶ τὸν Δημήτριον ἐπεχείρησαν μὲν βοηθεῖν, τοῦ δὲ πυρὸς καταταχήσαντος, συνέβη τὰς μηχανὰς κατακαυθῆναι καὶ πολλοὺς τῶν ἐν αὐταῖς ὄντων διαφθαρῆναι. (8) Ὁ δὲ Δημήτριος ἀποσφαλεὶς τῆς ἐλπίδος οὐδ' ὡς ἔληγεν, ἀλλὰ προσεκαρτέρει τῇ πολιορκίᾳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, νομίζων τῷ χρόνῳ καταπολεμήσειν τοὺς πολεμίους.

XLIX. Πτολεμαῖος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν ἰδίων ἧτταν, ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου δύναμιν ἔχων ἀξιόλογον πεζικήν τε καὶ ναυτικήν. Κατενεχθεὶς δὲ τῆς Κύπρου πρὸς τὴν Πάφον, ἔκ τε τῶν πόλεων παρεδέξατο τὰ σκάφη καὶ παρέπλευσεν εἰς Κίτιον, τῆς Σαλαμῖνος ἀπέχον σταδίους διακοσίους. (2) Εἶχε δὲ τὰς πάσας ναῦς μακρὰς ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα· τούτων δ' ἦν ἡ μεγίστη πεντήρης, ἡ δ' ἐλαχίστη τετρήρης· στρατιωτικὰ δὲ πορεῖα ταύταις ἐπηκολούθει πλείω τῶν διακοσίων, ἄγοντα πεζοὺς οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων. (3) Οὗτος μὲν οὖν πρὸς τὸν Μενέλαον κατὰ γῆν ἔπεμψέ τινας, διακελευόμενος τὰς ναῦς, ἂν ᾖ δυνατόν, κατὰ τάχος ἐκ τῆς Σαλαμῖνος πρὸς αὐτὸν ἀποστεῖλαι, οὔσας ἑξήκοντα. Ἤλπιζε γάρ, εἰ προσλάβοι ταύτας, ῥᾳδίως κρατήσειν τῇ ναυμαχίᾳ, διακοσίοις σκάφεσιν ἀγωνιζόμενος. (4) Ὁ δὲ Δημήτριος νοήσας αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, ἐπὶ μὲν τῆς πολιορκίας ἀπέλιπε μέρος τῆς δυνάμεως, τὰς δὲ ναῦς ἁπάσας πληρώσας καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς κρατίστους ἐμβιβάσας, βέλη καὶ πετροβόλους ἐνέθετο, καὶ τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς ἱκανοὺς ταῖς πρῴραις ἐπέστησε. (5) Κο-

inque novem contignationes distinctam, quæ quattuor rotis firmissimis, octonosque cubitos altis incumbens, ageretur. (3) Arietes etiam prægrandes et duas testudines portandis arietibus aptas fecit. In tabulata Helepolis inferiora varias intulit petrarias, quarum maximæ trium talentorum erant; in media catapultas, quæ spicula jacerent, maximas; in suprema tandem catapultas minimas, petrariarumque vim magnam, et viros, qui his recte uti scirent, plures ducentis. (4) Admotis itaque urbi machinis, dum missilibus crebris utitur, qua pinnas ballistarum jactu detergit, qua muros arietum incussu diruit. (5) Sed quod obsessi fortiter repugnarent, et machinis alias opponerent machinas, per dies aliquot periculum erat anceps, et pares utrinque vexationes vulneraque mutua. Ruente ad extremum muro, quum jam periculum erat ne urbs vi caperetur, appetente nocte pugna circa muros desistitur. (6) Tum Menelaus, jam bene providens, urbem, nisi novi quidpiam contra moliretur, expugnatum iri, magnam aridæ materiæ copiam congessit, et hac circa medium noctis injecta hostium machinis, et facibus, quotquot habebant, simul a mœnibus desuper immissis, operum maxima incendit. (7) Flamma igitur derepente in auras sublata, Demetrii milites opem quidem ferre conabantur; at præveniente celeriter flamma, machinæ conflagrabant, quique in eis erant, complures interibant. (8) Demetrius tamen nihilo magis, licet hæc spes non successisset, ab incepto destitit, sed terra marique oppugnationem urgens, temporis diuturnitate se hostes debellaturum existimavit.

XLIX. Ptolemæus vero, clade suorum audita, cum exercitu instructissimo terrestri ac navali ex Ægypto solvit, et ad Cypri urbem Paphum delatus, naves ex urbibus assumit, Citiumque, quod ducentis a Salamine distat stadiis, appellit. (2) Tota ejus classis centum et quadraginta longas habebat naves, quarum maxima erat quinqueremis, minima quadriremis. Has pontones militares sequebantur plus quam ducenti, peditum vehentes supra decem millia. (3) Is ergo, missis quibusdam itinere terrestri ad Menelaum, naves, quas habebat ille sexaginta numero, si fieri posset, quam citissime ad se Salamine mitti jubet. Nam spes erat, si his classem augeret, fore ut certamine ducentis navibus commisso, facile victoriam obtineret. (4) At Demetrius, animadverso ejus consilio, partem exercitus ad obsidionem relinquit : cunctas ipse naves replet, et collocatis in eas militum præstantissimis, missilia quoque ac petrarias imponit, et catapultarum quod satis foret trispithamarum in proris constituit. (5) Ma-

σμήσας δὲ πολυτελῶς πρὸς ναυμαχίαν τὸν στόλον, περιέπλευσε τὴν πόλιν, καὶ κατὰ τὸ στόμα τοῦ λιμένος μικρὸν ἔξω βέλους ἀφεὶς τὰς ἀγκύρας διενυκτέρευσεν, ἅμα μὲν τὰς ἐκ τῆς πόλεως ναῦς κωλύσων συμμίξαι ταῖς ἄλλαις, ἅμα δὲ καραδοκῶν τὸν ἐπίπλουν τῶν πολεμίων καὶ πρὸς ναυμαχίαν ὢν ἕτοιμος. (6) Τοῦ δὲ Πτολεμαίου πλέοντος ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, καὶ τῶν ὑπηρετικῶν πλοίων συνεπομένων, πόῤῥωθεν καταπληκτικὸν ὁρᾶσθαι συνέβαινε τὸν στόλον διὰ τὸ πλῆθος.

L. Ὁ δὲ Δημήτριος κατανοήσας τὸν ἐπίπλουν, Ἀντισθένην μὲν τὸν ναύαρχον ἔχοντα ναῦς δέκα τῶν πεντηρικῶν ἀπέλιπε κωλύσοντα τὰς ἐκ τῆς πόλεως ναῦς ἐπεξιέναι πρὸς τὴν ναυμαχίαν, ἔχοντος τοῦ λιμένος στενὸν τὸν ἔκπλουν· τοῖς δ' ἱππεῦσι προσέταξε παράγειν παρὰ τὸν αἰγιαλόν, ἵν' ἐάν τι γένηται πταῖσμα, διασώσαιεν τοὺς πρὸς τὴν γῆν διανηξομένους. (2) Αὐτὸς δ' ἐκτάξας τὰς ναῦς ἀπήντα τοῖς πολεμίοις, ἔχων τὰς ἁπάσας ὀκτὼ πλείους τῶν ἑκατὸν σὺν ταῖς πληρωθείσαις ἐκ τῶν χωρίων τῶν ληφθέντων· τούτων δ' ἦσαν αἱ μέγισται μὲν ἑπτήρεις, αἱ πλεῖσται δὲ πεντήρεις. (3) Καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον κέρας ἐπεῖχον ἑπτήρεις μὲν ἑπτὰ Φοινίκων, τετρήρεις δὲ τριάκοντα τῶν Ἀθηναίων, Μηδίου τοῦ ναυάρχου τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντος· ἐπίπλους δὲ τούτοις ἔταξεν ἑξήρεις δέκα καὶ πεντήρεις ἄλλας τοσαύτας, διεγνωκὼς ἰσχυρὸν κατασκευάσαι τοῦτο τὸ κέρας ἐφ' οὗ καὶ αὐτὸς ἤμελλε διαγωνίζεσθαι. (4) Κατὰ μέσην δὲ τὴν τάξιν τὰ ἐλάχιστα τῶν σκαφῶν ἔστησεν, ὧν ἡγοῦντο Θεμίσων τε ὁ Σάμιος καὶ Μαρσύας ὁ τὰς Μακεδονικὰς πράξεις συνταξάμενος. Τὸ δὲ δεξιὸν εἶχε κέρας Ἡγήσιππός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς καὶ Πλειστίας ὁ Κῷος, ἀρχικυβερνήτης ὢν τοῦ σύμπαντος στόλου. (5) Πτολεμαῖος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔτι νυκτὸς ἐπέπλει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, νομίζων φθάσαι τοὺς πολεμίους τὸν εἴσπλουν ποιησάμενος· ὡς δ' ἡμέρας ἐπιγενομένης οὐ μακρὰν ὁ τῶν ἐναντίων στόλος ἐκτεταγμένος ἑωρᾶτο, καὶ αὐτὸς τὰ πρὸς τὴν ναυμαχίαν παρεσκευάζετο. (6) Τὰ μὲν οὖν πορεῖα πόῤῥωθεν ἐπακολουθεῖν παρήγγειλε, τῶν δὲ ἄλλων νεῶν τὴν ἁρμόζουσαν τάξιν ποιησάμενος, αὐτὸς τὸ λαιὸν κέρας διακατεῖχε, συναγωνιζομένων αὐτῷ τῶν μεγίστων σκαφῶν. Τοιαύτης δὲ τῆς διατάξεως γενομένης, εὐχὰς ἑκάτεροι τοῖς θεοῖς ἐποιοῦντο, καθάπερ ἦν ἔθος, διὰ τῶν κελευστῶν, συνεπιλαβομένου καὶ τοῦ πλήθους τῇ φωνῇ.

LI. Οἱ δὲ δυνάσται, ὡς ἂν περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν ὅλων μέλλοντες διακινδυνεύειν, ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καθειστήκεισαν. Δημήτριος μὲν οὖν τῶν ἐναντίων ἀποσχὼν ὡς ἂν τρεῖς σταδίους, ἦρε τὸ συγκείμενον πρὸς μάχην σύσσημον, ἀσπίδα κεχρυσωμένην, φανερὰν πᾶσιν ἐκ διαδοχῆς. (2) Τὸ παραπλήσιον δὲ καὶ τῶν περὶ Πτολεμαῖον ποιησάντων, ταχὺ τὸ διεῖργον διάστημα συνηρέθη. Ὡς δ' αἵ τε σάλπιγγες τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον καὶ συνηλάλαξαν αἱ δυνάμεις ἀμφότεραι, φερομένων ἁπασῶν τῶν νεῶν εἰς ἐμβολὴν καταπληκτικῶς, τὸ μὲν πρῶτον τοῖς τόξοις καὶ τοῖς πετροβόλοις, ἔτι δὲ τοῖς

gnisque adornata impendiis classe ad pugnam, urbem circumnavigat, et ad portus ostium, paullum extra teli jactum ancoris demissis, pernoctat: tum ut classem urbanam, ne cum cetera conjungatur, inhibeat, tum ut hostis adventum ipse ad prœlium paratus exspectet. (6) Ptolemæus inde Salaminem versus provehitur, et quia actuarias in comitatu naves habebat, stupenda procul conspiciebatur classis amplitudo.

L. Demetrius, adventu hostis intellecto, navarchum Antisthenem, ut classis oppidanæ eruptionem ad conflictum intercludat, cum decem quinqueremibus relinquit. Portus enim exitus angustus erat. Interim equitatui mandat ut in litore præsto sint ad enatantes, si quid infortunii contingat, tuendum. (2) Ipse explicatis ordine navibus, obviam processit hostibus, centum et octo in universum navium classem ducens, cum iis, quæ in castellis ibi captis armatæ fuerant. Quarum maximæ hepteres erant, pars tamen major penteres. (3) Lævum cornu hepteres Phœnicum septem, et quadriremes Atheniensium triginta, duce Medio classis hujus prætore, tenebant. His adjunxit rostratas naves hexeres decem, totidemque penteres ordinavit, consultum fore ratus, ut cornu, in quo ipse decertaturus erat, probe muniretur. (4) In media vero acie navium minimas statuit, quibus Themiso Samius et Marsyas, rerum Macedonicarum scriptor, præerant. Dextrum cornu habebant Hegesippus Halicarnassensis et Plistias Cous, classis totius gubernator supremus. (5) Ptolemæus autem initio Salaminem versus propero cursu sub noctem contendebat, ut ingressu hostem, quod sperabat, anteverteret. At ubi, luce exorta, hostium classis non procul inde instructa videbatur, etiam ipse ad navale se prœlium accingit. (6) Pontones igitur a longinquo jubet subsequi, et ceteris navibus ordine justo dispositis, sinistrum cornu ipse occupat, ubi maximæ illi naves præsidio erant. Acieque in hunc modum instructa, utrique de more per celeustas (*exhortatores*) vota diis faciebant, ita ut præeuntium vocem multitudo sequeretur.

LI. Principes vero, jam de vita fortunisque omnibus aleam jacturi, in magna sollicitudine versabantur. Demetrius igitur, ab hoste tribus circiter stadiis remotus, signum pugnæ, de quo convenerat, auratum nempe clypeum, omnibus per vices conspicuum, extulit. (2) Factitante simile quid Ptolemæo, confestim quod dirimebat eos intervallum occupatur. Tubæ classicum canunt, acies utrinque clamorem bellicum edunt, navesque terribili modo ad conflictum procurrunt. Atque initio arcubus et petrariis ballistis, frequentibus etiam jaculis res geritur, et multi

ἀκοντίσμασι πυκνοῖς χρώμενοι κατετραυμάτιζον τοὺς ὑποπίπτοντας· εἶτα συνεγγισάντων τῶν σκαφῶν, καὶ μελλούσης γίνεσθαι τῆς ἐμβολῆς βιαίου, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων συγκαθῆκαν, οἱ δ' ἐρέται παρακληθέντες ὑπὸ τῶν κελευστῶν ἐκθυμότερον ἐνέκειντο. (3) Ἀπὸ κράτους δὲ καὶ βίας ἐλαθεισῶν τῶν νεῶν, αἱ μὲν παρέσυρον ἀλλήλων τοὺς ταρσούς, ὥςτε πρὸς φυγὴν καὶ διωγμὸν ἀχρήστους γίνεσθαι καὶ τοὺς ἐπιβεβηκότας ἄνδρας ὡρμηκότας πρὸς ἀλκὴν κωλύεσθαι τῆς πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμῆς· αἱ δὲ κατὰ πρῷραν τοῖς ἐμβόλοις συῤῥάττουσαι πρύμναν ἀνεκρούοντο πρὸς ἄλλην ἐμβολήν, καὶ κατετραυμάτιζον ἀλλήλους οἱ ταύταις ἐφεστῶτες, ἅτε τοῦ σκοποῦ σύνεγγυς ἑκάστοις κειμένου. Τινὲς δὲ τῶν τριηράρχων ἐκ πλαγίας ἔτυπτον, καὶ τῶν ἐμβόλων δυςαποσπάστως ἐχόντων ἐπεπήδων ἐπὶ τὰς τῶν πολεμίων ναῦς, πολλὰ καὶ πάσχοντες δεινὰ καὶ διατιθέντες. (4) Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐγγιζόντων τοίχων ἐφαψάμενοι καὶ σφαλέντες τῆς βάσεως περιέπιπτον εἰς θάλατταν καὶ παραχρῆμα τοῖς δόρασιν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ἐφονεύοντο, οἱ δὲ κρατήσαντες τῆς ἐπιβολῆς τοὺς μὲν ἀνῄρουν, τοὺς δὲ κατὰ τὴν στενοχωρίαν ἐκβιαζόμενοι περιέτρεπον εἰς τὸ πέλαγος. Ὅλως δὲ ποικίλαι καὶ παράλογοι συνίσταντο μάχαι, πολλάκις τῶν μὲν ἡττόνων ἐπικρατούντων διὰ τὴν τῶν σκαφῶν ὑπεροχήν, τῶν δὲ κρειττόνων θλιβομένων διὰ τὸ περὶ τὴν στάσιν ἔλαττωμα καὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν συμβαινόντων ἐν τοῖς τοιούτοις κινδύνοις. (5) Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀγώνων διάδηλος ἡ ἀρετὴ γίνεται, δυναμένη τυγχάνειν τῶν πρωτείων, μηδενὸς ἔξωθεν αὐτομάτου παρενοχλοῦντος· κατὰ δὲ τὰς ναυμαχίας πολλὰς καὶ ποικίλας αἰτίας συμβαίνει παραλόγως ἐλαττοῦν τοὺς δι' ἀνδρείαν δικαίως ἂν τυχόντας τῆς νίκης.

LII. Λαμπρότατα δὲ πάντων Δημήτριος ἠγωνίσατο τῆς ἑπτήρους ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ. Ἀθρόων γὰρ αὐτῷ περιχυθέντων οὓς μὲν ταῖς λόγχαις ἀκοντίζων, οὓς δ' ἐκ χειρὸς τῷ δόρατι τύπτων ἀνῄρει· πολλῶν δὲ καὶ παντοίων βελῶν ἐπ' αὐτὸν φερομένων, ἃ μὲν προορώμενος ἐξέκλινεν, ἃ δὲ τοῖς σκεπαστηρίοις ὅπλοις ἐδέχετο. (2) Τριῶν δ' ὑπερασπιζόντων αὐτόν, εἷς μὲν λόγχῃ πληγεὶς ἔπεσεν, οἱ δὲ δύο κατετραυματίσθησαν. Τέλος δὲ τοὺς ἀντιστάντας ὁ Δημήτριος ἐκβιασάμενος καὶ τροπὴν τοῦ δεξιοῦ κέρατος ποιήσας, εὐθὺς καὶ τὰς συνεχεῖς φυγεῖν ἠνάγκασε. (3) Πτολεμαῖος δὲ τὰ μέγιστα τῶν σκαφῶν καὶ τοὺς κρατίστους ἄνδρας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ῥᾳδίως ἐτρέψατο τοὺς καθ' αὑτὸν τεταγμένους, καὶ τῶν νεῶν ἃς μὲν κατέδυσεν, ἃς δὲ αὐτάνδρους εἷλεν. Ὑποστρέφων δ' ἀπὸ τοῦ νικήματος ἤλπιζε καὶ τὰς ἄλλας ῥᾳδίως χειρώσασθαι· θεωρήσας δὲ τό τε εὐώνυμον κέρας τῶν ἰδίων συντετριμμένον καὶ τὰς συνεχεῖς ἁπάσας πρὸς φυγὴν ὡρμημένας, ἔτι δὲ τοὺς περὶ τὸν Δημήτριον μετὰ βάρους ἐπιφερομένους, ἀπέπλευσεν εἰς Κίτιον. (4) Δημήτριος δὲ νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, τῷ μὲν Νέωνι καὶ Βουρίχῳ παρέδωκε τὰ στρατιωτικὰ τῶν πλοίων, προστάξας διώκειν καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ

missilibus expositi vulnerantur. Deinde quum naves navibus appropinquantes jam violento impetu concursuræ essent, qui in foris stabant, hastas pariter demissas protendere, et remiges celeustarum hortatu alacrius incumbere. (3) Jamque violento roboris nixu navibus impulsis, partim remos inter se detergere, ut ad fugam et insecutionem inutiles redderentur, et classiariorum, si ad strenuam sui defensionem converterentur, impetum in conflictu cohiberent; partim rostris in proram illisis, puppes ad repetendum inflictum agere retrorsum. Propugnatores interim super illis constituti vulneribus se mutuis impetere, quod singulis in propinquo scopus esset. Nonnulli trierarcharum feriunt ex obliquo, rostrisque firmiter adhærescentibus in naves hostium insiliunt, et invicem nunc damna inferunt, nunc accipiunt. (4) Nonnulli enim, prensatis navium lateribus, dum transcensu aberrant, in mare præcipites ruunt, et confestim superadstantium hastis transverberantur; quidam conatus sui compotes facti alios perimunt, alios in arctum compulsos in salum deturbant. Summatim, variæ et repentinæ pugnæ vices erant: dum non raro victi superiores ob navium altitudinem exsistunt; et victores propter statum humiliorem et rerum, quæ in hujusmodi periculis contingere solent, inæqualitatem premuntur. (5) In certaminibus enim, quæ terra geruntur, manifeste virtus apparet, quum nullo interturbante casu fortuito, primas consequi possit: at in pugnis navalibus multæ variis modis causæ eveniunt, quæ faciunt ut qui virtutis suæ jure optimo victoriam alias reportarent, necopinato succumbant.

LII. Inter ceteros vero cunctos præclarissime Demetrius, in puppi hepteris consistens, decertabat. Quum enim globatim se hostes circumfunderent, alios jaculis eminus petendo, alios hasta feriendo sternebat. Multis sane variisque telis impetebatur: sed ea tum providendo declinabat, tum armis protectoriis excipiebat. (2) Propugnatores illi tres aderant. Horum unus lancea transfixus cecidit, ceteri duo graviter sunt vulnerati. Ad extremum vi repulsis qui ex adverso stabant, dextrum cornu in fugam Demetrius convertit, et continuo etiam proximos terga dare coegit. (3) Ptolemæus vero, qui maximas secum naves et militum robur habebat, oppositos sibi negotio haud magno fudit fugavitque, et navium alias demersit, alias cum ipsis militibus cepit; jamque a victoria revertens, etiam ceteras se facile subacturum sperabat, quum lævum cornu profligatum, et proximas quasque fugam capessere, et Demetrium vi gravissima imminere animadvertit. Ad Citium ergo retrocessit. (4) Victor autem hoc prœlio Demetrius naves militares Neoni et Buricho tradit, cum mandatis, ut hostem persequantur, et in

διανηχομένους ἀναλαμβάνειν· αὐτὸς δὲ τὰς ἰδίας ναῦς κοσμήσας τοῖς ἀκροστολίοις καὶ τὰς ἁλούσας ἐφελκόμενος, τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο πρὸς τὸ στρατόπεδον καὶ τὸν οἰκεῖον λιμένα. (5) Κατὰ δὲ τὸν τῆς ναυμαχίας καιρὸν Μενέλαος ὁ ἐν τῇ Σαλαμῖνι στρατηγὸς πληρώσας τὰς ἑξήκοντα ναῦς ἐξαπέστειλε πρὸς βοήθειαν τῷ Πτολεμαίῳ, ναύαρχον ἐπιστήσας Μενοίτιον. Γενομένου δ' ἀγῶνος περὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος πρὸς τὰς ἐφορμούσας ναῦς, καὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως βιασαμένων, αἱ μὲν τοῦ Δημητρίου δέκα νῆες ἔφυγον πρὸς τὸ πεζὸν στρατόπεδον, οἱ δὲ περὶ τὸν Μενοίτιον ἀναπλεύσαντες καὶ τῶν καιρῶν μικρὸν ὑστερήσαντες ἀνέστρεψαν πάλιν εἰς τὴν Σαλαμῖνα. (6) Τῆς δὲ ναυμαχίας τοιοῦτο τέλος λαβούσης, τῶν μὲν πορείων ἥλω πλείω τῶν ἑκατόν, ἐν οἷς ἦσαν σχεδὸν στρατιῶται ὀκτακισχίλιοι· τῶν δὲ μακρῶν αὔτανδροι μὲν ἐλήφθησαν τετταράκοντα, διεφθάρησαν δὲ περὶ ὀγδοήκοντα, ἃς πλήρεις οὔσας θαλάττης κατήγαγον οἱ κρατήσαντες εἰς τὴν πρὸς τῇ πόλει στρατοπεδείαν. Διεφθάρη δὲ καὶ τῶν Δημητρίου σκαφῶν εἴκοσι· πάντα δὲ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας τυχόντα παρείχετο τὰς ἁρμοζούσας χρείας.

LIII. Μετὰ δὲ ταῦτα Πτολεμαῖος ἀπογνοὺς τὰ κατὰ τὴν Κύπρον, ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον. Δημήτριος δὲ πάσας τὰς ἐν τῇ νήσῳ πόλεις παραλαβὼν καὶ τοὺς φρουροῦντας στρατιώτας, τούτους μὲν εἰς * τάξεις κατεχώρισεν, ὄντας πεζοὺς μὲν μυρίους ἑξακισχιλίους συντεταγμένους, ἱππεῖς δὲ περὶ ἑξακοσίους· πρὸς δὲ τὸν πατέρα ταχέως ἐμβιβάσας εἰς τὴν μεγίστην ναῦν τοὺς δηλώσοντας περὶ τῶν κατορθωθέντων ἐξαπέστειλεν. (2) Ὁ δ' Ἀντίγονος πυθόμενος τὴν γεγενημένην νίκην, καὶ μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῷ μεγέθει τοῦ προτερήματος, διάδημα περιέθετο καὶ τὸ λοιπὸν ἐχρημάτιζε βασιλεύς, συγχωρήσας καὶ τῷ Δημητρίῳ τῆς αὐτῆς τυγχάνειν προσηγορίας καὶ τιμῆς. (3) Ὁ δὲ Πτολεμαῖος οὐδὲν τῇ ψυχῇ ταπεινωθεὶς διὰ τὴν ἧτταν καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἀνέλαβε τὸ διάδημα καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνέγραφεν ἑαυτὸν βασιλέα. (4) Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ οἱ λοιποὶ δυνάσται ζηλοτυπήσαντες ἀνηγόρευον ἑαυτοὺς βασιλεῖς, Σέλευκος μὲν προσφάτως τὰς ἄνω σατραπείας προσκεκτημένος, Λυσίμαχος δὲ καὶ Κάσσανδρος τὰς ἐξ ἀρχῆς δοθείσας μερίδας διατηροῦντες. Ἡμεῖς δὲ περὶ τούτων ἱκανῶς εἰρηκότες ἐν μέρει διέξιμεν περὶ τῶν κατὰ Λιβύην καὶ Σικελίαν πραχθέντων.

LIV. Ἀγαθοκλῆς γὰρ πυθόμενος τοὺς προειρημένους δυνάστας ἀνῃρημένους * καὶ νομίζων μήτε δυνάμεσι μήτε χώρᾳ μήτε τοῖς πραχθεῖσι λείπεσθαι τούτων, ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε βασιλέα. Καὶ διάδημα μὲν οὐκ ἔκρινεν ἔχειν· ἐφόρει γὰρ ἀεὶ στέφανον, ὃν κατὰ τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος ἔκ τινος ἱερωσύνης περικείμενος οὐκ ἀπέθετο περὶ τῆς δυναστείας ἀγωνιζόμενος· ἔνιοι δέ φασιν αὐτὸν ἐπιτετηδεῦσθαι τοῦτον ἐξ ἀρχῆς φορεῖν διὰ τὸ μὴ λίαν αὐτὸν εὐχαίτην εἶναι. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ τῆς προσηγορίας ταύτης ἄξιόν τι σπεύδων πρᾶξαι, ἐπὶ μὲν Ἰτυκαίους ἐστράτευσεν ἀφεστηκότας·

mari natantes excipiant. Ipse naves suas acrostoliis exornat, captasque hostium naves remulco trahens, ad castra portumque suum revertitur. (5) Interim vero dum prœlio navali disceptatur, Menelaus Salamini præfectus naves sexaginta, viris armisque completas, Menœtio navarcho, in subsidium Ptolemæo misit; et certamine cum navibus, quæ stationem in ostio portus habebant, commisso, quum oppidani vi sibi exitum patefacerent, Demetrianæ ad terrestres se copias fuga receperunt, Menœtiani autem in altum evecti, ubi paullo serius, quam commodum esset, venerunt, Salaminem regrediuntur. (6) Prœlio hunc exitum sortito, pontones amplius centum in postestatem venerunt, in quibus octo millia prope militum erant. De longis una cum viris captæ sunt quadraginta, corruptæ vero circiter octoginta, quas salsugine plenas ad castra prope urbem victores subduxere. Vitiatæ etiam fuerant ex Demetrianis viginti, quæ debita accuratione refectæ commodos deinceps usus præbuerunt.

LIII. Tum Ptolemæus, rebus Cypri desperatis, in Ægyptum solvit. At Demetrius, acceptis in ditionem cunctis insulæ oppidis, præsidiarios in ordines suos cooptavit; erant autem peditum in ordines digestorum sedecim millia, equites vero circiter sexcenti; et nuntios rerum feliciter gestarum, in navem maximam impositos, ad parentem misit. (2) Antigonus, ubi de victoria cognovit, successus magnitudine elatus, diadema sibi imposuit, et regis deinceps nomen usurpavit, eundem titulum et honorem etiam Demetrio concedens. (3) Ptolemæus vero, de celsitate animi nihil remittens ob acceptam cladem, diademate etiam ipse caput evinxit, et in omnibus exinde literis regem sese appellavit. (4) Horum exemplo reliqui etiam principes, Seleucus, qui superiores provincias suæ ditioni recens adjunxerat, itemque Lysimachus et Cassander, qui portiones ab initio sibi tributas retinebant, reges se proclamarunt. De his vero postquam satis a nobis dictum est, per Africam et Siciliam gesta nunc seorsum exsequemur.

LIV. Agathocles, quum principes jam memoratos diadema sumsisse audiret, quod se nec copiis, nec terrarum amplitudine, nec rebus denique gestis inferiorem duceret illis, se quoque regem nuncupavit; diadema tamen usurpandum haud censuit. Nam sub tyrannidis affectatæ tempus perpetuo coronam, pro sacerdotii cujusdam ritu, gestabat, quam de principatu contendens postea non deposuit. Sunt qui data opera illum ab initio hanc gestasse dicant, quod non admodum crinitus esset. (2) Verum enimvero appellatione tam magnifica dignum aliquid gerere properans, in rebelles Uticenses exercitum duxit, subitoque urbem in-

ἄφνω δ' αὐτῶν τῇ πόλει προςπεσών, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένων πολιτικῶν ζωγρήσας εἰς τριακοσίους, τὸ μὲν πρῶτον διδοὺς ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων ἠξίου παραδιδόναι τὴν πόλιν· οὐ προςεχόντων δὲ τῶν ἔνδον, συνεπήγνυε μηχανήν, καὶ κρεμάσας ἐπ' αὐτῇ τοὺς αἰχμαλώτους προςήγαγε τοῖς τείχεσιν. (3) Οἱ δ' Ἰτυκαῖοι τοὺς μὲν ἠτυχηκότας ἠλέουν, πλείονα δὲ λόγον τῆς τῶν ἁπάντων ἐλευθερίας ἢ τῆς ἐκείνων σωτηρίας ποιούμενοι διέλαβον τὰ τείχη τοῖς στρατιώταις, καὶ τὴν πολιορκίαν εὐγενῶς ὑπέμενον. (4) Εἶθ' ὁ μὲν Ἀγαθοκλῆς ἐπιστήσας τῇ μηχανῇ τούς τε ὀξυβελεῖς καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, ἀπὸ ταύτης ἀγωνιζόμενος ἤρχετο τῆς πολιορκίας, καὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἔνδον ὥςπερ καυτήριά τινα προςῆγεν. (5) Οἱ δ' ἐπὶ τῶν τειχῶν ἑστῶτες τὸ μὲν πρῶτον ὤκνουν τοῖς βέλεσι χρήσασθαι, προκειμένων αὐτοῖς σκοπῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν, ὧν ἦσάν τινες καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων· ἐπικειμένων δὲ τῶν πολεμίων βαρύτερον, ἠναγκάζοντο τοὺς ἐπὶ τῆς μηχανῆς ὄντας ἀμύνεσθαι. (6) Ἔνθα δὴ συνέβαινε γίνεσθαι παράλογα πάθη τοῖς Ἰτυκαίοις καὶ τύχης ἐπηρεασμὸν ἐν ἀνάγκαις κειμένοις ἀνεκφεύκτοις. Προβεβλημένων γὰρ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἡλωκότας τῶν ἐξ Ἰτύκης, ἀναγκαῖον ἦν ἢ τούτων φειδομένους περιορᾶν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις γινομένην τὴν πατρίδα, ἢ τῇ πόλει βοηθοῦντας ἀνηλεῶς φονεῦσαι πλῆθος πολιτῶν ἠτυχηκότων· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. (7) Ἀμυνόμενοι γὰρ τοὺς πολεμίους καὶ παντοίοις βέλεσι χρώμενοι καὶ τὰ τῶν ἐφεστηκότων τῇ μηχανῇ σώματα κατῃκίσαντο καὶ τινὰς μὲν τῶν κρεμαμένων πολιτῶν κατηκόντισαν, τινὰς δὲ τοῖς ὀξυβελέσι πρὸς τῇ μηχανῇ καθήλωσαν καθ' οὓς ποτε τύχοι τοῦ σώματος τόπους, ὥστε σταυρῷ παραπλησίαν εἶναι τὴν ὕβριν ἅμα καὶ τὴν τιμωρίαν. Καὶ ταῦτ' ἐγίνετό τισιν ὑπὸ συγγενῶν ἢ φίλων, εἰ τύχοι, τῆς ἀνάγκης οὐ πολυπραγμονούσης τι τῶν παρ' ἀνθρώποις ὁσίων.

LV. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ὁρῶν αὐτοὺς ἀπαθῶς ὡρμηκότας πρὸς τὸν κίνδυνον, περιστήσας πανταχόθεν τὴν δύναμιν, καὶ κατά τινα τόπον φαύλως ᾠκοδομημένον βιασάμενος, εἰςέπεσεν εἰς τὴν πόλιν. (2) Τῶν δ' Ἰτυκαίων τῶν μὲν εἰς τὰς οἰκίας, τῶν δ' εἰς τὰ ἱερὰ καταφευγόντων, δι' ὀργῆς αὐτοὺς ἔχων φόνου τὴν πόλιν ἐπλήρωσε. Τοὺς μὲν γὰρ ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δ' ἁλόντας ἐκρέμασε, τοὺς δ' ἐπὶ θεῶν ἱερὰ καὶ βωμοὺς καταφυγόντας διαψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος ἐποίησε. (3) Διαφορήσας δὲ τὰς κτήσεις καὶ φυλακὴν ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν, ὠχυρωμένην φυσικῶς τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. Πολιορκήσας δὲ αὐτὴν ἐνεργῶς, καὶ τῶν ἐγχωρίων ναυμαχίᾳ περιγενόμενος, κατὰ κράτος εἷλε. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τὰς πόλεις χειρωσάμενος, τῶν τε ἐπὶ θαλάττῃ τόπων τῶν πλείστων ἐκυρίευσε καὶ τῶν τὴν μεσόγειον οἰκούντων πλὴν τῶν Νομάδων· ὧν τινὲς μὲν φιλίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο, τινὲς δ' ἐκαραδόκουν τὴν τῶν ὅλων κρίσιν. (4) Τέτ-

cursu adortus, cives in agris exclusos cepit ad trecentos. Et initio quidem venia delictorum illis concessa, ut urbem sibi traderent, postulavit; at quum obsessi non obtemperarent, machinam construxit, quam, suspensis ex illa captivis, mœnibus admovit. (3) Uticenses calamitosorum quidem fortunam miserari; sed pluris omnium libertatem facientes quam illorum salutem, militem per muros disponere, et fortiter obsidionem tolerare. (4) Tum Agathocles catapultas et funditores sagittariosque machinæ adhibet, motoque ex illa certamine, oppugnationem exorditur, civiumque animis quasi cauteria quædam inflixit. (5) Qui stabant super muris, principio missilibus rem gerere cunctabantur, objectis pro scopo civibus, inter quos primariæ nobilitatis quidam erant. At quum impressio hostium ingravesceret, in machina constitutos propulsare tandem coguntur. (6) Hic accidit ut cladem inopinatam fortunæque ludibrium, præ angustia necessitatis inevitabile, Uticenses experirentur. Quum enim Græci captos ex urbe cives objecissent, alterutrum omnino faciendum erat, ut aut civibus parcendo patria in hostis potestatem veniret, aut urbi succurrendo miserrimorum civium multitudinem absque misericordia trucidarent: id quod etiam accidit. (7) Dum enim omni telorum genere hostes arcent, simul impositorum machinæ corpora missilibus fœde lacerant, simul dependentium inde civium aliquos trajiciunt, aliquos catapultis ceu clavis, quacunque sors ferret corporis parte, machinæ affigunt, ita sane, ut ignominiosa affectio suppliciique atrocitas illa crucis instar exhiberet. Et hoc obvenit quibusdam, prout casus temperabat, a propinquis et amicis, quod accuratam pietatis humanæ rationem habere non sinebat necessitas.

LV. Agathocles, exutis quasi affectionibus periculo se objectare videns oppidanos, corona urbem cinxit, et partem quandam non probe satis munitam violenter adortus in urbem irrupit. (2) Tum Uticensium alii in ædes, alii in templa confugiunt. Quibus iratus ille, omnia per urbem cædibus replet. Nam quosdam in ipso conflictu trucidat, quosdam suspendio necat, aliorum, qui ad delubra arasque deorum perfugerant, spem irritam facit. (3) Hinc facultatibus direptis, et præsidio in urbe relicto, juxta Hippi, ut vocant, Acram, quam natura ipsa vicino lacus situ munierat, castra movit; et post acerrimam oppugnationem, quum navali etiam prœlio indigenas vicisset, vi illam cepit. Hunc ad modum urbibus subactis, maritimorum tractuum plerosque, et qui mediterranea incolebant, omnes sui juris et arbitrii fecit, Numidis solummodo exceptis: quorum pars amicitiam cum illo fecit, pars ultimam rei totius disceptationem exspectavit. (4) In quattuor genera hominum

ταρα γὰρ τὴν Λιβύην διεῖληφε γένη, Φοίνικες μὲν οἱ τὴν Καρχηδόνα τότε κατοικοῦντες, Λιβυφοίνικες δὲ πολλὰς ἔχοντες πόλεις ἐπιθαλαττίους καὶ κοινωνοῦντες τοῖς Καρχηδονίοις ἐπιγαμίας, οἷς ἀπὸ τῆς συμπεπλεγμένης συγγενείας σηνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας· ὁ δὲ πολὺς λαὸς τῶν ἐγχωρίων, ἀρχαιότατος ὤν, Λίβυς ὠνομάζετο, μισῶν διαφερόντως τοὺς Καρχηδονίους διὰ τὸ βάρος τῆς ἐπιστασίας· οἱ δὲ τελευταῖοι Νομάδες ὑπῆρχον, πολλὴν τῆς Λιβύης νεμόμενοι μέχρι τῆς ἐρήμου. (5) Ἀγαθοκλῆς δὲ τοῖς μὲν κατὰ Λιβύην συμμάχοις καὶ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερέχων τῶν Καρχηδονίων, περὶ δὲ τῶν ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων ἀγωνιῶν, ἄφρακτα καὶ πεντηκοντόρους ναυπηγησάμενος, ἐνεβίβασε στρατιώτας διςχιλίους. Καταλιπὼν δὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πραγμάτων στρατηγὸν Ἀγάθαρχον τὸν υἱόν, ἀνήχθη ταῖς ναυσίν, ἐπὶ Σικελίας τὸν πλοῦν ποιούμενος.

LVI. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ξενόδοχος ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων στρατηγὸς πολλὰς μὲν τῶν πόλεων ἠλευθερωκώς, ἐλπίδας δὲ μεγάλας παρεσχηκὼς τοῖς Σικελιώταις τῆς καθ' ὅλην τὴν νῆσον αὐτονομίας, ἐξήγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τοὺς Ἀγαθοκλέους στρατηγούς, οὖσαν πεζῶν μὲν πλειόνων ἢ μυρίων, ἱππέων δὲ σχεδὸν χιλίων. (2) Οἱ δὲ περὶ Λεπτίνην καὶ Δημόφιλον ἐκ τῶν Συρακουσῶν καὶ τῶν φρουρίων ἐπιλέξαντες ὅσους ἠδύναντο πλείστους ἀντεστρατοπέδευσαν πεζοῖς μὲν ὀκτακιςχιλίοις καὶ διακοσίοις, ἱππεῦσι δὲ χιλίοις καὶ διακοσίοις. Γενομένης οὖν παρατάξεως ἰσχυρᾶς, ἡττηθεὶς ὁ Ξενόδοχος ἔφυγεν εἰς τὸν Ἀκράγαντα, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων καὶ πεντακοσίων. (3) Οἱ μὲν οὖν Ἀκραγαντῖνοι ταύτῃ τῇ συμφορᾷ περιπεσόντες διέλυσαν ἑαυτῶν μὲν τὴν καλλίστην ἐπιβολήν, τῶν δὲ συμμάχων τὰς τῆς ἐλευθερίας ἐλπίδας. Ἀγαθοκλῆς δέ, τῆς μάχης ἄρτι γεγενημένης, καταπλεύσας τῆς Σικελίας εἰς Σελινοῦντα, Ἡρακλεώτας μὲν ἠλευθερωκότας τὴν πόλιν ἠνάγκασε πάλιν ὑποτάττεσθαι· παρελθὼν δὲ ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς νήσου, Θερμίτας μὲν προσαγαγόμενος ὑποσπόνδους ἀφῆκε, τῶν Καρχηδονίων φρουρούντων ταύτην τὴν πόλιν, Κεφαλοίδιον δὲ ἐκπολιορκήσας, Λεπτίνην μὲν ταύτης ἐπιμελητὴν ἀπέλιπεν, αὐτὸς δὲ διὰ τῆς μεσογείου ποιούμενος τὴν πορείαν, ἐπεβάλετο μὲν νυκτὸς εἰς τὰ Κεντόριπα παρειςπεσεῖν, εἰςδεχομένων αὐτόν τινων πολιτικῶν ἀνδρῶν, καταφανοῦς δὲ τῆς ἐπιβολῆς γενομένης καὶ τῶν φρουρῶν παραβοηθησάντων, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς πόλεως ἀποβαλὼν τῶν στρατιωτῶν πλείους τῶν πεντακοσίων. (4) Μετὰ δὲ ταῦτά τινων ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας μεταπεμπομένων αὐτὸν καὶ τὴν πατρίδα προδώσειν ἐπαγγελλομένων, ἧκε πρὸς τὴν πόλιν. Τῶν δὲ προδοτῶν καταφανῶν γενομένων καὶ κολασθέντων, κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡμέραν πολιορκήσας ἄπρακτος ἐγένετο, τῇ δ' ὑστεραίᾳ πολλὰ κακοπαθήσας καὶ συχνοὺς ἀποβαλών, μόγις εἷλε

Africa tum erat divisa: nempe in Pœnos, qui Carthaginem tum incolebant; itemque Libyphœnices, qui, quod multas urbium maritimarum tenerent, et matrimoniorum necessitudine Carthaginiensibus devincti essent, a nexu affinitatis compositam hanc appellationem reportarunt. Major deinde pars incolarum et vetustissima Afrorum nomen habebat, extremoque Carthaginiensium ob dominatus asperitatem odio flagrabat. Postremi tandem erant Numidæ, vastos Libyæ tractus usque ad deserta occupantes. (5) Agathocles vero, licet jam sociorum auxiliis et proprii exercitus robore Carthaginiensibus superior esset, de Siciliæ tamen rebus anxie cogitans, naves apertas et quinquaginta remorum actuarias construxit, in quas duo militum millia collocavit, et Agatharcho (*Archagatho*) filio negotiis in Libya præposito, in Siciliam cursum dirigens, cum classe inde solvit.

LVI. Inter has rerum gestarum vices Xenodocus (*Xenodicus*) Agrigentinorum prætor, quum multas in libertatem vindicasset urbes, spemque Siculis magnam peperisset, fore ut legum suarum jus per totam insulam recuperarent, copias suas contra Agathoclis præfectos eduxit, supra decem millia peditum, et equites propemodum mille. (2) Leptines autem et Demophilus, exercitu quam possent maximo Syracusis et e castellis vicinis conscripto, octies mille et ducentorum peditum, et mille ac ducentorum equitum, castra illi opposuerunt. Commisso tandem summis viribus prœlio, victus Xenodocus Agrigentum confugit, militibus non infra mille et quingentos desideratis. (3) Agrigentini igitur hac calamitate accepta, et inceptum suum longe pulcherrimum, et spem libertatis sociis injectam, destituunt. Recens depugnatum fuerat, quum Agathocles in Sicilia Seliuuntem appulit: et statim Heracleotas, qui libertatem urbi reddiderant, jugum subire iterum coegit, et in alteram insulæ partem inde progressus, Thermitas, quorum urbs Carthaginiensium præsidio tenebatur, subegit, dataque fide missos fecit. Tum expugnato Cephalœdio Leptinen præfecit; ipse, per mediterranea profectus, Centoripa noctu, receptantibus eum de civium factione nonnullis, clam intrare conatur; at patefactis insidiis quum præsidium subveniret, amplius quingentis suorum amissis, ex urbe pellitur. (4) Hinc a quibusdam Apolloniatis, qui patriam se illi tradituros receperant, accitus, eo contendit; sed proditoribus deprehensis supplicioque affectis, illius quidem diei oppugnatione nihil effecit: postridie vero, multis incommodis affectus, post magnam suorum jactu-

τὴν πόλιν, καὶ τῶν Ἀπολλωνιατῶν τοὺς πλείστους ἀποσφάξας διήρπασε τὰς κτήσεις.

LVII. Τούτου δὲ περὶ ταῦτ᾽ ὄντος, Δεινοκράτης ὁ τῶν φυγάδων ἡγούμενος ἀναλαβὼν τὴν Ἀκραγαντίνων προαίρεσιν, καὶ προστάτην αὑτὸν ἀναδείξας τῆς κοινῆς ἐλευθερίας, ἐποίησε πολλοὺς ἁπανταχόθεν συνδραμεῖν πρὸς αὐτόν. (2) Οἱ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἔμφυτον πᾶσιν ἐπιθυμίαν τῆς αὐτονομίας, οἱ δὲ διὰ τὸν Ἀγαθοκλέους φόβον προθύμως ὑπήκουον τοῖς παραγγελλομένοις. Ἠθροισμένων δ᾽ αὐτῷ πεζῶν μὲν οὐ πολὺ ἐλαττόνων δισμυρίων, ἱππέων δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων, καὶ πάντων τούτων ἐν φυγαῖς καὶ μελέταις τοῦ πονεῖν συνεχῶς γεγονότων, κατεστρατοπέδευσεν ἐν ὑπαίθρῳ, προκαλούμενος τῇ μάχῃ τὸν δυνάστην. (3) Τοῦ δ᾽ Ἀγαθοκλέους λειπομένου πολὺ ταῖς δυνάμεσι καὶ φυγομαχοῦντος, ἐκ ποδὸς ἠκολούθει συνεχῶς, ἀκονιτὶ περιπεποιημένος τὴν νίκην. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα συνέβαινε πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλειν οὐ μόνον τὰ κατὰ Σικελίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὴν Λιβύην πράγματα. (4) Ἀρχάγαθος γὰρ ὁ καταλειφθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ στρατηγὸς μετὰ τὴν ἀναγωγὴν τοῦ πατρὸς τὸ μὲν πρῶτον ἐπλεονέκτει, πέμψας εἰς τοὺς ἄνω τόπους μέρος τι τῆς δυνάμεως, ἧς ἦν ἡγεμὼν Εὔμαχος. Οὗτος γὰρ Τώκας πόλιν εὐμεγέθη χειρωσάμενος, πολλοὺς προσηγάγετο τῶν πλησίον κατοικούντων Νομάδων. (5) Εἶθ᾽ ἑτέραν ἐκπολιορκήσας τὴν ὀνομαζομένην Φελλίνην, ἠνάγκασε πειθαρχεῖν τοὺς τὴν ἑξῆς χώραν νεμομένους τοὺς καλουμένους Ἀσφοδελώδεις, ὄντας τῷ χρώματι παραπλησίους τοῖς Αἰθίοψι. (6) Τρίτην δ᾽ εἷλε Μεσχέλαν, μεγίστην οὖσαν, ᾠκισμένην δὲ τὸ παλαιὸν ὑπὸ τῶν ἐκ Τροίας ἀνακομιζομένων Ἑλλήνων, περὶ ὧν ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ προειρήκαμεν, ἑξῆς δὲ τὴν ὀνομαζομένην ἄκραν Ἵππου τὴν ὁμώνυμον τῇ χειρωθείσῃ κατὰ κράτος ὑπ᾽ Ἀγαθοκλέους, καὶ τελευταίαν τὴν προσαγορευομένην Ἀκρίδα πόλιν αὐτόνομον, ἣν ἐξανδραποδισάμενος ἐξέδωκε τοῖς στρατιώταις διαρπάσαι.

LVIII. Ἐμπλήσας δ᾽ ὠφελείας τὸ στρατόπεδον, κατέβη πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀρχάγαθον, καὶ δόξας ἀγαθὸς ἀνὴρ γεγονέναι, πάλιν ἐστράτευσεν εἰς τοὺς ἄνω τῆς Λιβύης τόπους. Ὑπερβαλὼν δὲ τὰς πόλεις ὧν πρότερον ἐγεγόνει κύριος, παρεισέπεσεν εἰς τὴν καλουμένην Μιλτίνην πόλιν, ἀπροσδοκήτως ἐπιφανείς. (2) Συστραφέντων δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν τῶν βαρβάρων καὶ κρατησάντων ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἐξεβλήθη παραλόγως καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν. Ἐντεῦθεν δ᾽ ἀναζεύξας προῆγε δι᾽ ὄρους ὑψηλοῦ παρήκοντος ἐπὶ σταδίους διακοσίους, πλήρους δ᾽ ὄντος αἰλούρων, ἐν ᾧ συνέβαινε μηδὲν ὅλως πτηνὸν νεοττεύειν μήτε ἐπὶ τοῖς δένδρεσι μήτε ἐπὶ ταῖς φάραγξι, διὰ τὴν ἀλλοτριότητα τῶν προειρημένων ζῴων. (3) Διελθὼν δὲ τὴν ὀρεινὴν ταύτην, ἐνέβαλεν εἰς χώραν ἔχουσαν πλῆθος πιθήκων καὶ πόλεις τρεῖς τὰς ἀπὸ τούτων τῶν ζῴων ὀνομαζομένας εἰς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον τῆς διαλέκτου μεθερ-

ram vix tandem urbe potitur, et plerisque Apolloniatarum mactatis, bona direptioni tradit.

LVII. In eo dum versatur, Dinocrates, exulantium ductor, Agrigentinorum institutum persequendum ratus, communis se libertatis vindicem profitetur, magnique ex omnibus locis concursus ad se auctor exsistit. (2) Alii enim ex innato cunctis amore libertatis, alii metu Agathoclis libenter ultroque ad imperata præsto erant. Coacto igitur millium ferme viginti peditatu, et mille quingentorum equitatu, qui omnes ad exiliorum ærumnas laborumque tractationes perpetuas assuefacti erant, castra in aperto metatur, et principem ad pugnam lacessit. (3) At dum Agathocles, longe viribus inferior, pugnandi copiam non facit, ille vestigiis inhærens crebro palmam sine pulvere, quod dicitur, reportat. Ab hoc tempore res Agathoclis non in Sicilia modo, sed etiam per Africam in deterius mutari cœperunt. (4) Nam Archagathus, imperator ab eo relictus, post discessum patris, initio quidem missa in ulteriores tractus parte copiarum, duce Eumacho, feliciter rem gerebat. Is enim quum Tocas (*Tuccam?*) urbem permagnam, expugnasset, multos in vicinia Numidas subegit. (5) Oppido dehinc alio, cui Phellina nomen, per oppugnationem capto, finitimæ terræ incolas, qui Asphodelodes nominantur, et colore Æthiopibus similes sunt, imperium admittere coegit. (6) Tertiam quoque eximiæ magnitudinis urbem, Meschelam, in potestatem redegit, quam Græci antiquitus, a Troja illuc delati, ut supra libro tertio [*septimo?*] a nobis dictum, habitarunt. Hippi post hæc Acram, illi, quam Agathocles expugnarat, cognominem, subjugavit; ultimam denique Acridem, suæ jurisdictionis urbem, quam, venditis sub corona incolis, diripiendam militi concessit.

LVIII. Atque sic onusta prædis castra ad Archagathum retro movit. Strenui igitur viri existimationem consecutus, aliam in superioris Africæ terras expeditionem suscepit: urbesque pridem occupatas prætergressus, in oppidum quod Miltinen nuncupant, improviso adventu irrumpit. (2) At quum Barbari adversus eum conglobati in vicis superiores evaderent, præter omnem spem cum magna suorum jactura ejicitur. Inde digressus per excelsum montem ad stadia ducenta porrectum et felibus refertum duxit. In eo nihil prorsus avium neque in arboribus neque in cavernis propter inimicitias cum illo bestiarum genere nidulatur. (3) Montanis hisce superatis, regionem simiis abundantem ingressus, ad tres urbes venit, quæ Pithe-

μηνευομένας Πιθηκούσσας. (4) Ἐν δὲ ταύταις οὐκ ὀλίγα τῶν νομίμων πολὺ παρήλλαττε τῶν παρ' ἡμῖν. Τάς τε γὰρ αὐτὰς οἰκίας οἱ πίθηκοι κατῴκουν τοῖς ἀνθρώποις, θεοὶ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενοι, καθάπερ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κύνες, ἔκ τε τῶν παρεσκευασμένων ἐν τοῖς ταμιείοις τὰ ζῷα τὰς τροφὰς ἐλάμβανον ἀκωλύτως ὁπότε βούλοιντο. Καὶ τὰς προσηγορίας δ' ἐτίθεσαν οἱ γονεῖς τοῖς παισὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπὸ τῶν πιθήκων, ὥσπερ παρ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν θεῶν. (5) Τοῖς δ' ἀποκτείνασι τοῦτο τὸ ζῷον ὡς ἠσεβηκόσι τὰ μέγιστα θάνατος ὥριστο πρόστιμον· διὸ δὴ καὶ παρά τισιν ἐνίσχυσεν ἐν παροιμίας μέρει λεγόμενον ἐπὶ τῶν ἀνατὶ κτεινομένων ὅτι πιθήκου αἷμα ἀποτίσειαν. (6) Ὁ δ' οὖν Εὔμαχος μίαν μὲν τούτων τῶν πόλεων ἑλὼν κατὰ κράτος διήρπασε, τὰς δὲ δύο προσηγάγετο. Πυνθανόμενος δὲ τοὺς περιοικοῦντας βαρβάρους ἀθροίζειν ἐπ' αὐτὸν μεγάλας δυνάμεις, προῆγε συντονώτερον, διεγνωκὼς ἐπανιέναι πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ τόπους.

LIX. Μέχρι μὲν δὴ τούτων τῶν καιρῶν ἐν τῇ Λιβύῃ κατὰ νοῦν ἅπαντα τὰ πράγματα τοῖς περὶ τὸν Ἀρχάγαθον ἦν. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς γερουσίας ἐν Καρχηδόνι βουλευσαμένης περὶ τοῦ πολέμου, καλῶς ἔδοξε τοῖς συνέδροις τρία στρατόπεδα ποιήσαντας ἐκ τῆς πόλεως ἐκπέμψαι, τὸ μὲν ἐπὶ τὰς παραθαλαττίους πόλεις, τὸ δ' εἰς τὴν μεσόγειον, τὸ δ' εἰς τοὺς ἄνω τόπους. (2) Ἐνόμιζον γὰρ τοῦτο πράξαντες πρῶτον μὲν τὴν πόλιν ἀπαλλάξειν τῆς πολιορκίας, ἅμα δὲ καὶ τῆς σιτοδείας· πολλῶν γὰρ καὶ παντοδαπῶν ὄχλων συμπεφευγότων εἰς τὴν Καρχηδόνα, συνέβαινε πάντων γεγονέναι σπάνιν, ἐξανηλωμένων ἤδη τῶν ἐπιτηδείων· ὁ δὲ τῆς πολιορκίας οὐκ ἦν κίνδυνος, ἀπροσίτου τῆς πόλεως οὔσης διὰ τὴν ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τῆς θαλάττης ὀχυρότητα· (3) ἔπειθ' ὑπελάμβανον καὶ τοὺς συμμάχους διαμενεῖν μᾶλλον, πλειόνων στρατοπέδων ὄντων ἐν ὑπαίθρῳ τῶν παραβοηθούντων· τὸ δὲ μέγιστον, ἤλπιζον καὶ τοὺς πολεμίους ἀναγκασθήσεσθαι μερίζειν τὰς δυνάμεις καὶ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τῆς Καρχηδόνος· ἅπερ ἅπαντα κατὰ τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν συνετελέσθη. (4) Τρισμυρίων μὲν γὰρ στρατιωτῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐκπεμφθέντων, οἱ καταλειπόμενοι ἔμποροι οὐχ οἷον ἱκανὰ πρὸς αὐτάρκειαν εἶχον, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἐχρῶντο δαψιλέσι πᾶσιν· οἵ τε σύμμαχοι τὸ πρὸ τοῦ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβον ἀναγκαζόμενοι προστίθεσθαι τοῖς πολεμίοις, τότε πάλιν θαρρήσαντες ἀνέτρεχον εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλίαν.

LX. Ὁ δ' Ἀρχάγαθος ὁρῶν διειλημμένην ἅπασαν τὴν Λιβύην πολεμίοις στρατοπέδοις, καὶ αὐτὸς διεῖλε τὴν δύναμιν· καὶ μέρος μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν παραθαλάττιον, τῆς δ' ἄλλης στρατιᾶς ἣν μὲν Αἰσχρίωνι παραδοὺς ἐξέπεμψεν, ἧς δ' αὐτὸς ἡγεῖτο, καταλιπὼν τὴν ἱκανὴν φυλακὴν ἐπὶ τοῦ Τύνητος. (2) Τοσούτων δὲ στρατοπέδων ἐπὶ τῆς χώρας πανταχῇ πλαζομένων, καὶ προσδοκωμένης ἔσεσθαι πραγμάτων ὁλοσχεροῦς μεταβολῆς, ἅπαντες ἠγωνίων, καραδοκοῦντες τὸ τέλος

cussæ, si Græcæ linguæ more verteris, appellantur. (4) Harum instituta a nostratibus longe differunt. Easdem enim domus simiæ, quas homines, frequentant, et pro diis habentur apud illos, ut apud Ægyptios canes: paratos etiam in cellis penariis cibos, quando libet, nemine prohibente, hæ bestiæ sumunt, nominaque utplurimum a simiis, ut apud nos a diis, parentes liberis suis imponunt. (5) Qui animal hoc interfecerint, in eos, ut nefariæ impietatis reos, supplicio capitis animadvertitur. Ideo apud nonnullos proverbii vicem obtinuit, quod de iis, qui impune occiduntur, dicitur, nempe eos simiæ sanguinem luère. (6) Eumachus itaque unam harum urbium vi captam diripuit, reliquas duas ad parendum adduxit. A finitimis autem Barbaris magnas contra se copias evocari certior factus, citato agmine inde movit, ad maritima reverti constitutum habens.

LIX. Ad hoc usque tempus Archagatho in Libya cuncta ex animi sententia eveniebant. Deinceps vero quum meliora de bello Carthaginiensium senatus consilia tractaret, tripartitum ex urbe agmen educere synhedris placuit, ut unum maritimas urbes, alterum mediterranea, tertium superiora loca peteret. (2) Hoc enim si fecissent, eventurum putabant, primum, ut simul obsidione reique frumentariæ inopia urbs liberetur. Quum enim ingens ex omnibus locis turba Carthaginem perfugisset, evenit ut omnium rerum inopia laboraretur, absumtis jam illis, quæ ad vitam tolerandam conducerent. Nec vero periculum expugnandæ urbis suberat, quum et maris propinquitas et firmitudo murorum accessus facultatem adimerent. (3) Deinde socios quoque in fide permansuros existimabant, si plures sub dio exercitus ad auxilium ferendum parati excubarent; et quod omnium erat maximum, ad dividendas hostem copias et procul a Carthagine abstrahendas adactum iri sperabant. Quæ omnia pro illorum conjectatione acciderunt. (4) Triginta millibus enim militum ex urbe dimissis, relictis mercatoribus, non solum, quantum satis esset, suppetebat, verum superflua etiam ubertate omnium fruebantur; et socii, qui metu hostium ante hæc illis se adjungere cogebantur, animis tunc receptis ad pristinæ amicitiæ fœdus recurrerunt.

LX. Archagathus itaque, totam Africam hostilibus occupatam exercitibus videns, exercitum etiam ipse divisit: partem in maritimos tractus misit; reliqui dimidium Æschrioni tradidit; alterum ipse duxit, sufficiente ad Tunetem præsidio relicto. (2) Tam numerosi validique exercitus dum per agros undique vagantur, et rerum omnium conversio jam imminere putatur, quem res eventum sortitura esset, omnes suspensis animis trepidi exspectabant

τῶν ἀποδησομένων. (3) Ἄννων μὲν οὖν ἡγούμενος τοῦ κατὰ τὴν μεσόγειον στρατοπέδου θεὶς ἐνέδραν τοῖς περὶ τὸν Αἰσχρίωνα, καὶ παραδόξως ἐπιθέμενος, ἀνεῖλε πεζοὺς μὲν πλείους τῶν τετρακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ περὶ διακοσίους, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ στρατηγός· τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ἥλωσαν, οἱ δὲ διεσώθησαν πρὸς Ἀρχάγαθον, ἀπέχοντα σταδίους πεντακοσίους. (4) Ἰμίλκων δ' ἐπὶ τοὺς ἄνω τόπους στρατεύειν ἀποδειχθεὶς τὸ μὲν πρῶτον ἐφήδρευε τῇ πόλει πρὸς τὸν Εὔμαχον, ἐφελκόμενον βαρὺ τὸ στρατόπεδον διὰ τὰς ἐκ τῶν ἁλουσῶν πόλεων ὠφελείας. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Ἑλλήνων ἐκταξάντων τὴν δύναμιν καὶ προκαλουμένων εἰς μάχην, Ἰμίλκων μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς κατέλιπε διεσκευασμένον ἐν τῇ πόλει, διακελευσάμενος, ὅταν αὐτὸς ἀναχωρῇ προσποιούμενος φεύγειν, ἐπεξελθεῖν τοῖς ἐπιδιώκουσιν· αὐτὸς δὲ προαγαγὼν τοὺς ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν καὶ μικρὸν πρὸ τῆς παρεμβολῆς συνάψας μάχην, εὐθὺς ἔφευγεν ὡς καταπεπληγμένος. (6) Οἱ δὲ περὶ τὸν Εὔμαχον ἐπαρθέντες τῇ νίκῃ καὶ τῆς τάξεως οὐδὲν φροντίσαντες ἐδίωκον καὶ τεθορυβημένως τῶν ὑποχωρούντων ἐξήπτοντο· ἄφνω δὲ καθ' ἕτερον μέρος τῆς πόλεως ἐκχυθείσης τῆς δυνάμεως κατεσκευασμένης, καὶ πλήθους ἱκανοῦ πρὸς ἓν παρακέλευσμα συναλαλάξαντος, κατεπλάγησαν. (7) Ἐμβαλόντων οὖν τῶν βαρβάρων εἰς ἀσυντάκτους καὶ πεφοβημένους διὰ τὸ παράδοξον, ταχὺ τροπὴν συνέβη γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων. Ὑποτεμομένων γὰρ τῶν Καρχηδονίων τὴν εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀποχώρησιν τῶν πολεμίων, ἠναγκάσθησαν οἱ περὶ τὸν Εὔμαχον καταφυγεῖν ἐπὶ τὸν πλησίον λόφον ὕδατος σπανίζοντα. (8) Περιστρατοπεδευσάντων δὲ τὸν τόπον τῶν Φοινίκων, ἅμα μὲν ὑπὸ τοῦ δίψους καταπονηθέντες, ἅμα δ' ὑπὸ τῶν πολεμίων κρατούμενοι, σχεδὸν ἅπαντες ἀνῃρέθησαν. Ἀπὸ μὲν γὰρ πεζῶν ὀκτακισχιλίων τριάκοντα μόνον διεσώθησαν, ἀπὸ δ' ἱππέων ὀκτακοσίων τετταράκοντα διέφυγον τὸν κίνδυνον.

LXI. Ὁ δ' Ἀρχάγαθος τηλικαύτῃ συμφορᾷ περιπεσὼν ἐπανῆλθεν εἰς Τύνητα. Καὶ τῶν μὲν ἐκπεμφθέντων στρατιωτῶν τοὺς περιλειπομένους μετεπέμπετο πανταχόθεν, εἰς δὲ τὴν Σικελίαν ἐξέπεμψε τοὺς δηλώσοντας τῷ πατρὶ τὰ συμβεβηκότα καὶ παρακαλέσοντας βοηθεῖν τὴν ταχίστην. (2) Τοῖς δὲ προγεγονόσιν ἀτυχήμασιν ἑτέρα τοῖς Ἕλλησιν ἐλάττωσις ἐπεγένετο· ἀπέστησαν μὲν γὰρ ἀπ' αὐτῶν πλὴν ὀλίγων ἅπαντες σύμμαχοι, συνεστράφησαν δὲ αἱ τῶν πολεμίων δυνάμεις καὶ πλησίον ποιησάμενοι παρεμβολὰς ἐφήδρευον. (3) Ἰμίλκων μὲν γὰρ κατελάβετο τὰ στενά, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς χώρας εἰσβολῶν ἀπέκλεισε τοὺς ἐναντίους, ἀπέχοντας σταδίους ἑκατόν· ἐκ δὲ θατέρου μέρους ἐστρατοπέδευσεν Ἀτάρβας ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τοῦ Τύνητος. (4) Διόπερ τῶν πολεμίων οὐ μόνον τῆς θαλάττης, ἀλλὰ καὶ τῆς χώρας κυριευόντων, σιτοδείᾳ τε συνέβαινε συνέχεσθαι τοὺς Ἕλληνας καὶ τῷ φόβῳ πάντοθεν κατείχοντο. (5) Ἐν ἀθυμίᾳ δὲ δεινῇ πάντων ὄντων, Ἀγαθοκλῆς ὡς ἐπύθετο τὰ κατὰ τὴν Λιβύην

(3) Tum Hanno, copiarum in mediterraneis ductor, insidiis Æschrioni positis, necopinantem opprimit, et supra quatuor millia peditum cædit, et de equitatu ducentos, inter quos etiam ipse erat præfectus. Reliqui partim in manus hostium veniunt, partim ad Archagathum, qui quingentis inde stadiis aberat, incolumes evadunt. (4) Imilcon vero prætor, in superiora loca dux creatus, primo urbem (*castra?*) insederat contra Eumachum, qui gravem ex urbibus præda exercitum trahebat. (5) At quum ordinata acie provocarent ipsum ad pugnam Græci, partem exercitus probe instructam in urbe (*castris?*) reliquit, cum edicto, ut, quum primum simulata ipse fuga pedem referret, in persequentes erumperent. Interim dimidium ille suorum educens, sub ipsis prope castris pugnam conserit, et statim velut terrore perculsus, fugam arripit. (6) Eumachi milites, victoria tumidi, nulla ordinis ratione habita, insequuntur, et tumultuarie vestigiis retrocedentium inhærent. Ubi vero repente ex altera urbis (*castrorum?*) parte instructa se manus effundit, clamoremque ad unum hortatum multitudo magna tollit, illi velut attoniti subsistere. (7) Et quia Barbari in male ordinatos et novitate rei exterritos impressionem faciebant, ut subito Græci terga darent, evenit. Quum vero receptum in castra hostes præclusissent, Eumachi milites in proximum se tumulum, aquis fere destitutum, recipere coguntur; (8) locoque a Pœnis circumsesso, partim siti confecti, partim ab hostibus attriti omnes fere interierunt. Nam de octo millibus peditum triginta dumtaxat evaserant, deque octingentis equitibus quadraginta periculum effugerunt.

LXI. Archagathus ergo, tanta calamitate affectus, Tunetem retrocessit, et quidquid de militibus, quos emiserat, restabat, undique revocavit, in Siciliam quoque misit qui, quæ accidissent, patri indicarent, utque auxilio veniret quam citissime, exhortarentur. (2) Ad clades vero jam acceptas aliud Græcis detrimentum accessit. Omnes enim socii, paucis tantum exceptis, ab illis desciverunt, hostesque adunabant inter se copias, et locatis in propinquo castris, cervicibus ipsorum imminebant. (3) Nam Imilco angustias insederat, hostemque, centum inde stadiis remotum, ab eruptionibus in agrum excludebat. Ex parte altera quadraginta stadiis a Tunete castra posuerat Adherbal. (4) Idcirco non maris solum hoste, sed etiam terræ imperium obtinente, magna frumenti penuria vexabat Græcos, et terror undique premebat. (5) Dumque in extrema jam trepidatione versantur, Agathocles, de cladibus suorum in

ἐλαττώματα, παρεσκευάσατο ναῦς μακρὰς ἑπτακαίδεκα, διανοούμενος βοηθεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀρχάγαθον. Καὶ τῶν κατὰ Σικελίαν δὲ πραγμάτων ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐτῷ μεταβεβληκότων διὰ τὸ τοὺς περὶ Δεινοκράτην φυγάδας ηὐξῆσθαι ἐπὶ πλεῖον, τὸν μὲν ἐν τῇ νήσῳ πόλεμον τοῖς περὶ Λεπτίνην στρατηγοῖς ἐνεχείρισεν, αὐτὸς δὲ πληρώσας τὰς ναῦς ἐπετήρει τὸν τοῦ πλοῦ καιρόν, ἐφορμούντων τῶν Καρχηδονίων τριάκοντα ναυσί. (6) Καθ' ὃν δὴ χρόνον ἐκ τῆς Τυῤῥηνίας αὐτῷ κατέπλευσαν ὀκτωκαίδεκα νῆες ἐπὶ βοήθειαν, αἳ διὰ νυκτὸς εἰς τὸν λιμένα εἰςπεσοῦσαι τοὺς Καρχηδονίους ἔλαθον. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ταύτης τυχὼν τῆς ἀφορμῆς, κατεστρατήγησε τοὺς πολεμίους, τοῖς μὲν συμμάχοις μένειν παραγγείλας μέχρι ἂν αὐτὸς ἐκπλεύσας ἐπισπάσηται τοὺς Φοίνικας εἰς τὸν διωγμόν, αὐτὸς δέ, καθάπερ ἦν συντεθειμένος, ἐκ τοῦ λιμένος ἀνήχθη κατὰ σπουδὴν τοῖς ἑπτακαίδεκα σκάφεσιν. (7) Εἶθ' οἱ μὲν ἐφορμοῦντες ἐδίωκον, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα κατανοήσαντες τοὺς Τυῤῥηνοὺς παραφαινομένους ἐκ τοῦ λιμένος, ἄφνω τὰς ναῦς ἐπέστρεψαν, καὶ καταστάντες εἰς ἐμβολήν, διεναυμάχουν τοῖς βαρβάροις. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι διά τε τὸ παράδοξον καὶ διὰ τὸ τῶν πολεμίων εἰς μέσον ἀπολαμβάνεσθαι τὰς ἰδίας τριήρεις καταπλαγέντες ἔφυγον. (8) Εἶθ' οἱ μὲν Ἕλληνες πέντε νεῶν αὐτάνδρων ἐκυρίευσαν, ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγός, ἁλισκομένης ἤδη τῆς ναυαρχίδος, ἀπέσφαξεν ἑαυτόν, προκρίνας τὸν θάνατον τῆς προςδοκηθείσης αἰχμαλωσίας. Οὐ μὴν ἐφάνη γε εὖ βεβουλευμένος· ἡ γὰρ ναῦς φοροῦ πνεύματος ἐπιλαβομένη, τοῦ δόλωνος ἀρθέντος, ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον.

LXII. Ἀγαθοκλῆς μὲν οὖν οὐδ' ἐλπίδας ἔχων τοῦ κατὰ θάλατταν περιέσεσθαί ποτε τῶν Καρχηδονίων, ἐνίκησε ναυμαχίᾳ παραδόξως, καὶ τὸ λοιπὸν θαλαττοκρατῶν παρείχετο τοῖς ἐμπόροις τὴν ἀσφάλειαν. Διόπερ οἱ Συρακόσιοι, πάντοθεν πρὸς αὐτοὺς κομιζομένης ἀγορᾶς, ἀντὶ τῆς τῶν ἐπιτηδείων σπάνεως ταχέως πάντων ἔσχον δαψίλειαν. (2) Ὁ δὲ δυνάστης μετεωρισθεὶς τῷ γεγονότι προτερήματι, Λεπτίνην ἐξαπέστειλε λεηλατήσοντα τὴν πολεμίαν, καὶ μάλιστα τὴν Ἀκραγαντίνην. Ὁ γὰρ Ξενόδοκος διὰ τὴν γεγενημένην ἧτταν βλασφημούμενος ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων, ἐστασίαζε πρὸς αὐτούς. (3) Παρήγγειλεν οὖν τῷ Λεπτίνῃ πειρᾶσθαι προκαλέσασθαι τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν μάχην· ῥᾳδίως γὰρ προτερήσειν, ὡς στασιαζούσης δυνάμεως καὶ προηττημένης· ὅπερ καὶ συνετελέσθη. (4) Ὁ μὲν γὰρ Λεπτίνης ἐμβαλὼν εἰς τὴν Ἀκραγαντίνην, τὴν χώραν ἐδῄου· ὁ δὲ Ξενόδοκος τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίαν εἶχεν, οὐ νομίζων αὐτὸν ἀξιόμαχον εἶναι· ὀνειδιζόμενος δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν εἰς δειλίαν, προήγαγε τὴν στρατιάν, τῷ μὲν ἀριθμῷ βραχὺ λειπομένην τῶν ἐναντίων, τῇ δ' ἀρετῇ πολὺ καταδεεστέραν οὖσαν, ὡς ἂν τῆς μὲν πολιτικῆς ἐν ἀνέσει καὶ σκιατραφίᾳ γεγενημένης, τῆς δ' ἐν ἀγραυλίᾳ καὶ συνεχέσι στρατείαις γεγυμνασμένης. (5) Διὸ καί, μάχης γενομένης, οἱ περὶ

Africa certior factus, septemdecim naves longas paraverat, quibus Archagatho suppetias ferre destinabat. Quum vero ejus in Sicilia res in pejus vergerent, quod exulum circa Dinocratem numerus magis magisque augesceret, bellum in insula Leptinæ præfectisque ejus administrandum committit: ipse, completis navibus, transmittendi occasionem exspectat, quod triginta Carthaginiensium naves in statione contra illum essent. (6) Quo tempore octodecim ex Etruria naves subsidio venere, noctu clam Carthaginiensibus portum ingressæ. Hanc occasionem nactus, imperatoria hostes arte circumvenit. Socios enim monet, ut tantisper subsistant, dum egressus ipse Pœnos ad insequendum se abstraxerit. Ex portu igitur, sicuti convenerat, cum septemdecim navibus citato solvit. (7) Quem hostium statio e vestigio insequitur; Agathocles vero, simulac Tyrrhenos portum egressos videt, extemplo se convertit, directisque in frontem navibus cum Barbaris prœlium committit. Ibi Carthaginienses, rei novitate, et quod triremes ipsorum in medio hostium tenerentur, perculsi, fugam capessunt. (8) Tum Græci quinque naves cum ipsis hominibus in potestatem redigunt; Carthaginiensium vero prætor, dum prætoria jamjam capitur, sibi ipse manus infert, mortem captivitati jam imminenti anteponens. Sed tamen non recte eum sibi consuluisse apparebat: navis enim secundum nacta ventum, sublato dolone, periculum evasit.

LXII. Agathocles igitur, ne spem quidem habens in mari Carthaginienses superandi, præter omnium opinionem navali eos prœlio devicit, et mare deinceps in potestate tenens, securum mercatoribus commeatum præstitit. Quamobrem Syracusani, quum undique commeatus importarentur, pro summa rerum necessariarum inopia repente omnium abundantia fruebantur. (2) Hoc successu elatus princeps Leptinen hostiles agros, maxime vero Agrigentinos, depopulatum mittit. Nam Xenodocus cum suis in republica adversariis, qui propter acceptam nuper cladem famam ejus denigrarent, simultatem et dissidium habebat. (3) In hoc igitur operam det Leptinæ mandat, ut ad pugnam conserendam hominem eliciat: facile enim, exercitu in factiones diviso, paulloque ante profligato, superiorem fore. Id quod etiam accidit. (4) Nam Leptines, incursatis Agrigentinorum finibus, agrum illorum vastabat. Xenodocus initio quiescebat, quum se imparem hosti arbitraretur; verum a civibus timiditatis incusatus, exercitum numero quidem ferme hostili parem, at virtute longe inferiorem, eduxit. Causa erat, quod oppidani in otio et umbra degerant; illi vero excubiis sub dio agrestibus et perpetuis militiæ laboribus exercitati erant. (5) Prœlio igitur commisso, Leptines

τὸν Λεπτίνην ταχὺ τοὺς Ἀκραγαντίνους τρεψάμενοι συνεδίωξαν εἰς τὴν πόλιν· ἔπεσον δ' ἐπὶ τῆς παρατάξεως τῶν ἡττηθέντων πεζοὶ μὲν περὶ πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ πλείω τῶν πεντήκοντα. Εἶθ' οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι δυςφοροῦντες ἐπὶ τοῖς ἐλαττώμασιν, ἐν αἰτίαις εἶχον τὸν Ξενόδοχον, ὡς δι' ἐκεῖνον δὶς ἡττημένοι· ὁ δὲ φοβηθεὶς τὰς ἐπιφερομένας εὐθύνας καὶ κρίσεις, ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Γέλαν.

LXIII. Ἀγαθοκλῆς δὲ ἐν ἡμέραις ὀλίγαις καὶ πεζῇ καὶ κατὰ θάλατταν νενικηκὼς τοὺς πολεμίους, ἔθυε τοῖς θεοῖς καὶ λαμπρὰς ὑποδοχὰς τῶν φίλων ἐποιεῖτο. Ἀπετίθετο δ' ἐν τοῖς πότοις τὸ τῆς τυραννίδος ἀξίωμα, καὶ τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν ταπεινότερον ἑαυτὸν ἀπεδείκνυεν, ἅμα μὲν διὰ τῆς τοιαύτης πολιτείας θηρώμενος τὴν παρὰ τῶν πολλῶν εὔνοιαν· ἅμα δὲ διδοὺς ἐν τῇ μέθῃ καθ' αὑτοῦ παῤῥησίαν, ἀκριβῶς κατενόει τὴν ἑκάστου διάνοιαν, τῆς ἀληθείας ἐκφερομένης ἀπαρακαλύπτως διὰ τὸν οἶνον. (2) Ὑπάρχων δὲ καὶ φύσει γελωτοποιὸς καὶ μῖμος, οὐδ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπείχετο τοῦ σκώπτειν τοὺς καθημένους καί τινας αὐτῶν εἰκάζειν, ὥςτε τὸ πλῆθος πολλάκις εἰς γέλωτα ἐκτρέπεσθαι, καθάπερ τινὰ τῶν ἠθολόγων ἢ θαυματοποιῶν θεωροῦντας. (3) Δορυφορούμενος δὲ ὑπὸ πλήθους, εἰς τὰς ἐκκλησίας εἰςῄει μόνος, οὐχ ὁμοίως Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ· οὗτος γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἀπίστως διέκειτο πρὸς ἅπαντας, ὥςτε κατὰ μὲν τὸ πλεῖστον κομᾶν καὶ πωγωνοτροφεῖν, ὅπως μὴ συναναγκασθῇ τῷ τοῦ κουρέως σιδήρῳ παραβάλλειν τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος· εἰ δὲ καί ποτε χρεία γένοιτο τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι, περιέκαιε τὰς τρίχας, μίαν ἀσφάλειαν τυραννίδος ἀποφαινόμενος τὴν ἀπιστίαν. (4) Ὁ δ' οὖν Ἀγαθοκλῆς παρὰ τὸν πότον λαβὼν ῥυτὸν μέγαν χρυσοῦν, εἶπεν ὡς οὐ πρότερον ἀπέστη τῆς κεραμευτικῆς τέχνης, ἕως τοιαῦτα ἐκπωμάτων πλάσματα φιλοτεχνῶν ἐκεραμεύσατο. Οὐ γὰρ ἀπηρνεῖτο τὴν ἐπιστήμην, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἐκαυχᾶτο, διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς ἀποφαινόμενος ἀντὶ τοῦ ταπεινοτάτου βίου τὸν ἐπιφανέστατον μετειληφέναι. (5) Καί ποτε πολιορκοῦντος αὐτοῦ τινα τῶν οὐκ ἀδόξων πόλεων, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ τείχους βοώντων, Κεραμεῦ καὶ καμινεῦ, πότε τοὺς μισθοὺς ἀποδώσεις τοῖς στρατιώταις; ὑπολαβὼν εἶπεν, Ὅταν ταύτην ἐξέλω. (6) Οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τὴν ἐν τοῖς πότοις εὐτραπελίαν κατανοήσας τῶν μεθυόντων τοὺς ἀλλοτρίως τὰ πρὸς τὴν δυναστείαν ἔχοντας, παρέλαβεν αὐτούς ποτε κατ' ἰδίαν πάλιν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν καὶ τῶν ἄλλων Συρακοσίων τοὺς μάλιστα πεφρονηματισμένους, τὸν ἀριθμὸν πεντακοσίους, ὄντας· οἷς περιστήσας τῶν μισθοφόρων τοὺς εὐθέτους ἅπαντας ἀπέσφαξε. (7) Σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο μὴ χωρισθέντος αὐτοῦ εἰς Λιβύην καταλύσωσι τὴν δυναστείαν ἐπικαλεσάμενοι τοὺς μετὰ Δεινοκράτους φυγάδας. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, ἐξέπλευσεν ἐκ τῶν Συρακουσῶν.

LXIV. Καὶ κομισθεὶς εἰς Λιβύην κατέλαβε τὸ στρατόπεδον ἐν ἀθυμίᾳ καὶ σπάνει πολλῇ· διόπερ κρί-

statim in fugam actos Agrigentinos ad urbem usque insectatur. In profligatorum acie ceciderunt pedites circiter quingenti, equites supra quinquaginta. Tum moleste ferentes has clades Agrigentini ad causam dicendam Xenodocum, quod geminæ sibi cladis auctor exstitisset, vocabant. Is vero, reipublicæ gestæ inquisitionem et judicii rigorem formidans, Gelam migravit.

LXIII. Agathocles vero, hostibus intra paucos dies terra marique victis, sacra diis faciebat, splendidisque epulis excipiebat amicos. Depositaque inter pocula majestate regia, quovis privato humilius se gerebat, hoc eo consilio factitans, primum ut vulgi benevolentiam, quam hac ratione venabatur, sibi conciliaret; deinde, ut libertate dicendi in se cuilibet inter compotandum concessa, quo quisque esset animo, exploraret, vino citra velamentum prodente veritatem. (2) Erat autem natura facetus et gesticulator, nec in publicis etiam conventibus cavillis assessores impetere, habitumque ac mores aliquorum effingere omittebat; ita ut plebs sæpenumero ad risum se converteret, non secus ac si ex imitatoribus morum histrionibus aut præstigiatoribus aliquem spectaret. (3) Ad conciones solus, a populo tantum stipatus, ibat, Dionysio tyranno multum dissimilis. Hic enim adeo diffidebat omnibus, ut comam et barbam plerumque nutriret, ne præcipuas corporis partes novaculæ tonsoris objicere necessum esset. Quodsi quando tonsura caput indigeret, capillos adurebat, unicum tyrannidis munimentum ostendens esse diffidentiam. (4) Porro Agathocles, correpto inter convivandum grandi ex auro poculo, se non prius a figulina destitisse, quam talia poculorum figmenta sollerter elaborasset, gloriabatur. Non enim diffitebatur, sed ut gloriosam sibi jactabat artem illam, ut sua virtute ex abjectissimo vitæ genere ad eminentissimum se culmen evectum ostenderet. (5) Idem quum oppidum quoddam haud ignobile quondam obsideret, et propugnatores de muro vociferarentur, Figule, caminarie, quando stipendia militibus persolves? Ubi istud expugnavero, respondit. (6) Postquam ergo convivalis urbanitatis astu, quinam alienatis a dominatione animis forent, animadverterat, eosdem aliquando seorsum, et de ceteris Syracusanis, qui magnificos gerebant spiritus, quingentos convivio iterum excepit, et mercenariorum fortissimis circumdatos mactavit ad unum omnes. (7) Vehemens enim metus illum torquebat, ne post discessum in Africam, revocato cum fugitivis Dinocrate, principatum ipsi abrogarent. Hoc igitur modo stabilitis imperii rebus, Syracusis classem solvit.

LXIV. In Africam ubi trajecerat, extremam in castris desperationem et inopiam offendit. Ideo, ut acie decer-

νων συμφέρειν διαγωνίζεσθαι, παρεκάλεσε τοὺς στρατιώτας εἰς τὸν κίνδυνον, καὶ προαγαγὼν τὴν δύναμιν ἐκτεταγμένην, προεκαλεῖτο τοὺς βαρβάρους εἰς μάχην. (2) Εἶχε δὲ πεζοὺς μὲν τοὺς ἅπαντας ὑπολειπομένους Ἕλληνας ἑξακισχιλίους, Κελτοὺς δὲ καὶ Σαμνίτας καὶ Τυῤῥηνοὺς τούτων οὐκ ἐλάττους, Λίβυας δὲ μικρὸν ἀπολείποντας τῶν μυρίων, οὓς ἐφέδρους εἶναι συνέβαινε, συμμεταβαλλομένους ἀεὶ τοῖς καιροῖς. (3) Χωρὶς δὲ τούτων ἠκολούθουν ἱππεῖς χίλιοι πεντακόσιοι, ζεύγη δὲ Λιβύων πλείω τῶν ἑξακισχιλίων. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι κατεστρατοπεδευκότες ἐπὶ τῶν ὑπερδεξίων καὶ δυσπροσίτων, διακινδυνεύειν μὲν πρὸς ἀνθρώπους ἀπογινώσκοντας τὴν σωτηρίαν οὐκ ἔκρινον, μένοντες δ' ἐν τῇ παρεμβολῇ καὶ πάντων εὐποροῦντες, τῇ σπάνει καὶ τῷ χρόνῳ καταπολεμήσειν τοὺς ἐναντίους ἤλπιζον. (4) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς, οὐ δυνάμενος μὲν αὐτοὺς εἰς τὰ πεδία προάγεσθαι, τῶν δὲ καιρῶν ἀναγκαζόντων τολμᾶν τι καὶ παραβάλλεσθαι, τὴν δύναμιν ἤγαγεν ἐπὶ τὴν τῶν βαρβάρων στρατοπεδείαν. Ἐπεξελθόντων οὖν τῶν Καρχηδονίων, καὶ πολὺ τῷ πλήθει καὶ ταῖς δυσχωρίαις ὑπερεχόντων, ἐπὶ μέν τινα χρόνον οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα διεκαρτέρουν πάντοθεν ἐκθλιβόμενοι, μετὰ δὲ ταῦτ' ἐνδόντων τῶν τε μισθοφόρων καὶ τῶν ἄλλων, ἠναγκάσθησαν ἀναχωρῆσαι πρὸς τὴν στρατοπεδείαν. (5) Οἱ δὲ βάρβαροι βαρέως ἐπικείμενοι τοὺς μὲν Λίβυας παρήλλαττον οὐδὲν ἐνοχλοῦντες, ἵνα τὴν εὔνοιαν αὐτῶν ἐκκαλέσωνται, τοὺς δ' Ἕλληνας καὶ μισθοφόρους γνωρίζοντες διὰ τῶν ὅπλων ἐφόνευον, μέχρι ὅτου συνεδίωξαν εἰς τὴν παρεμβολήν. Τότε μὲν οὖν ἀνῃρέθησαν Ἀγαθοκλέους εἰς τρισχιλίους· κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας συνέβη περιπεσεῖν παραλόγῳ τινὶ συμφορᾷ καὶ πᾶσιν ἀνελπίστῳ.

LXV. Τῶν γὰρ Καρχηδονίων μετὰ τὴν νίκην τοὺς καλλίστους τῶν αἰχμαλώτων θυόντων χαριστήρια νυκτὸς τοῖς θεοῖς, καὶ πολλοῦ πυρὸς τοὺς ἱεροκαυτουμένους ἄνδρας κατέχοντος, ἐξαίφνης πνεύματος ἐπιπεσόντος, συνέβη τὴν ἱερὰν σκηνὴν ἀναφθῆναι, πλησίον οὖσαν τοῦ βωμοῦ, ἀπὸ δὲ ταύτης τὴν στρατηγικὴν καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς οὔσας τῶν ἡγεμόνων, ὥστε πολλὴν ἔκπληξιν γενέσθαι καὶ φόβον κατὰ πᾶν τὸ στρατόπεδον. Τινὲς μὲν γὰρ τὸ πῦρ ἐπιχειροῦντες σβέσαι, τινὲς δὲ τὰς πανοπλίας καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν παρεσκευασμένων ἐκκομίζοντες, ὑπὸ τῆς φλογὸς ἀπελαμβάνοντο· τῶν γὰρ σκηνῶν ἐκ καλάμου καὶ χόρτου συγκειμένων, καὶ τοῦ πυρὸς ὑπὸ τοῦ πνεύματος βιαιότερον ἐκριπισθέντος, ἡ παρὰ τῶν στρατιωτῶν βοήθεια κατεταχεῖτο. (2) Διὸ καὶ τῆς παρεμβολῆς ταχὺ πάσης φλεγομένης, πολλοὶ μὲν ἐν στεναῖς ταῖς διόδοις ἀποληφθέντες ζῶντες κατεκαύθησαν, καὶ τῆς εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ὠμότητος παραχρῆμα τὴν κόλασιν ὑπέσχον, αὐτῆς τῆς ἀσεβείας ἴσην τὴν τιμωρίαν πορισαμένης· τοῖς δ' ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐκπίπτουσι μετὰ θορύβου καὶ κραυγῆς ἕτερος μείζων ἐπηκολούθησε κίνδυνος.

tetur, ex commodo fore judicans, militem ad discrimen pugnæ exhortatur, et copias in aciem dispositas educens, Barbaris pugnandi copiam offert. (2) Erant ad summum reliqui de peditatu sex millia Græcorum, Celtæ autem, Samnites et Etrusci illis non pauciores; Afrorum prope decem millia: sed insidiosum id hominum genus, et perpetuo data occasione ab uno ad alterum transiens. (3) Præter hos mille et quingenti equites, carrique Africani sexies mille amplius. Carthaginienses autem, tametsi loco arduo, et quo difficilis erat accessus, castra habebant, cum desperatis tamen in discrimen vitæ ac fortunarum se conjicere nolebant; sed continendo se in castris, ubi rerum omnium copia afflueret, commeatuum penuria et protrahendo tempore debellaturos se hostem sperabant. (4) Agathocles igitur, quum in plana hostes elicere non posset, tempusque ipsum audendi aliquid et periculo se committendi necessitatem afferret, ad castra Barbarorum copias adducit. Egrediuntur illi contra: et quamquam numero et locorum difficultate longe superiores erant, Agathocles tamen impetum hostis, licet undique pressus, ad tempus sustinet. At quum mercenarii ceterique cederent, ad castra se recipere cogitur. (5) Tum Barbari gravius incumbere, Afrosque sine ulla vexatione, ut gratiam illorum demererentur, præterire; Græcos vero et mercenarios, armorum indiciis cognitos, cædere, donec in castra illos fugassent. Tunc ex Agathoclis militibus ad tria millia occubuerunt. Nocte dehinc insequente repentina quædam calamitas, præter omnium spem, utrumque exercitum oppressit.

LXV. Nam Carthaginienses, dum a parta victoria, ad gratiarum vota diis exsolvenda, captivorum pulcherrimos noctu immolant, jamque ingens flamma captivorum corpora involverat; ventus repente ingruens sacrum tabernaculum, aræ vicinum, succendit, et ulterius in prætorium et adjuncta ducum tentoria grassatur. Unde trepidationis et pavoris multum in castris exortum, dum alii ignem restinguere conantes, alii cum arma tum supellectilia pretiosa exportantes a flammis corripiuntur. Tabernacula enim ex arundinibus et stramine contexta erant. Ideo ex ventorum impetu subinde magis bacchante incendio, auxiliaris militum opera celeritate ejus prævertitur. (2) Quare dum tota repente castra flagrant, complures, quos in viarum angustiis interceperat flamma, vivi concremantur, et impietate par illis supplicium repensante, extemplo suæ in captivos crudelitatis pœnas luunt. Alios, qui cum tumultu et vociferatione e castris se proripiebant, aliud et quidem majus periculum insequitur.

LXVI. Τῶν μὲν γὰρ Ἀγαθοκλεῖ συντεταγμένων Λιβύων εἰς πεντακισχιλίους ἀποστάντες τῶν Ἑλλήνων νυκτὸς ηὐτομόλουν πρὸς τοὺς βαρβάρους. Τούτους δὲ οἱ πρὸς τὴν κατασκοπὴν ἐκπεμφθέντες ὡς εἶδον ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Καρχηδονίων προσάγοντας, νομίσαντες τὴν τῶν Ἑλλήνων δύναμιν ἅπασαν διεσκευασμένην εἶναι, ταχὺ τοῖς στρατιώταις ἐδήλωσαν τὴν προσιοῦσαν δύναμιν. (2) Διαδοθέντος οὖν πρὸς ἅπαντας τοῦ λόγου, θόρυβος ἐνέπιπτε καὶ προσδοκία τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου. Ἑκάστου δὲ τὴν σωτηρίαν ἐν τῇ φυγῇ τιθεμένου, καὶ μήτε παραγγέλματος δοθέντος ὑπὸ τῶν στρατηγῶν μήτε τάξεως οὔσης μηδεμιᾶς, οἱ φεύγοντες ἐνέπιπτον ἀλλήλοις· ὧν οἱ μὲν διὰ τὸ σκότος, οἱ δὲ διὰ τὴν ἔκπληξιν ἀγνοοῦντες τοὺς οἰκείους ὡς πολεμίους ἠμύνοντο. (3) Πολλοῦ δὲ φόνου γινομένου, καὶ τῆς ἀγνοίας ἐπικρατούσης, οἱ μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διεφθάρησαν, οἱ δ' ἐκπεπηδηκότες ἄνοπλοι καὶ τὴν φυγὴν ποιούμενοι διὰ τῶν δυσχωριῶν κατεκρημνίζοντο, τῆς ψυχῆς ἐπτοημένης διὰ τὸν ἀπροσδόκητον φόβον· τὸ δὲ τέλος πλειόνων ἢ πεντακισχιλίων ἀπολομένων, τὸ λοιπὸν πλῆθος διεσώθη πρὸς τὴν Καρχηδόνα. (4) Οἱ δ' ἐν τῇ πόλει τότε μὲν συνεξαπατηθέντες τῇ φήμῃ τῶν ἰδίων ὑπέλαβον ἡττῆσθαι μάχῃ καὶ τῆς δυνάμεως τὸ πλεῖστον διεφθάρθαι. Διόπερ ἀγωνιῶντες ἀνέῳξαν τὰς πύλας, καὶ μετὰ θορύβου καὶ πτοήσεως ἐδέχοντο τοὺς στρατιώτας, φοβούμενοι μὴ τοῖς ἐσχάτοις οἱ πολέμιοι συνεισπέσωσιν. Ἡμέρας δὲ γενομένης μαθόντες τἀληθές, μόγις ἀπελύθησαν τῆς τῶν δεινῶν προσδοκίας.

LXVII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον δι' ἀπάτην καὶ προσδοκίαν ψευδῆ ταῖς ὁμοίαις περιέπεσον συμφοραῖς. Τῶν γὰρ ἀποστατῶν Λιβύων μετὰ τὸν ἐμπυρισμὸν τῆς παρεμβολῆς καὶ τὸν γενόμενον θόρυβον οὐ τολμησάντων προάγειν, ἀλλ' εἰς τοὔπίσω πάλιν ἐπανιόντων, τῶν Ἑλλήνων τινὲς αἰσθόμενοι προσιόντας αὐτούς, καὶ δόξαντες τὴν τῶν Καρχηδονίων δύναμιν ἥκειν, ἀπήγγειλαν τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα πλησίον ὑπάρχειν τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. (2) Τοῦ δυνάστου δὲ παραγγείλαντος εἰς ὅπλα χωρεῖν, ἐξέπιπτον ἐκ τῆς στρατοπεδείας οἱ στρατιῶται μετὰ πολλοῦ θορύβου. Ἅμα δὲ τῆς τε κατὰ τὴν παρεμβολὴν φλογὸς εἰς ὕψος ἀρθείσης καὶ τῆς τῶν Καρχηδονίων κραυγῆς ἐξακούστου γινομένης, ὑπέλαβον πρὸς ἀλήθειαν τοὺς βαρβάρους ἁπάσῃ τῇ δυνάμει προσάγειν ἐπ' αὐτούς. (3) Τῆς δ' ἐκπλήξεως τὸ βουλεύεσθαι παραιρουμένης, ἐνέπεσε φόβος εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ πάντες πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. Εἶτα προσμιξάντων αὐτοῖς τῶν Λιβύων, καὶ τῆς νυκτὸς μείζονα τὴν ἄγνοιαν φυλαττούσης, οἱ περιτυγχάνοντες ἀλλήλους ὡς πολεμίους ἠμύνοντο. (4) Ὅλην δὲ τὴν νύκτα πανταχῇ διασπειρομένων αὐτῶν καὶ πανικῷ θορύβῳ συνεχομένων, συνέβη πλείους τῶν τετρακισχιλίων ἀναιρεθῆναι. Ἐπιγνωσθείσης δὲ μόγις τῆς ἀληθείας, οἱ διασωθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν παρεμβολήν. Αἱ μὲν

LXVI. Nam Afrorum, qui in Agathoclis acie locum habuerant, ferme quinque millia, Græcis desertis, ad Barbaros transfugiebant. Hos ad speculandum emissi, ut contendere ad Carthaginiensium castra viderunt, omnes Græcorum copias ad pugnam instructas adesse rati, confestim exercitus adventum suis nuntiant. (2) Quo didito rumore, tumultus, et jamjam adventantis hostis per tota castra metus oritur. Unusquisque igitur salutem in fuga ponere, et nullo a magistratibus edicto proposito, dum ordo nullus servatur, fugientium alius in alium incidere, quorum pars errore noctis, pars metu suos non agnitos tanquam hostes propulsare. (3) Interea dum ingens perpetratur cædes errorque invalescit, alii cominus pugnantes interimuntur, alii sine armis exsilientes inter fugiendum in præcipitia, subito consternatis metu animis, ruunt. Tandem plus quam millibus quinque exstinctis, reliqua multitudo Carthaginem se recepit. (4) Oppidani, fama suorum decepti, prœlio eos victos, maximamque exercitus partem interiisse credebant. In hac itaque trepidatione portas aperiunt, suosque cum tumultu et consternatione recipiunt, timide interim caventes, ne cum extremis irrumpat simul hostis. Exorta vero luce, quum verum cognovissent, vix tandem a malorum, veluti jamjam imminentium, formidine liberantur.

LXVII. Circa idem tempus imaginatione quadam vanoque metu deceptus Agathocles in simile calamitatis genus incidit. Quum enim Afri desertores post deflagrationem castrorum et tumultum inde excitatum ulterius procedere non auderent, retro, unde venerant, se convertunt. Quos ubi Græcorum quidam accedere senserunt, quod Carthaginiensium imminere copias putarent, Agathocli hostilem in propinquo exercitum esse renuntiant. (2) Principis igitur jussu ad arma conclamatur, milesque e castris magno cum tumultu erumpit. Interea dum flammam in castris alte glomeratam vident, et vociferatus Carthaginiensium ad aures accidit, revera Barbaros omnibus in se copiis tendere suspicantur. (3) At quia deliberationem præciderat animorum perturbatio, pavor tota invadit castra, omnesque fugam arripiunt. Mox quum Afri se admiscuissent, nocte ignorantiam cumulante, occurrentem sibi quisque ut hostem depellit. (4) Dumque ita per totam noctem dispersi huc illuc panico terrore correpti vagantur, factum est ut plus quattuor millibus interirent. Reliqui, veritate vix tandem explorata, in castra redierunt. Ad hunc igitur,

οὖν δυνάμεις ἀμφότεραι τὸν εἰρημένον τρόπον ἠτύχησαν, ἐξαπατηθεῖσαι κατὰ τὴν παροιμίαν τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου.

LXVIII. Ἀγαθοκλῆς δέ, μετὰ τὴν γενομένην ἀτυχίαν τῶν μὲν Λιβύων ἁπάντων ἀποστάντων ἀπ' αὐτοῦ, τῆς δὲ ὑπολειπομένης δυνάμεως ἀδυνατούσης διαπολεμεῖν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, διέγνω τὴν Λιβύην ἐκλιπεῖν. Διακομίσαι δὲ τοὺς στρατιώτας οὐχ ὑπελάμβανε δυνήσεσθαι διὰ τὸ μήτε πορεῖα παρεσκευάσθαι μήτε τοὺς Καρχηδονίους ἐπιτρέψαι ποτ' ἂν θαλαττοκρατοῦντας. (2) Διαλύσεις δ' οὐκ ἐνόμιζε ποιήσεσθαι τοὺς βαρβάρους, πολὺ προέχοντας ταῖς δυνάμεσι καὶ διαβεβαιουμένους ταῖς τῶν πρώτων διαβάντων ἀπωλείαις ἀποτρέψαι τοὺς ἄλλους ἐπιτίθεσθαι τῇ Λιβύῃ. (3) Ἔκρινεν οὖν μετ' ὀλίγων λάθρᾳ ποιήσασθαι τὴν ἀναγωγήν, καὶ συνενεβίβασε τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν Ἡρακλείδην· τὸν γὰρ Ἀρχάγαθον εὐλαβεῖτο μήποτε συνὼν τῇ μητρυιᾷ, καὶ φύσει τολμηρὸς ὤν, ἐπιβουλὴν κατ' αὐτοῦ συστήσῃ. Ὁ δ' Ἀρχάγαθος ὑποπτεύσας αὐτοῦ τὴν ἐπίνοιαν, παρετήρει τὸν ἔκπλουν, διανοούμενος μηνῦσαι τῶν ἡγεμόνων τοῖς διακωλύσουσι τὴν ἐπιβολήν. Ἡγεῖτο γὰρ δεινὸν εἶναι τὸ τῶν μὲν κινδύνων ἑαυτὸν προθύμως μετεσχηκέναι, προαγωνιζόμενον τοῦ πατρὸς καὶ τἀδελφοῦ, τῆς δὲ σωτηρίας μόνον ἀποστερεῖσθαι, καταλειπόμενον ἔκδοτον τοῖς πολεμίοις. (4) Διὸ δὴ τοὺς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα μέλλοντας λάθρᾳ τὸν ἀπόπλουν ποιεῖσθαι νυκτὸς ἐμήνυσέ τισι τῶν ἡγεμόνων. Οἱ δὲ συνδραμόντες οὐ μόνον διεκώλυσαν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει τὴν ῥᾳδιουργίαν ἐξέθηκαν· ἐφ' οἷς οἱ στρατιῶται περιαλγεῖς γενόμενοι συνέλαβον τὸν δυνάστην καὶ δήσαντες παρέδωκαν εἰς φυλακήν.

LXIX. Ἀναρχίας οὖν γενομένης, ἐν τῷ στρατοπέδῳ θόρυβος ἦν καὶ ταραχή, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης διεδόθη λόγος ὡς πλησίον εἰσὶν οἱ πολέμιοι. Ἐμπεσούσης δὲ πτοίας καὶ φόβου πανικοῦ, διεσκευασμένος ἕκαστος προῆγεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς, οὐδενὸς παραγγέλλοντος. (2) Καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ τὸν δυνάστην παραφυλάττοντες, οὐχ ἧττον τῶν ἄλλων ἐκπεπληγμένοι καὶ δόξαντες ὑπό τινων καλεῖσθαι, ταχέως ἐξῆγον τὸν Ἀγαθοκλέα διειλημμένον δεσμοῖς. (3) Τὸ δὲ πλῆθος ὡς εἶδεν, εἰς ἔλεον ἐτράπη, καὶ πάντες ἐπεβόων ἀφεῖναι. Ὁ δὲ λυθεὶς καὶ μετ' ὀλίγων ἐμβὰς εἰς τὸ πορθμεῖον, ἔλαθεν ἐκπλεύσας κατὰ τὴν δύσιν τῆς Πλειάδος χειμῶνος ὄντος. Οὗτος μὲν οὖν τῆς ἰδίας σωτηρίας φροντίσας ἐγκατέλιπε τοὺς υἱούς· οὓς οἱ στρατιῶται τὸν δρασμὸν ἀκούσαντες εὐθὺς ἀπέσφαξαν, καὶ στρατηγοὺς ἐξ ἑαυτῶν ἑλόμενοι διελύθησαν πρὸς Καρχηδονίους, ὥστε τὰς πόλεις ἃς εἶχον παραδοῦναι καὶ λαβεῖν τάλαντα τριακόσια, καὶ τοὺς μὲν αἱρουμένους μετὰ Καρχηδονίων στρατεύειν κομίζεσθαι τοὺς ἀεὶ διδομένους μισθούς, τοὺς δ' ἄλλους εἰς Σικελίαν διακομισθέντας λαβεῖν οἰκητήριον Σολοῦντα. (4) Τῶν μὲν οὖν στρατιωτῶν οἱ πλείους ἐμμείναντες ταῖς συνθήκαις ἔτυχον τῶν ὁμολο-

quem diximus, modum, uterque exercitus, vanitate belli, proverbio celebrata, deceptus, infeliciter rem gessit.

LXVIII. Post quod infortunium Agathocles, quum et Afri jam omnes defecissent, et quod reliquum erat copiarum bello cum Carthaginiensibus continuando impar esset, Africam relinquere statuit. At militem ut secum transportaret, fieri non posse existimavit, tum quod navigia transvectioni idonea non præparasset, tum quod Carthaginienses, recuperato jam maris imperio, id nequaquam passuros intelligeret. (2) Neque Barbaros pacem secum inituros, sed internecione eorum, qui primi in Africam trajecissent, ut argumento firmissimo, ceteros ab invadenda Africa deterrituros, providebat. (3) Cum paucis igitur, quibuscum natu minorem filium Heraclidem simul intrare jussit, clam inde solvere constituit. Archagathum enim formidabat, ne quando cum noverca rem habens, præcipitis audaciæ homo, insidias contra se moliretur. At hic, quæ pater secum agitaret, suspicatus, præfectis, qui conatum impedire possent, rem detegere constituerat. Ideoque in discessum erat intentus. Iniquum enim esse censebat, si ipse, qui parentis et germani causa dimicando bonam discriminis partem sustinuisset, derelinqueretur solus, ut deditus hosti jacturam salutis faceret. (4) Idcirco ex ducibus quosdam de clandestina Agathoclis comitumque in sequentem noctem abitione certiores facit. Fit illico concursus, nec illum modo prohibent, sed vulgo etiam militum fraudem illam et perfidiam exponunt. Qui non absque dolore exasperati, principem corripiunt, vinctumque custodiæ tradunt.

LXIX. Cessante igitur imperio, tumultu et perturbatione castra miscentur. Jamque nox ingruerat, quum rumor, hostem imminere, in castris spargitur. Ibi pavere omnes panicoque metu percelli ac nullo imperante accinctus unusquisque prosilire. (2) Quo tempore, qui principem asservabant, non minus attoniti ceteris, quum evocari se ab aliquibus opinarentur, subito Agathoclem compedibus illigatum produxere. Quem ubi vidit multitudo, in misericordiam versa, ut dimitteretur, exclamavit. Solutus ille vinculis cum exiguo comitatu navigium conscendit, insciisque omnibus sub Pleiadis occasum, jam hieme appetente, discessit. (3) Ita dum suæ curam salutis agit, filios dereliquit. Quos milites confestim, fuga patris cognita, trucidarunt, et creatis sibi ducibus, cum Carthaginiensibus hisce pactis transegerunt, ut acceptis trecentis talentis, oppida, quæ tenebant, redderent, et qui Carthaginiensibus militare vellent, stipendia, quæ deinde darentur, obtinerent, ceterique in Siciliam deportati Soluntem ad inhabitandum occuparent. (4) Major itaque pars militum, quæ in fœderis religione perstitit, compromissa reportavit. Quotquot vero

γηθέντων· ὅσοι δὲ τὰς πόλεις διακατέχοντες ἀντεῖχον ταῖς παρ' Ἀγαθοκλέους ἐλπίσιν, ἐξεπολιορκήθησαν κατὰ κράτος. (5) Ὧν οἱ Καρχηδόνιοι τοὺς μὲν ἡγεμόνας ἀνεσταύρωσαν, τοὺς δ' ἄλλους δήσαντες πέδαις, ἣν διὰ τὸν πόλεμον ἐξηγρίωσαν χώραν ἐξηνάγκαζον τοῖς ἰδίοις πόνοις πάλιν ἐξημεροῦν. Καρχηδόνιοι μὲν οὖν ἔτος τέταρτον πολεμούμενοι τοῦτον τὸν τρόπον ἐκομίσαντο τὴν ἐλευθερίαν.

LXX. Τῆς δ' Ἀγαθοκλέους στρατείας εἰς Λιβύην ἐπισημήναιτ' ἄν τις τό τε παράδοξον καὶ τὴν εἰς τὰ τέκνα γενομένην τιμωρίαν οἷον τῆς θείας προνοίας. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Σικελίας ἡττηθεὶς καὶ τὴν πλείστην τῆς δυνάμεως ἀπολέσας, ἐπὶ τῆς Λιβύης μικρῷ μέρει τοὺς προνενικηκότας κατεπολέμησε. (2) Καὶ τὰς μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλεις ἁπάσας ἀποβαλὼν πρὸς Συρακούσαις ἐπολιορκεῖτο, κατὰ δὲ τὴν Λιβύην πασῶν τῶν ἄλλων πόλεων ἐγκρατὴς γενόμενος εἰς πολιορκίαν κατέκλεισε τοὺς Καρχηδονίους, τῆς τύχης ὥςπερ ἐπίτηδες ἐπιδεικνυμένης τὴν ἰδίαν δύναμιν ἐπὶ τῶν ἀπηλπισμένων. (3) Εἰς τηλικαύτην δ' ὑπεροχὴν προελθόντος αὐτοῦ, καὶ τὸν Ὀφέλλαν φονεύσαντος ὄντα φίλον καὶ ξένον, φανερῶς ἐπεσημήνατο τὸ δαιμόνιον ὡς διὰ τὴν εἰς τοῦτον παρανομίαν τῶν ὕστερον αὐτῷ γεγενημένων τὸ θεῖον ἐπιστῆσαι. Τοῦ γὰρ αὐτοῦ μηνὸς καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ὀφέλλαν ἀνελὼν παρέλαβε τὴν δύναμιν καὶ πάλιν τοὺς υἱοὺς ἀπολέσας ἀπέβαλε τὸ στρατόπεδον. (4) Καὶ τὸ πάντων ἰδιώτατον, ὁ θεὸς ὥςπερ ἀγαθὸς νομοθέτης διπλῆν ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τὴν κόλασιν· ἕνα γὰρ φίλον ἀδίκως φονεύσας δυοῖν υἱῶν ἐστερήθη, τῶν μετ' Ὀφέλλα παραγενομένων προσενεγκάντων τὰς χεῖρας τοῖς νεανίσκοις. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς καταφρονοῦντας τῶν τοιούτων.

LXXI. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἐπειδὴ διεκομίσθη ταχέως ἐκ τῆς Λιβύης εἰς τὴν Σικελίαν, μεταπεμψάμενος μέρος τῆς δυνάμεως παρῆλθεν εἰς τὴν τῶν Ἐγεσταίων πόλιν οὖσαν σύμμαχον. Ἀπορούμενος δὲ χρημάτων, εἰςφέρειν ἠνάγκαζε τοὺς εὐπόρους τὸ πλεῖον μέρος τῆς ὑπάρξεως, οὔσης τῆς πόλεως τότε μυριάνδρου. Πολλῶν δ' ἐπὶ τούτοις ἀγανακτούντων καὶ συντρεχόντων, αἰτιασάμενος τοὺς Ἐγεσταίους ἐπιβουλεύειν αὐτῷ, δειναῖς περιέβαλε συμφοραῖς τὴν πόλιν. (2) Τοὺς μὲν γὰρ απορωτάτους προαγαγὼν ἐκτὸς τῆς πόλεως παρὰ τὸν Σκάμανδρον ποταμὸν ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ δοκοῦντας οὐσίαν κεκτῆσθαι μείζονα βασανίζων ἠνάγκαζε λέγειν ὁπόσα ἔχων τις τυγχάνει χρήματα, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἐτρόχιζε, τοὺς δ' εἰς τοὺς καταπέλτας ἐνδεσμεύων κατετόξευεν, ἐνίοις δ' ἀστραγάλους προστιθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλλεν. Ἐξεῦρε δὲ καὶ ἑτέραν τιμωρίαν ἐμφερῆ τῷ Φαλάριδος ταύρῳ. (3) Κατεσκεύασε γὰρ κλίνην χαλκῆν ἀνθρωπίνου σώματος τύπον ἔχουσαν καὶ καθ' ἕκαστον μέρος κλεισὶ διειλημμένην· εἰς ταύτην δ' ἐναρμόζων τοὺς βασανιζομένους, ὑπέκαιε ζῶντας, τούτῳ διαφερούσης τῆς κατασκευῆς ταύτης παρὰ τὸν ταῦρον, τῷ καὶ θεωρεῖσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀνάγ-

urbes præsidiis insessas, spe fiduciaque mittendi ab Agathocle subsidii, retinebant, expugnati sunt. (5) Quorum præfectos in crucem egerunt Carthaginienses: ceteros compedibus vinctos coegerunt, ut, quæ devastaverant rura, suis iterum laboribus excolerent. Hoc igitur pacto Carthaginienses, quartum jam annum bello vexati, libertatem recuperarunt.

LXX. In hac expeditione Agathoclis in Africam non immerito notaveris admirabiles eventus, et sumtum divina providentia de filiis supplicium. In Sicilia enim victus maximam exercitus partem amiserat: in Africa exigua manu paullo ante victores bello fregit. (2) In Sicilia cunctis urbibus exutus intra Syracusas obsidionem toleraverat: in Africa, oppidis ceteris omnibus in potestatem redactis, Carthaginienses obsidione pressit. Quo ipso fortuna velut data opera, quas vires in rebus desperatis habeat, testatum fecit. (3) Postquam vero ad tantum fastigium evectus Agathocles Ophellam, amicitiæ et hospitii jure colendum, interfecerat, manifeste ostendit deus, quod ob perpetratum in hominem illum scelus, numen, quæ deinceps illi contigerunt, dispensarit. Nam quo mense ac die necaverat Ophellam, exercitumque ad se pertraxerat, eodem vicissim et filios et copias deperdidit. (4) Et quod præcipue attendendum, deus, ut bonus legumlator, duplices ab eo pœnas repetivit: nam qui nefarie unum sustulerat amicum, duobus simul filiis privatur, ita ut illi manus afferrent juvenibus, qui cum Ophella venerant. Hæc in contemtores id genus rerum dicta nobis sunto.

LXXI. Ceterum Agathocles, quum citato ex Africa cursu in Siciliam trajecisset, arcessita copiarum parte, ad sociam Egestanorum urbem contendit, et deficiente pecunia, maximam facultatum partem a locupletibus exegit, quum decem hominum millia tum in urbe habitarent. Id complures iniquo ferebant animo, conventusque inter se agebant. Insidias ergo sibi structas prætexens, in gravissimas urbem calamitates demersit. (2) Nam pauperrimum quemque Egestanorum ex oppido eductum juxta Scamandrum fluvium mactavit; at qui majores possidere facultates videbantur, hos tormentorum cruciatibus ad fatendum adegit, quantum quisque pecuniarum haberet. Alios enim rotarum districtos radiis torquebat: alios catapultis innexos ejaculabatur; quosdam, admotis vehementius talis, gravissimis cruciatibus divexabat. Aliud præterea supplicii genus, Phalaridis tauro non absimile, excogitavit. (3) Æneum namque lectum fabricavit, qui corporis humani effigiem referret, ab unaquaque parte claustris interceptum. In hunc inseruit, quos cruciare volebat, igneque subjecto vivos cremabat. Eo tantum machina hæc a tauro differebat, quod homines in angustiis hisce pereuntes etiam oculis erant expositi. (4)

καις ἀπολλυμένους. (4) Τῶν δὲ γυναικῶν τῶν εὐπόρων τινῶν μὲν καρκίνοις σιδηροῖς τὰ σφυρὰ πιέζων συνέτριβε, τινῶν δὲ τοὺς τιτθοὺς ἀπέτεμνε, ταῖς δ' ἐγκύοις πλίνθους ἐπὶ τὴν ὀσφῦν ἐπιτιθεὶς τὸ ἔμβρυον ἀπὸ τοῦ βάρους ἐξέθλιβε. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τὰ χρήματα πάντα τοῦ τυράννου ζητοῦντος, καὶ μεγάλου φόβου τὴν πόλιν ἐπέχοντος, τινὲς μὲν αὑτοὺς συγκατέκαυσαν ταῖς οἰκίαις, τινὲς δὲ ἀγχόνῃ τὸ ζῆν ἐξέλιπον. (5) Ἡ μὲν οὖν Ἔγεστα τυχοῦσα μιᾶς ἡμέρας ἀτυχοῦς ἥβηδὸν ἐθανατώθη. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς παρθένους μὲν καὶ παῖδας εἰς τὴν Ἰταλίαν διακομίσας ἀπέδοτο τοῖς Βρεττίοις· τῆς δὲ πόλεως οὐδὲ τὴν προσηγορίαν ἀπολιπών, ἀλλὰ Δικαιόπολιν μετονομάσας, ἔδωκεν οἰκητήριον τοῖς αὐτομόλοις.

Matronis quibusdam opulentis malleos pedum ferreis cancris seu forcipibus compressos infringebat; nonnullis præcidebat mammas; lumbis prægnantium lateres imponens, horum pondere fœtus elidebat. Hoc pacto dum omnes tyrannus opes investigat, et tota urbs plena est terroris, quidam se una cum ædibus comburunt, quidam laqueo sibi vitam præcludunt. (5) Sic Egesta, calamitosissima unius diei vexatione cum omni hominum flore ad internecionem periit. Virgines tamen et pueros in Italiam deportatos Bruttiis Agathocles vendidit, urbemque, ut ne nominis quidem vestigium maneret, Dicæopolin nuncupatam transfugis habitandam concessit.

LXXII. Ἀκούσας γὰρ τὴν τῶν υἱῶν ἀναίρεσιν, καὶ δι' ὀργῆς ἔχων ἅπαντας τοὺς ἀπολελειμμένους κατὰ Λιβύην, ἔπεμψε τῶν φίλων τινὰς εἰς Συρακούσας πρὸς Ἄντανδρον τὸν ἀδελφόν, διακελευσάμενος τοὺς τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Καρχηδόνα συγγενεῖς ἅπαντας ἀποσφάξαι. (2) Ταχὺ δὲ τούτου τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, ποικιλώτατον γενέσθαι συνέβη φόνον τῶν προγεγονότων. Οὐ γὰρ μόνον τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις ἀδελφοὺς ἢ πατέρας ἢ παῖδας ἐξῆγεν ἐπὶ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ πάππους καὶ τούτων, εἰ τύχοι, καὶ πατέρας περιόντας ἐσχατόγηρως καὶ ταῖς ὅλαις αἰσθήσεσι διὰ τὸν χρόνον ἤδη παραλελυμένους, ἔτι δὲ νηπίους παῖδας ἐν ἀγκάλαις φερομένους καὶ τῆς ἐπιφερομένης αὐτοῖς συμφορᾶς οὐδεμίαν αἴσθησιν λαμβάνοντας· ἤγοντο δὲ καὶ γυναῖκες ὅσαι μετεῖχον οἰκειότητος ἢ συγγενείας καὶ καθόλου πᾶς ὁ μέλλων τῇ καθ' αὑτὸν τιμωρίᾳ λύπην ἐμποιήσειν τοῖς ἐπὶ τῆς Λιβύης ἀπολειφθεῖσι. (3) Πολλοῦ δὲ πλήθους καὶ παντοίου πρὸς τὴν θάλατταν ἀχθέντος ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, καὶ τῶν σφαγέων ἐφεστώτων, δάκρυα καὶ δεήσεις καὶ θρῆνος ἐγίνετο συμφορητός, ὧν μὲν ἀνηλεῶς φονευομένων, ὧν δὲ ἐπὶ ταῖς τῶν πλησίον συμφοραῖς ἐκπληττομένων καὶ διὰ τὸ προσδοκώμενον οὐδὲν διαφερόντων ταῖς ψυχαῖς τῶν προαποθνησκόντων. (4) Τὸ δὲ πάντων χαλεπώτατον, πολλῶν ἀναιρεθέντων, καὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐῤῥιμμένων τῶν σωμάτων, οὔτε συγγενὴς οὐδεὶς οὔτε φίλος ἐτόλμα τινὰ κηδεύειν, φοβούμενος μὴ δόξῃ προσαγγέλλειν ἑαυτὸν μετέχοντα τῆς ἐκείνων οἰκειότητος. (5) Διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν φονευθέντων ἐπὶ τοῦ κύματος συνέβη τὴν θάλατταν ἐφ' ἱκανὸν τόπον αἵματι κραθεῖσαν πόῤῥωθεν διαφαίνειν τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ πάθους ὠμότητος.

LXXII. Filiorum enim cædem ubi rescivit, omnibus in Africa relictis iratus, quosdam ex amicis Syracusas ad fratrem Antandrum misit cum mandatis, ut consanguineos illorum, qui militiæ Carthaginiensis socii fuerant, trucidaret universos. (2) Hic celeriter mandata exsequens, tam varias perpetravit cædes, quam antea nunquam fuerant commissæ. Non enim florentes ætate duntaxat, fratres aut patres aut liberos, sed etiam avos horumque patres, si forte in extremo senectæ limine adhuc superessent, cunctis per ætatem sensibus jam destitutos, nec non infantes, qui in ulnis gestabantur, ideoque nullo afficiebantur sensu calamitatis imminentis, ad necem raptavit. Quin etiam feminæ, quæ vel necessitudine vel cognatione illos attingerent, quisquis denique relictis in Africa supplicio suo mœrorem allaturus erat, ad necem ducebantur. (3) Interea dum ingens et promiscua hominum multitudo ad supplicium in litore maris abstrahitur, et mactatores instant, lacrimæ, obsecrationes et lamenta confertim exsistunt, tum ab his, qui citra miserationem jugulantur, tum ab illis, qui vicinorum calamitatibus perculsi ob imminens supplicium nihil a jam necatis animo differebant. (4) Et quod gravissimum erat omnium, tanta strage facta, quum projecta in litore cadavera jacerent, neque consanguineus quisquam, neque amicus justa alicui facere audebat, veritus ne etiam ipse necessitudine aliqua devinctus illis putaretur. (5) Multitudo autem cæsorum in litore faciebat, ut mare per longum inde spatium cruore temperatum, illius crudelitatis magnitudinem procul metiendam oculis exhiberet.

LXXIII. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Κόροιβος, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὴν ὕπατον ἀρχὴν παρέλαβον Κόϊντος Μάρκιος καὶ Πόπλιος Κορνήλιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς, τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ νεωτέρου τῶν υἱῶν Φοίνικος, τοῦτον μὲν βασιλικῶς ἔθαψε, τὸν δὲ Δημήτριον ἐκ τῆς Κύπρου μεταπεμψάμενος ἤθροιζε τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Ἀντιγόνειαν. Ἔκρινε δὲ στρατεύειν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον. (2) Αὐτὸς μὲν οὖν τοῦ πεζοῦ στρατεύματος ἀφηγούμενος

LXXIII. Insequente anno summum Athenis magistratum Corœbus, Romæ consulare imperium Q. Marcius et P. Cornelius accepere. Sub id tempus rex Antigonus, quum filius ipsi natu minimus Phœnix e vivis excessisset, regio funus apparatu deduxit; et Demetrio ex Cypro ad se vocato, copias ad Antigoniam convenire jussit. Nam expeditionem in Ægyptum destinarat. (2) Itaque terrestre agmen ducens

προῆγε διὰ τῆς κοίλης Συρίας, ἔχων πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ὀκτακιςμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ ὀκτακιςχιλίους, ἐλέφαντας δὲ τρισὶ πλείους τῶν ὀγδοήκοντα. Τῷ δὲ Δημητρίῳ παραδοὺς τὸν στόλον, συνέταξε συμπαραπλεῖν ἅμα πορευομένῃ τῇ δυνάμει, παρεσκευασμένων τῶν ἁπασῶν νεῶν μακρῶν μὲν ἑκατὸν πεντήκοντα, πορείων δὲ στρατιωτικῶν ἑκατόν, ἐν οἷς ἐκομίζετο βελῶν πλῆθος. (3) Τῶν δὲ κυβερνητῶν οἰομένων δεῖν ἀπιδεῖν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν δοκοῦσαν ἔσεσθαι μεθ' ἡμέρας ὀκτώ, τούτοις μὲν ἐπετίμησεν ὡς κατοῤῥωδοῦσι τοὺς κινδύνους, αὐτὸς δὲ στρατοπεδεύων περὶ Γάζαν, καὶ σπεύδων φθάσαι τὴν τοῦ Πτολεμαίου παρασκευήν, τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλε δέχ' ἡμερῶν ἔχειν ἐπισίτισιν, ἐπὶ δὲ ταῖς καμήλοις ταῖς ἀθροισθείσαις ὑπὸ τῶν Ἀράβων ἐπέθηκε σίτου μυριάδας μεδίμνων τρειςκαίδεκα καὶ χόρτου πλῆθος τοῖς τετράποσι· τά τε βέλη κομίζων τοῖς ζεύγεσι προῆγε διὰ τῆς ἐρήμου μετὰ κακοπαθείας διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι τῶν τόπων τελματώδεις, καὶ μάλιστα περὶ τὰ καλούμενα Βάραθρα.

LXXIV. Οἱ δὲ περὶ τὸν Δημήτριον ἐκ τῆς Γάζης ἐκπλεύσαντες περὶ μέσας νύκτας τὸ μὲν πρῶτον, εὐδίας οὔσης ἐφ' ἡμέρας τινάς, ταῖς ταχυναυτούσαις ναυσὶν ἐῤῥυμούλκουν τὰ στρατιωτικὰ πορεῖα· ἔπειτα τῆς Πλειάδος περικαταλαμβανούσης αὐτούς, καὶ πνεύματος ἐπιγενομένου βορείου, συνέβη πολλὰ τῶν τετρηρικῶν σκαφῶν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος κατενεχθῆναι παραβόλως ἐπὶ πόλιν Ῥαφίαν, οὖσαν δυςπροςόρμιστον καὶ τεναγώδη. (2) Τῶν δὲ πλοίων τῶν κομιζόντων τὰ βέλη τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος συγκλυσθέντα διεφθάρη, τὰ δ' ἐπαλινδρόμησεν εἰς τὴν Γάζαν· τοῖς δὲ κρατίστοις τῶν σκαφῶν βιασάμενοι διέτειναν μέχρι τοῦ Κασίου. (3) Τοῦτο δὲ τοῦ μὲν Νείλου διέστηκεν οὐ μακράν, ἀλίμενον δέ ἐστι καὶ κατὰ τὰς χειμερίους περιστάσεις ἀπροςόρμιστον. Διόπερ ἠναγκάζοντο τὰς ἀγκύρας ἀφέντες ὡς ἂν ἐν δυσὶ σταδίοις ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσαλεύειν, ἅμα πολλοῖς περιεχόμενοι δεινοῖς· τοῦ μὲν γὰρ κλύδωνος ῥηγνυμένου τραχύτερον, ἐκινδύνευον αὔτανδρα τὰ σκάφη συγκλυσθῆναι, τῆς δὲ γῆς οὔσης ἀπροσορμίστου καὶ πολεμίας, οὔτε ναῦς ἀκινδύνως ἦν προςπλεῖν οὔτε τοὺς ἄνδρας προςνήξασθαι, τὸ δὲ μέγιστον, ἐκλελοίπει τὸ εἰς πότον αὐτοῖς ὕδωρ, εἰς τοιαύτην δὲ σπάνιν κατεκλείσθησαν, ὥςτ' εἰ μίαν ἡμέραν ὁ χειμὼν ἐπέμεινε, πάντες ἂν τῷ δίψει διεφθάρησαν. (4) Ἐν ἀθυμίᾳ δ' ὄντων ἁπάντων, καὶ προςδοκωμένης ἤδη τῆς ἀπωλείας, τὸ μὲν πνεῦμα κατέπαυσεν, ἡ δὲ μετ' Ἀντιγόνου δύναμις καταντήσασα πλησίον τοῦ στόλου· κατεστρατοπέδευσεν. (5) Ἐκβάντες οὖν ἐκ τῶν σκαφῶν καὶ προςαναλαβόντες ἑαυτοὺς ἐν τῇ στρατοπεδείᾳ, προςέμενον τῶν νεῶν τὰς ἀποσπασθείσας. Διεφθάρη δ' ἐν τούτῳ τῷ σάλῳ τρία σκάφη τῶν πεντηρικῶν, ἐξ ὧν ἔνιοι τῶν ἀνδρῶν διενήξαντο πρὸς τὴν γῆν. Ἔπειτα Ἀντίγονος μὲν προαγαγὼν τὴν δύναμιν πλησίον τοῦ Νείλου κατεστρατοπέδευσεν, ἀπέχων δύο σταδίους τοῦ ποταμοῦ.

LXXV. Πτολεμαῖος δὲ προκατειληφὼς τοὺς εὐκαι-

ipsé per Cavam Syriam signa promovit, habens in exercitu peditum supra octoginta millia, equitum octies mille, elephantos tres et octoginta. Classi Demetrium præfecerat : quem secundum copias terrestres oram legere jussit, instructas habens in universum centum et quinquaginta naves longas, et actuarias militares centum, quibus ingens telorum copia vehebatur. (3) Quum navium magistri occasum Pleiadum censerent respiciendum, qui post dies octo futurus videbatur, ut nimis ad pericula timidos increpavit. Ipse ad Gazam castra metatus, quod Ptolemæi apparatum antevertere cuperet, militibus, ut decem dierum cibariis se instruerent, imperavit. Camelis autem ex Arabia coactis medimnûm frumenti centum et triginta millia et vim magnam fœni in cibum jumentorum imposuit; carrisque tela vehens, iter per deserta faciebat, non absque molestia, quod pleraque ibi loca palustria erant et cœnosa, maxime circa Barathra quæ vocantur.

LXXIV. Demetrius vero, postquam nocte intempesta Gaza solverat, tranquillo per aliquot dies mari, citarum navium remulco militares trahebat. Inde quum Pleias corriperet eum, et ventus borealis insurgeret, multæ quadriremes subito periculoseque ad urbem Rhaphiam, appulsu difficilem et lacustrem, vi tempestatis delatæ sunt. (2) De navigiis autem, quibus tela vehebantur, alia undis submersa perierunt, alia cursu reciproco Gazam petiere; firmissimis tamen summa contentione enixi Casium usque penetrarunt. (3) Id Nilo haud procul distat : sed importuosum est, et tempestate coorta nullum præbet accessum. Jactis idcirco ancoris, duobus circiter stadiis a terra in salo multis circumdati periculis consistere cogebantur. Nam quum fluctus concitatius illideretur, periculum erat ne una cum hominibus naves pessum irent; et quia litus in hostico accessum negabat, neque navibus appellere, neque hominibus enatare citra periculum dabatur; quodque gravissimum, jam aqua potabilis defecerat; ad eam denique penuriam sunt redacti, ut si ad unum tempestas diem adhuc durasset, omnes siti enecati periissent. (4) At dum in extrema versantes anxietate exitium jam imminens exspectant, flatus remisit, et Antigonus cum exercitu illuc delatus haud procul a classe castra posuit. (5) Navibus itaque egressi vires in castris reficiunt, et avulsas a classe naves præstolantur. In hac autem maris commotione perierunt quinqueremes tres, unde quidam ad litus enatarant. Hinc promotis Antigonus copiis prope Nilum duûm intervallo stadiorum castra metatur.

LXXV. At Ptolemæus, quum opportunissima loca firmis

ροτάτους τόπους ἀσφαλέσι φυλακαῖς, ἀπέστειλέ τινας ἐν τοῖς κοντωτοῖς, παρακελευσάμενος προςπλεῖν πλησίον τῆς ἐκβάσεως καὶ κηρύττειν ὅτι δώσει τοῖς μεταβαλλομένοις ἀπ' Ἀντιγόνου, τῶν μὲν ἰδιωτῶν ἑκάστοις δύο μνᾶς, τοῖς δ' ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένοις τάλαντον. (2) Γενομένων οὖν τῶν κηρυγμάτων τοιούτων ἐνέπεσέ τις ὁρμὴ πρὸς μετάθεσιν τοῖς μετ' Ἀντιγόνου μισθοφόροις, ἐν οἷς καὶ τῶν ἡγεμόνων πλείους εἶναι συνέβαινε δι' αἰτίας τινὰς * εἰς τὸ μεταβολῆς ἐπιθυμεῖν. (3) Πολλῶν δὲ πρὸς αὐτὸν αὐτομολούντων, ὁ μὲν Ἀντίγονος ἐπιστήσας τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ πολλὰ τῶν ὀξυβελικῶν, τοὺς προςπλέοντας ἐν τοῖς κοντωτοῖς ἀνέστελλε· τῶν δ' αὐτομολούντων συλλαβών τινας δεινῶς ᾐκίσατο, βουλόμενος καταπλήξασθαι τοὺς τῆς ὁμοίας ὁρμῆς ἀντεχομένους. (4) Καὶ προςλαβὼν τὰ καθυστεροῦντα τῶν σκαφῶν, προςέπλευσεν ἐπὶ τὸ καλούμενον Ψευδόστομον, νομίζων ἐνταῦθα δυνήσεσθαί τινας τῶν στρατιωτῶν ἀποβιβάσαι. Εὑρὼν δὲ πρὸς αὐτῷ φυλακὴν ἰσχυράν, καὶ τοῖς τε ὀξυβελέσι καὶ τοῖς ἄλλοις παντοίοις βέλεσιν ἀνειργόμενος, ἀπέπλευσε περικαταλαμβανούσης νυκτός. (5) Ἔπειτα παραγγείλας τοῖς κυβερνήταις ἀκολουθεῖν τῇ στρατηγίδι νηὶ προςέχοντας τῷ λαμπτῆρι, προςέπλευσεν ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Νείλου τὸ καλούμενον Φατνιτικόν· ἡμέρας δὲ γενομένης, ἐπειδὴ πολλαὶ τῶν νεῶν ἀπεπλανήθησαν, ἠναγκάσθη ταύτας περιμένειν καὶ τὰς μάλιστα ταχυναυτούσας τῶν ἠκολουθηκυιῶν ἐξαποστέλλειν ἐπὶ τὴν τούτων ζήτησιν.

LXXVI. Διόπερ χρόνου γενομένου πλείονος, οἱ μὲν περὶ τὸν Πτολεμαῖον πυθόμενοι τὸν κατάπλουν τῶν πολεμίων ἧκον ὀξέως βοηθήσοντες, καὶ τὴν δύναμιν διασκευάσαντες ἔστησαν παρὰ τὸν αἰγιαλόν. Ὁ δὲ Δημήτριος ἀποτυχὼν καὶ ταύτης τῆς ἐκβάσεως, καὶ τὴν συνάπτουσαν παραλίαν ἀκούων ἕλεσι καὶ λίμναις ὠχυρῶσθαι φυσικῶς, ἐπαλινδρόμει παντὶ τῷ στόλῳ. (2) Εἶτ' ἐμπεσόντος βορέου λαμπροῦ, καὶ τοῦ κλύδωνος εἰς ὕψος αἰρομένου, τρία μὲν σκάφη τῶν τετρηρικῶν καὶ τῶν στρατιωτικῶν πορείων ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ βιαιότερον ὑπὸ τοῦ κύματος ἐπὶ τὴν γῆν ἐξεβράσθη καὶ τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον ὑποχείρια κατέστη, αἱ δ' ἄλλαι, ἐκβιασαμένων τῶν πληρωμάτων, διεσώθησαν πρὸς τὴν Ἀντιγόνου στρατοπεδείαν. (3) Τῶν δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον διειληφότων πᾶσαν τὴν περὶ τὸν ποταμὸν ἔκβασιν φυλακαῖς ἰσχυραῖς, καὶ πολλῶν μὲν σκαφῶν ποταμίων αὐτῷ παρεσκευασμένων, πάντων δὲ τούτων ἐχόντων βέλη παντοῖα καὶ τοὺς χρησομένους αὐτοῖς ἄνδρας, οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον οὐ μετρίως ἠποροῦντο. (4) Ἡ γὰρ ναυτικὴ δύναμις ἄχρηστος ἦν αὐτοῖς, προκατειλημμένου τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος ὑπὸ τῶν πολεμίων, τό τε πεζὸν στράτευμα τὴν ὁρμὴν ἄπρακτον εἶχε τῷ μεγέθει τοῦ ποταμοῦ διειργόμενον, τὸ δὲ μέγιστον, ἡμερῶν ἤδη συχνῶν διεληλυθυιῶν, ἀπολείπειν ἤδη συνέβαινε τόν τε σῖτον καὶ τὰ χορτάσματα τοῖς κτήνεσι. (5) Διὰ δὴ ταῦτα τῆς δυνάμεως ἀθυμούσης, παραλα-

præsidiis occupasset, misit quosdam in navigiis quæ contis propellebantur, cum mandatis, ut prope exscensum navigantes proclamarent, illum, si qui ab Antigono deficerent, binas gregario minas, præfecturam gerenti talentum esse daturum. (2) His ita proclamatis, defectionis cupido mercenarios Antigoni invasit. Inter quos etiam complures duces erant, certas ob causas transitionis cupidi. (3) Quum igitur multi desciscerent, Antigonus sagittarios et funditores multasque catapultasque in ripa fluminis disponit, quibus excurrentes in navibus contariis repellit. Nonnullos etiam transfugarum correptos suppliciis horreadis multat, ut a simili conatu ausuque ceteros deterreret. (4) Assumtisque navibus, quæ tardius venerant, ad Pseudostomum, quod vocatur, contendit, ibi se partem militum expositurum arbitratus. At ubi validum ibi præsidium invenit, et catapultis omnique missilium genere prohibetur, nocte jam appetente discedit. (5) Hinc magistris navium, ut in facem intenti prætoriam sequantur navim, mandat, et ad ostium Nili, quod Phatniticum nominant, provehitur. Orta die, ubi multas aberrasse naves cognovit, illas exspectare, et omnium quas agebat celerrimas ad quærendum illas emittere coactus est.

LXXVI. Tempore igitur longius protracto, Ptolemæus, de accessu hostium certior factus, propere suis auxiliatum venit, instructisque copiis in litore constitit. Tum hoc etiam descensu exclusum se cernens Demetrius, oramque contiguam stagnis et paludibus a natura munitam esse audiens, cum tota classe retrocessit. (2) Vehemens inde Boreas incumbit, sublatisque in altum fluctibus tres quadriremes et militares aliquot, eadem tempestatis violentia in litus ejectæ, in Ptolemæi manus venerunt. Ceteræ, dum summa ope rem gerunt nautæ, incolumes ad castra Antigoni evaserunt. (3) Ad omnes vero fluminis exitus præsidia Ptolemæus firmissima disposuerat, magnamque fluviatilium navigiorum copiam in promtu habebat, omni missilium genere, et viris, qui his uti scirent, instructorum. Quæ res Antigonum haud modice angebat. (4) Nam ostio Pelusiaco ab hostibus præoccupato, navales copiæ nullum habebant usum, copiæque terrestres, vastitate fluminis inhibitæ, utut maxime vellent, nihil efficiebant. Et quod maximum, elapsis jam bene multis diebus, et milites frumentum, et jumenta pabulum deficiebat. (5) Submittente igitur animos exercitu, Antigonus

δῶν τὸ στρατόπεδον καὶ τοὺς ἡγεμόνας Ἀντίγονος προέθηκε βουλὴν πότερον συμφέρει μένειν καὶ διαπολεμεῖν, ἢ νῦν μὲν ἐπανελθεῖν εἰς Συρίαν, ὕστερον δὲ κάλλιον παρεσκευασμένους στρατεῦσαι καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐλάχιστος ὁ Νεῖλος εἶναι δόξῃ. (6) Πάντων δὲ κατενεχθέντων ἐπὶ τὸ τὴν ταχίστην ἀπιέναι, παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις ἀναζευγνύειν, καὶ ταχὺ πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Συρίαν, συμπαραπλέοντος αὐτῷ καὶ τοῦ στόλου παντός. Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν πολεμίων περιχαρὴς γενόμενος, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς χαριστήρια, τοὺς φίλους εἱστία λαμπρῶς. (7) Καὶ πρὸς μὲν τοὺς περὶ Σέλευκον καὶ Λυσίμαχον καὶ Κάσσανδρον ἔγραψε περὶ τῶν εὐτυχημάτων καὶ περὶ τοῦ πλήθους τῶν πρὸς αὐτὸν αὐτομολησάντων, αὐτὸς δὲ τὸ δεύτερον ἠγωνισμένος ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου, καὶ νομίσας δορίκτητον ἔχειν τὴν χώραν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

LXXVII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Διονύσιος ὁ τῆς Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ τύραννος ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη τριάκοντα δύο, τὴν δὲ δυναστείαν διαδεξάμενοι οἱ υἱοὶ Ὀξάθρας καὶ Κλέαρχος ἦρξαν ἔτη ἑπτακαίδεκα. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Ἀγαθοκλῆς ἐπῄει τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις ἀσφαλιζόμενος φρουραῖς καὶ χρήματα πραττόμενος· σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο μήποτε διὰ τὰς γεγενημένας περὶ αὐτὸν ἀτυχίας ὁρμήσωσιν οἱ Σικελιῶται πρὸς τὴν αὐτονομίαν. (2) Καθ' ὃν δὴ χρόνον Πασίφιλος ὁ στρατηγός, ἀκούσας τὴν τῶν Ἀγαθοκλέους υἱῶν ἀναίρεσιν καὶ τὰ περὶ τὴν Λιβύην ἐλαττώματα, τοῦ μὲν δυνάστου κατεφρόνησε, πρὸς δὲ Δεινοκράτην ἀποστὰς καὶ φιλίαν αὐτῷ συνθέμενος, τάς τε πόλεις, ἃς ἦν πεπιστευμένος, διακατέσχε καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ δύναμιν ἐλπίσι ψυχαγωγήσας ἀλλοτρίαν κατεσκεύασε τοῦ τυράννου. (3) Ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, πανταχόθεν τῶν ἐλπίδων περικοπτομένων, οὕτως ἐταπεινώθη τὴν ψυχήν, ὥστε διαπρεσβεύσασθαι πρὸς Δεινοκράτην καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ τοῖσδε συνθήκας ποιήσασθαι· ἐκχωρῆσαι μὲν τῆς δυναστείας Ἀγαθοκλέα, παραδοῦναι δὲ τὰς Συρακούσας τοῖς πολίταις, καὶ μηκέτι εἶναι φυγάδα Δεινοκράτην· ἐξαίρετα δὲ δοθῆναι τῶν ἐρυμάτων Ἀγαθοκλεῖ δύο, Θέρμα καὶ Κεφαλοίδιον, καὶ τὴν χώραν τὴν τούτων.

LXXVIII. Θαυμάσαι δ' ἄν τις εἰκότως ἐν τούτοις πῶς Ἀγαθοκλῆς, ὑποστατικὸς ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι γενόμενος καὶ μηδέποθ' ἑαυτὸν ἐν ταῖς ἐσχάταις προσδοκίαις ἀπελπίσας, τότε δειλιάσας ἀκονιτὶ παρεχώρησε τοῖς πολεμίοις τῆς τυραννίδος, ὑπὲρ ἧς πολλοὺς καὶ μεγάλους κινδύνους προηγωνίσατο, καὶ τὸ πάντων παραλογώτατον, Συρακουσῶν τε κυριεύσας καὶ τῶν ἄλλων πόλεων καὶ ναῦς καὶ χρήματα κεκτημένος καὶ δύναμιν σύμμετρον, ἐξησθένησε τοῖς λογισμοῖς, οὐδὲν τῶν γενομένων περὶ Διονύσιον τὸν τύραννον μνησθείς. (2) Τούτου γάρ ποτε συνδιωχθέντος εἰς περίστασιν ὁμολογουμένως ἀπεγνωσμένην, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπηρτημένων κινδύνων ἀπελπίσαντος μὲν τὰ κατὰ τὴν δυ-

concionem advocat, ducibusque consilium proponit, utrum manere præstet et belligerari, an nunc quidem in Syriam reverti, sed postea melius instructos redintegrare expeditionem, quo tempore minimæ altitudinis videatur Nilus. (6) Ibi cunctis eo inclinatis, ut quam ocissime abirent, vasa milites conclamare jussit, et, classe simul tota oram legente, celeriter Syriam repetivit. Ptolemæus autem, discessu hostium majorem in modum lætatus, instituto diis sacro pro beneficiis acceptis, splendidum amicis epulum exhibuit. (7) Deinde datis ad Seleucum, Lysimachum et Cassandrum literis tum de prospero successu, tum de multitudine transfugarum eos certiores fecit. Ipse jam altero Ægyptum certamine tutatus, jamque regionem hasta partam jure se tenere existimans, Alexandriam remeavit.

LXXVII. Interea dum hæc geruntur, Dionysius, Heracleæ Ponticæ tyrannus, vitam cum morte commutat, quum annos triginta duos regnasset. Principatum vero ejus filii Oxathras et Clearchus per successionem adepti, septemdecim annos imperarunt. In Sicilia interim Agathocles subjectas imperio suo urbes obibat, præsidiis illas muniens et pecunias extorquens. Ingens enim formido hominem ceperat, ne quando propter adversos casus Siculi libertatis jus armis repeterent. (2) Per id vero tempus Pasiphilus dux, audita filiorum Agathoclis nece et clade in Libya accepta, flocci fecit tyrannum; et ad Dinocratem transiens, amicitiam cum eo junxit; occupatisque urbibus, quas fidei suæ commissas habebat, exercitum, qui tum sub imperio illius erat, magnis spebus illectum a tyranno alienavit. (3) Agathocles itaque, spe undique abscissa, usque adeo fuit animo dejectus, ut missa ad Dinocratem legatione, his eum conditionibus ab pacificandum invitaret : excessurum imperio Agathoclem, et civibus Syracusas redditurum, nec exulem fore Dinocratem deinceps : modo castella duo, Therma et Cephalœdium, cum territoriis adjunctis Agathocli traderentur.

LXXVIII. Hic quispiam non ab re miretur Agathoclem, qui factum sit', ut qui in ceteris omnibus constans perstiterit, nec unquam, vel extremo discrimine imminente, animum desponderit, tunc eo pavoris sit redactus, ut citra pulverem, quod dicitur, tyrannide, pro qua tot et tanta sustinuerat certamina, hostibus cedere voluerit : quodque absurdissimum est omnium, quum Syracusis aliisque urbibus adhuc potiretur, navesque et pecunias cum exercitu mediocri in potestate haberet, ad eam rationis infirmitatem lapsus sit, ut nihil eorum, quæ Dionysio contigerant, meminisset. (2) Hic enim', quum in manifeste deploratas conjectus esset angustias, adeo ut periculorum metu impendentium principatus spem omnem abjiceret, jamque

ναστείαν, μέλλοντος δ' ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἐξιππεύειν πρὸς ἑκούσιον φυγήν, Ἕλωρις ὁ πρεσβύτατος τῶν φίλων ἐπιλαβόμενος τῆς ὁρμῆς, Διονύσιε, φησί, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς. (3) Παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ κηδεστὴς Μεγακλῆς ἀπεφήνατο πρὸς αὐτόν, εἰπὼν ὅτι δεῖ τὸν ἐκ τῆς τυραννίδος ἐκπίπτοντα τοῦ σκέλους ἑλκόμενον ἀπιέναι καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ἀπαλλάττεσθαι. Ὑπὸ δὲ τούτων τῶν παρακλήσεων ὁ Διονύσιος μετεωρισθεὶς ἐνεκαρτέρησε πᾶσι τοῖς δοκοῦσιν εἶναι δεινοῖς, καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν μείζονα κατεσκεύασεν, αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς ταύτης καλοῖς ἐγγηράσας ἀπέλιπε τοῖς ἐκγόνοις μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστείαν.

LXXIX. Ἀγαθοκλῆς δ' ἐπ' οὐδενὶ τούτων μετεωρισθεὶς οὐδὲ τὰς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἐξελέγξας τῇ πείρᾳ, τηλικαύτην ἀρχὴν ἔκδοτον πεποίηται ταῖς ὁμολογίαις. Ταύτας δ' ἀσυντελέστους συνέβη γενέσθαι, τῇ μὲν Ἀγαθοκλέους προαιρέσει κυρωθείσας, διὰ δὲ τὴν Δεινοκράτους πλεονεξίαν μὴ προςδεχθείσας. (2) Οὗτος γὰρ μοναρχίας ὢν ἐπιθυμητὴς τῆς μὲν ἐν ταῖς Συρακούσαις δημοκρατίας ἀλλότριος ἦν, τῇ δὲ ἡγεμονίᾳ τῇ τότε οὔσῃ περὶ αὐτὸν εὐηρεστεῖτο. Ἀφηγεῖτο γὰρ πεζῶν μὲν πλειόνων ἢ δισμυρίων, ἱππέων δὲ τρισχιλίων, πόλεων δὲ πολλῶν καὶ μεγάλων, ὥςτε αὐτὸν καλεῖσθαι μὲν τῶν φυγάδων στρατηγόν, τῇ δ' ἀληθείᾳ βασιλικὴν ἔχειν ὑπεροχήν, τῆς ἐξουσίας οὔσης περὶ αὐτὸν αὐτοκράτορος. (3) Εἰ κατέλθοι δ' εἰς τὰς Συρακούσας, πάντως ἀναγκαῖον ἂν ἦν ἰδιώτην ὑπάρχειν καὶ ἕνα τῶν πολλῶν ἀριθμεῖσθαι, τῆς αὐτονομίας ἀγαπώσης τὴν ἰσότητα, ἔν τε ταῖς χειροτονίαις ὑπὸ τοῦ τυχόντος δημαγωγοῦ παρευημερεῖσθαι, τοῦ πλήθους ἀντικειμένου ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγόντων παῤῥησίαν. Διόπερ Ἀγαθοκλῆς μὲν δικαίως ἂν λέγοιτο λελοιπέναι τὴν τῆς τυραννίδος τάξιν, Δεινοκράτης δ' αἴτιος εἶναι νομίζοιτο τῶν ὕστερον τῷ δυνάστῃ κατορθωθέντων. (4) Οὗτος γάρ, συνεχῶς Ἀγαθοκλέους διαπρεσβευομένου περὶ τῶν ὁμολογιῶν, καὶ δεομένου συγχωρῆσαι τὰ δύο φρούρια πρὸς καταβίωσιν, ἀεὶ προφάσεις εὐλόγους κατεσκεύαζε, δι' ὧν διέκοπτε τὰς ἐλπίδας τῶν ὁμολογιῶν, ποτὲ μὲν ἀποφαινόμενος ἐκ Σικελίας αὐτὸν ἀπαλλάττεσθαι, ποτὲ δὲ τὰ τέκνα πρὸς ὁμηρείαν αἰτῶν. (5) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς γνοὺς αὐτοῦ τὴν ἐπίνοιαν, πρὸς μὲν τοὺς φυγάδας διεπέμπετο κατηγορῶν τοῦ Δεινοκράτους, ὡς διακωλύοντος αὐτοῦ τυχεῖν αὐτοὺς τῆς αὐτονομίας, πρὸς δὲ τοὺς Καρχηδονίους πρεσβευτὰς ἀποστείλας, συνέθετο τὴν εἰρήνην ἐφ' οἷς τὰς πόλεις κομίσασθαι τοὺς Φοίνικας πάσας τὰς πρότερον ὑπ' αὐτοὺς γεγενημένας· ἀντὶ δὲ τούτων ἔλαβε παρὰ Καρχηδονίων χρυσίον μὲν εἰς ἀργυρίου λόγον τριακοσίων ταλάντων, ὡς δὲ Τίμαιός φησιν, ἑκατὸν πεντήκοντα, σίτου δὲ μεδίμνων εἴκοσι μυριάδας. Καὶ τὰ μὲν περὶ Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

LXXX. Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Σαμνῖται μὲν Σώραν καὶ Καλλατίαν πόλεις Ῥωμαίοις συμμαχούσας ἐκπο-

voluntariam e Syracusis fugam equo esset arrepturus, Heloris, amicos ceteros ætate præcedens, cohibito ejus impetu, Pulchrum, inquit, Dionysi, sepulcrale est tyrannis. (3) Assimile huic est, quod Megacles ejus affinis ad illum protulit: illi, qui tyrannide exuatur, sic abeundum esse, ut crure trahatur, non ut voluntarie discedat. Quibus monitis erectus Dionysius forti animo pertulit, quæcunque terribilia videbantur, et amplificavit imperium, inque hujus bonis et emolumentis senio exacto, maximum in Europa principatum ex se natis reliquit.

LXXIX. Agathocles vero, nullo horum erectus, neque experiundo ea, quæ homines in spe habere possunt, periclitans, tantum imperium conditionibus dedititium fecit. Quas tamen effectus non comprobavit. Nam licet Agathoclis voluntate essent ratæ, Dinocratis tamen ambitio illas non admisit. (2) Monarchiæ enim inhiabat; ideoque alienus erat a democratia Syracusana, et magistratu, quem tunc gerebat, sibi placebat. Plus enim quam viginti millia peditum, et tria millia equitum, multasque præcipuæ magnitudinis urbes sub imperio suo habebat, adeo quidem, ut tametsi exulum imperator vocaretur, revera tamen majestatem regiam haberet, quum summa rerum omnium penes illum esset potestas. (3) Quodsi Syracusas rediisset, privatam illum vitam agere, interque plebeios numerari, quod libertas æqualitatem amat, et in ferendis suffragiis a quolibet populi assentatore de gradu submoveri, quod vulgus eminentiæ liberius dicentium adversatur, omnino necessarium erat. Quamobrem Agathoclem quidem tyrannidis fastigium deseruisse, non injuria quis dixerit; Dinocrati vero rerum a tyranno feliciter deinceps gestarum causa merito adscribatur. (4) Is enim, Agathocle crebro per legatos de conventionis formula sollicitante, duoque illa castella expetente ad vitæ sustentationem, probabiles subinde prætextus, quibus spem pactorum intersecaret, fabricabat, nunc Sicilia tota emigrandum illi, nunc liberos obsidum loco exhibendos esse dictitans. (5) Agathocles igitur, consilio hominis intellecto, ad exules misit qui Dinocratem, ut qui libertati in pristinum vindicandæ obstaret, criminarentur. Legatione etiam ad Carthaginienses expedita, pacem cum illis hoc pacto fecit, ut quidquid urbium sub ditione Pœnorum antea fuisset, postliminio reciperent. Pro quibus trecenta auri talenta, ad argenti rationem æstimata, seu centum quinquaginta, ut Timæus prodidit, et medimnûm frumenti ducenta millia ipse accepit. In hoc igitur statu res tunc Siculæ erant.

LXXX. In Italia Samnites Soram et Callatiam, urbes populo Romano societatis fœdere conjunctas, expugnarunt,

λιορκήσαντες ἐξηνδραποδίσαντο· οἱ δ' ὕπατοι δυνάμεσιν ἁδραῖς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐμβαλόντες, πλησίον Σιλβίου πόλεως κατεστρατοπέδευσαν. (2) Φρουρουμένης δ' αὐτῆς ὑπὸ Σαμνιτῶν, συνεστήσαντο πολιορκίαν ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, καὶ κατὰ κράτος ἑλόντες, αἰχμάλωτα σώματα πλείω τῶν πεντακισχιλίων ἔλαβον καὶ τῶν ἄλλων λαφύρων ἱκανόν τι πλῆθος. (3) Ἀπὸ δὲ τούτων τὴν τῶν Σαμνιτῶν χώραν ἐπῆλθον δενδροτομοῦντες καὶ πάντα τόπον καταφθείροντες. Πολλὰ γὰρ ἔτη τῆς Ῥώμης πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος διαπολεμούσης ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, ἤλπιζον τῶν ἐπὶ τῆς χώρας κτήσεων στερήσαντες τοὺς πολεμίους ἀναγκάσειν εἶξαι τοῖς ὑπερέχουσι. (4) Διὸ καὶ πέντε μῆνας καταναλώσαντες εἰς τὴν τῆς πολεμίας γῆς καταφθοράν, τάς τε ἐπαύλεις σχεδὸν ἁπάσας ἐπυρπόλησαν καὶ τὴν χώραν ἐξηγρίωσαν, ἀφανίσαντες πᾶν τὸ δυνάμενον ἐνεγκεῖν ἥμερον καρπόν. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς μὲν Ἀναγνίταις ἀδικήματα ποιοῦσι πόλεμον κατήγγειλαν, Φρουσίνωνα δὲ ἐκπολιορκήσαντες, ἀπέδοντο τὴν χώραν.

LXXXI. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν Εὐξένιππος, ἐν Ῥώμῃ δ' ὑπῆρχον ὕπατοι Λεύκιος Ποστούμιος καὶ Τιβέριος Μινούκιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Ῥοδίοις ἐνέστη πόλεμος πρὸς Ἀντίγονον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. (2) Ἡ πόλις ἡ τῶν Ῥοδίων ἰσχύουσα ναυτικαῖς δυνάμεσι καὶ πολιτευομένη κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων, περιμάχητος τοῖς δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν ἦν, ἑκάστου σπεύδοντος εἰς τὴν αὐτοῦ φιλίαν προςλαμβάνεσθαι. Προορωμένη δὲ πόῤῥωθεν τὸ συμφέρον, καὶ πρὸς ἅπαντας κατ' ἰδίαν συντιθεμένη τὴν φιλίαν, τῶν πρὸς ἀλλήλους τοῖς δυνάσταις πολέμων οὐ μετεῖχε. (3) Διόπερ συνέβαινεν αὐτὴν τιμᾶσθαι μὲν ὑφ' ἑκάστου βασιλικαῖς δωρεαῖς, ἄγουσαν δὲ πολὺν χρόνον εἰρήνην, μεγάλην ἐπίδοσιν λαβεῖν πρὸς αὔξησιν. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ προεληλύθει δυνάμεως, ὥςθ' ὑπὲρ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἰδίᾳ τὸν πρὸς τοὺς πειρατὰς πόλεμον ἐπαναιρεῖσθαι, καὶ καθαρὰν παρέχεσθαι τῶν κακούργων τὴν θάλατταν, τὸν δὲ πλεῖστον ἰσχύσαντα τῶν μνημονευομένων Ἀλέξανδρον προτιμήσαντ' αὐτὴν μάλιστα τῶν πόλεων καὶ τὴν ὑπὲρ ὅλης τῆς βασιλείας διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι καὶ τἄλλα θαυμάζειν καὶ προάγειν εἰς ὑπεροχήν. (4) Οἱ δ' οὖν Ῥόδιοι πρὸς ἅπαντας τοὺς δυνάστας συντεθειμένοι τὴν φιλίαν, διετήρουν μὲν ἑαυτοὺς ἐκτὸς ἐγκλήματος δικαίου, ταῖς δ' εὐνοίαις ἔῤῥεπον μάλιστα πρὸς Πτολεμαῖον. Συνέβαινε γὰρ αὐτοῖς τῶν τε προςόδων τὰς πλείστας εἶναι διὰ τοὺς εἰς Αἴγυπτον πλέοντας ἐμπόρους, καὶ τὸ σύνολον τρέφεσθαι τὴν πόλιν ἀπὸ ταύτης τῆς βασιλείας.

LXXXII. Ὁ δὴ συνορῶν ὁ Ἀντίγονος, καὶ σπεύδων αὐτοὺς ἀποσπάσαι τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἐπιπλοκῆς, τὸ μὲν πρῶτον πρεσβευτὰς ἀπέστειλε καθ' ὃν καιρὸν ὑπὲρ τῆς Κύπρου διεπολέμει πρὸς Πτολεμαῖον, ἀξιῶν αὐτῷ συμμαχεῖν καὶ ναῦς συναποστεῖλαι τῷ Δημητρίῳ. (2) Οὐ προςεχόντων δ' αὐτῶν, ἀπέστειλέ τινα τῶν στρατηγῶν μετὰ νεῶν, συντάξας τοὺς πλέοντας εἰς Αἴγυπτον

et divenderunt captivos. Consules igitur, cum validis copiis impressione in Iapygiam facta, prope Silvium urbem castra locavere. (2) Ea quum a præsidio Samnitum custodiretur, ad dierum aliquot obsidione tentarunt Romani, et per vim tandem capta, plus quam quinque captivorum millia, magnamque spoliorum ceteroqui copiam abstulere. (3) Inde Samnitum agros exscindendo arbores omniaque passim vastando pervadunt. Postquam enim complures annos cum hac gente de imperio Roma contendisset, fore tandem sperabant, ut hostes, bonis ubique per agros exutos, ad cedendum potentioribus necessitas adigeret. (4) Itaque mensibus quinque in depopulanda hostium regione consumtis, villas prope omnes exussere, exstirpatisque omnibus, quæ mitis aliquid fructus exhibere possent, ad vastitatem agros redegerunt. Post hæc Anagnitis propter injurias illatas bellum indixerunt, ac Frusinone oppido expugnato, agrum venum dedere.

LXXXI. Anno illo exacto, archontis munus Athenis capessebat Euxenippus, Romæ vero consulatum inibant L. Postumius et Tib. Minucius. Per id tempus Rhodiis cum Antigono bellum exstitit, his de causis. (2) Rhodiorum tunc civitas navalibus copiis pollebat, et optime administrabatur inter Græcos. Ideo reges et dynastæ certatim illam ambiebant, quum in suam unusquisque amicitiam pertrahere illam properaret. Illa ex longinquo providens, quod in rem suam esset, cum omnibus privatim amicitiam iniit; sed bellis, quæ inter se principes gerebant, se non admiscuit. (3) Quo fiebat ut ab unoquolibet regiis muneribus honestaretur, et quia pace ad longum tempus fruebatur, magna rerum suarum incrementa perciperet. Nam adeo potentia illius creverat, ut suis privatim impensis, in commodum Græcorum, bello in piratas suscepto, mare prædonibus purgaret. Alexander sane, quorum memoria celebratur, omnium potentissimus, hanc urbem præ ceteris coluerat maxime, ita quidem, ut testamentum de toto regno illic deponeret; et ceteroqui suspiciens illam, ad magnificentiam quandam promoveret. (4) Ita Rhodii, juncta cum omnibus dynastis amicitia, ne cui jure secum expostulandi ansam præberent, sedulo cavebant : animis tamen ad Ptolemæum magis inclinabant. Nam maximam commodorum suorum partem ex Ægypto per mercatores eo commeantes accipiebant, totaque adeo civitas illius regni opibus alebatur.

LXXXII. Quod intelligens Antigonus, ut a conjunctione cum Ptolemæo illos abstraheret, operam dedit. Jampridem, quando armis cum Ptolemæo de Cypro disceptabat, legatos eo miserat, ut auxilia suppeditarent, navesque Demetrio mitterent, postulatum. (2) Quod quum illi recusassent, quendam e legatis suis classem in eos ducere jusserat, cum mandatis, ut ex Rhodo in Ægyptum navigantes,

ἐκ τῆς Ῥόδου κατάγειν καὶ περιαιρεῖσθαι τὰ φορτία. Τούτου δ' ἐκϐληθέντος ὑπὸ τῶν Ῥοδίων, φήσας αὐτοὺς ἀδίκου κατῆρχθαι πολέμου, διηπειλήσατο πολιορκήσειν δυνάμεσιν ἁδραῖς τὴν πόλιν. Οἱ δὲ Ῥόδιοι τὸ μὲν πρῶτον ἐψηφίσαντο μεγάλας αὐτῷ τιμάς, καὶ πέμψαντες πρέσϐεις ἠξίουν μὴ βιάσασθαι τὴν πόλιν προπεσεῖν παρὰ τὰς συνθήκας εἰς τὸν πόλεμον πρὸς Πτολεμαῖον. (3) Τραχύτερον δὲ τοῦ βασιλέως ἀπαντῶντος, καὶ τὸν υἱὸν Δημήτριον ἐκπέμψαντος μετὰ δυνάμεως καὶ πολιορκητικῶν ὀργάνων, φοϐηθέντες τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βασιλέως, τὸ μὲν πρῶτον ἀπέστειλαν πρὸς τὸν Δημήτριον, φήσαντες συμπολεμήσειν Ἀντιγόνῳ πρὸς Πτολεμαῖον. Ὡς δ' ἐκεῖνος ὁμήρους ἑκατὸν ᾔτει τοὺς ἐπιφανεστάτους καὶ τοῖς λιμέσι δέχεσθαι τὸν στόλον προσέταττεν, ὑπολαϐόντες ἐπιϐουλεύειν αὐτὸν τῇ πόλει, τὰ πρὸς πόλεμον παρεσκευάζοντο. (4) Δημήτριος δὲ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἀθροίσας εἰς τὸν ἐν Λωρύμοις λιμένα, στόλον ἐξήρτυε πρὸς τὸν ἐπίπλουν τὸν ἐπὶ τὴν Ῥόδον. Εἶχε δὲ ναῦς μακρὰς μὲν παντοίας μεγέθει διακοσίας, ὑπηρετικὰ δὲ πλείω τῶν ἑκατὸν ἑϐδομήκοντα. Ἐν δὲ τούτοις ἐκομίζοντο στρατιῶται βραχὺ λειπόμενοι τῶν τετρακισμυρίων σὺν ἱππεῦσι καὶ τοῖς συμμαχοῦσι πειραταῖς· ὑπῆρχε δὲ καὶ βελῶν παντοίων πλῆθος καὶ πάντων τῶν πρὸς πολιορκίαν χρησίμων μεγάλη παρασκευή. (5) Χωρὶς δὲ τούτων ἰδιωτικὰ πορεῖα συνηκολούθει τῶν ταῖς ἀγοραῖς χρωμένων βραχὺ λειπόμενα τῶν χιλίων. Πολλὰ γὰρ ἔτη τῆς χώρας τῆς Ῥοδίων ἀπορθήτου γεγενημένης, συνέρρει πανταχόθεν πλῆθος τῶν εἰωθότων ὠφελείας ἰδίας ἡγεῖσθαι τὰ τῶν πολεμουμένων ἀτυχήματα.

LXXXIII. Ὁ μὲν οὖν Δημήτριος ὥσπερ εἴς τινα ναυμαχίαν ἐκτάξας τὸν στόλον καταπληκτικῶς, προηγεῖσθαι μὲν ἐποίησε τὰς μακρὰς ναῦς, ἐχούσας ἐπὶ ταῖς πρῴραις τοὺς τρισπιθάμους τῶν ὀξυϐελῶν, ἐπακολουθεῖν δὲ τὰς στρατιωτικὰς καὶ τὰς ἱππηγοὺς ῥυμουλκουμένας ὑπὸ τῶν ταῖς εἰρεσίαις χρωμένων, ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ τὰ τῶν πειρατῶν πορεῖα καὶ τὰ τῶν ἐμπόρων καὶ ἀγοραίων, ὑπεράγοντα τῷ πλήθει, καθάπερ προείρηται, ὥστε πάντα τὸν ἀνὰ μέσον τόπον τῆς τε νήσου καὶ τῆς ἀντικειμένης παραλίας συμπεπληρωμένον φαίνεσθαι τοῖς πλοίοις, καὶ πολὺν φόϐον καὶ κατάπληξιν παρέχεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως θεωροῦσιν. (2) Οἱ μὲν γὰρ στρατιῶται τῶν Ῥοδίων διειληφότες τὰ τείχη τὸν ἐπίπλουν ἐκαραδόκουν τῶν πολεμίων, πρεσϐῦται δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ἀφεώρων, οὔσης τῆς πόλεως θεατροειδοῦς, πάντες δὲ τό τε μέγεθος τοῦ στόλου καὶ τὴν αὐγὴν τῶν ἀποστιλϐόντων ὅπλων καταπληττόμενοι, περὶ τῶν ὅλων οὐ μετρίως ἠγωνίων. (3) Εἶθ' ὁ μὲν Δημήτριος κατέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον· ἀποϐιϐάσας δὲ τὴν δύναμιν, κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῆς πόλεως, ἐκτὸς βέλους ποιησάμενος τὴν παρεμϐολήν. Εὐθὺς δὲ τῶν τε πειρατῶν καὶ τῶν ἄλλων τοὺς εὐθέτους ἐξέπεμψε πορθήσοντας τὴν νῆσον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. (4) Ἐδενδροτόμησε δὲ καὶ

direptis mercibus, abstraheret. Sed hoc a Rhodiis depulso, iniqui eos belli auctores esse dictitans, validis se urbem copiis obsessurum interminatus fuerat. Tunc vero magnos illi honores Rhodii scivere, missisque legatis rogarunt, ne contra fœdus bello contra Ptolemæum immiscere se civitatem cogeret. (3) Ubi vero asperius illis rex occurrens, Demetrium cum exercitu et obsidionalibus machinis in eos misit, vim ejus præpotentem veriti, per nuntios primo, se auxilio contra Ptolemæum Antigono venturos Demetrio significant. At illo ex nobilissimis centum obsides flagitante, mandatis insuper adjectis, ut classem in portus reciperent; insidias urbi tendere illum rati, ad bellum sese præparant. (4) Demetrius contra universis copiis in portu ad Loryma contractis, ad expeditionem in Rhodum classem adornat. Erant illi variæ magnitudinis naves longæ ducentæ, actuariæ plus centum et septuaginta, quibus vehebantur militum quadraginta millia circiter, adjunctis simul equitibus et piratarum auxiliis. Præsto quoque erat missilium omnis generis copia, et ingens rerum omnium ad expugnationem utilium apparatus. (5) Et præter hæc privatorum hominum, qui rerum venalium foro utuntur, pontones non multo pauciores mille sequebantur. Quum enim a multis annis Rhodiorum ager nihil vastationis expertus fuisset, multitudo hominum, qui e damnis bello afflictorum emolumenta sua corradere solent, ex omnibus eo locis confluebat.

LXXXIII. Demetrius ergo, classe velut ad navalem pugnam terribiliter instructa, naves longas, quæ trium spithamarum catapultas in proris gestabant, præire, militares autem et hippagines, remulco tractas ab iis, quæ remigio utebantur, subsequi jussit. Ultimo piratarum erant pontones mercatorumque et circumforaneorum naves supra modum, ut dictum est, numerosæ. Totum igitur spatium inter insulam oppositumque litus navigiis oppletum cernebatur, metumque ingentem ac stuporem ab urbe prospectantibus incutiebat. (2) Milites enim Rhodiorum per mœnia dispositi adventum hostis opperiebantur; senes autem et feminæ ex ædibus (nam urbs theatri formam referebat) prospectum habebant, omnesque magnitudine classis et armorum radiantium fulgore perculsi, de rerum summa non mediocriter solliciti erant. (3) Tum ad insulam Demetrius appellit, expositoque milite, castra urbi admovet, sic tamen, ut extra teli jactum illa poneret. Et statim ex piratis aliisque idoneos maxime emittit, qui terra marique insulam depopulentur. (4) Proximum quoque territorium

τὴν πλησίον χώραν καὶ καθεῖλε τὰς ἐπαύλεις, ἐξ ὧν ὠχύρωσε τὴν στρατοπεδείαν, περιλαβὼν τριπλῷ χάρακι καὶ σταυρώμασι πυκνοῖς καὶ μεγάλοις, ὥςτε τὴν τῶν πολεμίων βλάβην γίνεσθαι τῶν ἰδίων ἀσφάλειαν. Μετὰ δὲ ταῦτα πάσῃ τῇ δυνάμει καὶ τοῖς πληρώμασιν ἔχωσεν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις τὸ μεταξὺ τῆς πόλεως διαλεῖπον πρὸς τὴν ἔκβασιν, καὶ κατεσκεύασε λιμένα ταῖς ναυσὶν ἀρκοῦντα.

LXXXIV. Οἱ δὲ Ῥόδιοι μέχρι μέν τινος πρέσβεις ἐκπέμποντες ἠξίουν μηδὲν πρᾶξαι κατὰ τῆς πόλεως ἀνήκεστον· ὡς δ' οὐδεὶς αὐτοῖς προςεῖχεν, ἀπογνόντες τὰς διαλύσεις, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς πρὸς Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον καὶ Κάσσανδρον, ἀξιοῦντες βοηθεῖν, ὡς τῆς πόλεως προπολεμούσης ὑπὲρ αὐτῶν. (2) Τῶν δ' ἐν τῇ πόλει κατοικούντων παροίκων καὶ ξένων δόντες ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις συναγωνίζεσθαι, τοὺς λοιποὺς ἀχρήστους ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεμψαν, ἅμα μὲν τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας προνοηθέντες, ἅμα δὲ καὶ τοῦ μηδένα τῇ καταστάσει δυςχεραίνοντα γίνεσθαι τῆς πόλεως προδότην. Ἀριθμὸν δὲ ποιησάμενοι τῶν δυναμένων ἀγωνίζεσθαι, πολιτῶν μὲν εὗρον περὶ ἑξακισχιλίους, τῶν δὲ παροίκων καὶ ξένων εἰς χιλίους. (3) Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ τῶν δούλων τοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους ἐν τοῖς κινδύνοις ἀγοράσαντας παρὰ τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῦν καὶ πολίτας εἶναι· ἔγραψαν δὲ καὶ τῶν τελευτησάντων ἐν τῷ πολέμῳ τὰ μὲν σώματα δημοσίᾳ θάπτεσθαι, τοὺς δὲ γονεῖς καὶ παῖδας τρέφεσθαι λαμβάνοντας τὴν χορηγίαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ταμιείου, καὶ τὰς μὲν παρθένους δημοσίᾳ προικίζεσθαι, τοὺς δ' υἱοὺς ἐν ἡλικίᾳ γενομένους ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανῶσαι τοῖς Διονυσίοις πανοπλίᾳ. (4) Διὰ δὲ τούτων ἐκκαλεσάμενοι τὰς ἁπάντων προθυμίας εἰς τὸ τοὺς κινδύνους ὑπομένειν εὐψύχως, ἐποιήσαντο καὶ τῶν ἄλλων τὴν ἐνδεχομένην παρασκευήν. Ὁμονοοῦντος γὰρ τοῦ πλήθους, οἱ μὲν εὔποροι χρήματ' εἰςέφερον, οἱ δὲ τεχνῖται τὰς αὐτῶν ἐπιστήμας παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν ὅπλων κατασκευήν, ἅπας δ' ἦν ἐνεργός, τῇ φιλοτιμίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερθέσθαι σπεύδων. (5) Διόπερ οἱ μὲν ἐγίνοντο περὶ τοὺς ὀξυβελεῖς καὶ πετροβόλους, οἱ δὲ περὶ τὴν τῶν ἄλλων κατασκευήν, τινὲς δὲ τὰ πεπονηκότα τῶν τειχῶν ἐπεσκεύαζον, πλεῖστοι δὲ λίθους πρὸς τὰ τείχη φέροντες ἐσώρευον. Ἐξέπεμψαν δὲ καὶ τῶν ἄριστα πλεουσῶν νεῶν τρεῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς παρακομίζοντας αὐτοῖς ἀγορὰς ἐμπόρους. (6) Αὗται δὲ παραδόξως ἐπιφανεῖσαι πολλὰ μὲν πλοῖα τῶν ἐπὶ τὴν προνομὴν τῆς χώρας ὠφελείας χάριν πλεόντων ἐμπόρων κατεπόντισαν, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν κατασπῶσαι συνέκαυσαν, καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὰ δυνάμενα δοῦναι λύτρον παρεκόμιζον εἰς τὴν πόλιν. Συνέθεντο γὰρ οἱ Ῥόδιοι πρὸς τὸν Δημήτριον, ὥςτε ἀλλήλοις διδόναι λύτρον, ἐλευθέρου μὲν χιλίας δραχμάς, δούλου δὲ πεντακοσίας.

LXXXV. Πρὸς τὰς θέσεις τῶν ὀργάνων δὲ ὁ Δημήτριος ἄφθονον ἔχων ἁπάντων χορηγίαν, ἤρξατο κατα-

arboribus nudat, villisque destructis, castra inde sua communit, fossa tergemina vallisque densis ac grandibus illa complexus, ita ut calamitate hostium incolumitatem suis procuraret. Inde totius exercitus navaliumque sociorum opera, quidquid inter urbem et exscensum erat spatii, aggere intra paucos dies consternit, portumque navibus amplum satis reddit.

LXXXIV. Interim Rhodii missitandis legatis, ne quod irrecuperabile urbi damnum inferat, precantur. Ubi vero preces non audiri vident, abjecta spe compositionis, per legatos ad Ptolemæum, Lysimachum et Cassandrum missos auxilia petunt, quod propter eos urbs bello premeretur. (2) Inquilinis autem, qui in urbe consederant, advenisque potestatem faciunt, secum, si velint, pro urbe propugnandi; at reliquam inutilem turbam ex oppido ablegant, tum ut inopiam rerum necessariarum præcaverent, tum ne quisquam præsentem urbis statum moleste ferens, proditor ejus fieret. Hinc eorum, qui armis gestandis essent, recensione facta, civium ad sex millia, inquilinorum et hospitum mille invenerunt. (3) Plebiscitum quoque factum, ut de servis, qui bonos se viros in periculis exhibuissent, soluto dominis pretio, manumitterentur, inque civium numero essent. Promulgatum insuper, se, qui in bello oppetissent, sepultura publica honestaturos, parentesque ac liberos ærarii impensis alituros, et virginibus dotem erogaturos ex publico, filiosque jam adultos Bacchanalibus in theatro integra armatura coronaturos. Hisce promissionibus omnium animis ad pericula fortiter subeunda excitatis, in reliquorum etiam, ut tum fieri poterat, incumbunt apparatum. (4) Quum enim unanimis esset populi consensus, pecuniam conferebant locupletes, artemque suam ad armorum fabricationem exhibebant opifices, nemoque non operi sedulo intentus, ut alterum contentione superaret, accelerabat. (5) Idcirco pars catapultis et ballistis, pars ceteris rebus adornandis operam dare, nonnulli affectas murorum partes instaurare; plerique lapides in mœnia portantes coacervare. Quin etiam tres naves velocissimas in hostes et mercatores, qui commeatum illis apportabant, emisere. (6) Hæ repente illos aggressæ, multa mercatorum navigia, qui terræ deprædandæ gratia excurrerant, demerserunt, nec pauca ad litus abstracta concremarunt, et qui de captis redimendo sese essent, in urbem perduxere. Cum Demetrio enim convenerat Rhodiis, ut redemtionis inter se pretium numerarent, pro libero capite drachmas millenas, pro servo quingenas.

LXXXV. Ceterum quia magna rerum omnium copia ad struendas machinas præditus erat Demetrius, testudines

σκευάζειν δύο χελώνας, τὴν μὲν πρὸς τοὺς πετροβόλους, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ὀξυβελεῖς, ἀμφοτέρας δὲ ταύτας ἐπὶ δύο πλοίων φορτηγῶν διαβεβηκότων καὶ κατεζευγμένων, δύο δὲ πύργους τετραστέγους ὑπερέχοντας τοῖς ὕψεσι τῶν ἐπὶ τοῦ λιμένος πύργων, ἑκάτερον δὲ τούτων ἐπὶ δύο πλοίων ἴσων βεβηκότων καὶ κατειλημμένων, ὅπως ἐν τῷ προςάγειν ἡ στάσις ἑκατέρα τῶν πλευρῶν ἰσόῤῥοπον ἔχῃ τὸ βάρος. (2) Κατεσκεύασε δὲ καὶ χάρακα πλωτὸν ἐπὶ τετραπόδων ξύλων καθηλωμένων, ὅπως προπλέων οὗτος κωλύῃ τοὺς πολεμίους ἐπιπλέοντας ἐμβολὰς διδόναι τοῖς φέρουσι τὰς μηχανὰς πλοίοις. (3) Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα τὴν συντέλειαν ἐλάμβανεν, ἀθροίσας τοὺς ἁδροτάτους τῶν λέμβων, καὶ τούτους καταφράξας σανίσι καὶ θυρίδας κλειστὰς κατασκευάσας, ἐνέθετο μὲν τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς ποῤῥωτάτω βάλλοντας καὶ τοὺς τούτοις κατὰ τρόπον χρησομένους, ἔτι δὲ τοξότας Κρῆτας· τὰς δὲ ναῦς προςαγαγὼν ἐντὸς βέλους κατετίτρωσκε τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ὑψηλότερα τὰ παρὰ τὸν λιμένα τείχη κατασκευάζοντας. (4) Οἱ δὲ Ῥόδιοι θεωροῦντες τοῦ Δημητρίου τὴν πᾶσαν ἐπιβολὴν οὖσαν ἐπὶ τὸν λιμένα, καὶ αὐτοὶ τὰ πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τούτου παρεσκευάζοντο. Δύο μὲν οὖν ἔστησαν μηχανὰς ἐπὶ τοῦ χώματος, τρεῖς δ' ἐπὶ φορτηγῶν πλοίων πλησίον τῶν κλείθρων τοῦ μικροῦ λιμένος· ἐν δὲ ταύταις ἔθηκαν πλῆθος ὀξυβελῶν καὶ πετροβόλων παντοίων τοῖς μεγέθεσιν, ὅπως, ἐάν τε ἀποβιβάζωσιν οἱ πολέμιοι πρὸς τὸ χῶμα στρατιώτας, ἐάν τε τὰς μηχανὰς προςάγωσι, διὰ τούτων αὐτοὺς εἴργεσθαι τῆς ἐπιβολῆς. Ἐπέστησαν δὲ καὶ τοῖς ὁρμοῦσι τῶν φορτηγῶν πλοίων ἐν τῷ λιμένι βελοστάσεις οἰκείας τοῖς ἐπιτίθεσθαι μέλλουσι καταπέλταις.

LXXXVI. Ἀμφοτέρων δὲ τοῦτον τὸν τρόπον παρεσκευασμένων, ὁ Δημήτριος τὸ μὲν πρῶτον ἐπιβαλόμενος προςάγειν τὰς μηχανὰς τοῖς λιμέσιν ἐκωλύθη, κλύδωνος ἐπιγενομένου τραχυτέρου. Μετὰ δὲ ταῦτα νυκτὸς εὐδίας λαβόμενος, ἔλαθε παραπλεύσας, καὶ καταλαβόμενος ἄκρον τὸ χῶμα τοῦ μεγάλου λιμένος, εὐθύς τε περιεχαράκωσε τὸν τόπον καὶ διέφραξε θυρώμασι καὶ πέτροις· ἐξεβίβασε δ' εἰς αὐτὸν στρατιώτας τετρακοσίους καὶ βελῶν πλῆθος παντοδαπῶν, ἀπέχοντος ἀπὸ τῶν τειχῶν τοῦ τόπου τούτου πέντε πλέθρα. (2) Ἐπειθ' ἡμέρας γενομένης, παρεκόμισαν τὰς μηχανὰς εἰς τὸν λιμένα μετὰ σάλπιγγος καὶ κραυγῆς, καὶ τοῖς μὲν ἐλάττοσιν ὀξυβελέσι καὶ μακρὰν φερομένοις ἀνεῖργε τοὺς ἐργαζομένους τὸ παρὰ τὸν λιμένα τεῖχος, τοῖς δὲ πετροβόλοις τάς τε μηχανὰς τῶν πολεμίων καὶ τὸ διὰ τοῦ χώματος τεῖχος τῇ μὲν διέσειε, τῇ δὲ κατέβαλεν, ἀσθενὲς ὑπάρχον καὶ ταπεινὸν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς. (3) Ἀμυνομένων δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως εὐρώστως, τότε μὲν ὅλην τὴν ἡμέραν διετέλεσαν ἀμφότεροι πολλὰ κακὰ καὶ δρῶντες καὶ πάσχοντες· τῆς δὲ νυκτὸς ἤδη καταλαμβανούσης, ὁ μὲν Δημήτριος ταῖς ῥυμουλκούσαις ναυσὶν ἀπήγαγε τὰς μηχανὰς πάλιν ἔξω βέλους· οἱ δὲ Ῥόδιοι ξηρᾶς ὕλης καὶ δᾳδὸς ἀκάτια πλη-

duas fabricari cœpit, unam adversus petrarias, alteram contra catapultas, ambasque duabus onerariis æqualiter incedentibus atque conjunctis superimposuit. Duas etiam quattuor tabulatorum turres, oppidanis in portu altiores, exstruxit : quarum utraque geminis portaretur navigiis pariter incedentibus, interque se connexis, ut inter promovendum utriusque lateris status pondus æquale haberet. (2) Vallum præterea natabile supra ligna quadrata, clavis inter se compaginata, exstruxit, ut ante classem collocatum hostes ab incursatione in naves machinis oneratas prohiberet. (3) Interea dum hæc perficiuntur, coactos lemborum validissimos tabulis communit, et adhibitis, quæ claudi possent, fenestris, e trium spithamarum catapultis eas, quæ quam longissime jacerent, cum viris, qui dextre his uterentur, et Cretensibus sagittariis, imponit, navibusque intra teli jactum admotis, missilibus oppidanos, dum altiores juxta portum muros educunt, sauciat. (4) Rhodii, in occupando Demetrium portu totum esse animadverso, etiam ipsi ad defensionem ejus necessariis comparandis studium impendunt. Duas itaque machinas super aggerem collocant, tresque alias in onerariis navibus ad parvi claustra portus, cum catapultis et petrariis variæ magnitudinis constituunt, ut horum præsidio, si vel milites in aggerem exponerent, vel applicarent machinas, impressionem hostium propulsarent. Ad hæc in onerariis, quarum statio in portu erat, telorum receptacula imponendis catapultis idonea disponunt.

LXXXVI. Jamque utrique hunc ad modum parati erant, quum machinas admovere portubus instituens Demetrius asperioris interventu tempestatis impeditur. At tranquillæ dehinc noctis occasione clam adnavigat, et summo aggere portus magni occupato, confestim circumvallat locum, et tabulis saxisque interseptum obstruit. Tum quadringentos in eum milites cum omni telorum genere exponit : locus autem ille quinque tantum plethris a muro distabat. (2) Orta dehinc luce, cum tubæ clangore ac vociferatu machinas in portum subvehunt. Tum minoribus et procul volantibus catapultarum telis murum in portu exstruentes depellunt; ballistis autem machinamenta hostium, murumque per aggerem ductum qua conquassat, qua dejicit: infirmus enim et humilis tum temporis erat. (3) Quum vero oppidani fortiter se defenderent, totum illum diem inferendis damnis et accipiendis exigebant; appetente vero nocte, navigiis remulcando tractis extra teli jactum machinas subducit. At Rhodii, scaphis materia arida et tæda re-

ρώσαντες καὶ πῦρ ἐνθέμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιδιώξαντες προςέπλεον ταῖς μηχαναῖς ταῖς τῶν πολεμίων καὶ τὴν ὕλην ὑφῆψαν, μετὰ δὲ ταῦτα τῷ πλωτῷ χάρακι καὶ τοῖς βέλεσιν ἀνειρχθέντες, συνηναγκάσθησαν χωρεῖν εἰς τοὐπίσω. (4) Τῆς δὲ φλογὸς ἐπισχυούσης, ὀλίγοι μὲν κατασβέσαντες ἐπανῆλθον σὺν τοῖς σκάφεσιν, οἱ πλεῖστοι δέ, καιομένων τῶν ἀκατίων, ἐξεκολύμβησαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ κατὰ μὲν θάλατταν ὁ Δημήτριος παραπλησίαν ἐποιήσατο τὴν ἐπίθεσιν, κατὰ δὲ τὴν γῆν προςέταξεν ἅμα πανταχόθεν προςβάλλειν μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ σάλπιγγος, ὅπως εἰς ἀγωνίαν καὶ φόβον ἀγάγῃ τοὺς Ῥοδίους, πολλῶν τῶν ἀντισπασμάτων ὄντων.

LXXXVII. Τοιαύτην δὲ τὴν πολιορκίαν ποιησάμενος ἐφ' ἡμέρας ὀκτώ, τὰς μὲν μηχανὰς τὰς ἐπὶ τοῦ χώματος τοῖς ταλαντιαίοις πετροβόλοις συνέτριψε, τοῦ δὲ διατειχίσματος τὸ μεσοπύργιον σὺν αὐτοῖς τοῖς πύργοις διέσεισε. Κατελάβοντο δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν τινες μέρος τοῦ παρὰ τὸν λιμένα διατειχίσματος· ἐφ' οὗ συστραφέντες οἱ Ῥόδιοι μάχην συνῆψαν, καὶ πολλαπλάσιοι γενόμενοι τοὺς μὲν ἀνεῖλον, τοὺς δ' ἐπανελθεῖν εἰς τοὐπίσω συνηνάγκασαν· συνήργει δὲ τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἡ τοῦ παρὰ τὸ τεῖχος τόπου τραχύτης, πολλῶν καὶ μεγάλων πετρῶν κατὰ τὸ συνεχὲς κειμένων παρὰ τὴν οἰκοδομὴν ἔξω τοῦ τείχους. (2) Τῶν δὲ τοὺς στρατιώτας τούτους κομισάντων σκαφῶν οὐκ ὀλίγων διὰ τὴν ἀγωνίαν ἐποκειλάντων, οἱ Ῥόδιοι ταχέως τὰ μὲν ἀκροστόλια περιέσπασαν, ὕλην δὲ ξηρὰν καὶ δᾶδας ταῖς ναυσὶν ἐνέντες ἐνέπρησαν. Τούτων δὲ περὶ ταῦτ' ὄντων, οἱ μὲν τοῦ Δημητρίου στρατιῶται πανταχοῦ περιπλέοντες κλίμακας προςέφερον τοῖς τείχεσι καὶ βιαιότερον ἐνέκειντο, συναγωνιζομένων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πανταχόθεν καὶ συναλαλαζόντων. (3) Ἔνθα δὴ πολλῶν παραβόλως κινδυνευσάντων, καὶ συχνῶν ἀναβάντων ἐπὶ τὰ τείχη, συνίστατο καρτερὰ μάχη, τῶν μὲν ἔξωθεν βιαζομένων, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀθρόων παραβοηθούντων. Τέλος δὲ τῶν Ῥοδίων ἐκθύμως ἀγωνιζομένων, οἱ μὲν ἔπεσον τῶν προςαναβάντων, οἱ δὲ κατατραυματισθέντες ἑάλωσαν, ἐν οἷς ἦσάν τινες καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων. (4) Τοιούτων δὲ γενομένων τοῖς ἔξωθεν ἐλαττωμάτων, ὁ μὲν Δημήτριος ἀπεκόμισε τὰς μηχανὰς εἰς τὸν ἴδιον λιμένα, καὶ τὰ πεπονηκότα τῶν πλοίων καὶ μηχανῶν ἐπεσκεύασεν, οἱ δὲ Ῥόδιοι τοὺς μὲν τελευτήσαντας τῶν πολιτῶν ἔθαψαν, τὰ δὲ ὅπλα τῶν πολεμίων καὶ τὰ ἀκροστόλια τοῖς θεοῖς ἀνέθηκαν, τὰ δὲ διὰ τῶν πετροβόλων πεπτωκότα τῶν τειχῶν ἀνῳκοδόμουν.

LXXXVIII. Δημήτριος δὲ περὶ τὴν ἐπισκευὴν τῶν μηχανῶν καὶ τῶν πλοίων ἡμέρας ἑπτὰ γενόμενος, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν παρασκευασάμενος, πάλιν ἐπέπλευσε τῷ λιμένι· πᾶσα γὰρ ἦν ἡ σπουδὴ περὶ τὸ κρατῆσαι τούτου καὶ τῆς σιτοπομπίας ἀποκλεῖσαι τοὺς κατὰ τὴν πόλιν. (2) Γενόμενος δ' ἐντὸς βέλους, τοῖς μὲν πυρφόροις πολλοῖς οὖσιν εἰς τὰ διωρισμένα πλοῖα τῶν Ῥοδίων ἐνέβαλε, τοῖς δὲ πετροβό-

pletis, igneque assumto, hostes persequuntur, et tum quidem propius machinas advecti, materiam succendunt; sed statim vallo natante missilibusque depulsi retrocedere coguntur. (4) Invalescente autem flamma, pauci cum scaphis post restinctionem revertuntur : pars maxima, conflagrantibus acatiis, natando evadunt. Postridie simili Demetrius modo impressionem ex mari facit : in terra vero undique simul incursionem cum vociferatu et tubis fieri jubet, ut angorem metumque Rhodiis incutiat, dum multa simul huc illuc eos distrahunt.

LXXXVII. Hoc oppugnationis genere usus ad dies octo, machinas in aggere dispositas ballistis, saxa talenti pondere torquentibus, confringit, murique interturrium cum ipsis turribus disjicit. Quin etiam muri, qui portui obtentus erat, partem milites occupant. Ad quam conversi Rhodii pugnam cum hoste conserunt, et numero superiores, alios occidunt, aliis retro sese corripiendi necessitatem afferunt. Oppidanis etiam adjumento fuit loci ante urbem asperitas, quod magna vis grandium saxorum ubique structuræ extra murum subjecta erat. (2) Quumque scaphæ non paucæ, quæ milites advexerant, per trepidationem illam in brevia fuissent impactæ, Rhodii acrostolia celeriter avulserunt, injectisque malleolis et tæda in naves, eas ipsas concremarunt. Hi dum hisce rebus districti tenentur, navibus suis circumquaque invecti Demetrii copiæ scalas muro admovent, instantque vi majore, dum milites in terra auxiliantur, bellicum undique simul clamorem edentes. (3) Ibi dum multi audacter periculis sese committunt, et conferta muros turba conscendunt, acris initur conflictus, quod oppugnantes extrinsecus summa vi rem gererent, et oppidani intus globatim concurrerent ad defensionem. Tandem animose certantibus Rhodiis, qui ascenderant partim ceciderc, partim vulneribus confecti in manus venerunt; inter quos de primariis nonnulli ducibus erant. (4) Hac igitur clade oppugnantibus illata, in suum machinas portum Demetrius asportat, et tum has, tum naves damno affectas, reparat. Interim Rhodii defunctis justa faciunt, manubiasque hostium cum navium rostris diis consecrant, murorum etiam partes a petrariis dejectas instaurant.

LXXXVIII. Demetrius, autem postquam reficiendis machinis et navigiis dies septem insumserat, jam omnibus ad oppugnationem adornatis, portum denuo aggreditur. Ut enim hoc potiretur, et a commeatu oppidanos excluderet, omni studio contendebat. (2) Ubi igitur ventum intra teli jactum, faces, quarum magna vis erat, in separatas Rhodiorum naves conjicit, ballistisque mœnia concutit, et ca-

CI. Nos jam, explicatis Græciæ Asiæque negotiis, ad ceteras orbis partes orationem transferemus. In Sicilia Agathocles Liparæos pace fruentes ex improviso adortus quinquaginta argenti talenta, ne minima quidem lacessitus injuria, exegit. (2) Quo quidem tempore a multis pro divino habitum, quod jam dicetur, quum in nefarium scelus evidenter sit a numine animadversum. Orabant enim tunc Liparenses, ut ad solutionem pecuniæ, quæ summæ deerat, tempus sibi concederetur, negantes unquam se hactenus sacris donariis abusos. Sed Agathocles pecuniam in prytaneo repositam, cujus pars Æoli, pars Vulcani inscriptionem habebat, illos dare coegit: nactusque protinus inde solvit; vento vero vehementiore ingruente, undecim naves pecunia onustæ fractæ sunt. (3) Is ergo, qui ventos in potestate habere illis in locis dicitur, in prima statim navigatione de illo pœnas sumsisse multis visus est. Vulcanus autem sub interitum, communicato cum igni nomine, fervidis carbonibus vivum ustulans, conveniens impietati supplicium in patria tyranno inflixit. Nam ejusdem voluntatis justitiæque fuit, quod ab illis, qui parentes ad Ætnæ radices servabant, abstinuit, et quod in impios erga numen vim suam exseruit. (4) At quod de Agathoclis exitu nunc dictum est, quum ad conveniens inde tempus delati fuerimus, eventus confirmabit. Deinceps vero perstringenda nobis, quæ in contiguis Italiæ regionibus fuerunt gesta. (5) Romani et Samnites, continuato viginti duos annos et sex menses bello, per legatos pacem inter se fecere. Consulum vero alter P. Sempronius, in Æquorum regionem irruptione facta, quadraginta oppida intra dies ad summum quinquaginta subegit, totaque gente in ditionem Romanorum coacta, domum reversus, triumphum egit laudatissimum. Populus autem Romanus cum Marsis, Pelignis et Marrucinis societatis fœdus iniit.

CII. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι

CII. Quum annuum illud tempus elapsum esset, archon

μὲν ἦρχε Λεώστρατος, ἐν Ῥώμῃ δ' ὑπῆρχον ὕπατοι Σερούιος Κορνήλιος καὶ Λεύκιος Γενούκιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Δημήτριος εἶχε πρόθεσιν πρὸς μὲν τοὺς περὶ Κάσσανδρον διαπολεμεῖν, τοὺς δ' Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, καὶ πρῶτον τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διοικεῖν, ἅμα μὲν νομίζων δόξαν οἴσειν αὐτῷ μεγάλην τὴν τῶν Ἑλλήνων αὐτονομίαν, ἅμα δὲ καὶ τοὺς περὶ Πρεπέλαον ἡγεμόνας τοῦ Κασσάνδρου πρότερον συντρῖψαι, καὶ τότε προάγειν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν, ἢ ἐπ' αὐτὸν πορεύοιτο τὸν Κάσσανδρον. (2) Τῆς δὲ τῶν Σικυωνίων πόλεως φρουρουμένης ὑπὸ τῶν Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως στρατιωτῶν, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος στρατηγὸς Φίλιππος, νυκτὸς ἐπιθέμενος ἀπροσδοκήτως παρεισέπεσεν ἐντὸς τοῦ τείχους. Εἶθ' οἱ μὲν φρουροὶ συνεισέπεσον εἰς τὴν ἀκρόπολιν· ὁ δὲ Δημήτριος τῆς πόλεως κυριεύσας τὸν μεταξὺ τόπον τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς ἄκρας κατεῖχε. Μέλλοντος δ' αὐτοῦ μηχανὰς προσάγειν, καταπλαγέντες τὴν μὲν ἀκρόπολιν δι' ὁμολογίας παρέδοσαν, αὐτοὶ δ' ἀπέπλευσαν εἰς Αἴγυπτον. Ὁ δὲ Δημήτριος τοὺς Σικυωνίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετοικίσας, τὸ μὲν τῷ λιμένι συνάπτον μέρος τῆς πόλεως κατέσκαψεν, ἀνωχύρου παντελῶς ὄντος τοῦ τόπου, τῷ δὲ πολιτικῷ πλήθει συνεπιλαβόμενος τῆς οἰκοδομίας καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκαταστήσας, τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς εὖ παθοῦσι. (3) Δημητριάδα μὲν γὰρ τὴν πόλιν ὠνόμασαν, θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις, ἔτι δ' ἀγῶνας, ἐψηφίσαντο συντελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τὰς ἄλλας ἀπονέμειν τιμὰς ὡς κτίστῃ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ χρόνος διαληφθεὶς πραγμάτων μεταβολαῖς ἠκύρωσεν. Οἱ δὲ Σικυώνιοι πολλῷ κρείττονα μεταλαβόντες τόπον, διετέλεσαν ἐν αὐτῷ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ἐνοικοῦντες. (4) Ὁ γὰρ τῆς ἀκροπόλεως περίβολος ἐπίπεδος ὢν καὶ μέγας, κρημνοῖς δυσπροσίτοις περιέχεται πανταχόθεν, ὥστε μηδαμῇ δύνασθαι μηχανὰς προσάγειν· ἔχει δὲ καὶ πλῆθος ὑδάτων, ἐξ οὗ κηπείας δαψιλεῖς κατεσκεύασαν· ὥστε τὴν ἐπίνοιαν τοῦ βασιλέως καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν εἰρηνικὴν καὶ πρὸς ἀσφάλειαν πολέμου δόξαι καλῶς προεωρᾶσθαι.

CIII. Ὁ δὲ Δημήτριος διοικήσας τὰ περὶ τοὺς Σικυωνίους, ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Κόρινθον, ἣν ἐφρούρει Πρεπέλαος Κασσάνδρου στρατηγός. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον νυκτὸς ὑπό τινων πολιτῶν εἰσαχθεὶς διά τινος πυλίδος, ἐκράτησε τῆς πόλεως καὶ τῶν λιμένων. (2) Τῶν δὲ φρουρῶν καταφυγόντων τῶν μὲν εἰς τὸ καλούμενον Σισύφειον, τῶν δ' εἰς τὸν Ἀκροκόρινθον, προσαγαγὼν μηχανὰς τοῖς ὀχυρώμασι καὶ πολλὰ κακοπαθήσας εἷλε τὸ Σισύφειον κατὰ κράτος. Εἶτα τῶν ἐν ταύτῃ συμφυγόντων πρὸς τοὺς κατειληφότας τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ τούτους καταπληξάμενος ἠνάγκασε παραδοῦναι τὴν ἄκραν. (3) Σφόδρα γὰρ ἦν ἀνυπόστατος οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς προσβολαῖς, εὐμήχανος ὑπάρχων περὶ τὴν κατασκευὴν τῶν πολιορκητικῶν ἔργων. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς Κορινθίους ἐλευθερώσας παρεισήγαγε φυλακὴν εἰς τὸν Ἀκροκόρινθον, βουλομένων τῶν πολιτῶν διὰ τοῦ βασιλέως τηρεῖσθαι τὴν πόλιν μέχρι ἂν ὁ

fuit Athenis Leostratus, Romæ autem consules Serv. Cornelius et L. Genucius. Quibus rempublicam administrantibus, Cassandro bellum inferre, Græcisque libertatem restituere, et ante omnia res Græciæ ad bonum redigere statum Demetrius sibi proposuit, tum quod magnam sibi gloriam e libertate illa proventuram existimaret, tum quod prius Prepelaum, Cassandri ducem, obterere, quam in ipsum pergeret Cassandrum, et tum imperii sedem aggredi vellet. (2) Tenebatur tunc urbs Sicyoniorum a præsidio regis Ptolemæi, cui magna nominis claritate Philippus præerat. Hanc noctu ex improviso adortus, intra mœnia irrumpit. Præsidiarii tum in arcem se proripiunt; Demetrius vero urbe potitus, locum inter domos et arcem occupat. Jamque machinas admoturus erat, quum perculsi, qui intus erant, arcem sub pactione dedunt, ipsique in Ægyptum avehuntur. Persuasis inde Sicyoniis, ut in arcem sedes transferrent, Demetrius partem urbis portui adjunctam, qui locus nullo modo munitus erat, complanat: quumque una cum oppidana multitudine ædificationis operi manum admovisset, et populum in pristinam vindicasset libertatem, divinos a merito isto affectis honores consequitur. (3) Nam Demetriadem nuncuparunt urbem, sacraque et festos conventus, itemque ludos illi peragendos quotannis, aliosque honores, tanquam conditori, exhibendos, sanciverunt. Verum tempus, rerum mutationibus interceptum, ista abrogavit. Sicyonii ergo, longe meliorem adepti locum, in eo ad nostra usque tempora continenter habitarunt. (4) Arcis enim ambitus planus et spatiosus, præcipitiis undique accessu difficillimis inclusus tenetur, ut nusquam machinæ adduci queant: nec aquæ copia destituitur: quo factum ut hortos sibi fertiles pararent. Idcirco quid ad voluptatem in pace ac protectionem in bello conduceret, pulchre sagacitas regis providisse existimabatur.

CIII. Hinc rebus Sicyoniorum compositis, Demetrius cum toto exercitu Corinthum movit, quam præfectus Cassandri Prepelaus cum præsidio tenebat. Et statim noctu per portulam quandam a civibus nonnullis introductus, urbem cum portubus in potestatem redigit. (2) Quumque præsidiarii partim in Sisyphium, quod vocatur, partim in Acrocorinthum refugissent, adhibitis ad munimenta machinis, post multos tandem labores vi Sisyphium capit. Confugerant obsessi ad eos, qui Acrocorinthum insederant: verum etiam hos perterrefactos tradere arcem cogit. (3) In oppugnationibus enim hic rex oppido intolerabilis erat, et in conficiendis ad expugnationes operibus egregie sollers. Quamquam vero libertatem Corinthiis reddiderat, præsidium tamen nihilominus Acrocorintho imposuit, quod urbem sub regis tutela permanere cuperent cives

πρὸς Κάσσανδρον καταλυθῇ πόλεμος. (4) Καὶ Πρεπέλαος μὲν αἰσχρῶς ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Κορίνθου πρὸς Κάσσανδρον ἀπεχώρησε· Δημήτριος δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, Βοῦραν μὲν κατὰ κράτος εἷλε, καὶ τοῖς πολίταις ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν, Σκῦρον δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις παραλαβών, ἐξέβαλε τὴν φρουράν. (5) Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπ' Ὀρχομενὸν τῆς Ἀρκαδίας στρατεύσας ἐκέλευσε τῷ τῆς φρουρᾶς ἀφηγουμένῳ Στρομβίχῳ παραδοῦναι τὴν πόλιν. Οὐ προσέχοντος δ' αὐτοῦ τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ πολλὰ λοιδοροῦντος ἀπὸ τοῦ τείχους βλασφήμως, προσαγαγὼν μηχανὰς ὁ βασιλεὺς καὶ καταβαλὼν τὰ τείχη, κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. (6) Τὸν μὲν οὖν Στρόμβιχον τὸν ὑπὸ Πολυσπέρχοντος καθεσταμένον φρούραρχον καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀλλοτρίως διατεθέντων πρὸς αὐτὸν εἰς ὀγδοήκοντα πρὸ τῆς πόλεως ἀνεσταύρωσε, τῶν δ' ἄλλων μισθοφόρων ἑλὼν εἰς δισχιλίους, κατέμιξε τοῖς ἰδίοις στρατιώταις. (7) Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν ταύτης τῆς πόλεως οἱ τὰ σύνεγγυς φρούρια κατέχοντες ὑπολαμβάνοντες ἀδύνατον ὑπάρχειν τὸ διαφυγεῖν τὴν βίαν τοῦ βασιλέως, παρέδωκαν αὐτῷ τὰ χωρία· ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ οἱ τὰς πόλεις φρουροῦντες, τῶν μὲν περὶ Κάσσανδρον καὶ Πρεπέλαον καὶ Πολυσπέρχοντα μὴ βοηθούντων, τοῦ δὲ Δημητρίου μετὰ μεγάλης δυνάμεως καὶ μηχανῶν ὑπεραγουσῶν προσιόντος, ἑκουσίως ἐξεχώρουν. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Δημήτριον ἐν τούτοις ἦν.

CIV. Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ταραντῖνοι, πόλεμον ἔχοντες πρὸς Λευκανοὺς καὶ Ῥωμαίους, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Σπάρτην, αἰτούμενοι βοήθειαν καὶ στρατηγὸν Κλεώνυμον. (2) Τῶν δὲ Λακεδαιμονίων προθύμως ἡγεμόνα δόντων τὸν αἰτούμενον, καὶ τῶν Ταραντίνων χρήματα καὶ ναῦς ἀποστειλάντων, ὁ μὲν Κλεώνυμος ἐπὶ Ταινάρῳ τῆς Λακωνικῆς ξενολογήσας στρατιώτας πεντακισχιλίους, συντόμως κατέπλευσεν εἰς Τάραντα. Ἐνταῦθα δὲ μισθοφόρους ἀθροίσας ἄλλους οὐκ ἐλάττους τῶν προτέρων, κατέγραφε καὶ τοὺς πολιτικοὺς πεζοὺς μὲν πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους. Προσελάβετο δὲ τῶν τε κατ' Ἰταλίαν Ἑλλήνων τοὺς πλείστους καὶ τὸ τῶν Μεσσαπίων ἔθνος. (3) Ἁδρᾶς οὖν δυνάμεως περὶ αὐτὸν οὔσης, οἱ μὲν Λευκανοὶ καταπλαγέντες φιλίαν ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Ταραντίνους. Τῶν δὲ Μεταποντίνων οὐ προσεχόντων αὐτῷ, τοὺς Λευκανοὺς ἔπεισεν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν χώραν, καὶ τῷ καιρῷ συνεπιθέμενος κατεπλήξατο τοὺς Μεταποντίνους. Παρελθὼν δ' εἰς τὴν πόλιν ὡς φίλος ἐπράξατο μὲν ἀργυρίου τάλαντα πλείω τῶν ἑξακοσίων, διακοσίας δὲ παρθένους τὰς ἐπιφανεστάτας ἔλαβεν εἰς ὁμηρείαν, οὐχ οὕτω τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀσφαλείας χάριν, ὡς τῆς ἰδίας ἕνεκεν λαγνείας. (4) Ἀποθέμενος γὰρ τὴν Λακωνικὴν ἐσθῆτα, διετέλει τρυφῶν καὶ τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ καταδουλούμενος· τηλικαύτας γὰρ ἔχων δυνάμεις καὶ χορηγίας, οὐδὲν τῆς Σπάρτης ἄξιον ἔπραξεν. Ἐπεβάλετο μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν Σικελίαν στρατεύειν, ὡς τὴν τυραννίδα μὲν καταλύσων τὴν Ἀγαθο-

donec cum Cassandro esset debellatum. (4) Atque ita turpiter ejectus Corintho Prepelaus ad Cassandrum se recepit. Porro in Achaiam progressus Demetrius Buram vi cepit, et civibus patrias leges reddidit; Scyroque [*Sciroque?*] post dies non ita multos in potestatem accepta, præsidium expulit. (5) Inde ad Orchomenum in Arcadia accedens Strombichum ducem præsidii urbem tradere jussit; at quum ille in postulata non consentiret, sed multa insuper in Demetrium convicia de muro cum ignominia jaceret; rex machinas adegit, et mœnia demolitus vi urbem cepit. (6) Ibi Strombichum, a Polysperchonte ducem præsidio datum, aliosque sibi inimicos circiter octoginta, ante oppidum in crucem egit, captosque de ceteris mercenariis ad duo millia suorum ordinibus inseruit. (7) Post urbis hujus expugnationem, qui castella in propinquo tenebant, fieri non posse arbitrati, ut vim regis effugerent, deditionem fecere. Eodem modo etiam illi, qui urbes cum præsidio tutabantur, quum a Cassandro et Prepelao ac Polysperchonte nihil subsidii mitteretur, Demetriusque cum maximo armorum robore et machinis omnem modum excedentibus immineret, ultro locum dedere. Atque ita Demetrii se res habebant.

CIV. In Italia Tarentini, cum Lucanis Romanisque belligerantes, missis Spartam legatis, auxilia et Cleonymum imperatorem sibi petunt. (2) Quum igitur Lacedæmonii ducem expetitum non inviti concederent, et Tarentini pecuniam navesque subministrarent; Cleonymus, ad Tænarum Laconiæ militum quinque millibus contractis, quam brevissimo cursu Tarentum navigat. Hic mercenariorum conducta manu, quæ priori non esset inferior, etiam oppidanos conscribit, in totum supra viginti millia peditum, et duo millia equitum. De Græcis præterea Italicis plurimos, et gentem Messapiorum sibi adjungit. (3) Quare quum numerosum haberet exercitum, conterriti Lucani amicitiam cum Tarentinis redintegrant. Metapontini duntaxat obsequium detrectant. Lucanis igitur agros illorum una secum incursandi auctor est; et per occasionem Metapontinos aggressus terrorem illis incutit. Et quamquam ut amicus urbem introierat, plus tamen quam sexcenta argenti talenta a civibus exigit obsidumque loco virgines accipit ducentas nobilissimas, non tam muniendæ fidei, quam libidinis suæ explendæ gratia. (4) Deposita enim veste Laconica, deliciis tempus impendebat, ac jugo servitutis involvebat eos, qui fidei illius se commiserant. Nam licet tantum haberet copiarum et apparatus, nihil tamen Sparta dignum effecit. Expeditionem quidem in Siciliam facere instituerat, quasi, tyrannide Agathoclis eversa, juris sui liber-

κλέους, τὴν δ' αὐτονομίαν τοῖς Σικελιώταις ἀποκαταστήσων, ὑπερθέμενος δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ταύτην τὴν στρατείαν, ἔπλευσεν εἰς Κέρκυραν. Καὶ κρατήσας τῆς πόλεως, χρημάτων τε πλῆθος εἰςεπράξατο καὶ φρουρὰν ἐγκατέστησε, διανοούμενος ὁρμητηρίῳ τούτῳ τῷ τόπῳ χρήσασθαι καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα πράγμασιν ἐφεδρεύειν.

CV. Εὐθὺς δὲ καὶ πρεσβειῶν πρὸς αὐτὸν παραγενομένων παρά τε Δημητρίου τοῦ πολιορκητοῦ καὶ Κασσάνδρου περὶ συμμαχίας, τούτων μὲν οὐδετέρῳ προςέθετο, τοὺς δὲ Ταραντίνους καὶ τῶν ἄλλων τινὰς πυθόμενος ἀφεστηκέναι, τῆς μὲν Κερκύρας τὴν ἱκανὴν φυλακὴν ἀπέλιπε, μετὰ δὲ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἔπλει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ὡς κολάσων τοὺς ἀπειθοῦντας. Προσχὼν δὲ τῇ χώρᾳ καθ' ὃν τόπον ἐφύλαττον οἱ βάρβαροι, τὴν μὲν πόλιν ἑλὼν ἐξηνδραποδίσατο, τὴν δὲ χώραν ἐλεηλάτησεν. (2) Ὁμοίως δὲ τὸ καλούμενον Τριόπιον ἐκπολιορκήσας, εἰς τριςχιλίους ἔλαβεν αἰχμαλώτους. Καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας βάρβαροι συνδραμόντες ἐπέθεντο νυκτὸς τῇ στρατοπεδείᾳ· καὶ μάχης γενομένης, ἀνεῖλον τῶν μετὰ Κλεωνύμου πλείους τῶν διακοσίων, ἐζώγρησαν δὲ περὶ χιλίους. (3) Ἅμα δὲ τῷ κινδύνῳ τούτῳ χειμὼν ἐπιγενόμενος εἴκοσι τῶν νεῶν διέφθειρε πλησίον ὁρμουσῶν τῆς παρεμβολῆς. Ὁ δὲ Κλεώνυμος δυσὶν ἐλαττώμασι τηλικούτοις περιπεσὼν ἀπέπλευσε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Κέρκυραν.

CVI. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦν ἄρχων Νικοκλῆς, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὴν ὕπατον ἀρχὴν διεδέξαντο Μάρκος Λίβιος καὶ Μάρκος Αἰμίλιος. Ἐπὶ δὲ τούτων Κάσσανδρος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς ὁρῶν τὴν δύναμιν τῶν Ἑλλήνων αὐξομένην καὶ πάντα τὸν πόλεμον ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν συνιστάμενον, περίφοβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. (2) Διόπερ ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίγονον εἰς τὴν Ἀσίαν, ἀξιῶν διαλύσασθαι πρὸς αὐτόν. Ἀποκριναμένου δ' ἐκείνου διότι μίαν γινώσκει διάλυσιν, ἐὰν ὁ Κάσσανδρος ἐπιτρέπῃ τὰ καθ' αὑτόν, καταπλαγεὶς Λυσίμαχον ἐκ τῆς Θράκης μετεπέμψατο πρὸς τὴν τῶν ὅλων κοινοπραγίαν. (3) Ἀεὶ γὰρ εἰώθει τοῦτον κατὰ τοὺς μεγίστους φόβους εἰς τὴν βοήθειαν προςλαμβάνεσθαι διά τε τὴν τἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ διὰ τὸ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ὅμορον εἶναι τῇ Μακεδονίᾳ. Συνεδρεύσαντες οὖν οἱ βασιλεῖς οὗτοι περὶ τοῦ κοινοῦ συμφέροντος, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς πρός τε Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου βασιλέα καὶ πρὸς Σέλευκον τὸν τῶν ἄνω σατραπειῶν κυριεύοντα, περί τε τῆς ὑπερηφανίας τῆς ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν ἐμφανίζοντες καὶ τὸν ἐκ τοῦ πολέμου κίνδυνον κοινὸν εἶναι πάντων διδάσκοντες. (4) Τῆς γὰρ Μακεδονίας κρατήσαντα τὸν Ἀντίγονον εὐθὺς ἀφελεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων τὰς βασιλείας· δεδωκέναι γὰρ αὐτὸν πεῖραν πλεονάκις ὅτι πλεονέκτης ἐστὶ καὶ πᾶσαν ἀρχὴν ἀκοινώνητον ποιεῖ. Συμφέρειν οὖν ἅπαντας συμφρονῆσαι καὶ κοινῇ πρὸς Ἀντίγονον ἐπανελέσθαι

atem Siculis redditurus esset: sed omissa in præsens hac militia, in Corcyram trajecit; et urbe potitus, magnam pecuniæ vim exegit, præsidiumque in ea collocavit, hac arce belli uti, rebusque Græciæ hinc imminere cogitans.

CV. Mox etiam legati a Demetrio Poliorcete et Cassandro de societatis fœdere ipsum convenere; sed cum neutro se conjunxit. Hinc quum Tarentinos et quosdam alios defecisse audiret, relicto in Corcyra, quod sufficeret, præsidio, cum reliquis copiis in Italiam, ceu puniturus contumaces, transmisit; oræque appulsus, ubi Barbari custodias *non* agebant, urbem cepit, hominibusque sub corona venditis, agrum populationibus vastavit. (2) Sic Triopio etiam, quod vocant, expugnato, ad tria captivorum millia suæ potestatis fecit. Circa quod tempus regionis illius Barbari, in agmen coeuntes, noctu castra invadunt, et plures ducentis ex Cleonymi militibus interimunt, ac mille circiter vivos capiunt. (3) Cumque hoc periculo coorta simul tempestas viginti navigia, quorum prope castra erat statio, corrumpit. Tantis igitur cladibus semel atque iterum acceptis, Cleonymus in Corcyram cum exercitu renavigavit.

CVI. Jam anno exacto, in archontis munere Athenis Nicocles, in consulatu Romæ M. Livius et M. Æmilius succedebant. Quo tempore Cassander, Macedoniæ rex, Græcorum vires subinde crescere, totamque belli molem contra Macedoniam insurgere videns, de eventu trepide sollicitus erat. (2) Missis igitur in Asiam legatis ad Antigonum, ut secum pacem faceret, oravit. Ubi vero ille se nullam agnoscere pacificationem, nisi Cassander res suas ipsius arbitrio permitteret, respondit, territus ille Lysimachum e Thracia, quicum summam rei communicet, arcessit. (3) Semper enim hunc in maximis terroribus adhibere in auxilium solebat, tum ob virtutem hujus viri, tum quod regnum ejus Macedoniæ fines attingeret. Hi ergo de communi utilitate inter se consiliati, legatos mittunt ad Ptolemæum, regem Ægypti, et superiores provincias in potestate habentem Seleucum, et superbiam Antigoni in responsionibus demonstrant, bellique hujus periculum omnibus commune esse docent; (4) nam si Macedoniam obtinuerit Antigonus, mox aliis etiam regna sua ademturum. Experimentum enim sui jam exhibuisse aliquoties, quod subinde plura appetat, totumque sibi imperium extra ullam societatem vindicet. Expedire igitur, ut omnes inter se conspirent, et bellum commune contra Antigonum

πόλεμον. (6) Οἱ μὲν οὖν περὶ Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον δόξαντες ἀληθῆ λέγειν πρὸς ἀλλήλους, προθύμως ὑπήκουσαν, καὶ συνετάξαντο βοηθεῖν ἁδραῖς δυνάμεσι.

CVII. Τοῖς δὲ περὶ Κάσσανδρον ἔδοξε μὴ περιμένειν τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς φθάσαντας ἐπιστρατεύειν καὶ προλαμβάνειν τὸ χρήσιμον. Διόπερ ὁ Κάσσανδρος Λυσιμάχῳ μὲν παρέδωκε μέρος τοῦ στρατοπέδου καὶ στρατηγὸν συνεξέπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἀνέζευξε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως εἰς Θετταλίαν, διαπολεμήσων Δημητρίῳ καὶ τοῖς Ἕλλησι. (2) Λυσίμαχος δὲ μετὰ στρατοπέδου διαβὰς ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, Λαμψακηνοὺς μὲν καὶ Παριανοὺς ἑκουσίως προςθεμένους ἀφῆκεν ἐλευθέρους, Σίγειον δ' ἐκπολιορκήσας, φρουρὰν παρειςήγαγε. Μετὰ δὲ ταῦτα Πρεπελάῳ μὲν τῷ στρατηγῷ δοὺς πεζοὺς ἑξακιςχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, ἐξέπεμψε προςαξόμενον τὰς πόλεις τάς τε κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, αὐτὸς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρησε πολιορκεῖν τὴν Ἄβυδον, καὶ βέλη καὶ μηχανὰς καὶ τἄλλα παρεσκευάζετο. (3) Ἐπεὶ δὲ κατὰ θάλατταν ἦλθε τοῖς πολιορκουμένοις στρατιωτῶν πλῆθος παρὰ Δημητρίου τὸ δυνάμενον τὴν ἀσφάλειαν παρέχεσθαι τῇ πόλει, ταύτης μὲν τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστη, τὴν δ' ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν προςαγαγόμενος, καὶ Σύνναδα πόλιν ἔχουσαν ἀποσκευὰς βασιλικὰς ἐπολιόρκησεν. (4) Ὅτε δὴ καὶ Δόκιμον τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν πείσας κοινοπραγεῖν, τά τε Σύνναδα παρέλαβε διὰ τούτου καὶ τῶν ὀχυρωμάτων ἔνια τῶν ἐχόντων τὰ βασιλικὰ χρήματα. Ὁ δ' ἐπὶ τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Ἰωνίας πεμφθεὶς ὑπὸ Λυσιμάχου στρατηγὸς Πρεπέλαος Ἀδραμυτίου μὲν ἐκυρίευσεν ἐν παρόδῳ, τὴν δ' Ἔφεσον πολιορκήσας καὶ καταπληξάμενος τοὺς ἔνδον, παρέλαβε τὴν πόλιν. Καὶ τοὺς μὲν ἐγκαταληφθέντας τῶν Ῥοδίων ἑκατὸν ὁμήρους ἀπέστειλεν εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς δ' Ἐφεσίους ἀφῆκε· τὰς δὲ ναῦς τὰς ἐν τῷ λιμένι πάσας ἐνέπρησε διὰ τὸ θαλαττοκρατεῖν τοὺς πολεμίους καὶ τὴν ὅλην κρίσιν τοῦ πολέμου ἄδηλον ὑπάρχειν. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα Τηΐους μὲν καὶ Κολοφωνίους προςηγάγετο, Ἐρυθραίοις δὲ καὶ Κλαζομενίοις ἐλθούσης κατὰ θάλατταν βοηθείας, τὰς μὲν πόλεις ἑλεῖν οὐκ ἠδυνήθη, τὴν δὲ χώραν αὐτῶν πορθήσας ἀνέζευξεν ἐπὶ Σάρδεις. Ἐνταῦθα δὴ τῶν Ἀντιγόνου στρατηγῶν Φοίνικα καὶ Δόκιμον πείσας ἀποστῆναι τοῦ βασιλέως, παρέλαβε τὴν πόλιν πλὴν τῆς ἄκρας· ταύτην γὰρ φυλάττων Φίλιππος εἷς τῶν Ἀντιγόνου φίλων βεβαίαν ἐτήρει τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς τὸν πεπιστευκότα. Τὰ μὲν οὖν περὶ Λυσίμαχον ἐν τούτοις ἦν.

CVIII. Ἀντίγονος δὲ προχειρισάμενος ἀγῶνα μέγαν καὶ πανήγυριν ἐν Ἀντιγονείᾳ συντελεῖν, πάντοθεν ἀθλητάς τε καὶ τεχνίτας τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐπὶ μεγάλοις ἄθλοις καὶ μισθοῖς ἠθροίκει. Ὡς δ' ἤκουσε τὴν Λυσιμάχου διάβασιν καὶ τῶν στρατηγῶν τὴν ἀπόστασιν, τὸν μὲν ἀγῶνα διέλυσε, τοῖς δ' ἀθληταῖς καὶ

suscipiant. (5) Ptolemæus et Seleucus, quod vera inter sese asseverare judicarent, lubentes obsequuntur, et numerosis subvenire copiis constituunt.

CVII. Cassandro autem visum, hostis adventum non opperiendum, et expeditione prius facta, anticipare quod expediret. Idcirco partem exercitus, mittens una ducem, Lysimacho tradit; ipse cum reliquo agmine in Thessaliam movit Demetrium oppugnaturus et Græcos. (2) Lysimachus ergo cum milite ipsius ex Europa in Asiam trangressus, Lampsacenos et Parianos, quum sponte in partes ejus concederent, liberos dimittit; expugnatoque Sigeo præsidium induxit. Exinde sex millibus peditum et mille equitibus Prepelao traditis, ad Æolidis et Ioniæ urbes adjungendas illum mittit; ipse Abydum primo obsidere aggressus tela machinasque et alia comparat. (3) At ubi per mare a Demetrio armatorum multitudo, quæ urbem tutari posset, supervenit, a proposito desistit; Phrygiaque ad Hellespontum subacta, etiam Synnada urbem, in qua regia erant impedimenta, obsidione cinxit. (4) Quo tempore Docimum, Antigoni præfectum, ad res Marte communi gerendas induxit, ejusque opera Synnada et castellorum quædam, ubi regiæ opes reconditæ erant, in potestatem accepit. Interim Prepelaus dux, in Æolidem Ioniamque missus a Lysimacho, Adramytio in transitu potitur, Ephesumque obsidet, et pavore obsessis injecto, urbem deditione accipit, et Rhodiorum obsides centum, illic deprehensos, in patriam dimittit; Ephesios autem missos facit; sed omnes in portu naves incendit: quod eo tempore maris dominium hostes tenerent, totusque belli exitus adhuc incertus esset. (5) Hinc Teios etiam atque Colophonios subjunxit; Erythræis autem et Clazomeniis per mare subsidium venerat: ideo urbes hasce capere non potuit, sed agrum illorum populatus, Sardes versus duxit. Ibi præfectum Antigoni Phœnicem et Docimum (?) ad defectionem pellexit, urbemque præter arcem in fidem accepit. Hanc enim custodiens Philippus, de necessariis Antigoni unus, benevolentiam erga eum, qui sibi fidem habebat, conservavit. In hoc itaque statu res Lysimachi tum erant.

CVIII. Antigonus tunc ingens certamen et festum panegyricum Antigoniæ instituerat, magnisque ad hoc præmiis et mercedibus undique conciverat athletas et artifices præclarissimos. Ubi vero de transitu Lysimachi et defectione militum audivit, ludos abrumpit, athletis tamen et artifi-

τοῖς τεχνίταις ἀπέδωκε μισθοὺς οὐκ ἐλάττους διακοσίων ταλάντων. (2) Αὐτὸς δὲ τὴν δύναμιν ἀναλαβών, ὥρμησεν ἐκ τῆς Συρίας σύντονον τὴν πορείαν ποιούμενος ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Εἰς δὲ Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἀφικόμενος, ἐξ ὧν κατεκόμισε χρημάτων ἐκ τῶν Κυΐνδων τὸ στρατόπεδον εἰς τρεῖς μῆνας ἐμισθοδότησε. (3) Χωρὶς δὲ τούτων τρισχίλια τάλαντα μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκόμιζεν, ὅπως τοιαύτην ἔχῃ τὴν χορηγίαν, ὅταν αὐτῷ χρεία γένηται χρημάτων. Ἔπειτα τὸν Ταῦρον ὑπερβαλὼν προῆγεν ἐπὶ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς ἀφεστηκότας περὶ τὴν ἄνω Φρυγίαν καὶ Λυκαονίαν ἐπιπορευόμενος, πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν συμμαχίαν ἀποκατέστησε. (4) Καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ περὶ τὸν Λυσίμαχον πυθόμενοι τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν, συνήδρευον βουλευόμενοι πῶς χρηστέον εἴη τοῖς ἐπιφερομένοις κινδύνοις. (5) Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς εἰς μὲν μάχην μὴ συγκαταβαίνειν, ἕως ἂν οἱ περὶ Σέλευκον ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν καταβῶσι, τόπους δὲ ὀχυροὺς καταλαβέσθαι καὶ χάρακι καὶ τάφρῳ τὴν στρατοπεδείαν ἀσφαλισαμένους, ὑπομένειν τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον. Οὗτοι μὲν οὖν τὸ δοχθὲν αὐτοῖς ἐπετέλουν κατὰ σπουδήν. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἐπεὶ πλησίον ἐγένετο τῶν πολεμίων, ἐκτάξας τὴν δύναμιν προεκαλεῖτο εἰς μάχην. (6) Οὐδενὸς δ' ἐπεξιέναι τολμῶντος, αὐτὸς μὲν κατελάβετο τόπους τινάς, δι' ὧν ἀναγκαῖον ἦν τὰς τροφὰς τοῖς ἐναντίοις παρακομίζεσθαι· οἱ δὲ περὶ τὸν Λυσίμαχον φοβηθέντες μήποτε, τῆς ἀγορᾶς ἀποκοπείσης, ὑποχείριοι γένωνται τοῖς πολεμίοις, νυκτὸς ἀνέζευξαν, καὶ διατείναντες σταδίους τετρακοσίους, κατεστρατοπέδευσαν περὶ Δορύλαιον. (7) Εἶχε γὰρ τὸ χωρίον σίτου τε καὶ τῆς ἄλλης χορηγίας πλῆθος καὶ ποταμὸν παραῤῥέοντα δυνάμενον ἀσφάλειαν παρέχεσθαι τοῖς παρ' αὐτὸν στρατοπεδεύουσι. Βαλόμενοι δὲ στρατοπεδείαν ὠχύρωσαν τὴν παρεμβολὴν βαθείᾳ τάφρῳ καὶ τριπλῷ χάρακι.

CIX. Ἀντίγονος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν πολεμίων ἀποχώρησιν, εὐθὺς ἐπεδίωκεν αὐτούς, καὶ πλησίον γενόμενος τῆς παρεμβολῆς, ἐπεὶ πρὸς παράταξιν οὐ συγκατέβαινον, ἤρξατο περιταφρεύειν τὴν στρατοπεδείαν, καὶ καταπέλτας καὶ βέλη μετεπέμψατο, βουλόμενος αὐτὴν πολιορκῆσαι. Συντελουμένων δ' ἀκροβολισμῶν περὶ τὴν ταφρείαν, καὶ τῶν περὶ τὸν Λυσίμαχον πειρωμένων ἀνείργειν τοῖς βέλεσι τοὺς ἐργαζομένους, ἐν πᾶσιν ἐπροτέρουν οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον. (2) Ἔπειτα χρόνου γενομένου, καὶ τῶν ἔργων ἤδη συντέλειαν λαμβανόντων, τῆς δὲ τροφῆς ὑπολιπούσης τοὺς πολιορκουμένους, οἱ περὶ τὸν Λυσίμαχον τηρήσαντες νύκτα χειμέριον, ἀναζεύξαντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς διὰ τῶν ὑπερδεξίων τόπων ἀπεχώρησαν εἰς παραχειμασίαν. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἡμέρας γενομένης ὡς εἶδε τὴν τῶν πολεμίων ἀπαλλαγήν, ἀντιπαρῆγεν αὐτὸς διὰ τῶν πεδίων. (3) Ἐπιγενομένων δὲ ὄμβρων μεγάλων, καὶ τῆς χώρας οὔσης βαθυγείου καὶ πηλώδους, τῶν τε ὑποζυγίων οὐκ ὀλίγα συνέβη καὶ τῶν σωμάτων τινὰ

cibus mercedem, non minus ducentis talentis, persolvit. (2) Ipse, copiis assumptis, ex Syria citatis itineribus contra hostes pergit. Ubi Tarsum Ciliciæ pervenit, de pecunia, quam e Quindis asportaverat, exercitui ad tres menses stipendia numerat. (3) Et præter hanc cum exercitu tria talentûm millia advexerat, ut, si quando pecunia opus foret, hæc sumtuum facultas in promtu haberetur. Superato hinc Tauro, Cappadociam versus contendit, et rebelles in superiore Phrygia et Lycaonia ad pristinam militiæ societatem reduxit. (4) Quo tempore Lysimachus, hostis adventu cognito, in senatu cum suis deliberavit, quid imminentibus his periculis agendum esset. (5) Illi, ad pugnam non esse descendendum, quoad Seleucus e provinciis superioribus adventasset, sed occupanda firmiora loca, castrisque vallo et fossa præmunitis, adventum hostis exspectandum censebant. Hic ergo, quod decretum erat, studiose peregit. Antigonus vero, ut proxime hostes ventum, explicatis in aciem copiis, pugnam lacessebat. (6) Ubi nemo ex adverso prodire audet, ipse loca quædam insidet, qua cibaria hostibus importari necessarium erat. Lysimachus ergo veritus, ne interciso commeatu, in hostis potestatem veniret, noctu inde movet, et quadringenta stadia emensus, circa Dorylæum castra facit. (7) Locus enim ille frumento alioque commeatu abundabat, ac præterea amnem habebat, qui castra metantibus illic munimenti loco esset. Jacto igitur vallo, fossa præalta triplicique vallo castra firmarunt.

CIX. Antigonus, discessu hostium audito, e vestigio insequitur, et castris illorum propinquans, ubi in aciem nemo descendit, obsessurus castra fossa circumdare cœpit, et catapultas ac tela afferenda curat. Quumque velitationes circa fossam exsisterent, quod Lysimachus telis in opere versantes arcere conaretur, in omnibus Antigonus superior erat. (2) Deinde post aliquantum temporis quum opera ad finem tenderent, alimentaque circumsessos deficerent, Lysimachus, tempestuosa nocte captata, ex castris illis digressus, per loca editiora in hiberna concessit. Ut vero Antigonus exorta luce discessum hostis animadvertit, e regione per campestria etiam ipse contendit. (3) Sed quum magni caderent imbres, et regionis ille tractus profundus et cœnosus esset, jumentorum non pauca hominesque non-

διαφθαρῆναι καὶ τὸ σύνολον ἐπιπόνως ἅπασαν τὴν δύναμιν διατεθῆναι. (4) Διόπερ ὁ βασιλεὺς ἅμα μὲν ἀναλαβεῖν βουλόμενος ἐκ τῆς κακοπαθείας τοὺς στρατιώτας, ἅμα δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν ὁρῶν περιλαμβάνουσαν, τοῦ μὲν καταδιώκειν ἀπέστη, πρὸς δὲ τὴν χειμασίαν ἐπιλεξάμενος τοὺς εὐθετωτάτους τόπους, διεῖλε κατὰ μέρη τὴν δύναμιν. (5) Πυνθανόμενος δὲ Σέλευκον καταβαίνειν ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν μετὰ μεγάλης δυνάμεως, ἔπεμψέ τινας τῶν φίλων εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸς Δημήτριον, παρακελευόμενος ἥκειν πρὸς αὐτὸν μετὰ τῆς δυνάμεως τὴν ταχίστην. Σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο μή, πάντων τῶν βασιλέων ἐπ' αὐτὸν συνδραμόντων, ἀναγκασθῇ παρατάξει κρῖναι τὸν ὅλον πόλεμον πρὶν ἢ συνελθεῖν εἰς ταὐτὸ τὴν ἐκ τῆς Εὐρώπης δύναμιν. (6) Παραπλησίως δὲ καὶ Λυσίμαχος διεῖλε τὴν δύναμιν εἰς χειμασίαν ἐν τῷ καλουμένῳ Σαλωνίας πεδίῳ. Ἀγορὰν δὲ πολλὴν ἐξ Ἡρακλείας μετεπέμπετο, ποιησάμενος ἐπιγαμίαν πρὸς τοὺς Ἡρακλεώτας. (7) Ἔγημε γὰρ Ἄμηστριν τὴν Ὀξυάρτου μὲν θυγατέρα, Δαρείου δὲ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆν, Κρατέρου δὲ γυναῖκα γενομένην ὑπ' Ἀλεξάνδρου δοθεῖσαν, τότε δυναστεύουσαν τῆς πόλεως. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

CX. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Δημήτριος διατρίβων ἐν ταῖς Ἀθήναις ἔσπευδε μυηθῆναι καὶ καταλαβεῖν τὴν ἐν Ἐλευσῖνι τελετήν. Ἀπεχούσης δὲ χρόνον ἱκανὸν τῆς κατὰ νόμους ἡμέρας, καθ' ἣν εἰώθεισαν Ἀθηναῖοι συντελεῖν τὴν τελετήν, ἔπεισε τὸν δῆμον διὰ τὰς εὐεργεσίας κινῆσαι τὸ πάτριον ἔθος. Παραδοὺς οὖν αὑτὸν ἄνοπλον τοῖς ἱερεῦσι, καὶ πρὸ τῆς ὡρισμένης ἡμέρας μυηθείς, ἀνέζευξεν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. (2) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εἰς Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας ἤθροισε τὸν στόλον καὶ τὴν πεζικὴν δύναμιν· μετὰ δὲ ταῦτα πυθόμενος τοὺς περὶ Κάσσανδρον προκατειλῆφθαι τὰς παρόδους, πεζῇ μὲν ἀπέγνω τὴν εἰς Θετταλίαν ποιεῖσθαι πορείαν, παραπλεύσας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὸν ἐν Λαρίσῃ λιμένα καὶ τὴν δύναμιν ἐκβιβάσας, τὴν μὲν πόλιν ἐξ ἐφόδου παρέλαβε, τὴν δ' ἄκραν ἐκπολιορκήσας τοὺς μὲν φρουροὺς δήσας παρέδωκεν εἰς φυλακήν, τοῖς δὲ Λαρισαίοις τὴν αὐτονομίαν ἀποκατέστησε. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα Πρώνας μὲν καὶ Πτελεὸν προσηγάγετο· Δῖον δὲ καὶ Ὀρχομενὸν μετοικιζόντος εἰς Θήβας Κασσάνδρου, διεκώλυσε μετοικισθῆναι τὰς πόλεις. Κάσσανδρος δὲ θεωρῶν τὰ πράγματα τῷ Δημητρίῳ κατὰ νοῦν χωροῦντα, Φερὰς μὲν καὶ Θήβας ἁδροτέραις φρουραῖς παρεφύλαττε, τὴν δὲ δύναμιν πᾶσαν εἰς ἕνα τόπον ἀθροίσας, ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς περὶ τὸν Δημήτριον. (4) Εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους ἐνακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους· τῷ δὲ Δημητρίῳ συνηκολούθουν ἱππεῖς μὲν χίλιοι καὶ πεντακόσιοι, πεζοὶ δὲ Μακεδόνες οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακισχιλίων, μισθοφόροι δ' εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἐκ δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων δισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι, ψιλικὰ δὲ τάγματα καὶ πειρατῶν παντοδαπῶν τῶν συν-

nulli peribant: totus denique exercitus cum difficultate magna conflictabatur. (4) Propterea rex, tum ut militem ab ærumnis illis reficeret, tum quod hibernam anni tempestatem ingruere videret, a persequendo destitit. Convenientissimis itaque locis ad hiemandum delectis, in partes exercitum distribuit. (5) Certior autem factus, ex ulterioribus satrapiis cum numerosis copiis descendere Seleucum, amicorum quosdam in Græciam misit ad Demetrium, cum mandatis, ut quamprimum cum exercitu ad ipsum veniret. Majorem enim in modum timebat, ne, si omnes contra ipsum reges concurrissent, acie cum illis de summa rerum decernere, priusquam copiæ ex Europa convenissent, ipse cogeretur. (6) Ita etiam Lysimachus in campo, ut vocatur, Saloniæ exercitum in hiberna distribuit. Largum vero ex Heraclea commeatum sibi procuraverat, quod affinitatem cum Heracleensibus contraxerat. (7) Uxorem enim duxerat Amestrin, Oxyartæ filiam, Darii regis ex fratre neptem, quam Cratero conjugem dederat Alexander, tunc civitati imperantem. Et rerum quidem Asiaticarum is tunc status erat.

CX. In Græcia interim Demetrius, Athenis subsistens, sacris imbui ritumque initiorum apud Eleusinios consequi percupiebat. At quum intervallo satis longo dies legitima, qua peragere initiationem solebant Athenienses, abesset, populo mutandi patrii moris propter merita ipsius suasor fuit. Inermem igitur sacerdotibus se permittit, et ante statum diem initiatus, Athenis discedit. (2) Et tum quidem ad Chalcidem Euboeæ classem et copias terrestres coegit; postea vero quam aditus a Cassandro occupatos audivisset, itinere terrestri adeundam Thessaliam haud censuit; sed cum exercitu in portum Larissæ vectus, copiis expositis, urbem primo statim adventu recepit, expugnataque arce, præsidiarios vinctos in custodiam compegit, et legum suarum usum Larissæis restituit. (3) Deinde Pronas [*Antronem?*] et Pteleum sibi adjunxit. Dium quidem et Orchomenum ut relinquerent incolæ et Thebas commigrarent jusserat Cassander; ipse vero translationem hanc urbium prohibuit. Cassander, ubi res ex animi sententia Demetrio succedere advertit, Pheras atque Thebas validioribus præsidiis munit, contractoque in unum locum exercitu, castra sua Demetrianis opponit. (4) Habebat vero in toto viginti novem millia peditum, et equitum bis mille. Demetrium sequebantur mille et quingenti equites, nec minus octo millibus peditum ex Macedonia, tum conductitiorum quindecim millia, et viginti quinque millia ex urbibus Græciæ, ferentarii autem et piratarum ex variis gentibus col-

τρεχόντων ἐπὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰς ἁρπαγὰς οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακισχιλίων, ὥστ' εἶναι τοὺς ἅπαντας πεζοὺς περὶ τοὺς πεντακισμυρίους ἑξακισχιλίους. (5) Ἀντικαθημένων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐκτάξεις μὲν ἐγίνοντο παρ' ἀμφοτέροις, εἰς μάχην δὲ οὐδέτερος συγκατέβαινε, καραδοκοῦντες τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐσομένην τῶν ὅλων κρίσιν. (6) Δημήτριος δέ, τῶν Φεραίων ἐπικαλεσαμένων αὐτόν, παρειςπεσὼν εἰς τὴν πόλιν μετὰ μέρους τῆς δυνάμεως, τὴν μὲν ἄκραν ἐκπολιορκήσας ὑποσπόνδους ἀφῆκε τοὺς παρὰ Κασσάνδρου στρατιώτας, τοῖς δὲ Φεραίοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησεν.

CXI. Ἐν τούτοις δ' ὄντων τῶν περὶ Θετταλίαν ἧκον πρὸς τὸν Δημήτριον οἱ πεμφθέντες ὑπ' Ἀντιγόνου, διασαφοῦντες τὰς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐντολὰς καὶ παρακελευόμενοι τὴν ταχίστην διαβιβάζειν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Ἀσίαν. (2) Διόπερ ἀναγκαῖον ἡγησάμενος ὑπάρχειν ὁ βασιλεὺς τὸ πείθεσθαι τῷ πατρί, πρὸς μὲν Κάσσανδρον διαλύσεις ἐποιήσατο, συνθέμενος εἶναι κυρίας τὰς συνθήκας, ἐὰν ὦσιν εὐάρεστοι τῷ πατρί, ἀκριβῶς μὲν εἰδὼς οὐ προσδεξόμενον αὐτὸν διὰ τὸ κεκρικέναι πάντως διὰ τῶν ὅπλων ἐπιθεῖναι τέλος τῷ συμβάντι πολέμῳ, βουλόμενος δὲ τὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀποχώρησιν εὐσχήμονα ποιήσασθαι καὶ μὴ φυγῇ παραπλησίαν· ἐγέγραπτο γὰρ ἐν ταῖς συνθήκαις πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἐλευθέρας ὑπάρχειν οὐ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν. (3) Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Δημήτριος παρασκευασάμενος πορεῖα πρὸς τὴν παρακομιδὴν τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἀνήχθη παντὶ τῷ στόλῳ, καὶ κομισθεὶς διὰ νήσων κατέπλευσεν εἰς Ἔφεσον. Ἐκβιβάσας δὲ τὴν δύναμιν καὶ στρατοπεδεύσας πλησίον τῶν τειχῶν, ἠνάγκασε τὴν πόλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν ἀποκατασταθῆναι τάξιν· καὶ τὴν μὲν ὑπὸ Πρεπελάου τοῦ Λυσιμάχου στρατηγοῦ παρειςαχθεῖσαν φρουρὰν ἀφῆκεν ὑπόσπονδον, ἰδίαν δὲ φυλακὴν εἰς τὴν ἄκραν καταστήσας, παρῆλθεν εἰς Ἑλλήσποντον, καὶ Λαμψακηνοὺς μὲν καὶ Παριανούς, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τῶν μεταβεβλημένων πόλεών τινας ἀνεκτήσατο· ἐπὶ δὲ τὸ στόμα τοῦ Πόντου παραγενόμενος, πρὸς τῷ Χαλκηδονίων ἱερῷ στρατοπεδείαν περιεβάλετο καὶ τοὺς φυλάξοντας τὸν τόπον ἀπέλιπε στρατιώτας πεζοὺς μὲν τριςχιλίους, ναῦς δὲ μακρὰς τριάκοντα· τὴν δ' ἄλλην δύναμιν διελόμενος κατὰ πόλεις διέδωκεν εἰς χειμασίαν. (4) Περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Μιθριδάτης, ὑπήκοος ὢν Ἀντιγόνῳ καὶ δόξας ἀφίστασθαι πρὸς τοὺς περὶ Κάσσανδρον, ἀνῃρέθη περὶ Κίον τῆς Μυσίας, ἄρξας αὐτῆς καὶ Καρίνης ἔτη τριάκοντα πέντε· τὴν δὲ δυναστείαν διαδεξάμενος Μιθριδάτης ὁ υἱὸς αὐτοῦ πολλὰ προσεκτήσατο, τῆς δὲ Καππαδοκίας καὶ Παφλαγονίας ἦρξεν ἔτη τριάκοντα ἕξ.

CXII. Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις Κάσσανδρος μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τὴν Δημητρίου τὰς μὲν κατὰ τὴν Θετταλίαν πόλεις ἀνεκτήσατο, Πλείσταρχον δὲ μετὰ

luvies, qui ad bella et rapinas confluere solent, octo millibus haud pauciores, ut summa omnium esset ad quinquaginta et sex millia in exercitu terrestri. (5) Jam per multos dies castra inter se opposuerant, et utrinque instruxerant acies, sed pars neutra in pugnam descendebat, summæ rerum in Asia eventum suspensis animis exspectans. (6) Tum invocatus a Pheræis Demetrius cum parte copiarum urbem subintravit, et arce expugnata, Cassandri milites in fidem acceptos dimisit suamque Pheræis libertatem restituit.

CXI. Dum hic rerum Thessalicarum status est, missi nomine Antigoni veniunt ad Demetrium, qui patris mandata exponentes, ut quam celerrime copias in Asiam transportet, exhortantur. (2) Patri ergo morem gerere necessarium arbitratus rex pacem ea conditione cum Cassandro facit, ut pacta tum demum valeant, si patri probentur; nihil tamen dubitans, quin pro cassis illa parens habiturus sit, cui armis finem bello imponere omnino sit decretum; interim discessum e Græcia suum videri decorum, nec fugæ similem volebat. In fœderis enim tabula inter alia etiam hoc scribendum curaverat, ut Græci nominis urbes non per ipsam modo Græciam, sed Asiam quoque, liberæ forent. (3) Tum demum, comparatis ad transvehendum milites et impedimenta navibus trajectitiis, cum tota classe solvit, ac directo per insulas cursu, Ephesum transmisit, expositoque milite castra metatus, urbem in pristinum ordinem coegit, et præsidium, a Prepelao duce Lysimachi ibi collocatum, data fide abire permisit : sua denique custodia arci imposita, Hellespontum usque progressus est. Ibi Lampsacenos et Parianos aliasque mutatæ fidei urbes recuperavit. Hinc ad Ponti ostium profectus, apud Chalcedoniorum fanum castra muniit, et ad tuendum locum tria peditum millia et triginta naves longas ibi reliquit, copias reliquas in urbes ad hibernandum huc illuc dispartitus. (4) Sub hæc tempora Mithridates, imperio Antigoni subditus, quum in Cassandri partes transiisse putaretur, ad Cium Mysiæ, cujus, ut etiam Carinæ, triginta quinque annos princeps fuerat, interfectus est. Principatum ejus filius Mithridates excepit, et magna ditionis parte auctus Cappadociam et Paphlagoniam annos triginta sex gubernavit.

CXIII. His ipsis diebus Cassander post abitum Demetrii Thessaliæ urbes imperio suo iterum vindicavit : Plistar-

δυνάμεως ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἀσίαν βοηθήσοντα τοῖς περὶ τὸν Λυσίμαχον. Οἱ δὲ συναποσταλέντες ἦσαν πεζοὶ μὲν μύριοι δισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι. (2) Ὁ δὲ Πλείσταρχος, ἐπειδὴ παραγενόμενος ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου κατέλαβε τοὺς τόπους προκατεχομένους ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀπογνοὺς τὴν διάβασιν παρῆλθεν εἰς Ὀδησσόν, ἣ κεῖται μεταξὺ μὲν τῆς τε Ἀπολλωνίας καὶ Καλλατίας, καταντικρὺ δὲ τῆς ἐν τῷ πέραν Ἡρακλείας, ἐχούσης τι μέρος τῆς Λυσιμάχου δυνάμεως. (3) Οὐκ ἔχων δ' ἱκανὰ πορεῖα πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν διάβασιν, τριχῇ διεμέρισε τὴν δύναμιν. Τὴν μὲν οὖν πρώτην ἀποστολὴν συνέβη διασωθῆναι πρὸς τὴν Ἡράκλειαν, τὴν δὲ δευτέραν ὑπὸ τῶν περὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου φυλακίδων νεῶν ἁλῶναι· κατὰ δὲ τὴν τρίτην αὐτοῦ συνδιαβαίνοντος τοῦ Πλειστάρχου χειμὼν ἐπεγενήθη τηλικοῦτος, ὥςτε τὰ πλεῖστα τῶν σκαφῶν καὶ τῶν σωμάτων διαφθαρῆναι. (4) Καὶ γὰρ ἡ κομίζουσα ναῦς ἑξήρης τὸν στρατηγὸν συνεκλύσθη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πλεόντων οὐκ ἐλαττόνων ἢ πεντακοσίων τρεῖς πρὸς τοῖς τριάκοντα μόνον διεσώθησαν. Ἐν δὲ τούτοις ἦν καὶ ὁ Πλείσταρχος, ναυαγίου μὲν ἐπειλημμένος, εἰς δὲ τὴν γῆν ἡμιθανὴς ἐκβεβρασμένος. Οὗτος μὲν οὖν ἀποκομισθεὶς εἰς Ἡράκλειαν, καὶ προςαναλαβὼν ἐκ τῆς ἀτυχίας τὸ σῶμα, πρὸς τὸν Λυσίμαχον εἰς τὴν χειμασίαν ἀνέζευξε, τὸ πλεῖον τῆς δυνάμεως ἀποβεβληκώς.

CXIII. Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἀναζεύξας ἐξ Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, τὰς μὲν ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ πόλεις ἁπάσας ὑποχειρίους ἐποιήσατο· Σιδῶνα δὲ πολιορκοῦντος αὐτοῦ, τινὲς παρῆσαν ἀπαγγέλλοντες ψευδῶς ὅτι, παρατάξεως γενομένης τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ μὲν περὶ Λυσίμαχον καὶ Σέλευκον ἡττηθέντες ἀποκεχωρήκασιν εἰς τὴν Ἡράκλειαν, Ἀντίγονος δὲ νενικηκὼς προςάγει μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ Συρίας. (2) Παραλογισθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων καὶ πεισθεὶς ἀληθῆ τὴν προςαγγελίαν εἶναι, πρὸς μὲν τοὺς Σιδωνίους εἰς τέτταρας μῆνας ἀνοχὰς ἐποιήσατο, τὰς δὲ χειρωθείσας πόλεις φρουραῖς ἀσφαλισάμενος, ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Αἴγυπτον. (3) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις οἱ τῶν παρὰ Λυσιμάχῳ στρατιωτῶν αὐτομολήσαντες ἐκ τῆς χειμασίας παρ' Ἀντίγονον, Αὐταριᾶται μὲν δισχίλιοι, Λύκιοι δὲ καὶ Παμφύλιοι περὶ ὀκτακοσίους. Τούτοις μὲν οὖν Ἀντίγονος φιλανθρώπως προςενεχθεὶς τούς τε μισθοὺς ἔδωκεν οὓς ἔφασαν ὀφείλεσθαι παρὰ Λυσιμάχου, καὶ δωρεαῖς ἐτίμησε. (4) Καθ' ὃν δὴ χρόνον ἦλθε καὶ Σέλευκος ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν διαβεβηκὼς εἰς Καππαδοκίαν μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ κατασκευάσας στεγνὰ τοῖς στρατιώταις παρεχείμαζεν. Εἶχε δὲ πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ σὺν τοῖς ἱπποτοξόταις περὶ μυρίους δισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις, ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα πλείω τῶν ἑκατόν. (5) Αἱ μὲν οὖν τῶν βασιλέων δυνάμεις τοῦτον τὸν τρόπον ἠθροίζοντο, χε-

chum vero cum exercitu in Asiam Lysimacho auxiliatum misit. Adjuncta ipsi fuerant duodecim millia peditum, equites quingenti. (2) Plistarchus vero ad Ponti fauces delatus, quas hostes præsidio tenebant, desperatoque transitu, iter deflectit Odessum versus, quæ inter Apolloniam et Callatiam, ex adverso Heracleæ, quæ copiarum Lysimachi partem aliquam habebat, sita est. (3) Ibi quum navigiis ad transportandum militem idoneis destitueretur, trifariam exercitum partitur. Prima sane classis Heracleam incolumis pervenit; altera a præsidiariis ad ingressum Ponti navibus subacta fuit; tertiam, qua Plistarchus ipse transmittebat, tanta oppressit tempestas, ut pars maxima navium et corporum interiret. (4) Nam hexeris, quæ prætorem vehebat, submergitur, et de navigantibus in ea, qui quingenti ut minimum erant, tres et triginta dumtaxat evadunt. Inter hos etiam Plistarchus fuit, qui fragmento navis suffultus, ad terram semimortuus ejectus est. Is Heracleam deportatus, refecto a calamitate ista corpore, ad Lysimachum in hiberna se contulit, quum majorem exercitus partem amisisset.

CXIII. Iisdem diebus ex Ægypto profectus cum instructissimo exercitu Ptolemæus, omnes in Cava Syria urbes in ditionem redegit. Interea dum Sidonem obsidet, quidam falso renuntiantes aderant, commisso inter reges prœlio, Lysimachum et Seleucum victos Heracleam se recepisse, victoremque Antigonum cum exercitu in Syriam contendere. (2) A quibus ille deceptus, quum verum esse nuntium crederet, cum Sidoniis in quattuor menses inducias fecit, et præsidio munitis, quæ subegerat, oppidis, cum exercitu in Ægyptum remeavit. (3) Dum hæc geruntur, de militibus Lysimachi quidam ex hibernis ad Antigonum transfugiunt, bis mille videlicet Autariatæ, Lycii vero Pamphyliique circiter octingenti. Hos perhumaniter excipit Antigonus, et stipendiis, quæ sibi a Lysimacho deberi affirmabant, persolutis, honoraria insuper adjungit (4) Per id tempus etiam Seleucus cum numeroso exercitu ex superioribus præfecturis ducto, in Cappadociam venit, militesque, præparatis tabernaculis, in hiberna collocavit. Habebat autem sub signis in peditatu viginti millia, in equitatu, sagittariis equestribus adnumeratis, circiter duodecim millia, elephantes quadringentos octoginta currusque falcatos supra centum. (5) Regum itaque copiæ hunc ad modum coibant, quod omnes ad futuram

κρικότων ἁπάντων κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν θερείαν διὰ τῶν ὅπλων κρῖναι τὸν πόλεμον. Ἡμεῖς δέ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ προεθέμεθα, τὸν γενόμενον τούτοις τοῖς βασιλεῦσι πρὸς ἀλλήλους πόλεμον περὶ τῶν ὅλων πράξεων ἀρχὴν ποιησόμεθα τῆς ἑπομένης βίβλου.

æstatem armis disceptare constitutum haberent. Nos vero, ut initio propositum fuit, bellum, quod reges inter sese de rerum summa gesserunt, libri sequentis initium faciemus.

DIODORI SICULI

BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ

LIBRORUM VIGINTI POSTERIORUM

RELIQUIÆ.

ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. de Virt. et vit. p. 559.) Ὅτι Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς ἐξ ἰδιώτου γενόμενος δυνάστης, καὶ πλεῖστον ἰσχύσας τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων, οὐκ ἠρκέσθη ταῖς παρὰ τῆς τύχης δωρεαῖς, ἀλλ' ἐπιβαλόμενος τὰς τῶν ἄλλων βασιλείας εἰς αὑτὸν ἀδίκως περιστῆσαι, τὴν ἰδίαν ἀπέβαλεν ἀρχὴν ἅμα καὶ τοῦ ζῆν ἐστερήθη.

(Exc. Vatican. p. 42.) (2) Ὅτι Πτολεμαῖος καὶ Σέλευκος καὶ Λυσίμαχος συνέδραμον ἐπ' Ἀντίγονον τὸν βασιλέα οὐχ οὕτως ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίας προκληθέντες, ὡς ὑπὸ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς φόβου συναναγκασθέντες ὥρμησαν ἑτοίμως πρὸς τὴν τῶν ὅλων κοινοπραγίαν.

Ὅτι οἱ ἐλέφαντες οἱ Ἀντιγόνου καὶ Λυσιμάχου κατὰ τὴν μάχην ἠγωνίζοντο ὡς ἂν τῆς φύσεως ἐφάμιλλον δεδωκυίας αὐτοῖς τὴν ἀλκὴν καὶ βίαν.

(Diodor. XIX, 55.) (3) Μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντων αὐτῷ (Antigono) τῶν Χαλδαίων, καὶ προλεγόντων ὡς εἰ τὸν Σέλευκον ἐκ τῶν χειρῶν ἀφήσει, συμβήσεται τήν τ' Ἀσίαν πᾶσαν ὑποχείριον γενέσθαι καὶ αὐτὸν Ἀντίγονον ἐν τῇ πρὸς ἐκεῖνον παρατάξει καταστρέψειν τὸν βίον, ... οὐ μετρίως ἐκινήθη, ... καταπλαγεὶς τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν. ... Δοκοῦσι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ προειπεῖν ὅτι παρελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τελευτήσει. Ὁμοίως δὲ τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου προῤῥήσει συνέβη καὶ τὴν (περὶ) Σελεύκου τελεσθῆναι κατὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν τούτων ἀποφάσεις· περὶ ἧς τὰ κατὰ μέρος ἐροῦμεν, ὅταν ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους ἐπιβάλωμεν. (Conf. II, 31.)

(Exc. Hœschel. p. 480.) (4) Πᾶσαν μὲν κακίαν φευκτέον ἐστὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι, μάλιστα δὲ τὴν πλεονεξίαν. Αὕτη γὰρ διὰ τὴν ἐκ τοῦ συμφέροντος ἐλπίδα

LIBRI VICESIMI PRIMI RELIQUIÆ.

I. Antigonus rex, ex homine privato ad fortunam regiam evectus, quum ceterorum ætatis suæ principum potentissimus esset, tamen fortunæ donis acquiescere non potuit, sed aliorum quoque principatum nullo jure sibi adjungere conatus, et regnum suum amisit et præterea vita privatus est.

(2) Ptolemæus et Seleucus atque Lysimachus regem Antiochum simul invaserunt, scilicet non tam mutua concordia invitati, quam suis quisque timoribus coacti facile consenserunt in rerum summam conjunctis opibus tractandam.

In prœlio Antigoni cum Lysimacho elephanti pugnaverunt veluti si natura æmulam iis dedisset audaciam ac vim.

(3) Postea venere ad Antigonum Chaldæi, et fore prædixerunt, si e manibus dimitteret Seleucum, ut Asia tota in ejus potestatem veniret, et Antigonus ipse, acie cum illo congressus, vitam suam finiret. Tunc Antigonus non mediocriter commotus est, dignitate virorum conterritus.... Alexandro etiam recte videntur prænuntiasse, obiturum, si Babylonem intraret. Ut igitur Alexandro prædicta evenerunt, sic etiam responsa de Seleuco a viris illis edita eventum habuere. De quibus singulatim, ad convenientia illis tempora delati, sermonem faciemus.

(4) Omne vitium sana mente præditis fugiendum est, maximeque plura habendi cupido. Hæc enim dum utilitatis spe multos ad injustitiam invitat, maximorum hominibus

προκαλουμένη πολλοὺς πρὸς ἀδικίαν, μεγίστων κακῶν αἰτία γίνεται τοῖς ἀνθρώποις. Διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἀδικημάτων πολλὰς καὶ μεγάλας ἀπεργάζεται συμφορὰς οὐ μόνον τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεγίστοις τῶν βασιλέων.

malorum causa exsistit. Idcirco quum veluti metropolis sit injuriarum, multas ingentesque calamitates efficit non plebeiis tantum, sed maximis etiam regibus.

Ὁ Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Ἀσίας τέσσαρσι βασιλεῦσιν ὁμονοήσασι πολεμήσας, Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου Αἰγυπτίων ὄντι βασιλεῖ, Σελεύκῳ Βαβυλωνίων, Λυσιμάχῳ Θρᾳκῶν, Κασσάνδρῳ τῷ Ἀντιπάτρου Μακεδονίας, καὶ μάχην συνάψας, πολλοῖς βέλεσι τρωθεὶς ἀνῃρέθη, καὶ θάπτεται βασιλικῇ τιμῇ. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Στρατονίκῃ διατριβούσῃ περὶ Κιλικίαν σὺν τοῖς χρήμασι πᾶσιν ἔπλευσεν εἰς Σαλαμῖνα τῆς Κύπρου διὰ τὸ κατέχεσθαι ὑπὸ Δημητρίου.

Antigonus enim, rex Asiæ, bello quattuor regibus inter se consentientibus, Ptolemæo Lagi Ægyptiorum, Seleuco Babyloniorum, Lysimacho Thracum et Cassandro Antipatri Macedoniæ regi, illato, pugnaque commissa, multis sauciatus jaculis perimitur, sed regio honore sepelitur. Filius autem ejus Demetrius cum matre sua Stratonice, in Cilicia tum commorante, opibusque cunctis in Salaminem Cypri navigavit, quod hæc in Demetrii potestate esset.

(Exc. Vatican. p. 42, 43.) (5) Ὅτι Σέλευκος μετὰ τὴν διαίρεσιν τῆς Ἀντιγόνου βασιλείας ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, παρεγένετο εἰς Φοινίκην καὶ ἐπεχείρησε κατὰ τὰς γενομένας συνθήκας τὴν κοίλην Συρίαν ἰδιοποιεῖσθαι. Προκατειληφότος δὲ τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις Πτολεμαίου καὶ κατηγοροῦντος ὅτι φίλος ὢν Σέλευκος προςεδέξατο τὴν ὑπὸ Πτολεμαῖον οὖσαν χώραν εἰς τὴν ἰδίαν καταταχθῆναι μερίδα, πρὸς δὲ τούτοις ὅτι τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀντίγονον κεκοινωνηκότος οὐδὲν αὐτῷ μετέδωκαν οἱ βασιλεῖς τῆς δορικτήτου χώρας, πρὸς ταύτας τὰς διαβολὰς ἀντεῖπε Σέλευκος φάμενος δίκαιον εἶναι τοὺς τῇ παρατάξει κρατήσαντας κυρίους ὑπάρχειν τῶν δορικτήτων· περὶ δὲ τῆς κοίλης Συρίας διὰ τὴν φιλίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος μηδὲν πολυπραγμονήσειν, ὕστερον δὲ βουλεύσεσθαι πῶς χρηστέον ἐστὶ τῶν φίλων τοῖς βουλομένοις πλεονεκτεῖν.

(5) Seleucus postquam Antigoni regnum divisum fuit, assumtis copiis in Phœnicen venit, nisusque est pro fœderis jure Cœlesyriam sibi vindicare. Sed quum Ptolemæus provinciæ ejus urbes præoccupavisset, Seleucumque reprehenderet, quod fœderatus regionem Ptolemæo subditam conaretur in suam ditionem convertere, insuper quod ipsi, qui belli cum Antigono particeps fuisset, nihil reges dedissent de regionibus bello captis : ad has querelas respondit Seleucus, æquum esse eos qui acie vicissent dominos fieri regionum acquisitarum; dixit tamen Cœlesyriæ possessionem propter amicitiam in præsenti omissurum, posterius autem deliberaturum, quid faciendum sit fœderatis qui plus æquo habere vellent.

(Diodor. XX, 47.) (6) Οὐ μὴν πολύν γε χρόνον συνέβη μεῖναι τὴν πόλιν (Antigoniam ad Oronten), Σελεύκου καθελόντος αὐτὴν καὶ μεταγαγόντος ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπ' ἐκείνου δὲ κληθεῖσαν Σελεύκειαν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβῶς ἕκαστα δηλώσομεν ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους παραγενηθέντες.

(6) At non longo hæc urbs (Antigonia ad Oronten) tempore duravit. Seleucus enim illam destruxit, et oppidanos in aliam deduxit a se constructam et suo nomine Seleuciam appellatam [*imo scriptum oportebat :* et patris sui nomine Antiochiam appellatam]. Verum hæc singula exponemus accurate, ubi tempora ejus rei attigerimus.

II. (Exc. Hœschel. p. 490.) Ὅτι Κέρκυρα πολιορκουμένη πλοὶ καὶ πεζῇ ὑπὸ Κασσάνδρου βασιλέως Μακεδόνων, καὶ ἑτοίμη οὖσα ἁλωθῆναι, ὑπὸ Ἀγαθοκλέους βασιλέως Σικελίας ἐῤῥύσθη, τῶν νηῶν τῶν Μακεδονικῶν ἁπασῶν ἐμπρησθεισῶν.

II. Corcyra, navalibus et pedestribus copiis a Cassandro Macedonum rege circumsessa, quum jam in eo esset ut expugnaretur, ab Agathocle, rege Siciliæ, liberata est, universis Macedonum navigiis incensis.

(Exc. Vatican. p. 43.) (2) Ὑπερβολὴν γὰρ ἑκάτεροι φιλοτιμίας οὐ κατέλιπον, οἱ μὲν Μακεδόνες σπεύδοντες σῶσαι τὰς ναῦς, οἱ δὲ Σικελιῶται βουλόμενοι μὴ μόνον Καρχηδονίων καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν βαρβάρων περιγενέσθαι δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα θεωρηθῆναι κρείττους ὄντες Μακεδόνων τῶν τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Εὐρώπην πεποιημένων δορίκτητον.

(2) In ambitionis summa neutri inter se cedebant : Macedones de servandis navibus satagebant; Siculi autem studebant non Carthaginiensibus solum et barbaris Italicis videri superiores, verum apud Græcos quoque conspici præstantiores Macedonibus, qui Asiam atque Europam armis sibi subjecerant.

(3) Ὅτι Ἀγαθοκλῆς εἰ μὲν ἀποβιβάσας τὴν δύναμιν ἐπικειμένοις τοῖς πολεμίοις ἐπέθετο, κατέκοψεν ἂν ῥᾳδίως τοὺς Μακεδόνας· ἀγνοήσας δὲ τὴν γεγενημένην προςαγγελίαν καὶ τὴν ἔκπληξιν τῶν ἀνθρώπων, ἠρκέσθη

(3) Agathocles si copiis in terram expositis instantes hostes adortus fuisset, Macedones facile cecidisset; nunc ille nuntium allatum terroremque hominibus injectum nesciens satis habuit copiis expositis et tropæo erecto verax osten-

τὴν δύναμιν ἀποβιβάσας καὶ τρόπαιον στήσας διαλαβεῖν ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Ἄγνοια γὰρ καὶ ἀπάτη πολλάκις οὐκ ἔλαττω κατεργάζεται τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἐνεργείας.

III. (Exc. Hœschel. p. 490.) Ὅτι παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸ καταλειφθὲν στρατόπεδον Ἀγαθοκλῆς μετὰ τὴν ἐκ Κερκύρας ὑποστροφήν, καὶ πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀπῃτηκέναι τοὺς μισθοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρχάγαθον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ, πάντας ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων. Τῶν δὲ Βρεττίων ἀλλοτρίως διὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν διατεθέντων, ἐπεχείρησε πολιορκῆσαι πόλιν ὀνομαζομένην Ἠθας. Τῶν δὲ βαρβάρων ἀθροισάντων μεγάλην δύναμιν, καὶ νυκτὸς ἀπροσδοκήτως ἐπιθεμένων αὐτῷ, ἀπέβαλε στρατιώτας τετρακισχιλίους, καὶ οὕτως ἐπανῆλθεν εἰς Συρακόσας.

(Exc. de Virt. et vit. p. 559.) (2) Ὅτι Ἀγαθοκλῆς πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ Τυῤῥηνοὺς ταραχωδῶς ἀπῃτηκέναι τοὺς μισθοὺς τὸν υἱὸν Ἀγάθαρχον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ, πάντας ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐλάττους ὄντας τῶν δισχιλίων.

IV. (Exc. Hœschel. p. 490.) Ὅτι Ἀγαθοκλῆς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις ἀθροίσας διέπλευσεν εἰς Ἰταλίαν. Διανοούμενος ἐπὶ Κρότωνος στρατεύειν, πρὸς Μενέδημον τὸν Κροτωνιάτην τύραννον, ἑαυτοῦ φίλον ὄντα, πέμψας βιβλιαφόρον μὴ θορυβεῖσθαι αὐτοὺς ψευδῶς, θέλων αὐτὴν πολιορκῆσαι, Λάνασσαν τὴν θυγατέρα λέγων πέμπειν πρὸς τὴν Ἤπειρον ἐπὶ τὸν γάμον, στόλῳ κεκοσμημένην βασιλικῷ, καὶ οὕτως ἀπατήσας εὗρεν ἀνετοίμους. Εἶτα πολιορκήσας ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν περιέβαλε τείχη, καὶ διὰ πετροβόλου καὶ διορυχῆς τὸν μέγιστον οἶκον καταῤῥάξας, ὡς ἴδον οἱ Κροτωνιᾶται, φόβῳ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐδέξαντο τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ τὸ στράτευμα. Εἰσπεσόντες δὲ εἴσω τῆς πόλεως, τὰς μὲν οἰκίας διήρπαζον, τοὺς δὲ ἄνδρας κατέσφαξαν. Πρὸς δὲ τοὺς ὁμόρους βαρβάρους Ἰάπυγας καὶ Πευκετίους συμμαχίαν ἐποιήσατο, καὶ ναῦς ληστρικὰς χορηγῶν αὐτοῖς, τὰ μέρη τῶν λειῶν ἐλάμβανε. Καὶ φρουρὰν ἀπολείπων εἰς Κρότωνα εἰς Συράκοσαν ἔπλευσεν.

V. Ὅτι Δίυλλος Ἀθηναῖος συγγραφεὺς τὰς κοινὰς πράξεις συντάξας ἔγραψε βιβλία εἴκοσιν ἕξ· Ψάων δὲ ὁ Πλαταιεὺς τὰς ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος πράξεις ἔγραψε βιβλία τριάκοντα.

VI. Ὅτι ἐπὶ τοῦ πολέμου τῶν Τυῤῥηνῶν καὶ Γαλατῶν καὶ Σαμνιτῶν καὶ τῶν ἑτέρων συμμάχων ἀνῃρέθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων, Φαβίου ὑπατεύοντος, δέκα μυριάδες, ὥς φησι Δοῦρις.

(Tzetzes ad Lyc. 1378.) (2) Γράφει δὲ τοιοῦτόν τι (quale Codrus facinus ediderat) Δοῦρις, Διόδωρος καὶ Δίων, ὅτι Σαυνιτῶν, Τυῤῥηνῶν, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν πολεμούντων Ῥωμαίοις ὁ Δέκιος ὕπατος Ῥωμαίων, συστρατηγὸς ὢν Τορκουάτου, οὕτως ἔδωκεν

dere effatum illud, multa belli vana esse; nam inscitia et fraus sæpe non minus efficiunt, quam strenua in armis virtus. [*Postrema*, πολλὰ κενὰ *etc. etiam in Hœschelianis excerptis.*]

III. Ad relictum Agathocles exercitum profectus post reditum e Corcyra, quum audivisset, Ligures et Tyrrhenos a filio ejus Archagatho, absente ipso, stipendium (*immodestius*) postulasse, omnes trucidavit, duobus millibus haud pauciores. Ob quæ quum alienati essent ab eo Brutii, oppidum illorum, Ethas (*Clampetiam?*) nomine, obsidere instituit. Sed quum Barbari, magnis viribus coactis, noctu ex improviso illum adorirentur, militum quattuor millia amisit, atque ita Syracusas repetivit.

(2) Agathocles, quum didicisset, Ligures ac Tyrrhenos absente se stipendium a filio suo Agatharcho (*Archagatho*) seditiose flagitasse, omnes trucidavit numero duobus millibus haud pauciores.

IV. Agathocles, coactis navalibus copiis, in Italiam transfretavit, in animoque habens adversum Crotonem exercitum ducere, nuntium ad Menedemum, qui amicus illi erat, misit, ne turbarentur per mendacium, quum obsidere urbem vellet: filiam enim præ se ferebat Lanassam in Epirum ad nuptias mittere, regia ornatam classe; et hac fraude illectans illos imparatos offendit. Hinc obsidioni incumbens, a mari ad mare mœnia circumduxit. Quumque petrariæ et fossæ adjumento domum maximam diruisset, Crotoniatæ id conspicati, apertis præ metu portis, Agathoclem exercitumque receperunt. Tum hostes, irruptione in oppidum facta, ædes diripuerunt, virosque trucidarunt. Rex vero cum Barbaris finitimis Iapygibus et Peucetiis societatem armorum iniit, navesque prædatorias iis subministrans, partes de prædis accepit. Tandem præsidio ad Crotonem relicto, Syracusas renavigavit.

V. Diyllus, Atheniensis scriptor, de rebus ubique terrarum gestis historiam componens libros scripsit viginti sex. Psaon vero Platæensis, ubi ille substitit narrationis exordium ponens, libros scripsit triginta.

VI. In bello Etruscorum, Gallorum, Samnitum ceterorumque sociorum, a Romanis Fabio consule deleta sunt centum millia, ut Duris testatur.

(2) Simile quid (facinori Codri) Duris, Diodorus et Dio narrant: Samnitibus, Etruscis aliisque populis bellum gerentibus contra Romanos, Decium consulem, collegam Torquati [*imo Q. Fabii Maximi. Confundit Tzetzes Decium filium cum patre, T. Manlii Torquati collega,*

ἑαυτὸν εἰς σφαγήν, καὶ ἀνῃρέθησαν τῶν ἐναντίων ἑκατὸν χιλιάδες αὐθημερόν.

VII. (Exc. Hœschel. p. 490, 491.) Ὅτι Ἀντίπατρος διὰ φθόνον τὴν ἰδίαν μητέρα ἀνεῖλε.

Ὅτι Ἀλέξανδρος ἀδελφὸς Ἀντιπάτρου προςκαλεσάμενος Δημήτριον βασιλέα εἰς βοήθειαν, δολοφονεῖται ὑπ' αὐτοῦ. Ὁμοίως καὶ Ἀντίπατρον τὸν μητραλοίαν, ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ αὐτὸν ἐδολοφόνησεν, οὐ βουλόμενος σύνεδρον ἔχειν τῇ βασιλείᾳ.

VII. Ὅτι Ἀγαθοκλῆς συναθροίσας δυνάμεις εἰς Ἰταλίαν διεπέρασεν ἔχων πεζοὺς τριςμυρίους, ἱππεῖς τριςχιλίους. Τὴν δὲ ναυτικὴν δύναμιν Στίλπωνι παραδούς, λεηλατεῖν ἐπέταξε τὴν Βρεττίων χώραν. Οὗτος πορθῶν τὰς παραθαλασσίους κτήσεις, χειμῶνι περιπεσὼν τὰς πλείους τῶν νηῶν ἀπέβαλεν. Ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς πολιορκήσας τῶν Ἱππωνιατῶν πόλιν, καὶ διὰ μηχανῶν πετροβόλων τῆς πόλεως ἐκυρίευσε καὶ ταύτην εἷλε. Τῶν δὲ Βρεττίων καταπλαγέντων, πρέσβεις ἀπέστειλαν ὑπὲρ διαλύσεως. Καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν ἑξακοσίους ὁμήρους καὶ φρουρὰν ἀπολιπὼν εἰς Συρακόσας ἐπανῆλθεν. Οἱ δὲ Βρέττιοι τοῖς ὅρκοις μὴ ἐμμείναντες, ἀλλὰ πανδημεὶ στρατεύσαντες ἐπὶ τοὺς ἀπολειφθέντας στρατιώτας, τούτους κατέκοψαν· τοὺς δὲ ὁμήρους ἀνασώσαντες ἀπελύθησαν τῆς Ἀγαθοκλέους δυναστείας.

IX. (Exc. Vatican. p. 43, 44.) Ὅτι Δημήτριος ὁ βασιλεὺς λαβὼν ὑποχειρίους ἅπαντας τοὺς κατ' αὐτοῦ βλασφημεῖν εἰωθότας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ πάντα κατ' αὐτοῦ στρατηγεῖν φιλαπεχθημόνως, ἀφῆκεν ἀθῴους, ἐπιφθεγξάμενος ὅτι συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα.

X. (Exc. Hœschel. p. 491.) Ὅτι οἱ πλεῖστοι τῶν ἀγόντων στρατόπεδα, καθ' οὓς ἂν καιροὺς ἐν ἀτυχήμασιν ὑπάρχωσι μεγάλοις, ἀκολουθοῦσι ταῖς τῶν πολλῶν ὁρμαῖς, φοβούμενοι τὰς ἐναντιώσεις αὐτῶν.

XI. (Exc. de Virtut. et Vit. p. 559.) Ὅτι οἱ Θρᾷκες τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἀγαθοκλέα λαβόντες αἰχμάλωτον ἀπέστειλαν μετὰ δώρων, ἅμα μὲν πρὸς τὰ παράδοξα τῆς τύχης ἑαυτοῖς παρασκευάζοντες καταφυγάς, ἅμα δὲ διὰ τῆς φιλανθρωπίας ταύτης ἐλπίζοντες ἀπολήψεσθαι τὴν ἀφῃρημένην αὐτῶν χώραν ὑπὸ Λυσιμάχου. Οὐκέτι γὰρ ἤλπιζον αὐτοὺς δύνασθαι κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, συμπεφρονηκότων ἁπάντων σχεδὸν τῶν δυνατωτάτων βασιλέων καὶ συμμαχούντων ἀλλήλοις.

XII. (Exc. Vatican. p. 44.) Ὅτι ὑπὸ σιτοδείας πιεζομένης τῆς τοῦ Λυσιμάχου στρατιᾶς, καὶ τῶν φίλων αὐτῷ συμβουλευόντων σώζειν ὅπως ποτὲ δύναται καὶ μηδεμίαν ἔχειν ἐλπίδα σωτηρίας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τούτοις ἀπεκρίθη μὴ δίκαιον εἶναι καταλιπόντα τὴν δύναμιν καὶ τοὺς φίλους, ἰδίᾳ σωτηρίαν αἰσχρὰν πορίζεσθαι.

(Exc. de Virt. et vit. p. 559, 560.) (2) Ὅτι ὁ Δρομιχαίτης ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς κατὰ πάντα τὸν Λυσίμαχον τὸν βασιλέα δεξιωσάμενος καὶ φιλήσας, ἔτι

ap. Diod. XVI, 89. DIND.], eodem modo (*quo Codrus olim*) semet morti dedicasse, eodemque die centum millia hostium interfecta esse.

VII. Antipater (*Cassandri filius*) ex invidia matrem (*Thessalonicen*) e medio sustulit.

Alexander, frater Antipatri, a rege Demetrio, quem in auxilium arcessiverat, per dolum necatur. Consimili modo ipsum etiam Antipatrum matricidam, Alexandri fratrem, dolose occidit, regni socium habere nolens.

VIII. Agathocles, vi militum coacta, in Italiam trajecit, peditum triginta millia, equitum tria millia in armis habens. Navalibusque copiis Stilponi traditis, Brutiorum agrum prædis agendis infestum habere jussit. Is dum fundos mari propinquos populatur, in tempestatem incidens plerasque naves perdidit. Agathocles autem, Hipponiatarum urbe circum sessa, petrariarum adminiculo machinarum urbem cepit et in potestatem redegit. Quo perculsi Brutii de pace legatos mittunt. Sexcentis igitur obsidibus acceptis, præsidioque relicto, Syracusas redit. At Brutii, non servato juramento, omni civitatis robore milites oppugnant ipsosque concidunt et, recuperatis obsidibus, ab imperio Agathoclis sese vindicant.

IX. Demetrius rex cunctis potitus hominibus, qui ei solebant in concionibus obtrectare, quique partibus adversariis studiose duces se præbebant, dimisit illos incolumes, dicens meliorem esse vindicta veniam. [*Postrema verba etiam in Exc. Hœsch.* p. 491.]

X. Maxima illorum pars, qui exercitus ducunt, quo tempore in maximis fortunæ difficultatibus hærent, vulgi affectus sequuntur, dum adversationes illorum metuunt.

XI. Thraces, qui Agathoclem, *Lysimachi* regis filium, in prœlio ceperant, eum ad patrem cum muneribus remiserunt, quum hoc facto ad incertos fortunæ casus præsidium sibi compararent, et simul sperarent ob eam gratiam agrum suum, quem Lysimachus occupaverat, se gratuito recuperaturos. Jam enim omnem victoriæ spem abjecerant, quum tot tantosque reges viderent societate inter se facta invicem sibi opem ferre.

XII. Quum rei frumentariæ penuria laboraret Lysimachi exercitus suaderentque amici, ut sibi quomodocunque consuleret, nullamque spem salutis in exercitu reponeret; his respondit haud æquum esse, ut deserto exercitu atque amicis, sibi salutem turpem quæreret.

(2) Dromichætes, Thracum rex, Lysimachum (*in prœlio captum*) omni humanitatis genere excepit, ample-

δὲ πατέρα προςαγορεύσας, ἀπήγαγε μετὰ τῶν τέκνων εἰς πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Ἧλιν.

(3) Ὅτι μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Λυσιμάχου δυνάμεως συνδραμόντιων τῶν Θρᾳκῶν καὶ βοώντων ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν ἡλωκότα βασιλέα πρὸς τὴν κόλασιν· δεῖν γὰρ τὴν ἐξουσίαν ἔχειν τὸ τῶν κινδύνων μετεσχηκὸς πλῆθος βουλεύσασθαι πῶς χρηστέον ἐστὶ τοῖς ἡλωκόσιν· ὁ μὲν Δρομιχαίτης περὶ τῆς τιμωρίας τοῦ βασιλέως ἀντειπὼν ἐδίδαξε τοὺς στρατιώτας ὅτι συμφέρει σῶσαι τὸν ἄνδρα. Ἀναιρεθέντος μὲν γὰρ αὐτοῦ, βασιλεῖς ἄλλους καταλήψεσθαι τὴν Λυσιμάχου δυναστείαν, φοβερωτέρους, ἂν τύχῃ, τοῦ προϋπάρξαντος· διαφυλαχθέντος δέ, χάριν ἕξειν ὀφειλομένην τοῖς Θρᾳξὶ παρὰ τοῦ σωθέντος, καὶ τὰ φρούρια τὰ πρότερον ὑπάρξαντα Θρᾳκῶν ἀπολήψεσθαι χωρὶς κινδύνων. (4) Συγκαταθεμένου δὲ τοῦ πλήθους, ὁ Δρομιχαίτης ἀναζητήσας ἐκ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς φίλους τοῦ Λυσιμάχου καὶ τοὺς περὶ τὴν θεραπείαν εἰωθότας διατρίβειν, ἀπήγαγε πρὸς τὸν ἡλωκότα βασιλέα. Μετὰ δὲ ταῦτα συντελέσας θυσίαν, παρέλαβεν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν τόν τε Λυσίμαχον μετὰ τῶν αὐτοῦ φίλων καὶ τῶν Θρᾳκῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. Διττὰς δὲ κλισίας πατασκευάσας, τοῖς μὲν περὶ τὸν Λυσίμαχον ἔστρωσε τὴν ἁλοῦσαν βασιλικὴν στρωμνήν, ἑαυτῷ δὲ καὶ τοῖς φίλοις εὐτελῆ στιβάδα. (5) Ὁμοίως δὲ διττῶν ἑτοιμασθέντων δείπνων, ἐκείνοις μὲν παντοδαπῶν πολυτέλειαν βρωμάτων παρέθηκεν ἐπὶ τραπέζης ἀργυρᾶς, τοῖς δὲ Θρᾳξὶ λάχανα καὶ κρέα μετρίως ἐσκευασμένα, ἐπὶ σανίδος εὐτελοῦς ἐπικειμένης αὐτοῖς τῆς τραπέζης. Τὸ δὲ τελευταῖον τοῖς μὲν ἐνέχει τὸν οἶνον ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ποτηρίοις, τοῖς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ κερατίνοις καὶ ξυλίνοις, καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς Γέταις. Προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, πληρώσας τὸ μέγιστον τῶν κεράτων, καὶ προςαγορεύσας πατέρα τὸν Λυσίμαχον, ἠρώτησε πότερον αὐτῷ δοκεῖ δεῖπνον βασιλικώτερον, τὸ Μακεδονικὸν ἢ τὸ Θρᾴκιον. Τοῦ δὲ Λυσιμάχου τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος (Ζήτει εἰς τὸ περὶ γνωμῶν.)

(Excerpt. Vatican. p. 44, 45.) (6) Ὅτι τοῦ Δρομιχαίτου τὸν Λυσίμαχον ἐπὶ δεῖπνον κεκληκότος καὶ προβαίνοντος τοῦ πότου, πληρώσας τὸ μέγιστον τῶν κεράτων καὶ προςαγορεύσας πατέρα τὸν Λυσίμαχον, ἠρώτησε πότερον αὐτῷ δοκεῖ δεῖπνον εἶναι βασιλικώτερον, τὸ Μακεδονικὸν ἢ τὸ Θρᾴκιον. Τοῦ δὲ Λυσιμάχου τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος, Τί οὖν, ἔφη, νόμιμα τοιαῦτα καὶ βίον λαμπρὸν ἀπολιπών, ἔτι δὲ ἐπιφανεστέραν βασιλείαν, ἐπεθύμεις εἰς ἀνθρώπους παραγενέσθαι βαρβάρους καὶ ζῶντας θηριώδη βίον καὶ χώραν δυςχείμερον καὶ σπανίζουσαν ἡμέρων καρπῶν, ἐβιάσω δὲ παρὰ φύσιν ἀγαγεῖν δύναμιν εἰς τόπους τοιούτους ἐν οἷς ξενικὴ δύναμις ὑπαίθριος οὐ δύναται διασώζεσθαι; Εἰπόντος δὲ πάλιν πρὸς ταῦτα τοῦ Λυσιμάχου διότι τὸ μὲν περὶ ταύτην τὴν στρατείαν ἠγνόηκεν, εἰς δὲ τὸ λοιπὸν πειράσεται φίλος ὢν συμμαχεῖν καὶ χάριτος ἀποδόσει μὴ λειφθῆναι τῶν εὖ πεποιηκότων, ἀποδεξάμενος αὐτὸν φιλοφρόνως ὁ

xusque ac deosculatus et patrem eum compellans, cum liberis in urbem, quæ Helis dicitur, deduxit.

(3) Quum Thraces post captas copias Lysimachi concursu facto exclamarent juberentque, ut rex in pugna captus in medium produceretur, ac supplicium de eo sumeretur (quippe æquum esse, ut populus, qui in pugnæ discrimine versatus fuisset, de hostibus captis pro arbitrio statueret); Dromichætes de regis punitione adversatus milites monuit, e re publica esse hominem incolumem servare : etenim illo occiso, alios statim reges, Lysimachi ditionem occupaturos, majori fortassis quam Lysimachum terrori fore. Contrà vero servatum plurimam Thracibus gratiam habiturum incolumitatis ergo, et castella, quæcunque prius ditionis Thracum fuissent, absque periculo recuperatum iri. (4) Quibus quum multitudo assensum præbuisset, Dromichætes amicos ac ministros omnes Lysimachi, quoscunque inter captivorum numerum conquirere potuit, ad captivum regem perduxit. Postea vero quum sollemne sacrum diis faceret, Lysimachum cum omnibus amicis, ac primores Thracum ad cœnam invitavit, duobusque apparatis tricliniis, lectos quidem, quibus Lysimachus cum amicis discubiturus erat, regiis stragulis in prœlio captis stravit; sibi vero ac reliquis Thracibus vile stramentum paravit. (5) Similiter duabus apparatis cœnis, illis quidem opiparas omnis generis dapes in argentea mensa apposuit; Thracibus autem olera et carnes modice conditas in ligneis tabulis vilibus, quæ pro mensa ipsis essent, superponi jussit. Postremo illis quidem vinum in argenteis aureisque poculis ministravit; sibi vero ac suis more Getarum ligneis ac corneis vasis propinari jussit. Postea vero quum convivium processisset, maximum cornu mero implevit, et Lysimachum patrem appellans interrogavit, utra ipsi regalior cœna videretur, Thracica an Macedonica? Quumque Lysimachus Macedonicam dixisset.... (Reliqua pete ex sententiarum excerptis.)

(*Excerpta Sententiarum :*)

(6) Quum Dromichætes Lysimachum convivio excepisset, in media compotatione, maximo impleto cornu, Lysimachum patris nomine appellans, interrogavit, utrum Macedonicum an Thracicum videretur ei regalius convivium? Eo dicente Macedonicum, Cur ergo, ait, præclaros illos mores splendidumque victum omittens regnumque illustrius, maluisti ad homines barbaros ferinamque vitam degentes venire, atque ad regionem hibernis frigoribus obnoxiam mitibusque fructibus carentem? cur connisus demum es contra naturam ducere exercitum in hæc loca, in quibus peregrinus miles sub divo durare non potest? Ad hæc rursus dicente Lysimacho, se in hac quidem expeditione suscipienda peccasse; ceteroqui in posterum fore se amicum et fœderatum, et accepto beneficio gratiam non minorem esse relaturum; conditionibus humaniter et amice admissis Dro-

Δρομιχαίτης παρέλαβε τῶν χωρίων τὰ παραιρεθέντα ὑπὸ τῶν περὶ Λυσίμαχον, καὶ περιθεὶς αὐτῷ διάδημα ἐξαπέστειλεν.

michætes castella, quæ Lysimachus ei ademerat, recuperavit, et Lysimachum diademate ornatum remisit.

XIII. (Tzetz. Hist. VI, 53.)

Οὗτος ὁ Ξερμοδίγεστος, Διόδωρος ὡς γράφει,
οἶμαι τοῦ Αὐδολέοντος Παιόνων βασιλέως
φίλος τελῶν πιστότατος, τοὺς θησαυροὺς μηνύει
ἢ Λυσιμάχῳ ἤ τινι τῆς Θρᾴκης βασιλέων·
ἀργαλέον δέ μοί ἐστι θεὸν ὡς πάντ' ἀγορεύειν
ἀβίβλῃ πεφυκότι μοι· οἴδατε οἷςπερ λέγω·
τοὺς θησαυροὺς ἐμήνυσε τῷ Θρᾴκης στεφηφόρῳ
τοῦ Σαργεντίου ποταμοῦ κάτωθεν κεκρυμμένους,
τοὺς οὓς αὐτὸς κατέκρυπτε σὺν αἰχμαλώτοις μόνοις,
τρέπων τὴν κοίτην ποταμοῦ καὶ κατορύττων κάτω,
εἶτα τὸν ῥοῦν ἐπαφιείς, τοὺς δ' αἰχμαλώτους σφάττων.

XIII.

Iste Xermodigestus, Diodorus uti scribit,
Audoleontis, puto, Pæonum regis,
amicus fidelissimus, thesauros indicavit
vel Lysimacho vel alii cuidam ex Thraciæ regibus:
nam difficile mihi est ceu deum omnia fari,
quum libris caream; nostis, quibusnam dicam.
Thesauros igitur indicavit Thraciæ regi
subter Sargentium fluvium abditos;
quos ipse absconderat a solis captivis adjutus,
abducto fluvio, in lecto eos defodiens,
deinde vero amne iterum immisso, captivos interficiens.

XIV. (Exc. Hœschel. p. 491.) Ὅτι Δημήτριος ὁ βασιλεύς, τὸ δεύτερον ἀποστατησάντων Θηβαίων, πολιορκίᾳ τὰ τείχη καθελών, τὴν πόλιν κατὰ κράτος εἷλε, δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελὼν τοὺς τὴν ἀποστασίαν κατεργαζομένους.

XIV. Demetrius rex, quum iterum descivissent Thebani, dirutis expugnatione muris, summa vi oppidum cepit, sed decem dumtaxat viros, defectionis auctores, sustulit.

(Exc. de Virt. et vit. p. 560.) (2) Ὅτι ὁ βασιλεὺς Δημήτριος παραλαβὼν καὶ τὰς ἄλλας πόλεις, προςηνέχθη τοῖς Βοιωτοῖς μεγαλοψύχως· πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων τῶν αἰτιωτάτων τῆς ἀποστάσεως ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων ἅπαντας.

(2) Demetrius rex, quum reliquas quoque urbes ad deditionem compulisset, clementer ac magnifice erga Bœotos se gessit: nam præter quattuordecim admodum homines, qui præcipui defectionis auctores fuerant, ceteros immunes absolvit.

(Exc. Vatican. p. 45.) (3) Ὅτι ἐπὶ πολλῶν τὸ θυμομαχεῖν εἰς τέλος χαριζομένους τῷ θυμῷ παραιτητέον· συμφέρει γὰρ ἐνίοτε διαλύεσθαι καὶ χρημάτων ὠνεῖσθαι τὴν ἀσφάλειαν καὶ καθόλου προκρίνειν τῆς τιμωρίας τὴν συγγνώμην.

(3) Vindictæ studium, quo animum atque iram prorsus exsatiare cupimus, utplurimum omittendum est. Prodest enim aliquando pacem componere, imo et pecunia securitatem emere, atque omnino veniam ultioni anteponere.

XV. (Exc. Hœschel. p. 491.) Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ἀπέστειλεν Ἀγαθοκλῆ τὸν υἱὸν πρὸς Δημήτριον τὸν βασιλέα φιλίαν συνθέσθαι καὶ συμμαχίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τὸν νεανίσκον, στολὴν περιτιθεὶς βασιλικὴν καὶ δῶρα δοὺς μεγαλοπρεπῆ, συναπέστειλεν Ὀξύθεμιν, τῶν φίλων ἕνα, τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πιστὰ λαβεῖν τῆς συμμαχίας, τῷ δὲ ἔργῳ κατασκεψόμενον τὴν Σικελίαν.

XV. Agathocles filium Agathoclem misit ad regem Demetrium, ut sociale armorum fœdus cum eo faceret. Rex vero juvenem lubens suscepit, regiaque amictum stola donis cumulavit magnificis, cumque eo unum ex amicis Oxythemin misit, opinione quidem confirmandæ per acceptam fidem societatis, at re ipsa, ut speculator foret Siciliæ.

XVI. (Diodor. XX, 101.) Οὐ μὴν ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῆς καταστροφῆς Ἀγαθοκλέους, ὅταν πρὸς τοὺς οἰκείους χρόνους ἔλθωμεν αὐτοῦ, τὸ γενόμενον βεβαιώσει τὸ νῦν εἰρημένον.

XVI. At quod de Agathoclis exitu nunc dictum est, quum ad conveniens ei rei tempus delati fuerimus, eventus confirmabit.

(Exc. Hœschel. p. 491-493.) Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ὁ βασιλεὺς πολὺν χρόνον εἰρηνεύων πρὸς Καρχηδονίους, μεγάλην ἐπεποίητο παρασκευάσιν ναυτικῶν δυνάμεων. Διενοεῖτο γὰρ πάλιν εἰς τὴν Λιβύην διαβιβάζειν στρατόπεδα, καὶ ταῖς ναυσὶν εἴργειν τοὺς Φοίνικας τῶν ἀπὸ τῶν Σαρδῶν καὶ Σικελῶν σιτοπομπιῶν. Καὶ ἐν τῷ προγεγονότι κατὰ τὴν Λιβύην πολέμῳ θαλαττοκρατοῦντες οἱ Καρχηδόνιοι διέσωσαν ἐκ τῶν κινδύνων τὴν πατρίδα. Εἶχε δὲ ναῦς Ἀγαθοκλῆς ὁ βασιλεὺς ἐξηρτυμένας διακοσίας τετρήρεις καὶ ἑξήρεις· ὅμως εἰς πέρας τὴν προαίρεσιν οὐκ ἤνεγκε διὰ τοιαύτας αἰτίας. (2) Μαίνων ἦν Αἰγεσταῖος τὸ γένος· ἐν δὲ τῇ καταλήψει τῆς πατρίδος ἡλωκὼς δοῦλος ἐγένετο διὰ τὴν εὐπρέπειαν

Rex Agathocles, ubi longo tempore pacem cum Carthaginiensibus coluerat, magnos tandem navalium copiarum apparatus faciebat. Iterum namque castra in Libyam transportare, navibusque frumenti ex Sardinia et Sicilia exportationem Pœnis intercludere animo suo proposuerat. Superiori enim per Africam bello maris imperium adepti Carthaginienses patriam e periculis in tutum collocarant. Etsi autem naves habebat Agathocles omni instructas copia, ducentas quadriremes et hexeres, ad finem tamen quod moliebatur non perduxit, his de causis. (2) Ægestanus quidam genere Mænon (*Menon?*) apud illum erat, qui in excidio patriæ captus, in servitium regis ob formæ ele-

τοῦ σώματος τῷ βασιλεῖ. Καὶ μέχρι μέν τινος εὐδοκεῖν προςεποιεῖτο, τῶν ἐρωμένων καὶ φίλων εἷς ἀριθμούμενος· διὰ δὲ τὴν τῆς πατρίδος συμφορὰν καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ὕβριν ὑπούλως ἔχων πρὸς τὸν δυνάστην, καιρὸν ἔλαβε τῆς κατ' αὐτοῦ τιμωρίας. Ὁ γὰρ βασιλεὺς ἤδη γεγηρακὼς τὰς ὑπαίθρους δυνάμεις Ἀρχαγάθῳ παραδεδώκει. (3) Οὗτος δὲ ἦν Ἀρχαγάθου μὲν υἱὸς τοῦ κατὰ Λιβύην σφαγέντος, υἱωνὸς δὲ τοῦ βασιλέως Ἀγαθοκλέους, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων. Στρατοπεδεύοντος αὐτοῦ περὶ τὴν Αἴτνην, ὁ μὲν βασιλεὺς βουλόμενος προάγειν ἐπὶ τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν Ἀγαθοκλῆ, πρῶτον μὲν ἐν ταῖς Συρακούσαις συνέστησε τὸν νεανίσκον, ἀποφαινόμενος διάδοχον ἀπολείψειν τῆς ἀρχῆς· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξέπεμψεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Γράψας ἐπιστολὴν ἐπὶ τὸν Ἀρχάγαθον, προςέταξε τούτῳ παραδιδόναι τὰς πεζικὰς καὶ ναυτικὰς δυνάμεις. Δι' ἃς ὁ μὲν Ἀρχάγαθος ὁρῶν τὴν βασιλείαν εἰς ἕτερον καταντῶσαν, ἀμφοτέροις ἐπιβουλεῦσαι διέγνω. Πρὸς Μαίνωνα τὸν Αἰγεσταῖον διαπεμψάμενος ἔπεισεν ἀνελεῖν τὸν βασιλέα διὰ φαρμάκου, αὐτὸς δὲ ἔν τινι νήσῳ θυσίαν ἐπιτελέσας, καὶ καταπλεύσαντα τὸν νεώτερον Ἀγαθοκλέα παραλαβὼν πρὸς τὴν εὐωχίαν, νυκτὸς καταμεθύσας ἀπέσφαξε. Τοῦ δὲ σώματος ῥιφθέντος εἰς τὴν θάλασσαν καὶ πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ κλύδωνος, ἐπιγνόντες τινὲς ἀπεκόμισαν εἰς Συρακόσας. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰωθὼς μετὰ τὸ δεῖπνον ἀεὶ πτερῷ διακαθαίρεσθαι τοὺς ὀδόντας, ἀπολυθεὶς τοῦ πότου τὸν Μαίνωνα τὸ πτερὸν ᾔτησεν. Εἶτα ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας ἀπέδωκεν, ὁ δὲ χρησάμενος αὐτῷ φιλοτιμότερον διὰ τὴν ἄγνοιαν ἥψατο πανταχόθεν τῆς περὶ τοὺς ὀδόντας σαρκός. Καὶ πρῶτον μὲν πόνοι συνεχεῖς ἐγένοντο καὶ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἀλγηδόνων, ἔπειτα σηπεδόνες ἀνίατοι πάντῃ τοὺς ὀδόντας περιεῖχον. Ἐπὶ δὲ τῆς τελευτῆς γενόμενος ἐκκλησιάσας τὸν λαὸν κατηγόρησε τῆς ἀσεβείας Ἀρχαγάθου, καὶ τὰ μὲν πλήθη παρώξυνε πρὸς τὴν αὐτοῦ τιμωρίαν, τῷ δὲ δήμῳ τὴν δημοκρατίαν ἔφησεν ἀποδιδόναι. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ κατέκαυσεν ὄντα μὲν ἔμπνουν ἔτι, διὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς περὶ τὴν σηπεδόνα συμφορᾶς οὐ δυνάμενον φωνὴν προΐεσθαι. Ἀγαθοκλῆς μὲν πλείστους καὶ ποικιλωτάτους φόνους ἐπιτελεσάμενος κατὰ τὴν δυναστείαν, καὶ τῇ κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὠμότητι προςθεὶς καὶ τὴν εἰς θεοὺς ἀσέβειαν, πρέπουσαν παρέσχε τῇ παρανομίᾳ τὴν τοῦ βίου καταστροφήν, δυναστεύσας μὲν ἔτη δύο τῶν τριάκοντα λείποντα, βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, καθὼς Τίμαιος ὁ Συρακόσιος συγγράφει, καὶ Καλλίας καὶ αὐτὸς Συρακούσιος, εἴκοσι δύο βίβλους συγγράψας, καὶ Ἄντανδρος ὁ ἀδελφὸς Ἀγαθοκλέους καὶ αὐτὸς συγγραφεύς. (6) Οἱ δὲ Συρακόσιοι τῆς δημοκρατίας τυχόντες τὴν Ἀγαθοκλέους οὐσίαν ἐδήμευσαν, τὰς δὲ εἰκόνας τὰς ἀνατεθείσας ὑπ' αὐτοῦ κατέσπασαν. Μαίνων

gantiam adscitus erat. Et ad tempus quidem perplacere sibi conditionem simulabat, adeo ut unus ex amatis et amicis regis numeraretur. Sed quia ob patriæ calamitatem, suique propudiosam dehonestationem clam principi infensus erat, ultionis de illo sumendæ tempus arripuit. Rex enim jam senio affectus, subdiales copias Archagatho commiserat. (3) Is Archagathi in Libya mactati filius erat, atque ita regis Agathoclis nepos, longe quam ætas ferret fortitudine et audacia præstantior. Qui quum circa Ætnam castra haberet, rex, ad successionem regni filium Agathoclem provehere cupiens, primum Syracusanis adolescentem commendat, et hunc imperii successorem relicturum se denuntiat; postea in castra illum mittit, scriptisque ad Archagathum literis, hunc terrestres et nauticas illi copias tradere jubet. Quare in alium devolvi regnum videns Archagathus utrique insidias tendit. Ad Mænonem enim Ægestanum misso nuntio, ut regem veneno tollat, persuadet: ipseque, sacris in insula quadam celebratis, quum Agathoclem juniorem navigio illuc delatum epulo excepisset, noctu inebriatum jugulat. Quumque ejus cadaver in mare dejectum ad terram fluctus expulisset, agnitum id quidam Syracusas retulerunt. (4) Quum autem rex in more haberet, ut semper a cœna dentes penna repurgaret; a compotatione tum desurgens, pennam a Mænone petiit. Is tum putrefaciente veneno illitam ei tradidit. Qui operosius per errorem illa utens, carnem dentibus circumjectam undique contigit. Unde primum continuæ ægritudines exortæ, et cruciatus in dies vehementiores; deinde immedicabilis putredo undique dentes complexa. Morti ergo proximus populo in concionem advocato, impietatem Archagathi accusare et multitudinem ad vindictam de illo sumendam incitare, democratiam populo se jam restituturum confirmans. (5) Post hæc extreme jam afflictum in rogo deposuit Oxythemis, a rege Demetrio ille missus, et spirantem adhuc cremavit, quum propter mali ex putrefactione insolentiam vocem edere non valeret. Ita Agathocles, quum plurimas diversissimasque cædes imperii sui tempore edidisset, et crudelitati in suæ gentis homines impietatem in deos etiam accumulasset, dignum sceleribus exitum vitæ exhibuit, postquam duodetriginta annos in principatu, septuaginta duos in vita exegerat, ut Timæus Syracusanus refert, et Callias, etiam ipse Syracusanus, viginti duorum librorum auctor, Antander præterea, Agathoclis frater, qui ipse quoque historias scripsit. (6) Syracusani vero, popularem statum iterum adepti, Agathoclis bona publicarunt, imaginesque illi positas convulsere. Mænon interim,

δὲ ὁ ἐπιβουλεύσας τῷ βασιλεῖ διέτριβεν ἐν τοῖς περὶ Ἀρχάγαθον, πεφευγὼς ἐκ τῶν Συρακουσῶν· πεφρονηματισμένος δὲ ἐπὶ τῷ δοκεῖν καταλελυκέναι τὴν βασιλείαν, τὸν μὲν Ἀρχάγαθον ἐδολοφόνησε, τοῦ δὲ στρατοπέδου κυριεύσας καὶ τὰ πλήθη λόγοις φιλανθρώποις ἰδιοποιησάμενος, διέγνω πολεμεῖν τοῖς Συρακοσίοις καὶ δυναστείας ἀντέχεσθαι.

(Exc. de Virt. et vit. p. 560-561.) (7) Ὅτι Ἀγάθαρχος ἀνδρείᾳ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων τῆς ἰδίας ἡλικίας· ἦν γὰρ παντελῶς νέος.

XVII. Ὅτι οὗτος ὁ ἱστορικὸς τὰς ἁμαρτίας τῶν πρὸ ἑαυτοῦ συγγραφέων πικρότατα ἐλέγξας κατὰ μὲν τἄλλα μέρη τῆς γραφῆς πλείστην πρόνοιαν εἶχε τῆς ἀληθείας, ἐν δὲ ταῖς Ἀγαθοκλέους πράξεσι τὰ πολλὰ κατέψευσται τοῦ δυνάστου διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν. Φυγαδευθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους ἐκ τῆς Σικελίας, ζῶντα μὲν ἀμύνασθαι τὸν δυνάστην οὐκ ἴσχυσε, τελευτήσαντα δὲ διὰ τῆς ἱστορίας ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν αἰῶνα. (2) Καθόλου γὰρ ταῖς προϋπαρχούσαις τῷ βασιλεῖ τούτῳ κακίαις ἄλλα πολλὰ παρ' ἑαυτοῦ προσθεὶς ὁ συγγραφεύς, τὰς μὲν εὐημερίας ἀφαιρούμενος αὐτοῦ, τὰς δὲ ἀποτεύξεις, οὐ τὰς δι' αὐτὸν μόνον γενομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς διὰ τύχην, μεταφέρων εἰς τὸν μηδὲν ἐξαμαρτόντα. Γενομένου δὲ ὁμολογουμένως αὐτοῦ στρατηγικοῦ μὲν κατὰ τὴν ἐπίνοιαν, δραστικοῦ δὲ καὶ τεθαῤῥηκότος κατὰ τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις εὐτολμίαν, οὐ διαλείπει παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν ἀποκαλῶν αὐτὸν ἄνανδρον καὶ δειλόν. Καίτοι γε τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τῶν πώποτε δυναστευσάντων οὐδεὶς ἐλάττοσιν ἀφορμαῖς χρησάμενος μείζω βασιλείαν περιεποιήσατο; χειροτέχνης γὰρ ἐκ παίδων γενόμενος δι' ἀπορίαν βίου καὶ πατέρων ἀδοξίαν, ἐξ ὑστέρου διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν οὐ μόνον Σικελίας σχεδὸν ὅλης ἐκυρίευσεν, ἀλλὰ πολλὴν τῆς Ἰταλίας τε καὶ Λιβύης τοῖς ὅπλοις κατεστρέψατο. (3) Θαυμάσαι δ' ἄν τις τοῦ συγγραφέως τὴν εὐχέρειαν· παρ' ὅλην γὰρ τὴν γραφὴν ἐγκωμιάζων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀνδρείαν, τὸν τούτων κρατήσαντα δειλίᾳ φησὶ διενηνοχέναι τοὺς ἅπαντας ἀνθρώπους. Διὰ γὰρ τῶν ἐν ταῖς ἐναντιώσεσιν ἐλέγχων φανερός ἐστι τὸ φιλάληθες τῆς ἱστορικῆς παῤῥησίας προδεδωκὼς ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας καὶ φιλονεικίας. Διόπερ τὰς ἐσχάτας τῆς συντάξεως πέντε βίβλους τοῦ συγγραφέως τούτου, καθ' ἃς περιείληφε τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις, οὐκ ἄν τις δικαίως ἀποδέξαιτο.

(4) Ὅτι καὶ Καλλίας ὁ Συρακούσιος δικαίως καὶ προσηκόντως κατηγορίας ἀξιωθείη ἄν. Ἀναληφθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους καὶ δώρων μεγάλων ἀποδόμενος τὴν προφῆτιν τῆς ἀληθείας ἱστορίαν, οὐ διαλέλοιπεν ἀδίκως ἐγκωμιάζων τὸν μισθοδότην. Οὐκ ὀλίγων γὰρ αὐτῷ πεπραγμένων πρὸς ἀσεβείας θεῶν καὶ παρανομίας ἀνθρώπων, φησὶν ὁ συγγραφεὺς αὐτὸν εὐσεβείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπερβεβληκέναι. Καθόλου δὲ καθάπερ Ἀγαθοκλῆς ἀφαιρούμενος τὰ τῶν πολιτῶν ἐδωρεῖτο τῷ συγγραφεῖ μηδὲν προσήκοντα

qui regi insidias struxerat, in castris Archagathi versabatur, fuga Syracusis elapsus; altiores vero spiritus sumens propterea, quod regnum abrogasse videretur, Archagathum dolo interfecit, exercituque potitus, quum multitudinem verborum humanitate sibi conciliasset, bellum Syracusanis facere et principatum sibi vindicare constituit.

(7) [*Jungenda cum initio* § 3.] Agatharchus fortitudine et audacia, supra quam ætas ferret, pollebat; erat enim admodum juvenis.

XVII. Timæus, qui anteriorum historiæ scriptorum errores acerbissime castigavit, fuit ille quidem in ceteris historiæ suæ partibus veritatis studiosissimus, sed in rebus gestis Agathoclis præ odio, quo in illum erat affectus, multa confinxit. Namque ab Agathocle e Sicilia in exilium pulsus, tyrannum quidem ipsum, quamdiu vixit, ulcisci minime valuit; mortuum vero omnibus conviciis in historia ad posteritatis memoriam laceravit. (2) Siquidem iis vitiis, quæ in rege illo fuerunt, multa ille alia commentus de suo adjicit, atque in universum omnes prosperos ejus successus deterit, adversos autem casus, non eos solum, qui Agathoclis culpa, sed etiam qui fortuito evenerant, ei vitio vertit. Quumque inter omnes constet, Agathoclem et consilio in re militari valuisse, et industria atque audacia in maximis discriminibus singulari præditum fuisse, ipse tota passim historia imbellem eum atque ignavum vocitare non desinit. Et tamen quis est, qui ignoret, neminem minoribus usum præsidiis et adjumentis, tantam dominationem unquam sibi comparasse? Qui quum a puero ob egestatem atque obscuritatem generis sellularius opifex fuisset, postmodum sua virtute non universæ modo Siciliæ dominationem adeptus est, sed etiam Italiæ Africæque maximam partem armis subegit. (3) Ac levitatem ipsius Timæi merito quis miretur : qui quum per totam scriptionem Syracusanorum fortitudinem laudibus efferat, eum, qui Syracusanos domuit, omnium hominum ignavissimum fuisse affirmat. Ex his igitur adeo inter se pugnantibus atque contrariis manifesto convincitur, veritatis studium, quod in historico præcipuum esse debet, privatæ simultatis ac contentionis causa prodidisse. Quamobrem postremos ejus quinque libros, quibus res ab Agathocle gestas complexus est, nemo unquam jure merito comprobarit.

(4) Sed etiam Callias Syracusanus objurgatione æque dignus est : qui quum ab Agathocle in gratiam receptus fuisset, magnisque muneribus interpretem veritatis historiam vendidisset, nullum laudandi muneratoris sui in historia finem fecit. Etenim quum Agathocles in plerisque divina humanaque jura violaverit, tamen scriptor iste et pietate et humanitate eum reliquis mortalibus multum præstitisse ait. Denique quemadmodum Agathocles bona, civibus per vim ademta, nullo jure huic scriptori donabat,

παρὰ τὸ δίκαιον, οὕτως ὁ θαυμαστὸς ἱστοριογράφος ἐχαρίζετο διὰ τῆς γραφῆς ἅπαντα τἀγαθὰ τῷ δυνάστῃ. Ῥᾴδιον δ' ἦν, οἶμαι, πρὸς ἄμειψιν χάριτος τῷ γραφεῖ τῶν ἐγκωμίων μὴ λειφθῆναι τῆς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους δωροδοκίας.

XVIII. (Exc. Hœschel. p. 493.) Ὅτι Ἱκέταν στατηγὸν ἀπέλυσαν Συρακόσιοι μετὰ δυνάμεως πρὸς Μαίνωνα πολεμῆσαι. Καὶ μέχρι μέν τινος διεπολέμει, φυγομαχούντων τῶν ἐναντίων καὶ εἰς παράταξιν οὐδαμῶς καταβαινόντων. Τῶν δὲ Καρχηδονίων συνεπιλαβομένων τοῖς περὶ Μαίνωνα, πολὺ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερεχόντων, ἠναγκάσθησαν οἱ Συρακόσιοι δόντες ὁμήρους τοῖς Φοίνιξι τετρακοσίους διαλύσασθαι τὸν πόλεμον καὶ καταγαγεῖν τοὺς φυγάδας. Τῶν δὲ μισθοφόρων ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις, συνέβη στάσεως πληρωθῆναι τὴν πόλιν. Διαστάντων οὖν ἐν τοῖς ὅπλοις τῶν τε Συρακοσίων καὶ τῶν μισθοφόρων, οἱ πρεσβῦται διαπρεσβευσάμενοι καὶ πολλὰ δεηθέντες ἀμφοτέρων μόγις κατέπαυσαν τὴν ταραχὴν ἐπὶ τῷ τοὺς μισθοφόρους ἐν ταχτῷ χρόνῳ τὰς ἑαυτῶν κτήσεις ἀποδομένους ἀπελθεῖν ἐκ Σικελίας. Τούτων δὲ κυρωθέντων, οἱ μὲν ξένοι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκλιπόντες τὰς Συρακόσας καὶ παραγενηθέντες ἐπὶ τὸν πορθμόν, ὑπεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων ὡς ἂν φίλοι καὶ σύμμαχοι. Ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν φιλοφρόνως ἀναληφθέντες εἰς τὰς οἰκίας, νυκτὸς ἐφόνευσαν τοὺς ὑποδεξαμένους, καὶ τὰς τούτων γυναῖκας γήμαντες κατέσχον τὴν πόλιν. Ἐκάλεσαν δὲ ταύτην Μαμερτίνην ἀπὸ τοῦ Ἄρεως, διὰ τὸ τοῦτον κατὰ τὴν ἐκείνων διάλεκτον Μάμερτον καλεῖσθαι.

(2) Οἷς γὰρ οὐ μέτεστι τῆς δημαρχίας, τούτους οὐδὲ τῆς ὑπὸ δημάρχου κυρουμένης ψήφου κοινωνεῖν.

(Exc. de Virt. et vit. p. 561.) (3) Ὅτι οἱ μισθοφόροι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκλιπόντες τὰς Συρακούσας προςεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων, ὡς ἂν φίλοι καὶ σύμμαχοι. Ὑπὸ δὲ τῶν πολιτῶν φιλοφρόνως ἀναληφθέντες εἰς τὰς ἰδιωτικὰς οἰκίας, νυκτὸς ἐφόνευσαν τοὺς ὑποδεξαμένους, καὶ τὰς τῶν παρανομηθέντων γυναῖκας γήμαντες κατέσχον τὴν πόλιν.

XIX. (Diodor. XIX, 59.) Μηνύσει δ' ἀκριβέστερον τὸ τῆς γυναικὸς (Philæ) ἦθος προϊὼν ὁ λόγος καὶ τὰ πράγματα λαμβάνοντα μεταβολὴν καὶ κρίσιν ἐσχάτην τῆς περὶ Δημήτριον βασιλείας.

XX. (Exc. de Virt. et vit. p. 561, 562.) Ὅτι τοῦ Δημητρίου φυλαττομένου εἰς Πέλλαν, Λυσίμαχος πρέσβεις ἀποστείλας ἠξίου τὸν Σέλευκον μηδενὶ τρόπῳ τὸν Δημήτριον ἐκ τῶν χειρῶν ἀφεῖναι, πλεονέκτην ἄνδρα καὶ πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιβεβουλευκότα· ἐπηγγέλλετο δὲ αὐτῷ δώσειν ὑπὲρ τῆς ἀναιρέσεως τῆς τούτου τάλαντα δισχίλια. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς μὲν πρεσβευταῖς ἐπετίμησε παρακαλοῦσιν αὐτὸν μὴ μόνον ἀθετῆσαι πίστιν, ἀλλὰ καὶ συνῳκειωμένον αὐτῷ τὸ μύσος ἐκεῖνο ἐπανελέσθαι· πρὸς δὲ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον ἐν τῇ Μηδίᾳ διατρίβοντα γράψας, συνεβούλευσε πῶς χρηστέον

ita eximius hic annalium conditor laudes omnes in Agathoclem scriptis suis congerebat. Ceterum meo judicio haudquaquam difficile erat, in vicem acceptæ gratiæ beneficia regia laudationibus repensare.

XVIII. Syracusani Hicetam prætorem, ut adversus Mænonem belligeraret, dimiserunt. Is ad tempus bellum continuabat, detrectantibus pugnam adversariis, nec ullo modo in aciem descendentibus. At quum Mænonis se partibus adjungerent Carthaginienses, copiisque multum prævalerent, coacti sunt tandem Syracusani, traditis quadringentis obsidibus, bellum cum Pœnis dissolvere et reducere exules. Quum vero mercenarii in electione magistratuum honore suo fraudarentur, evenit ut seditione urbs repleretur. Dumque correptis armis ita dissident Syracusani et conductitii milites, tandem seniores missa legatione vix multis apud utroque precibus obtinuerunt, ut a tumultu desisterent, hac equidem conditione, ut mercenarii stato tempore distractis facultatibus Sicilia excederent. His ita confirmatis, peregrini ex compacto Syracusis emigrarunt, et ad fretum progressi, a Messaniis ut amici et socii armorum in urbem intromittuntur. Ibi humaniter in ædes recepti, noctu hospites obtruncant, ductisque illorum uxoribus, suæ potestatis urbem faciunt, Mamertinamque vocant, a Marte, qui illorum lingua Mamers nuncupatur.

(2) Qui enim popularis regiminis non sunt consortes, hi nec in calculi a tribuno plebis confirmandi societatem admittuntur.

(3) Milites conductitii quum Syracusis pactione facta excessissent, a Messaniis tanquam amici ac socii sunt excepti. Quumque a civibus comiter domi singulorum hospitio recepti fuissent, noctu hospites suos trucidarunt, uxoribusque eorum sibi copulatis urbem in potestate tenuere.

XIX. Sed ingenium mulieris (*Philæ*) progressus narrationis, et res ad mutationem extremumque regni Demetriani finem devolutæ luculentius exhibebunt.

XX. Quum Demetrius captivus Pellæ (*in Syria*) custodiretur, Lysimachus legatione ad Seleucum missa monuit, ne hominem summa flagrantem habendi cupiditate, qui omnibus regibus insidiatus esset, ullatenus e manibus dimitteret; ac bis mille talenta daturum se promisit, dummodo illum Seleucus e medio tolleret. At Seleucus rex legatos acerbe increpuit, qui se non solum ad violandam fidem, sed ad tantum scelus erga conjunctissimum hominem suscipiendum impellerent. Ceterum ad Antiochum filium, qui in Media morabatur, scriptis literis, consilium ejus exquivit,

ἐστὶ τῷ Δημητρίῳ. Κεκρικὼς γὰρ ἦν αὐτὸν ἀπολύειν καὶ κατάγειν ἐπὶ τὴν βασιλείαν μεγαλοπρεπῶς· ἔσπευδε δὲ καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ χάριν συνεπιγράψαι ταῖς εὐεργεσίαις, ὡς ἂν γεγαμηκότος αὐτοῦ Στρατονίκην τὴν Δημητρίου καὶ τέκνα γεγεννηκότος ἐξ αὐτῆς.

XXI. (Exc. Hœschel. p. 493, 494.) Ὅτι δεῖ τοῖς μὲν πολεμίοις εἶναι φοβερώτατον, τοῖς δὲ φίλοις διαμένειν βέβαια προσηνέστατον.

(2) Ἐπειδὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀγνοήσαντες τὸ συμφέρον τοῖς πρὸς χάριν λόγοις ἐπηκολουθήσατε, νῦν τοῖς ἔργοις ἑωρακότες τὰ κατὰ τὴν χώραν ἀτυχήματα μεταδιδάχθητε.

(3) Τὸ μὲν γὰρ ἀγνοῆσαί ποτε κατὰ τὸν βίον ἐστὶν ἀνθρώπου, τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι πλεονάκις ἁμαρτάνειν τέλεον ἐξεστηκότος τοῖς λογισμοῖς. Ὅσῳ γὰρ πλείοσιν ἐλαττώμασι περιπεπτώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπάρχομεν.

(4) Ἐπὶ τοσοῦτον γάρ τινες τῶν πολιτῶν προεληλύθασι πλεονεξίας, ὥστε βούλεσθαι τοὺς ἰδίους οἴκους λαμπροὺς κατασκευάζειν ἐκ τῶν τῆς πατρίδος ἀτυχημάτων.

(5) Οἱ δὲ περὶ τοὺς βοηθοῦντας τοῖς ἄλλοις ἀνομήσαντες πῶς ἂν χρήσαιντο περὶ αὐτῶν;

(6) Ὅτι δεῖ τοῖς μὲν ἡμαρτημένοις δοῦναι συγγνώμην, εἰς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἔχειν εἰρήνην.

(7) Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐκ παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μεταδιδασκομένους.

(8) Ὅτι προτερεῖ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡ μὲν ἐπιείκεια τῆς ὀργῆς, ἡ δὲ εὐεργεσία τῆς τιμωρίας.

(9) Ὅτι καλὸν καὶ εὔθετόν ἐστι λύειν μὲν τὴν ἔχθραν, ἀντεισάγειν δὲ φιλίαν. Ὅταν γὰρ εἰς ἀπορίαν ἔλθῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπὶ πρώτην τὴν τῶν φίλων ἁρπαγὴν ὁρμᾶν εἴωθεν.

(Exc. Vatican. p. 45.) Ὅτι ὅταν εἰς ἀπορίαν ἔλθῃ στρατιώτης ἀλλόφυλος, ἐπὶ πρώτην τὴν τῶν φίλων ἁρπαγὴν ὁρμᾶν εἴωθεν.

(10) Ἔμφυτος γὰρ πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν ἡ τοῦ πλέονος ἐπιθυμία τοιαύτης οὐκ ἀφέξεται πόλεως.

(Exc. Hœschel. p. 494.) Ὅτι ἔμφυτος οὖσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ τοῦ πλείονος ἐπιθυμία τῆς τοιαύτης ὁρμῆς οὐδ' ὅλως ἀφέξεται.

(11) Δεῖ γὰρ τὸ τῆς ὑπερηφανίας μέγεθος καὶ τὸ τῆς ἐσθῆτος τυραννικὸν οἴκοι φυλάττειν, εἰς δὲ πόλιν ἐλευθέραν εἰσιόντα τοῖς ἐνθάδε νόμοις πείθεσθαι.

(12) Οὗ γάρ τις τὸ γένος καὶ τὴν βασιλείαν κεκληρόνομηκε, τούτου θελήσει καὶ τῆς εὐδοξίας γενέσθαι διάδοχος· αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως, ταῖς δὲ πράξεσι φαίνεσθαι Θερσίτην.

(13) Ὅσῳ γάρ τις πλείονος κυριεύει δόξης, τοσούτῳ μείζονα χάριν ἕξει τοῖς αἰτίοις τῶν εὐτυχημάτων. Ὥστε ὧν δύναταί τις τυγχάνειν μετὰ δόξης καὶ χάριτος, τούτων οὐκ ἂν ἐπιθυμήσαι μετὰ ἀδικίας καὶ ὀνείδους κυριεῦσαι.

si quid Demetrio faciendum esset. Illum enim custodia liberare, atque in pristinum regnum splendide reducere constituerat: cujus beneficii gratiam cum Antiocho filio communicatam volebat, quippe qui Stratonicen Demetrii filiam in matrimonio haberet, liberosque ex ea sustulisset.

XXI. Hostibus quam maxime terribilem esse, in benevolentia vero erga amicos constanter permanere decet.

(2) Quandoquidem illo tempore, quum, quid expediret, vos lateret, verbis ad gratiam compositis morem gessistis; nunc, quando calamitates in provincia re ipsa cernatis, mentem mutate.

(3) Nam ignorare interdum, quæ in vita accidunt, hominis est: at iisdem in rebus errare sæpius, id in ratione prorsus destitutum cadit. Quanto enim plures in errores incidimus, tanto majori pœna digni sumus.

(4) Eo civium nonnulli cupiditatis provecti sunt, ut domos suas ex patriæ detrimentis splendidiores facere velint.

(5) Qui vero tam nefaria commiserunt in aliorum opitulatores, quomodo ipsos, quæso, tractarent?

(6) Peccatis venia tribuenda est, et in reliquum tempus pax servanda.

(7) Non qui deliquerunt, sed qui post delicta in ea re non resipiscunt, omni modo puniendi sunt.

(8) Æquitas et clementia apud homines antiquior est ira et supplicio.

(9) Honestum est aptumque inimicitias dissolvere, ejusque loco amicitiam reducere. Nam quando ad inopiam homo (miles *mercenarius*) redactus est, statim ad socios diripiendos se convertere solet.

Miles extraneus si ad penuriam redactus fuerit, a diripiendis fœderatis initium facit.

(10) Nam quæ insita cunctis regibus est habendi cupido, ea ab tali urbe non abstinebit.

Naturâ hominibus insita plura consequendi cupiditas ab hujusmodi affectione minime unquam abstinebit.

(11) Domi relinquendus est tumor superbiæ, et tyrannicus vestitus: liberam vero civitatem qui ingreditur, eum legibus illius loci morem gerere oportet.

(12) Cujus enim genus et regnum hereditario quis jure accepit, in hujus etiam gloriam succedere volet. Turpe namque est, Pyrrhi quidem Achillis filii nomen referre, actionibus vero Thersiten repræsentare.

(13) Quanto plus enim gloriæ quis acquisitum habet, tanto majorem illis habebit gratiam, per quos felices obtinuit successus. Ideo quæ cum gloria et gratia quis consequi potest, iis cum injuria et opprobrio potiri ne expetat.

(14) Καλὸν οὖν ἐστιν, ὦ ἄνθρωποι, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασι περὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας λαμβάνειν τὴν πεῖραν.

(15) Ὅτι οὐ δεῖ προκρίνειν τινὰ τῆς μὲν συγγενείας τὴν ἀλλοτριότητα, τῆς δὲ τῶν συμμάχων εὐνοίας τὸ τῶν πολεμίων μῖσος.

ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Hœschel. p. 494, 495.) Ὅτι πάτριόν ἐστι τοῖς Ἠπειρώταις μὴ μόνον ἐπὶ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν φίλων καὶ συμμάχων κινδυνεύειν.

(2) Ὅτι Δέκιος ὁ Ῥωμαῖος χιλίαρχος φύλαξ γενόμενος Ῥηγίου διὰ Πύῤῥον τὸν βασιλέα, κατέσφαξεν αὐτούς, καὶ τὰς κτήσεις καὶ τὰς γυναῖκας ἰδιοποιήσατο. Καμπανοὶ δὲ οὗτοι ἦσαν, καὶ ἐποίησαν κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον Μαμερτίνοις, ὥςπερ ἐκεῖνοι Μεσσηνίους σφάξαντες. Εἶτα τὴν διαίρεσιν τῆς κτήσεως τῶν ἠτυχηκότων ἄδικον ποιησάμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ Ῥηγίου φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν ἰδίων Καμπανῶν. Συνήργησαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι, (οἳ) μετὰ τῶν λειφθέντων χρημάτων στρατηγὸν ἐποίησαν. Καὶ δὴ ὀφθαλμίας νόσου αὐτὸν περιεχούσης, τῶν ἰατρῶν τὸν δόκιμον μεταστειλαμένου αὐτοῦ, τὴν ὕβριν τῆς πατρίδος ἐκδικῶν κανθαρίσιν ὑπήλειψε τὸν Δέκιον, καὶ τῆς ὁράσεως αὐτὸν ἀπεστέρησε, καὶ φεύγει ἐκ Μεσσήνης.

(Exc. de Virt. et vit. p. 562.) (3) Ὅτι εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεστάλη φρουρὰ ὑπὸ Ῥωμαίων. Ὁ δὲ χιλίαρχος Δέκιος, τὸ γένος Καμπανός, πλεονεξίᾳ καὶ τόλμῃ διαφέρων, ἐμιμήσατο τὴν τῶν Μαμερτίνων παρανομίαν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ προςδεχθέντες ὑπὸ Μεσσηνίων ὡς φίλοι, τὴν μὲν πόλιν κατελάβοντο, τοὺς δὲ Μεσσηνίους ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑστίας ἑκάστους σφάξαντες ἔγημαν τὰς τῶν ἰδιοξένων γυναῖκας, καὶ τὰς τῶν σφαγέντων κτήσεις κατέσχον· οἱ δὲ περὶ τὸν Δέκιον Καμπανοί, δοθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων φύλακες τῶν Ῥηγίνων, ἐζήλωσαν τὴν τούτων ὠμότητα· τοὺς γὰρ Ῥηγίνους σφάξαντες καὶ τὰς κτήσεις διελόμενοι, κατέσχον τὴν πόλιν ὡς δορίκτητον. Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς φρουρᾶς τεταγμένος Δέκιος ἐξαργυρισάμενος τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις, καὶ τὴν διαίρεσιν τῆς ὠφελείας ἄδικον ποιησάμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ Ῥηγίου, φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν συνασεβησάντων Καμπανῶν. Οὐ μὴν ἐξέφυγον τὴν τιμωρίαν οἱ παρανομήσαντες, ἀλλ' ὁ μὲν Δέκιος εἰς ὀφθαλμίαν χαλεπὴν ἐμπεσὼν μετεπέμψατο τῶν ἰατρῶν τὸν ἄριστον· οὗτος δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος τιμωρίαν λαμβάνων, ἱκανῶς κανθαρίσιν ὑπήλειψε τὸν Δέκιον, καὶ τῆς ὁράσεως αὐτὸν στερήσας ἔφυγεν ἐκ τῆς Μεσσήνης.

II. (Exc. Hœschel. p. 495.) Κατὰ δὲ Σικελίαν ἦσαν τύραννοι Ἱκέτας ἐν Συρακόσῃ, Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα, Τυνδαρίων ἐν Ταυρομενίῳ, καὶ ἕτεροι τῶν ἐλαττόνων πόλεων. Φιντίας δὲ καὶ Ἱκέτας πρὸς ἀλ-

(14) Pulchrum itaque est, o homines, in alienis erratis propriæ incolumitatis capere experimentum.

(15) Non decet quemquam cognationi præferre abalienationem, odiumque hostium benevolentiæ sociorum.

LIBRI VICESIMI SECUNDI RELIQUIÆ.

I. Patrium est Epirotis, non pro patria tantum sua decertare, sed pro amicis etiam et belli sociis pericula subire.

(2) Decius, Romæ militum tribunus, Rhegio præsidiis custodiendo præfectus ob Pyrrhum regem, cives mactat, et facultates feminasque sibi mancipat. Campani hi erant, eodemque modo fecerunt, quo Mamertini, dum Rheginos occidunt, sicut illi Messanios trucidaverant. Postea, quod inique miserorum possessiones divisisset, Rhegio excidit, a Campanis suis in exilium actus. Adjuverant illos etiam Mamertini, qui cum pecuniis adhuc reliquis ducem sibi hunc creaverunt. Porro quum ocularis eum morbus corriperet, accitus ab eo medicorum probatissimus, ut patriæ injuriam ultum iret, cantharidibus Decium inunxit, visuque orbavit; sibi autem fuga ex Messana consuluit.

(3) Quum præsidium in oppidum Rheginorum a Romanis missum fuisset, Decius tribunus, genere Campanus, vir singulari audacia et habendi cupiditate, Mamertinorum perfidiam æmulatus est. Namque ut illi, amicorum specie a Messaniis excepti, et urbem ipsam occuparant, et civibus singulis ad suos Lares jugulatis, matresfamilias hospitum suorum conjuges sibi adsciverant, et in occisorum bona invaserant : ita milites Campani, quibus una cum Decio Rhegii custodia commendata ab Romanis fuerat, simili perfidia Rheginos omnes occiderunt, bonisque eorum inter se divisis, urbem quasi bello captam occupaverunt. At præfectus præsidii Decius, quum miserorum bona vendidisset, et pecuniam ex auctione redactam mala fide esset partitus, a Campanis sceleris ejus sociis Rhegio expulsus est. Enimvero universi perfidiæ tandem pœnas dederunt. Etenim Decius, gravi oculorum dolore correptus, celeberrimum medicum arcessivit : qui injuriam patriæ ulciscens, Decii oculos cantharidibus affatim inunxit, atque sic excæcato Decio, Messana aufugit.

II. In Sicilia interim tyranni erant, Hicetas Syracusis, Phintias Agrigenti, et Tyndarion Tauromenii, urbiumque minorum alii. Phintias autem et Hicetas, conflato inter

λήλους πόλεμον ἐνστησάμενοι, παρετάξαντο περὶ τὸν Ὕβλαιον, καὶ τὴν νίκην Ἱκέτας ἀπηνέγκατο. Καταδρομὰς δὲ πρὸς ἀλλήλους ποιούμενοι, τὰς κτήσεις διήρπασαν, τὴν δὲ χώραν ἀγεώργητον ἐποίησαν. Ἱκέτας δὲ τῇ νίκῃ ἐπαιρόμενος παρετάξατο πρὸς Καρχηδονίους, καὶ λειφθεὶς πολλοὺς στρατιώτας ἀπέβαλε περὶ τὸν Τηρίαν ποταμόν. (2) Κτίζει δὲ Φιντίας πόλιν, ὀνομάσας αὐτὴν Φιντιάδα, Γελῴους ἀναστάτους ὄντας οἰκίσας ἐν αὐτῇ. Ἐστὶ δὲ αὕτη παραθαλάσσιος. Καθαιρῶν τὰ τείχη καὶ τὰς οἰκίας, τοὺς λαοὺς τῆς Γέλας εἰς τὴν Φιντιάδα μετήνεγκε, κτίσας τεῖχος καὶ ἀγορὰν ἀξιόλογον καὶ ναοὺς θεῶν.

(3) Ὅθεν μιαιφόνου γεγονότος, ὑπὸ πασῶν τῶν πόλεων ἐμισήθη τῶν οὐσῶν ὑπ' αὐτῷ, καὶ τοὺς πρὸς φρουρὰν ὄντας ἐδίωξαν, ἐν οἷς πρῶτον ἀπέστησαν Ἀγυριναῖοι.

(Exc. de Virt. et vit. p. 562.) (4) Ὅτι Φιντίας [ὁ] τῶν πόλεων βιαίως ἄρχων καὶ πολλοὺς τῶν εὐπόρων ἀναιρῶν ὑπὸ τῶν ὑποτεταγμένων διὰ τὴν παρανομίαν ἐμισεῖτο. Διόπερ ἁπάντων ὄντων πρὸς ἀπόστασιν, ταχὺ ταπεινωθεὶς μετεβάλετο τὸν τρόπον, καὶ φιλανθρωπότερον ἄρχων διακατέσχε τοὺς ὑπὸ χεῖρα.

III. (Exc. de Virt. et vit. p. 562.) Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ Μακεδόνων βασιλεύς, τὴν μὲν ἡλικίαν νέος ὢν παντελῶς, πραγμάτων δὲ πολεμικῶν ἄπειρος, φύσει δὲ θρασὺς καὶ προπετής, οὐδὲν τῶν χρησίμων προενοεῖτο· τῶν γὰρ φίλων αὐτῷ συμβουλευόντων ἀναδέξασθαι τοὺς ἀφυστεροῦντας, οὐ προσέσχεν.

(Exc. Hœschel. p. 495.) (2) Ὅτι ὑπὸ Γαλατῶν Πτολομαῖος ὁ βασιλεὺς ἐσφάγη καὶ πᾶσα ἡ Μακεδονικὴ δύναμις κατεκόπη καὶ διεφθάρη.

IV. (Georg. Syncell. Chronogr. p. 266, D.) Ὧν εἷς καὶ Μελέαγρος ἀδελφὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, πρὸς ὀλίγας ἡμέρας δυναστεύσας καὶ ἐκπεσών· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ἡμέρας τεσσαράκοντα πέντε· μεθ' οὓς Σωσθένης, ἔτι δὲ Πτολεμαῖος, πρὸς δὲ τούτοις Ἀλέξανδρος καὶ Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης· οἱ πάντες ἔτη τρία κατὰ Διόδωρον.

V. (Exc. de Virt. et vit. p. 562.) Ὅτι Ἀπολλόδωρος ἐπιθέμενος τυραννίδι, καὶ βεβαιῶσαι κρίνας τὴν συνωμοσίαν, μειρακίσκον τινὰ φίλον αὐτοῦ καλέσας ὡς ἐπὶ θυσίαν, καὶ σφαγιάσας τοῖς θεοῖς, τά τε σπλάγχνα τοῖς συνομόσασιν ἔδωκε φαγεῖν καὶ τὸ αἷμα κεράσας οἴνῳ πιεῖν παρεκελεύσατο.

(2) Ὅτι ὁ αὐτὸς Ἀπολλόδωρος Γαλάτας εὑρών, καὶ τούτοις ὅπλα διδοὺς καὶ δωρεαῖς τιμήσας, δορυφόροις ἐχρῆτο πιστοῖς καὶ πρὸς τὰς κολάσεις εὐθέτοις διὰ τὴν ὠμότητα. Τὰς δὲ τῶν εὐπόρων οὐσίας δημεύων πλῆθος χρημάτων ἤθροιζεν. Ἀναβιβάσας δὲ τοὺς στρατιωτικοὺς μισθούς, καὶ μεταδιδοὺς τοῖς πένησι τῆς εὐπορίας, δύναμιν ἀξιόλογον περιεποιήσατο. Ἐκτραπεὶς δὲ εἰς ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν, εἰσεπράττετο τοὺς πολιτικοὺς χρήματα, καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας, οὐκ ὀλίγας δὲ γυναῖκας τῇ διὰ τῶν βασάνων τιμωρίᾳ βιαζό-

se bello, ad Hyblæum acie instructa concurrerunt, victoriamque retulit Hicetas. Tum excursionibus ultro citroque factis, opes diripiebant, et incultam hoc pacto faciebant regionem. Hicetas autem, illa victoria elatus, Carthaginiensibus aciem opposuit, victusque magnam suorum militum jacturam fecit ad Teriam fluvium. (2) Tum Phintias urbem condit Phintiada nominatam, Geloosque e patria submotos in ea collocavit. Sita autem ea est ad mare. Muris enim domibusque Gelæ destructis, populum in Phintiadem transtulit, postquam mœnia forumque memoratu dignum et templa deorum condiderat.

(3) Unde quum cædibus in subjectos sæviret (*Phintias*), urbium cunctarum odiis illi subjectarum flagravit, quæ præsidia ejus expulerunt; inter has primi defecerunt Agyrinæi.

(4) Phintias, quum cives suos acerba dominatione opprimeret, multosque divites viros interficeret, ob crudelitatem subjectis odio esse cœpit. Proinde cunctis ad defectionem spectantibus, brevi ad incitas redactus, aliam dominandi rationem instituit; quumque clementius præesset, subditos in officio continuit.

III. Ptolemæus (*Ceraunus*) Macedonum rex, ætate quidem admodum juvenis, rei autem militaris imperitus erat, ac suopte ingenio levis ac temerarius, nihil quod facto opus esset providebat. Igitur quum suaderent amici, ut auxiliares copias, quæ nondum aderant, opperiretur, id consilium neglexit.

(2) A Gallis Ptolemæus (*Ceraunus, Ptolemæi Lagi filius*) rex trucidatus, omnesque Macedonum copiæ concisæ ac deletæ.

IV. E quorum numero Meleager, frater Ptolemæi Lagi (*Ptolemæi Ceranni*), in dies paucos regnum assecutus, eoque spoliatus. Similiter Antipater in dies quadraginta quinque dignitatem obtinuit. Post quos Sosthenes, tum Ptolemæus, præterea Alexander et Pyrrhus Epirota. Qui quidem omnes per tres dumtaxat annos, ut Diodorus auctor est, regnaverunt.

XII. (Exc. de Virt. et vit. p. 566.) Ὅτι ἡ μήτηρ τῶν νεανίσκων βαρέως φέρουσα τὴν τἀνδρὸς τελευτήν, καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τὸ ζῆν, ἔπεισε τοὺς υἱοὺς κακουχεῖν τοὺς αἰχμαλώτους. Συγκλεισθέντων οὖν αὐτῶν εἰς οἴκημα στενὸν παντελῶς, τὰ σώματα καθάπερ τῶν θηρίων ἠναγκάζετο συνεσπειραμένα καρτερεῖν διὰ τὴν στενοχωρίαν. Ἔπειτα τῆς τροφῆς παραιρεθείσης ἐφ' ἡμέρας πέντε, Βοδόστωρ μὲν διὰ τὴν ἀθυμίαν καὶ τὴν ἔνδειαν ἐτελεύτησεν, Ἀμίλκας δέ, διαφέρων εὐψυχίᾳ, διεκαρτέρει καίπερ ἀπεγνωσμένης ἐλπίδος ἀντεχόμενος. Πολλάκις δὲ αὐτοῦ δεομένου τῆς γυναικός, καὶ μετὰ δακρύων τὴν ἐπιμέλειαν τὴν εἰς τὸν ἄνδρα διεξιόντος, τοσοῦτον ἀπέσχεν ἐκείνη φιλανθρωπίας καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὥςτε τὸν μὲν νεκρὸν αὐτῷ συγκατακλεῖσαι πέντε ἡμέρας, τροφὴν δὲ ὀλίγην χορηγῆσαι, πρὸς αὐτὸ μόνον στοχαζομένην τὸ δύνασθαι τὴν ἀτυχίαν ἐνεγκεῖν. (2) Ὁ δὲ Ἀμίλκας ἀπογνοὺς τὸν ἐκ τῆς ἱκεσίας ἔλεον, ἀνεβόησεν ἐπιμαρτυρόμενος Δία ξένιον καὶ θεοὺς τοὺς ἐποπτεύοντας τὰ κατ' ἀνθρώπους ὡς ἀντὶ καλῆς χάριτος τῆς ὀφειλομένης ἀπολαμβάνει τιμωρίας ὑπὲρ ἄνθρωπον. Οὐ μὴν ἐξέλειπε τὸ ζῆν, εἴτε δαιμονίου τινὸς ἐλεήσαντος, εἴτε καὶ ταὐτομάτου παράδοξον ἐνεγκόντος βοήθειαν. (3) Ἐσχάτως γὰρ αὐτοῦ διακειμένου διά τε τὴν ἀποφορὰν τὴν ἀπὸ τοῦ νεκροῦ καὶ τὴν ὅλην κακουχίαν, τῶν οἰκετῶν τινες τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν διηγήσαντό τισι τὸ γινόμενον. Οἱ δὲ μισοπονηρήσαντες τοῖς δημάρχοις προςήγγειλαν. Δεινῆς δ' οὖν τῆς ὠμότητος φανείσης, οἱ ἄρχοντες ἀνεκαλέσαντο τοὺς Ἀτιλίους, καὶ παρ' ὀλίγον θανάτου κρίσιν προέθηκαν, ὡς καταισχύνουσι τὴν Ῥώμην· διηπειλήσαντο δὲ τὴν ἁρμόττουσαν παρ' αὐτῶν λήψεσθαι τιμωρίαν, εἰ μὴ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιήσονται τῶν αἰχμαλώτων. Οἱ δὲ τῇ μητρὶ πολλὰ καταμεμψάμενοι, τὸν μὲν Βοδόστορα καύσαντες, ἀπέστειλαν τὴν τέφραν τοῖς συγγενέσι, τὸν δὲ Ἀμίλκαν ἐκ τῆς κακουχίας ἀνέλαβον.

XIII. (Exc. Vatican. p. 54.) Ὅτι ὁ Βάρκας, ἐπειδὴ παρεγενήθησαν πρὸς αὐτὸν οἱ πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων μετὰ τοῦ Γέσκωνος καὶ τὰς συνθήκας ἀνεγίνωσκον, μέχρι μέν τινος ἐσιώπα· ὡς δὲ ἤκουσε τά τε ὅπλα παραδιδόναι καὶ τοὺς αὐτομόλους, οὐκ ἐκαρτέρησεν,

navigio, corpus ubi insistat non habens, a mari hostibus veluti in manus traditur.

(3) Tanta bellum strenuitate gerebatur, ut ipsi utriusque partis duces fortitudine inter se certarent, et primi in periculis essent; quamobrem inopinæ prorsus clades præstantium virorum aliquando eveniebant. Nam qui animorum fortitudine præstabant adversariis, mersa nave sua capiebantur, haud sane virtute inferiores, sed insuperabili necessitate domiti. Quid enim prodest fortitudo, quum, lembo naufragium patiente, corpus ubi insistat non habens, ab ipso mari hostibus traditur?

XII. Mater adolescentum (*Attiliorum; vidua A. Reguli*) mortem viri ægre ferens, quum existimaret horum negligentia atque incuria factum esse, ut vir suus e vita migraret, persuasit filiis suis, ut in captivos graviter sævirent. Primo igitur intra angustissimum quoddam cubiculum conclusi, instar ferarum corpus suum conglobare ob loci angustias cogebantur: deinde per dies quinque negatis alimentis, Bodostor quidem præ ægritudine animi ac fame interiit; Hamilcar vero, qui singulari animi magnitudine erat, tametsi spe omni destitutus, se interim sustentabat. Ac sæpe cum fletibus mulierem precatus, quum narraret, quantam in ipsius virum curam impendisset, adeo illam ad humanitatis aliquem sensum non flexit, ut Bodostoris cadaver cum Hamilcare dierum quinque spatio mulier sæva incluserit, parcumque victum eatenus subministraverit, ut Hamilcari sensus calamitatis suæ superesset. (2) Sed Hamilcar, omni jam spe misericordiæ precibus suis præcisa, Jovem hospitalem, deosque, quibus res humanæ curæ sunt, obtestari cœpit, atque exclamare, sibi pro debita gratia immanes pœnas reponi. Neque tamen in hujusmodi tormentis spiritum reddidit, sive deorum misericordia, sive fortuna quædam insperatam opem attulit. (3) Nam quum in extremo vitæ discrimine esset, tum ob cadaveris tetrum odorem, tum ob ceteras, quibus premebatur, angustias, nonnulli ex familiaribus servulis rem extraneis narraverunt: qui hujusmodi sceleris indignitate commoti, mox ad tribunos plebis factum detulere. Quumque oppido sævum facinus visum esset, arcessiti a magistratibus Attilii, parum abfuit, quin capitis damnati essent, ut qui nomini Romano eam crudelitatis notam inussissent. Ceterum magistratus justas pœnas Attiliis minati sunt, nisi bona fide in posterum captivos curarent. Igitur illi, matri multa imputantes, Bodostoris quidem cremati cineres in patriam remiserunt: Hamilcarem vero ex ærumna pristina paullatim refecerunt ac confirmarunt.

XIII. Barcas, quum ad eum venissent Romanorum legati cum Gescone, et fœderis tabulas legerent, illatenus siluit donec ad arma transfugasque tradendos perventum est; tum vero haud se continuit, verum jussit legatos quantocius

ἀλλ' ἐκέλευσεν ἀπιέναι τὴν ταχίστην· ἕτοιμος γὰρ ἔφησεν εἶναι μᾶλλον ἀποθανεῖν μαχόμενος ἢ φιλοψυχήσας προςδέξασθαι πρᾶξιν ἐπονείδιστον, καὶ ταῦτ' εἰδὼς τὴν τύχην πρὸς τοὺς ἐγκαρτεροῦντας τοῖς δεινοῖς αὐτομολοῦσαν καὶ μεγίστην ἀπόδειξιν τῆς ἀνελπίστου μεταβολῆς παρεσχημένην τὴν περὶ τὸν Ἀτίλιον συμφοράν.

XIV. (Exc. Hœschel. p. 509.) Εἴκοσι τέσσαρα ἔτη πολεμήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους, Λιλύβαιον δὲ δεκαετῆ χρόνον πολιορκήσαντες, πρὸς ἀλλήλους διελύθησαν.

ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Hœschel. p. 509.) Ἐπίκουρος ὁ φιλόσοφος ἐν ταῖς ἐπιγεγραμμέναις ὑπ' αὐτοῦ κυρίαις δόξαις ἀπεφήνατο τὸν μὲν δίκαιον βίον ἀτάραχον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἄδικον πλείστης ταραχῆς γέμειν, βραχεῖ παντελῶς λόγῳ πολὺν ἀληθῆ νοῦν περιλαβὼν καὶ τὸ σύνολον δυνάμενον τὴν κακίαν τῶν ἀνθρώπων διορθοῦσθαι. Ἡ γὰρ ἀδικία μητρόπολις οὖσα τῶν κακῶν, οὐ μόνον τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ καὶ συλλήβδην ἔθνεσι καὶ δήμοις καὶ βασιλεῦσι τὰς μεγίστας ἀπεργάζεται συμφοράς.

II. (Exc. de Virt. et vit. p. 566, 567.) Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τῆς Σικελίας μεγάλους ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπομείναντες, καὶ πρὸς Ῥωμαίους εἴκοσι τέτταρα ἔτη συνεχῶς διαπολεμήσαντες, οὐ τηλικούτων ἐπειράθησαν ἀτυχημάτων ὅσων ὁ πόλεμος αὐτοῖς αἴτιος ὑπῆρξεν ὁ πρὸς τοὺς ἀδικηθέντας ὑπ' αὐτῶν μισθοφόρους. Ἀποστερήσαντες γὰρ τοὺς ὀφειλομένους μισθοὺς τοῖς ἀλλοεθνέσι, παρ' ὀλίγον αὐτῆς τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τῆς πατρίδος ἐστερήθησαν. Οἱ γὰρ ἀδικηθέντες μισθοφόροι παραχρῆμα ἀποστάντες ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιέβαλον τὴν Καρχηδόνα.

(Exc. Hœschel. p. 509.) (2) Ὑπῆρχον γὰρ οἱ μετὰ Καρχηδονίων στρατευσάμενοι Ἴβηρες, Κελτοί, Βαλεαρεῖς, Λίβυες, Φοίνικες, Λιγυστῖνοι καὶ μιξέλληνες δοῦλοι· οἳ καὶ ἐστασίασαν.

III. (Exc. de Virt. et vit. p. 567.) Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι ἐξαπέστειλαν πρὸς τοὺς ἀποστάντας κήρυκα, τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σπόνδιον ἡγεμόνες ἐπιτείνοντες τὴν ἀποθηρίωσιν, οὐ μόνον ἀντεῖπον περὶ τῆς ταφῆς, ἀλλὰ καὶ διηπειλήσαντο μηκέτι πέμπειν μηδένα κήρυκα περὶ μηδενὸς πρὸς αὐτούς, ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως γενομένης τῷ παραγενομένῳ. Εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἐνομοθέτησαν τῶν αἰχμαλώτων τοὺς μὲν Καρχηδονίους τῆς αὐτῆς τούτοις ἀξιοῦν τιμωρίας, τοὺς δὲ συμμαχοῦντας τοῖς Φοίνιξι χειροκοπεῖν καὶ πέμπειν ἠκρωτηριασμένους εἰς τὴν Καρχηδόνα. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Σπόνδιον ἡγεμόνες διὰ τῆς εἰρημένης ἀσεβείας καὶ ὠμότητος ὑπετέμοντο τὴν διὰ τῆς φιλανθρωπίας στρατηγίαν τοῦ Βάρκα. Τοῦτον τὸν τρόπον Ἀμίλκας δυςχρηστούμενος τῇ ὠμότητι καὶ αὐ-

abire; malle quippe se mori pugnantem quam vitæ cupidum admittere conditiones turpissimas; præsertim quia sciebat, fortunam ad eos, qui in adversis constanter agunt, solere sponte transvolare; quæ reapse maximam fecerat inopinæ conversionis demonstrationem in Attilii calamitate.

XIV. Bello igitur Romani cum Carthaginiensibus per viginti quattuor annos continuato, et Lilybæo decennium obsesso, pacem inter se fecerunt.

LIBRI QUINTI ET VICESIMI RELIQUIÆ.

I. Epicurus philosophus in libro, quem Ratas sententias inscripsit, vitam cum justitia conjunctam perturbatione vacare pronuntiat, injustam vero perturbatione quamplurima refertam esse : brevi dicto multum veræ sententiæ, et ut summatim dicatur, id, quod hominum improbitatem probe corrigere queat, complexus. Injustitia enim, metropolis omnium malorum, non infimæ tantum conditionis hominibus, sed, semel ut comprehendamus omnia, etiam gentibus et civitatum populis et regibus maximas producit calamitates.

II. Carthaginienses, qui de Siciliæ possessione magna bella et pericula sustinuerant et per quattuor et viginti annos continenter cum populo Romano certaverant, haud tantas calamitates eo bello passi sunt, quantas illo bello, quod cum mercenariis militibus, quos injuria affecerant, gessere. Nam quum extraneos debitis stipendiis fraudassent, parum abfuit quin et imperium et patriam simul ipsi amitterent. Etenim mercenarii, eam injuriam ægre ferentes, statim defectione facta, Carthaginienses in maxima discrimina adduxerunt.

(2). Commilitio enim Carthaginiensibus adscripti erant Iberi, Celtæ, Baleares, Libyes, Pœni (*Libyphœnices?*), Ligures, et servi altero parente Græci : qui etiam rebellarunt.

III. Carthaginienses, legatione ad defectores missa, petierunt, ut peremtorum cadavera sibi ad sepulturam traderentur. Sed Spondius (*Spendius, Polyb.*) ceterique defectorum duces, crescente ipsorum feritate, non modo hæc negaverunt, sed præterea monuerunt, ne legatus post hæc ullus de ulla re ad se mitteretur : si quis missus esset, eodem supplicio periturum interminati. Decretum deinde fecerunt, quicunque Carthaginiensium caperetur posthac, ut eodem, quo illi, mortis genere tolleretur : quicunque vero ex sociis illorum, ut præcisis manibus mutilati Carthaginem remitterentur. Hujusmodi scelere ac sævitia Spondii factum est, ut Hamilcar, crudelitatem istam ægre

τος ἠναγκάζετο τῆς φιλανθρωπίας μὲν τῆς εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἀποστῆναι, τὴν δὲ τιμωρίαν παραπλησίαν ἐπιτιθέναι τοῖς ὑποπεσοῦσι. Διόπερ τοὺς ἁλισκομένους αἰκιζόμενος παρεῤῥίπτει τοῖς θηρίοις, ὑφ' ὧν καταπατούμενοι πικραῖς τιμωρίαις περιέπιπτον.

ferens, a pristina humanitate sua dimotus, eandem in captos crudelitatem vicissim exercere coactus sit. Igitur ipse captivos prius cruciatos belluis objiciebat, qui ab his conculcati misere interibant.

(2) Ὅτι οἱ Ἱππακρῖνοι καὶ οἱ Ἰτυκαῖοι ἀπέστησαν καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὰς πόλεις ἔῤῥιψαν ἀτάφους κατὰ τῶν τειχῶν, καὶ τοῖς παρὰ Καρχηδονίων πρεσβεύσασι περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως ἀντέπιπτον περὶ τῆς ταφῆς.

(2) Hippacrini (*Hippacritæ, Polyb.*) et Uticenses defecerunt a Pœnis, et Carthaginiensium præsidium necarunt, cæsosque e muris insepultos abjecerunt, ne sepeliendi quidem potestate facta Carthaginiensibus, qui id petebant.

IV. (Exc. Vatican. p. 55.) Διὸ καὶ τοῖς ἀποστάταις οὐχ ἧττον πολιορκεῖσθαι συνέβαινεν ἢ πολιορκεῖν διὰ τὸ σπανίζειν τροφῆς.

IV. Quamobrem rebellibus contigit ut non minus obsiderentur quam obsiderent propter commeatus penuriam.

(2) Συνέβαινε δὲ ταῖς μὲν τόλμαις αὐτοὺς μὴ λείπεσθαι τῶν πολεμίων, διὰ δὲ τὰς ἀπειρίας τῶν ἡγεμόνων μεγάλα βλάπτεσθαι. Διὸ καὶ τότε συνιδεῖν ἦν ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας ἡλίκην ὑπερβολὴν ἔχοι στρατηγικὴ σύνεσις ἰδιωτικῆς ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀπόνου καὶ στρατιωτικῆς.

(2) Et hi quidem strenuitate animorum haud erant hostibus deteriores, sed tamen ab inscitia ducum magna detrimenta acceperunt. Quare etiam tunc ipso experimento cognoscere licuit, quantopere præstet imperatoria prudentia privatorum imperitiæ aut usui indocto gregalium militum.

(Exc. Hœschel. p. 510.) (3) Τότε συνιδεῖν ἔστιν ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας ἡλίκην ὑπεροχὴν ἔχει στρατηγικὴ σύνεσις ἰδιωτικῆς ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου καὶ στρατιωτικῆς.

(3) Tunc ipsa experientia intelligere fuit, quanto excellentior imperatoris sollertia quam imperitia vulgi et temerarium militis gregarii tirocinium.

V. (Exc. Vatican. p. 55, 56.) Τὸ γὰρ δαιμόνιον ὡς ἔοικε ταύτην ἀμοιβὴν τῶν ἀσεβημάτων αὐτοῖς ἐδικαίωσεν.

V. Videtur numen hanc illis impietatis retributionem merito decrevisse.

(2) Ὅτι τὸν Σπόνδιον ἀνεσταύρωσεν Ἀμίλκας. Ὁ δὲ Μάθως Ἀννίβαν εἰς τὸν αὐτὸν σταυρὸν αἰχμάλωτον λαβὼν προσήλωσεν, ὥστε δοκεῖν τὴν τύχην ὥσπερ ἐπίτηδες ἐναλλὰξ τὰς εὐημερίας καὶ τὰς ἥττας απονέμειν τοῖς περὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἠσεβηκόσιν.

(2) Spondium Hamilcar in crucem egit; Matho autem Hannibalem captum eadem in cruce fixit. Quare visa est fortuna tamquam de industria largiri vicissim successum et calamitatem iis, qui adversus humanam naturam injurii fuerant.

(3) Ὅτι δύω πόλεις οὐδεμίαν ἀφορμὴν εἶχον πρὸς διάλυσιν διὰ τὸ μὴ καταλελοιπέναι σφίσιν ἐλέῳ μηδὲ συγγνώμῃ τόπον τινὰ κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. Οὕτω κατὰ τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης καὶ τὸ μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιτηδεύειν.

(3) Neutra urbs spem ullam reconciliandæ pacis retinebat, propterea quod utraque jam inde a defectionis initiis omnem sibi præcluserat misericordiæ veniæque impetrandæ aditum. Adeo in peccatis quoque interest moderatio et nihil extra humanam conditionem committere.

(Exc. Hœschel. p. 510.) (4) Οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἁμαρτίας ὄντων μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιτηδεύειν.

(4) Usque adeo in delictis constitutorum magnam habet excellentiam moderatio et nihil supra hominem agere.

VI. Μετὰ δὲ τὴν ἐκ Σικελίας ἐπαναχώρησιν οἱ μισθοφόροι Καρχηδονίων ἐπανέστησαν αὐτοῖς διὰ τοιαύτας αἰτίας. Ὑπὲρ τῶν ἵππων τῶν θανόντων ἐν Σικελίᾳ καὶ τῶν σφαγέντων ἀνδρῶν τιμὰς ὑπερβαλλούσας * καὶ ἐπολέμησαν ἔτη τέσσαρα καὶ μῆνας τέσσαρας. Σφάζονται δὲ ὑπὸ Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα στρατηγοῦ, ὃς καὶ ἐν Σικελίᾳ εἰς τοὺς Ῥωμαίους ἀνδρικῶς ἐκρατύνατο.

VI. Post discessum ex Sicilia mercenarii Carthaginiensium contra illos insurrexerunt, ob has causas. Pro equis in Sicilia mortuis virisque interfectis pretia modum excedentia *poscebant*. Et bellum inter se gesserunt annos quattuor et menses totidem. Trucidantur vero tandem ab Amilcare Barca prætore, qui etiam in Sicilia adversum Romanos fortiter militarat.

VII. (Diodor. IV, 29.) Ἐπὶ τοσοῦτον ἡ νῆσος (Sardinia) διωνομάσθη τῇ τῶν καρπῶν ἀφθονίᾳ, ὥστε Καρχηδονίους ὕστερον αὐξηθέντας ἐπιθυμῆσαι τῆς νήσου, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπὲρ αὐτῆς ἀναδέξασθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν.

VII. Sardinia insula frugum ubertate adeo celebris evasit, ut Carthaginienses, opibus postmodum aucti, multa potiundæ ejus desiderio certamina et pericula susciperent. Sed de his suo deinceps loco sermonem instituemus.

VIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 567.) Ὅτι

VIII. Hamilcar, cognomento Barcas, egregiam atque uti-

Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρασχόμενος τῇ πατρίδι, κατὰ μὲν τὴν Σικελίαν ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ, κατὰ δὲ τὴν Λιβύην, ὅτε τὴν ἀπόστασιν οἱ μισθοφόροι καὶ Λίβυες ποιησάμενοι συνεῖχον ἐν πολιορκίᾳ τὴν Καρχηδόνα. Ἐπ' ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς πολέμοις τούτοις ἐπιφανεστάτας πράξεις κατεργασάμενος καὶ πολιτευόμενος ἐμφρόνως, δικαίας ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρὰ πᾶσι τοῖς πολίταις. Ὕστερον δὲ μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ κατὰ τὴν Λιβύην πολέμου συστησάμενος ἑταιρείαν τῶν πονηροτάτων ἀνθρώπων, καὶ ἐκ τούτων ἀθροίζων καὶ ἐκ τῶν λαφύρων ὠφελείας, ἔτι δὲ αὑτὸν ὁρῶν ταῖς πράξεσιν αὐξανόμενον, καὶ δοὺς εἰς δημοκοπίαν καὶ πλήθους ἀρέσκειαν, παρεστήσατο τὸν δῆμον ἑαυτῷ παραδοῦναι τὴν στρατηγίαν ὅλης τῆς Λιβύης εἰς χρόνον ὀλίγιστον.

IX. (Exc. Vatican. p. 56.) Ὅτι οἱ μὲν Κελτοὶ τοῖς πλήθεσιν ὄντες πολλαπλάσιοι καὶ πεφρονηματισμένοι τῷ θράσει καὶ ταῖς ἀλκαῖς, καταπεφρονηκότως διηγωνίζοντο, οἱ δὲ περὶ τὸν Βάρκαν τὸ τοῦ πλήθους ἐλλιπὲς ταῖς ἐμπειρίαις ἐπειρῶντο διορθώσασθαι. Οἱ μὲν οὖν πᾶσιν ἔδοξαν ἐμφρόνως περὶ τούτων βεβουλεῦσθαι, ἡ δὲ τύχη παρ' ἐλπίδας ἐβράβευσε τὰς πράξεις καὶ τὸ δοκοῦν ἀδύνατον εἶναι καὶ ἐπικίνδυνον παραδόξως κατώρθωσεν.

X. (Exc. Hœschel. p. 510, 511.) Ἀμίλκας δὲ στρατηγήσας κατὰ Καρχηδόνα ταχὺ τὴν πατρίδα ηὔξησε, καὶ εἰς τὰς Ἡρακλείους στήλας καὶ εἰς τὰ Γάδειρα καὶ εἰς τὸν Ὠκεανὸν κατέπλευσεν. Ἔστι δὲ τὰ Γάδειρα πόλις ἄποικος Φοινίκων· κεῖται μὲν εἰς τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης κατὰ αὐτὸν τὸν Ὠκεανόν, ὅρμον ἔχουσα. Πολεμήσας δὲ Ἴβηρας καὶ Ταρτησίους μετὰ Ἰστολατίου στρατηγοῦ τῶν Κελτῶν καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, πάντας κατέκοψεν, ἐν οἷς καὶ τοὺς δύο ἀδελφοὺς σὺν ἄλλοις ἐπιφανεστάτοις ἡγεμόσι· καὶ τρισχιλίους ζῶντας παραλαβὼν ἔταξεν εἰς τὰς ἰδίας στρατιάς. (2) Ἰνδόρτης δὲ πάλιν ἀθροίσας πεντακισμυρίους, καὶ πρὶν πολέμου τραπεὶς καὶ φυγὼν εἰς λόφον τινά, καὶ πολιορκηθεὶς ὑπ' Ἀμίλκα καὶ νυκτὸς πάλιν φυγών, τὸ πλεῖστον αὐτοῦ κατεκόπη, αὐτὸς δὲ Ἰνδόρτης καὶ ζωγρίας ἐλήφθη. Ὃν τυφλώσας Ἀμίλκας καὶ τὸ σῶμα αἰκισάμενος ἀνεσταύρωσε· τοὺς δὲ ἄλλους αἰχμαλώτους, ὄντας μυρίων πλείους, ἀπέλυσε. Πολλὰς δὲ πόλεις τῇ πειθοῖ προσηγάγετο, πολλὰς δὲ καὶ καταπολεμήσας. (3) Ἀσδρούβας δὲ ὁ γαμβρὸς Ἀμίλκου, πεμφθεὶς παρὰ τοῦ κηδεστοῦ εἰς Καρχηδόνα εἰς πόλεμον τῶν Νομάδων τῶν ἐπαναστάντων Καρχηδονίοις, κατέκοψεν ὀκτακισχιλίους, ζωγρίας δὲ ἔλαβε δισχιλίους, οἱ δὲ λοιποὶ ἐδουλώθησαν φόρους τελέσοντες. Ὁ δὲ Ἀμίλκας περὶ τὴν Ἰβηρίαν πόλεις πολλὰς ὑποτάξας, ἔκτισε πόλιν μεγίστην, καλέσας αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ τόπου θέσεως Ἄκραν Λευκήν. Ἀμίλκας δὲ Ἑλικῇ τῇ πόλει παρακαθήμενος καὶ πολιορκῶν, τὸ πλεῖστον στράτευμα καὶ τοὺς ἐλέφαντας εἰς παραχειμασίας ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ πόλει Λευκῇ Ἄκρᾳ ἀποστείλας, μετὰ τῶν

lem patriæ operam navavit, tum in Sicilia adversus Romanos, tum in Libya adversus mercenarios milites et Afros, qui, a Pœnis quum defecissent, ipsam Carthaginem obsidione premebant. Etenim in utroque bello quum multa eximiæ fortitudinis ac prudentiæ facinora edidisset, merito ab universis civibus colebatur. Postea vero confecto Libyco bello, perditissimorum hominum manum coegit. Quumque hinc atque ex præda magnas opes collegisset, atque ex rebus gestis auctoritatem sibi peperisset, plebis gratiam aucupatus effecit, ut Africa provincia sibi ad perbreve (*incertum?*) tempus mandaretur.

IX. Galli quum longe majore numero essent, audacia viribusque suis elati, contemptim bellum gerebant. Barcas autem numeri defectum virtute et peritia compensare nitebatur. Atque illi quidem omnibus videbantur sapienti consilio in his uti; fortuna vero insperatos successus largita est, et quod impossibile plenumque periculo videbatur, Barcas feliciter præter opinionem expedivit.

X. Hamilcar, Carthaginiensium præturam gerens, brevi ad incrementa patriam perduxit, adeo ut ad columnas Herculis Gadesque classe provectus sit. Colonia hæc Phœnicum est, in extremis orbis finibus ad ipsum Oceanum sita, ac portum habens. Quumque bello Iberos et Tartessios, cum Istolatio duce Celtarum ac fratre ipsius, domuisset, omnes cecidit, et inter hos duos illos fratres cum aliis ducibus nobilissimis: et tria millia, quos vivos ceperat, ordinibus suorum accenturiavit. (2) Indortes autem, quinquaginta millibus denuo contractis, ante pugnam in fugam conversus, in editum quendam locum se recepit. Ubi circumsessus ab Amilcare noctu iterum fugit, et maxima copiarum pars cæditur, et ipse Indortes vivus in hostium manus devenit. Quem luminibus Hamilcar orbat, et corpus ludibriose tractatum in crucem agit. Alios vero captivos supra decem millia dimittit, multasque urbes persuasione sibi adjungit, multas etiam debellat. (3) Tum Hasdrubal, gener Hamilcaris, a socero Carthaginem missus ad bellum Nomadum (*Numidarum*), qui Carthaginiensibus rebellabant, octo millia delevit, duo millia cepit: reliqui sub jugum servitutis redacti, ut vectigal penderent. Interim Hamilcar, in Hispania multis subactis civitatibus, oppidum condidit maximum, quod a situ loci appellavit Acram Leucam (*Album Promontorium*). Tum Helicen urbem Hamilcar obsessam quum oppugnaret, majore exercitus parte et elephantis ad hibernandum in urbe a se condita

λοιπῶν παρέμεινε. Συνεκβοηθήσαντος δὲ τοῦ Ὀρισσῶν βασιλέως τοῖς πολιορκουμένοις, δόλῳ φιλίαν συν[επι]θέμενος καὶ συμμαχήσας ἔτρεψεν Ἀμίλκαν. (4) Τούτου δὲ φεύγοντος, τοῖς υἱοῖς καὶ τοῖς φίλοις τὴν σωτηρίαν κατεσκεύασε δι' ἄλλης ὁδοῦ ἐκκλίνας· καταδιωκόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, εἰς ποταμὸν μέγαν σὺν τῷ ἵππῳ ἐμβὰς ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη ὑπὸ τοῦ ἵππου. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀννίβαν καὶ Ἀσδρούβαν τοὺς υἱοὺς διεσώθησαν εἰς τὴν Λευκὴν Ἄκραν.

(5) Ἀμίλκας μὲν οὖν, καίπερ πολλοῖς ἔτεσι πρότερον τῆς ἡμετέρας ἡλικίας τετελευτηκώς, ἐχέτω παρὰ τῆς ἱστορίας ὥςπερ ἐπιτάφιον τὸν ἴδιον ἔπαινον.

XI. (Exc. Vatican. p. 56.) Ὅτι Ἀσδρούβας μαθὼν πρακτικωτέραν οὖσαν τῆς βίας τὴν ἐπιείκειαν, προέκρινε τὴν εἰρήνην τοῦ πολέμου.

(2) Διὸ πᾶσα πόλις ἀεὶ τὰ παραγγελλόμενα φιλοπευστοῦσα καὶ ταῖς διαδιδομέναις φήμαις μετάμελος οὖσα, πολλῆς ἀγωνίας ἐπληροῦτο.

XII. (Exc. Hœschel. p. 511, 512.) Ἀσδρούβας δὲ ὁ γαμβρὸς Ἀμίλκα μαθὼν τοῦ κηδεστοῦ τὸ ἀκλήρημα, ταχέως ἀναζεύξας πρὸς τὴν Λευκὴν Ἄκραν ἦλθεν, ἔχων θηρία πλέον τῶν ἑκατόν. Οὗτος δὲ στρατηγὸς ἀναγορευθεὶς ὑπό τε τοῦ λαοῦ καὶ Καρχηδονίων, πεντακιςμυρίους ἐμπείρους πεζοὺς συνέλεξε καὶ ἱππεῖς ἑξακιςχιλίους, ἐλέφαντας δὲ διακοσίους. Πολεμήσας δὲ πρῶτον τὸν Ὀρισσῶν βασιλέα, κατέσφαξε πάντας τοὺς αἰτίους τῆς Ἀμίλκα φυγῆς. Παρέλαβε δὲ τὰς πόλεις αὐτῶν, οὔσας δώδεκα, καὶ πάσας τὰς πόλεις Ἰβηρίας. Γήμας δὲ γυναῖκα ἔσχε θυγατέρα βασιλέως Ἰβήρου, ὑπὸ πάντων τῶν Ἰβήρων ἀνηγορεύθη στρατηγὸς αὐτοκράτωρ. Ὅθεν ἔκτισε παραθαλασσίαν πόλιν, ἣν προςηγόρευσε Νέαν Καρχηδόνα, καὶ ἑτέραν πόλιν ὕστερον, θέλων τὴν Ἀμίλκα δύναμιν ὑπερβῆναι. Καὶ ἐστράτευσεν ἑξακιςμυρίους, ἱππεῖς ὀκτακιςχιλίους, ἐλέφαντας διακοσίους. Ὑπὸ δὲ οἰκέτου ἐπιβουλευθεὶς ἐσφάγη, στρατηγήσας ἔτη ἐννέα.

XIII. Κελτοὶ δὲ μετὰ Γαλατῶν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον ἀθροίσαντες συνῆξαν λαὸν μυριάδας εἴκοσι, καὶ πρῶτον μὲν πόλεμον ἐνίκησαν· καὶ δεύτερον προςβαλόντες ἐνίκησαν, ἀνεῖλον δὲ καὶ τὸν ἕνα Ῥωμαίων ὕπατον. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ ἔχοντες πεζῶν μυριάδας ἑβδομήκοντα, ἱππέων δὲ ἑπτακιςμυρίους, τῶν δύο πολέμων ἡττημένων Ῥωμαίων, τῷ τρίτῳ πολέμῳ κατὰ κράτος ἐνίκησαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἀνεῖλον μυριάδας τέσσαρας, καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἐζώγρησαν, ὥςτε καὶ τὸν μέγιστον αὐτῶν βασιλέα ἑαυτοῦ θερίσαι τὸν τράχηλον, τὸν δὲ δεύτερον αὐτοῦ ζῶντα ποιῆσαι. Ἐκ δὲ τούτου τοῦ ἀνδραγαθήματος ἀνθύπατος γενόμενος Αἰμίλιος κατέδραμε τὴν χώραν τῶν Γαλατῶν καὶ Κελτῶν, καὶ πολλὰς πόλεις καὶ φρούρια εἷλε, καὶ ὠφελείας πολλῆς ἐπλήρωσε τὴν Ῥώμην.

XIV. Ἱέρων δὲ ὁ βασιλεὺς Συρακόσης εἰς τὸν Κελτικὸν πόλεμον Ῥωμαίοις σῖτον ἀπέστειλε, βοηθῶν Ῥω-

Acra Leuca amandatis, cum reliquis ibi permansit. Quum autem Orisso rex obsidione pressis ferret suppetias, doloso amicitiæ prætextu, ac si Hamilcari subveniens illos invaderet, in fugam Hamilcarem vertit. (4) Fugiens igitur, ut filiis et amicis salutem procuraret, per aliam viam deflexit. Dumque rex eum persequitur, in flumen ingressus magnum cum equo, ab undis una cum equo abreptus periit. Hannibal autem et Hasdrubal, ejus filii, in Acram Leucam salvi pervenere.

(5) Hamilcar itaque, licet multis ante nostram ætatem annis obierit, ab historia laudem suam tanquam epitaphium reportet.

XI. Hasdrubal efficaciorem expertus violentia mansuetudinem, bello pacem prætulit.

(2) Idcirco civitas universa rumoribus audiendis semper intenta, pro nuntiorum diversitate animos mutans, multiplici consternatione implebatur.

XII. Hasdrubal, Hamilcaris gener, clade soceri cognita, promotis repente castris, ad Acram Leucam pervenit, secum ducens plus quam centum elephantes. Is imperator ab exercitu et Carthaginiensibus renuntiatus, quinquaginta peditum millia usu exercitatorum deligit, equitum sex millia et elephantos ducentos, belloque primum Orisson regem frangit: deinde cunctos fugæ Hamilcaris auctores trucidat, urbesque illorum in potestatem accipit, numero duodecim, et cunctas denique Iberiæ civitates. Quumque novo inito matrimonio uxorem haberet regis Iberorum filiam, ab Iberis universis imperator cum plena potestate creatur. Exinde urbem maritimam condit, quam Carthaginem Novam appellavit: et deinde alteram, Hamilcarem ipsum potentia supergredi volens. In exercitu suo duxit sexaginta millia peditum, octo millia equitum, et ducentos elephantes. Tandem ministri familiaris exceptus insidiis jugulatur, prætura per novem annos gesta.

XIII. Celtæ, cum Gallis bello adversum Romanos conflato, exercitum ducentorum millium coegerunt. Primaque pugna victores abiere. Secundo etiam conflictu inito, vicerunt, ubi alter Romanorum consul interemtus. Quin etiam Romani sub signis habebant peditum millia septingenta, equitum septuaginta. Romani tamen, licet duobus succubuissent prœliis, tertio victoriam insignem retulerunt, quadraginta millibus interfectis, reliquisque captis, ita ut etiam maximus illorum rex (*Aneorestus*) jugulum sibi præcideret; sed alterum (*Concolitanum*) in potestatem suam redigeret vivum (*sc. consul Æmilius*). Hoc tam insigni strenuitatis edito exemplo, proconsul factus Æmilius, Gallorum et Celtarum regiones depopulatur, multasque urbes et castella capit; atque ita multis Romam emolumentis refercit.

XIV. Hiero, Syracusarum rex, ut ad bellum Celticum

μαίοις, οὗ καὶ τὴν τιμὴν ἔλαβε μετὰ τὴν τοῦ πολέμου κατάλυσιν.

XV. Μετὰ δὲ τὴν σφαγὴν Ἀσδρούβα τοῦ Καρχηδονίου ἀναρχίας οὔσης, τὸν μείζονα υἱὸν Ἀμίλκα Ἀννίβαν στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν. Ζακανθαίων δὲ ἡ πόλις πολιορκουμένη ὑπὸ Ἀννίβα, συναγαγόντες τὰ ἱερὰ καὶ τὸν χρυσὸν καὶ ἄργυρον τὸν ἐν τοῖς οἴκοις καὶ τὰ τῶν γυναικῶν κόσμια καὶ ἐνώτια καὶ ἀργύρια, χωνεύσαντες ἔμιξαν χαλκὸν καὶ μόλιβδον, καὶ ἄχρηστον ποιήσαντες τὸν χρυσὸν ἐξῆλθον, καὶ ἡρωικῶς ἀγωνισάμενοι πάντες κατεκόπησαν, πολλοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ φονεύσαντες. Αἱ δὲ γυναῖκες τὰ τέκνα φονεύσασαι ἑαυτὰς δι' ἀγχόνης ἀπέπνιξαν. Οὕτως ἀκερδῆ τὴν πόλιν παρέλαβεν Ἀννίβας. Τὸν δὲ Ἀννίβαν Ῥωμαῖοι πρὸς δίκην αἰτήσαντες δι' ὧν παρενόμησε, καὶ μὴ λαβόντες, πόλεμον τὸν Ἀννιβαϊκὸν καλούμενον ἔστησαν.

XVI. (Exc. Vatican. p. 56,57.) Ὅτι ὁ πρεσβύτατος τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐκπεμφθέντων πρεσβευτῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων δείξας τῇ γερουσίᾳ τὸν κόλπον, ἔφησε φέρειν αὐτὸν καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν πόλεμον· ἀπολείψειν οὖν τούτων ὁπότερον ἂν οἱ Καρχηδόνιοι βουληθῶσιν. Τοῦ δὲ τῶν Καρχηδονίων βασιλέως εἰπόντος ποιεῖν αὐτὸν ὁπότερον ἂν βούλοιτο, ἔφη Τὸν πόλεμον ἀφίημι. Τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ πλείους εὐθὺς ἀνεβόησαν δέχεσθαι.

XVII. Ὅτι οἱ κατὰ τὴν Οὐικτόμελαν πόλιν ἐκπολιορκηθέντες συνέφυγον εἰς τὰς ἰδίας οἰκίας ἐπὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, τὴν ἐσχάτην παρ' αὐτῶν ληψόμενοι τέρψιν, εἰ δή τίς ἐστι τέρψις τοῖς ἀπολλυμένοις εἰ μὴ δάκρυα καὶ τὸ τελευταῖον ἐν τῷ ζῆν τῶν συγγενῶν ἀσπασμός· ταῦτα γὰρ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἔχειν τινὰ δοκεῖ κουφισμὸν τῶν ἀκληρημάτων. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες πανοικὶ μετὰ τῶν συγγενῶν κατεφλέχθησαν καὶ τὸν ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑστίας τάφον ἑαυτοῖς ἐπέστησαν, τινὲς δὲ εὐψυχοτάτως τοὺς ἰδίους προανελόντες, ἑαυτοὺς ἐπικατέσφαξαν, αἱρετώτερον τὸν αὐτόχειρα θάνατον ὑπολαβόντες τοῦ διὰ τῶν πολεμίων μεθ' ὕβρεως συντελουμένου.

XVIII. (Georg. Syncell. Chronogr. p. 267.) Τούτου (Philippi) ἐπίτροπος Ἀντίγονος κατασταθεὶς ὁ Δημητρίου κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιϐ', κατὰ δὲ Διόδωρον ἔτη θ'.

XIX. (Tzetz. Hist. I,27.)

Ἀννίβας, ὡς Διόδωρος γράφει καὶ Δίων ἅμα,
σὺν τούτοις Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσόθεν,
ἦν στρατηγὸς τῶν Σικελῶν, υἱὸς δὲ τοῦ Ἀμίλκα.
Ὅςτις Ἀμίλκας σύμπασαν εἷλε τὴν Ἰϐηρίαν,
δόλοις ἐπιθεμένων δὲ κτείνεται τῶν Ἰϐήρων.
Τὸν πάντα τούτου γὰρ στρατὸν φεύγειν κελεύσας τότε
καὶ προςπλακέντας τοὺς υἱοὺς καὶ συνθανεῖν ποθοῦντας
μάστιξι παρωσάμενος συμφεύγειν τοῖς ἑτέροις,
Ἀννίβαν πεντεκαίδεκα τῶν χρόνων ὑπηργμένον,
Ἀσδρούβαν δὲ δυώδεκα, τὸν λόφον, τὴν κυνέαν
ἄρας αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς, τοῖς Ἴϐηρσιν ἐγνώσθη.
Πάντων δ' Ἰϐήρων ἐπ' αὐτὸν ὡς εἶχον ὁρμησάντων,
οἱ φεύγοντες ἐσώζοντο τυγχάνοντες ἀδείας.

Romanis opitularetur, frumentum misit: cujus pretium bello confecto recepit.

XV. Quum post cædem Hasdrubalis Carthaginiensis prætura destituta esset, milites Hamilcaris filium natu majorem, Hannibalem, sibi ducem per suffragia creaverunt. Dumque Saguntinorum urbs ab Hannibale obsidetur, cives sacra in unum conferunt: auro præterea argentoque, quidquid ejus in ædibus erat, et mundo femineo, ut inauribus et id genus aliis, conflatis, æs et plumbum admiscent, ut id prorsus inutile fieret. Tandem egressi et heroice prœliati, conciduntur universi, quum prius magnam etiam ipsi stragem fecissent. Matronæ etiam, occisis liberis, laqueo semetipsæ suffocarunt. Atque ita sine lucro potitus est oppido Hannibal. Quem ad causam de fœdere prævaricato dicendam quum expetivissent Romani, nec compotes fierent, bellum, quod Hannibalicum dicitur, excitarunt.

XVI. Legatorum Roma missorum natu maximus vestis sinum in senatu Punico ostendens, pacem dixit se in illo sinu bellumque ferre, atque hinc quod Pœni mallent se expositurum. Tum Carthaginiensium rege dicente, alterum utrum pro voto faceret, Bellum, inquit, emitto; quod pars major Carthaginiensium se excipere protinus acclamavit.

XVII. Expugnata Victomela urbe, propugnatores ad lares suos diffugiebant ad supremum solamen e liberis conjugibusque suis delibandum, si quidem perituris solatio sunt meræ lacrimæ et extremus consanguineorum ante vitam dimittendam complexus. Hæc enim infelicibus habere quoddam videntur infortuniorum levamen. Itaque plurimi laribus subjecto igne, cum universa familia semet incendio absumpserunt, atque in domesticis focis sepulcrum sibi compararunt; nonnulli autem magna cum fortitudine animi suis ante interfectis, semet insuper interemerunt, melius existimantes manu propria spontaneam necem quærere, quam contumeliosam ab hostibus exspectare.

XVIII. Philippi tutor Antigonus constitutus, Demetrii filius, Macedonibus imperavit annis duodecim, secundum Diodorum vero annis novem.

XIX.

Hannibal, ut Diodorus scribit atque Dion,
cumque iis Dionysius Halicarnassensis,
dux erat Siculorum, filius Hamilcaris.
Qui quidem Hamilcar totam cepit Iberiam,
dolis autem Iberorum circumventus occiditur.
Omnem vero ipsius exercitum fugere quum jussisset,
atque amplectentes filios commorique desiderantes
loris impulisset ut cum aliis fugerent,
Hannibalem quindecim annos habentem,
et Hasdrubalem duodecim annos natum, crista sive galea
a capite desumta, ab Iberis cognitus est.
Omnibus vero Iberis, ut erant, impetum in ipsum facientibus,
qui fugiebant servati sunt consequentes immunitatem.

Ὡς δὲ σωθέντα τὸν στρατὸν εἶδε, στραφεὶς ὀπίσω
λοιπὸν σπουδάζει μηδ' αὐτὸς Ἴβηρσι κρατηθῆναι.
Ἐπικειμένων δὲ σφοδρῶς κυκλόθεν τῶν Ἰβήρων
τὸν ἵππον ἀκρατέστερον ἐλάσας τὸν οἰκεῖον
τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἴβηρος τοῖς ῥεύμασιν ἐμπίπτει.
Βάλλεται δὲ παρά τινος ὁρμῶν ἐν ἀκοντίῳ·
πλὴν καὶ πνιγεὶς οὐδὲ νεκρὸς τοῖς Ἴβηρσιν εὑρέθη.
Ὁ τούτῳ πόθος ἦν· σύρεται γὰρ τοῖς ῥείθροις.
Τούτου τοῦ ἥρωος ἀνδρὸς ὢν γόνος ὁ Ἀννίβας
ὑπὸ γαμβρῷ ἐτάττετο, σὺν ᾧ τὴν Ἰβηρίαν
πᾶσαν ἐλεηλάτησε ποινὴν πατρῴου φόνου.
Ὡς δ' ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις οἱ Αὔσονες Ῥωμαῖοι
τοὺς Σικελοὺς ἐνίκησαν πολλάκις νικηθέντες,
κέλευσμά τε βαρύτατον ἐκέλευσαν ἐκείνοις
ὡς μηδὲ ξίφος ἀπ' αὐτῶν ποτέ τινα κατέχειν,
Ἀννίβας, χρόνων εἴκοσι γενόμενος καὶ πέντε,
χωρὶς συγκλήτου τῆς βουλῆς καὶ τῶν ὑπερεχόντων
τοὺς θερμοτέρους συλλαβὼν καὶ τοὺς ὀξεῖς τῶν νέων
ὡς ἑκατὸν καὶ πλείονας, λῃστεύων Ἰβηρίαν
ἔζη, καὶ προσεπηύξανεν ἀεὶ στρατὸν τῶν νέων.
Ὡς δ' ἡ πληθὺς ἐνίκα μὲν ἑκατοντάδας ἤδη,
εἰς χιλιάδας δ' ἔτρεχεν, εἶτα καὶ μυριάδας
καὶ μέγας γέγονε στρατὸς καὶ τῶν ἀξιομάχων,
ἄνευ μισθοῦ καὶ δωρεῶν οὕτω συνηθροισμένος,
εὐθὺ τοῦτο κατάδηλον ἐγένετο Ῥωμαίοις.
Καὶ συνταχθέντες σύμπαντες στρατῷ πεζῷ καὶ στόλῳ,
ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα πληθύος μυριάδες
πίτυος δίκην ἔσπευδον τοὺς Σικελοὺς ἐκτρῖψαι.
Οἱ Σικελοὶ δ' ἱκέτευον παύσασθαι τὸν Ἀννίβαν
μὴ παντελῶς τὰ Σικελῶν ἄρδην ἀποφθαρείη.
Ὁ δὲ παρεὶς τοὺς θέλοντας καὶ λέγειν καὶ λαβράζειν
οὐκ ἀναμείνας τὴν ὁρμὴν ἐκείνων τῶν Ῥωμαίων
μόνος ἐκ πάντων Σικελῶν χωρεῖ πρὸς Ἰταλίαν,
ἄνωθεν πορευόμενος Ἀλπιανῶν ὀρέων,
καὶ τούτων τὰ δυσείσβολα καὶ πέτρας κατατέμνων
ἐν ἓξ μησὶν ἐμπέπτωκε τάγμασι τῶν Ῥωμαίων
ἐν διαφόροις μάχαις δὲ τούτων πολλοὺς ἀνεῖλεν.
Ἀσδρούβαν δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐκαραδόκει μένων,
ὃς διαβὰς τὰ ὄρεα ταῦτα τὰ τῶν Ἀλπίων
ἡμέραις πεντεκαίδεκα προσήγγιζεν Ἀννίβᾳ
ἄγων καὶ πλῆθος στρατιᾶς. Ὁ γνόντες οἱ Ῥωμαῖοι,
λαθραίως ἐπιθέμενοι τοῦτον μὲν ἀναιροῦσι,
τὴν κεφαλὴν δ' ἐνέγκαντες ἐπέῤῥιψαν Ἀννίβᾳ.
Ὁ δὲ θρηνήσας, ὡς ἐχρῆν, τὸν ἀδελφὸν τὸν φίλον,
ὕστερον ἀντετάξατο Ῥωμαίοις ἐν ταῖς Κάνναις,
Ῥωμαίων ὄντων στρατηγῶν Παύλου καὶ Τερεντίου.
Αἱ Κάνναι πεδιάδες δέ εἰσι τῆς Ἀργυρίππας,
οὗ Διομήδης ἔκτισε τὴν πόλιν Ἀργυρίππαν,
τουτέστιν Ἄργος Ἵππειον τῇ γλώσσῃ τῇ Ἑλλήνων.
Αἱ πεδιάδες αὗται δὲ τυγχάνουσι Δαυνίων
τῶν Ἰαπύγων ὕστερον, ἔπειτα Σαλαντίων,
τὰ νῦν δὲ πᾶσι Καλαυρῶν τὴν κλῆσιν λεγομένων,
τῶν Καλαυρῶν μεσόριον αὖτε καὶ Λογγιβάρδων,
οὗπερ ὁ μέγας πόλεμος ἐκείνοις ἀνεῤῥάγη.
Τούτου ῥαγέντος τότε δὲ πολέμου τοῦ φρικώδους,
σεισμὸς ἐγένετο δεινός, ὡς ὄρη διαστῆναι,
ἐξ οὐρανοῦ δ' ἐχύθησαν ὄμβροι μεγάλων λίθων·
οἱ δὲ θερμῶς μαχόμενοι τούτων οὐδὲν ἐπέγνων.
Τέλος τοσοῦτο πέπτωκε πλῆθος ἀνδρῶν Ῥωμαίων
ὡς τὸν Ἀννίβαν στρατηγὸν πέμψαι τῇ Σικελίᾳ
τοὺς δακτυλίους στρατηγῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἐνδόξων
μεδίμνοις τε καὶ χοίνιξι πολλοῖς ἐμμετρηθέντας·
τὰς εὐγενεῖς καὶ πρώτας δὲ γυναῖκας τῶν Ῥωμαίων
ὀδυρομένας προσδραμεῖν ναοῖς τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ
καὶ ταῖς θριξὶν ταῖς ἑαυτῶν καθαίρειν ἔδη τούτων,
ὕστερον καὶ μιγῆναι δὲ καὶ δούλοις καὶ βαρβάροις,
λειψανδρησάσης παντελῶς τῆς Ῥωμαΐδος χώρας,

Ut autem servatum exercitum vidit, conversus retro,
deinceps studet ne ipse ab Iberis caperetur.
Ingruentibus autem valde circumquaque Iberis,
equum ferociorem suum impellens
Iberi fluvii fluctibus incidit.
Feritur autem, dum ruit, quodam jaculo;
verum suffocatus ne mortuus quidem ab Iberis inventus est,
id quod ipse desiderabat; trahitur enim fluctibus.
Hujus herois filius Hannibal
sub genero militabat, cum quo Iberiam
omnem populatus est, in pœnam paternæ cædis.
Ut autem inter hæc tempora Ausones Romani
Siculos vicerunt sæpenumero victi,
edictumque gravissimum dederunt illis,
ut neque gladium quisquam eorum unquam gestaret,
Hannibal annos viginti natus et quinque
citra senatus consilium et magistratuum,
alacrioribus secum assumptis ac velocioribus juvenum
circiter centum et pluribus, populabatur Iberiam
et augebat semper exercitum juvenum.
Quum vero copiæ vincerent jam centurias
et ad millia currerent, deinde etiam ad decem millia,
magnusque fieret exercitus hominum ad pugnam idoneorum
absque stipendio ac donis ita collectus,
statim hoc manifestum fuit Romanis.
Et instructi omnes exercitu tam pedestri quam navali,
septem et septuaginta multitudinis myriades,
pini instar festinabant Siculos evertere.
Siculi vero precabantur cessare Hannibalem,
ne omnino Siculorum res funditus demoliretur.
Ille autem dimittens volentes et loqui et increpare,
non exspectato adventu illorum Romanorum,
solus ex omnibus Siculis tendit in Italiam
desuper perambulans Alpium montes,
et horum quæ difficilia aditu atque rupes concidens,
sex mensibus incidit in copias Romanorum
et in variis prœliis multos horum occidit.
Hasdrubalem autem fratrem anxie exspectabat,
qui transiens montes hos Alpium
diebus quindecim appropinquavit Hannibali,
ducens multitudinem exercitus. Quod cognoscentes Romani
clam insidiantes hunc quidem interficiunt,
caput autem portantes projecerunt Hannibali.
Ille vero quum luxisset, ut decet, fratrem carum,
postea pugnam iniit cum Romanis ad Cannas,
Romanorum quum essent duces Paulus et Terentius.
Cannæ autem sunt arva Argyrippæ,
ubi Diomedes condidit urbem Argyrippam,
hoc est Argos equinum lingua Græcorum.
Arva autem illa sunt Dauniorum,
Iapygum deinde, postea Salentinorum,
nunc omnibus Calabrorum nomine dictorum.
Calabrorum medius terminus rursus et Longobardorum,
ubi magnum istud prœlium illis commissum est.
Hoc autem conflato tunc bello horribili,
terræ motus factus est ingens, ita ut montes disjungerentur,
e cœlo autem effusi sunt imbres magnorum lapidum.
Illi vero æstuanter pugnantes horum nihil cognoverunt.
Postremo tanta concidit multitudo Romanorum,
ut Hannibal dux mitteret in Siciliam
annulos imperatorum et aliorum illustrium virorum
modiis atque chœnicis multis mensuratos:
nobiles autem et primariæ mulieres Romanorum
lugentes templis accurrerent, quæ sunt Romæ,
et crinibus suis pavimenta eorum verrerent:
postea vero commiscerentur et servis et barbaris,
viris destituta omnino Romanorum regione,

ὅπως μὴ πρόῤῥιζον αὐτῶν ἐκθαμνισθῇ τὸ γένος.
Τότε δ' ἡ Ῥώμη, παντελῶς πάντων ἀνῃρημένων,
ἄκλειστος ἵστατο πολλοῖς ἡμεροδρόμοις κύκλοις.
Οἱ γέροντες δ' ἑζόμενοι τοῖς ταύτης προπυλαίοις
τὴν συμφορὰν ὠδύροντο τὴν ὑπερπαθεστάτην·
τοὺς παριόντας δ' ἤροντο μή πού τις ζῶν ἐλείφθη
Τοιαύτης τότε συμφορᾶς τὴν Ῥώμην κατασχούσης,
Ἀννίβας κατημέλησε ταύτην ἐγκατασκάψαι
νίκαις καὶ πότοις καὶ τρυφαῖς φανεὶς ἀμβλὺς πρὸς τοῦτο,
ἕςτ' ἂν συνήχθη στράτευμα Ῥωμαίων τοῖς Ῥωμαίοις.
Τότε τριττῶς ἀπείρχθη δὲ πρὸς Ῥώμην ἐξορμήσας·
αἴφνης ἐκ τῆς αἰθρίας γὰρ χάλαζα σφοδρωτάτη
καὶ γνόφος ἐγγινόμενος εἶργε πορείας τοῦτον.
Ὕστερον δὲ φθονούμενος τοῖς Σικελοῖς Ἀννίβας,
ἐν σίτου χρείᾳ γεγονώς, καὶ μὴ στελλόντων τούτων,
ὁ πρὶν γενναῖος νικητὴς λιμῷ νενικημένος
φυγὰς ὑπὸ Σκηπίωνος γίνεται τοῦ Ῥωμαίου
καὶ Σικελοῖς παραίτιος δεινῆς πανωλεθρίας.
Αὐτὸς δὲ φάρμακον πιὼν θνήσκει πρὸς Βιθυνίαν,
πρός τι χωρίον Λίβυσσαν καλούμενον τῇ κλήσει,
δοκῶν θανεῖν εἰς Λίβυσσαν πατρίδα τὴν οἰκείαν.
Ἦν γὰρ Ἀννίβᾳ τις χρησμὸς οὕτω που γεγραμμένος·
Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβα δέμας.

ut ne radicitus ipsorum exscinderetur genus.
Tunc autem Roma, omnino omnibus interfectis,
obscura stetit multis dierum curriculis.
Senes autem sedentes hujus in vestibulis,
calamitatem lugebant supra modum afflictam;
prætereuntes vero interrogabant, num quis forte superesset?
Tali tunc calamitate Roma quum detineretur,
Hannibal neglexit hanc funditus evertere,
victoriis ac potationibus et deliciis apparens hebes ad hoc,
donec conflatus est rursum exercitus Romanis : [facta.
tunc autem tertio repulsus est contra Romam excursione
Subito enim ex æthere grando vehementissima
et caligo oborta prohibuit hunc a profectione.
Postea autem invisus Siculis Hannibal,
frumenti penuria quum laboraret, neque mittentibus illis,
antea victor generosus, fame victus
fugitivus a Scipione fit Romano,
et Siculis auctor gravis interitus.
Ipse autem venenum bibens moritur in Bithynia
in prædio quodam Libyssa vocato,
visus mori in Libya patria propria.
Erat enim Hannibali oraculum quoddam sic alicubi editum :
Libyssa condet gleba Hannibalis corpus.

ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Hœschel. p. 512,513.) Οὔτε ποιητὴς οὔτε συγγραφεὺς οὔτε ἄλλος τεχνίτης οὐδεὶς παραγγελίας τινὸς λογικῆς δύναται πᾶσι τοῖς ἀναγινώσκουσι κατὰ πᾶν εὐαρεστῆσαι· θνητῇ δὲ φύσει, κἂν ὅλως ἐπιτετευγμένη γένηται, οὐ δυνατὸν ἐφικέσθαι τῆς ἀμέμπτου πάντων εὐαρεστήσεως. Οὔτε γὰρ Φειδίας, μάλιστα τεθαυμασμένος ἐπὶ τῇ τῶν ἐλεφαντίνων ἀγαλμάτων κατασκευῇ, οὔτε Πραξιτέλης ὁ καταμίξας ἄκρως τοῖς λιθίνοις ἔργοις τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, οὔτε Ἀπελλῆς ἢ Παῤῥάσιος οἱ τοῖς ἐμπειρικῶς κεχραμένοις χρώμασι προαγαγόντες εἰς ἀκρότατον τὴν ζωγραφικὴν τέχνην, οὕτως ἐπέτυχον ἐν τοῖς ἔργοις, ὥςτε κατὰ πᾶν ἄμεμπτον ἐπιδείξασθαι τὸ τῆς ἐμπειρίας ἀποτέλεσμα. Τίς γὰρ ἐπιφανέστερος τῶν μὲν ποιητῶν Ὁμήρου, τῶν δὲ ῥητόρων Δημοσθένους, τῶν δὲ εὖ βεβιωκότων Ἀριστείδου καὶ Σόλωνος; ἀλλ' ὅμως ταῖς τούτων εὐφημίαις καὶ δυνάμεσι προςῆλθεν ὁ μεμφόμενος καὶ τὰς ἀγνοίας ἐλέγχων λόγος. (2) Ἄνθρωποι γὰρ ὄντες καὶ ταῖς τῶν ἐγχειρουμένων ὑπεροχαῖς ἐπιτυγχάνοντες, ὅμως διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν διέπιπτον ἐν πολλοῖς. Ἔστι γάρ τινα τῶν ἀνθρωπίων φιλόφθονα καὶ μικρόσοφα, τὰ παραπέμποντα μὲν τὰ καλῶς ἔχοντα τῶν ἐπιτελεσθέντων, προςπλεκόμενα δὲ τοῖς ἐπιδεχομένοις διαστροφήν τινα καὶ πιθανὴν μέμψιν, ἐξ ὧν φιλοτιμοῦνται διὰ τῆς τῶν ἄλλων κατηγορίας τὴν ἰδίαν αὐξήσειν ἐμπειρίαν, ἀγνοοῦντες ὅτι πᾶσα δύναμις οὐκ ἐκ τῆς ἀλλοπαθείας ἀσθενεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰδίας ἕξεως θεωρεῖται. (3) Θαυμάσειε δὲ ἄν τις τῆς τοιαύτης ἀβελτηρίας τὴν εἰς τὰ φαῦλα φιλοπονίαν, δι' ἧς τινες πειρῶνται ταῖς κατὰ τῶν ἄλλων βλασφημίαις ἰδίαν εὐδοξίαν ἀποφέρεσθαι. Εἰσὶ γάρ τινες, οἶμαι,

LIBRI SEXTI ET VICESIMI RELIQUIÆ.

I. Nec poeta, nec historicus, nec ullus denique artifex orationis quæ verbis constat per omnia lectoribus placere potest. Nec fieri potest ut natura mortalis, etiamsi scopum attingat, comprobationem omnium sine ulla reprehensione consequatur. Neque enim Phidias, in magna habitus admiratione ob imaginum eburnearum fabricationem, neque Praxiteles, qui excellenter lapideis operibus affectiones animi admiscuit, neque Apelles, neque Parrhasius, qui ad summum coloribus perite temperatis pictoriam artem provexerunt, tantam in operibus suis felicitatem experti sunt, ut peritiæ suæ effectum omnino inculpabilem exhiberent. Quis enim illustrior est poeta Homero, et inter rhetores Demosthene, interque eos, qui probe vitam exegerunt, Aristide et Solone? et tamen ad horum gloriam et facultatis excellentiam accessit quæ carperet et inscitiam redargueret oratio. (2) Quia enim homines erant, tametsi ad excellentiam susceptorum a se operum pervenirent, in multis tamen ob imbecillitatem humanam lapsi sunt. Nam quidam homunciones invidi sunt, parumque sapiunt : qui quidem præclare effecta prætermittunt, sed depravationem et culpationem probabilem recipientibus adhærescunt. Inde fit ut aliorum criminatione suæ famam augere peritiæ studeant, nescientes interim quod omnis facultas non ex aliorum passione infirmitatem suam habeat, sed proprio habitu spectetur. (3) Admiretur vero quispiam hujus stoliditatis industriam, ad mala enitentem, qua ex aliorum vituperatione suam auferre gloriam conantur. Sunt autem, opinor, naturæ

φύσεις σκαιότητι βλάπτουσαι, καθάπερ ἐκκαίουσαι τὰ καλὰ τῶν γεννημάτων πάχναι καὶ χιόνες. Καὶ γὰρ διὰ [μὲν] τὴν ἀνταύγειαν τῆς κατὰ τὴν χιόνα λευκότητος ἀμαυρουμένη ἡ ὄψις τῆς ἀκριβοῦς θεωρίας ἀποστερεῖται, καὶ προαιρέσεις ἀνθρώπων ἀξιόλογον μὲν ἔργον οὔτε βουλόμεναι δρᾶν οὔτε δυνάμεναι, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων πεποιημένα διασύρουσι. Διὸ τοὺς εὖ φρονοῦντας τοῖς μὲν διὰ ἐπιμέλειαν κατωρθωκόσιν ἀρετὴν απομερίζειν τὸν ἔπαινον, τοῖς δὲ σπανίως κατορθοῦσι μὴ συκοφαντεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν. Περὶ μὲν οὖν τῶν βασκαίνειν ἐπιτηδευόντων ἱκανὸν ἡμῖν εἰρήσθω.

II. (Exc. de Virt. et vit. p. 568.) Ὅτι Ἀννίβας ἦν φύσει μάχιμος, καὶ τῇ τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐκ παιδὸς πείρᾳ πεπονημένος καὶ συνεστρατευκὼς ἔτη πλείω μεγάλοις ἡγεμόσι, πολλὴν εἶχε τριβὴν τῶν πολεμικῶν ἀγώνων. Κεχορηγημένος δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ καὶ πεποιημένος στρατηγικὴν ἀρετὴν διὰ τῆς πολυχρονίου περὶ τὸν πόλεμον ἀσκήσεως, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἐν ἑαυτῷ.

III. (Exc. Vatican. p. 58.) Ὅτι Ἀννίβας πρὸς τὴν τοῦ δικτάτωρος Φαβίου σύνεσιν ἀντιμηχανώμενος εἰς παράταξιν αὐτὸν προὐκαλεῖτο καὶ τοῖς τῆς δειλίας ὀνείδεσιν ἐπειρᾶτο συναναγκάζειν εἰς τὴν διὰ μάχης κρίσιν συγκαταβαίνειν. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων ἐβλασφήμει τὸν δικτάτωρα καὶ παιδαγωγὸν ἐπικαλῶν αὐτὸν ὠνείδιζε τὴν δειλίαν· ὁ δὲ τὴν ὕβριν ἀταράχως καὶ βαρέως ἔφερεν.

(Exc. Hœschel. p. 513.) (2) Καθάπερ γὰρ ἀθλητὴς ἀγαθὸς πολὺν χρόνον χειραλειπτήσας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καταντᾷ, ἐμπειρίαν μεγάλην καὶ δύναμιν πεποιημένος.

(Exc. de Virt. et vit. p. 568.) (3) Ὅτι τοῦ Μινυκίου ἡττηθέντος ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ὑπὸ πάντων ἐκρίθη Μινύκιος μὲν ἀφροσύνῃ καὶ ἀπειρίᾳ τοῖς ὅλοις ἐπταικώς, Φάβιος δὲ ἀγχινοίᾳ καὶ ἀρετῇ στρατηγικῇ διὰ παντὸς προνενοημένος τῆς ἀσφαλείας.

IV. (Exc. Hœschel. p. 513.) Μηνόδοτος δὲ ὁ Περίνθιος τὰς Ἑλληνικὰς πραγματείας ἔγραψεν ἐν βιβλίοις πεντεκαίδεκα, Σώσιλος δὲ ὁ Ἴλιος τὰ περὶ Ἀννίβαν ἔγραψεν ἐν βιβλίοις ἑπτά.

V. Κατὰ δὲ Ῥωμαίους ἡ λεγεὼν πεντακισχίλιοί εἰσιν.

VI. (Exc. Vatican. p. 58.) Ὅτι φύσει οἱ ἄνθρωποι ταῖς μὲν εὐημερίαις προστρέχουσι, τῇ δὲ τῶν πταισάντων τύχῃ συνεπιτίθενται.

(Exc. Hœsch. p. 513.) (2) Τὴν γὰρ τύχην εὐμετάβολον οὖσαν φύσει ταχὺ τὴν ἐναντίαν εἰσάξειν μεταβολήν.

VII. (Exc. de Virt. et vit. 568.) Ὅτι Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς ἀσεβῆ συνετελέσατο πρᾶξιν· τὸ γὰρ περὶ Δωδώνην μαντεῖον συλήσας, ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ οἴκου.

VIII. (Exc. Hœschel. p. 513). Ῥόδου γὰρ ὑπὸ σει-

quædam stupiditate sua nocentes, quemadmodum fructus elegantes pruinæ ac nives urunt. Enimvero albedinis in nive resplendentia hebetatus visus exacta contemplatione privatur: ita mentes hominum quorundam, quum aliquid memorabile efficere neque velint neque possint, ab aliis peracta calumniantur. Idcirco recte sentientes *decet* iis, qui per industriam suam virtutis metam assecuti sunt, impertiri laudem; si qui vero successus habuerunt rariores, naturæ humanæ infirmitatem non sugillare. At de invidiæ studiosis jam satis dictum nobis esto.

II. Erat Hannibal natura bellicosus et in re militari a puero exercitatus; quumque multos per annos in contubernio maximorum ducum vixisset, magnam bellicarum rerum peritiam collegerat. Itaque et sollertia quadam præcipua a natura instructus, et exercitatione diuturna firmatus, magnam sui ipsius spem conceperat.

III. Hannibal adversus Fabii dictatoris prudentiam dexteritate utens, in aciem eum exciebat et pusillanimem increpando dabat operam ut ad pugnæ experimentum pertraheret. Quod ubi Hannibal Fabio non persuasit, populus quoque Romanus dictatori obloquebatur, pædagogumque appellando timiditatem illi exprobrabat. Verum ille convicia tranquille et constanter ferebat.

(2) Quemadmodum enim bonus athletes post multum temporis manuum exercitationi tributum (*sic Fabius dictator*) ad certamen descendit, magna experientia et facultate sibi comparata.

(3) Victo ab Hannibale Minucio, eventus ipse omnibus comprobavit, Minucium quidem imprudentia sua atque imperitia omnia pessumdedisse; Fabium vero consilio ac virtute militari salutem reipublicæ præstitisse.

IV. Menodotus Perinthius res Græcas descripsit libris quindecim. Sosilus vero Iliensis Hannibalis facta complexus est libris septem.

V. Apud Romanos legio quinque millia comprehendit.

VI. Natura homines ad res secundas accurrunt, sed profligatorum sorti insultant. [*Eadem in Exc. Hœschel. p.* 513.]

(2) Nam fortunam, quæ quammaxime mutabilis est, mox contrariam inducturam esse mutationem.

VII. Dorimachus, prætor Ætolorum, rem nefariam aggressus est. Nam quum templum Dodonæi Jovis oraculo celebre spoliasset, flammis deinde integrum præter cellam ipsam cremavit.

VIII. Quum Rhodus a terræ quassatione ingenti ruinam fe-

σμοῦ μεγάλου καταπτωθείσης, Ἱέρων ὁ Συρακούσιος ἔδωκεν εἰς οἰκοδομὴν τοῦ τείχους ἀργυρίου ς τάλαντα καὶ ἀργυρίους λέβητας ἀξιολόγους χωρὶς τοῦ νομίσματος καὶ ἀτέλειαν τοῖς σιτηγοῖς πλοίοις.

IX. Ἡ νῦν δὲ καλουμένη Φιλιππόπολις κατὰ τὴν Θετταλίαν Φθιώτιδες Θῆβαι ἐκαλοῦντο.

X. (Exc. Vatican. p. 58,59.) Ὅτι κατὰ τὴν Καπύην προτεθείσης βουλῆς ἐν ἐκκλησίᾳ κοινῇ τί πρακτέον εἴη περὶ τῆς ἀποστάσεως, ἐπέτρεψαν οἱ Καπυηνοὶ γνώμην ἀποφήνασθαι τῷ προςαγορευομένῳ Παγκύλῳ Παύκῳ. Ὁ δὲ ἐκτὸς τῶν φρενῶν γεγονὼς διὰ τὸν Ἀννίβου φόβον, ὤμοσε τοῖς πολίταις ἰδιότροπον ὅρκον. Ἔφησε γάρ, εἰ τῶν ἑκατὸν ἐλπίδα μίαν εἶχεν ἐν τοῖς Ῥωμαίοις, οὐκ ἂν μετέστη πρὸς Καρχηδονίους· νῦν δὲ φανερᾶς οὔσης τῆς τῶν πολεμίων ὑπεροχῆς καὶ τοῦ κινδύνου ταῖς πύλαις ἐφεστῶτος, ἀναγκαῖον εἶναι ταῖς ὑπεροχαῖς εἴκειν. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ πάντων συγκαταθεμένων προςτίθεσθαι τοῖς Καρχηδονίοις...

XI. (Exc. de Virt. et vit. p. 568.) Ὅτι ἡ τοῦ Ἀννίβου δύναμις πολὺν χρόνον τῆς τῶν Καμπανῶν εὐδαιμονίας ἀπλήστως ἐμπλησθεῖσα, μετέβαλε ταῖς ἀγωγαῖς εἰς τοὐναντίον. Τρυφῆς γὰρ συνεχοῦς καὶ μαλακῆς εὐνῆς καὶ μύρων παντοίων καὶ παντοίας τροφῆς πολυτέλεια τὴν μὲν ἀλκὴν καὶ συνήθη τῶν δεινῶν ἐξέλυσεν ὑπομονήν, τὰ δὲ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἰς γυναικώδη καὶ τρυφερὰν διάθεσιν μετέστησεν.

(Exc. Hœschel. p. 514.) (2) Τρυφῆς γὰρ συνεχοῦς καὶ μαλακῆς εὐνῆς καὶ μύρων παντοίων καὶ παντοίας τροφῆς πολυτέλεια τὴν μὲν ἀλκὴν καὶ συνήθη τῶν δεινῶν ὑπομονὴν ἐξέλυσε, τὰ δὲ σώματα καὶ ψυχὰς εἰς γυναικώδη καὶ τρυφερὰν διάθεσιν μετέστησεν. Ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη φύσις τὴν μὲν ἀσυνήθη τῶν πόνων ἄσκησιν καὶ δίαιταν εὐτελῆ δυςχερῶς προςίεται, τὴν δὲ ῥαστώνην καὶ τρυφὴν ἑτοίμως διώκει.

(Exc. Vatican. p. 59,60.) (3) Ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τὴν ἀσυνήθη τῶν πόνων ἄσκησιν καὶ δίαιταν εὐτελῆ δυςχερῶς προςίεται, τὴν δὲ ῥαστώνην καὶ τρυφὴν ἑτοίμως διώκει.

XII. Ποικίλη δέ τις ἀνωμαλία κατεῖχε τὰς πόλεις, ὡς ἂν τῆς ὁμονοίας δεῦρο κἀκεῖσε λαβούσης τὰς ῥοπάς.

(2) Ὅτι ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς καὶ τὰς τῶν φίλων εὐνοίας θεωρεῖν ἔστι συμμεταβαλλούσας.

(3) Ὅτι αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀρεταὶ καὶ παρὰ πολεμίοις ἐνίοτε τυγχάνουσι τιμῆς.

(4) Ὅτι πολλαὶ γυναῖκες καὶ παρθένοι καὶ παῖδες ἐλεύθεροι συνείποντο τοῖς Καπυηνοῖς διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς τροφῆς· καὶ γὰρ πόλεμος ἐνίοτε βιάζεται τοὺς κατὰ τὴν εἰρήνην ἐν πολλῇ σεμνότητι ζῶντας ὑπομένειν ἀνάξια τῆς ἡλικίας πάσχοντας.

XIII. (Exc. Hœsch. p. 514.) Ἀννίβας γὰρ κακουχίᾳ πολλῇ καὶ τὰς πόλεις τῆς [Ῥώμης] Βρεττίας παραλαβών, ὕστερον καὶ τὴν Κρότωνα εἷλε καὶ τὸ Ῥήγιον πολιορκήσων. Ἀπὸ δυσμῶν γὰρ ἀρξάμενος τῶν Ἡρακλειωτικῶν στηλῶν πᾶσαν τῶν Ῥωμαίων χώραν ὑπέ-

cisset, Hiero Syracusanus ad instaurationem muri sex (?) argenti talenta donavit et argenteos lebetes magni pretii, præter monetam, navibus etiam frumentariis immunitatem vectigalium.

IX. Quæ nunc Philippopolis vocatur, Thebarum olim in Thessalia Phthioticarum nomine insignis erat.

X. Capuæ proposita in concilio publico deliberatione, utrum facienda esset defectio, Campani civem quendam nomine Pancylum Paucum sententiam dicere jusserunt. Is autem Hannibalis timore consternatus pronuntiavit inter cives peculiaris generis jusjurandum. Dixit enim: si spei pars centesima de Romanorum fortuna superesset, haud se defecturum ad Carthaginienses; nunc vero, manifesta hostium victoria periculoque portas pulsante, opus esse superioribus viribus cedere. Atque ita universi ad Carthaginiensium partes accedere decreverunt.

XI. Hannibalis copiæ, quum Campanorum bonis diutius se ingurgitassent, prorsus in diversum mutatæ sunt. Continuæ enim deliciæ, molles lectuli et unguentorum ac dapum omnis generis apparatus fortitudinem eorum atque in perferendis laboribus constantiam assuetam fregerunt, corporaque adeo ac mentes in muliebrem mollitiem luxumque solverunt.

(2) Deliciarum enim continuarum et mollis lecti usus unguentorumque et dapum omnis generis pretiosus apparatus fortitudinem assuetamque malorum tolerantiam resolverant, atque corpora animique in femineam luxuriosamque indolem mutata fuerant. Humana enim natura inassuetam laborum exercitationem victumque frugalem difficulter admittit, otium vero luxumque libenter persequitur.

(3) Natura humana insuetam laboris exercitationem cibumque vilem ægre admittit, otium vero et luxuriem alacriter sectatur.

XII. Varia quædam inconstantia urbes tenebat, dum modo hac modo illac fœderibus suis inclinarent.

(2) Cum fortunæ conversionibus videre est amicorum quoque benevolentias commutari.

(3) Virorum fortium virtutes ab ipsis interdum hostibus honorem consequuntur.

(4) Multæ matronæ et virgines puerique ingenui Campanos sectabantur propter alimoniæ penuriam. Quippe bellum aliquoties eos, qui pacis tempore pudice admodum vitam agitabant, indignas ætate contumelias pati cogit.

IX. Philippus quum ob amicitiam Heraclidis odio fere omnium Macedonum expositum se esse cerneret, eum in vincula conjecit. Erat autem Heraclides patria Tarentinus, vir singulari nequitia præditus, qui Philippum ex moderato rege acerbum et impium tyrannum reddiderat: quamobrem et Macedones et Græci omnes summo eum odio prosequebantur.

X. Ὅτι Ἀννίβας διὰ μόνης τῆς περὶ αὐτὸν φήμης καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην περίβλεπτος ἐγίνετο, κατὰ πᾶσαν πόλιν ἑκάστου σπεύδοντος θεάσασθαι τὸν ἄνδρα.

X. Hannibal fama nominis sui per orbem terrarum celebris ac spectatus erat, cunctique per singulas urbes atque oppida ad eum spectandum concurrebant.

XI. (Exc. Vatican. p. 67, 68.) Ὅτι τῶν Ἠπειρωτῶν πρέσβεις πεμψάντων πρὸς Φίλιππον καὶ Φλαμίνιον, Φλαμίνιος μὲν ᾤετο δεῖν τὸν Φίλιππον ἐκχωρεῖν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, ὅπως ἀφρούρητος ᾖ καὶ αὐτόνομος, ἀποδοῦναι δὲ καὶ τοῖς παρεσπονδημένοις τὰς βλάβας εὐδοκουμένως. Ὁ δὲ ἔφη δεῖν τὰ μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ καταλελειμμένα βεβαίως ἔχειν, ὅσα δὲ τυγχάνει προσηγμένος, ἐκ τούτων ἐξάγειν τὰς φρουράς, περὶ δὲ τῆς βλάβης κρίνεσθαι. Εἰπόντος δὲ πρὸς ταῦτα Φλαμινίου μὴ δεῖσθαι κρίσεως, δεῖν δὲ αὐτὸν τοὺς πεπονθότας πείθειν, καὶ διότι παρὰ τῆς βουλῆς ἐντολὰς ἔχει ταύτας, ὅπως μὴ μέρος τῆς Ἑλλάδος, ἀλλὰ πᾶσαν αὐτὴν ἐλευθεροῦν, ὑπολαβὼν ὁ Φίλιππος, Καὶ τί τούτου βαρύτερον, φησί, προσέταξαν ἄν μοι πολέμῳ κρατήσαντες; Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἐχωρίσθη διωργισμένος.

XI. Quum Epirotæ legatos ad Philippum Flaminiumque misissent, Flaminius jussit Philippum decedere universa Græcia, ita ut ea sine præsidiis ac sui juris esset; tum damna iis, quibuscum pax rupta esset, reficere ex æquo. Ille autem dixit, velle se quæ pater sibi reliquisset, firma possessione tenere, quæ vero ipse præterea sibi adjunxisset, inde præsidia deducere, de damnis denique judicio discernere. Dicente ad hæc Flaminio, nihil opus esse judicio, sed debere eum læsis facere satis, seque a senatu habere mandata Græciam non partim, sed universam liberandi; tum respondens Philippus, Quid vero gravius, ait, imperarent mihi Romani, si bello me debellassent? Atque his dictis indignabundus discessit.

XII. (Exc. Legation. p. 619.) Ὅτι οἱ παρὰ Νάβιδος καὶ Φλαμινίου πεμφθέντες εἰς Ῥώμην πρεσβευταὶ περὶ τῶν συνθηκῶν ἐπεὶ διελέχθησαν τῇ συγκλήτῳ περὶ ὧν τὰς ἐντολὰς εἶχον, ἔδοξε τῇ γερουσίᾳ βεβαιοῦν τὰς ὁμολογίας, καὶ τὰς φρουρὰς τὰς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τὰς στρατιὰς ἀπάγειν. Ὁ δὲ Φλαμίνιος ἀκούσας τὰ διῳκημένα, πανταχόθεν τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων μετεπέμψατο, καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, τὰς τῶν Ῥωμαίων εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίας ἀνενεώσατο, καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν Νάβιν ἀπελογεῖτο, διότι κατὰ τὸ δυνατὸν πεποιήκασι, καὶ ὅτι κατὰ τὴν τοῦ δήμου προαίρεσιν ἅπαντες οἱ τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦντές εἰσιν ἐλεύθεροι καὶ ἀφρούρητοι, καὶ τὸ μέγιστον, τοῖς ἰδίοις νόμοις πολιτευόμενοι. Ἠτήσατο δὲ παρὰ τῶν Ἑλλήνων χάριν ὅπως τοὺς δουλεύοντας παρ' αὐτοῖς Ἰταλιώτας ἀναζητήσαντες ἀποστείλωσιν ἐν ἡμέραις τριάκοντα. Ὃ καὶ γέγονεν.

XII. Legati Nabidis tyranni et Flaminii Romam de fœdere acturi venerunt. Qui quum senatui mandata exposuissent, placuit patribus pacem, quæ convenerat, ratam esse, præsidiaque et exercitus ex universa Græcia abducendos. His auditis T. Quinctius Græcorum optimos undique arcessit, conventuque edicto, orditur a beneficiis, quæ Romani in Græcorum gentem contulissent; quod deinde ad Nabidem, prout potuissent res se constituisse dicit; quibus subjungit, Romanorum populum omnes Græciam incolentes liberos, sine præsidio esse, et, quod præcipuum, suis ipsorum legibus regi jubere. Pro his id solum ex illis contendit, ut cives Romanos, si qui apud eos in servitute essent, conquisitos intra tricesimum diem ad se mitterent: quod etiam fecerunt.

XIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 574.) Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς μέχρι μέν τινος ἐπηνεῖτο· Ἀριστομένη δὲ τὸν ἐπίτροπον αὐτοῦ γεγενημένον καὶ πάντα καλῶς διῳκηκότα τὴν μὲν ἀρχὴν ἠγάπα καθαπερεὶ πατέρα, καὶ πάντα ἔπραττεν ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῶν κολακευόντων δια-

XIII. Ptolemæus (*Epiphanes*), Ægypti rex, aliquamdiu quidem se præclare gessit, magnamque laudem retulit; dum quidem Aristomenem, qui tutor ipsius fuerat, et cuncta negotia prudenter administraverat, instar patris observabat, et omnia de consilio ejus peragebat; postea autem, animo

φθαρεὶς τὴν ψυχὴν τόν τε Ἀριστομένη παῤῥησιαζόμενον ἐμίσησε καὶ τέλος συνηνάγκασεν αὐτὸν πιόντα κώνειον τελευτῆσαι. Ἀεὶ δὲ μᾶλλον θηριούμενος καὶ τυραννικὴν παρανομίαν, ἀλλ' οὐ βασιλικὴν ἐξουσίαν ζηλώσας, ἐμισήθη μὲν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, ἐκινδύνευσε δὲ ἀποβαλεῖν τὴν βασιλείαν.

XIV. (Exc. Vatican. p. 68.) Ὅτι ὄντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ τῆς Ἀσίας βασιλέως περὶ τὸν τῆς Λυσιμαχείας πόλεως ἀνοικισμόν, παρεγενήθησαν οἱ παρὰ Φλαμινίου πρέσβεις. Εἰσαχθέντες δὲ εἰς τὸ συνέδριον, παρεκάλουν Ἀντίοχον ἐκχωρῆσαι τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον γεγενημένων πόλεων, καὶ καθόλου θαυμάζειν ἔφασαν τί βουλόμενος πεζικάς τε καὶ ναυμαχικὰς συνάγει δυνάμεις καὶ τί διανοούμενος διαβέβηκεν εἰς τὴν Εὐρώπην, εἰ μὴ Ῥωμαίοις ἐπιβάλλεται πολεμεῖν. Ὁ δὲ Ἀντίοχος τοῖς εἰρημένοις ἀντιλέγων ἔφη θαυμάζειν πῶς Ῥωμαῖοι τῆς Ἀσίας ἀντιποιοῦνται, τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν αὐτοῦ μὴ πολυπραγμονοῦντος· Λυσιμάχειαν δὲ ἀνοικίζων οὔτε Ῥωμαῖον οὔτε ἄλλον οὐδένα*· τὰ δὲ πρὸς Πτολεμαῖον αὐτὸς φροντίζειν ὅπως μηδεμιᾶς ἀμφισβητήσεως τυγχάνῃ· δώσειν γὰρ αὐτῷ τὴν θυγατέρα γυναῖκα. Καὶ τούτων ῥηθέντων τῶν λόγων, οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ εὐδοκοῦντες ἐχωρίσθησαν.

XV. (Exc. Legat. p. 619, 620.) Ὅτι πάλιν ἡ σύγκλητος διήκουσε τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος πρεσβειῶν, καὶ ταύταις φιλανθρώπως προσεφώνει, βουλομένη προθύμους αὐτοὺς ἔχειν πρὸς τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον, ὃν ταχέως προσεδόκα. Τοῖς δὲ παρὰ Φιλίππου πρέσβεσιν ἀπεκρίθη διότι, φυλάττοντος αὐτοῦ τὴν πίστιν, τῶν τε φόρων αὐτὸν ἀπολύσει καὶ Δημήτριον τὸν υἱόν. Τοῖς δὲ ἐληλυθόσι παρὰ Ἀντιόχου συνέστησεν ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας δέκα τοὺς διακουσομένους περὶ ὧν ἔφησαν ἐντολὰς ἔχειν παρὰ τοῦ βασιλέως. (2) Ὧν συνεδρευσάντων, ὁ τῆς πρεσβείας ἀφηγούμενος Μένιππος ἔλεγεν ἥκειν ὅπως Ἀντιόχῳ φιλίαν καὶ συμμαχίαν συνάψηται πρὸς Ῥωμαίους. Ἔφησε δὲ θαυμάζειν τὸν βασιλέα διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν προστάττουσιν αὐτῷ Ῥωμαῖοι τινὰ μὲν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μὴ πολυπραγμονεῖν, τινῶν δὲ τῶν πόλεων ἀφίστασθαι καὶ παρ' ἐνίων τοὺς ὀφειλομένους φόρους μὴ λαμβάνειν· ταῦτα γὰρ οὐ τοῖς ἐξ ἴσου τὴν φιλίαν ποιουμένοις ἔθος εἶναι ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πολέμῳ νενικηκόσι· τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας ἐπὶ Λυσιμάχειαν ἐπιτακτικῶς αὐτῷ διαστέλλειν περὶ τούτων. Ἀντιόχῳ δὲ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον μὲν μηδέποτε γεγονέναι· φιλίαν δ' ἂν συνθέσθαι βούλωνται πρὸς αὐτόν, ἕτοιμον εἶναι. (3) Ὁ δὲ Φλαμίνιος ἔφη, δυοῖν πραγμάτων ὄντων ἕτερον τῷ βασιλεῖ τὴν σύγκλητον συγχωρεῖν, εἰ μὲν βούλεται τῆς Εὐρώπης ἀπέχεσθαι, μηδὲν πολυπραγμονεῖν Ῥωμαίους τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ προαιρεῖται, γινώσκειν ὅτι Ῥωμαῖοι τοῖς ἑαυτῶν φίλοις καταδουλουμένοις βοηθήσουσι. (4) Τῶν δὲ πρεσβευτῶν ἀποκριναμένων ὡς οὐδὲν τοιοῦτο συνθήσονται δι' οὗ ταπεινώσουσι τὴν βασιλέως ἀρχήν, τῇ ἐχομένῃ τοῖς Ἕλλησιν ἡ σύγκλητος εἶπεν ὡς ἐὰν

ejus ab adulatoribus corrupto, Aristomenem odio prosequi cœpit ob ejus in dicendo libertatem, ac postremo poto cicutæ poculo mori coegit. Exinde magis ac magis efferatus, et tyrannica sævitia, non regia utens potestate, in odium Ægyptiorum venit, parumque abfuit quin regno excideret.

XIV. Ad Antiochum Asiæ regem in urbis Lysimachiæ instauratione occupatum venerunt a Flaminio legati, qui in concilium admissi petebant ab Antiocho, ut decederet urbibus quæ in Ptolemæi ditione fuissent; seque omnino mirari dixerunt, quid spectans quidve studens pedestres navalesque vires coegisset et transmisisset in Europam, nisi forte ut Romanos bello aggrederetur. Quibus Antiochus respondit, mirari se cur Romani Asiæ curam gererent, quum ipse de Italia non esset sollicitus; Lysimachiæ autem munitionem neque Romanis neque alii cuiquam *nocere*. Jam quod ad Ptolemæum attineret, ipsum se curaturum ne qua esset contentio; filiam quippe suam illi desponsurum. Ab hoc colloquio Romani haud contenti discesserunt.

XV. Quum bellum Antiochicum in exspectatione esset, senatus legatis ex omni Græcia missis, ut hanc gentem ad id bellum promtam paratamque haberet, benigne respondit. Oratoribus, qui a Philippo venerant, dictum est, quoniam in fide rex maneret, patres et filium Demetrium illi reddere et tributa remittere. At illis, qui ab Antiocho erant legati, senatus decem viros delegavit, qui eorum verba et regis mandata audirent. (2) Ibi tum legationis princeps Menippus, ad amicitiam petendam jungendamque societatem cum Romanis venire se dixit : mirari vero regem suum, qua tandem de causa Romani sibi mandarent, ne se rebus Europæ misceret, utque urbibus aliquibus abstineret, ab aliis debita stipendia ne acciperet. Hæc enim non solere fieri quum pares bello in pacem æquo fœdere venirent, sed inter victores et victos : et legatos tamen, qui regem Lysimachiæ convenissent, ista satis imperiose jussisse. Antiocho bellum cum Romanis nullum fuisse, quicum amicitia jungi si vellent, paratum fore. (3) Ad hæc Flaminius respondit : Duas quum essent conditiones, alteram patres regi concedere : si omni Europa abstineret, Romanos, quod ad Asiæ urbes attinet, non curaturos; id si recusaret rex, placere oppressis amicis auxilium ferre. (4) Quum legati responderent, nec velle nec posse se pacisci quidquam, quo regnum Antiochi minueretur, postridie patres Græcorum oratoribus declara-

Ἀντίοχος περιεργάζηταί τι τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, Ῥωμαῖοι μετὰ πολλῆς σπουδῆς τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ἐλευθερώσουσιν. Ἐπισημηναμένων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πρεσβευτῶν, οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ἠξίουν τε τὴν σύγκλητον ἐνθυμηθῆναι ἡλίκων ἑκατέροις κατάρχεται κινδύνων καὶ μηδὲν ταχέως πράττειν, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ δοῦναι χρόνον εἰς βουλήν, καὶ αὐτὴν ἐπιμελέστερον περὶ τούτων βουλεύεσθαι.

ΤΗΣ ΕΝΑΤΗΣ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. de Virtut.et vit. p. 574, 575.) Ὅτι τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν οὐ μακρὰν ἀπέχον τῆς Χαλκίδος. Διόπερ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐβλασφημεῖτο, τὴν ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου πεποιημένος ἐξ ἀσεβείας. Οὗ συντελεσθέντος, Φλαμίνιος περὶ Κόρινθον διατρίβων ἐπεμαρτύρατο πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεοὺς ἐπὶ τῷ προκατῆρχθαι τοῦ πολέμου τὸν βασιλέα.

II. Ὅτι Ἀντίοχος ἐν Δημητριάδι τὴν παραχειμασίαν ποιούμενος, καὶ πλείω τῶν πεντήκοντα ἐτῶν βεβιωκώς, τῆς μὲν περὶ τὸν πόλεμον παρασκευῆς ἠμέλησε, παρθένου δὲ εὐπρεποῦς ἐρασθεὶς ἐκάθητο τοὺς ταύτης ἐπιτελῶν γάμους καὶ πανηγύρεις λαμπρὰς συνήγαγε. Ταῦτα δὲ πράττων οὐ μόνον ἑαυτοῦ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν διέφθειρεν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν δυνάμεων ὁρμὰς ἐξέλυσε, καὶ οἱ στρατιῶται τὸν χειμῶνα κατατετριφότες ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ, κακῶς ἀπήλλαττον ἐν ταῖς ἀπορίαις, οὔτε δίψαν οὔτε ἄλλην κακοπάθειαν φέρειν δυνάμενοι. Διόπερ αὐτῶν οἱ μὲν εἰς νόσους ἐνέπιπτον, οἱ δὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπολειπόμενοι πολὺ τῶν τάξεων ἀπεσπῶντο.

III. Ὅτι Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς τὰς ἐν Θετταλίᾳ πόλεις πυνθανόμενος πρὸς Ῥωμαίους μετατεθεῖσθαι, τὰς δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας δυνάμεις ὑστερούσας καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καταμελοῦντας καὶ προφάσεις ἀεὶ πορἱζομένους, ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καθειστήκει. Διὸ καὶ τοὺς πεποιηκότας αὐτὸν ἀπαράσκευον ὄντα καὶ πείσαντας ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίαν τὸν πόλεμον ἐπανελέσθαι δι' ὀργῆς εἶχε· τὸν δὲ Ἀννίβαν τὴν ἐναντίαν γνώμην ἐσχηκότα τότε ἐθαύμαζε καὶ τὰς ἐλπίδας εἶχεν ἐν τούτῳ, τόν τε πρὸ τούτου χρόνον ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν διακείμενος, τότε πιστότατον αὐτὸν εἶχε φίλον καὶ ἀπὸ τῆς τούτου γνώμης πάντα ἔπραττε.

IV. (Exc. Legat. p. 620.) Ὅτι τοῖς Αἰτωλοῖς διαπρεσβευσαμένοις περὶ διαλύσεων ἐδογμάτισεν ἡ σύγκλητος ἢ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν Ῥωμαίοις ἢ χίλια τάλαντα ἀργυρίου δοῦναι παραχρῆμα Ῥωμαίοις. Οἱ δὲ διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως οὐ προςδεξάμενοι τὰ προσταττόμενα, εἰς φόβους καὶ μεγάλους κινδύνους ἐνέπεσον· συνηγωνισμένοι τῷ βασιλεῖ ἐκτενέστατα, εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτον, οὐδεμίαν ἔκβασιν ἔχοντες τῶν κακῶν.

verunt, Romanos, si quid Antiochus in Europa novi moliretur, operam studiose daturos, ut Græci nominis in Asia urbes liberæ essent. Quæ dum læti illi audiunt et probant, missi ab Antiocho senatum monent, ne festinarent decernere : considerarent potius, hæc utrisque ingentium bellorum initia fore; tempus et regi ad cogitandum darent et ipsi rem accuratius perpenderent.

LIBRI UNDETRICESIMI RELIQUIÆ.

I. Templum est non procul ab oppido Chalcide, quod Delium appellatur. (*Ibi milites aliquammulti ex sociis populi Romani visendi gratia secure vagantes, nondum indicto bello, ab Antiochi exercitu subito oppressi sunt.*) Quam rem Græci vitio vertebant regi, qui belli cum Romanis gerendi initium ab scelere fecisset. Proinde Flaminius, qui circa Corinthum erat, deos hominesque contestatus est, causam ac principium belli regem commovisse.

II. Antiochus quum Demetriade hibernaret (*dici debebat: a Demetriade Chalcidem profectus esset, ibique hibernaret*), omissa apparatus bellici cura, puellæ cujusdam formosæ amore captus, nuptias celebrare instituit, ipse plus quam quinquaginta annos natus, ludosque magnificos edere : quo facto non solum corporis animique sui virtutem penitus infregit, sed etiam exercitus impetum atque ardorem minuit. Itaque milites, qui in luxu ac deliciis hiemem traduxerant, postquam ex hibernis educti sunt, neque famem, neque sitim, neque aliam hujusmodi difficultatem ferre poterant; sed partim in morbos incidebant, partim per vias relicti procul a signis abstrahebantur.

III. Antiochus rex, quum urbes Thessaliæ ad partes Romanorum transire cerneret, et copias, quas ex Asia exspectabat, moram trahere, præterea Ætolos segnius agere, atque in dies causas alias ex aliis prætexere, magna in difficultate versabatur. Proinde eis, qui sibi imparato ac solis Ætolorum auxiliis succincto belli suscipiendi auctores fuerant, non mediocriter succensebat. Hannibalem vero, qui in alia sententia fuerat, tum maxima admiratione prosequebatur, cunctasque in eo spes suas collocabat; quumque antea illum suspectum habuisset, tunc temporis fidissimo amico et consiliorum omnium socio utebatur.

IV. Ætolis, qui amicitiam pacemque petitum venerant, duæ conditiones ab senatu latæ sunt : vel Romanis liberum arbitrium de se permitterent, vel mille talentûm argenti statim darent. Illi vero ob imperii sævitiam imperata non admittentes, in metum magnaque pericula incidere, ac quum regem intentissimo studio adjuvassent, ad tantas redacti sunt angustias, ut nullum haberent exitum malorum.

V. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος διὰ τὴν ἧτταν ταπεινωθεὶς ἔκρινε τῆς μὲν Εὐρώπης ἐξίστασθαι, περὶ δὲ τῆς Ἀσίας διαγωνίζεσθαι. Καὶ προςέταξε τοῖς Λυσιμαχεῦσι πανδημεὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις μετοικῆσαι. Καὶ ἔδοξε πᾶσιν ἀφρόνως βεβουλεῦσθαι, καὶ πόλιν ἐπικαιρότατα κειμένην πρὸς τὸ διακωλῦσαι τοὺς πολεμίους ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν περαιοῦν τὰς δυνάμεις, ἀκονιτὶ προέσθαι τοῖς πολεμίοις. Ἀκολούθως δὲ τῇ διαλήψει ταύτῃ καὶ τὸ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔργον ἐπληρώθη. Ὁ γὰρ Σκιπίων τὴν πόλιν καταλαβὼν ἔρημον, αὐτομάτως εὐημέρησε ταύτην καταλαβών.

VI. (Exc. Vatican. p. 68, 69.) Ὅτι εἰσὶν ἐν τοῖς πολέμοις αἱ τῶν χρημάτων παρασκευαί, καθάπερ ἡ κοινὴ παροιμία φησίν, ἑταῖραι τῶν πράξεων· ὁ γὰρ τούτων εὐπορῶν οὐκ ἀπορεῖ τῶν μάχεσθαι δυναμένων ἀνδρῶν. Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι προςφάτως Ῥωμαίους εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἤγαγον οὐ πολιτικοῖς στρατιώταις τὰς τηλικαύτας παρατάξεις νικῶντες, ἀλλὰ τῷ τῶν μισθοφόρων πλήθει. Ἔστι γὰρ τὸ πλῆθος τῆς ξενικῆς δυνάμεως εὐχρηστότατον μὲν τοῖς ἔχουσι, φοβερώτατον δὲ τοῖς πολεμίοις· οἱ μὲν γὰρ ὀλίγου χρήματος ἀθροίζουσι τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύοντας, οἱ δὲ κἂν νικήσωσι, οὐδὲν ἧττον ἄλλους ἔχουσιν ἀνταγωνιστὰς ἐξ ἑτοίμου. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πολιτικῶν δυνάμεων ὁ καταγωνισθεὶς ἅπαξ τοῖς ὅλοις ἔπταικεν, ἐπὶ δὲ τῶν ξενικῶν ὁσάκις ἂν ἡττηθῶσιν, οὐδὲν ἧττον ἀκεραίους ἔχουσι τὰς δυνάμεις μέχρι ἂν χρημάτων εὐπορῶσιν. Ῥωμαῖοι δὲ οὔτε μισθοφόρους εἰώθασιν ἔχειν οὔτε χρημάτων εὐποροῦσιν.

(2) Ὅτι εἰώθασιν ὡς ἐπίπαν οἱ στρατιῶται τῶν αὐτῶν τοῖς ἀφηγουμένοις μιμηταὶ γενέσθαι.

(3) Ὁ δὲ Ἀντίοχος ταχὺ τῆς ἰδίας ἀνοίας τἀπίχειρα κομισάμενος μετὰ συμφορῶν μεγάλων ἔμαθε σωφρονεῖν ἐν ταῖς εὐπραξίαις.

VII. (Exc. Legat. p. 620.) Ὅτι ὁ Ἀντίοχος πυθόμενος τοὺς Ῥωμαίους εἰς τὴν Ἀσίαν διαβεβηκέναι, πρεσβευτὴν ἐξέπεμψε πρὸς τὸν ὕπατον Ἡρακλείδην τὸν Βυζάντιον περὶ διαλύσεων, ἀποδιδοὺς μὲν τὴν ἡμίσειαν τῆς δαπάνης, διδοὺς δὲ Λάμψακον καὶ Σμύρναν καὶ Ἀλεξάνδρειαν, δι' ἃς ὁ πόλεμος ἐδόκει κεκινῆσθαι. Αὗται γὰρ αἱ πόλεις πρῶται τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλλήνων ἐπεπρεσβεύκεισαν πρὸς τὴν σύγκλητον, παρακαλοῦσαι (περὶ) τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν.

VIII. (Exc. Legat. p. 620, 621.) Ὅτι ὁ Ἀντίοχος Ποπλίῳ Σκιπίωνι τῷ τοῦ συνεδρίου προεστῶτι τὸν υἱὸν προςεπηγγείλατο ἄνευ λύτρων ἀποδώσειν, ὃν ἦν εἰληφὼς ὅταν περὶ Εὔβοιαν διέτριβεν, οὐδὲν δ' ἧττον καὶ χρημάτων πλῆθος, συνεπιλαβομένῳ τῆς εἰρήνης. Ὁ δὲ Σκιπίων ὑπὲρ μὲν τῆς κατὰ τὸν υἱὸν ἀποδόσεως ἔφησε χάριν ἕξειν τῷ βασιλεῖ, χρημάτων δὲ πλήθους μὴ προςδεῖσθαι. Ἀντὶ δὲ ταύτης τῆς εὐεργεσίας συμβουλεύειν αὐτῷ μὴ παρατάττεσθαι Ῥωμαίοις, πεπειραμένον τῆς ἀρετῆς αὐτῶν. Ὁ δὲ δόξας βαρύτερα τοῦ

V. Antiochus, ob acceptam (*ad Myonnesum*) cladem fractus ac depressus, Europa abscedere, Asiamque dumtaxat armis tutari statuit, et Lysimachienses relicta urbe cum omnibus familiis in Asiam migrare jussit. Quod quidem haud satis prudenter ab eo factum cuncti censebant, quum urbem opportunissimam arcendo hosti, quominus ex Europa in Asiam copias trajiceret, hostibus sine certamine prodidisset. Atque id eventus postea confirmavit: namque Scipio, vacua Lysimachiensium urbe potitus, ea capta maximum momentum partibus suis adjecit.

VI. Pecuniæ thesauri sunt in bello, ut vulgare proverbium ait, gerendarum rerum socii: nam qui pecunia abundat, paratis ad bellandum viris non destituitur. Ecce nuper Romani a Carthaginiensibus in summum discrimen adducti fuerunt non profecto civilibus exercitibus, sed mercenariorum numero, quo hi tam ingentibus prœliis superiores evaserunt. Est enim adventitiarum copiarum vis quum utilissima habentibus, tum apprime hostibus formidabilis; nam illi ære exiguo conducunt qui pro se pugnent; his autem, etsi forte vicerint, nihilominus alii sunt parati adversarii. Quippe cujus civiles copiæ semel debellantur, is funditus interiit; contra qui in mercenariis vincuntur, tamdiu intactas vires retinent, quamdiu pecunia suppetit. Sed Romani neque mercenariis uti solent, neque pecunia abundant.

(2) Solent prorsus milites ducum suorum mores imitari.

(3) Antiochus, brevi vesaniæ suæ mercede relata, non sine magnis calamitatibus didicit modeste agere in rebus prosperis.

VII. Antiochus, ubi intellexit, Romanos in Asiam transisse, Byzantium Heracliden, afferentem de pace mandata, ad consulem misit, daturum se pollicens impensæ in bellum factæ partem dimidiam, præterea Lampsacum, Smyrnam, et Alexandriam (Troadem), quarum urbium causa bellum id videbatur susceptum. Namque hæ Græci nominis per Asiam civitates primæ senatum adierant, libertatemque reddi sibi petierant.

VIII. Rex Antiochus P Scipioni, senatus principi, filium, quem circa Eubœam ceperat, sine pretio se redditurum, et ingens auri pondus, si per eum pacem impetrasset, (*verbis Heraclidis*) promisit: cui Scipio, ex munificentia regia maximum se donum filium habiturum, pecunia non indigere; pro tanto vero in se munere regi fidele consilium dare, prœlio, Romanorum virtutem expertus, abstineat.

προςήκοντος προςτάττειν, τούτου οὐ προςεδέξατο τὰς ἀποκρίσεις.

(Exc. Vatican. p. 69.) (2) Ὅτι ὁ Ἀντίοχος πρὸς τὰ παράλογα τῆς τύχης ἔκρινε συμφέρειν ἀποδοῦναι τῷ Σκιπίωνι τὸν υἱόν, καὶ τοῦτον ἀπέστειλε κοσμήσας πολυτελέσι κατασκευαῖς.

IX. (Exc. Legat. p. 621, 622.) Ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ πρὸ τῆς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἥττης εἰςαχθέντων εἰς τὴν σύγκλητον τῶν ἐξ Αἰτωλίας πρεσβευτῶν, καὶ περὶ μὲν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων οὐδὲν διαλεχθέντων, αὐτὰ δὲ τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς καλῶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πραχθέντα διεξιόντων, ἀναστάς τις τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου τοὺς πρέσβεις ἠρώτησεν εἰ παραδιδόασιν ἑαυτοὺς Αἰτωλοὶ εἰς τὴν πίστιν τῶν Ῥωμαίων. Ἀποσιωπησάντων δὲ τῶν πρέσβεων, ἡ σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς ἀντέχειν ταῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἐλπίσιν, ἀπράκτους ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ἑλλάδα.

X. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος ἀπογνοὺς τὸν πόλεμον ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς τὸν ὕπατον, ἀξιῶν αὐτῷ συγγνώμην δοθῆναι περὶ τῶν ἡμαρτημένων καὶ τυχεῖν ἐφ' οἷς δυνατόν ἐστι τῆς εἰρήνης. Ὁ δὲ ὕπατος διατηρῶν τὴν πάτριον τῆς Ῥώμης ἐπιείκειαν, καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ποπλίου, συνεχώρησε τὴν εἰρήνην ἐπὶ τοῖςδε· ἐκχωρῆσαι τὸν βασιλέα τοῖς Ῥωμαίοις τῆς τε Εὐρώπης καὶ τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου χώρας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πόλεων καὶ ἐθνῶν· παραχωρῆσαι δὲ τῶν τε ἐλεφάντων καὶ μακρῶν νηῶν, καὶ τὰς δαπάνας τὰς γεγενημένας εἰς τὸν πόλεμον ἀποδοῦναι, ὧν ἦν ἡ διατίμησις ταλάντων Εὐβοϊκῶν μυρίων πεντακιςχιλίων· ἐκδότους δὲ παραδοῦναι τόν τε Καρχηδόνιον Ἀννίβαν καὶ τὸν Αἰτωλὸν Θόαντα καί τινας ἑτέρους, καὶ ὁμήρους εἴκοσιν οὓς ἀπογράψωσι Ῥωμαῖοι. Ὁ δὲ πάντα προςδεξάμενος διὰ τὴν τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίαν ἀπελύθη τοῦ πολέμου.

XI. Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἧτταν ἀπὸ πασῶν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων καὶ δυναστῶν καταντησάντων πρέσβεων, τῶν μὲν περὶ τῆς ἐλευθερίας, τῶν δὲ καὶ περὶ εὐχαριστηρίων ἀνθ' ὧν εὐεργετήκασι τὴν Ῥώμην συναγωνισάμενοι κατὰ Ἀντιόχου. Οἷς πᾶσιν ἡ σύγκλητος ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφουσα ἔφησε δέκα πρεσβευτὰς ἀποστέλλειν εἰς τὴν Ἀσίαν τοὺς μετὰ τῶν στρατηγῶν ἅπαντα ἕξοντας. Ἐπανελθόντων δὲ εἰς τὰς πατρίδας, καὶ τῶν δέκα πρέσβεων μετὰ τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ τὸν Αἰμίλιον συνεδρευσάντων, ἔκριναν οὗτοι καὶ διεσάφησαν τὴν μὲν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου χώραν Εὐμένους εἶναι καὶ τοὺς ἐλέφαντας· Ῥοδίοις δὲ προςώρισαν Καρίαν καὶ Λυκίαν· τῶν δὲ πόλεων τὰς μὲν Εὐμένει φόρους δεδωκυίας ὑπὸ τὸν Εὐμένη τετάχθαι, τὰς δὲ Ἀντιόχῳ φόρον φερούσας ἀπολελύσθαι τῶν φόρων.

XII. Ὅτι Γνάϊος Μάλλιος ὁ ἀνθύπατος, παραγενομένων πρὸς αὐτὸν πρεσβευτῶν παρὰ Γαλατῶν περὶ συλλύσεως τοῦ πολέμου, τούτοις ἔδωκεν ἀπόκρισιν ὅτι τότε ποιήσεται πρὸς αὐτοὺς τὰς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης

Quæ regem, iniqua sibi imperari arbitratum, nihil moverunt.

(2) Antiochus, inopinos fortunæ casus mente revolvens, existimavit sibi fore utile si filium Scipioni redderet; quare hunc pretiosis ornatum muneribus remisit.

IX. Quum Romæ, necdum victo Antiocho, in senatum legati ex Ætolia introducerentur, nec quidquam illi de delictis suis memorarent, sed ea sola, quæ Ætoli quondam pro Romanis bene fortiterque administraverant; quidam e senatu legatos interrogavit, Permitterentne se Ætoli suaque omnia fidei populi Romani? Quum nihil illi responderent, patres, Ætolorum animos ex unica Antiochi spe pendere rati, eos infecta re in Græciam dimiserunt.

X. Antiochus, damnato belli consilio, ad consulem legatos misit, erroris sui veniam et pacem amicitiamque, quibus posset conditionibus, rogans. Consul a patrio Romanorum more et clementia nihil deflectens, et a Publio fratre placatus, his legibus pacem dedit: Antiochus Europa abstineat, omnique regione, urbibus et gentibus, quæ cis Taurum montem sunt, decedat: elephantos omnes tradat et naves longas: pro impensis deinde in bellum factis quindecim millia talentûm Euboicorum (ad eam enim summam æstimatæ fuerant) persolvat: Annibalem Carthaginiensem Romanis dedat, et Thoantem Ætolum, et quosdam alios: det præterea obsides viginti, quorum nomina Romani adscripserint. Rex, pacis studio omnia ista approbans, bello liberatus est.

XI. Victo Antiocho rege, ab omnibus Asiæ civitatibus et principibus legationes Romam venerunt, ut aut libertatem, aut pro beneficiis, quæ Romanis una pugnando contra Antiochum præstiterant, merita præmia reciperent: quibus omnibus bonam spem patres ostendentes dixerunt, decem legatos in Asiam se missuros, qui una cum proconsulibus omnia ordinarent. Illis ergo ad suos reversis, decem legati cum Scipione et Æmilio consederunt, cognitisque causis, pro consilii sententia declaraverunt, regionem cis Taurum Eumenis esse debere, atque elephantos, qui fuerant Antiochi. Rhodiis Caria et Lycia datæ sunt. Urbes, quæ stipendiariæ Eumenis fuerant, eidem vectigal pendere jussæ; quæ vero Antiocho stipendium debuerant, illis immunitas data fuit.

XII. Proconsul Cn. Manlius Galatarum oratoribus, qui finem belli pacemque quæsitum advenerant, responsum

συνθήκας, ὅταν οἱ βασιλεῖς αὐτῶν καταντήσωσι πρὸς αὐτόν.

XIII. Ὅτι ὁ αὐτὸς παρελθὼν εἰς Λυκαονίαν τὸν προςοφειλόμενον σῖτον ἐκομίσατο παρὰ Ἀντιόχου καὶ τὸν κατὰ τὰς συνθήκας φόρον ἐνιαυτοῦ χίλια τάλαντα.

XIV. (Exc. de Virt. et vit. p. 575.) Ὅτι Μάρκος Φολούιος στρατηγὸς ὢν παρανομήσας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Λιγυστικὴν συμμάχους, ἔτυχε τῆς προςηκούσης κολάσεως. Παρελθὼν γὰρ εἰς τοὺς ὀνομαζομένους Κενομανοὺς ὡς φίλος, παρείλετο τὰ ὅπλα, μηδὲν ἔχων ἔγκλημα. Ὁ δὲ ὕπατος πυθόμενος τὸ γεγονός, τούτοις μὲν ἀπέδωκε τὰ ὅπλα, τὸν δὲ Μάρκον ἐζημίωσε χρήμασι.

XV. Ὅτι Ἀντίοχος ἀπορῶν χρημάτων, ἀκούων δὲ κατὰ τὴν Ἐλυμαΐδα τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ Βήλου πολὺν ἐκ τῶν ἀναθημάτων ἔχειν ἄργυρόν τε καὶ χρυσόν, ἔγνω τοῦτο συλῆσαι. Καὶ ἥκων εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα, καὶ καταιτιασάμενος τοὺς ἐγχωρίους πολέμου κατάρχεσθαι, τὸ μὲν ἱερὸν ἐσύλησε, χρημάτων δὲ πλῆθος ἀθροίσας, ταχὺ τῆς προςηκούσης ἐκ θεῶν ἔτυχε κολάσεως.

XVI. (Exc. Vatican. p. 69.) Ὅτι Φίλιππος ὠνείδιζε τοῖς Θετταλοῖς ὡς τῆς ἐλευθερίας ἀνελπίστως διὰ Ῥωμαίων κυριεύσαντες λοιδοροῦσι τοὺς προγεγονότας κυρίους, οὐκ εἰδότες ὅτι οὔπω πᾶς αὐτοῖς ὁ ἥλιος δέδυκε. Τούτου δὲ τοῦ λόγου ῥιφέντος, ὑπόνοια τοῖς ἀκούουσιν εἰςέπεσεν ὡς Φιλίππου διαπολεμήσοντος πρὸς Ῥωμαίους, καὶ παροξυνθέντες ἔκριναν μηδεμίαν πόλιν * τῶν κατὰ Μακεδονίαν οὐσῶν ἔχειν Φίλιππον.

XVII. (Exc. Legat. p. 622.) Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον τῆς κοινῆς συνόδου τῶν Ἀχαιῶν συνελθούσης, συνήχθησαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις. Οὗτοι δ' ἔφησαν τὴν σύγκλητον δυςαρεστεῖσθαι τῇ τῶν τειχῶν τῶν ἐν Λακεδαίμονι καθαιρέσει, ἣν ἐποίησε τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν, ὅτε τῆς Σπάρτης ἐκράτησε καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους κατέταξεν εἰς τὴν κοινὴν πολιτείαν. Μετὰ δὲ τούτους συνήχθησαν οἱ παρ' Εὐμένους πρέσβεις κομίζοντες δωρεὰν ταλάντων * εἴκοσιν, ἐξ ὧν ᾤετο δεῖν ὁ βασιλεὺς ὀψωνιάζεσθαι τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. Οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τὴν δόσιν τῶν χρημάτων ἀποδοκιμάσαντες, οὐ προςεδέξαντο τὴν δωρεάν. Ἧκον δὲ καὶ παρὰ Σελεύκου πρέσβεις, τὴν προγεγενημένην εἰς τὸν Ἀντίοχον τὸν βασιλέα συμμαχίαν ἀνανεούμενοι. Οἱ δὲ τὴν συμμαχίαν ἀνενεώσαντο καὶ τὴν δωρεὰν προςεδέξαντο.

XVIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 575, 576.) Ὅτι ὁ Φιλοποίμην ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς ἀνὴρ ἐγεγόνει φρονήσει καὶ στρατηγίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαφέρων, πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον πεπολιτευμένος ἀμέμπτως. Καὶ πολλάκις μὲν στρατηγίας ἠξιώθη, τεσσαράκοντα ἔτη τοῦ πολιτεύματος ἡγούμενος, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων εἰς κοινὸν ηὐξηκὼς τὴν Ἀχαιῶν συμπολιτείαν, πρός τε τοὺς ἰδιώτας ἡμερώτατα πολιτευόμενος καὶ δι' ἀρετὴν παρὰ Ῥωμαίων ἀποδοχῆς

dedit, tum se de pace amicitiaque acturum, ubi reges ipsorum ad se ultro adierint.

XIII. Idem Manlius, in Lycaoniam progressus, debitum ab Antiocho frumentum et mille talenta, quæ annua ex fœdere præstari debebant, accepit.

XIV. M. Fulvius (*M. Furius*; *Livius*) prætor, quum socios in Liguria violasset, merita pœna affectus est : a Cenomanis enim tanquam amicus exceptus, arma eis ademit, tametsi nihil hostile de illis queri posset. Cujus rei fama ad consulem perlata, consul Cenomanis arma reddi jussit, et Fulvio mulctam dixit.

XV. Antiochus rex, pecuniæ inopia constrictus, Jovis Beli templum in Elymaide auro et argento ac pretiosissimis refertum esse donariis quum didicisset, spoliare illud constituit. Igitur Elymaidem ingressus, causatusque ab incolis bellum sibi illatum esse, fanum expilavit, coactaque grandi pecunia, brevi meritas diis pœnas dedit.

XVI. Thessalis, qui insperata libertate per Romanos potiti priscis dominis maledicebant, Philippus convicians ait nescire eos nondum omnium dierum solem occidisse. Hoc verbo prolato suspicio audientibus injecta est, Philippum bello rursus cum Romanis dimicaturum. Quam ob rem hi indignati decreverunt, ut nullam urbem *præter* eas, quæ in ipsa Macedonia sitæ essent, Philippus teneret.

XVII. Achæorum commune in Peloponneso concilium legati Romanorum adierunt, et senatui non placere diruta Spartæ mœnia docuerunt : eruerant autem illa Achæi, quum Lacedæmonem in ditionem redegerant, civesque omnes in formulam suæ reipublicæ transcripserant. Post eos introducti Eumenis sunt oratores, donum viginti (*centum et viginti*, *Polyb.*) talentorum, quo tanquam stipendio rex eos, qui ad id concilium convenire solebant, alere censebat, afferentes. Pecuniam Achæi spreverunt, donum accipere recusantes. Venerunt etiam legati a Seleuco renovandæ amicitiæ causa, quæ Achæis cum Antiocho intercesserat. Amicitia instaurata est, donaque, quæ pollicebantur, admissa (*fuisse videtur :* non admissa. *V. Polyb.* XXIII, 9, 13).

XVIII. Philopœmen, prætor Achæorum, vir fuit in bello et pace præstans, qui in omni vita procul a culpa abfuit, ac sæpius prætura functus, perque annos quadraginta rempublicam moderatus, plurimum incrementi rebus Achæorum attulit, semperque cum privatis comiter versatus, Græcis pariter ac Romanis virtutis causa admirationi fuit.

τετευχώς, ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς ἀγνώμονι τύχῃ συγκεχρημένος. Ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τελευτὴν ὡςπερεί τινι θείᾳ προνοίᾳ τὰς ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο τῶν κατὰ τὴν τελευτὴν ἀπηντηκότων ἀκληρημάτων. Χωρὶς δὲ τῶν κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς καταψηφισθέντων εἰς τιμὴν τἀνδρὸς ἡ πατρὶς ἱδρύσατο, καὶ τοῦ βουθυτεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιά τε καὶ ὕμνους κατέδειξεν ᾄδειν τοὺς νέους.

XIX. Ὅτι ὁ Ἀννίβας στρατηγικῇ συνέσει καὶ μεγέθει πράξεων πάντων Καρχηδονίων πεπρωτευκώς, οὐδέποτε στάσιν ἔσχεν ἐν τῷ στρατεύματι, ἀλλὰ τῇ φύσει πλεῖστον διεστῶτα καὶ διαλέκτοις πολυφώνοις διειλημμένα διὰ τῆς ἰδίας προνοίας ἐν ὁμονοίᾳ καὶ συμφωνίᾳ διετήρησεν. Ὁμοίως δὲ τῶν ὁμοεθνῶν εἰωθότων διὰ τὰς τυχούσας αἰτίας ἀφίστασθαι πρὸς τοὺς ἐναντίους, οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο ἐτόλμησε. Μεγάλας δὲ δυνάμεις ἀεὶ τρέφων οὐδέποτε χρημάτων οὐδὲ τροφῆς ἠπόρησε, καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον, οἱ μετ' αὐτοῦ στρατευόμενοι τῶν ἀλλοεθνῶν τῆς πολιτικῆς εὐνοίας οὐκ ἀπελείφθησαν, ἀλλὰ πολὺ διήνεγκαν. Τοιγαροῦν καλῶς ἄρχων τῶν στρατιωτῶν καλὰς καὶ τὰς πράξεις ἐπετελέσατο. Πρὸς γὰρ τοὺς δυνατωτάτους πόλεμον ἐξενέγκας, ἑπτακαίδεκα ἔτη σχεδὸν τὴν Ἰταλίαν ἐπόρθησεν, ἀήττητος δὲ ἐν πάσαις ταῖς μάχαις ἐγένετο· τηλικαύταις δὲ καὶ τοσαύταις πράξεσι τοὺς τῆς οἰκουμένης ἡγεμόνας ἐνίκησεν, ὥςτε διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατακοπτομένων ὑπ' αὐτοῦ μηδένα ποτὲ τολμᾶν ἔτι κατὰ στόμα μάχεσθαι πρὸς αὐτόν. Πολλὰς μὲν πόλεις δοριαλώτους κατέκαιε, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη πολυανθρωπίᾳ διαφέροντα σπανίζειν ἐποίησεν ἀνδρῶν. Καὶ τὰς περιβοήτους πράξεις ἐπετελέσατο πολιτικοῖς μὲν τελέσμασι καὶ δυνάμεσι, μισθοφόροις δὲ καὶ συμμάχοις παμμιγέσι, καὶ διὰ τὴν συμφωνίαν δυςυποστάτων περιεγένετο διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ στρατηγικῆς ἀρετῆς, καὶ πᾶσιν ἔδειξεν ὅτι καθάπερ ἐπὶ τοῦ σώματος ὁ νοῦς, οὕτως ἐπὶ στρατεύματος ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἔχων ποιεῖ τὰ κατορθώματα.

XX. Ὅτι ὁ Σκιπίων νέος ὢν παντελῶς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀνελπίστως ἐχρήσατο, καταπολεμήσας τοὺς Καρχηδονίους, τὴν δὲ πατρίδα κινδυνεύουσαν ἐξείλετο τῶν μεγίστων κινδύνων. Τὸν γὰρ ἀήττητον Ἀννίβαν διὰ τῆς ἐπινοίας ἠνάγκασεν ἄνευ μάχης καὶ κινδύνων ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρῆσαι. Τὸ δὲ τελευταῖον ἐκ τῆς ἀνδρείας τε καὶ στρατηγίας μεγάλῃ παρατάξει τὸν ἀνίκητον γεγενημένον Ἀννίβαν καταπολεμήσας ἥττησε τὴν Καρχηδόνα.

XXI. (Exc. Vatican. p. 70.) Ὅτι ὁ Σκιπίων διὰ τὸ μέγεθος τῶν πράξεων βαρύτερος ἐφαίνετο τοῦ τῆς πατρίδος ἀξιώματος. Κατηγορούμενος γὰρ ὑπ' αὐτῶν δεινῷ θανάτῳ, παραλαβὼν τὸν λόγον τοῦτο μόνον εἶπεν ὅτι Ῥωμαίοις οὐ πρέπει κατ' αὐτοῦ φέρειν ψῆφον, δι' οὗ οἱ κατήγοροι ἐξουσίαν ἔχουσι λέγειν μετὰ παῤῥησίας. Τούτου δὲ ῥηθέντος, ὁ μὲν δῆμος ἅπας ἐντραπεὶς τὸ βάρος τοῦ λόγου, παραχρῆμα ἐκ τῆς ἐκκλη-

Idem tamen indignum ea vita exitum est sortitus. Verum velut divina quadam providentia hæc illius viri suprema infelicitas heroicis post mortem honoribus compensata est. Nam præter ea, quæ illius honoris ergo a gente Achæorum sunt publice decreta, cives etiam *statuam* ei posuerunt, utque quotannis tauro eidem fieret sanxerunt, utque encomia rerum ejus gestarum et hymni ab adolescentibus canerentur, jusserunt.

XIX. Hannibal, usu rei militaris ac magnitudine rerum gestarum omnium Pœnorum facile princeps, nulla unquam militum seditione appetitus est, sed copias suas, et ingenio et lingua plurimum inter se dissidentes, sua prudentia in officio ac concordia continuit. Quumque Libyes levissimas ob causas ad hostem deficere consuevissent, nemo sub eo imperatore ejusmodi quidquam facere ausus est. Præterea magnos semper exercitus circumducenti nunquam ei pecunia aut annona defuit: quodque maxime admirabile est, in benevolentia erga ipsum haudquaquam externus miles urbano concessit, quin potius superior exstitit. Igitur quum militem præclare regeret, præclara quoque facinora edidit. Bello enim potentissimis gentibus illato, per septemdecim fere annos Italiam vastavit. Ipse in omnibus prœliis invictus, tot tantisque cladibus dominos orbis terrarum affecit, ut præ devictorum multitudine nemo esset, qui collatis signis apertoque Marte cum eo congredi auderet. Multas etiam urbes vi captas inflammavit, et Italiæ antehac numerosa juventute florenti vastitatem intulit. Quas quidem ille res ut sumtibus ac viribus urbanis, sic mercenario milite ac sociorum undique conflatis auxiliis perfecit, virosque concordia invictos astu ac peritia militari superavit, et cunctis liquido ostendit, quemadmodum mentem in corpore, sic in exercitu imperatorem solum omnia facere, ac victoriam præstare.

XX. P. Scipio admodum juvenis maximas res præter omnium spem in Hispania gessit, et Carthaginiensibus victis, patriam gravissimis periculis liberavit. Hannibalem enim invictum bello absque certamine et pugna Italia excedere consilio suo coegit. Postremo etiam fortitudine ac virtute militari quum eundem Hannibalem antehac invictum ingenti prœlio superasset, Carthaginem in ditionem populi Romani redegit.

XXI. Scipio propter rerum gestarum magnitudinem superbior videbatur, quam patriæ majestatem decebat. Quippe ad dirum supplicium a quibusdam expetitus, ubi causa dicenda fuit, nihil aliud ait, nisi haud oportere a Romanis adversus se sententiam ferri, cui accusatores hanc ipsam facultatem deberent quod liberi loquerentur. Hoc dicto, populus universus orationis dignitatem reveritus e concione

σίας ἀπεχώρησεν, ὁ δὲ κατήγορος μόνος ἀπολειφθεὶς ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν καταφρονηθείς. Πάλιν δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ χρείας ἐμπεσούσης χρημάτων καὶ τοῦ ταμίου οὐ φάσκοντος ἀνοίξειν αὐτὸς... χη τὰς κλεῖς παρελάμβανεν, ὡς τοῦτο πράξων· αὐτὸς γὰρ καὶ τοῦ κλείειν τοὺς ταμίας ὑπάρχειν αἴτιος. Πάλιν δέ τινος λόγον αὐτὸν ἀπαιτοῦντος ἐν τῷ συνεδρίῳ χρημάτων ὧν ἔλαβεν εἰς τὰς τῶν στρατιωτῶν δαπάνας, ὡμολόγησε μὲν ἔχειν τὸν λογισμόν, ἀπεῖπε δὲ μὴ ἀποδώσειν· οὐ γὰρ ὀφείλειν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ὑπὸ τὸν ἐξετασμὸν πίπτειν. Ἐπικειμένου δὲ τοῦ κατηγόρου, πέμψας ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκόμισεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τὸ βιβλίον καὶ καταπράξας αὐτὸ τῷ κατηγόρῳ προσέταξε ψῆφον ἐκ τούτων προτιθέναι, τοὺς δὲ ἄλλους συγκλητικοὺς ἤρετο πῶς τῶν δεδαπανημένων τρισχιλίων ταλάντων τὸν λόγον ἀπαιτοῦσι, τῶν δὲ μυρίων καὶ πενταχοσίων ὧν παρὰ Ἀντιόχου λαμβάνουσι λόγον οὐκ ἀπαιτοῦσιν, οὐδὲ λογίζονται πῶς ὑφ' ἕνα σχεδὸν καιρὸν οὐ μόνον Ἰβηρίας καὶ Λιβύης, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀσίας κυριεύουσιν. Ὧν ῥηθέντων, διὰ τὸ βάρος τῆς παῤῥησίας οὔθ' ὁ κατήγορος οὔτε τῶν συνέδρων οὐδεὶς ἐφθέγξατο.

discessit; accusator autem solus in medio relictus domum se cum ignominia recepit. Rursus in senatu, urgente pecuniæ necessitate, sed negante quæstore ærarium aperire, ipse protinus claves sustulit tamquam ipse reclusurus, quia videlicet per ipsum fuisset effectum ut quæstores claudere possent. Rursum in senatu quum quidam ab eo rationem reposceret pecuniæ, quam ad militares expensas accepisset, fassus se habere rationarium, negavit tamen se traditurum, quia de se non deceret, ut de alio quovis, quæstionem exerceri. Urgente tamen accusatore, misit ad fratrem cum mandatis, libellus in curiam deferretur, quo ibi mox concerpto, jussit ut accusator sententiam secundum hæc diceret. Ceteros vero senatores interrogavit, cur de trium millium talentorum usu rationem expeterent, de quindecim autem millibus, quæ ab Antiocho perciperent, non inquirerent, neque reputarent, quomodo eodem ferme tempore non Hispania solum et Africa, verum etiam Asia potiti essent. Ad hæc graviter confidenterque dicta neque accusator neque e senatoribus quisquam hiscere ausus est.

XXII. (Exc. Legat. p. 623.) Ὅτι καταντησάντων εἰς Ῥώμην τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας βασιλέων καὶ πρεσβευτῶν ἀποσταλέντων, οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον βασιλεῖς μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχον. Ἀπάντησις γὰρ αὐτοῖς ἐγένετο μεγαλοπρεπὴς καὶ ξένια καὶ τἄλλα φιλάνθρωπα διαφέροντα. Σφόδρα γὰρ οἱ βασιλεῖς οὗτοι φιλορρώμαιοι καθεστῶτες, καὶ πάντα τῇ συγκλήτῳ πειθαρχοῦντες, ἔτι δὲ τοὺς παραβάλλοντας Ῥωμαίων εἰς τὴν βασιλίδα ὑποδεχόμενοι φιλανθρωπότατα, μεγίστης ἀποδοχῆς [μεγάλως] ἠξιοῦντο. Δι' ὧν καὶ τῶν πρέσβεων ἁπάντων ἡ σύγκλητος ἀκούσασα, καὶ μάλιστα σπεύδουσα τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη βασιλεῦσι χαρίζεσθαι, προσηνῆ τούτοις τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο. Ἀπεφήνατο γὰρ ἀποστελεῖν ἐκ τοῦ συνεδρίου πρέσβεις τοὺς ἐκ παντὸς τρόπου συλλύσοντας τὸν πρὸς Φαρνάκην πόλεμον.

XXII. Romam quum venissent legati ab Asiæ regibus, hi, qui cum Attalo erant, magno honore excepti sunt: namque obviam illis itum est magnifice, hospitiaque et lautia uberrime sunt præbita. Erant enim hi reges Romani nominis studiosissimi, et in omnibus senatui dicto audientes; ad hoc Romanos, quotquot in regnum eorum fuerant delati, comiter summaque voluntate acceperant. Patres, legationibus omnibus auditis, inprimis regi Eumeni ut gratificarentur, Attalo benigne responderunt, missuros e senatu legatos, qui operam darent, ut omni ratione bellum cum Pharnace componeretur.

XXIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 576, 577.) Ὅτι Λεώκριτος ὁ τοῦ Φαρνάκου στρατηγὸς συνεχεῖς προσβολὰς ποιούμενος ἠνάγκασε τοὺς ἐν τῷ Τίῳ μισθοφόρους τὴν μὲν πόλιν παραδοῦναι, αὐτοὺς δὲ ὑποσπόνδους προπεμφθῆναι μετὰ ἀσφαλείας. Τῶν δὲ μισθοφόρων τότε μὲν ἐκ τῆς πόλεως κατὰ τὰς συνθήκας προπεμπομένων, ἐν δὲ τοῖς ἐπάνω χρόνοις ἠδικηκότων τὸν Φαρνάκην, ὁ Λεώκριτος ἐντολὰς ἔχων παρὰ τοῦ Φαρνάκου. πάντας ἀνελεῖν, παρεσπόνδησε τοὺς μισθοφόρους· κατὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ Τίου μετάστασιν αὐτοῖς ἐπέθετο κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν καὶ πάντας κατηκόντισεν.

XXIII. Leocritus, Pharnacis regis præfectus, quum oppidum Tium (*in Paphlagonia*) crebris oppugnationibus urgeret, mercenarios milites, qui præsidio urbi erant, ad deditionem oppidi coegit, ea conditione, ut ipsi, quocunque libitum esset, tuto deducerentur. Qui dum oppido egressi juxta fœderis leges deducuntur, Leocritus (cui mandatum ab Pharnace erat, ut universos cæderet, eo quod olim Pharnacem offenderant,) contra fœderis fidem in eos iter agentes impressione facta, cunctos sagittis interfecit.

XXIV. Ὅτι ὁ Σέλευκος ἀξιόλογον δύναμιν ἀναλαβὼν προῆγεν ὡς ὑπερβησόμενος τὸν Ταῦρον ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῦ Φαρνάκου· ἔννοιαν δὲ λαβὼν τῶν πρὸς Ῥωμαίους τῷ πατρὶ γενομένων συνθηκῶν, καθ' ἃς οὐκ ἐξῆν...

XXIV. Seleucus, coactis haud contemnendis copiis ad opem Pharnaci ferendam profectus, Taurum montem superare jam parabat: sed quum apud se reputasset leges fœderis, quod populus Romanus cum patre percusserat, ex quibus hoc non licebat, (*a consilio destitit*).

XXV. Ὅτι οἱ τὰ δεινὰ τολμήσαντες καὶ τὸν Δημήτριον ἀνελόντες οὐκ ἐξέφυγον τὴν τοῦ δικαίου δαιμονίου τιμωρίαν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ Ῥώμης τὰς ψευδεῖς διαβολὰς πλασάμενοι μετ' ὀλίγον χρόνον τῷ βασιλεῖ προσκόψαντες ἀνῃρέθησαν, ὁ δὲ Φίλιππος τὸν λοιπὸν τοῦ ζῆν χρόνον ὀνειροπολούμενος καὶ διὰ τὴν συνείδησιν τῆς εἰς τὸν εὐγενέστατον υἱὸν ἀσεβείας ταραττόμενος, οὐδὲ διετῆ χρόνον ἐπεβίωσε, τῇ δὲ λύπῃ ἀδιορθώτως συνεχόμενος κατέστρεψε τὸν βίον. Ὁ δὲ πάντων τῶν κακῶν ἀρχιτέκτων Περσεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμηθείς, καὶ φυγὼν εἰς Σαμοθρᾴκην, ἄκυρον ἔσχε τὴν τῶν ἁγνοτάτων θεῶν ἱκεσίαν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εἰς τὸν ἀδελφὸν τετολμημένης ἀσεβείας.

XXV. Ili vero, qui tantum facinus admiserant ac Demetrii cædem patraverant, haudquaquam divinam ultionem effugere potuerunt. Namque hi quidem, qui falsas ab urbe Roma calumnias confinxerant, paullo post, quum in offensam regis incurrissent, necati sunt; Philippus vero exinde, quoad vixit, perpetua inquietudine agitatus, cædisque in præstantissimæ indolis filium admissæ conscientia turbatus, ne biennium quidem superfuit, sed dolore continuo contabescens extremum diem clausit. At Perseus, totius auctor et architectus sceleris, a Romanis superatus, in Samothraciam quum fugisset, ob immanitatem patrati in fratrem parricidii, religionem templi omni ævo sanctissimam in se inefficacem habuit.

XXVI. Ὅτι Τιβέριος Γράκχος ἐξαπέλεκυς ὢν στρατηγός, ἐνεργῶς διῴκει τὰ κατὰ τὸν πόλεμον. Οὗτος γὰρ νέος ὢν τὴν ἡλικίαν, πάντων ἡλικιωτῶν διέφερεν ἀνδρείᾳ καὶ φρονήσει· θαυμαζόμενος δὲ ἐπ' ἀρετῇ καὶ μεγάλας τοῦ μέλλοντος ὑποφαίνων ἐλπίδας, πολὺ τῶν ἡλικιωτῶν προεῖχε δόξῃ.

XXVI. Tiberius Gracchus, proprætor *in Hispaniam missus*, strenue bellum gerebat. Namque hic in primo adhuc flore ætatis ceteros æquales suos industria ac prudentia superabat, maximarumque rerum omnibus spem ostentans, non mediocri admiratione ac fama ob virtutem præ æqualibus suis celebrabatur.

XXVII. Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος ὁ καὶ πάτρων γεγονὼς ἦν εὐγενής τε καὶ κατὰ τὴν ὄψιν εὐπρεπής, ἔτι δὲ συνέσει πολὺ διαφέρων τῶν ἄλλων. Διόπερ ἡ μὲν πατρὶς αὐτὸν ἁπάσαις ταῖς ἐπιδόξοις ἀρχαῖς ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ ἔν τε τῷ ζῆν διετέλεσεν ἐπαινούμενος καὶ τῆς μετὰ θάνατον εὐφημίας προενοήθη μετὰ τοῦ τῆς πατρίδος συμφέροντος.

XXVII. Paullus Æmilius consul, qui etiam patronus *gentis Macedonum* fuit, vir splendore generis et formæ decore et prudentia insignis quum esset, omnibus honorum titulis a populo Romano ornatus est. Ipse et quamdiu in vita fuit, omnium hominum laudibus celebratus est, suæque post obitum famæ cum utilitate reipublicæ conjunctæ rationem habuit.

XXVIII. (Exc. Vatican. p. 71.) Ὅτι ἡ πόλις Κεμελετῶν ὑπὸ λῃστῶν καὶ δραπετῶν ᾠκισμένη τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνεδέξατο, πρέσβεις δ' ἐξαπέστειλε πρὸς Φολούιον, ὑπὲρ ἑκάστου τῶν τεθνηκότων αἰτοῦσα λόγχην καὶ ἐγχειρίδιον, ἔτι δὲ ἵππον· εἰ δὲ μή, καταπολεμήσειν ἠπείλει. Ὁ δὲ Φολούιος ἐντυχὼν τοῖς πρέσβεσιν εἶπε μὴ κακοπαθεῖν· αὐτὸς γὰρ ἐπὶ τὴν πόλιν ἥξειν καὶ φθάνειν τὴν ἔξοδον. Τὰς δὲ ἐπαγγελίας βεβαιῶσαι βουλόμενος παραχρῆμα ἀνέζευξεν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐκ ποδὸς ἀκολουθῶν τοῖς πρέσβεσιν.

XXVIII. Urbs Cemeletensium a latronibus ac fugitivis condita bellum adversus Romanos suscepit; missisque ad Fulvium legatis, pro singulis qui interempti fuerant sibi dari postulabant lanceam, itemque pugionem et equum: nisi hæc fierent, bellum indixit. At Fulvius legatis obviam progressus, ut viæ labori parcerent monuit; se enim ad urbem accessurum ac bellicam expeditionem præventurum: atque ut promissa firmaret, statim duxit in barbaros presse legatos insequens.

XXIX. Ὅτι τῶν φίλων τινὸς εἰπόντος Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ διὰ τί τῆς κοίλης Συρίας οὔσης αὐτοῦ δικαίως ἀφροντιστεῖ, πολλὰ περὶ τούτων ἔφησεν αὐτῷ μέλειν. Ὑποπεσόντος δὲ τοῦ προσομιλοῦντος πόθεν εὐπορήσει χρημάτων εἰς τὸν πόλεμον, ὁ βασιλεὺς δείξας τοὺς φίλους εἶπεν, Ὁρᾷς τοὺς ἐμοὺς θησαυροὺς περιπατοῦντας;

XXIX. Quum regi Ptolemæo nescio quis familiaris diceret, curnam Cœlesyriam, quæ jure ad eum pertineret, negligeret; multam se illius curam gerere ait. Tum collocutore rogante, undenam esset bello opes necessarias comparaturus, rex amicos illi ostendens, En, ait, thesauros meos ambulantes!

XXX. Ὅτι Περσεὺς τὴν αὐτὴν ἔχων προαίρεσιν τῷ πατρὶ καὶ ταύτην σπεύδων ὑπὸ Ῥωμαίων ἀγνοεῖσθαι, πρεσβευτὰς ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην τοὺς ἀνανεωσομένους τὴν πατρικὴν φιλίαν. Ἡ δὲ σύγκλητος τὰ πλεῖστα τῶν πραγμάτων αἰσθανομένη, τὴν φιλίαν ὅμως ἀνενεώσατο, τὸν ἐξαπατῶντα ὁμοίως ἐξαπατῶσα.

XXX. Quamquam Perseus parem parenti suo animum gerebat, hunc tamen Romanos celare studens legatos Romam misit, qui patrium fœdus renovarent. Senatus vero, etsi pleraque omnia quæ is moliebatur sciebat, fœdus nihilominus instauravit, fallentem pari astu fallens.

XXXI. Ὅτι τὰς ἡγεμονίας οὐχ οὕτω τῷ διὰ τῶν ὅπλων φόβῳ λαμβάνειν αὔξησιν, ὡς τῇ πρὸς τοὺς κρατηθέντας μετριότητι. Θόαντα γάρ τινα ἔκδοτον ἡ σύγκλητος λαβοῦσα καὶ μεγαλοψύχως ἐνέγκασα τὸν ἄνδρα τῶν ἐγκλημάτων ἀπέλυσεν.

XXXI. Imperium non tam armorum metu, quam humanitate erga victos augetur. Ita Thoantem quendam sibi deditum senatus excipiens magnoque animo tolerans, criminibus eum absolvit.

XXXII. (Exc. de Virt. et vit. p. 577.) Ὅτι Ἀντίοχος προσφάτως παρειληφὼς τὴν βασιλείαν, ἐνεστήσατο βίον παράλογον καὶ ἀσυνήθη τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ τῶν βασιλείων ὑπάγων λάθρᾳ τῆς θεραπείας περιῄει τὴν πόλιν, ἀλύων ὅπου τύχοι δεύτερος ἢ τρίτος· μετὰ δὲ ταῦτα ἐφιλοτιμεῖτο μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων συγκαταῤῥιπτεῖν οἷς τύχοι καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων ξένων εὐτελεστάτων συμπίνειν. Καθόλου δ' εἴ τινας τῶν νέων αἴσθοιτο ἀφ' ἡμέρας μετ' ἀλλήλων γενομένους, ἐξαίφνης ἐπὶ κῶμον παρεγένετο μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας, ὥςτε διὰ τὸ παράδοξον τῶν ἰδιωτῶν τοὺς μὲν φεύγειν, τοὺς δὲ διὰ τὸν φόβον σιωπᾶν. Τὸ δὲ τελευταῖον τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα καταθέμενος περιεβάλλετο τήβενναν, καθάπερ ἦν ἑωρακὼς ἐν Ῥώμῃ τοὺς μεταπορευομένους τὰς ἀρχάς, ἐνετύγχανέ τε τοῖς ἰδιώταις ἀσπαζόμενος καὶ περιπτύσσων ἕκαστον, καὶ ποτὲ μὲν παρακαλῶν φέρειν ἑαυτῷ τὴν ψῆφον ὡς ἀγορανόμῳ, ποτὲ δὲ ὡς δημάρχῳ· τυχὼν δὲ ἀρχῆς ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφάντινον, καὶ καθὼς ἔστι Ῥωμαίοις ἔθιμον, διήκουε τῶν πρὸς ἀλλήλους ἀμφιςβητούντων περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβολαίων. Καὶ ταῦτ' ἔπραττε μετὰ πολλῆς ἐπιστάσεως καὶ φιλοτιμίας, ὥςτε τοὺς χαριεστάτους ἄνδρας ἀπορεῖν περὶ αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀφέλειαν, οἱ δὲ ἀλογίαν, τινὲς δὲ μανίαν αὐτοῦ κατεγίνωσκον.

XXXIII. (Exc. Legat. p. 623.) Ὅτι τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας κατὰ τὴν Θεσσαλίαν ζηλωθείσης, καὶ πάσης πόλεως εἰς στάσεις καὶ ταραχὰς ἐμπιπτούσης, ἡ σύγκλητος ὑπέλαβεν ἐκ τοῦ Περσέως γεγονέναι τὴν σύγχυσιν, καὶ ἀπελογίσατο τοῖς τοῦ Περσέως πρεσβευταῖς περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀπολύσειν αὐτὸν ἐγκλημάτων, περὶ δὲ τῆς Ἀβρουπόλιδος τοῦ Θρᾳκὸς ἐκ τῆς βασιλείας ἐκβολῆς ἐκέλευσε διορθώσασθαι τὸν Περσέα τὸ γεγονός.

(2) Ὅτι τοῦ Ἁρπάλου τοῦ Περσέως πρεσβευτοῦ σιωπήσαντος, ἡ σύγκλητος τὸν Εὐμένη ἐλεφαντίνῳ τιμήσασα δίφρῳ, καὶ τῆς ἄλλης ἀποδοχῆς ἀξιώσασα φιλοφρόνως, ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν.

XXXIV. (Exc. de Virt. et vit. p. 577.) Ὅτι μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ Εὐμένους εἰς τὸ Πέργαμον διαδοθείσης φήμης ὅτι τετελεύτηκεν Εὐμένης, Ἄτταλος ἐπεπλάκη τῇ βασιλίσσῃ προχειρότερον. Οὐ μὴν Εὐμένης γε προςεποιήθη μετὰ ταῦτ' ἀνακάμψας, ἀλλὰ φιλοφρόνως ἀσπασάμενος τὸν ἀδελφόν, διέμεινεν ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ.

ΤΗΣ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Legat. p. 623,624.) Ὅτι ἡ σύγκλητος αὐθημερὸν ἐψηφίσατο τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον, καὶ τοῖς πρεσβευταῖς ἐχρημάτισε μέν, ἀπόκρισιν δὲ οὐδεμίαν ἔδωκε. Προςέταξε δὲ τοῖς ὑπάτοις ἐν ἐκκλησίαις διαῤῥήδην ἀπαγορεύειν· τοὺς δὲ πρεσβευτὰς καὶ πάντας

XXXII. Antiochus (*Epiphanes*), Syriæ regnum recens adeptus, novam quandam et ceteris insolitam regibus vitæ rationem instituit. Primum enim clam e regia digressus insciis ministris, per urbem temere vagabatur, uno aut altero comite adscito. Præterea honori ducebat cum plebeiis atque infimæ sortis peregrinis et advenis versari ac compotare. Quodsi quos forte juvenes tempestivum celebrare convivium senserat, statim cum tibia et symphonia ad comessationem accedebat, adeo ut rei novitate perculsi plerique partim se in fugam darent, partim metu conticescerent. Postremo demta veste regia, toga amictus, perinde ac Romæ a candidatis fieri viderat, salutabat ac prehensabat obvium quemque ex plebe, atque interdum ædilitatem, interdum tribunatum plebis petebat. Magistratum demum populi suffragiis adeptus, Romano more posita eburnea sella jus dicebat, cognoscebatque de forensibus causis ac controversiis civium, eo studio eaque diligentia, ut prudentissimus quisque ambigeret, quidnam sibi vellet. Quidam enim simplicitatem, quidam imprudentiam, nonnulli insaniam id interpretabantur.

XXXIII. Ut in Ætolia, sic etiam in Thessaliæ plerisque urbibus spes novarum tabularum omnia miscuerat, et in seditiones tumultusque conjecerat: quam confusionem a Perseo natam patres arbitrati, legatis ejus significarunt, absolvere se quidem ceteris eum criminibus, de Abrupolide vero Thrace, e regno nuper ejecto, velle omnino, ut factum Perses corrigat.

(2) Harpalo, Persei regis legato, nihil respondente, senatus Eumenem sella curuli donatum omnibusque honoribus impense cultum in Asiam dimisit.

XXXIV. Post insidias Eumeni factas, allata Pergamum fama, Eumenem regem obiisse, Attalus paullo calidius in amplexus reginæ (*Stratonices*) ruit. Verum Eumenes, haud multo post reversus, id dissimulavit, fratremque amice exosculatus, eadem qua ante benevolentia prosecutus est.

LIBRI TRICESIMI RELIQUIÆ.

I. Patres extemplo bellum in Perseum decreverunt, et regis legatis senatum quidem præbuerunt, nullum tamen responsum. Consulibus mandatum, ut in concione hæc palam declararent, ut oratores Persei cunctique Macedones eo

Μακεδόνας ἐκ μὲν Ῥώμης ἀπελθεῖν αὐθημερόν, ἐκ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐν ἡμέραις τριάκοντα.

II. Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς εἰδὼς τοὺς αὐτοῦ προγόνους ἐσχηκότας κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας, ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζέ τε τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀνειμένην τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσασθαι. Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Ἀντίοχος ἐξαπέστειλεν εἰς Ῥώμην πρέσβεις, ἐντειλάμενος μαρτύρασθαι τὴν σύγκλητον ὅτι πολεμεῖν ἀδίκως ἐπιβάλλεται Πτολεμαῖος. Ἐξαπέστειλε δὲ καὶ ὁ προειρημένος τοὺς ἀπολογησομένους καὶ διδάξοντας τὴν σύγκλητον ὅτι παρὰ πάντα τὰ δίκαια κρατεῖ τῆς κοίλης Συρίας Ἀντίοχος ἑαυτοῦ προγονικῆς ὑπαρχούσης. Ἐνετείλατο δὲ τά τε φιλάνθρωπα πρὸς Ῥωμαίους ἀνανεώσασθαι καὶ περὶ τῆς πρὸς Περσέα διαλύσεως πειραθῆναι.

III. (Exc. de Virt. et vit. p. 577,578.) Ὅτι ὁ Κότυς ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς ἦν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνὴρ ἔμπρακτος ἐμφερόμενος καὶ γνώμῃ διαφέρων, ἔν τε τοῖς ἄλλοις σπουδαῖος καὶ φιλίας ἄξιος. Ἦν δὲ καὶ νήπτης καὶ σώφρων καθ' ὑπερβολήν, ἔτι δὲ τὸ μέγιστον, πάντων τῶν τοῖς Θρᾳξὶ παρακολουθούντων κακῶν ἀλλοτριώτατος.

IV. Ὅτι τὸ Χάλεστρον τὸ πολισμάτιον πολιορκήσας ὁ Περσεύς, καὶ πάντας ἀποσφάξας, περὶ πεντακοσίους δὲ συμφυγόντων εἴς τινα τόπον ὀχυρὸν μετὰ τῶν ὅπλων καὶ αἰτησαμένων ἀσφάλειαν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν ἐξουσίαν ἀποθεμένοις τὰ ὅπλα σώζεσθαι. Τῶν δὲ ποιησαμένων τὸ συγχωρηθέν, οἱ Μακεδόνες εἴτ' ἀφ' ἑαυτῶν εἴτε καὶ τοῦ βασιλέως προστάξαντος, ἐπηκολούθησαν τοῖς λαβοῦσι τὴν πίστιν καὶ πάντας ἀπέσφαξαν.

V. Ὅτι κατὰ τὴν Ἤπειρον Χάροψ υἱὸς τοῦ τὴν αὐτὴν ἔχοντος προσηγορίαν κατὰ τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον ἐξαπεσταλκότος Φλαμενίνῳ τὸν ἡγησόμενον τὰς ἀνελπίστους διὰ τῶν ὀρῶν ἀτραπούς δι' ὧν οἱ Ῥωμαῖοι παραδόξως πορευθέντες τῶν στενῶν ἐκράτησαν. Τραφεὶς δὲ ἐν Ῥώμῃ διὰ τὴν τοῦ πάππου πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν πολλοῖς τῶν ἐπισήμων ἐπεξενώθη. Ὢν δὲ τολμηρὸς καὶ πονηρίᾳ διαφέρων, τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν Ἠπειρωτῶν διέβαλλε πρὸς Ῥωμαίους ψευδεῖς ἐπιῤῥίπτων αἰτίας, ὅπως ἅπαντας καταπληξάμενος τοὺς δυναμένους ἀντιπολιτεύεσθαι καθαπερεὶ κύριος ἁπάσης τῆς Ἠπείρου. Διόπερ πρὸς Περσέα ἐξαπέστειλαν εἰς Μακεδονίαν, ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν τὴν Ἤπειρον.

VI. Ὅτι οἱ περὶ τὸν Εὐμένη τὴν τῶν Ἀβδηριτῶν πόλιν πολιορκοῦντες, καὶ τὴν ἐκ τῆς βίας ἅλωσιν ἀπογνόντες, διεπέμψαντο λάθρᾳ πρός τινα Πύθωνα τῇ δόξῃ πρωτεύοντα τῶν Ἀβδηριτῶν καὶ τὸ κυριεῦον μέρος διαφυλάττοντα διὰ δούλων ἰδίων καὶ ἀπελευθέρων διακοσίων. Ψυχαγωγήσαντες οὖν αὐτὸν ἐπαγγελίαις, διὰ τούτου παρεισήχθησαν ἐντὸς τοῦ τείχους καὶ τῆς πόλεως ἐκυρίευσαν. Ὁ δὲ τὴν πόλιν προδοὺς Πύθων μετρίας

ipso die mœnibus urbis Romæ, Italia intra tricesimum diem excederent.

II. Ptolemæus (*Philopator*), rex Ægypti, non ignarus Syriam Cavam in ditione majorum suorum fuisse, ambigere de ea, facto ingenti belli apparatu, cœpit. Sperabat enim, injusto amissam bello, juste iisdem legibus posse recuperari. Quibus cognitis Antiochus legatos Romam misit, qui senatum testarentur, a Ptolemæo iniqui belli initium fieri. Miserat vero etiam Ptolemæus oratores id bellum excusaturos, senatumque docturos, ab Antiocho Cavam Syriam, quæ majorum suorum fuerat, contra omne jus teneri. Mandarat iisdem, amicitiam cum Romanis renovarent, et finem bello quod in Perseum gerebatur imponere conarentur.

III. Cotys, Thracum rex, vir fuit bello strenuus et consilio præstans et in reliquis rebus industrius et amicitia dignus, ac præterea unicæ sobrietatis ac temperantiæ, quodque præcipuum est, ab insitis genti Thracum vitiis omnibus longe alienissimus.

IV. Perseus, expugnato Chalestro oppido, puberes omnes interfecit : quumque circiter quingenti in quendam satis munitum locum armati se recepissent, et salutem sibi concedi peterent, rex eos armis depositis incolumes abire jussit. Qui quum, ut concessum erat, illinc excederent, Macedones, sive suopte motu, sive ex regis mandato, eos assecuti, universos obtruncaverunt.

V. Charops Epirota, nepos Charopis illius, qui Philippi bello servum ad T. Flamininum miserat, qui per ignotos montium calles eum perduceret, quo factum est ut Romani præter spem transgressi, angustias occupaverint : hujus, inquam, nepos Charops Romæ educatus, cum pluribus viris nobilissimis ob avi sui erga populum Romanum merita amicitiam et hospitium contraxit. Quumque natura singularis vir audaciæ malitiæque esset, Epirotarum omnium principes falsis apud populum Romanum calumniis appetebat, ut territis oppressisque omnibus, qui adversari ei in republica poterant, ipse totius Epiri quidam quasi tyrannus esset. Quamobrem Cephalus aliique, calumniis ejus oppressi, cum Perseo societatem inire coacti sunt, pollicitique per internuntios sunt, se Epirum regi traditoros. [*Sic Valesius, qui quæ desunt in græcis addidit ex Polybio* XXVII, 13, 16.]

VI. Eumenes rex quum Abderam oppugnaret, urbemque vi capi posse penitus desperasset, Pythonem quendam, qui magna apud Abderitas auctoritate pollens potiorem urbis partem per servos libertosque suos numero ducentos custodiebat, clam sollicitavit. Eoque variis pollicitationibus delinito, intra portas introductus, urbisque potitus est. At

τυχὼν εὐεργεσίας, πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνων τὴν τῆς πατρίδος κατασκαφήν, ἐν ἀθυμίᾳ καὶ μεταμελείᾳ τὸν καταλειπόμενον ἐβίωσε χρόνον.

VII. (Exc. Vatican. p. 72—74.) Ὅτι διασαφούντων τῶν Ῥωμαίων ὡς Περσέα κατεστρατήγησαν ἄνευ τῶν ὅπλων, ἐπεχείρησάν τινες τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἐπαινεῖν αὐτούς. Οὐ μὴν τοῖς πρεσβυτάτοις ἤρεσκε τὸ γεγενημένον, ἀλλ' ἔλεγον μὴ πρέπειν Ῥωμαίοις μιμεῖσθαι Φοίνικας, ὥςτε δι' ἀπάτης ἀλλ' οὐ δι' ἀρετῆς τῶν πολεμίων περιγίνεσθαι.

(2) Ὅτι Ἀνδρόνικος ὁ τὸν παῖδα Σελεύκου δολοφονήσας καὶ πάλιν αὐτὸς ἀναιρεθεὶς εἰς ἀσεβῆ καὶ δεινὴν πρᾶξιν ἑκουσίως ἐπιδοὺς ἑαυτόν, τῷ παθόντι τῆς ὁμοίας τύχης ἐκοινώνησεν.

(3) Οἱ γὰρ δυνάσται συνήθεις εἰσὶν ἑαυτοὺς ἐκ τῶν κινδύνων ταῖς τῶν φίλων ῥύεσθαι συμφοραῖς.

VIII. Ὅτι προνοητικῶς τοῦ συνεδρίου προνοησαμένου κατὰ πάντα εὐκαίρως τῆς τῶν φιλανθρώπων μεταδόσεως ἐπιλαβομένου. Τοῦ γὰρ Περσέως ἀντοφθαλμοῦντος παραδόξως καὶ τὸν πόλεμον διαφέροντος ἰσόρροπον ἐμετεωρίζοντο πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων, ἡ δὲ σύγκλητος ἀεί τι καινοποιοῦσα τοὺς Ἕλληνας φιλανθρώπως ἀνθεῖλκε καὶ παρ' ἕκαστον ἐπελαμβάνετο τῆς τῶν ὄχλων εὐνοίας. Ἣν τίς ἂν ἡγεμονίας ἀνὴρ πραγματικὸς ὀρεγόμενος οὐκ ἂν ζηλώσειεν, ἢ τίς εὖ φρονῶν συγγραφεὺς παραλείποι τοῦ συνεδρίου τὴν ἐπίνοιαν ἀνεπισήμαντον; Πᾶς γὰρ ἂν εἰκότως διαλάβοι Ῥωμαίους τοῦ πλείστου μέρους τῆς οἰκουμένης κεκρατηκέναι τοιούτοις χρωμένους διαβουλίοις. Τοιγαροῦν περιενεχθῆναι πᾶσι τοῖς καιροῖς ἁρμοζόντως, καὶ τινὰ μὲν περιορᾶν, τινὰ δὲ ἑκουσίως παρακούειν, καὶ τοτὲ μὲν τὴν ἄλογον ὁρμὴν τοῦ θυμοῦ παρακατέχειν, τοτὲ δὲ ἀφέμενον τὸ μέγεθος τῆς ἰδίας δυνάμεως, τοὺς καταδεεστέρους θεραπεύειν, χρήσιμον προκατασκευαζόμενον ἔργον, ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ἀνδρὸς [πάντα] τελείου καὶ συνεδρίου κατὰ πάντα πραγματικοῦ καὶ πόλεως ἀγαθῆς καὶ νοῦν ἐχούσης. Ἃ δὴ τότε Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος ποιοῦσα καθάπερ τινὰς τύπους καὶ ὑποδείγματα καταλέλοιπε τοῖς ἡγεμονίας ἀντεχομένοις καὶ δυναμένοις παραπλάσασθαι πῶς τὰ συμπίπτοντα δεῖ χειρίζειν κατὰ τὰς περιστάσεις.

IX. Ὅτι ὁ Περσεὺς διεπέμπετο πρὸς Γέντιον τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα μέγιστον ὄντα τῶν τότε δυναστῶν περὶ κοινοπραγίας. Τοῦ δὲ φήσαντος ἐθέλειν μὲν πολεμεῖν πρὸς Ῥωμαίους, ἀπορεῖν δὲ χρημάτων, πάλιν διεπέμπετο πρὸς αὐτὸν ἐθελοκωφῶν περὶ τῶν χρημάτων. Τὴν δὲ αὐτὴν λαβὼν ἀπόκρισιν τὸ τρίτον ἀπέστειλε, νοῶν μὲν τὴν τοῦ Γεντίου διάνοιαν, προςποιούμενος δὲ ἔφησε, κατὰ νοῦν γενομένων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, τὰ εὐδοκοῦντα ποιήσειν.

(2) Ὅτι ὁ Περσεὺς οὐδέπω βουλόμενος προέσθαι χρήματα, πάλιν ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς Γέντιον, παρασιωπῶν μὲν περὶ τοῦ δώσειν παραυτίκα χρήματα, μετὰ δὲ τὴν τῶν πραγμάτων συντέλειαν μεγάλας

Pytho, exigua proditionis mercede accepta, quum patriæ excidium ob oculos cerneret, mœrore factique pœnitentia paulatim contabuit.

VII. Romæ quum rumor diditus esset, Perseum stratagemate absque armis fuisse superatum, cœperunt quidam in curia id factum laudare. Ceteroquin id seniores nequaquam probarunt; dixerunt enim indecorum esse Romanis si Pœnos imitarentur, ut fraude potius quam virtute hostes vincerent.

(2) Andronicus, qui Seleuci filium dolo interemit, vicissim ipse interfectus, postquam se impio tetroque facinore ultro irretiverat, parem illi infelici fortunam expertus est.

(3) Solent enim dynastæ per amicorum incommoda semet periculis expedire.

VIII. Senatus provide id quod futurum erat præsentiens, benignitatis rationem tempestive constanterque amplexus est. Nam quum Perseus præter opinionem audacter obluctaretur atque æquo Marte pugnans bellum produceret, multa pars Græciæ animis suspensa erat. Sed enim senatus Græcis nova semper beneficia impertiens, eos in fide retinebat, ac per omnia benevolentiam populorum captabat. Jam hæc consilia quis pragmaticus homo imperiique cupidus non æmuletur, aut quis sanæ mentis historicus sapientiam hanc senatus indictam prætereat? Nam quisque facile intelligere potest, his Romanos utentes consiliis maximam orbis partem in potestatem suam redegisse. Nimirum cunctis temporibus apte inservire, alias res negligere, alias sponte dissimulare; et modo inconsultum animi motum cohibere, modo seposita parumper potestatis suæ magnitudine infirmioribus blandiri; id videlicet opus est utilitati apprime consulens, propriumque viri virtute perfecti ac senatus omnino pragmatici, et egregiæ virtutis atque cordatæ. Romanus ergo senatus hos tunc exhibuit veluti typos atque exemplaria hominibus obtinendi imperia studiosis, et qui discere queant, quomodo pro re nata variisque casibus agendum sit.

IX. Perseus legatione missa rogavit Gentium Illyrii regem, dynastarum ejus temporis maximum, ut secum arma sociaret. Quumque hic diceret, avere se quidem Romanis bellum inferre, sed rei nummariæ penuria premi, rursum Perseus ad eum misit dissimulata pecuniæ mentione. Mox eodem responso accepto, tertio misit, certus quidem de Gentii mente, simulate autem dicens, si res ex animi sui voto evenirent, se facturum ei satis.

(2) Perseus animo ad prodigendos thesauros suos nondum inclinato, denuo legatos ad Gentium misit, silens quidem de largienda statim pecunia, sed tamen post res gestas magna quædam sperare jubens, ita ut ambigere liceat,

ὑποφαίνων ἐλπίδας· ὥςτε διαπορῆσαι τις ἂν πότερον τὴν τοιαύτην διάδυσιν ἀφροσύνην ἢ τελέως μανίαν ἡγήσαιτο τῶν τὰ τοιαῦτα πραττόντων. Ἐπιβάλλονται μὲν γὰρ μεγάλοις καὶ τὴν ἰδίαν παραβάλλονται ψυχήν, παρορῶσι δὲ τὸ μάλιστα ἀναγκαιότατον, καὶ ταῦτα νοοῦντες αὐτοὶ καὶ δυνάμενοι συντελεῖν. Φίλιππος μὲν οὖν Ἀμύντου, πραγματικὸς ἀνὴρ γενόμενος, οὐδέποτε ἐν ταῖς τοιαύταις περιστάσεσιν ἐφείσατο χρημάτων, ἀλλὰ διδοὺς πλείονα τῶν αἰτουμένων, ταχὺ καὶ προδοτῶν πλῆθος ηὕρισκε καὶ συμμάχων. Τοιγαροῦν ἐν τοῖς ἐλαχίστοις τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐγένετο βασιλέων, καὶ δύναμιν κατέλιπε δι' ἧς ὁ διαδεξάμενος Ἀλέξανδρος τὸ πλεῖστον τῆς οἰκουμένης κατεστρέψατο. Περσεὺς δὲ χρημάτων σεσωρευμένων πλῆθος διά τε τὰς πατρικὰς καὶ τὰς ἰδίας ἐκ πολλῶν χρόνων παρασκευάς οὐδενὶ τρόπῳ τούτων ἐθέλησεν ἅψασθαι· τοιγαροῦν ἑαυτὸν συμμάχων ἐποίησεν ἔρημον καὶ τοὺς ἑαυτοῦ κρατήσαντας ὕστερον πλουσιωτέρους ἐποίησεν. Καίτοι γε τοῦτο φανερὸν ἦν πᾶσιν ὡς διὰ χρημάτων βουλόμενος ἐκτείνειν τὰς χεῖρας, πολλοὺς ἂν τῶν τότε βασιλέων καὶ δήμων ἔπεισε συμμαχεῖν· ἀλλὰ καλῶς ποιῶν οὐκ ἔπραττε ταῦτα δι' ὧν ἢ κρατηθεὶς ἂν ἐποίησε πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων τῆς αὐτῆς ἀτυχίας μετασχεῖν ἢ καὶ κρατήσας τῶν ὅλων ἐξουσίαν ὑπερήφανον καὶ βάρος δυςυπόστατον περιεποιήσατο.

num hujusmodi tergiversatio stultitia appellanda sit, an prorsus dementes dicas eos, qui tale quid faciunt. Magnas enim res aggrediuntur atque de salute sua periclitantur, prætermittunt autem quæ maxime sunt necessaria, et quidem sciente animo et opibus ad rem conficiendam integris. Philippus certe, Amyntæ filius, politica scientia clarus, haudquaquam in hujusmodi casibus pecuniæ parcebat, immo plura petitis tribuens ingentem statim proditorum numerum et sociorum nactus est. Quare qui in minimis Europæ regibus antea censebatur, satis magnam moriens potestatem reliquit, qua Alexander successor totum fere orbem terrarum subigeret. At Perseus quum pecuniæ vim plurimam et a se et a parente multo ante congestam prorsus non vellet attingere, et se auxiliaribus copiis privavit, et victores deinde suos ditiores effecit. Atqui exploratum est, si opes suas elargiri voluisset, complures eum reges ac populos ad belli societatem fuisse pellecturum. Sed enim bene factum est quod Perseus consilium ejusmodi non sit secutus, cujus gratia vel victus Græcos ceteros eadem secum calamitate obruisset, vel si forte victor evasisset, dominum se superbum intolerandumque gessisset.

X. (Exc. de Virt. et vit. p. 578, 579.) Ὅτι ὁ Περσεὺς κάλλιστον εἰληφὼς παρὰ τῆς τύχης καιρὸν εἰς τὸ διαφθεῖραι τὴν δύναμιν ἄρδην τῶν Ῥωμαίων, διέτριβε περὶ Δῖον τῆς Μακεδονίας, ἀπέχων μὲν οὐ πολὺ τῶν τόπων, ῥαθυμῶν δὲ περὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων. Κραυγῆς γὰρ μόνον ἦν χρεία καὶ σάλπιγγος εἰς τὸ τὴν στρατιὰν τῶν πολεμίων λαβεῖν αἰχμάλωτον, περιεκλεισμένην ἐν κρημνοῖς καὶ φάραγξι δυςεξιτήτοις. Διόπερ ἐκείνου περὶ τούτων ἠμεληκότος, καὶ οἱ τὴν παρεμβολὴν ἔχοντες ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας Μακεδόνες περὶ τὰς φυλακὰς καὶ τὰς ἐκκοιτίας ἐρρᾳθύμουν.

X. Quum a fortuna Perseo oblata esset præclara opportunitas totius exercitus Romani ad internecionem delendi, Perseus circa Dium Macedoniæ interim morabatur haud procul ab iis locis, in ipsis summæ rerum momentis solutus ac negligens : quippe solo clamore ac tubæ sonitu opus erat ad capiendas hostium copias, quæ in locis præruptis ac confragosis conclusæ tunc tenebantur. Quocirca quum rex ejusmodi negligentia uteretur, Macedones quoque, quorum præsidium in ipsis montium verticibus collocaverat, simili desidia stationes ac vigilias obibant.

(Exc. Vatican. p. 74, 75.) (2) Ὅτι τοῦ Περσέως ἐν Δίῳ περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν γενομένου, τῶν σωματοφυλάκων τις εἰςδραμὼν εἰς τὸν λουτρῶνα τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων ἐδήλωσεν. Ὁ δ' ἐπὶ τοσοῦτον ἐπτοήθη τὴν ψυχήν, ὥςτε ἐξαλλόμενος ἐκ τῆς πυρίας καὶ παίσας τὸν μηρὸν ἐμπαθῶς, Οὐδὲ παραταξαμένους ἡμᾶς, εἶπεν, ὦ θεοί, παραδίδοτε τοῖς πολεμίοις ἀγεννῶς.

(2) Dum Perseus in urbe Dio curando corpori operam dat, repente in balneum e custodibus unus irrumpens hostes adesse nuntiavit. Rex autem tantopere animo consternatus est, ut ex solio balneari præ dolore exsiliens ac femur cum gemitu feriens, O dii, diceret, siccine nos sine prœlio et cum ignominia hostibus traditis?

XI. (Exc. de Virt. et vit. p. 579.) Ὅτι τελέως ὁ Περσεὺς νομίσας ἐπταικέναι τοῖς ὅλοις, κατὰ πᾶν συντριβεὶς τῇ ψυχῇ Νίκωνα μὲν τὸν θησαυροφύλακα ἐξέπεμψε, συντάξας τὴν ἐν τῷ Φάκῳ γάζαν καὶ τὰ χρήματα καταποντίσαι, Ἀνδρόνικον δὲ τὸν σωματοφύλακα εἰς Θεσσαλονίκην, συντάξας ἐμπρῆσαι τὰ νεώρια τὴν ταχίστην. Ὃς γενηθεὶς τούτου φρονιμώτερος ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, οὐ μὴν ἐποίησε τὸ προςταχθέν, νομίζων φίλιον τοῖς ὅλοις κρατεῖν Ῥωμαίοις.

XI. Perseus, profligatas res suas ratus animoque penitus fractus, Niconem (Niciam *Livius et Appian.*) thesaurorum custodiæ præfectum misit qui gazam ac pecuniam, quæ Phaci erat, in mare dejiceret : Andronicum deinde satellitem Thessalonicam missum, navalia confestim cremare jussit. Sed hic, prudentiori consilio usus, exsequi id distulit, sperans gratum fore Romanis, si *classe* potirentur.

(2) Ὅτι ὁ αὐτὸς τοὺς χρυσοῦς ἀνδριάντας ἀνασπά-

(2) Ipse interim Perseus, ab Dio aureis statuis revulsis,

τας ἐκ Δίου, πάντας τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ἀναλαβὼν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἀνεχώρησεν εἰς Πύδναν. Οὗ μεῖζον ἁμάρτημα τῷ Περσεῖ πεπραγμένον οὐκ ἄν τις εὕροι.

XII. (Exc. Vatican. p. 75.) Ὅτι Ῥωμαῖοι τοὺς νενικηκότας ἐτρέψαντο· ἐνίοτε γὰρ τὰ παραστήματα τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ τελέως ἀπηλπισμένα πρὸς ἀπεγνωσμένην ἄγει συντέλειαν.

XIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 579.) Ὅτι οἱ Κυδωνιᾶται ἐπετελέσαντο πρᾶξιν ἔκνομον καὶ τελέως ἀλλοτριωτάτην τῶν Ἑλληνικῶν νομίμων. Ἐν εἰρήνῃ γὰρ ὡς φίλοι πιστευόμενοι καταλαβόντες τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀνεῖλον, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας διανειμάμενοι κατεῖχον τὴν πόλιν.

XIV. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος ἐλασσωθέντας τοὺς Αἰγυπτίους ἀποκτεῖναι, παριππεύων ἐβόα μὴ κτείνειν αὐτούς, ἀλλὰ ζῶντας συλλαμβάνειν. Ταχὺ δὲ τοὺς καρποὺς ταύτης τῆς ἀγχινοίας ἐκομίσατο, καὶ περὶ τὴν τοῦ Πηλουσίου κατάληψιν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν κατάκτησιν τῆς Αἰγύπτου ταύτης τῆς φιλανθρωπίας μέγιστα συμβαλομένης.

XV. (Exc. Vatican. p. 75, 76.) Ὅτι οἱ ἐπίτροποι Πτολεμαίου τοῦ μείρακος Εὐλαῖος ὁ εὐνοῦχος καὶ Λήναιος ὁ Σύρος πάντα πόρον καὶ μηχανὴν ἐπενόουν καὶ ἄργυρον καὶ χρυσὸν καὶ τὴν ἄλλην γάζαν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐσώρευον, ὥςτε οὐκ ἄν τις θαυμάσειεν εἰ διὰ τοιούτων ἀνθρώπων ἐν οὕτω βραχεῖ καιρῷ τηλικαῦται τὸ μέγεθος θεωρίαι κατεσκευάσθησαν, καὶ πῶς ὁ μὲν εὐνοῦχος [ὃς] καὶ προσφάτως τὸν κτένα καὶ τοὺς ἀλαβάστρους ἀποτεθειμένος τῶν τῆς Ἀφροδίτης ἔργων τοὺς Ἄρεος ἀγῶνας ἐδέξατο, ὁ δὲ Κοιλοσυρίτης γεγονὼς δοῦλος καὶ μόνον οὐ μετὰ χεῖρας ἔχων ἔτι τὸ λογιστήριον, ἐτόλμησε τὸν περὶ Συρίας πόλεμον ἀναλαβεῖν, Ἀντιόχου καὶ δυνάμεσι καὶ ταῖς ἄλλαις χορηγίαις οὐδενὸς ἧττον ἰσχύσαντος· τὸ δὲ μέγιστον, ὄντες ἄπειροι τελείως τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων καὶ μηδένα μήτε σύμβουλον ἔχοντες ἀξιόχρεον μήθ' ἡγεμόνα δυνατόν, ἐπεβάλοντο τηλικούτοις ἔργοις. Τοιγαροῦν αὐτοί τε τῆς ἀφροσύνης ταχέως τὴν προσήκουσαν ἐκομίσαντο τιμωρίαν καὶ τὴν βασιλείαν ἀνέτρεψαν ἄρδην τὸ καθ' αὐτοὺς μέρος. Τὰ γὰρ τοιαῦτα παρασημαινόμεθα πρὸς τὸ τὰς αἰτίας ἀκριβῶς θεωρεῖσθαι τῶν ἐλαττωμάτων καὶ κατορθωμάτων, καὶ τοῖς μὲν καλῶς προστατοῦσι τῶν πραγμάτων ἔπαινον ἀπομερίζοντες, τῶν δὲ φαύλως διοικούντων κατηγοροῦντες. Ἅμα μὲν γὰρ τὰς ἐφ' ἑκάτερα προαιρέσεις τῶν ἀνδρῶν ἐμφανεῖς κατασκευάζομεν καὶ τὸν οἰκεῖον λόγον ἑκατέροις ἀπονέμοντες προτρεπόμεθα τὰς τῶν ἀναγινωσκόντων ψυχὰς πρὸς τὸν τῶν καλῶν ζῆλον, ἅμα δὲ τὴν ἱστορίαν ἔγκαρπον καὶ πᾶσι χρησίμην ἐφ' ὅσον ἡμῖν δυνατὸν κατασκευάζομεν διὰ τὸ τὰς ψιλῶς ἐχούσας ναυμαχίας καὶ παρατάξεις, ἔτι δὲ νομοθεσίας, μηδὲν διαφέρειν μύθων.

XVI. Ὅτι τὰ πλήθη συναγαγόντες εἰς ἐκκλησίαν οἱ τοῦ Πτολεμαίου* καὶ σύντομον τέλος ἐπιθήσειν τῷ

incolas cum omnibus familiis Pydnam demigrare secum jussit : quo quidem nihil imprudentius eo bello gestum a Perseo esse jure quis affirmaverit

XII. Romani victores suos profligaverunt; aliquando enim virorum audacia res omnino conclamatas ad insperatum exitum perducit.

XIII. Cydoniatæ facinus impium, et a Græcorum institutis longe alienum admiserunt : pacis enim tempore tanquam amici ab Apolloniatis excepti urbem occuparunt, ac puberes omnes interfecerunt, divisisque inter se eorum uxoribus ac pueris, urbem tenebant.

XIV. Antiochus (*Epiphanes*) rex, fusis fugatisque Ægyptiis, quum ad internecionem delere omnes posset, equo circumvectus occidi eos vetuit, sed vivos comprehendi jussit. Cujus consilii brevi maximum fructum retulit. Namque ob hanc maxime humanitatem et Pelusio et paullo post universa Ægypto est potitus.

XV. Ptolemæi pueri tutores Eulæus eunuchus ac Lenæus, Syrus, in eo studium omne cogitationemque ponebant, ut argenti aurique vim ceteramque gazam in regio ærario congererent; ita ut nemini mirandum sit, si per hujusmodi homines tam brevi tempore tanta rerum spectacula comparata fuerint; si quidem eunuchus, pectine et pyxidibus nuper dimissis res Veneris cum Martis certaminibus commutaverat; alter autem e Cœlesyria servus, ac tantum non rationarium præ manibus adhuc habens, ausus erat pro Syriæ regno bellum suscipere adversus Antiochum exercitibus ceteroque apparatu nemini inferiorem : quodque pluris est, quum ipsi omni usu bellicarum rerum carerent, nullum consiliis idoneum virum, nullum ducem fortem haberent; nihilominus tantæ molis negotium ultro susceperunt. Quare et ipsi meritas stultitiæ suæ mox pœnas dederunt, et regnum, quantum in ipsis fuit, funditus everterunt. Hæc nos idcirco adnotamus, ut causæ rerum seu male seu bene gestarum accurate spectentur, atque ut eos quidem qui negotia recte gerunt laude mactemus, qui secus, vituperatione prosequamur. Sic enim hominum in utramque partem operibus patefactis, et de utrisque pro merito disserentes, legentium animos ad honesti studium impellimus, simulque historiam fructuosam cunctisque utilem pro virili parte exhibemus; nam pugnæ quidem seu navales seu campestres, politicæ etiam constitutiones, si per se solæ spectentur, a fabulis nihil differunt.

XVI. Ptolemæi *tutores*, populo ad concionem vocato, bello finem se quantocius impositures nuntiarunt. Neque

πολέμῳ κατεπαγγειλάμενοι τοῦτό γε οὐ διεψεύσαντο, ταχὺ καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὸ τέλος τοῦ βίου περιποιήσαντες. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ διὰ τὴν ἀπειρίαν εὐέλπιδες ἦσαν τοῦ μὴ μόνον Συρίας κρατήσειν, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλείας Ἀντιόχου πάσης, ὥςτε τῶν συναχθέντων ἐκόμιζον τὰ πλεῖστα καὶ τῶν ἐκ χυλικείου χρυσωμάτων· ἀπεσκευάσαντο δὲ καὶ τῶν βασιλείων κλίνας τὰς πλείστας μὲν ἀργυρόποδας, ὀλίγας δὲ καὶ χρυσόποδας, πρὸς δὲ τούτοις ἱματίων καὶ κόσμου γυναικείου καὶ τῶν πολυτελεστάτων λίθων πλῆθος· ταῦτα δὲ ἔφασαν κομίζειν εἰς τοὺς προχείρως τούτοις ἢ πόλεις ἢ φρούρια παραδώσοντας. Τὰ δὲ οὐχ οὕτως εἶχεν, ἀλλ' ἔφερον ἕτοιμα χορηγεῖα πρὸς τὸν κατ' αὐτῶν ὄλεθρον.

in hoc se vel alios fefellerunt, cito etiam sibi ipsis finem vitæ facturi. Interim ob suam imperitiam tanta spe se non Syriæ modo, sed etiam universo Antiochi regno potituros esse tenebantur, ut opum, quas contraxerant, vim plurimam secum in expeditionem ferrent, nec non ex regio lare vasa aurea, et palatii lectos plurimos argenteis, aliquot etiam aureis fulcris ornatos, prætereaque magnam vestimentorum et mundi muliebris et lapidum pretiosorum copiam; atque hæc aiebant se ferre ad eos, qui prompte urbes aut castella sibi dedituri essent. Res tamen aliter se habuit; namque has opes ad interitum potius ipsorum maturandum secum detulerunt.

XVII. (Exc. de Virt. et vit. p. 579, 580.) Ἡμεῖς δὲ τοῦ Πτολεμαίου τὴν οὕτως ἀγεννῆ φύσιν οὐκ ἂν προηγουμένως ἀνεπισήμαντον ἐάσαιμεν. Τὸ γὰρ ἐκτὸς γενόμενον τῶν δεινῶν καὶ τοσοῦτον ἀφεστηκότα τῶν πολεμίων αὐτόθεν καθάπερ ἀκονιτὶ παραχωρῆσαι βασιλείας μεγίστης καὶ μακαριωτάτης πῶς οὐκ ἄν τις ἡγήσαιτο ψυχῆς τελείως ἐκτεθηλυμένης εἶναι; ἣν εἰ μὲν συνέβαινε φυσικῶς ὑπάρχειν Πτολεμαίῳ τοιαύτην, ἴσως ἄν τις ἐκείνην καταμέμψαιτο· ὅτε δὲ διὰ τῶν ὕστερον πράξεων ἡ φύσις ἱκανῶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήθη, δείξασα τὸν βασιλέα καὶ στάσιμον ὄντα καὶ δραστικὸν οὐδενὸς ἧττον, ἀναγκαῖόν ἐστι τὰς αἰτίας ἀνατιθέναι τῆς τότε δειλίας καὶ ἀγεννείας εἰς τὸν σπάδωνα καὶ τὴν ἐκείνου συντροφίαν, ὃς ἐκ παιδὸς τὸ μειράκιον ἐν τρυφῇ καὶ γυναικείοις ἐπιτηδεύμασι συνέχων, διέφθειρεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν.

XVII. Hanc vero Ptolemæi (*Philopatoris*) ignaviam silentio præterire pro instituto nostro non possumus. Ipsum enim adeo ab periculo remotum, tantisque spatiis ab hoste divisum, nihil ominus regno maximo atque opulentissimo sine certamine cessisse, quis non animi penitus effeminati id fuisse fateatur? Quæ quidem mollities si natura Ptolemæo insita fuisset, esset forte ipse accusatione dignus. Quum vero ex iis rebus, quas postea gessit, satis superque apparuerit, eum regem constantia atque industria in agendo nemini inferiorem fuisse, hujus ignaviæ causam spadonis (*Eulæi*) usui familiari tribuamus necesse est, qui Ptolemæum in deliciis ac muliebribus institutis a puero quum habuisset, vim mentis ejus enervavit.

XVIII. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος ἀνὴρ ἐφάνη πραγματικὸς καὶ τοῦ προσχήματος τῆς βασιλείας ἄξιος πλὴν τοῦ κατὰ τὸ Πηλούσιον στρατηγήματος.

XVIII. Antiochus rex in agendo industrius gnavusque omnibus visus est, ac si ea excipias, quæ ad Pelusium gessit, nomine regio minime indignus.

(Exc. Vatican. p. 76, 77.) (2) Ὅτι ὁ Ἀντίοχος διὰ στρατηγήματος ἀμφιδοξουμένου ἐκυρίευσε τοῦ Πηλουσίου. Πᾶς γὰρ πόλεμος ἐκβεβηκὼς τὰ νόμιμα καὶ δίκαια τῶν ἀνθρώπων, ὅμως ἔχει τινὰς ἰδίους καθαπερεὶ νόμους, οἷον ἀνοχὰς μὴ λύειν, κήρυκα μὴ ἀναιρεῖν, τὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ κατισχύοντος πίστιν * τιμωρεῖσθαι. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια * προσηκόντως ἄν τις ἀποφήναιτο τὸν Ἀντίοχον καθάπερ τοὺς ἀπὸ τῶν δικαστηρίων συκοφάντας τὸ μὲν ῥητὸν τοῦ νόμου τετηρηκέναι μετὰ τὰς ἀνοχὰς τὴν κατάληψιν πεποιημένον, τὸ μέντοι γε δίκαιον καὶ καλόν, δι' ὧν ὁ πάντων συνέχεται βίος, μὴ τετηρηκέναι. Διὰ γὰρ τὴν συγγένειαν ὀφείλων φείδεσθαι τοῦ μειρακίου, καθάπερ αὐτὸς ἔφησε, τοὐναντίον ἐξαπατήσας ἐπεβάλετο τοῖς ὅλοις σφῆλαι τὸν πεπιστευκότα.

(2) Antiochus strategemate ambiguo Pelusio potitus est. Namque omne bellum, etsi fit extra jus hominumque æquitatem, suas tamen habet quasdam quodammodo leges; veluti ne induciæ violentur, ne præco interficiatur, ne in corpus ejus qui se in fidem victoris *contulit* animadvertatur. Hæc et similia eorum considerans merito aliquis pronuntiaverit Antiochum, veluti sycophantas in judiciis, jus quidem strictum in eo servavisse, quod urbem nonnisi induciis transactis cepit, verumtamen a justitia atque honestate, in quibus omnium vita nititur, descivisse. Quum enim puero propter affinitatem parcere deberet, ut ipse promiserat, e contrario nisus est fidentem regno universo fraudulenter exuere.

XIX. (Exc. de Virt. et vit. p. 580.) Ὅτι ὁ Περσεὺς πυθόμενος ἐπιλέκτους Γαλάτας πεπεραχέναι τὸν Ἴστρον ἐπὶ συμμαχίᾳ, περιχαρὴς γενόμενος ἀπέστειλεν εἰς τὴν Μαιδικήν, προτρεπόμενος ἥκειν τὴν ταχίστην. Ὁ δὲ τῶν Γαλατῶν ἡγούμενος συμφωνήσας μισθὸν ᾔτει ταχτόν, τοῦ σύμπαντος χρήματος εἰς πενταχόσια τάλαντα γινομένου. Τοῦ δὲ Περσέως ὁμολο-

XIX. Perseus, lectissimam Gallorum manum Istro trajecto suppetias sibi venisse quum accepisset, gaudio exsultans legatos in Mædicam misit, qui accelerare eos juberent. Sed Gallorum dux stipendium præsens, prout pactus erat, numerari postulabat, ad quingentà circiter talenta. Quæ

γήσαντος μὲν δώσειν, οὐ ποιοῦντος δὲ τὸ συμφωνηθὲν διὰ φιλαργυρίαν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν πάλιν οἱ Γαλάται.

XX. Ὅτι Αἰμίλιος ὁ Ῥωμαῖος παραλαβὼν τὰς δυνάμεις καὶ συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν, προετρέψατο τῶν στρατιωτῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ θαῤῥεῖν. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος περὶ ἑξήκοντα ἔτη καὶ διὰ τὰς προκατεργασθείσας πράξεις μέγιστον ἔχων τότε Ῥωμαίων ἀξίωμα. Πολλὰ δὲ καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπενοήσατο ξένα καὶ τοῖς ἄλλοις δυςεξεύρετα, καὶ διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ τόλμης κατεπολέμησε τοὺς Μακεδόνας.

XXI. Ὅτι ὁ Περσεὺς βουλόμενος κατὰ τὴν φυγὴν προτρέψασθαι πλείους αὐτῷ συνεκπλεῦσαι, τῶν χρημάτων εἰς ἑξήκοντα τάλαντα προθεὶς ἔδωκε τοῖς βουλομένοις διαρπάσαι. Ἐκπλεύσας δὲ καὶ κατενεχθεὶς εἰς Γαληψόν, ἔφησε πρὸς τοὺς διαρπάσαντας τὰ χρήματα ζητεῖν τὰ διὰ τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταλειφθέντων κατασκευασθέντα. Ἐπαγγειλάμενος οὖν ἀντιστήσειν τοῖς ἀποδοῦσι τιμήν, ἠξίου ταχέως ἀνενεγκεῖν ταῦτα· πάντων δὲ προθύμως ποιησάντων, ἀπολαβὼν τὰ διαρπασθέντα τοὺς δόντας ἀπεστέρησε τῆς ἐπαγγελίας.

(Exc. Vatican. p. 77.) (2) Ὅτι ὁ Περσεὺς τὰ δοθέντα πρὸς διαρπαγὴν χρήματα ἀναλαβόμενος, τῆς ἐπαγγελίας ἀπεστέρησε τοὺς δόντας, μέγιστον παρασχόμενος σημεῖον ὡς ἡ φιλαργυρία τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ τὸ φρονεῖν ἀφαιρεῖται. Τὸ γὰρ μηδ' ἐν ἀπεγνωσμέναις ἐλπίσι παύεσθαι τοῦ λυσιτελοῦς καὶ τῆς πρὸς τὸ κέρδος ἐπιθυμίας, πῶς οὐκ ἄν τις ἡγήσαιτο τῶν φρενῶν τελέως ἐξεστηκέναι τοὺς ταῦτα πράττοντας, ὥς μὴ θαυμάζειν πῶς κατεπολεμήθησαν οἱ Μακεδόνες ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀλλ' ὅπως τετραετῆ χρόνον ἀντέσχον τοιοῦτον ἔχοντες ἡγεμόνα.

(Exc. de Virt. et vit. p. 580.) (3) Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος οὐχ ὁμοίαν ἔσχε τῷ Περσεῖ τῆς ψυχῆς διάθεσιν, ἀλλ' ὁ μὲν διὰ τὴν μεγαλοψυχίαν ἁρμόζουσαν ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς ἐκτήσατο βασιλείαν, ὁ δὲ διὰ τὴν σμικρολογίαν τούς τε Κελτοὺς ἀποτριψάμενος καὶ τἄλλα τούτοις ἀκόλουθα πράξας, κατέλυσε πολυχρόνιον καὶ μεγάλην βασιλείαν.

(Exc. Vatican. p. 77.) (4) Ὅτι Δαρείου μετὰ τὴν πρώτην μάχην ἐκχωροῦντος τοῦ μέρους τῆς βασιλείας καὶ τετρακισμύρια τάλαντα καὶ τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον διδόντος, ἀπεκρίθη μήτε τὸν κόσμον ὑπὸ δυεῖν ἡλίων δύνασθαι διοικεῖσθαι μήτε τὴν οἰκουμένην ὑπὸ δυεῖν δεσποτῶν.

XXII. (Exc. de Virt. et vit. p. 580, 581.) Ὅτι ὁ Αἰμίλιος μετὰ τὴν φυγὴν Περσέως ἐπεζήτει τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν Πόπλιον Ἀφρικανόν, ὃς ἦν Αἰμιλίου κατὰ φύσιν υἱός, Σκιπίωνος δὲ τοῦ καταπολεμήσαντος Ἀννίβαν κατὰ θέσιν υἱιδοῦς, κομιδῇ νέος, ὡς ἂν περὶ τὸ ἑπτακαιδέκατον γεγονὼς ἔτος· ὃς ἐκ νέου τηλικούτοις ἀγῶσι συμπαρὼν καὶ τριβὴν λαμβάνων τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, οὐχ ἧττων ἐγένετο τοῦ πάππου. Οὐ μὴν ἀλλὰ τούτου εὑρεθέντος * εἰς τὴν παρεμβολήν,

quum a Perseo promissa ob insitam ei avaritiam minime solverentur, Galli retro in patriam abierunt.

XX. Paulus Æmilius quum legiones accepisset, convocata concione animos addidit militibus : quippe hic vir et ætate, quippe jam sexaginta annos natus, et rerum gestarum amplitudine maximam auctoritatem inter Romanos adeptus erat. Multa quoque eo bello nova neque inventu facilia ipse excogitavit, suoque consilio ac constantia Macedonas debellavit.

XXI. Perseus, quum plures fugæ ac navigationis comites allicere vellet, sexaginta talenta in medio diripienda proposuit. Galepsum deinde post navigationem appulsus, ex iis, quæ diripienda objecisset, se quærere dixit vasa ex præda Alexandri Magni parata, pollicitusque repensurum se ea pari pecunia, ut sibi quamprimum redderentur, petiit. Quod quum ab omnibus libentissime præstitum esset, promisso pretio eos qui dederant fraudavit.

(2) Perseus opibus, quas militari direptioni permiserat, receptis, ac deinde contra depositi fidem retentis, apprime demonstravit, avaritiam homines præter cetera mala mente quoque dejicere. Namque eum, qui ne in summa quidem vitæ desperatione lucri aut utilitatum suarum cupiditatem abjicit, quis non omni mente captum existimet? Quare non tam mirum est Macedonas a Romanis esse debellatos, quam eos quadriennio sub tali duce restitisse.

(3) Longe dissimili ac Perseus animo Alexander fuit. Hic enim egregia quadam animi magnitudine præditus, par indoli suæ regnum sibi comparavit : ille vero, præ sordida parsimonia spretis Gallorum auxiliis, ceterisque rebus perinde administratis, opulentum ac diuturnum imperium exstinxit.

(4) Dario, qui post prœlium primum regni sui parte cedebat et quadraginta talentorum millia filiamque nuptui offerebat, respondit (Alexander) neque mundum gemino sole neque terram duobus dominis uti posse.

XXII. Post Persei fugam Paulus Æmilius minorem filium requirere cœpit P. Scipionem Africanum, qui quum Æmilii filius natura esset, Scipionis, qui Hannibalem vicerat, adoptione erat nepos. Is tum admodum adolescens, quippe septemdecim annos natus, in contubernio ac disciplina patris militans adeo difficili ac periculoso bello, postmodum haud inferior dux avo evasit. Quo demum invento *ac sospite reducto* in castra, cura et anxietate

ἀπελύθη τῆς ἀγωνίας ὁ ὕπατος, ἔχων οὐ πατρὸς πρὸς υἱὸν ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμανῆ τινα διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον.

XXIII. (Exc. Vatican. p. 78.) Ὅτι ὁ ὕπατος Αἰμίλιος τὸν Περσέα λαβόμενος τῆς χειρός, εἰς τὸ περὶ αὐτὸν συνέδριον ἐκάθισεν, ἁρμόζουσι λόγοις τοῦτον παραμυθησάμενος. Τοὺς δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ παρεκάλει, καὶ μάλιστα τούτων τοὺς νέους, βλέποντας εἰς τὰ παρόντα καὶ θέντας ὑπὸ τὴν ὅρασιν τὴν Περσέως τύχην, μήτε μεγαλύνεσθαι ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι παρὰ τὸ καθῆκον μήτε βουλεύεσθαι μηδὲν ὑπερήφανον περὶ μηδενὸς καθόλου, μηδὲ πιστεύειν μηδέποτε ταῖς εὐτυχίαις, ἀλλ' ἐάν τις μάλιστα ἐπιτυγχάνῃ κατὰ τὸν ἴδιον βίον ἢ τὰς κοινὰς πράξεις, τότε μάλιστα τῆς ἐναντίας τύχης ἔννοιαν λαμβάνειν καὶ διὰ μνήμης ἔχειν ἑαυτὸν ἄνθρωπον ὄντα. Διαφέρειν γὰρ ἀπεφήνατο τοὺς ἀνοήτους τῶν νοῦν ἐχόντων τῷ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις, τοὺς δὲ ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διδάσκεσθαι. Ὅτι πολλὰ καὶ ἄλλα πρὸς τὴν τοιαύτην προαίρεσιν διαλεχθείς, οὕτως ἐποίησε συμπαθεῖς τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ ταπεινοὺς τοῖς φρονήμασιν, ὥςτε δοκεῖν αὐτοὺς ἡττῆσθαι καὶ μὴ νενικηκέναι.

(Exc. de Virt. et vit. p. 581.) (2) Ὅτι ὁ Αἰμίλιος φιλανθρώπως προςενεχθεὶς τῷ Περσεῖ, καὶ πρὸς τὰ σύνδειπνα παραλαβὼν καὶ τοῦ συνεδρίου μεταδιδούς, πᾶσιν ἐνεδείξατο πρὸς μὲν τοὺς ὑφισταμένους ὄντα βαρὺν ἑαυτόν, πρὸς δὲ τοὺς κρατηθέντας ἐπιεικῆ. Τὴν παραπλησίαν δὲ διάθεσιν καὶ τῶν ἄλλων ζηλούντων, τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν οὐκ ἐπίφθονον εἶχεν ἡ Ῥώμη, τοιούτοις χρωμένη τῶν ὅλων προστάταις.

XXIII. (Exc. Vatican. p. 79.) Ὅτι οἱ τῶν Ῥοδίων πρέσβεις ἐπὶ τὰς διαλύσεις ἐλθεῖν ὡμολόγουν· τὸν γὰρ πόλεμον πᾶσιν ὄντα βλαβερὸν ἀπεφήναντο.

consul liberatus est. Non enim paterna tantum benevolentia, sed prolixo ac fervido quodam amore adolescentem complectebatur.

XXIII. Consul Æmilius Perseum manu tenens, sedere eum in consessu qui circa se erat jussit, verbis simul idoneis eum consolans. Præsentes autem in concione, præcipue adolescentes, hortabatur ut præsentem Persei fortunam ipsorum oculis subjectam considerantes neque plus æquo gloriarentur in prosperis, neque omnino ulla in re superbe se gererent, neque umquam fiderent felicitati; sed quum quis maxime vel in privata vita vel in publica voti compos fieret, tum apprime adversam fortunam cogitare jubebat, seque hominem natum recordari. In hoc enim differre declaravit a sapientibus insipientes, quod hi ex proprio, illi ex alieno infortunio erudirentur. Atque aliis multis in hanc sententiam dictis, tantam misericordiam in consessu commovit, tantamque animorum demissionem fecit, ut ipsi non tam vicisse quam victi esse viderentur.

(2) Æmilius, perhumane excepto Perseo, eoque et ad convivium et ad consessum in consiliis vocato, palam declaravit, se quidem adversus armatum in acie hostem gravem ac metuendum, in victos autem placidum mitemque esse: cujusmodi institutum quum reliqui etiam sectarentur, imperium orbis terrarum citra invidiam penes populum Romanum fuit, quamdiu ejusmodi imperatoribus est usus.

XXIII. Rhodiorum legati se ad pacem componendam venisse profitebantur; bellum enim cunctis noxium esse dicebant.

ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LIBRI TRICESIMI PRIMI RELIQUIÆ.

I. (Exc. Vatican. p. 79, 80 b.) Ὅτι ὁ Ἀντίοχος τὴν ἀρχὴν ἐσεμνύνετο λέγων οὐ τῆς κατ' Αἴγυπτον βασιλείας ἑαυτὸν ἐπιθυμοῦντα παρεσκευάσθαι μεγάλας δυνάμεις εἰς τὸν πόλεμον, ἀλλὰ τῷ πρεσβυτέρῳ Πτολεμαίῳ βούλεσθαι συγκατασκευάσαι τὴν πατρῴαν ἀρχήν. Οὐ μὴν τό γε ἀληθὲς οὕτως εἶχεν, ἀλλὰ διαγωνοθετῶν τὰ μειράκια διελάμβανε μεγάλης χάριτος ἀφορμὴν παρέχων ἀκονιτὶ κυριεύσειν τῆς Αἰγύπτου. Τῆς γὰρ τύχης αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν ἐξελεγχούσης καὶ τὴν πρόφασιν ἀφαιρούσης, φανερὸς ἐγένετο τῶν πολλῶν βασιλέων οἱ τοῦ λυσιτελοῦς οὐδὲν τῶν καλῶν προὐργιαίτερον τίθενται.

II. Ὅτι ἀπαντήσασι τὸν Ἀντίοχον τοῖς Ῥωμαίοις, κἀκείνου μακρόθεν ἅμα τῇ φωνῇ ἀσπαζομένου καὶ τὴν δεξιὰν ἐκτείνοντος, ὁ μὲν Ποπίλλιος πρόχειρον ἔχων τὸ βιβλίον ἐν ᾧ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα κατεχεχώριστο,

I. Principio Antiochus jactabat, haud se cupidum regni Ægyptii grandem belli apparatum instruxisse, sed majori Ptolemæo velle se patriam dignitatem confirmare. Res tamen aliter se habebat: nam dum ipse adolescentes inter se in prœlium committeret, præclaram occasionem nanciscebatur Ægyptum citra laborem occupandi. Profecto quum ejus consilia fortuna palam faceret, illumque obtentum abstulisset, satis patuit Antiochum unum esse de multis regibus, qui nullam honestatem utilitate potiorem esse judicant.

II. Antiochus Romanos sibi occurrentes voce procul dextraque simul protensa salutabat. Popillius autem manu tenens libellum, in quo senatus consultum continebatur, co-

προέτεινε καὶ αὐτὸν ἐκέλευσεν ἀναγνῶναι τὸν Ἀντίοχον· τοῦτο δὲ ἔδοξε ποιεῖν ὅπως μὴ πρότερον ὡς φίλον δεξιώσηται πρὶν ἢ διὰ τῆς προαιρέσεως γνωσθῇ πότερον πολέμιός ἐστιν ἢ φίλος. Ἐπεὶ δὲ ἀναγνοὺς ὁ βασιλεὺς ἔλεξε παρὰ τῶν φίλων γνώμην λαβεῖν περὶ τούτων, ἀκούσας ὁ Ποπίλλιος ἐποίησε πρᾶγμα βαρὺ δοκοῦν εἶναι καὶ παντελῶς ὑπερήφανον. Ἔχων γὰρ πρόχειρον ἀμπέλινον βακτήριον, περιέγραψε τῷ κλήματι τὸν Ἀντίοχον καὶ διεκελεύσατο τὴν ἀπόκρισιν ἐν τούτῳ ποιῆσαι. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ μὲν ξενιζόμενος ἐπὶ τῷ γεγονότι, τὰ δὲ καταπεπληγμένος τὴν ὑπεροχὴν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, πρὸς ἀμηχανίαν ἐλθὼν καὶ τὰ σύμπαντα λογιζόμενος ἔφη ποιήσειν πᾶν τὸ παρακελευόμενον ὑπὸ Ῥωμαίων. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ποπίλλιον ἅμα πάντες τὴν δεξιὰν αὐτοῦ λαβόντες ἠσπάζοντο φιλοφρόνως. Ἦν δὲ τὰ γεγραμμένα λύειν παραχρῆμα τὸν πρὸς Πτολεμαῖον πόλεμον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκολούθως τοῖς γεγραμμένοις τὰς δυνάμεις ἐξήγαγεν ἐξ Αἰγύπτου, ἐκπεπληγμένος τὴν Ῥωμαίων ὑπεροχήν, ἅτε καὶ προσφάτως ἀκηκοὼς τὸ τῶν Μακεδόνων πταῖσμα· τοῦτο γὰρ μήπω γεγενῆσθαι δοκῶν οὔποτ' ἂν ἑκουσίως προσεῖχε τῷ δόγματι.

III. Ὅτι ἀληθὴς ἦν ἄρα ὡς ἔοικε τὸ ῥηθὲν ὑπό τινων τῶν πάλαι σοφῶν, ὅτι συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα· πάντες γὰρ ἀποδεχόμεθα τοὺς ἐπιεικῶς χρωμένους ταῖς ἐξουσίαις, προσκόπτομεν δὲ τοῖς προπετῶς τὰς κολάσεις λαμβάνουσι παρὰ τῶν ὑποπεσόντων. Διόπερ ὁρῶμεν τοὺς μὲν πρὸς τὰ παράδοξα τῆς τύχης καλῶς τεθησαυρικότας τὰς χάριτας παρὰ τοῖς εὖ παθοῦσι, τοὺς δὲ οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐναντίαις περιστάσεσιν ὁμοίαν ἀπολαμβάνοντας τιμωρίαν παρὰ τῶν ἀγνωμονηθέντων, ἀλλὰ καὶ τὸν κοινὸν πρὸς τοὺς ἐπταικότας ἔλεον ἑαυτῶν παρῃρημένους. (2) Οὐ γὰρ δίκαιον τὸν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπειπάμενον πᾶσαν φιλανθρωπίαν αὐτὸν ἐν μέρει περιπταίσαντα τυγχάνειν τῆς παρὰ τῶν κρατούντων ἐπιεικείας. Καίτοι γε πολλοὶ τῷ μεγέθει τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν τιμωρίας σεμνύνεσθαι τολμῶσιν, οὐ προσηκόντως τοῦτο ποιοῦντες· τί γὰρ λαμπρὸν ἢ μέγα τὸ τοὺς πεσόντας ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν περιβαλεῖν ἀνηκέστοις συμφοραῖς; τί δὲ ὄφελος τῆς γεγενημένης νίκης, ἂν ὑπερηφάνως χρησάμενοι τοῖς κατορθώμασιν ἐξαλείφωμεν τὴν προϋπάρχουσαν εὐφημίαν, ἀνάξιοι φανέντες τῶν εὐτυχηθέντων; μέγιστον γὰρ καρπὸν δικαίως ἄν τις ἡγήσαιτο τοῖς πραγμάτων ὀρεγομένοις τὴν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις εὐδοξίαν. (3) Διὸ καὶ θαυμάσαι τις ἂν πῶς ἅπαντες σχεδὸν ὁμολογοῦντες εἶναι τὴν ἐν ἀρχῇ περιβοηθεῖσαν ἀπόφασιν ἀληθῆ καὶ συμφέρουσαν, ἐπὶ τῆς πείρας οὐ βεβαιοῦσι τὴν ἰδίαν γνώμην. Δεῖ δὲ οἶμαι τοὺς νοῦν ἔχοντας, ὅταν τὰ μέγιστα ἐπιτυγχάνωσι, τότε μάλιστα τῆς ἐναντίας περιστάσεως ἔννοιαν λαμβάνειν, καὶ νικᾶν μὲν ἀνδρείᾳ τοὺς ἀντιτεταγμένους, ἡττᾶσθαι δὲ εὐγνωμοσύνῃ τοῦ τῶν ἐπταικότων ἐλέου· ταῦτα γὰρ συμβάλλεται μεγάλα πρὸς αὔξησιν πᾶσι μὲν ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς ἡγε-

ram obtulit, eumque ab Antiocho legi mandavit. Sic enim sibi agendum putavit, ne regis ante ut amici dextram attingeret, quam ex ejus deliberatione cognovisset hostisne an amicus esset. Ubi autem rex, lecto libello, consilium se cum familiaribus capturum esse respondit, Popillius hæc audiens facinus in speciem grave prorsusque superbum edidit: nam ut viteam forte virgam præ manibus gerebat, Antiochum eo surculo circumscripsit, intraque hunc circulum responsum facere jussit. (2) Tum rex partim re nova attonitus, partim Romani imperii majestatem veritus, consilii inops atque omnia animo volutans, ait se facturum quidquid Romani imperarent. Continuoque qui in Popillii comitatu erant regis dextram contingentes amice salutaverunt. Erat autem in scripto mandatum ut statim bello adversus Ptolemæum absisteret. Rex ita jussibus obtemperans exercitum Ægypto eduxit, potentia Romanorum territus, quum præsertim Macedonum casum nuperrime inaudisset; quem nisi evenisse nosset, haud sponte Antiochus Romanorum decreto acquievisset.

III. Verissime dictum constat a quibusdam priscis sapientibus, veniam vindictæ esse anteponendam. Cuncti enim diligimus eos qui potentia benigne utuntur, aversamur autem, qui proterve pœnas de victis sumunt. Quare videmus alteros quidem ad inopinos fortunæ eventus prudenter sibi comparare gratiam apud eos quibus ipsi bene fecerunt; alteros autem non modo in adversis casibus parem pœnam ab injuste tractatis pati, sed communem etiam adversus afflictos misericordiam sibi præcidere. (2) Non enim par est, eum qui ceteris omnem humanitatem denegavit, vicissim fortuna perculsum, clementiam a potentibus impetrare. Et tamen multi gravitate suppliciorum adversus inimicos exsertorum gloriari solent; absurdo sane consilio. Quid enim magnum splendidumve, atroces pœnas a victoribus victos perpeti? quis autem patratæ victoriæ fructus, si superbe successibus abutentes superiorem famam exstinguimus, atque indigni prosperitate videmur? Maximus enim fructus merito existimatur in iis, qui appetunt dominationes, honestorum operum gloria. (3) Quamobrem mirari licet, cur, quum plerique omnes fateantur famigeratum hoc apud regnatores effatum recte se habere, factis tamen sententiam suam non confirment. Oportet autem cordatos homines in summis apprime prosperitatibus de contrario rerum statu cogitare, et resistentes quidem fortitudine superare, erga subjectos vero pati se misericordia vinci. Hæc enim ad fortunæ incrementum magnopere cunctos adjuvant, tum eos præcipue, qui ad clavum reipublicæ sedent.

μονίας προεστηκόσιν. Ἕκαστος γὰρ τῶν ἡσθενηκότων ἑκουσίως ὑποταττόμενος προθύμως ὑπηρετεῖ καὶ πάντα συμπράττει μετ' εὐνοίας. (4) Ταύτης δ' ἐοίκασι Ῥωμαῖοι μάλιστα πεποιῆσθαι πρόνοιαν, βουλευόμενοι πραγματικῶς καὶ ταῖς εἰς τοὺς κρατηθέντας εὐεργεσίαις θηρώμενοι παρὰ μὲν τῶν εὖ παθόντων χάριτας ἀειμνήστους, παρὰ δὲ τῶν ἄλλων πάντων τὸν δίκαιον ἔπαινον.

IV. Ὅτι τῆς τύχης εὐροούσης τοῖς Ῥωμαίοις ἐβουλεύοντο μετὰ πολλῆς ἐπισκέψεως πῶς καθήκει χρήσασθαι τοῖς εὐτυχήμασι * κατὰ τρόπον εὐχερέστερον εἶναι τοῦ καταγωνίσασθαι τοῖς ὅπλοις τοὺς ἀντιταχθέντας. Οὐ μὴν καὶ τἀληθὲς οὕτως ἔχει· πλείους γὰρ εὑρεῖν ἔστι τοὺς εὐγενῶς κινδυνεύοντας τῶν ταῖς εὐημερίαις ἀνθρωπίνως χρωμένων.

V. (Exc. Photii p. 515.) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις εἰς Ῥώμην παρεγένοντο πρεσβευταὶ Ῥοδίων, τὰς γεγενημένας διαβολὰς κατ' αὐτῶν ἀπολύσασθαι· ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ πρὸς Περσέα πολέμῳ ταῖς εὐνοίαις ἀποκεκλικέναι πρὸς τὸν βασιλέα καὶ προδεδωκέναι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν. Μηδὲν δὲ ἀνύοντες ὧν ἐπρέσβευον, εἰς ἀθυμίαν ἐνέπιπτον, καὶ μετὰ δακρύων ἐποιοῦντο τὰς ἐντεύξεις. Εἰςαγαγόντος δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν σύγκλητον ἑνὸς τῶν δημάρχων Ἀντωνίου, πρῶτος μὲν ἐποιεῖτο τὸν ὑπὲρ τῆς πρεσβείας λόγον Φιλόφρων, μετὰ δὲ τοῦτον Ἀστυμήδης. Πολλὰ δὲ πρὸς δέησιν καὶ παραίτησιν εἰπόντες, καὶ τὸ τελευταῖον κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ κύκνειον ᾄσαντες, μόλις ἔλαβον ἀποκρίσεις, δι' ὧν τοῦ μὲν ὁλοσχεροῦς φόβου παρελύθησαν, περὶ δὲ τῶν ἐγκλημάτων πικρῶς ὠνειδίσθησαν.

(Exc. Vatican. p. 80 b.) (2) Οὗτοι δὲ πολλὰ πρὸς δέησιν καὶ παραίτησιν εἰπόντες καὶ τὸ τελευταῖον κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ κύκνειον ᾄσαντες μέλος, μόγις ἔλαβον ἀποκρίσεις, δι' ὧν τοῦ φόβου παρείθησαν. Ὅτι τῶν ἐπηρτημένων φόβων ἐδόκουν ἀπολελύσθαι, τὰ δ' ἄλλα καίπερ ὄντα δυςχερῆ ῥᾳδίως ἔφερον. Ὡς ἐπίπαν οἱ πολλοὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν προςδοκωμένων κακῶν καταφρονοῦσι τῶν ἐλαττόνων συμπτωμάτων.

(Exc. Legat. p. 624.) (3) Ὅτι εἰς Ῥώμην παρεγένοντο πρεσβευταὶ Ῥοδίων πρὸς τὰς γεγενημένας κατ' αὐτῶν διαβολὰς ἀπολογησόμενοι. Ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ πρὸς Περσέα πολέμῳ ταῖς εὐνοίαις ἀποκεκλικέναι πρὸς τὸν βασιλέα καὶ προδεδωκέναι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν. Ὁρῶντες δὲ τὴν ἀλλοτριότητα τὴν πρὸς αὐτούς, εἰς ἀθυμίαν ἐνέπιπτον. Ὡς δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν τις συναγαγὼν ἐκκλησίαν παρεκάλει τὰ πλήθη πρὸς τὸν κατὰ Ῥοδίων πόλεμον, τόθ' ὁλοσχερῶς δείσαντες περὶ τῆς πατρίδος, εἰς τοιαύτην ἦλθον κατάπληξιν, ὥςτε πένθιμον ἀναλαβεῖν ἐσθῆτα, κατὰ δὲ τὰς ἐντεύξεις τῶν φίλων μηκέτι παρακαλεῖν μηδὲ ἀξιοῦν, ἀλλὰ δεῖσθαι μετὰ δακρύων μηδὲν ἀνήκεστον περὶ αὐτῶν βουλεύεσθαι. Εἰςαγαγόντος δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν σύγκλητον ἑνὸς τῶν δημάρχων, καὶ τὸν παρακα-

Omnes enim infirmæ conditionis homines, si sponte se submittunt, alacriter serviunt, ac benevole officium præstant. (4) Porro Romani ad conciliandam sibi hominum benevolentiam studio præcipuo incubuisse videntur, politica sane ratione utentes : nam dum beneficiis victos afficiunt, ab his quidem immortalem gratiam, a ceteris autem hominibus justam laudem nanciscuntur.

IV. In prospero fortunæ cursu Romani considerate admodum consultabant, quomodo lætis rebus uti opporteret : *quod sane videtur* facilius quodammodo quam hostes armis in acie superare; quum res tamen aliter se habeat. Plures enim reperire licet, qui se fortiter periculis objiciant, quam qui prosperitatem humanitus ferant.

V. Dum hæc geruntur, Rhodiorum legati Romam, ut civitatis suæ crimina diluerent, venere. Nam in bello cum Perseo favorem suum ad regem inclinasse et Romanorum amicitiam prodidisse videbantur. At quum nihil eorum, propter quæ legationem susceperunt, expedirent, dejectis erant animis, cumque lacrimis principes civitatis compellabant. Quos postquam Antonius, ex tribunis plebis unus, in senatum introduxerat, primus de legationis negotio verba faciebat Philophron, et post hunc Astymedes. Quum multa ad exorandum et deprecandum apta disseruissent, et ad extremum cygneam, quod proverbio dicitur, edidissent cantionem, vix responsum acceperunt, quo summo quidem metu exsoluti, acerbis tamen probris ob crimina ingesta multati sunt.

(2) Hi vero diu multumque precati ac deprecati, atque ad extremum, ut ait proverbium, cycnium carmen quum cecinissent, ægre responsa impetrarunt, quibus formidine liberati sunt. Jam postquam impendentibus terroribus resoluti erant, reliqua etsi minime jucunda facilius tolerabant. Prorsus enim multi præ exspectatorum malorum gravitate levioris momenti casus contemnunt.

(3) Rhodiorum legati Romam venerant ad purganda crimina, quæ adversus eos jactabantur : nam bello Macedonico proniore in Perseum animo, spreta Romanorum amicitia, fuisse videbantur. Hi omnium voluntates a se abalienatas animadvertentes, animis conciderunt : quumque prætorum unus rogationem ad populum tulisset de bello Rhodiis inferendo, tum vero patriæ suæ summum periculum reputantes in tantam venere consternationem, ut pullam vestem sumerent, atque in amicorum congressibus non hortantium neque postulantium verbis usi, sed precibus lacrimas miscentes, ne quid durius in patriam ipsorum consuleretur, enixe contenderent. Introducti deinde in senatum a tribunorum uno, qui prætorem Romanos in bellum conci-

λοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον στρατηγὸν κατασπάσαντος ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ἐποιεῖτο τοὺς λόγους. Καὶ πολλὰ πρὸς δέησιν εἰπόντες, ἔλαβον ἀποκρίσεις δι' ὧν τοῦ μὲν ὁλοσχεροῦς φόβου παρείθησαν, περὶ δὲ τῶν κατὰ μέρος ἐγκλημάτων πικρῶς ὠνειδίσθησαν.

VI. (Exc. Photii p. 515.) Διόπερ ἰδεῖν ἔστι παρὰ Ῥωμαίοις τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας ὑπὲρ δόξης ἁμιλλωμένους, δι' ὧν ἅπαντα σχεδὸν τὰ μέγιστα τῷ δήμῳ κατορθοῦνται. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις πολιτεύμασι ζηλοτυποῦσιν ἀλλήλους, Ῥωμαῖοι δὲ ἐπαινοῦσιν. Ἐξ οὗ συμβαίνει μάλιστα τοὺς μὲν πράσσειν τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων, ἁμιλλωμένους αὔξειν τὸ κοινῇ συμφέρον, τοὺς δ' ἄλλους ἀδικοδοξοῦντας καὶ τὰς ἀλλήλων ἐπιβολὰς λυμαινομένους βλάπτειν τὴν πατρίδα.

VII. (Exc. Legat. p. 625.) Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἧκον εἰς Ῥώμην πάντοθεν οἱ πρεσβευταὶ συγχαρησόμενοι τοῖς γεγονόσι κατορθώμασιν. Ἡ δὲ σύγκλητος φιλανθρώπως ἅπαντας ἀποδεχομένη καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐπιεικεῖς διδοῦσα, συντόμως ἑκάστους ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας.

(2) Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πολλῶν παραγεγονότων πρεσβευτῶν, πρώτοις τοῖς περὶ Ἄτταλον ἐχρημάτισεν ἡ σύγκλητος· ὑπόπτως γὰρ εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ πρὸς τὸν Εὐμένη ἕνεκεν τῶν γραμμάτων τῶν εὑρημένων, ἐν οἷς συμμαχίαν ἦν συντεθειμένος πρὸς Περσέα κατὰ Ῥωμαίων. Κατηγορησάντων δὲ πλειόνων ἀπὸ τῆς Ἀσίας πρεσβευτῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Προυσίου βασιλέως καὶ Γαλατῶν, οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον ἐνδεχομένως ἀπολογησάμενοι πρὸς ἕκαστον τῶν ἐγκαλουμένων, οὐ μόνον ἀπετρίψαντο τὰς διαβολάς, ἀλλὰ καὶ τιμηθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. Ἡ δὲ σύγκλητος οὐ κατὰ πᾶν ἔληγε τῆς κατ' Εὐμένους ὑποψίας, προχειρισαμένη δὲ Γάϊον ἐξαπέστειλε κατοπτεύσοντα τὰ κατὰ τὸν Εὐμένη.

VIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 581.) Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῶν μεγίστων βασιλέων Ἀντιόχου καὶ Φιλίππου πολέμῳ περιγενόμενοι τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ τιμωρίαν λαμβάνειν παρ' αὐτῶν, ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι τὰς βασιλείας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φίλους αὐτοὺς ποιήσασθαι. Ἐν δὲ τούτοις τοῖς χρόνοις, προδιηγωνισμένοι πολλάκις πρὸς Περσέα καὶ κινδύνους μεγάλους ὑπομεμενηκότες, ἐπειδὴ τῆς Μακεδόνων βασιλείας ἐκράτησαν, ἐλευθέρας ἀφῆκαν τὰς ἁλούσας πόλεις παρὰ τὴν ἁπάντων προςδοκίαν. Οὐ γὰρ οἷον τῶν ἄλλων ὑπέλαβεν ἄν τις, ἀλλ' οὐδ' αὐτοὶ Μακεδόνες ἤλπιζον ἀξιωθήσεσθαι τηλικαύτης φιλανθρωπίας, συνειδότες αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα παρανενομηκόσιν εἰς Ῥωμαίους· τετυχηκότες γὰρ ἐπὶ τοῖς πρότερον ἀγνοήμασι συγγνώμης, εἰκότως ἂν τοῖς ὕστερον ἁμαρτήμασιν ὑπελάμβανον ἑαυτοὺς μηδένα λόγον δίκαιον εἰς ἔλεον καὶ παραίτησιν ἀπολελεῖφθαι. (2) Οὐ μὴν ἡ σύγκλητος ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ μεγαλοψύχως καὶ προςηκόντως ἑκάστοις προςηνέχθη. Περσέα μὲν γὰρ ἐκ προγόνων ὀφείλοντα χάριτας, ἐπειδὴ

tantem rostris detraxerat, [*primus*] verba facit [*Philophron, et post hunc Astymedes*]: habitaque ad misericordiam apta oratione, responsionem accipiunt, qua summo quidem metu liberantur, aspera tamen et dura singulorum criminum exprobratione perstringuntur.

VI. Idcirco videre est apud Romanos de gloria inter se certare viros illustrissimos, per quos prope maxima quæque populo recte administrantur. In aliis enim rebuspublicis alius alium invidia prosequitur: Romani vero se mutuo laudant. Inde maxime fit ut hi, dum publicum commodum augere certant, res gerant pulcherrimas; alii vero, dum inique gloriam appetunt et alter alterius cœptis officit, detrimentum patriæ concilient.

VII. Sub idem tempus undique Romam legati ad gratulandum Romanis ob res bene gestas devenerunt, quos omnes humanissime exceptos, datis benigne responsis, patres brevi post in patrias remiserunt.

(2) Quum eodem tempore multi advenissent legati, primo Attalo, cujus frater Eumenes in suspicionem ceciderat ob repertas literas, quibus fœdus et amicitiam cum Perseo contra Romanos visus erat sociasse, senatus datus est. Accusabant regem plures ex Asia legati, illique in primis, qui a rege Prusia et Galatis venerant. Verum Attalus singula crimina, ut se res dabat, purgans, non tantum istas accusationes a fratre amolitus est, sed etiam summo cum honore domum dimissus. Hæsit tamen in patrum animis aliqua de Eumene suspicio, ablegatusque Caius (*Sulpicius Gallus*) est, qui res Eumenis inspiceret.

VIII. Superiore quidem memoria quum Romani reges potentissimos Antiochum et Philippum bello superassent, non modo victos nulla affecerunt pœna, verum etiam regna eis sua concesserunt, et præterea amicitiam cum iis junxerunt. His autem temporibus cum Perseo sæpius congressi, multisque ac maximis exantlatis discriminibus, postquam Macedoniæ universæ potiti sunt, captas urbes præter omnium spem liberas esse pronuntiarunt. Qua quidem humanitate ne ipsi quidem Macedones, nedum alius quisquam, usurum fuisse populum Romanum speraverant, quippe qui multarum magnarumque injuriarum adversus Romanos sibi probe conscii essent. Quum enim priora delicta condonata iis fuissent, jure merito nullum sibi miserationis ac veniæ locum reliquum esse existimabant. (2) Tamen senatus, oblivioni traditis injuriis omnibus, generose et clementer se erga cunctos gessit. Perseum enim regem, qui domestica gratia populo Romano erat obstrictus,

παρὰ τὰς συνθήκας ἄδικον ἐξήνεγκε πόλεμον, λαβόντες αἰχμάλωτον εἰς ἐλευθέραν ἀπέθεντο φυλακήν, ἐλάττονα δὲ τῶν παρανομημάτων λαμβάνοντες τιμωρίαν· τὸ δὲ τῶν Μακεδόνων ἔθνος εἰς δουλείαν δικαίως ἂν ἀγαγόντες, ἠλευθέρωσαν, οὕτως εὐγενῶς καὶ ταχέως προέμενοι τὴν εὐεργεσίαν, ὥςτε μηδὲ παρὰ τῶν ἐπταικότων δέησιν ἀναμεῖναι. Ὁμοίως καὶ τῶν Ἰλλυριῶν πολέμῳ κρατήσαντες, αὐτονόμους ἀφῆκαν, οὐχ οὕτως ἀξίους ἡγούμενοι χάριτος τοὺς βαρβάρους, ὡς ἑαυτοῖς προςήκειν νομίζοντες κατάρχειν εὐεργεσίας καὶ μὴ μεγάλα φρονεῖν ἐν ταῖς ἐξουσίαις.

(2) Ὅτι ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ τούς τε Μακεδόνας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐλευθέρους ἀφεῖναι τὰ ἡμίση διδόντας ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν.

(Georg. Syncell. Chronogr. p. 267. sq.) (3) Αἰμίλιος Μάρκος Ῥωμαίων ὕπατος καὶ ἄριστος στρατηγός, Περσέα λαβὼν αἰχμάλωτον, τοῦτον μὲν ἄδικον πρὸς Ῥωμαίους ἐξαγαγόντα παρὰ τὰς συνθήκας πόλεμον εἰς ἐλευθέραν ἀπέθετο φυλακήν· τὰς δὲ πόλεις Μακεδόνων καὶ Ἰλλυριῶν ἁλούσας παρ' ἐλπίδα πάσας ἐλευθέρας ἀφῆκεν, καίτοι μεγάλους κινδύνους ὑπομεινάντων Ῥωμαίων πολλάκις ἐν τοῖς πρὸς Περσέα πολέμοις, καὶ πρό γε τούτου κρατήσαντες πολέμῳ Φιλίππου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου, καὶ τοσοῦτον ἐπ' αὐτοῖς φιλανθρωπευθέντων, ὡς μὴ μόνον τὰς βασιλείας αὐτῶν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φίλους αὐτοὺς εἶναι συγχωρῆσαι· ἐφ' οἷς ἑαυτοὺς Μακεδόνες ἀγνωμονήσαντες ἀναξίους ἐδόκουν ἔσεσθαι παντὸς ἐλέους χειρωθέντες Ῥωμαίοις σὺν τῷ Περσεῖ. Ἀλλ' ἡ σύγκλητος ἀμνησικάκως καὶ μεγαλοψύχως αὐτοῖς προςηνέχθη, τὴν ἐλευθερίαν ἀντὶ δουλείας χαρισαμένη. (4) Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Ἰλλυριοῖς· καὶ τούτων γὰρ τὸν βασιλέα Γετίωνα αἰχμάλωτον ἔλαβον σὺν τῷ Περσεῖ. Εὐγενῶς οὖν αὐτοῖς Ῥωμαῖοι τὴν ἐλευθερίαν χαρισάμενοι, τὰ ἡμίση διδεῖν τῶν τελῶν προςέταξαν ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν. (5) Ἐξέπεμψάν τε δέκα μὲν πρεσβευτὰς ἐκ τοῦ συνεδρίου εἰς Μακεδονίαν, πέντε δὲ εἰς Ἰλλυριούς. Οἳ καὶ πρὸς Αἰμίλιον Μάρκον ἐλθόντες συνεῖδον τὰ τείχη Δημητριάδος πόλεως Μακεδόνων πρώτης καθελεῖν, Ἀμφιλόχους δὲ τῶν Αἰτωλῶν ἀποζεῦξαι, καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας τῶν Μακεδόνων εἰς ἓν συναγαγεῖν· ἔνθα ἐλευθέρους καὶ ἀφρουρήτους αὐτοὺς ἀφῆκαν. (6) Κατέλυσαν δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μετάλλων ἀργύρου καὶ χρυσοῦ προςόδους διά τε τὸ τῶν ἐνοικούντων ἀνεπηρέαστον καὶ ὅπως μή τινες μετὰ ταῦτα νεωτερίζοιεν διὰ τῶν χρημάτων ἀνακτώμενοι τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. (7) Τὴν δὲ χώραν ὅλην διεῖλον εἰς τέσσαρα μέρη, ὧν πρῶτον τὸ μεταξὺ Νέστου ποταμοῦ καὶ Στρυμόνος καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Νέστου ἐρύματα καὶ τὰ πρὸς Ἄβδηραν καὶ Μαρώνειαν καὶ Αἶνον πόλεις, πρὸς δυσμὰς δὲ τοῦ Στρυμόνος Βισαλτία πᾶσα μετὰ τῆς ἐν τῇ Σιντικῇ Ἡρακλείας· δεύτερον μέρος, ὅπερ ἀπὸ μὲν ἀνατολῆς ὁρίζει ὁ Στρυμὼν ποταμός, ἀπὸ δὲ δυσμῶν ὁ καλούμενος Ἀξιὸς ποταμὸς καὶ οἱ πα-

quum adversus fœderis fidem injustum intulisset bellum, captum in libera custodia posuit, mitiore quam pro delictis pœna: ac gentem Macedonum, quam suo jure in servitutem redigere poterat, liberam esse jussit, tanta celeritate ac magnitudine animi oblato beneficio, ut ne eorum quidem, qui victi erant, preces exspectarit. Quin etiam Illyrios bello subactos suis legibus uti permiserunt, magis quia existimabant decere majestatem populi Romani beneficentia in alios uti, neque in rebus secundis insolentia efferri, quam quod Barbaros ea dignos gratia judicarent.

(2) Macedonas et Illyrios liberos esse senatus censuit, ac tributum dimidium ejus, quod pependissent propriis regibus, pendere populo Romano.

(3) Marcus Æmilius, Romanorum consul et dux præstantissimus, Perseum captum, quoniam iniquum et contra fœdera bellum exorsus erat, in libera custodia habuit. Urbes Macedonicas et Illyricas præter omnium spem liberas dimisit, quantumvis Romani Persico bello sæpenumero gravissima subiissent pericula. Quin ante illum bello superatis Philippo, Persei patre, et Antiocho Magno, summaque humanitate tractatis, non tantum regna, quibus præfuerant, reliquerant, sed etiam ut socii atque amici essent concesserant. Quorum quidem beneficiorum ingrate Macedones obliti, una jam cum Perseo in Romanorum potestatem delati, omni videbantur misericordia indigni futuri. At senatus injuriarum immemor magno eos animo tractavit, libertatemque pro servitute reddidit. (4) Similiter etiam Illyriis: nam horum quoque regem Gentium, ut Perseum, captivum acceperant. Data ad eum modum libertate, imperant Romani, tributum dimidium ejus, quod pependissent regibus suis, in posterum pendant. (5) Mittunt quoque decem e senatu legatos in Macedoniam, quinque in Illyridem: qui cum M. Æmilio congressi censuerunt, Demetriadis, urbis Macedonum præcipuæ, mœnia esse dejicienda, et Amphilochos ab Ætolorum societate disjungendos, convocandos præterea Macedonum nobilissimos. Ibi tum liberi et sine præsidio Macedones esse jubentur. (6) Tolluntur quoque auri atque argenti metallorum reditus, idque ea causa, ne incolæ injuriis afficiantur, neve pecuniis illis adjuti res novas moliantur Macedoniæ regnum quærentes. (7) Deinde in quattuor regiones dividitur Macedonia, quarum prima inter Nestum et Strymonem fluvios, et quæ ad orientem Nesti plagam castella, tum circa Abdera et urbes Maroneam atque Ænon: ad Strymonis vero occiduas plagas omnis foret Bisaltia cum Heraclea in Sintica regione. Secundam partem ab oriente fluvius Strymon, ab occidente flumen, cui Axio nomen, et his affinia loca terminabant. Tertia

ρακείμενοι αὐτῷ τόποι· τρίτον, ὃ περιέχει κατὰ δυσμὰς μὲν ὁ Πηνειὸς ποταμός, κατὰ δὲ ἄρκτον τὸ λεγόμενον Βέρνον ὄρος, προςτεθέντων καί τινων τόπων τῆς Παιονίας, ἐν οἷς καὶ πόλεις ἀξιόλογοι Ἔδεσσα καὶ Βέροια· τέταρτον καὶ τελευταῖον, ὅπερ ὑπὲρ τὸ Βέρνον ὄρος συνάπτει τῇ Ἠπείρῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόποις. Ἡγοῦντο δὲ καὶ πόλεις τέσσαρες τῶν αὐτῶν τεσσάρων μερῶν, τοῦ μὲν πρώτου Ἀμφίπολις, τοῦ δευτέρου Θεσσαλονίκη, τοῦ τρίτου Πέλλα, καὶ τοῦ τετάρτου Πελαγονία. (8) Ἐν ταύταις ἀρχηγοὶ τέσσαρες κατεστάθησαν καὶ οἱ φόροι ἠθροίζοντο. Ἐν δὲ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Μακεδονίας τόποις διὰ τὰς τῶν παρακειμένων ἐθνῶν ἐπιβουλὰς κατέστησαν στρατιώτας. Ἐπὶ τούτοις ὁ Αἰμίλιος ἀγῶνας καὶ ποτοὺς μεγαλοπρεπεῖς τῷ πλήθει συντάξας, τὰ εὑρεθέντα χρήματα εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλεν· καταλαβὼν δὲ καὶ αὐτὸς θρίαμβον καταγαγεῖν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ στρατηγοῖς κελεύεται παρὰ τῆς συγκλήτου. (9) Καὶ πρῶτος μὲν Ἀνίκιος καὶ Ὀκταούιος ὁ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἡγησάμενος ἀνὰ μίαν ἡμέραν ἑκάτερος ἐθριάμβευσεν, ὁ δὲ σοφώτατος Αἰμίλιος ἐπὶ τρεῖς. Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἅμαξαι χίλιαι διακόσιαι προῆλθον φέρουσαι λευκὰς καὶ τραχίας ἀσπίδας, καὶ ἄλλαι χίλιαι διακόσιαι ἅμαξαι πλήρεις ἀσπίδων χαλκῶν, καὶ ἕτεραι τριακόσιαι λόγχας καὶ σαρίσας καὶ τόξα καὶ ἀκόντια γέμουσαι· προηγοῦντο δὲ αὐτῶν ὡς ἐν πολέμῳ σαλπιγκταί. Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ ποικίλα εἴδη φέρουσαι ὅπλων, κάμακες ὀκτακόσιαι καθωπλισμέναι. (10) Τῇ δὲ δευτέρᾳ προεκομίσθη νομισμάτων τάλαντα χίλια, ἀργύρου τάλαντα δισχίλια διακόσια, ἐκπωμάτων πλῆθος, ἀγαλμάτων καὶ ἀνδριάντων ποικίλων ἅμαξαι πεντακόσιαι, ἀσπίδες τε χρυσαῖ καὶ πίνακες ἀναθεματικοὶ πάμπολλοι. (11) Τῇ τρίτῃ προηγοῦντο λευκαὶ βόες εὐπρεπεῖς ἑκατὸν εἴκοσι, χρυσοῦ τάλαντα ἐν φορήμασι διακοσίοις εἴκοσι, φιάλη δέκα ταλάντων χρυσοῦ διάλιθος, χρυσωμάτων παντοῖαι κατασκευαὶ ταλάντων δέκα, ἐλεφάντων ὀδόντες δισχίλιοι τριπήχεις, ἅρμα ἐλεφάντινον ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων, ἵππος φαλάροις διαλίθοις καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ διαχρύσῳ πολεμικῶς κεκοσμημένος, κλίνη χρυσῆ στρωμναῖς πολυανθέσι κατεστρωμένη, φορεῖον χρυσοῦν περιπεπετασμένον πορφύραν, ἐφ' οἷς Περσεὺς ὁ δυστυχὴς βασιλεὺς Μακεδόνων ἅμα δυσὶν υἱοῖς καὶ θυγατρὶ μιᾷ καὶ τοῖς ἡγεμόσι διακοσίοις πεντήκοντα. Στέφανοι τετρακόσιοι δοθέντες ἐκ τῶν πόλεων καὶ τῶν βασιλέων, καὶ ἐπὶ πᾶσιν Αἰμίλιος ἐφ' ἅρματος ἐλεφαντίνου καταπλήκτου.

pars ab occasu fluvio Peneo, ad boream Berni montis tractu circumscribebatur, quibus Pæoniæ quædam loca accedebant, in quibus etiam civitates præclaræ, Edessa et Berœa. Quarta regio et postrema, quam mons Bernus affinem facit Epiro et Illyrici locis. Capita regionum, ubi concilia fierent, erant itidem quattuor. Primæ regionis Amphipolis, secundæ Thessalonice, tertiæ Pella, quartæ Pelagonia erat. (8) In his magistratus quattuor constituti sunt, vectigaliaque colligebantur. In ultimis Macedoniæ locis, et quæ affinia Barbaris erant, permissum est ut præsidia armata, propter gentium earum insidias, haberentur. Post hæc M. Æmilius certamina et convivia multitudini præbuit, repertamque omnem pecuniam misit Romam. Quo quum et ipse venisset, a senatu triumphum agere una cum ceteris ducibus jubetur. (9) Et primus quidem Anicius, deinde Octavius classis dux, uno quisque die, de hostibus triumpharunt, at Æmilius vir sapientissimus continuo triduo. Et primo quidem die currus mille ducenti procedunt, impositis candidis atque Thracicis(?) clypeis : tum totidem alii currus onusti clypeis æneis, deinde currus trecenti sequebantur hastis, sarissis, arcubus et jaculis offerti. Præibant, ut in bello assolet, æneatores. Erant etiam varii alii diversi generis species armorum gestantes, tum fercula octingenta armis instructa (10) Die triumphi secundo ante omnia ferebantur nummorum signatorum mille talenta, argenti infecti talenta bis mille et ducenta, magna vis poculorum, imaginum variarumque statuarum currus quingenti, ad hoc clypei aurei et tabulæ inter donaria habitæ quam plurimæ. (11) Tertio die procedebant candidi boves et formosi centum viginti, auri talenta in vasis ducentis et viginti, phiala decem auri talentorum gemmis conserta, aureæ supellectilis apparatus varius talentorum decem, elephantorum dentes ad bis mille, singuli trium cubitorum, currus eburneus auro et gemmis ornatus, equus phaleris gemmatis et reliquo ornatu aureo tanquam ad bellum instructus, lectus aureus stragulis floridis instratus, lecticaque aurea purpura circum undique tecta. Post ea omnia infelix Macedonum rex Perseus incedebat, cum filiis duobus filiaque una et præfectis ducentis quinquaginta. Porro coronæ quadringentæ a civitatibus et regibus donatæ : omnium vero postremus in curru eburneo stupendi operis, M. Æmilius.

(Exc. Vatican. p. 80 b.) (12) Ὅτι πρὸς τοὺς θαυμάζοντας τὴν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐπιμέλειαν ὁ στρατηγὸς Αἰμίλιος ἀπεφήνατο τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς ἀγῶνάς τε τάξαι κατὰ τρόπον καὶ τὰ κατὰ πότον οἰκείως χειρίσαι καὶ παρατάξασθαι τοῖς ἀντιτεταγμένοις στρατηγικῶς.

(12) Æmilius imperator iis, qui mirabantur adhibitam ab eo theatrali rei curam aiebat, ejusdem esse animi tum certamina ludicra ut par est instruere et compotationem commode moderari, tum aciem imperatorio more instruere. [*Refer ad dicta* § 8, ἀγῶνας καὶ ποτοὺς κτλ.]

IX. (Exc. Photii p. 516.) Ὅτι Περσέα τὸν τελευταῖον Μακεδονίας βασιλέα, πολλάκις Ῥωμαίοις διὰ

IX. Perseum, Macedoniæ regem ultimum, qui sæpe cum Romanis amicitiam coluerat, sæpe etiam magno cum

φιλίας ἰόντα, πολλάκις δὲ καὶ στρατιᾷ οὐκ ἀναξιολόγῳ πολεμήσαντα, τέλος Αἰμίλιος καταπολεμήσας εἷλε, καὶ λαμπρὸν θρίαμβον ἐπὶ τῇ νίκῃ κατήγαγε. Περσεὺς δὲ τηλικαύταις περιπεσὼν συμφοραῖς, ὥςτε δοκεῖν ὅμοια μύθοις ἀγενήτοις εἶναι τὰ πάθη τὰ περὶ αὐτόν, οὐδ' ἀπολυθῆναι τοῦ ζῆν ἤθελε. Πρὶν γὰρ ἢ τὴν σύγκλητον ὑπὲρ αὐτοῦ διαλαβεῖν ὃ χρὴ παθεῖν, τῶν κατὰ πόλιν στρατηγῶν εἷς ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸν ἐν Ἄλβαις κάρχαρον μετὰ τῶν τέκνων. (2) Ἔστι δὲ ὁ κάρχαρος ὄρυγμα κατάγειον βαθύ, τὸ μὲν μέγεθος ἔχον οἴκου μάλιστά πως ἐννεακλίνου, σκότου δὲ πλῆρες καὶ δυςοσμίας διὰ τὸ πλῆθος τῶν παραδεδομένων εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἀνδρῶν τῶν ἐπὶ θανατικοῖς ἐγκλήμασι καταδικαζομένων, ὧν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις οἱ πλείους ἐνταῦθα καθείργνυντο· ἐν οὕτω γὰρ στενωπῷ συγκεκλεισμένων πολλῶν ἀνδρῶν, ἀπεθηριοῦτο τὰ τῶν ἀτυχῶν σώματα, τῶν τε πρὸς τροφὴν καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν χρείαν ἀνηκόντων πάντων ἐν ταὐτῷ πεφυρμένων, τοσαύτην προςπίπτειν δυςωδίαν συνέβαινεν, ὥςτε μηδένα τῶν προσιόντων ῥᾳδίως δύνασθαι καρτερῆσαι. (3) Ἐφ' ἡμέρας μὲν οὖν ἑπτὰ διετέλεσεν ἐνταῦθα κακουχούμενος, ὥςτε καὶ παρὰ τῶν ἐσχάτων καὶ τακτὰ σιτουμένων ἐπικουρίας δεηθῆναι· συμπαθεῖς γὰρ οὗτοι γινόμενοι διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀκληρημάτων, ὧν μετελάμβανον, φιλανθρώπως τούτων ἐκείνῳ μετεδίδοσαν δακρύοντες. Ἔρριπτο δ' αὐτῷ καὶ ξίφος πρὸς ἀναίρεσιν καὶ κάλως πρὸς ἀγχόνην, ἐξουσίας διδομένης ὡς βούλοιτο χρήσασθαι. (4) Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γλυκὺ φαίνεται τοῖς ἠτυχηκόσιν ὡς τὸ ζῆν, καίπερ αὐτῶν ἄξια θανάτου πασχόντων. Καὶ πέρας ἐν ταύταις ἂν ταῖς ἀνάγκαις κατέστρεψε τὸν βίον, εἰ μὴ Μάρκος Αἰμίλιος προκαθήμενος τοῦ βουλευτηρίου, τηρῶν τό τε περὶ αὐτὸν ἀξίωμα καὶ τὸ τῆς πατρίδος ἐπιεικές, παρῄνεσε τῇ συγκλήτῳ σχετλιάζων, εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον φόβον εὐλαβοῦνται, τήν γε τοὺς ὑπερηφάνως ταῖς ἐξουσίαις χρωμένους μετερχομένην νέμεσιν αἰδεῖσθαι. (5) Διόπερ εἰς ἐπιεικεστέραν δοθεὶς φυλακήν, καὶ κεναῖς ἐλπίσι προςανέχων, ὁμοίαν τοῖς προητυχημένοις ἔσχε τοῦ βίου τὴν καταστροφήν. Διετῆ γὰρ χρόνον φιλοψυχήσας, καὶ προςκόψας τοῖς φυλάττουσι βαρβάροις, κωλυόμενος ὑπ' ἐκείνων ὕπνου τυχεῖν ἐτελεύτησεν.

exercitu bellum illis fecerat, tandem Æmilius bello fractum cepit, et illustrem a victoria triumphum egit. Perseus autem tametsi tantas in calamitates præcipitatus erat, ut clades, quibus affectus erat, fabulis rerum nunquam gestarum similes viderentur, tamen vita cedere nolebat. Nam priusquam senatus, quid perpetiendum illi foret, constituisset, unus ex prætoribus urbanis in carcerem Albanum una cum liberis hominem compegit. (2) Est autem hic carcer profunde effossus sub terra specus, magnitudine cœnaculi novem lectorum capacis utmaxime, caligine ac fœtore oppletus propter hominum, qui huc ob crimina capitalia damnati detruduntur, multitudinem, quorum major pars illis temporibus hic coercebatur. Nam multis in loco tam angusto conclusis, corpora miserorum naturam belluinam induebant. Et quum alimenta omniaque ad ceteros usus pertinentia in unum commiscerentur, factum est, ut tantus inde fœtor exspiraret, ut accedentium nemo facile sufferre posset. (3) Ad septem itaque dies in conditione hic afflictissima perduravit, ut extremorum etiam hominum, qui cibis demensis vescerentur, auxilium imploraret. Hi enim ex commiseratione immanis calamitatis, cujus ipsi quoque consortes erant, partem istorum humaniter misello impertiverunt lacrimantes. Quin etiam gladius, quo sese interficeret, et restis, qua gulam frangeret, objecta sunt, concessa potestate, ut pro arbitratu illis uteretur. (4) Verum nihil tam dulce calamitosis videtur, quam vita diutius frui, tametsi morte digna patiantur. Denique in extremis his angustiis vitam finiisset, nisi M. Æmilius, curiæ præsidens, ad suam dignitatem et æquitatem patriæ suæ respectum habens, cum indignatione senatum admonuisset, si humanum non curarent metum, certe Nemesin, quæ insolenter abutentes potestate incessit, revererentur. (5) Quamobrem in mitiorem traditus custodiam, dum novis subinde spebus inhærescit, similem pristinis calamitatibus vitæ exitum habuit. Biennio enim in hac vitæ cupiditate exacto, quum Barbaros custodes offendisset, somno frui prohibitus ab illis, vivere desiit.

(Exc. Vatican. p. 81.) (6) Ὅτι οὐδὲν οὕτω γλυκὺ φαίνεται τῶν ἠτυχηκότων ἐνίοις ὡς τὸ ζῆν, καίπερ αὐτῶν ἄξια θανάτου πασχόντων· ὅπερ συνέβη εἰς Περσέα τὸν Μακεδόνων βασιλέα γενέσθαι.

(6) Nonnullis calamitosis nihil dulcius vita est, quamquam ea perpetiuntur, quæ mortem optabilem reddant; id quod Perseo Macedonum regi accidit.

(Exc. de Virt. et vit. p. 582.) (7) Ὅτι ὁ Περσεὺς εἰς τὸ κατάγειον ἐμβληθεὶς οἴκημα ἐκεῖσε ἂν κατέστρεψε τὸν βίον, εἰ μὴ ὁ Αἰμίλιος προκαθήμενος τοῦ βουλευτηρίου καὶ τηρῶν τὸ περὶ αὐτὸν ἀξίωμα κτλ. (*quæ supra habes* § 4 *seq.*)

(7) Perseus in carcerem subterraneum conjectus in tantis angustiis vitam misere finiisset, nisi Æmilius, senatus princeps, ad suam dignitatem, et æquitatem patriæ suæ, respectum habens *et cetera quæ leguntur supra* § 4 *seq.*

XV. (Exc. Vatican. p. 81-83.) Ὅτι ἀκμαζούσης τῆς τῶν Μακεδόνων βασιλείας Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ περὶ τύχης ὑπομνήματι καθάπερ χρησμῳδῶν ὑπὲρ τῶν αὐτῇ συμβησομένων εὐστόχως τούτους τοὺς

X. Macedonum florente imperio Demetrius Phalereus in suo de Fortuna commentario, tamquam vaticinans quæ illi imperio eventura essent, veridicum oraculum his verbis

λόγους ἀποπεφοίβακεν. « Εἰ γὰρ λάβοις πρὸ τῆς ἐννοίας μὴ χρόνον ἄπειρον μηδὲ γενεὰς πολλάς, ἀλλὰ πεντήκοντα μόνον ἔτη ταυτὶ τὰ πρὸ ἡμῶν, γνοίης ἂν ὡς τὸ τῆς τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα· πεντηκοστῷ γὰρ ἔτει πρότερον οἴεσθ' ἂν ἢ Πέρσας ἢ βασιλέα τῶν Περσῶν ἢ Μακεδόνας ἢ βασιλέα τῶν Μακεδόνων, εἴ τις θεῶν αὐτοῖς προὔλεγε τὸ μέλλον, πιστεῦσαί ποτ' ἂν ὡς εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν Περσῶν μὲν οὐδ' ὄνομα λειφθήσεται τὸ παράπαν, οἳ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἐδέσποζον, Μακεδόνες δὲ καὶ πάσης κρατήσουσιν, ὧν οὐδ' ὄνομα ἦν γνώριμον; (2) Ἀλλ' ὅμως ἡ πρὸς τὸν βίον ἡμῶν ἀναλογία τῆς τύχης καὶ πάντα παρὰ τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον καινοποιοῦσα καὶ τὴν αὑτῆς δύναμιν ἐν τοῖς ἐνδόξοις ἐνδεικνυμένη καὶ νῦν ὁμοίως ἐνδείκνυται Μακεδόνας εἰς τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν ἐνοικίσασα, διότι καὶ τούτοις ἡ τύχη τἀγαθὰ κέχρηκεν, ἕως ἂν ἄλλο τι βουλεύσηται περὶ αὐτῶν. » Ὃ συνέβη κατὰ τοὺς νῦν χρόνους συντελεσθῆναι. Διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκρίναμεν τῇ περιστάσει ταύτῃ τὸν ἁρμόζοντα λόγον ἐπιφθέγξασθαι καὶ τῆς ἀποφάσεως τῆς Δημητρίου μνησθῆναι, μείζονος οὔσης ἢ κατ' ἄνθρωπον· προεῖπε γὰρ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἔτη περὶ τῶν ὕστερον συμβησομένων.

XI. Ὅτι τῶν τοῦ Αἰμιλίου παίδων τῶν δύο παραδόξως τελευτησάντων, καὶ τοῦ δήμου παντὸς διαφερόντως συναλγοῦντος, ὁ πατὴρ τούτων συνήγαγεν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ περὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον πραχθέντων ἀπολογισάμενος, ἐπὶ τέλους διεξῆλθε τοιούτους τινὰς λόγους. Ἔφη γὰρ ἑαυτὸν ἐξ Ἰταλίας εἰς τὴν Ἑλλάδα μέλλοντα περαιοῦν τὰς δυνάμεις ἀποθεωρῆσαι τὴν ἀνατολὴν καὶ τότε τὸν πλοῦν ποιησάμενον ἐνάτης ὥρας καταπλεῦσαι, μηδενὸς ἀπολειφθέντος, εἰς Κέρκυραν, ἐκεῖθεν δὲ τεταρταῖον ἐν Δελφοῖς καλλιερήσαντα τῷ θεῷ, μετὰ πέντε ἡμέρας εἰς Μακεδονίαν παραγενέσθαι καὶ παραλαβεῖν τὰς δυνάμεις, ἐν ἡμέραις δὲ ταῖς ἁπάσαις πεντεκαίδεκα βιάσασθαι τὰ στενὰ τὰ κατὰ τὴν Πέτραν καὶ παρατάξασθαι καὶ νικῆσαι Περσέα· καθόλου δὲ ἀντοφθαλμοῦντος τοῦ βασιλέως τοῖς Ῥωμαίοις, ἑαυτὸν ἐν ταῖς προειρημέναις ἡμέραις ἀπεφήνατο κεκυριευκέναι πάσης Μακεδονίας. (2) Καὶ τότε μὲν θαυμάζειν ἔφη τὸ παράλογον τῶν κατορθωμάτων· ὡς δὲ μετ' ὀλίγον κύριος ἐγένετο τοῦ βασιλέως καὶ τῶν τέκνων καὶ τῆς βασιλείας γάζης, πολὺ μᾶλλον θαυμάζειν τὴν εὔροιαν τῆς τύχης· διακομισθέντων δὲ τῶν χρημάτων καὶ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀβλαβῶς καὶ ταχέως, τόθ' ὁλοσχερῶς διαπορεῖν ἐπὶ τῷ πάντα κάλλιον ἢ προςεδόκα συντελεῖσθαι, πάντων δὲ συγχαιρόντων καὶ μακαριζόντων τὴν εὐποτμίαν αὐτοῦ, τότε μάλιστα προςδέχεσθαι παρὰ τῆς τύχης σύμπτωμα· διόπερ προςεύχεσθαι τῷ θεῷ τῶν μὲν δημοσίων εἰς μηδὲν ἐμπεσεῖν τὴν μεταβολήν, ἀλλ' εἰ πάντως αὖ τι πρᾶξαι δέδοκτο δυςχερές, τοῦτ' εἰς αὐτὸν ἐναπερείσασθαι. (3) Διόπερ ἅμα τῷ γενέσθαι τὴν περὶ τοὺς παῖδας ἀτυχίαν ἐπὶ μὲν ταύτῃ διαφερόντως λυπηθῆναι, περὶ δὲ τῶν

protulit. « Si enim tempus mente comprehenderis haud sane immensum neque multas hominum ætates, sed hos tantummodo ante nos quinquaginta annos, formidabilem fortunæ vim exinde cognosces. Nosti enim ante hos annos quinquaginta, neque Persas aut horum regem, neque item Macedones aut horum regem, si quis deus eventura his prædixisset, fidem fuisse adhibituros : nempe quod ætate demum nostra ne nomen quidem Persarum prorsus esset superfuturum, qui tum orbi prope universo dominabantur; Macedones autem mundi totius fere dominos, quorum antea ne nomen quidem fuerat exauditum. (2) Profecto quæ est fortunæ erga vitam nostram temeritas, omnia præter nostram opinionem versans, suamque vim pro libito exercens; eadem nunc pari ratione se ostentat, dum Macedones in Persarum imperio collocavit. Et quidem ipsis Macedonibus fortuna quasi mutuo dedit bona illa, donec aliter ei videbitur de his statuere. » Id quod reapse temporibus nostris perfectum est. Quare nos quoque idoneum huic rei sermonem faciendum curavimus, et Demetrii dictum, quod supra humanam naturam videtur, commemoravimus. Centum quippe et quinquaginta ante annos prædixit ea, quæ postea contigerunt.

XI. Duobus Æmilii liberis inopina morte sublatis, cunctoque populo ob id vehementer mœrente, pater illorum advocata concione, postquam belli feliciter gesti rationem exposuerat, ad extremum hæc verba fecit. Nimirum aiebat se, quum esset copias ex Italia in Græciam translaturus, observato solis ortu solvisse, atque hora nona, nemine absente, Corcyram tenuisse. Illinc Delphis quarto die feliciter deo litasse : deinde post quinque dies in Macedoniam venisse et exercitum recepisse. Intra dies autem omnino quindecim angustias superavisse prope Petram, instruxisse aciem et Perseum superavisse. Nempe conserta a Perseo cum Romanis pugna, Macedoniæ totius se factum dominum intra commemoratum temporis intervallum Æmilius dixit. (2) Tunc sane insperatos successus se fuisse miratum; sed enim quum paullo post regem ejusque liberos et regiam gazam in potestate habuisset magis adhuc ob tam prosperum fortunæ cursum obstupuisse. Translatis demum innoxie ac celeriter in Italiam thesauris atque exercitu, tunc se omnino nescivisse quonam pacto omnia spe majora evenissent. Jam quum omnes sibi gratularentur ac felicitatem suam prædicassent, tum se maxime fortunæ aliquem ictum exspectavisse, deumque oravisse ne in rempublicam ingrueret fortunæ conversio : quodsi tamen omnino sinistrum aliquid decrevisset, id in ipsum incumberet. (3) Quamobrem ubi liberorum calamitas accidisset, se hanc quidem vehementer doluisse : ceteroquin ad salutem patriæ quod attineret, se bono animo esse,

τῆς πατρίδος πραγμάτων εὐθαρσῆς εἶναι καθ' ὅσον ἡ τύχη τὴν παλίῤῥοιαν καὶ τὸν φθόνον οὐχ εἰς τὸ κοινὸν τῶν πολιτῶν, ἀλλ' εἰς τὸν ἴδιον ἐκείνου βίον ἀπέσκηψεν. Τούτων ῥηθέντων πᾶς ὁ δῆμος τὴν μεγαλοψυχίαν αὐτοῦ ἐθαύμασεν, ἐπὶ δὲ τοῖς παισὶ πολλαπλάσιον ἔσχε συμπάθειαν.

XII. (Exc. Vatican. p. 83.) Ὅτι μετὰ τὴν Περσέως ἧτταν Εὐμένης ὁ βασιλεὺς μεγάλαις καὶ παραδόξοις ἐχρήσατο μεταβολαῖς. Ὑπολαβὼν γὰρ ἐν ἀσφαλείᾳ κατακεῖσθαι τὴν ἰδίαν ἀρχήν, ὡς ἂν τῆς πολεμιωτάτης αὐτῷ βασιλείας καταλελυμένης, τότε μεγίστοις περιέπεσε κινδύνοις. Ἀγαθὴ γὰρ ἡ τύχη τὰ βεβηκέναι δοκοῦντα ἀσφαλῶς ἀνατρέψαι, κἂν συναγωνίσηταί τι, πάλιν ἐκ μεταβολῆς ἀντισηκοῦν καὶ λυμαίνεσθαι τὰ κατορθωθέντα.

XIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 582.) Ὅτι ὁ τῶν βαρβάρων Γαλατῶν στρατηγὸς ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ γενόμενος καὶ συναθροίσας τοὺς αἰχμαλώτους, πρᾶξιν ἐπετελέσατο βαρβαρικὴν καὶ παντελῶς ὑπερήφανον. Τούς τε γὰρ τοῖς εἴδεσι καλλίστους καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμαιοτάτους καταστέψας ἔθυσε τοῖς θεοῖς, εἴ γέ τις τῶν θεῶν δέχεται τὰς τοιαύτας τιμάς· τοὺς δὲ ἄλλους πάντας κατηκόντισε, πολλῶν μὲν ἐν αὐτοῖς γνωριζομένων διὰ τὰς προγεγενημένας ἐπιξενώσεις, οὐδενὸς δὲ διὰ τὴν φιλίαν ἐλεουμένου. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ βάρβαροι παρ' ἐλπίδας κατορθώσαντες ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐχρήσαντο τοῖς εὐτυχήμασιν.

XIV. Ὅτι ὁ Εὐμένης ξενολογήσας τά τε ὀψώνια ἅπασιν ἀπέδωκε καὶ δωρεαῖς ἐτίμησε καὶ ἐπαγγελίαις ἐψυχαγώγει πάντας, ἐκκαλούμενος τὴν εὔνοιαν, οὐχ ὁμοίως τῷ Περσεῖ. Ἐκεῖνος γὰρ δισμυρίων Γαλατῶν παραγενομένων εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον, ἀπετρίψατο τὴν τηλικαύτην συμμαχίαν, ἵνα φείσηται τῶν χρημάτων· ὁ δ' Εὐμένης οὐ λίαν εὐπορούμενος ξενολογῶν δωρεαῖς ἐτίμα τοὺς δυναμένους μάλιστα χρείας παρέχεσθαι. Τοιγαροῦν ἐκεῖνος μὲν οὐ βασιλικὴν μεγαλοφροσύνην, ἀλλ' ἰδιωτικὴν τοῦ τυχόντος ἀναλαβὼν μικροψυχίαν, ἅμα τῇ βασιλείᾳ πάσῃ καὶ τὸν τηρηθέντα πλοῦτον ἐπεῖδεν αἰχμάλωτον· οὗτος δὲ τῆς νίκης πάντα δεύτερα τιθέμενος οὐ μόνον ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐῤῥύσατο τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τῶν Γαλατῶν ἔθνος ὑποχείριον ἐποιήσατο.

XV. (Exc. Vatican. p. 83,84.) Ὅτι καὶ Προυσίας ὁ τῆς Βιθυνίας βασιλεὺς ἧκε συγχαρησόμενος τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς τοὺς πολέμους κατορθώσασι στρατηγοῖς· οὗ τὸ τῆς ψυχῆς ἀγεννὲς οὐχ ἄξιον παραλιπεῖν ἀνεπισήμαντον. Τῆς μὲν γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαινουμένης ἀρετῆς, πολλοὶ τῶν ἐπιγινομένων προάγονται πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον, τῆς δὲ τῶν φαύλων ἀνανδρίας ὀνειδιζομένης, οὐχ ὀλίγοι τῶν πρὸς τὴν κακίαν ὁρμώντων ἀποτρέπονται. Διὸ καὶ χρηστέον οὐ παρέργως τῇ τῆς ἱστορίας παῤῥησίᾳ πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ κοινοῦ βίου.

(Exc. Legat. p. 625.) (2) Ὅτι Προυσίας ἀνάξιος

quandoquidem fortuna inconstantiam invidiamque suam non adversus civitatem, sed in suam unius domum expromsisset. His auditis populus universus Æmilii animum admiratus liberos ejus majore adhuc luctu prosecutus est.

XII. Rex Eumenes post cladem Persei magnas et inopinas fortunæ conversiones expertus est: dum enim existimat in tuto sibi esse ditionem suam post inimicissimi regni interitum, in summa discrimina venit. Valet enim fortuna ad evertendum ea quæ firmo gradu videbantur insistere, rursus eadem valet conversa vice æquilibrium reddere, et bene constituta pessumdare.

XIII. Præfectus Gallorum, a persequendis hostibus reversus, convocatis captivis facinus impium atque insolens plane perpetravit; pulcherrimum quosque eorum et ætate florentissimos coronis vinctos diis immolavit, si tamen admittit aliquis deorum hujusmodi sacrificia; ceteros vero telis obruit: quorum plerosque antiqua consuetudine notos quum haberet, nemini tamen in amicitiæ gratiam pepercit. Nec mirandum est Barbaros, præter spem prospere rem gerentes, supra quam decet hominem uti fortuna secunda.

XIV. Eumenes conductis mercenariis militibus et stipendium solvit, et præterea dona singulis addidit; plura etiam in posterum pollicitus, fidos suis partibus ac benevolos omnes præstitit, haud perinde ac Perseus. Hic enim, quum Gallorum viginti millia ad bellum contra Romanos gerendum auxilio adessent, pecuniæ suæ nimium parcus, hujusmodi societatem respuit. At Eumenes, quamvis haud tantis abundans opibus, conducto mercenario milite, omnes, qui suis partibus prodesse poterant, liberalitate sua prosequebatur. Igitur ille haudquaquam regia magnificentia, sed sordida quadam parsimonia usus, opes, quas tanta diligentia custodierat, una cum regno in victoris potestatem redactas ipse vidit: hic vero, quum victoria nihil antiquius habuisset, non modo maximis periculis regnum suum liberavit, sed etiam universam Gallorum gentem in ditionem suam redegit.

XV. Bithyniæ quoque rex Prusias venit ut senatui et imperatoribus bella feliciter gesta gratularetur: cujus animi abjectio haud silentio prætereunda est. Namque ut laudata strenuorum virorum virtute multi posteri ad studium par excitantur, ita stultorum vituperata abjectione haud pauci ad vitium proni retinentur. Quamobrem haud segniter utendum est historiæ libertate ad communis vitæ emendationem.

(2) Prusias, regio nomine et majestate indignus, toto

γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος καὶ διατελέσας πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον αἰσχρῶς κολακεύων τοὺς ὑπερέχοντας, καί ποτε Ῥωμαίων πρὸς αὐτὸν παραγενομένων πρεσβευτῶν, τὰ μὲν τῆς βασιλείας σύμβολα, τό τε διάδημα καὶ τὴν πορφύραν, ἀπέθετο, μιμησάμενος δὲ τὴν τῶν προσφάτως ἀπελευθερουμένων παρὰ Ῥωμαίοις τάξιν, ἀπήντησεν ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν καὶ πῖλεον ἔχων λευκόν, ἔτι δὲ φορῶν τήβενναν καὶ κάντιλον· ἀσπασάμενος δὲ τοὺς πρεσβευτάς, ἀπέφαινεν ἑαυτὸν ἀπελεύθερον εἶναι Ῥωμαίων· ἧς ἀγεννεστέραν φωνὴν οὐ ῥᾳδιον εὑρεῖν. (3) Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τούτοις οἰκεῖα πρότερον διεπράξατο, καὶ τότε δὲ κατὰ τὴν εἴσοδον γενόμενος τὴν εἰς τὴν σύγκλητον, κατὰ τὸ θύρετρον ἀντίον στὰς τοῦ συνεδρίου καὶ καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους, ἐπιφθεγξάμενος Χαίρετε θεοὶ σωτῆρες, ὑπερβολὴν οὐδεμίαν ἀπολιπὼν κολακείας ἀνάνδρου καὶ γυναικισμοῦ. Ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τὸν λόγον ἐν τῇ συγκλήτῳ ποιησάμενος, τοιαῦτα διῆλθεν ὥστε καὶ γράφειν ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι. Ἡ δὲ σύγκλητος τοῖς πλείστοις τῶν λεγομένων προσκόπτουσα, πρεπούσας τῇ κολακείᾳ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιήσατο· Ῥωμαῖοι γὰρ καὶ πολεμίους ἐπ' ἀνδρείᾳ μεγαλοφρονοῦντας νικᾶν σπεύδουσιν.

XVI. (Exc. de Virt. et vit. p. 582-584.) Ὅτι ἔνιαι τῶν ἐπιβολῶν τοῦ Ἀντιόχου καὶ τῶν πράξεων βασιλικαὶ καὶ θαυμάσιαι τελέως ἦσαν, τινὲς δὲ πάλιν οὕτως εὐτελεῖς καὶ ληρώδεις, ὥσθ' ὁλοσχερῶς ὑπὸ πάντων καταφρονεῖσθαι. Συντελῶν γὰρ τοὺς ἀγῶνας πρῶτον μὲν ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσιν ἔσχε προαίρεσιν. Ἐκεῖνοι γὰρ αὔξοντες τὴν ἰδίαν βασιλείαν καὶ δυνάμεσι καὶ χρημάτων πλήθεσι, καθὸ οἷοί τ' ἦσαν ἐπεκρύπτοντο τὴν διαίρεσιν διὰ τὴν Ῥωμαίων ὑπεροχήν· οὗτος δὲ τὴν ἐναντίαν λαβὼν διάθεσιν, συνήγαγε σχεδὸν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας εἰς τὴν πανήγυριν, πάντα τὰ τοῦ βασιλείου μέρη διαφερόντως ἐκόσμησεν, εἰς ἕνα δὲ τόπον ἀθροίσας καὶ καθάπερ ἐπὶ σκηνὴν ἀναβιβάσας, τὴν βασιλείαν ἅπασαν ἐποίησε μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν περὶ αὐτόν.

(2) Ὅτι τοὺς πολυτελεῖς ἀγῶνας καὶ τὴν θαυμαστὴν πανήγυριν ἐκτελέσας ὁ Ἀντίοχος πάντας τοὺς πρὶν ὑπερέβαλεν· ὁ δὲ δι' αὐτοῦ χειρισμὸς πολλῆς εὐτελείας καὶ καταφρονήσεως ἦν οἰκεῖος. Παρέτρεχε γὰρ παρὰ τὴν πομπὴν ἱππάριον ἔχων εὐτελὲς καὶ τοὺς μὲν προάγειν κελεύων, τοὺς δὲ ἐπέχειν, ἄλλους δὲ ὡς ἔτυχε διατάττων· ὥστε εἴ τις ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ διάδημα, μηδένα τῶν ἀγνοούντων πιστεῦσαι τοῦτον εἶναι τὸν βασιλέα τὸν τῶν ὅλων κύριον, ὁρῶντα μηδ' ὑπηρέτου μετρίου φαντασίαν ἔχοντα. Ἐν δὲ τοῖς πότοις αὐτὸς ἐφιστάμενος ταῖς εἰσόδοις οὓς μὲν εἰσῆγεν, οὓς δὲ ἀνέκλινε, καὶ τοὺς διακόνους τοὺς τὰς παραθέσεις φέροντας διέταττεν. (3) Ἀκολούθως δὲ τούτοις προσιὼν τοῖς εὐωχουμένοις, εἰ τύχοι, ποτὲ μὲν ἐκάθιζε, ποτὲ δὲ προσανέπιπτε. Καὶ ποτὲ μὲν ἀποτιθέμενος τὸ ποτήριον, ποτὲ δὲ ῥίπτων τὸν ψωμόν, ἀνεπήδα καὶ μετανίστατο, καὶ περιῄει πάντα

vitæ tempore eminentioribus viris turpiter blandiri insueverat. Conventus aliquando a Romanorum legatis, positis regni insignibus, diademate et veste purpurea, imitatus recens manumissorum apud Romanos morem atque habitum, raso capite, pileum gerens album, toga et calceis vestitus processit, et legatos salutans, Ecce me, inquit, libertum Romanorum. Qua voce minus generosam haud facile invenias. (3) Plura hujus generis alia jam antea fecerat: tum vero ingressus curiam, ad januam adstans, exadversum patres, demissis manibus limen adoravit senatorumque consessum, et simul, Salvete, inquit, dii servatores mei; omnes utique muliebres blanditias et adulationes longe exsuperans. Similis oratio hominis ad senatum fuit, quam vel literis prodere nos dedecet. Patres, plerisque regis dictis offensi, dignam adulatori responsionem dederunt. Malunt enim Romani hostes magni animi quam viles vincere.

XVI. Erant Antiochi (*Epiphanis*) consilia quædam et facta prorsus regia atque admiratione digna: quædam contra abjecta adeo ac vilia, ut ab omnibus plane spernerentur. Nam quum sollemnes ederet ludos, primum quidem contrarium ac ceteri reges consilium secutus est: qui quum et copiis et pecunia pro virili parte regnum suum confirmarent, id ut maxime occultum esset, metu populi Romani laborabant. Hic vero diversam viam secutus, ex omnibus fere orbis partibus viros celeberrimos ad spectaculum invitavit, atque universam regiam magnificentissime exornavit: quumque cunctas imperii opes unum in locum coegisset, et quasi spectandas in scena proposuisset, id assecutus est ut ex rebus suis nihil esset quod Romanos lateret.

(2) Ludorum magnificentia mirandoque solemnitatis apparatu superiores principes omnes Antiochus superavit. Verum ipsa totius ludicri ordinatio, quam ipse per se obibat, admodum vilis atque indecora visa est. Namque ipse modico vectus cantherio ultro citroque pompæ adequitans, illos progredi, hos subsistere jubebat; alios, prout erat libitum, ordinabat: adeo ut si quis diadema ei detraxisset, nemo summum regem esse illum crediturus esset, qui ne mediocris quidem atque honestioris ministri speciem præ se ferret. Jam vero in publico epulo ipse stans in vestibulo, alios introducebat, alios accumbere jubebat; ad hæc ministros fercula gestantes ordinabat. (3) Interdum etiam ad aliquem ex epulantibus accedens, modo assidebat, modo humi accubabat; nec raro aut poculum interim in mensa ponens, aut bucceam jactans, exsiliebat discurrebatque. Triclinium

τὸν πότον, προπόσεις λαμβάνων ὀρθὸς καὶ τοῖς ἀκροάμασι προςπαίζων. Καὶ δή ποτε προκοπτούσης ἐπὶ πολὺ τῆς ἑστιάσεως, καὶ τῶν πλειόνων ἤδη κεχωρισμένων, ἧκεν ὑπὸ τῶν μίμων εἰςφερόμενος περικεκαλυμμένος· τεθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν γῆν ὑπὸ τῶν συμπαιζόντων, μετὰ ταῦτα τῆς συμφωνίας προκαλουμένης, ἀνεπήδα γυμνός, καὶ τοῖς μίμοις προςπαίζων ὠρχεῖτο τῶν ὀρχήσεων τὰς γέλωτα καὶ χλευασμὸν εἰωθυίας ἐπισπᾶσθαι, ὡς πάντας αἰσχυνθέντας ἐπὶ τοῖς πραττομένοις φεύγειν ἐκ τοῦ πότου, καὶ ἕκαστον τῶν ἀπηντηκότων ἐπὶ τὴν πανήγυριν, ὅτε μὲν εἰς τὴν ὑπερβολὴν τῆς χορηγίας ἐμβλέψαι καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀγῶσι καὶ πομπείαις οἰκονομίαν καὶ διάταξιν τῶν ὅλων, καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασιλείαν, ὅτε δὲ εἰς αὐτὸν ἀτενίσαι καὶ τὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων κατεγνωσμένον, ἀπιστεῖν εἰ περὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν τοσαύτην ἀρετὴν καὶ κακίαν ὑπάρξαι δυνατόν ἐστιν.

etiam circumlustrans, propinatos sibi calices stans hauriebat, et cum symphoniacis sæpe colludebat. Quin etiam producto in multam vesperam convivio quum multi jam excessissent, ipse linteo coopertus a mimis illatus est, humique depositus : tandem vero velut symphonia excitatus, exsurrexit nudus, et ludibundus cum mimis saltationes maxime ludicras ac ridiculas desaltare cœpit, adeo ut præ pudore cuncti ex convivio diffugerent. Ac singuli, qui ad spectaculum convenerant, quoties in magnitudinem apparatus et in pompæ ac ludicri totius dispositionem oculos conjiciebant, regem ac regni opes maxima admiratione prosequebantur; si quando autem regem ipsum ac prava ejus studia intuerentur, vix credebant, in uno atque eodem ingenio tot virtutes simul ac vitia posse reperiri.

XVII. Ὅτι τούτων συντελεσθέντων ἧκον οἱ τοῦ Γράκχου πρεσβευταὶ κατασκεψόμενοι τὴν βασιλείαν. Οἷς ὁ βασιλεὺς ὡμίλησε φιλοφρόνως, ὥστε μηδὲν ὑποπτεῦσαι περὶ αὐτοῦ πραγματικὸν ἢ διαφορᾶς ἔμφασιν ἔχον τῆς δοκούσης ὑποικουρεῖν ἐκ τῆς κατὰ τὴν Αἴγυπτον γενομένης προςκοπῆς. Οὐχ ἦν δὲ τῇ προαιρέσει τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἀλλοτριώτατα διέκειτο πρὸς Ῥωμαίους.

XVII. Peracto demum ludicro, legati advenerunt, quorum princeps erat (*Tiberius*) Gracchus, ad inspiciendas res Syriæ missi : quos ea humanitate Antiochus excepit, ut nullatenus suspecta regis consilia habuerint, nullum in eo subalienati et offensi ob ea, quæ in Ægypto acciderant, animi signum deprehenderint; tametsi longe alia re ipsa Antiochus voluntate erat, prorsusque a populo Romano alienissimus.

XVIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 584.) Ὅτι τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἐκπεσόντος καὶ πεζῇ ἀπερχομένου εἰς Ῥώμην, ἐγνώρισεν αὐτὸν ὁ Δημήτριος ὁ τοῦ Σελεύκου, καὶ θαυμάσας τὸ παράδοξον, ἐποίησέ τι βασιλικὸν καὶ μεγαλοπρεπὲς δεῖγμα τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως. Παραχρῆμα γὰρ προχειρισάμενος βασιλικὴν ἐσθῆτα καὶ διάδημα, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἵππον πολυτελῆ χρυσοφάλαρον, μετὰ τῶν ἰδίων παίδων ἀπήντησε τῷ Πτολεμαίῳ. Συμμίξας δὲ αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπὸ διακοσίων σταδίων καὶ φιλοφρόνως ἀσπασάμενος, παρεκάλει κοσμηθέντα τοῖς τῆς βασιλείας παρασήμοις ἀξίαν ἑαυτοῦ ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ῥώμην εἴςοδον, ἵνα μὴ τελέως εὐκαταφρόνητος εἶναι δόξῃ. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος τὴν μὲν προθυμίαν ἀπεδέξατο, τοσοῦτον δὲ ἀπέσχε τοῦ δέξασθαί τι τῶν διδομένων, ὥστε καὶ τὸν Δημήτριον ἠξίωσεν ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεων καταμεῖναι καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἀρχίαν μετ' αὐτοῦ.

XVIII. Ptolemæus (*Philometor*), regno pulsus, quum Romam pedestri itinere proficisceretur, agnitus est a Demetrio Seleuci filio, qui insperato casu commotus, magnificentiæ suæ ac plane regii animi illustre specimen edidit. Statim enim parata veste regia cum diademate et equo aureis ornato phaleris, stipatus suis famulis, Ptolemæo obviam processit, eique vicesimo sexto ab urbe lapide occurrit. Quem postquam comiter salutavit, hortari cœpit, ut ornatus regiis insignibus eo quo par erat comitatu Romam ingredi vellet, ne plane despectui haberetur. Sed Ptolemæus prolixam quidem in se Demetrii voluntatem multum laudavit : ceterum tantum abfuit ut quidquam eorum, quæ sibi offerebantur, acciperet, ut Demetrium rogaret, in aliquo ex oppidis per viam sitis una cum Archia subsisteret.

(Exc. Vatican. p. 84, 85.) (2) Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος βασιλεὺς Αἰγύπτου ἐκπεσὼν τῆς βασιλείας παρὰ τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ, ἐν ἰδιώτου σχήματι οἰκτρῷ κατήντησεν εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ σπάδωνος ἑνὸς καὶ τριῶν παίδων. Πεπυσμένος δὲ κατὰ τὴν πορείαν τὸ κατάλυμα τὸ τοῦ Δημητρίου τοῦ τοπιογράφου, πρὸς τοῦτον ζητήσας κατέλυσε πεφιλοξενημένον ὑπ' αὐτοῦ πλεονάκις ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπιδημίᾳ· ᾤκει δὲ ἐν ὑπερῴῳ στενῷ καὶ παντελῶς εὐτελεῖ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ μισθῶν. (3) Ὥστε τίς ἂν πιστεύσειε τοῖς ὑπὸ τῶν πολλῶν νομιζομένοις ἀγαθοῖς ἢ τοὺς ὑπὲρ τὸ μέτριον εὐτυχοῦντας μακαριστοὺς ἡγήσαιτο; ὀξυτέ-

(2) Ptolemæus Ægypti regno pulsus a fratre, miserabili privati hominis habitu Romam profectus est cum uno spadone et tribus famulis. Quumque in itinere de habitaculo Demetrii audisset, qui pictor erat operis topiarii; quæsito eo, ibi diversatus est, quem scilicet hominem rex sæpe lauto hospitio exceperat quum Alexandriam ventitaret. Habitabat autem in angusto et admodum vili cœnaculo, propter maxima locationum in urbe Roma pretia. (3) Quis igitur confidat iis, quæ vulgo bona creduntur, vel quis homines, qui affatim iis affluunt, beatissimos judicet? Quippe velociorem

ραν γὰρ καὶ μείζονα μεταβολὴν τύχης καὶ περιπέτειαν οὕτως ἀνέλπιστον οὐκ ἄν τις ἑτέραν ῥᾳδίως εὕροι. Οὐδεμιᾶς γὰρ αἰτίας ἀξιολόγου γενομένης, τὸ τηλικοῦτο τῆς βασιλείας ἀξίωμα πρὸς ἰδιωτικὴν ταπεινότητα τύχης ἐπεπτώκει, καὶ ὁ τοσαύταις μυριάσιν ἐλευθέρων ἐπιτάττων ἄφνω τρεῖς οἰκέτας ἔσχε μόνον περιλελειμμένους ἀπὸ τῶν τῆς ἰδίας τύχης ναυαγίων.

XIX. (Exc. Photii p. 517, 518.) Ὅτι λέγουσιν ἑαυτοὺς οἱ τῆς Καππαδοκίας βασιλεῖς εἰς Κῦρον ἀναφέρειν τὸ γένος τὸν ἐν Πέρσαις, διαβεβαιοῦνται δὲ καὶ τῶν ἑπτὰ Περσῶν τῶν τὸν μάγον ἐπανελομένων ἑνὸς ὑπάρχειν ἀπόγονοι. Καὶ τὴν μὲν ἀπὸ Κύρου συγγένειαν οὕτω καταριθμοῦνται. Καμβύσου τοῦ Κύρου πατρὸς ἀδελφὴν ὑπάρξαι γνησίαν Ἄτοσσαν· ταύτης δὲ καὶ Φαρνάκου τοῦ Καππαδοκίας βασιλέως γενέσθαι παῖδα Γάλλον, καὶ τούτου γενέσθαι Σμέρδιν, οὗ Ἀρτάμνην, τοῦ δὲ Ἀναφᾶν, ὃν καὶ διενεγκεῖν μὲν ἀνδρείᾳ καὶ τόλμῃ, γενέσθαι δ' ἕνα τῶν ἑπτὰ Περσῶν. (2) Τὴν μὲν οὖν εἰς Κῦρον συγγένειαν οὕτω γενεαλογοῦσι καὶ τὴν εἰς Ἀναφᾶν, ὅν φασι δι' ἀνδρείαν συγχωρηθῆναι τὴν Καππαδοκίας δυναστείαν, ὥστε μὴ τελεῖν φόρους Πέρσαις. Οὗ τελευτήσαντος ὁμώνυμος υἱὸς ἄρχει. Μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν ἀπολειφθέντων δυεῖν υἱοῖν, Δατάμου καὶ Ἀριμναίου, διαδέξασθαι τὴν ἀρχὴν Δατάμην, ἄνδρα καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατ' ἄλλα μέρη τῆς βασιλείας ἐπαινούμενον, ὃς Πέρσαις διὰ μάχης ἐλθὼν καὶ λαμπρῶς κατὰ τὴν μάχην ἀγωνισάμενος, ἐν αὐτῇ τελευτᾷ. Διεδέξατο δὲ τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς Ἀριάμνης, οὗ γίνονται παῖδες Ἀριαράθης καὶ Ὀλοφέρνης· οὗτος δὲ ἔτη πεντήκοντα δυναστεύσας καὶ μηδὲν ἔργον ἄξιον μνήμης πράξας τελευτᾷ. (3) Τὴν δὲ ἀρχὴν διεδέξατο ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν Ἀριαράθης, ὃς φιλοστοργῆσαι διαφερόντως λέγεται τὸν ἀδελφόν, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὰς ἐπιφανεστάτας τάξεις· ὃν καὶ Πέρσαις κατ' Αἰγυπτίων ἀποσταλέντα συμμαχῆσαι μετὰ μεγάλων τιμῶν ἐπανελθεῖν, ἃς Ὦχος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὑπὲρ ἀνδρείας ἐδίδου, καὶ τὸν βίον ἐν τῇ πατρίδι λιπεῖν, υἱοὺς ἐγκαταλιπόντα Ἀριαράθην καὶ Ἀρύσην. (4) Ὁ δὲ ἀδελφὸς καὶ τῆς Καππαδοκίας ἔχων τὴν ἀρχήν, οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ γονὴ γνησία, τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων τἀδελφοῦ Ἀριαράθην υἱοποιεῖται. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν καταπολεμεῖ μὲν Πέρσας, εἶτα καὶ τελευτᾷ, καὶ Περδίκκας ὁ τῶν ὅλων τότε ἡγούμενος Εὐμένη πέμπει Καππαδοκίας στρατηγόν. Καὶ καταπολεμηθέντος Ἀριαράθου πεσόντος τε ἐν τῇ μάχῃ, αὐτή τε ἡ Καππαδοκία καὶ τὰ πλησιόχωρα αὐτῆς ἔπεσεν ὑπὸ Μακεδόνας. (5) Ἀριαράθης δὲ ὁ τοῦ προβεβασιλευκότος υἱὸς ἀπελπίσας κατὰ τὸ παρὸν ἀποχωρεῖ μετ' ὀλίγων πρὸς τὴν Ἀρμενίαν. Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον τῶν περὶ τὸν Εὐμένη καὶ Περδίκκαν τελευτησάντων, Ἀντιγόνου δὲ καὶ Σελεύκου περισπωμένων, λαβὼν δύναμιν παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ἀρμενίων Ἀρδοάτου, τὸν μὲν τῶν Μακεδόνων στρατηγὸν Ἀμύνταν ἀπέκτεινεν, ἐξέβαλε δὲ καὶ

majoremve fortunæ conversionem casumque adeo insperatum haud facile alibi quis reperiat. Etenim Ptolemæus nulla gravi interveniente causa in privatæ conditionis humilitatem a tanti regni fastigio decidit, et qui tot millibus liberorum hominum imperabat, repente ad tres servulos, qui ei de suæ fortunæ naufragio reliqui erant, redactus est.

XIX. Cappadociæ reges ad Cyrum Persarum dominatorem se genus referre dicunt. Ab uno præterea septem illorum Persarum, qui Magum e medio sustulerunt, oriundos se confirmant. Et cognationis a Cyro deductæ seriem ita enumerant. Cambysæ patris Cyri germanam fuisse Atossam. Ex hac et Pharnace Cappadociæ rege natum esse Gallum: unde Smerdis; ex quo Artamnes; et ex hoc Anaphas, quem fortitudine atque audacia excelluisse, et unum de septem viris Persarum fuisse perhibent. (2) Cognationis itaque gradus ad Cyrum sic recensent, itemque ad Anaphan, cui ob fortitudinem Cappadociæ principatum ita concessum aiunt, ut nulla tributa Persis solveret. Hoc defuncto, ejusdem nominis filius imperat. Post hujus vero obitum relictis duobus filiis, Datame et Arimnæo, imperium excepisse Datamen, virum et bello et aliis imperii partibus laudatissimum. Qui pugna cum Persis commissa, quum egregie prœlio decertasset, in acie occubuit. Successit autem in regno filius Ariamnes: quo nati Ariarathes et Holophernes. Is quum annos quinquaginta principatu functus nullum memoria dignum facinus patrasset, moritur. (3) Hinc natu major filiorum Ariarathes imperium suscipit. Qui eximio fratrem amore complexus, per omnes honorum gradus ad splendidissimas eum dignitates provexisse memoratur. Persis etiam contra Ægyptios profectis socia arma junxit; et honoribus amplissimis, quos Ochus Persarum rex fortitudinis causa impertiverat, auctus rediit, vitaque in patria defunctus est, filiis Ariaratho et Arysa relictis. (4) Frater autem, qui et ipse Cappadociæ imperium tenuit, quum genuina sobole careret, Ariarathem, grandiorem natu ex fratre nepotem, adoptat. Circa hæc tempora Alexander Macedo Persarum opes bello frangit, nec multo post moritur. Perdiccas autem, rerum summæ præfectus, Eumenem Cappadociæ imperatorem mittit. Tum debellato Ariarathe inque pugna cæso, et Cappadocia ipsa et finitima Macedonibus subjiciuntur. (5) Ariarathes vero, prioris regis filius, omissa in præsens spe (regni), cum paucis in Armeniam discedit. Nec multo tempore post, Eumene ac Perdicca defunctis, Antigonoque et Seleuco districtis, copiis ab Ardoato, rege Armeniorum, acceptis, ductorem Macedonum Amyntam interfecit, subitoque Macedones e

Μακεδόνας ταχέως τῆς χώρας, καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀνεκτήσατο. (6) Τούτῳ δὲ τριῶν παίδων γενομένων, παρέλαβε τὴν βασιλείαν ὁ πρεσβύτατος Ἀριάμνης· ὃς ἐπιγαμίαν πρὸς Ἀντίοχον ποιησάμενος τὸν ἐπονομασθέντα θεόν, τὴν τούτου θυγατέρα Στρατονίκην συνῴκισε τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν υἱῶν Ἀριαράθῃ. Ὑπάρχων δὲ φιλότεκνος διαφερόντως, περιέθετο τῷ παιδὶ διάδημα, καὶ συνάρχειν πάντων τῶν τῆς βασιλείας προτερημάτων ἐπ' ἴσης μεταδίδωσι. Τοῦ δὲ πατρὸς τελευτήσαντος, Ἀριαράθης βασιλεύει καθ' ἑαυτόν, καὶ μεταλλάσσων τὸν βίον κατέλιπε τὴν βασιλείαν Ἀριαράθῃ τῷ υἱῷ, νηπίῳ παντελῶς ὄντι τὴν ἡλικίαν. (7) Οὗτος δὲ ἔγημε θυγατέρα τοῦ μεγάλου κληθέντος Ἀντιόχου, ὀνομαζομένην Ἀντιοχίδα, πανοῦργον μάλιστα. Ταύτην δέ, μὴ γινομένων τέκνων, ὑποβαλέσθαι δύο παῖδας, ἀγνοοῦντος τοῦ ἀνδρός, Ἀριαράθην καὶ Ὀλοφέρνην. Μετὰ δέ τινα χρόνον τῆς φύσεως ἐπιδεξαμένης, ἀνελπίστως τεκεῖν αὐτὴν δύο μὲν θυγατέρας, υἱὸν δὲ ἕνα τὸν ὀνομασθέντα Μιθριδάτην. Ἐξ οὗ τοὺς ὑποβολιμαίους ἀναδιδαξαμένην τἀνδρὶ τὸν μὲν πρεσβύτερον μετὰ συμμέτρου χρείας εἰς Ῥώμην ἀποσταλῆναι παρασκευάσαι, τὸν δὲ νεώτερον εἰς τὴν Ἰωνίαν χάριν τοῦ μὴ διαμφισβητεῖν ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῷ γνησίῳ. Τοῦτον δὲ ἀνδρωθέντα καὶ Ἀριαράθην φασὶ μετονομασθῆναι, παιδείας τε Ἑλληνικῆς μετασχεῖν, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπαινεῖσθαι ἀρετήν. (8) Καὶ ὁ μὲν πατὴρ φιλοπάτορι ὄντι τῷ υἱῷ ἔσπευδεν ἀποδοῦναι τὴν τοῦ φιλοτέκνου σπουδήν, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῖς προέβη τὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίας, ὥςτε ὁ μὲν πατὴρ ἐξίστασθαι τῆς ὅλης ἀρχῆς ἠγωνίζετο τῷ παιδί, ὁ δὲ ἀδύνατον ἐδείκνυ δέξασθαι αὐτὸν παρὰ γονέων ἔτι ζώντων τὴν τοιαύτην χάριτα. Οὗτος, τὸν πατέρα τοῦ πεπρωμένου καταλαβόντος, διεδέξατο τὴν βασιλείαν, τήν τε ἄλλην ἀγωγὴν τοῦ βίου ἀξιολογωτάτην ἐνδεικνύμενος καὶ φιλοσοφίᾳ προςανέχων, ἐξ οὗ καὶ ἡ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένη πάλαι Καππαδοκία τότε τοῖς πεπαιδευμένοις ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν. Ἀνενεώσατο δ' οὗτος καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς εἰς Κῦρον ἀναφορᾶς τῶν μέχρι τοῦδε τῆς Καππαδοκίας βασιλευσάντων ἐν τούτοις.

(Georg. Syncell. Chronogr. p. 275.) (9) Καππαδόκων βασιλεῖς ἑπτά, χρόνους ρξ' διαρκέσαντες, κατὰ τούτους ἤρξαντο τοὺς χρόνους, ὡς Διόδωρος γράφει.

XX. (Exc. de Virt. et vit. p. 584.) Ὅτι τοῦ Ἀντιπάτρου ταῖς ἀνάγκαις ἐναποθανόντος, Ἀσκληπιάδην τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένον ἤγαγον βοῶντα διότι Τιμόθεος τοῦτο τὸ δρᾶμα συντέθεικε καὶ τὸ μειράκιον προκεκλημένος εἴη πρὸς ἄδικον καὶ ἀσεβῆ τιμωρίαν τἀδελφοῦ. Τοῦ δὲ πλήθους τῶν ἡγεμόνων ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἔννοιαν λαμβάνοντος τῆς ὅλης ῥᾳδιουργίας καὶ τοὺς ἀνήκεστα πάσχοντας ἐλεοῦντος, φοβηθέντες οἱ περὶ Τιμόθεον τοὺς λοιποὺς τῶν καταιτιαθέντων ἀπολύσαντες τῶν βασάνων, κατ' ἰδίαν ἐπανείλαντο.

regione expulit, atque ita regnum gentile recuperavit. (6) Tres huic filii erant, quorum ætate maximus Ariamnes regnum accepit. Is affinitate cum Antiocho, quem Deum nominant, contracta, filiam hujus Stratonicen Ariarathæ, ex filiis natu majori, matrimonio conjunxit. Et quia liberorum amantissimus erat, diadema nato imposuit, omnesque regni honores, ut æquali secum potestate imperaret, cum illo communicavit. Patre autem vivis exemto, Ariarathes solus regnat. Et vitam cum morte commutans, regnum filio Ariarathæ, tenerrimæ adhuc ætatis, relinquit. (7) Is filiam Antiochi, quem Magnum vocant, Antiochidem nomine, astutia excellentem, in matrimonium accepit. Hæc, quum liberis careret, duos marito inscio pueros supposuit, Ariarathen et Holophernen. Sed aliquanto post, natura semen receptante, præter spem duas filias peperit, unumque filium nomine Mithridatem. Exinde quum de subjectitiis virum edocuisset, ut ætate prior cum mediocri sumtu Romam ablegaretur, effecit, posterior vero in Ioniam, ne litem de regno moverent genuino. Hunc autem, ubi virilem ætatem attigit, etiam Ariarathen nominatum perhibent, disciplinisque Græcis imbutum, ceterisque insuper virtutibus laudem promeruisse. (8) Ceterum pater, ut filio, qui genitorem mirifice amabat, vicem amoris redderet, impense cupiebat. Et eo usque mutuæ benevolentiæ studium illis progressum est, ut parens toto imperio cedere filio certarit; ille autem, fieri non posse ut a parentibus adhuc vivis tantum beneficium acciperet, demonstrarit. Is ergo, quum fato parens concessisset, in regno successit, quum cetera vitæ conformatione laudabilem se exhibens, tum philosophiæ studiis animum intendens; unde factum ut ignota Græcis Cappadocia tunc eruditis aptissimam vitæ stationem præberet. Hic etiam amicitiæ et societatis fœdus cum Romanis renovavit. Atqui narratio de generis illorum, qui huc usque in Cappadocia regnarunt, reductione ad Cyrum, in hisce jam subsistat.

(9) Cappadocum reges septem, per centum sexaginta annos tenuerunt imperium, cujus primordia in hanc incidunt ætatem, referente Diodoro.

XX. Quum Antipater inter tormenta exspirasset, Asclepiaden præfectum urbis adduxerunt vociferantem, totius negotii scenam abs Timotheo compositam esse, ejusque persuasione inductum adolescentem, ut impio atque injusto supplicii genere fratrem afficeret. Quumque proceres totius fraudis seriem inde conjicere cœpissent, ac crudeliter excruciatorum vicem miserarentur, timore perculsus Timotheus reliquos, qui delati fuerant, tormentis liberatos, postmodum clam e medio sustulit.

XXI. Ὅτι ὁ Φιλοπάτωρ κληθεὶς Ἀριαράθης διαδεξάμενος τὴν πατρῴαν βασιλείαν, πρῶτον μὲν τὸν πατέρα μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν· ἔπειτα τῶν τε φίλων καὶ τῶν ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑποτεταγμένων τὴν καθήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιησάμενος, μεγάλην εὔνοιαν παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἀπηνέγκατο.

XXII. Ὅτι τὸν Μιθροβουζάνην ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν καταγαγόντος Ἀριαράθους, Ἀρταξίας ὁ τῆς Ἀρμενίας βασιλεὺς οὐκ ἀφιστάμενος τῆς ἐξ ἀρχῆς πλεονεξίας, πρέσβεις ἀπέστειλε πρὸς Ἀριαράθην, παρακαλῶν συμφρονῆσαι, καὶ τῶν νεανίσκων ἑκάτερον τὸν παρ' ἑαυτῷ διαχειρισάμενον διελέσθαι τὴν Σωφηνήν. Ὁ δὲ Ἀριαράθης πολὺ κεχωρισμένος τῆς τοιαύτης ῥᾳδιουργίας, τοῖς πρεσβευταῖς ἐπέπληξε, καὶ πρὸς Ἀρταξίαν ἔγραψε παρακαλῶν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων ἔργων. Ἀριαράθης μὲν οὖν ἀκολούθως, οὕτω γενηθείσης τῆς πράξεως, οὐ μετρίως ηὔξησε τὴν περὶ αὑτὸν δόξαν· ὁ δὲ Μιθροβουζάνης διὰ τὴν θαυμαζομένην τοῦ καταγαγόντος αὐτὸν πίστιν καὶ καλοκἀγαθίαν ἐκράτησε τῆς πατρῴας ἀρχῆς.

XXIII. (Exc. Legat. p. 626.) Ὅτι ἧκον πρεσβευταὶ εἰς Ῥώμην παρά τε τοῦ νεωτέρου Πτολεμαίου καὶ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου. Δοθέντος δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ λόγου, διακούσασα ἡ σύγκλητος τὰ κατὰ μέρος ἐδογμάτισε τοὺς μὲν παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου Πτολεμαίου πρεσβευτὰς ἐν ἡμέραις πέντε ταῖς πάσαις ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τὴν συμμαχίαν ἀνελεῖν τὴν πρὸς αὐτόν, πρὸς δὲ τὸν νεώτερον Πτολεμαῖον πέμψαι πρεσβευτὰς τοὺς ἐμφανιοῦντας αὐτῷ τὴν εὔνοιαν τῆς συγκλήτου καὶ τὰ διασεσαφημένα τἀδελφῷ.

XXIV. (Exc. Vatican. p. 85.) Ὅτι νεανίσκων τινῶν πριαμένων ἐρώμενον μὲν ταλάντου, κεράμιον δὲ Ποντικοῦ ταρίχου τριακοσίων δραχμῶν, ἀγανακτῶν Μάρκος Πόρκιος Κάτων τῶν εὐδοκιμουμένων ἀνδρῶν εἶπεν ἐν τῷ δήμῳ διότι μάλιστα δύνανται κατιδεῖν ἐκ τούτου τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τῆς ἀγωγῆς καὶ πολιτείας διαστροφήν, ὅταν πωλούμενοι πλεῖον εὑρίσκωσιν οἱ μὲν ἐρώμενοι τῶν ἀγρῶν, τὰ δὲ κεράμια τοῦ ταρίχου τῶν ζευγηλατῶν.

XXV. (Exc. de Virt. et vit. 585.) Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ Περσέα καταπολεμήσας τιμητὴς ὢν καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς πρωτεύων τῶν πολιτῶν ἐτελεύτησεν. Ὡς δὲ ἡ περὶ αὐτοῦ φήμη τῆς τελευτῆς διεδόθη καὶ συνήγγιζεν ὁ τῆς ἐκφορᾶς καιρός, τοιαύτην συνέβη γενέσθαι πάσης τῆς πόλεως συμπάθειαν, ὥςτε μὴ μόνον τοὺς ἐργαστηριακοὺς καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον συντρέχειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὴν σύγκλητον ὑπερθέσθαι τοὺς χρηματισμούς. Ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τῶν περιοικουσῶν τὴν Ῥώμην πόλεων ὅσαις ὁ χρόνος τὴν ἀναστροφὴν ἐδίδου, ἐλθεῖν πρὸς τὸν τῆς ἐκφορᾶς καιρόν, καὶ τῶν τὴν εἰς τὴν Ῥώμην τιμὴν σχεδὸν τιμὴν μετὰ προθυμίας, ἅμα θεασόμενοι καὶ τιμήσοντες τὸν μετηλλαχότα.

(Exc. Photii p. 518, 519.) (2) Ὅτι περὶ

XXI. Ariarathes, cognomento Philopator, quum hereditario jure paternum regnum suscepisset, ante omnia patris exsequias omni magnificentiæ genere celebravit. Post hæc amicos ac duces subditosque omnes debita sollicitudine complexus, omnium ordinum benevolentiam sibi conciliavit.

XXII. Quum Mithrobuzanem in paternum regnum Ariarathes reduceret, Artaxias, Armeniæ rex, a pristina sua cupiditate haudquaquam desciscens, legatione ad Ariarathem missa hortatus regem est, ut secum consentire vellet, et altero e duobus fratribus, quem penes se habebat, interfecto, Sophenen partiretur. Sed Ariarathes, qui multum ab hujusmodi fraude abhorrebat, legatos graviter objurgavit, literisque ad Artaxiam datis monuit, ut ab ejusmodi scelere abstineret. Quo facto magnum Ariarathes cumulum laudibus suis adjecit; et Mithrobuzanes ob egregiam ejus, qui deduxit ipsum, fidem ac virtutem, regnum paternum obtinuit.

XXIII. Venerant Romam legationes a minore et a majore Ptolemæo, quibus in senatu orandi facultate præbita causaque examinata, patres hoc responsum dederunt : Missi a majore Ptolemæo intra quintum diem ex Italia excedant, renuntientque fœdus, quod cum rege fuerat, sublatum esse. Decreverunt præterea legatos ad minorem Ptolemæum mittere, qui senatus illi benevolentiam et quid fratri responsum fuisset, ostenderent.

XXIV. Quum juvenes quidam meritorium puerum talento, pontici autem salsamenti cadum trecentis drachmis emissent, M. Porcius Cato vir illustris ait coram populo stomachans, licere hinc vel apprime cognoscere reipublicæ et civilis vitæ in pejus inclinationem, quando jam pluris veneant amasii quam agri, et salsamentorum cadi quam boum juga.

XXV. L. Æmilius, is, qui de Perseo triumphavit, vir consularis ac censorius, atque omnium ætatis suæ in omni virtute princeps, his temporibus est mortuus. Cujus de obitu postquam palam factum est, sub ipsum maxime funeris tempus tantus universæ civitatis mœror fuit, ut non modo operarii ac reliqua forensis turba certatim confluerent, sed senatus etiam magistratusque omnes indicto justitio res proferrent. Quin etiam ex conterminis Romæ oppidis atque ex municipiis fere omnes, quicunque ad ipsam funebris pompæ diem adesse poterant, ingenti studio et visendi funeris et honorandi causa concurrerunt.

(2) Lucii Æmilii, qui Perseum debellavit, funus nar-

Λευκίου Αἰμιλίου τοῦ Περσέα καταπολεμήσαντος τῆς ταφῆς διερχόμενος, καὶ λαμπρὰν αὐτὴν ἐς τὰ μάλιστα γενέσθαι λέγων ἐπάγει, Τῶν γὰρ Ῥωμαίων οἱ ταῖς εὐγενείαις καὶ προγόνων δόξῃ διαφέροντες μετὰ τὴν τελευτὴν εἰδωλοποιοῦνται κατά τε τὴν τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότητα καὶ κατὰ τὴν ὅλην τοῦ σώματος περιγραφήν, μιμητὰς ἔχοντες ἐκ παντὸς τοῦ βίου παρατετηρηκότας τήν τε πορείαν καὶ τὰς κατὰ μέρος ἰδιότητας τῆς ἐμφάσεως. Παραπλησίως δὲ καὶ τῶν προγόνων ἕκαστος προηγεῖται τοιαύτην ἔχων διασκευὴν καὶ κόσμον, ὥστε τοὺς θεωμένους διὰ τῆς ἐκ τούτων ἐμφάσεως γινώσκειν ἐφ' ὅσον ἕκαστοι τιμῆς προήχθησαν καὶ μετέσχον τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ καλῶν.

XXVI. (Exc. de Virt. et vit. p. 585-587.) Ὅτι ὁ αὐτὸς Αἰμίλιος οἷος ἐν τῷ ζῆν ὑπάρχειν τὴν τύχην ἐδοξάζετο, τοιοῦτον ἀπέλιπε τὸν βίον μεταλλάττων. Πλεῖστον γὰρ τῶν καθ' αὐτὸν ἐξ Ἰβηρίας χρυσὸν κομίσας εἰς τὴν Ῥώμην, μεγίστων δὲ θησαυρῶν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἐγκρατὴς γενόμενος, πλείστης δὲ περὶ τὰ προειρημένα τετευχὼς ἐξουσίας, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ σφετερίσασθαί τι τῶν χρημάτων, ὥστε μετὰ τὴν τελευτὴν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τοὺς δοθέντας εἰς υἱοθεσίαν διαδεξαμένους τὴν κληρονομίαν, ἐκ πάντων τῶν ἐπίπλων μὴ δύνασθαι διαλῦσαι τῇ γυναικὶ τὴν φέρνην, εἰ μὴ καὶ τῶν ἐγγείων κτημάτων ἔνια προςαπέδοντο. (2) Διὸ καὶ πολλοῖς ἔδοξεν ὑπερβεβηκέναι κατὰ τὴν ἀφιλαργυρίαν τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ τοῦτο τὸ μέρος θαυμασθέντας Ἀριστείδην τε καὶ Ἐπαμεινώνδαν. Ἐκείνους μὲν γάρ, διδομένων χρημάτων ἐπὶ τῷ λυσιτελεῖ τῶν διδόντων, ἀπέχεσθαι τῆς δωρεᾶς, τοῦτον δὲ αὐτὸν ἐξουσίαν ἔχοντα λαβεῖν ὁπόσα βούλοιτο, μηδενὸς τῶν τοιούτων ἐπιθυμῆσαι. Εἰ δὲ ἄπιστόν τισι φαίνεται τὸ λεγόμενον, ἐκεῖνο λογίζεσθαι, ὅτι οὐ χρὴ τὴν τῶν ἀρχαίων ἀφιλαργυρίαν ἐκ τῆς νῦν Ῥωμαίων πλεονεξίας τεκμαίρεσθαι. Ἐπὶ γὰρ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου μεγίστην ὁρμὴν τοῦτο τὸ ἔθνος ἐσχηκέναι δοκεῖ πρὸς τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν. (3) Ἐπεὶ δὲ περὶ ἀνδρὸς νῦν ἐμνήσθην ἀγαθοῦ, βούλομαι βραχέα διελθεῖν περὶ τῆς Σκιπίωνος διαγωγῆς τοῦ Νομαντίαν ὕστερον κατασκάψαντος, ὅπως μὴ παράδοξός τισιν ἡ προκοπὴ τούτου δόξῃ γεγονέναι κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους, ἀγνοουμένης τῆς κατὰ τὴν νεότητα περὶ τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων σπουδῆς. (4) Πόπλιος τοίνυν Σκιπίων Αἰμιλίου μὲν τοῦ Περσέα θριαμβεύσαντος ἦν κατὰ φύσιν υἱός, καθάπερ ἤδη προείρηται, δοθεὶς δὲ εἰς υἱοθεσίαν Σκιπίωνι τῷ παιδὶ τοῦ τὸν Ἀννίβαν καὶ Καρχηδονίους καταπολεμήσαντος, ἔσχε κατὰ θέσιν πάππον Σκιπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν προςαγορευθέντα, μέγιστον τῶν πρὸ αὐτοῦ Ῥωμαίων. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς ῥίζης γεγονὼς καὶ τηλικοῦτο βάρος οἰκίας καὶ γένους διαδεδεγμένος, ἄξιος ἐφάνη τῆς τῶν προγόνων δόξης. (5) Ἐκ παίδων γὰρ Ἑλληνικῆς παιδείας ἐπὶ πολὺ μεταλαβών, καὶ γεγονὼς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν, ἔδωκεν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ

ratione persequens Diodorus, postquam splendidissimum id fuisse dixit, addit hæc : Romanorum enim, qui generis nobilitate et gloria majorum præstant, simulacra finguntur ad lineamentorum similitudinem totamque corporis circumscriptionem. Habent enim per omnem vitam, qui ingressum observent, et formæ in oculos incurrentis proprietates singulas imitentur. Eodem modo progenitorum unusquisque antecodit tali habitu et ornatu, ut qui intuentur, per evidentem illorum repræsentationem cognoscant, ad quos honoris gradus singuli evecti fuerint, et quantum de reipublicæ bonis et ornamentis participarint.

XXVI. Quantæ Lucii Æmilii opes, dum viveret, opinione vulgi æstimabantur, tantæ post obitum ejus repertæ sunt. Nam quum unus suæ ætatis plurimam auri vim ex Hispania in ærarium retulisset, maximarumque in Macedonia opum esset potitus, atque utrobique summam licentiam nactus fuisset, adeo nihil ex iis in sinum suum condidit, ut quum duo filii, quos in adoptionem dederat, hereditatem ipsius adiissent, supellectilis auctione facta tantum redigere non potuerint, unde uxori dos solveretur, nisi venditis præterea aliquot possessionibus. (2) Quamobrem nonnulli ejus viri abstinentiam Aristidi atque Epaminondæ, quos maxime eo nomine Græci admirantur, præferendam esse duxerunt. Illos enim ab ea pecunia, quæ pro dantis utilitate offerebatur, abstinuisse : hunc vero maximam nactum licentiam capiendi quantum vellet, nihil hujusmodi concupiisse. Quodsi cui id incredibile esse videatur, is cogitet, abstinentiam veterum Romanorum haudquaquam ex eorum, qui hodie sunt, avaritia ac cupiditate esse metiendam. Nostra enim certe ætate Romani præ ceteris gentibus maxima habendi cupidine aguntur. (3) Ceterum quandoquidem in optimi viri mentionem incidimus, pauca de L. Scipionis, ejus filii, qui postea Numantiam delevit, instituto ac disciplina ordiri lubet, ne forte ignorata cura ac diligentia, qua ille in optimarum artium studia a puero incubuit, novum atque insolens videatur, tantum in omni virtute cum postea profecisse. (4) Igitur P. Scipio Lucii quidem Æmilii, ejus qui de rege Perseo triumphavit, natura filius fuit, ut superius dixi; Publio autem Scipioni, Publii filio ejus, qui Hannibalem et Carthaginienses debellavit, in adoptionem datus, Scipionis Africani, viri ætatis suæ eminentissimi, nepos factus est. His majoribus ortus Scipio, atque in tantum familiæ decus ac splendorem succedens, haudquaquam se indignum majorum gloria præstitit. (5) Namque a tenera ætate Græcis literis apprime imbutus, quum hoc anno octavum et decimum ætatis annum ageret, ad philosophiam animum applicuit, præceptore usus Po-

λόγους, λαβὼν ἐπιστάτην Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην τὸν τὰς ἱστορίας συντεταγμένον. Τούτῳ δὲ συμβιώσας, καὶ πάσης ἀρετῆς ζηλωτὴς γενόμενος, οὐχ οἷον τῶν ἡλικιωτῶν ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων πάντων πολὺ προέσχε σωφροσύνῃ καὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ καὶ καθόλου πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς γένεσι. (6) Καίτοι γ' ἐν ἀρχαῖς πρὸ τοῦ φιλοσοφίας ἅψασθαι διάληψιν ἔσχε παρὰ τοῖς πολλοῖς ὡς νωθρὸς ὢν τὴν ψυχὴν καὶ τοῦ βάρους τῆς οἰκίας οὐκ ἀξιόχρεως διάδοχος καὶ προστάτης. Οὐ μὴν ἀλλὰ[καὶ]τῆς ἡλικίας οἰκείως πρῶτον ἤρξατο περιποιεῖσθαι τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ δόξαν. Πολλὴ γάρ τις ὁρμὴ πρὸς τὰς ἀνέδην ἡδονὰς καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀκολασίας τοῖς τότε νέοις ἐνεπεπτώκει. (7) Οἱ μὲν γὰρ εἰς ἐρωμένους, οἱ δὲ εἰς ἑταίρας, οἱ δὲ εἰς ἀκροάματα παντοδαπὰ καὶ πότους καὶ καθόλου τὴν ἐπὶ τούτοις πολυτέλειαν ἐξεκέχυντο. Ἐν γὰρ τῷ Περσικῷ πολέμῳ χρόνον πλείονα διατρίψαντες ταχέως ἐζήλωσαν τῶν Ἑλλήνων τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν, ἄλλως τε καὶ χρημάτων εὐπορηκότες καὶ χορηγὸν ἀξιόχρεων τὸν πλοῦτον ἔχοντες ταῖς πρὸς τὰς ἡδονὰς δαπάναις.

XXVII. Ὅτι ὁ Σκιπίων ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ πάσαις ταῖς τῆς φύσεως ἐπιθυμίαις ὥσπερ τισὶ θηρίοις ἀντιταξάμενος, ἐν οὐδ' ὅλοις πέντε ἔτεσι περιεποιήσατο πάνδημον καὶ συγχωρουμένην τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν. Ταύτης δ' αὐτῷ συμφώνως μαρτυρουμένης καὶ παρὰ πᾶσι μεγάλης ἐπισημασίας τυγχανούσης, ὥρμησεν ἐπὶ τὸ μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ περὶ τὰ χρήματα ἐλευθεριότητι διενεγκεῖν τῶν ἄλλων. (2) Πρὸς δὲ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἀρετῆς εἶχε μὲν καὶ τὸ ἦθος τοῦ κατὰ φυσὶν πατρὸς Αἰμιλίου πρὸς μίμησιν κάλλιστον ἀρχέτυπον, καὶ καθόλου τὴν μετ' ἐκείνου συμβίωσιν πεποιημένος, προεῖχεν ἤδη τι τῶν προὔργου καὶ προὐτετύπωτο. Οὐκ ὀλίγα δὲ αὐτῷ συνήργησε καὶ ταὐτόματον, παρασχόμενον ἀφορμὰς τοῦ ταχὺ περιβόητον αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀφιλαργυρίαν. (3) Αἰμιλία γάρτοι * μεγάλου Σκιπίωνος, ἀδελφὴ δὲ τοῦ Περσέα καταπολεμήσαντος Αἰμιλίου, μετήλλαξε τὸν βίον ἀπολιποῦσα μεγάλην οὐσίαν, ἧς οὗτος ὑπῆρξε κληρονόμος. Ἐν τούτοις οὖν πρώτην ἔδωκε πεῖραν τῆς ἰδίας προαιρέσεως ἐκ περιστάσεως τοιαύτης. Ἡ γὰρ μήτηρ αὐτοῦ Παπειρία πολὺ πρὸ τῆς τοῦ πατρὸς τελευτῆς ἐτύγχανε κεχωρισμένη μὲν ἀπὸ τἀνδρός· κατ' ἰδίαν δὲ διάγουσα τὴν τοῦ βίου χορηγίαν ἐλλιπεστέραν εἶχε τῆς περὶ αὐτὴν εὐγενείας. (4) Ἡ δὲ τοῦ κατὰ θέσιν πατρὸς μήτηρ τὴν κληρονομίαν ἀπολιποῦσα χωρὶς τῆς ἄλλης εὐπορίας μεγάλην ἐσχήκει περικοπὴν κόσμου περὶ αὐτὴν καὶ θεραπαινίδων καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἂν συνηκμακυῖα τῷ τε βίῳ καὶ τῇ τύχῃ τοῦ μεγάλου Σκιπίωνος. Ταύτην ἅπασαν τὴν κατασκευήν, πολλῶν οὖσαν ταλάντων, φέρων ἐδωρήσατο τῇ μητρί. Ἧς κατὰ τὰς ἐπισήμους ἐξόδους χρωμένης τῇ δοθείσῃ χορηγίᾳ καὶ λαμπρότητι, τὸ μὲν πρῶτον ἐν ταῖς γυναιξίν, εἶτα ἐν τοῖς ἀνδράσι καθ' ὅλην τὴν

lybio Megalopolitano historiarum conditore. Cujus in contubernio diu versatus, atque in omni virtutis genere exercitatus, non modo æquales suos, sed etiam majores natu et continentia et probitate et magnitudine animi reliquisque adeo virtutibus longe superavit. (6) Quamquam priusquam se ad philosophiam contulisset, opinione omnium ferebatur lentiore ac tardiore ingenio esse, parumque idoneus tantæ familiæ heres. Enimvero prout ætati conveniebat, ante omnia continentiæ laudem sibi comparare studuit, quod quidem oppido arduum tunc erat. Mirum enim, quo impetu ad fœdas libidines, atque ad ipsum intemperantiæ fastigium juvenes eo tempore ferebantur: (7) quorum alii in pueros delicatos, alii in meretrices, hi in acroamata et hujusmodi conviviorum luxum effusi erant; quippe bello in Perseum diutius tracto, Græcorum in eo genere mollitiem celeriter hauserant Romani, ac maximarum præterea opum compotes facti, habebant affatim unde luxuriam suam alerent atque explerent.

XXVII. At Scipio, contrarium vitæ institutum secutus, et cum omnibus naturæ cupiditatibus tanquam cum bestiis colluctatus, intra quinquennium constantem ac testatam modestiæ et continentiæ laudem est adeptus. Quæ quum omnium ore ac testimonio mire celebraretur, inde ad magnificentiæ et liberalitatis in eroganda pecunia gloriam contendit. (2) Quam ad rem vita patris Æmilii pulcherrimum exemplum Scipioni contigerat, sub cujus disciplina diu versatus, jam quasi adumbratam ac delineatam ejusmodi virtutem egregie expresserat; sed fortuna etiam non mediocriter contulit, quæ præclaram declarandæ liberalitatis suæ occasionem ei subministravit. (3) Nam quum Æmilia, majoris Africani *conjux*, L. Æmilii, ejus qui Perseum superavit, soror, e vita abiisset, Scipio opulentissima illius feminæ hereditate adita, primum animi sui specimen edidit ex ejusmodi casu. Mater enim ejus Papiria multo tempore ante mortem a L. Æmilio repudiata seorsum degebat arctiore, quam pro splendore generis, re familiari. (4) At vero Æmilia, patris ejus adoptivi mater, præter reliquas opes, insignem ornatum ac muliebrem mundum cum eleganti famulitio in bonis habuerat: quippe quæ majoris Africani conjux ac omnis fortunæ particeps vixisset. Hunc omnem multorum talentorum apparatum Scipio matri ultro donavit. Quæ quum in sollemnibus matronarum pompis eo ornata cultu processisset, primum quidem inter feminas, postea vero in virorum cœtibus per totam urbem tanta adolescentis

πόλιν περιβόητος ἦν ἡ χρηστότης καὶ μεγαλοψυχία τοῦ νεανίσκου καὶ τὸ σύνολον πρὸς τὴν τεκοῦσαν ὁσιότης. (5) Τοῦτο δὲ κατὰ πᾶσαν πόλιν κρίνοιτ' ἂν καλὸν καὶ θαυμαστόν, μάλιστα δὲ παρὰ Ῥωμαίοις, παρ' οἷς οὐδεὶς οὐδενὶ δίδωσι τῶν ὑπαρχόντων εὐχερῶς ἑκὼν οὐδέν. Μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς Σκιπίωνος τοῦ μεγάλου θυγατράσι προσοφειλομένων εἰς τὴν φέρνην πολλῶν χρημάτων, καὶ τῶν Ῥωμαίων πάντων εἰθισμένων ἐν τρισὶν ἔτεσι κατὰ μέρος ἀποδιδόναι τὰς φέρνας, οὗτος εὐθέως ἁπάσας ἀπέλυσεν. Ἑξῆς δὲ μεταλλάξαντος Αἰμιλίου τοῦ κατὰ φύσιν πατρός, καὶ τούτῳ τε καὶ τῷ Φαβίῳ τοῖς δοθεῖσιν εἰς υἱοθεσίαν ἀπολιπόντος τὴν οὐσίαν, ἐποίησεν ὁ Σκιπίων καλόν τι καὶ μνήμης ἄξιον. (6) Ὁρῶν γὰρ τὸν ἀδελφὸν ἑαυτοῦ κατεδεέστερον ὄντα τοῖς χρήμασιν, ἐπεχορήγησεν αὐτῷ τὴν ἰδίαν μερίδα τῆς κληρονομίας, οὔσης ὑπὲρ ἑξήκοντα τάλαντα τῆς τιμήσεως, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐποίησεν ἴσην ἑαυτῷ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γενέσθαι τὴν ὅλην ὕπαρξιν. Ἀποδοχῆς δὲ τυγχάνων καὶ φήμης ἀγαθῆς παρὰ πᾶσι θαυμασιώτερόν τι διεπράξατο. Τοῦ γὰρ ἀδελφοῦ Φαβίου μονομαχίας βουλομένου ποιεῖν ἐπὶ τῷ πατρί, μὴ δυναμένου δὲ ὑποδέξασθαι τὴν δαπάνην διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλισκομένων εἰς* ταῦτα χρημάτων, τὴν ἡμίσειαν τῶν ἀναλωμάτων ἔδωκεν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας. (7) Ἀποθανούσης δὲ τῆς μητρός, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κομίσασθαί τι τῶν πρότερον δωρηθέντων, ὥςτε καὶ ταῦτα καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν συνεχώρησεν ἔχειν ταῖς ἀδελφαῖς, οὐ προςηκούσης αὐταῖς κατὰ νόμον τῆς κληρονομίας. Ἀεὶ δὲ καὶ μᾶλλον περίβλεπτος ἐγένετο κατὰ τὴν πόλιν, ἀναντίῤῥητον ἀπολαμβάνων ἔπαινον χρηστότητος καὶ μεγαλοψυχίας, οὐχ οὕτω τῷ πλήθει τῶν χρημάτων τὸ προκείμενον κατεργασάμενος, ὡς τῷ καιρῷ τῆς δωρεᾶς καὶ τῷ χειρισμῷ τῆς προθέσεως. Τὴν δὲ σωφροσύνην περιεποιήσατο δαπανήσας μὲν οὐδέν, τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν ἀποσχόμενος προςωφελήθη τήν τε σωματικὴν ὑγίειαν καὶ τὴν εὐεξίαν, ἥτις αὐτῷ πάντα τὸν βίον συμπαραμείνασα καλὰς ἀμοιβὰς καὶ χάριτας ἀπέδωκε. (8) Τοῦ δὲ * κατὰ τὴν ἀνδρείαν μέρους, ὅπερ ἐστὶν ἀναγκαιότατον παρὰ πᾶσι μέν, μάλιστα δὲ Ῥωμαίοις, ἐξεπόνησε καὶ τοῦτο περιττῶς, ἀφορμὴν δούσης αὐτῷ μεγάλην τῆς τύχης. Τῶν γὰρ κατὰ τὴν Μακεδονίαν βασιλέων πλείστην πεποιημένων σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας, πάντας ὑπερέβαλε.

benignitas et magnitudo animi atque in matrem pietas celebrari laudibus cœpit. (5) Atque id facinus quum ubique præclarum, tum vero Romæ admiratione dignum videatur esse, qua in urbe nemo alteri facile quidquam de suo donat. Præterea, quum majoris Africani filiabus dotis nomine adhuc multa pecunia reliqua deberetur, et ex legibus populi Romani dos annua bima trima die solvi consuevisset, Scipio utrique mulieri pecuniam dotis titulo debitam simul repræsentavit. Post hæc mortuo L. Æmilio naturali patre, ipse cum fratre Fabio heres institutus, præclarum facinus ac memoria dignum gessit. (6) Nam quum sciret Fabium minus a re familiari instructum esse, portionem suam in bonis paternis, quæ haud minus talentis sexaginta æstimabatur, Fabio concessit, atque ita fratrem opibus æqualem sibi præstitit. Quod factum quum ab omnibus magnopere prædicaretur, ipse aliud majori dignum admiratione adjecit. Nam quum Fabius in funere patris gladiatores dare constituisset, neque eum sumtum ob magnitudinem facile posset sustinere, Scipio dimidiam impensæ partem ex arca sua contulit. (7) Paullo post quum mater ipsius decessisset, ea quæ olim illi donaverat, non modo non recepit, sed et ea omnia et universam matris heriditatem concessit sororibus, tametsi nulla pars bonorum legibus ad eas pertineret. Ita P. Scipio benignitatis ac magnificentiæ omnium ordinum consensu laudem adeptus, magis ac magis in urbe enituit: quod quidem magis opportunitate ac dexteritate in conferendo beneficio, quam impensæ magnitudine est consecutus. Continentiæ porro laudem nullo quidem suo sumtu comparavit, verum sola abstinentia, ex qua præterea optimam corporis valetudinem retulit: qua per totum vitæ spatium continua usus, amplissimam temperantiæ suæ mercedem cum maxima voluptate percepit. (8) Postremo quum præcipuæ fortitudinis partes tum in omni republica, tum maxime Romæ censeantur, eam quoque partem haudquaquam Scipio perfunctorie exercuit. Ad quod studium maximam illi opportunitatem ultro obtulit fortuna. Nam quum Macedonum reges præ ceteris dediti essent venationi, Scipio omnes eos longo intervallo superavit.

XXVIII. (Exc. Legat. p. 526.) Ὅτι κατὰ τὴν ἑκατοστὴν πεντηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα πρέσβεις παρεγένοντο παρὰ Ἀριαράθου στέφανον κομίζοντες ἀπὸ χρυσῶν μυρίων καὶ διασαφοῦντες τὴν εὔνοιαν τοῦ βασιλέως ἣν ἔχει πρὸς Ῥωμαίους, ἔτι δὲ τὴν δι' ἐκείνους γενομένην ἀπόῤῥησιν τοῦ γάμου καὶ φιλίας πρὸς Δημήτριον. Συνεπιμαρτυρούντων δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Γράκχον πρεσβευτῶν, ἡ σύγκλητος ἐπαινέσασα τὸν Ἀριαράθη τόν τε στέφανον ἐδέξατο καὶ τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς νομιζομένων δώρων ἀπέστειλεν.

XXVIII. Olympiade centesima quinquagesima quinta legati ab Ariarathe Cappadocum rege adfuerunt, coronam afferentes aureorum decies mille, regisque in Romanos benevolentiam significaturi: renuntiasse præterea regem, sicuti ipsi voluerant, Demetrii affinitati atque amicitiæ. Quæ vera omnia esse quum (*Tiberius*) Gracchus testificaretur, senatus Ariarathen laudavit, acceptaque corona, vicissim quæ plurimi Romæ æstimantur dona illi misit.

XXIX. Ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον συνειςήχθη-

XXIX. Sub idem tempus introducti in curiam sunt le-

σαν καὶ οἱ παρὰ Δημητρίου πρέσβεις οἱ τὸν στέφανον κομίζοντες ἀπὸ μυρίων χρυσῶν καὶ τοὺς αἰτίους τοῦ κατὰ τὸν Ὀκταούιον φόνου δεσμίους ἄγοντες. Ἡ δὲ σύγκλητος ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον διηπόρησε πῶς χρηστέον ἦν τοῖς πράγμασι. Καὶ ἡ σύγκλητος τὸν μὲν στέφανον προςεδέξατο, τοὺς δὲ μετὰ τοῦ στεφάνου παραδιδομένους Ἰσοκράτη καὶ Λεπτίνην οὐκ ἐβουλήθη παραλαβεῖν.

XXX. (Exc. Vatican. p. 85.) Ὅτι τοῦ Δημητρίου πρέσβεις ἀποστείλαντος εἰς Ῥωμαίους, ἀπόκρισιν ἔδωκεν αὐτῷ σκαιὰν καὶ δυςάρεστον, ὅτι τεύξεται τῶν φιλανθρώπων Δημήτριος, ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιῇ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν.

XXXI. (Exc. de Virt. et vit. p. 587-589.) Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι καταπολεμήσαντες τὸν Περσέα, τῶν μετασχόντων τοῦ πολέμου τοῖς Μακεδόσι τοὺς μὲν ἐκόλασαν, τοὺς δὲ ἀπήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην. Τῶν δὲ κατὰ τὴν Ἤπειρον λαβὼν ἐξουσίαν Χάροψ διὰ τὸ δοκεῖν εἶναι φιλοῤῥώμαιος, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγα καὶ πεφεισμένως εἰς αὐτοὺς ἐξημάρτανεν· ἀεὶ δὲ προβαίνων τῇ παρανομίᾳ, εἰς τέλος ἐλυμήνατο τὰ κατὰ τὴν Ἤπειρόν. Οὐ γὰρ διέλειπεν αἰτίας ψευδεῖς ἐπιφέρων τοῖς εὐπορωτάτοις, καὶ τοὺς μὲν φονεύων, τοὺς δὲ φυγαδεύων καὶ τὰς οὐσίας δημεύων. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἄνδρας ἠργυρολόγησεν, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας διὰ τῆς μητρὸς Φιλώτας· πάνυ γὰρ εὐφυὲς ἐγένετο καὶ τοῦτο τὸ πρόςωπον εἰς ὠμότητα καὶ παρανομίαν πλείονα ἢ κατὰ γυναῖκα. Καὶ πολλοὺς εἰςήγαγεν εἰς τὸν δῆμον καταιτιασάμενος φρονεῖν ἀλλότρια Ῥωμαίων· καὶ πάντων κατέγνωσαν θάνατον.

XXXII. Ὅτι Ὀροφέρνης τὸν ἀδελφὸν Ἀριαράθην ἐκβαλὼν τῆς ἀρχῆς, τοῦ μὲν νουνεχῶς ἕκαστα διοικεῖν καὶ ταῖς εὐεργεσίαις καὶ φιλανθρωπίαις ἐκκαλεῖσθαι τὰ πλήθη πρὸς εὔνοιαν πλεῖστον ὅσον ἀπέσχεν, ἀργυρολογῶν δὲ καὶ πολλοὺς ἐπαναιρούμενος πεντήκοντα μὲν ταλάντοις ἐστεφάνωσε Τιμόθεον, ἑβδομήκοντα δὲ ταλάντοις Δημήτριον τὸν βασιλέα, καὶ χωρὶς τούτων ἑξακόσια τάλαντα, προςεπαγγειλάμενος καὶ τὰ λοιπὰ τετρακόσια δώσειν ἐν ἑτέρῳ καιρῷ. Ὁρῶν δὲ τοὺς Καππάδοκας ἀλλοτρίως διακειμένους, ἐνήρξατο πάντας ἀργυρολογεῖν καὶ τὰς οὐσίας τῶν ἐπιφανεστάτων εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναλαμβάνειν. Ἀθροίσας δὲ χρημάτων πλῆθος, τετρακόσια τάλαντα παρέθετο Πριηνεῦσι πρὸς τὰ τῆς τύχης παράλογα· ἅπερ ὕστερον ἀπέδωκαν.

XXXIII. Ὅτι ὁ πρεσβύτερος Πτολεμαῖος ταχὺ διὰ τὸ μέγεθος τῆς στρατιᾶς συγκλείσας τὸν ἀδελφὸν εἰς πολιορκίαν καὶ πεῖραν πάσης ἀπορίας λαβεῖν ἀναγκάσας, ἐπανελέσθαι μὲν αὐτὸν οὐκ ἐτόλμησεν, ἅμα μὲν διὰ τὴν χρηστότητα καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως συγγενές, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων φόβον, συνεχώρησε δὲ αὐτῷ τὴν ἀσφάλειαν, καὶ συνθήκας ἐποιήσατο καθ' ἃς ἔδει Κυρήνην ἔχοντα τὸν νεώτερον εὐδοκεῖν καὶ σίτου πλῆθος τακτὸν λαμβάνειν κατ' ἐνιαυτόν. Καὶ τὰ

gati a Demetrio, coronam decies mille aureorum et auctores cædis Octavii in vinculis apportantes. Patres, quum diu in dubio fuissent, quid in ea re facto opus esset, coronam quidem acceperunt, sed Isocratem et Leptinen, qui fuerant adducti, accipere noluerunt.

XXX. Demetrii legati Romam missi durum acerbumque responsum retulerunt, nempe tum demum clementiam impetraturum esse Demetrium, quum satis senatui pro sui regni viribus fecerit.

XXXI. Postquam in Macedonia debellatum est, Romani eos, qui Macedonum partes foverant, partim supplicio affecerunt, partim Romam ad causam dicendam miserunt. Ceterum in Epiro amplissimam tum licentiam nactus Charops, eo quod præcipuus fautor partium populi Romani videbatur, principio quidem parce ac leviter Epirotas vexabat; postea vero crescente in dies insolentia, res Epiri funditus afflixit. Nam calumniis adversus opulentissimum quemque comparatis, alios exilio, alios extremo supplicio damnabat, bonaque omnium publicabat. Neque ab viris solum, sed etiam a locupletioribus feminis pecuniam exigebat matris Philotæ [*Philotidis*] opera: fuit enim hæc mulier crudelitate ac nequitia plus quam muliebri. Multos præterea accusatos, quod a partibus populi Romani aliena sentirent, populi judicio permisit. qui omnes capitali sententia damnati sunt.

XXXII. Pulso fratre Ariarathe, Orophernes quum res summa prudentia administrare et favorem multitudinis gratia ac beneficiis conciliare sibi debuisset, nihil horum præstitit; sed cogendæ pecuniæ intentus, multisque per summum scelus occisis, Timotheum quidem quinquaginta, regem Demetrium septuaginta talentis coronavit, reliqua quadringenta talenta brevi se persoluturum, ac sexcenta præterea additurum pollicitus. Qua re quum Cappadocibus se invisum esse cerneret, cunctos spoliare, atque principum bona in fiscum redigere cœpit. Collectaque immensa pecuniæ vi, quadringenta talenta ad incertos fortunæ casus apud Prienenses deposuit, quæ ei postea fideliter sunt reddita.

XXXIII. Ptolemæus Philometor maximis copiis succinctus, quum fratrem intra unius oppidi angustias brevi redegisset et obsessum ad extremam necessitatem compulisset, ei tamen pepercit, tum ob innatam clementiam ac germanitatis vinculum, tum metu populi Romani. Neque vero veniam dumtaxat illi indulsit, sed fœdus quoque cum eo percussit, quo contentum esse Cyrenarum regno illum jubebat, ac certo quotannis frumenti modo. Ita bellum in-

κατὰ τοὺς βασιλεῖς εἰς πολλὴν ἀλλοτριότητα καὶ κινδύνους ἀπηλπισμένους προαχθέντα παραδόξου καὶ φιλανθρώπου συλλύσεως ἔτυχε.

XXXIV. Ὅτι οἱ περὶ τὸν Ὀροφέρνην, ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐτοῖς τῶν πραγμάτων προβαινόντων, ἔσπευδον ἀποδοῦναι τοὺς μισθούς, φοβούμενοι μὴ στασιάζειν ἐπιχειρήσωσιν. Ἀπορούμενος δὲ τὸ παρὸν χρημάτων, ἠναγκάσθη ἱεροσυλῆσαι τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν, ὃ καθίδρυται μὲν ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἀριάδνης, ἄσυλον δ' ἦν ἐκ παλαιῶν χρόνων. Τοῦτο μὲν ἐσύλησε, καὶ τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων ἀπέδωκεν.

XXXV. Ὅτι Προυσίας ὁ Βιθυνῶν βασιλεὺς ἀποτυχὼν τῆς ἐπιβολῆς τῆς περὶ τὸν Ἄτταλον, τὸ πρὸ τῆς πόλεως τέμενος τὸ καλούμενον Νικηφόριον διέφθειρε καὶ τὸν νεὼν ἐλυμήνατο. Ἐσύλησε δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας καὶ τὰ τῶν θεῶν ξόανα καὶ τὸ περιβόητον ἄγαλμα τοῦ Ἀσκληπιοῦ, δοκοῦν ἔργον εἶναι Φυρομάχου, περιττῶς κατεσκευασμένον, καὶ τὰ ἱερὰ πάντα ἐσύλα. Ἀνθ' ὧν αὐτῷ ταχὺ τὸ δαιμόνιον ἐπεσήμαινε· τῆς γὰρ δυνάμεως δυσεντερίᾳ περιπεσούσης, οἱ πλεῖστοι τῶν στρατιωτῶν διεφθάρησαν. Παραπλήσιον δέ τι συνέβη καὶ περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν· τοῦ γὰρ στόλου χειμῶνι παραλόγῳ περιπεσόντος ἐν τῇ Προποντίδι, συνέβη τῶν νηῶν πολλὰς μὲν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης καταποθῆναι, τινὰς δὲ πρὸς τὴν γῆν ἐκπεσόντας ναυαγῆσαι. Καὶ τὰς πρώτας ἀμοιβὰς τῆς εἰς τὸ θεῖον ἀσεβείας ταύτας ἐκομίσατο.

XXXVI. (Exc. Vatican. p. 86-89.) Ὅτι οἱ Ῥόδιοι ἔχοντες ἀγχίνοιαν καὶ προστασίαν, καὶ ταύτῃ χρώμενοι, διετέλουν καθαπερεὶ τινας ἑκουσίους φόρους λαμβάνοντες παρὰ τῶν βασιλέων. Ἐπιδεξίοις γὰρ ἀποπήμασι καὶ ψηφίσμασι τιμῶντες τοὺς ἐν ἐξουσίαις ὄντας, καὶ τοῦτο πράττοντες βεβαίως καὶ μετὰ πολλῆς προνοίας, πολλαπλασίους χάριτας κομίζονται καὶ δωρεὰς λαμβάνουσι παρὰ τῶν βασιλέων. Παρὰ γὰρ Δημητρίου ἔλαβον πυρῶν δωρεὰν εἴκοσι μυριάδας μεδίμνων, κριθῆς δὲ δέκα, καὶ Εὐμένης προσοφείλων τρεῖς μυριάδας ἐτετελευτήκει· ἐπηγγείλατο δὲ καὶ τὸ θέατρον ὁ βασιλεὺς κατασκευάσειν ἐκ λίθου λευκοῦ. Ῥόδιοι μὲν οὖν κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευόμενοι, πολλοὺς ἔσχον ἁμιλλωμένους τῶν δυναστῶν εἰς τὰς τῆς πόλεως εὐεργεσίας.

XXXVII. Καθόλου δὲ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐλθὼν ὥςπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων ἀλλοῖος ἐφάνη καὶ τὸν πόλεμον τοῖς ἰδίοις ἐλαττώμασιν ηὔξησεν.

XXXVIII. Ὅτι οἱ Ῥόδιοι ἐδόκουν παραπλήσιόν τι πεπονθέναι ταῖς τῶν ἄρκων κυνηγίαις. Καὶ γὰρ ἐκεῖνα τὰ θηρία κατὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἀλκὴν δοκοῦντα εἶναι φοβερά, ἐπειδὰν αὐτοῖς προςβάλωσιν οἱ κυνηγοῦντες κυνίδια μικρὰ ἐνεργὰ δὲ ταῖς ἀλκαῖς, ὑπὸ τούτων εὐχερέστατα τρέπονται. Ἐχόντων γὰρ αὐτῶν τοὺς πόδας ἁπαλοὺς καὶ σαρκώδεις, ἐκ τῶν ὑποκάτω μερῶν δάκνοντα τὰς πτέρνας ἀναγκάζει καθίζειν, ἕως ἄν τις τῶν κυνηγετῶν βαλὼν ἐπιτύχῃ· διὰ γὰρ τὴν

ter fratres quum ad maximam animorum alienationem atque extrema pericula adductum fuisset, repente humanissimis conditionibus terminatum est.

XLIV. Orophernes, quum res suas valde imminui cerneret, stipendium mercenariis quamprimum solvere constituit, ne forte negato stipendio seditionem concitarent. Ceterum pecuniæ inopia tum coarctatus, templum Jovis sub monte Ariadnes positum, quod ab ultimis temporibus sanctum atque inviolatum fuerat, spoliavit; atque ita stipendia, quæ militibus debebat, cuncta persolvit

XXXV. Prusias (*cui Venatoris cognomentum*), rex Bithyniæ, consilio ac spe capiendi Attali frustratus, Nicephorium sub ipsis Pergami mœnibus situm vastare cœpit, ac templum quidem ipsum disturbavit; statuas vero atque imagines deorum, atque in his celebre Æsculapii simulacrum, cujus artifex fuisse perhibetur Phyromachus, denique sacra omnia diripuit. Cujus sceleris brevi a diis ei inflicta pœna est. Plerique enim ex pedestribus copiis intestinorum torminibus perierunt. Nec dissimilis casus navales copias afflixit: quippe ingenti tempestate in Propontide subito excitata, naves pleræque mari absorptæ sunt una cum ipsis militibus ac remigibus: nonnulli in terram ejecti sunt naufragi. Has primas impietatis suæ pœnas tum Prusias dedit.

XXXVI. Rhodii acumine ingenii et auctoritate præ ceteris præditi, dum his bene utuntur, spontanea veluti tributa a regibus accipiebant. Dextris enim quibusdam ineptiis atque decretis honorantes eos, qui in potestatibus erant, idque studium firmiter seduloque retinentes, multiplicem a regnatoribus gratiam cum muneribus referebant. Namque a Demetrio gratis habuerunt modiorum tritici ducenta millia, hordei centum. Eumenes quoque quum obiit triginta millia debuit; idemque rex theatrum illis ex Pario lapide ædificaturum se promiserat. Sic ergo Rhodii præ ceteris Græcis rem suam publicam optime gerentes, multos dynastas nacti sunt qui bene eorum civitati certatim facerent.

XXXVII. Omnino quum ad certamen ventum est, veluti nummus adulterinus, ineptus apperuit, et suæ virtutis defectu bellum auxit.

XXXVIII. Rhodii videbantur simile quid ursorum venationibus pati. Nam hæ feræ quamquam corporis vastitate atque impetu videntur terribiles, tamen ubi venatores parvos catellos audacia præditos immittunt, ab his facillime in fugam vertuntur. Quum enim pedes habeant teneros et carnosos, vellicatis subeuntium catellorum morsu calcaneis, residere coguntur, donec feras venatores armis conficiunt, quæ scilicet propter suam tarditatem motusque

βραδυτῆτα καὶ δυςκινησίαν ἀδυνατεῖ ψαῖραι τῆς τῶν κυνιδίων ἐλαφρότητος. Καὶ οἱ Ῥόδιοι διαβεβοημένην ἔχοντες τὴν ἐν τοῖς ναυτικοῖς ἀγῶσιν ὑπεροχήν, ὑπὸ μυδίων καὶ ἀκατίων παντελῶς μικρῶν παραδόξως συγκυκλούμενοι πανταχόθεν εἰς δυςχρηστίαν ἐνέπιπτον τὴν μεγίστην.

XXXIX. Ὅτι ἐν Κελτιβηρίᾳ πόλις ἦν μικρὰ Βεγέδα καλουμένη, καὶ ταύτης μεγάλην ἐπίδοσιν λαβούσης, ἐψηφίσαντο αὐτὴν μείζονα κατασκευάζειν. Ἡ δὲ σύγκλητος ὑποπτεύσασα τὴν ἐπὶ πλεῖον αὐτῶν ἰσχύν, ἐξαπέστειλε τοὺς κωλύοντας κατὰ τὰς συνθήκας, ἐν αἷς ἦν ἐπὶ ἄλλοις πλείοσι γεγραμμένον μηδὲ κτίζειν πόλιν ἐξουσίαν ἔχειν Κελτίβηρας ἄνευ Ῥωμαίων. Ἀπεκρίθη δέ τις τῶν πρεσβυτέρων ὄνομα Κάκυρος ὅτι κτίζειν μὲν αὐτοὺς αἱ συνθῆκαι κωλύουσιν, αὔξειν δὲ τὰς πατρίδας οὐκ ἀπαγορεύουσιν· αὐτοὺς δὲ μὴ κτίζειν μὴ γεγενημένην πόλιν, ἀλλὰ τὴν οὖσαν ἐπισκευάζειν· οὐδὲν δὲ παρὰ τὰς συνθήκας πράττειν οὐδὲ τὸ κοινὸν ἔθος πάντων ἀνθρώπων. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα πειθαρχεῖν Ῥωμαίοις καὶ συμμάχους εἶναι προθύμως, ὁπόταν αὐτοῖς χρεία γένηται, τῆς δὲ κατὰ τὴν πόλιν οἰκοδομίας κατ' οὐδένα τρόπον ἀποστήσεσθαι. Τοῦ δὲ πλήθους ὁμοθυμαδὸν ἐπισημαινομένου τὴν γνώμην, οἱ πρεσβευταὶ τῇ συγκλήτῳ ταῦτα ἀπήγγειλαν· ἡ δὲ ἔλυσε τὰς συνθήκας καὶ πόλεμον ἐπήνεγκεν.

XL. Ὅτι τοὺς Ἑλληνικοὺς πολέμους εἷς καιρὸς κρίνει, τοὺς δὲ Κελτιβηρικοὺς ἡ νὺξ κατὰ τὸ πλεῖστον διέλυσε, τῆς ἀκμῆς τῶν ἀνδρῶν καὶ τῆς ὁρμῆς ἔτι μενούσης, τὸν δὲ πόλεμον οὐδὲ χειμὼν διέλυσε. Διὸ καὶ τὸν ὑπό τινων λεγόμενον πύρινον πόλεμον οὐκ ἂν ἕτερόν τις ἢ τοῦτον νοήσειεν.

XLI. (Exc. Legat. p. 527.) Ὅτι οἱ Κελτίβηρες μετὰ τὴν νίκην οὐκ ἀφρόνως προνοούμενοι τοῦ μέλλοντος πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς τὸν ὕπατον περὶ διαλύσεως. Ὁ δὲ ἀναγκαῖον ἡγούμενος τηρεῖν τὸ τῆς πατρίδος μεγαλόψυχον, ἀπεκρίθη τούτοις ἢ διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπὴν Ῥωμαίοις ἢ πράττειν ἐνεργῶς τὰ τοῦ πολέμου.

XLII. (Exc. Photii p. 519.) Ὅτι τοὺς Ἴβηρας καὶ Λυσιτανοὺς ὀνομάζει. Φησὶ γὰρ ὡς Μέμμιος ἐξαπέλεκυς στρατηγὸς εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἐξαπέσταλτο μετὰ δυνάμεως, οἱ δὲ Λυσιτανοὶ συστραφέντες πρὸς αὐτόν, καὶ λαβόντες ἀπαράσκευον ἐκ κατάπλου, μάχῃ τε ἐνίκησαν καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατοῦ διέφθειραν. Περιβοήτου δὲ γενομένης τῆς τῶν Ἰβήρων εὐημερίας, οἱ μὲν Ἀρουακοί, νομίσαντες πολὺ κρείττους εἶναι τῶν Ἰβήρων, κατεφρόνησαν τῶν πολεμίων, καὶ τὸ πλῆθος τὸ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν διὰ ταύτην μάλιστα τὴν αἰτίαν εἵλετο τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον.

XLIII. (Exc. Vatican. p. 90.) Ὅτι ὁ τῶν Ῥοδίων δῆμος ἐπηρμένος μὲν τῷ θυμῷ πρὸς τὴν εἰς τὸν πόλεμον ὁρμὴν καὶ παρασκευήν, ἀποπίπτων δὲ ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς, εἰς παραλόγους ἐννοίας ἐνέπιπτε καὶ παραπλησίους τοῖς ἐν ταῖς μακραῖς νόσοις δυςποτμοῦσιν.

difficultatem vitare nequeunt catellorum celeritatem. Sic etiam Rhodii, celebri licet navalium prœliorum gloria præstantes, myoparonibus et naviculis admodum parvis præter spem circumventi in difficultate maxima versabantur.

XXXIX. Erat in Celtiberia parva urbs Begeda (*Segeda Appiano nominatur*) nomine, quæ magnopere aucto civium numero, ampliare pomœrium decrevit. Senatus autem, ne forte eorum vires incrementum acciperent suspicatus, misit qui rem pro jure fœderis impedirent. Erat enim in tabulis præter multa alia scriptum, ne Celtiberis condendæ urbis facultas esset, Romanis inconsultis. Ibi respondit e senioribus unus Cacyrus (*Carus Appiano*) nomine, vetari sibi fœdere quominus conderent, quominus vero amplificarent urbes non interdici; ipsos autem haud novam fundare urbem, sed jam diu stantem instaurare; qua in re nihil fieri contra fœdus vel hominum communem morem : atque in ceteris se obedientiam et sociam operam, ubi opus foret, Romanis alacriter præstituros, sed ab urbe ædificiis augenda prorsus non cessaturos. Quam sententiam concordi voto a multitudine confirmatam quum legati senatui renuntiavissent, is fœdere rupto bellum intulit.

XL. Græcanica bella unum temporis punctum dirimit, Celtiberica vero nox plerumque dissolvit, robore adhuc impetuque dimicantium virorum manente, neque ipsa hiems pugnandi aliquando finem facit. Quare quod aiunt nonnulli igneum bellum, haud aliud quam Celtibericum intelligendum esse videtur.

XLI. Parta Celtiberi victoria, de futuro sollerter conjicientes, ad consulem de pace mittunt legatos, quibus is, Romani nominis majestatem conservandam ratus, respondit, aut se suaque omnia Romanorum arbitrio permitterent, aut bello impigre operam darent.

XLII. Iberos etiam Lusitanos nominat Diodorus. Dicit enim : Memmius (*Mummius?*) prætor cum exercitu in Hispaniam missus erat. At Lusitani, in ipsum conversi, quum imparatum a recenti navium appulsu offendissent, et pugna vicerunt, et maximam exercitus partem interemere. Divulgato igitur passim hoc Iberorum successu felice, Arevaci, Iberis se longe præstantiores esse opinati, hostes contemsere, et multitudo, quæ ad concionem publicam confluxerat, hanc ob causam maxime bellum contra Romanos suscepit.

XLIII. Rhodius populus ad bellum instruendum inferendumque elatis erat animis, sed quum mox conatibus excidisset, ad absurda consilia delapsus est; prorsus ut illi ægroti, qui nullum diuturnorum morborum lætum exi-

Ἐκεῖνοί τε γὰρ ὅταν ταῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν θεραπείαις ὑπακούσαντες μηδὲν βέλτιον ἀπαλλάττουσι, καταφεύγουσιν ἐπὶ τοὺς θύτας καὶ μάντεις, ἔνιοι δὲ προςδέχονται τὰς ἐπῳδὰς καὶ παντοδαπὰ γένη περιάπτων, καὶ Ῥόδιοι παραλόγως ἐν πάσαις ταῖς ἐπιβολαῖς ἀποπίπτοντες, εἰς τὰς ἀπὸ τῶν καταφρονουμένων βοηθείας κατέφευγον καὶ τοιαῦτ' ἔπραττον ἐξ ὧν καταγέλαστοι παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔμελλον ὑποληφθήσεσθαι.

XLIV. Ὅτι οὐχ ἡ κατασκευὴ καὶ τὸ μέγεθος τῶν νηῶν, ἀλλ' ἡ τόλμα καὶ τῶν ἀνδραγαθούντων ἐπιβατῶν αἱ χεῖρες καταγωνίζονται.

XLV. (Exc. de Virt. et vit. p. 589.) Ὅτι οἱ Κρῆτες καταπλεύσαντες εἰς Σίφνον προςέβαλον τῇ πόλει, καὶ τὰ μὲν καταπληξάμενοι, τὰ δὲ ἐξαπατήσαντες παρεδέχθησαν ἐντὸς τῶν τειχῶν· δόντες δὲ πίστιν ὥςτε μηδὲν ἀδικήσειν, χρώμενοι δὲ τῇ συνήθει τοῖς Κρησὶν ἀθεσίᾳ, τήν τε πόλιν ἐξηνδραποδίσαντο καὶ τοὺς τῶν θεῶν ναοὺς συλήσαντες εἰς Κρήτην *, κατάγομοι ταῖς ὠφελείαις ὄντες. Ταχὺ δὲ τῆς παρανομίας αὐτοῖς τὸ θεῖον ἐπέθηκε τὴν δίκην, παραδόξως τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἐπισημηναμένου τοῦ δαιμονίου. Συναναγκασθέντες γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων νυκτὸς ποιήσασθαι τὸν ἔκπλουν διὰ τὸ δεδιέναι τὰ μεγέθη τῶν σκαφῶν, μεγάλου πνεύματος ἐπιῤῥάξαντος, οἱ πλεῖστοι μὲν ὑποβρύχιοι κατεπόθησαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, τινὲς δὲ ταῖς πρὸς τῇ γῇ πέτραις προςραχθέντες ἀπώλοντο, παντελῶς δὲ ὀλίγοι διεσώθησαν οἱ τῆς κατὰ τοὺς Σιφνίους ἀθεσίας μὴ μετασχόντες.

tum consequuntur. Etenim hi, si, postquam medicorum curæ paruerint, nihilo tamen melius se habent, ad haruspices hariolosque confugiunt, et multi incantationes variaque amuletorum genera admittunt. Ita etiam Rhodii omni suo tentamine præter spem exclusi, ad desperatorum hominum auxilia confugerunt, seque ridiculos admodum ceteris populis exhibuerunt.

XLIV. Non instructio molesque navium, sed vis animi et strenuæ nauticorum militum manus victoriam comparant.

XLV. Cretenses Siphnum appulsi, urbem oppugnarunt, et partim terrore, partim falsis pollicitationibus effecerunt, ut intra oppidum admitterentur, fide prius data, nemini se injuriam illaturos : verum haud insueta Cretensibus perfidia usi Siphnios in servitutem redegerunt et fanis deorum spoliatis, in Cretam *reversi sunt*, præda omni in naves congesta. Enimvero hujus perfidiæ brevi pœnas dederunt, tantam eorum impietatem inexspectato vindicantibus diis. Nam quum metu hostium, quibus grandiores erant naves, noctu solvere coacti fuissent, repente coorto turbine, plerique mari hausti sunt; quidam ejecti in terram saxisque allisi misere interierunt : pauci admodum, qui huic perfidiæ minime consenserant, ex naufragio evaserunt.

ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Vatican. p. 90.) Ὅτι Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς Μασανάσσην ἔδοξαν καταλελυκέναι τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας. Πρεσβευσάντων δὲ αὐτῶν, ἀπόκρισιν ἔδωκαν εἰδέναι ὃ δεῖ γενέσθαι. Ἀσαφῆ δὲ τὴν ἀπόκρισιν οἱ Καρχηδόνιοι λαβόντες ἐν μεγάλῃ ταραχῇ ὑπῆρχον.

II. Ὅτι οἱ τὰς ἡγεμονίας περιποιήσασθαι βουλόμενοι κτῶνται μὲν αὐτὰς ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει, πρὸς αὔξησιν δὲ μεγάλην ἄγουσιν ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, ἀσφαλίζονται δὲ φόβῳ καὶ καταπλήξει· τούτων δὲ τὰς ἀποδείξεις λάβοις ἂν ταῖς πάλαι ποτὲ συσταθείσαις δυναστείαις ἐπιστήσας τὸν νοῦν καὶ τῇ μετὰ ταῦτα γενονομένῃ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ.

III. Ὅτι τῶν πρεσβευτῶν τῶν Καρχηδονίων τοὺς αἰτίους τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Μασσανάσσην κεκολακέναι ἀποφαινομένων, τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου τινὸς ἀναφωνήσαντος Καὶ πῶς οὐ παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν κατεδικάσθησαν οἱ τῆς διαφορᾶς αἴτιοι γεγονότες, ἀλλὰ μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου; οἱ τῶν Καρχηδονίων πρέσβεις ὑπεσιώπησαν, οὐκ ἔχοντες δίκαιον οὐδὲ εὔλογον ἀπόφασιν. Ἡ δὲ σύγκλητος ἀπόφασιν ἔδωκε δυςτράπελον

LIBRI TRICESIMI SECUNDI RELIQUIÆ.

I. Carthaginienses dum bellum Massinissæ inferunt, Romanum fœdus violasse visi sunt. Quare his legationem deinde mittentibus responderunt Romani, scire se quid factu opus esset. Hoc obscuro audito responso Carthaginienses ingenti perturbatione jactabantur.

II. Qui potestatibus potiri student, eas fortitudine sapientiaque consequuntur, clementia benignitateque magnopere augent, metu denique atque terrore tuentur. Rei veritatem cernere tibi licebit, si et iis quæ olim exstiterunt regnis et præsenti Romanorum imperio mentem intendes.

III. Quum Carthaginiensium legati affirmarent, eos qui causa belli adversus Massinissam fuissent pœnas dedisse, nescio quis e senatoribus ait, Cur non ipso criminis tempore puniti sunt discidii auctores, sed post belli finem? Ad quæ verba legati Carthaginiensium justa et probabili defensione carentes obmutuerunt. Tum rigidum abstrusique sensus re-

καὶ δυςκατανόητον· ἐδογμάτισε γὰρ γινώσκειν τοὺς Ῥωμαίους ὃ δεῖ πράττειν αὐτούς.

IV. (Exc. de Virt. et vit. p. 589,590.) Ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντου δουλεύουσαν Ἰλλυριοῖς τὴν ἡγεμονίαν παραλαβών, τοῖς ὅπλοις ἅμα καὶ τῇ κατὰ τὴν στρατηγίαν ἀγχινοίᾳ τὴν βασιλείαν ἀνεκτήσατο, ταύτην δὲ μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστειῶν κατεσκεύασεν, ἐπιεικῶς προςφερόμενος τοῖς κρατηθεῖσιν. Ἀθηναίους γὰρ ἀμφιςβητοῦντας τῆς ἡγεμονίας νικήσας ἐπιφανεῖ μάχῃ, τοὺς μὲν τετελευτηκότας τῶν ἡττημένων, ἀτάφους ἀπολελειμμένους, μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐκήδευσε, τοὺς δὲ ἁλόντας ὑπὲρ διςχιλίους ὄντας τὸν ἀριθμὸν ἄνευ λύτρων ἀπέλυσεν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα. (2) Τοιγαροῦν οἱ περὶ τῆς ἡγεμονίας διὰ τῶν ὅπλων ἀγωνισάμενοι διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιείκειαν ἑκουσίως ἐξεχώρησαν τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς, ὁ δὲ διὰ πολλῶν ἀγώνων καὶ κινδύνων μὴ δυνάμενος τυχεῖν τῆς ἀρχῆς, διὰ μιᾶς φιλανθρωπίας ἔλαβε παρὰ τῶν πολεμίων ἐθελοντὴν τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν, καὶ τὴν τελευταίαν τῆς βασιλείας παραμονὴν τῷ φόβῳ κατέσχε, κατασκάψας πόλιν μυρίανδρον τὴν Ὄλυνθον. (3) Ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ υἱὸς Ἀλέξανδρος Θήβας μὲν ἁρπάσας, τῇ ταύτης τῆς πόλεως ἀπωλείᾳ τοὺς πρὸς νεωτερισμὸν ὁρμωμένους Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους τῆς ἀποστάσεως ἀπέτρεψεν, ἐν δὲ τοῖς πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμοις ἐπιεικέστατα χρώμενος τοῖς αἰχμαλώτοις οὐ μόνον ἀνδρείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἡμερότητι περιβοήτῳ τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας ἐπιθυμητὰς ἔσχε τῆς ἰδίας ἀρχῆς. (4) Ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις χρόνοις Ῥωμαῖοι τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας ὀρεχθέντες, συνεστήσαντο μὲν αὐτὴν διὰ τῆς τῶν ὅπλων ἀνδρείας, πρὸς αὔξησιν δὲ μεγίστην ἤγαγον ἐπιεικέστατα χρώμενοι τοῖς καταπολεμηθεῖσι. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέσχον τῆς κατὰ τῶν ὑποπεπτωκότων ὠμότητος καὶ τιμωρίας, ὥςτε δοκεῖν μὴ ὡς πολεμίοις ἀλλ' ὡς εὐεργέταις καὶ φίλοις προςφέρεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ κρατηθέντες προςεδόκων τῆς ἐσχάτης τεύξεσθαι τιμωρίας, ὡς πολέμιοι γεγονότες, οἱ δὲ κρατοῦντες ὑπερβολὴν ἐπιεικείας ἑτέροις οὐ κατέλειπον. Οἷς μὲν γὰρ πολιτείας μετέδοσαν, οἷς δὲ ἐπιγαμίας συνεχώρησαν, τισὶ δὲ τὴν αὐτονομίαν ἀπέδοσαν, οὐδενὶ μνησικακήσαντες πικρότερον τοῦ δέοντος. (5) Τοιγαροῦν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡμερότητος οἵ τε βασιλεῖς καὶ αἱ πόλεις καὶ συλλήβδην τὰ ἔθνη πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ηὐτομόλησαν. Οὗτοι δὲ σχεδὸν τὴν ἀρχὴν πάσης τῆς οἰκουμένης ἔχοντες, ταύτην ἠσφαλίσαντο φόβῳ καὶ τῇ τῶν ἐπιφανεστάτων πόλεων ἀπωλείᾳ. Κόρινθον γὰρ κατέσκαψαν, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐρριζοτόμησαν, οἷον τὸν Περσέα, καὶ Καρχηδόνα κατέσκαψαν καὶ ἐν Κελτιβηρίᾳ τὴν Νομαντίαν, καὶ πολλοὺς κατεπλήξαντο.

V. Ὅτι σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φιλοτιμοῦνται δικαίους ἐνίστασθαι τοὺς πολέμους καὶ μηδὲν εἰκῇ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιούτων ψηφίζεσθαι.

VI. (Exc. Legat. p. 627,628.) Ὅτι τῶν Ῥωμαίων

sponsum senatus edidit; pronuntiavit enim, quid facere oporteat compertum Romanis esse.

IV. Philippus, Amyntæ filius, quum regnum Illyriis obnoxium ac stipendiarium accepisset, sollertia sua ac fortitudine illud recuperavit ac totius Europæ amplissimum effecit, quum singulari in victos clementia uteretur. Victis enim maximo prœlio Atheniensibus, qui de principatu Græciæ cum eo contendebant, cadavera eorum, qui in bello ceciderant, insepulta ab suis relicta, ipse sepulturæ magna diligentia mandari curavit: et captivos plus quam bis mille absque ullo redemtionis pretio gratis in patriam remisit. (2) Itaque qui de principatu armis cum eo certaverant, audita hac regis in cives suos humanitate, ultro illi principatu Græciæ cessere; atque ille, quod tot discriminibus ac prœliis assequi non potuerat, sola clementiæ specie ab hostibus minime invitis obtinuit. Tandem vero imperium suum metu ac terrore confirmavit, excisa Olyntho, urbe incolis frequentissima. (3) Eodem consilio filius ejus Alexander Thebarum excidio Athenienses et Lacedæmonios, rerum novarum studio suspensos, a defectione deterruit. Bello autem Persico eximia in captivos humanitate usus, non tam fortitudine, quam singulari clementia, Asiaticos populos suis partibus conciliavit. (4) At ultimis temporibus Romani quum imperium orbis terrarum concupiissent, id quidem militari virtute atque armis assecuti sunt: clementia autem adversus victos usi, maximum incrementum rebus suis addidere. Tantum enim ab omni sævitia ac supplicio de victis sumendo alieni erant, ut viderentur prorsus non quasi hostibus, sed tanquam amicis ac bene meritis uti. Quippe quum victi extrema omnia a victoribus utpote hostes exspectarent, ipsi tamen victores incredibili humanitate victoriam suam temperabant, aliis civitatis, aliis connubiorum jure concesso, nonullis libertate reddita, in nullos denique victoria acerbius, quam par fuit, usi. (5) Proinde ob singularem eorum benignitatem reges ac civitates gentesque adeo omnes in clientelam populi Romani confugiebant. Sed postquam pæne universi orbis imperio potiti sunt, tum vero terrore ac celeberrimarum urbium excidio dominationem suam muniverunt. Namque in Achaia Corinthum solo æquarunt, Carthaginem in Africa, in Hispania Numantiam everterunt funditus; et Macedoniæ reges, veluti Perseum, exstinxerunt, ac terrori multis fuerunt.

V. Romani maxime id student ac præ se ferunt, ut justa bella suscipiant, neque de iis leviter quidquam ac temere decernant.

VI. Orto Punico bello, Carthaginienses, ad Lilybæum

στρατευσάντων πρὸς Καρχηδονίους, οἱ Καρχηδόνιοι πυθόμενοι τὸν εἰς τὸ Λιλύβαιον κατάπλουν, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον οὐδαμῶς καταβαίνοντες, πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν εἰς Ῥώμην, οἳ ἐνεχείρισαν τοῖς Ῥωμαίοις ἑαυτούς τε καὶ τῆς πατρίδος τὰ πράγματα. Ἡ δὲ σύγκλητος δεξαμένη τὴν παράδοσιν τῆς χώρας, ἔδωκεν ἀπόκρισιν, ἐπεὶ καλῶς βουλεύονται Καρχηδόνιοι, δίδωσιν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος νόμους, χώραν, ἱερά, τάφους, ἐλευθερίαν, ὕπαρξιν, οὐδαμοῦ προςτιθεῖσα πόλιν τὴν Καρχηδόνα, παρακρύπτουσα δὲ τὴν ταύτης ἀναίρεσιν. Τεύξεσθαι δὲ τούτων τῶν φιλανθρώπων, ἐὰν ὁμήρους δῶσι τριακοσίους υἱοὺς τῶν συγκλητικῶν καὶ πείθωνται τοῖς ὑπὸ τῶν ὑπάτων παραγγελλομένοις. (2) Οἱ δὲ νομίσαντες ἀπολελύσθαι τοῦ πολέμου, τοὺς ὁμήρους ἐξέπεμψαν μετὰ πολλῆς οἰμωγῆς. Εἶτα ἦλθον εἰς τὴν Ἰτύκην. Οἱ δὲ πάλιν πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν τοὺς πευσομένους εἴ τι ἕτερον αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι ποιεῖν κελεύουσι. Τῶν δὲ ὑπάτων εἰπόντων παραδοῦναι τὰ ὅπλα ἀδόλως καὶ τοὺς καταπέλτας, οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τὸν πρὸς Ἀσδρούβαν πόλεμον βαρέως ἔφερον· παρέλαβον δ' ὅπλων παντοδαπῶν εἴκοσι μυριάδας καὶ καταπέλτας διςχιλίους. Εἶτα πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι διεπέμψαντο πρὸς Καρχηδονίους, ἀποστεῖλαί τινας ἐκ τῆς γερουσίας κελεύοντες, οἷς τὸ καταλειπόμενον πρόςταγμα διασαφήσουσιν. (3) Οἱ δὲ τριάκοντα τῶν ἐπιφανεστάτων ἀπέστειλαν. Ὁ δὲ πρεσβύτερος τῶν ὑπάτων Μανίλιος εἶπεν ὅτι τῇ συγκλήτῳ δέδοκται ἣν μὲν νῦν οἰκοῦσι πόλιν ἐκλιπεῖν, ἑτέραν δὲ κτίσαι τῆς θαλάσσης ἀπέχουσαν σταδίους ὀγδοήκοντα. Τῶν δὲ πρεσβευτῶν εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον τραπέντων, καὶ πάντων ῥιψάντων ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν καὶ πολὺν κλαυθμὸν μετὰ δακρύων προϊεμένων, διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχε. Μόγις δὲ τῶν Καρχηδονίων ἀπὸ τῆς καταπλήξεως ἀναλεξαμένων, μόνος ὁ Βλάννων καλούμενος οἰκείαν τῆς περιστάσεως φωνὴν προέμενος, διελέχθη παραστατικῶς ἅμα καὶ παῤῥησιαζόμενος· εἰς δὲ οἶκτον προαγόμενος τοὺς ἀκούοντας...

(4) Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἀμετάθετοι ταῖς γνώμαις ὄντες πρὸς τὴν κατάλυσιν τῆς Καρχηδόνος, προσέταξαν ἀπιέναι ταχέως εἰς τὴν Καρχηδόνα καὶ τὰ δεδογμένα τοῖς πολίταις ἀπαγγέλλειν. Τῶν δὲ πρέσβεών τινες [οἱ] μὲν ἀπογνόντες τὴν εἰς τὴν πατρίδα πορείαν, ἔφυγον ὁπότ' οὖν ἕκαστος ἐδύνατο, οἱ δὲ λοιποὶ τὴν ἐπάνοδον ἑλόμενοι ἐπανῆλθον τὴν ὀλέθριον πρεσβείαν τετελεκότες. Τῶν δὲ ὄχλων ὑπαπαντώντων, τούτοις μὲν οὐδὲν ἐλάλουν, τὰς δὲ ἑαυτῶν κεφαλὰς τύπτοντες καὶ τὰς χεῖρας ἐπανατείνοντες καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιβοώμενοι, προῆγον εἰς τὴν ἀγοράν, καὶ τῇ γερουσίᾳ ἀπήγγειλαν τὰ προστεταγμένα.

VII. (Exc. de Virt. et vit. p. 590, 591). Ὅτι Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς κληθεὶς ὕστερον, τότε δὲ χιλίαρχος ὤν, τῶν ἄλλων τοὺς εἰς ὁμολογίαν καὶ ὅρκους καταντήσαντας παρασπονδούντων καὶ τὴν δοθεῖσαν πίστιν ἀθετούντων, οὗτος τοὐναντίον μάλιστα τὰς δοθείσας

appulsam esse Romanorum classem intelligentes, aversique ab eo bello, legatos Romam miserunt, qui suas patriæque res Romanis dederent. Patres, regionis Punicæ deditione admissa, legatis responderunt, quandoquidem rebus suis bene consulant Carthaginienses, concedere se illis leges, regionem, sacra, monumenta, libertatem, possessionesque omnes; mentione nulla facta Carthaginis, cujus interitum, quem decreverant, humanitatis hac specie obtegebant; modo trecentos senatorum filios obsides darent, et imperata a consulibus promte facerent. (2) Pœni, belli metu sese exsolutos opinati, obsides non sine magno ejulatu, ut convenerat, miserunt. Secundum hæc Uticam Romani veniunt. Iterum oratores Carthagine mittuntur quæsitum, ecquid aliud Romani imperent. Respondent consules, arma omnia et catapultas sine fraude tradi oportere. Prius illi ob bellum, quod contra Asdrubalem gerebatur, ægerrime audiverunt. Acceperunt tamen Romani arma omnis generis ad ducenta millia, catapultas bis mille. Tum Carthaginem ablegati sunt, qui ex senatu mittendos esse aliquos docerent, ut postremum consulum mandatum acciperent. (3) Venerunt ex nobilissimis triginta, quibus consulum major, Manilius, placere senatui dixit, ut, quam nunc incolant urbem, deserant, aliamque octoginta a mari sejunctam stadiis condant. Quibus auditis legati in luctum versi atque in terram prolapsi miserabilem cum fletu complorationem cierunt, omnemque consessum commiseratione repleverunt. Postquam vero ex ea consternatione utcunque se Carthaginienses receperunt, unus, cui nomen Blannoni (*Hannoni?*), oratione rebus conveniente usus, magna animi fiducia et libertate disseruit, omnibusque, qui aderant, misericordiam quum moveret...

(4) Quum Romani sententiæ de Carthagine evertenda tenacissime inhærerent, legatisque imperatum esset, domum quamprimum redirent, et civibus, quid decretum esset, renuntiarent, pars eorum, ut quisque poterat, dilapsi sunt, reditum in patriam recusantes: reliqui, fatali legatione perfuncti, Carthaginem redierunt, occursantique multitudini nihil responderunt, sed capita verberantes, manibusque in cœlum porrectis deorum fidem obtestati, in forum perrexerunt, et senatui, quæ a Romanis constituta erant, obnuntiarunt.

VII. P. Scipio, qui postea Africani cognomen tulit, tunc tribunus, quum ceteri fere Romani pacta ac sacramenta hostibus præstita facile violarent, contra ipse fidem obsessis datam maxima religione servabat, ac dedititios clementer

πίστεις τοῖς πολιορχουμένοις ἐτήρει καὶ τοῖς ἑαυτοὺς ἐγχειρίζουσιν ἐπιεικῶς προςεφέρετο. Διὸ καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης δικαίας διαδιδομένης κατὰ τὴν Λιβύην, οὐθεὶς τῶν πολιορκουμένων ἐνεπίστευεν αὐτόν, εἰ μὴ Σκιπίωνι συντίθοιτο τὰς ὁμολογίας.

VIII. Ὅτι κατὰ τὴν μάχην τριῶν Ῥωμαίων πεσόντων, καὶ τούτων ἀτάφων γεγονότων, πάντες χαλεπῶς ἔφερον ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀπωλείᾳ τε καὶ στερήσει τῆς ταφῆς. Ὁ δὲ Σκιπίων, συγχωρήσαντος τοῦ ὑπάτου, διὰ γραμμάτων παρεκάλεσε τὸν Ἀσδρούβαν θάψαι τοὺς ἄνδρας. Οὗ ποιήσαντος τὸ παρακληθέν, καὶ μετὰ μεγάλης τιμῆς κηδεύσαντος τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰ ὀστέα πέμψαντος πρὸς τὸν ὕπατον, ὁ Σκιπίων προέκοπτε τῇ δόξῃ, ὡς ἂν καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις μεγάλης τυγχάνων ἀποδοχῆς.

IX. Ὅτι ὁ Ψευδοφίλιππος περιβοήτῳ μάχῃ νικήσας Ῥωμαίους, ἐξετράπη πρὸς ὠμότητα καὶ παρανομίαν τυραννικήν. Πολλοὺς μὲν γὰρ τῶν εὐπόρων ἀνεῖλεν, ἐπιρρίψας αἰτίας διαβολῆς ψευδοῦς, οὐκ ὀλίγους δὲ τῶν φίλων ἐμιαιφόνησεν. Ἦν γὰρ φύσει θηριώδης καὶ φονικὸς καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις ὑπερήφανος, ἔτι δὲ πλεονεξίας καὶ πάσης κακίας ἀνάπλεως.

X. (Exc. Photii p. 519-522.) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ μὲν τῆς μάχης μετὰ πεντακοσίων τὴν φυγὴν ἐποιήσατο τῆς Ἀραβίας εἰς τὰς καλουμένας Ἄβας πρὸς Διοκλέα τὸν δυνάστην, πρὸς ὃν ἦν καὶ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον προεκτεθειμένος ὄντα νήπιον. Εἶτα οἱ μὲν περὶ τὸν Ἡλιάδην ἡγεμόνες, οἳ συνῆσαν Ἀλεξάνδρῳ, λάθρᾳ διεπρεσβεύσαντο περὶ τῆς ἰδίας ἡγεμονίας, ἐπαγγελλόμενοι δολοφονήσειν τὸν Ἀλέξανδρον· συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Δημητρίου περὶ ὧν ἠξίουν, οὐ μόνον προδόται τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ φονεῖς ἐγενήθησαν.

(2) Οὐκ ἄξιον δὲ παρελθεῖν τὴν γενομένην περιπέτειαν πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, διὰ δὲ τὸ παράδοξον ἴσως ἀπιστηθησομένην. Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ βασιλέως βραχὺ πρὸ τῶν ἐνεστώτων χρόνων χρηστηριαζομένου κατὰ τὴν Κιλικίαν, ἔνθα φασὶν Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι, ἀνελεῖν αὐτῷ λέγεται τὸν θεὸν φυλάξασθαι τὸν τόπον τὸν ἐνεγκόντα τὸν δίμορφον. Καὶ τότε μὲν αἰνιγματώδη τὸν χρησμὸν εἶναι δόξαι, ὕστερον μέντοι μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως ἐπιγνωσθῆναι τὸ λόγιον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Τῆς Ἀραβίας ἐν ταῖς καλουμέναις Ἄβαις ᾤκει τις Διόφαντος ὄνομα, τὸ δὲ γένος Μακεδών. Οὗτος ἐγχώριον Ἀραβίαν γυναῖκα γήμας ἐγέννησεν υἱὸν μὲν ὁμώνυμον ἑαυτῷ, θυγατέρα δὲ τὴν προςαγορευθεῖσαν Ἡραΐδα. Τὸν μὲν οὖν υἱὸν πρὸ τῆς ἀκμῆς ἐπεῖδε τελευτήσαντα, τὴν δὲ θυγατέρα γάμου ἔχουσαν ὥραν προικίσας συγκατῴκισέ τινι ὄνομα Σαμιάδῃ. (3) Οὗτος μὲν οὖν συμβιώσας τῇ γαμηθείσῃ χρόνον ἐνιαύσιον, ἀπεδήμησε μακρὰν ἀποδημίαν. Τὴν δ' Ἡραΐδα φασὶν ἀρρωστίᾳ περιπεσεῖν παραδόξῳ καὶ παντελῶς ἀπιστουμένῃ. Φλεγμονὴν γὰρ ἰσχυρὰν γενέσθαι περὶ τὸ ἦτρον αὐτῆς. Ἐπὶ πλέον δὲ οἰδήσαντος τοῦ τόπου, ἔπειτα τῶν πυ-

ac perhumane tractabat. Quamobrem quum hæc illius æquitas fama per Africam celebris esset, nemo ex obsessis, nisi prius interposita P. Scipionis fide, se Romanis dedebat.

VIII. Quum in pugna tres dumtaxat e Romanis desiderati essent, iique insepulti remansissent, cuncti eum casum moleste ferebant. At Scipio, consulis permissu, per literas ab Hasdrubale petiit, ut cadavera sepulturæ mandare vellet. Qui quum eam rem mature implevisset, et exsequiis curatis cineres eorum ad consulem misisset, Scipio maximam gloriam est adeptus, quippe cujus summa etiam apud hostes auctoritas esset.

IX. Pseudophilippus, victis magno prœlio Romanis, ad sævitiam et tyrannicam insolentiam conversus, opulentos multos per confictas calumnias necavit. Plurimos quoque amicorum e medio sustulit. Erat enim natura ferus ac cruentus, ac præterea in congressu familiari superbus, postremo cupiditate atque omni scelere contaminatus.

X. Alexander a pugna quingentis comitatus fugam intendit urbem Arabiæ versus, quam Abas vocant, ad principem Dioclem, apud quem etiam filium Antiochum, teneræ adhuc ætatis, prius deposuerat. Postea duces Heliadæ adjuncti, qui cum Alexandro erant, clancularias de munere suo imperatorio legationes miserunt, dolose Alexandrum occisuros promittentes. Quorum petitioni quum locum dedisset Demetrius, non proditores tantum, sed interfectores etiam regis facti sunt.

(2) Indignum vero esset, si, quod ante vitæ Alexandri finem evenit, sed propter insolentiam fortasse non credetur, silentio præteriremus. Alexandro enim regi, paullo antequam instarent hæc tempora, consulenti oraculum in Cilicia, ubi Sarpedonii Apollinis templum esse dicunt, deus respondisse fertur, ut a loco sibi caveret, qui geminæ formæ hominem protulisset. Et tunc quidem responsum divinum pro ænigmate habitum; sed postea, exstincto rege, veritatem cognitam fuisse hoc modo. In Arabiæ urbe, quæ Abæ vocatur, quidam Diophantus nomine habitabat, natione Macedo. Is, ducta ex indigenis Arabica uxore, filium sibi cognominem procreavit, et filiam Heraidem appellatam. Filium quidem ante maturum ætatis vigorem exstinctum vidit; filiam autem, idoneam matrimonio ætatem quum attigisset, dotatam collocavit viro cuidam, cui nomen Samiades. (3) Hic ubi annum cum nupta vixisset, longinquam peregrinationem suscepit. Interea in morbum admirabilem et omni fide majorem incidisse Heraidem ferunt. Nam inflammationem cum tumore vehementem circa imum ejus ventrem exstitisse; magisque ac magis intumescente loco, quum exinde ad ma-

ρετῶν μεγάλων συνεπιγινομένων, καταδοξάσαι τοὺς ἰατροὺς ἕλκωσιν γεγονέναι περὶ τὸν τράχηλον τῆς μήτρας. Χρωμένων δὲ αὐτῶν θεραπείαις αἷς ὑπελάμβανον καταστέλλειν τὰς φλεγμονάς, ἑβδομαίας δ' οὔσης, ῥῆξιν ἐπιγενέσθαι τῆς ἐπιφανείας, καὶ προπεσεῖν ἐκ τῶν τῆς Ἡραΐδος γυναικείων αἰδοῖον ἀνδρεῖον ἔχον διδύμους προςκειμένους. Τὴν δὲ ῥῆξιν τούτων καὶ τὸ πάθος γενέσθαι μήτε ἰατροῦ μήτ' ἄλλων τῶν ἔξωθεν παρόντων πλὴν μητρὸς καὶ δύο θεραπαινίδων. (4) Τότε μὲν οὖν ἀχανεῖς γενομένας διὰ τὸ παράδοξον, τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι τῆς Ἡραΐδος, καὶ κατασιωπῆσαι τὸ γεγονός. Τὴν δὲ ἀπολυθεῖσαν τῆς νόσου τὴν ἐσθῆτα φορεῖν γυναικείαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωγὴν οἰκουρον καὶ ὕπανδρον διαφυλάττειν. Καταδοξάζεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν συνειδότων τὴν περιπέτειαν ἑρμαφρόδιτον εἶναι, καὶ κατὰ τὴν γεγενημένην μετ' ἀνδρὸς συμβίωσιν, τῆς κατὰ φύσιν ἐπιπλοκῆς ἀντιπραττούσης, δοκεῖν αὐτὴν ταῖς ἀῤῥενικαῖς συμπεριφοραῖς καθωμιλῆσθαι. (5) Λανθανούσης δὲ τοὺς ἐκτὸς τῆς διαθέσεως ταύτης, ἐπανελθεῖν τὸν Σαμιάδην, καὶ καθάπερ ἦν ἐπιβάλλον τὴν γαμηθεῖσαν ἐπιζητεῖν· οὐ τολμώσης δ' ἐκείνης εἰς ὄψιν ἐλθεῖν διὰ τὴν αἰσχύνην, τὸν Σαμιάδην φασὶ βαρέως ἐνεγκεῖν. Ἐπικειμένου δὲ συνεχέστερον καὶ ἀπαιτοῦντος τὴν σύμβιον, καὶ τοῦ πατρὸς μὴ συγχωροῦντος μέν, αἰσχυνομένου δὲ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, εἰς μέγα ηὔξετο ἡ διαφορά. Ἐπενεγκεῖν τε διὰ τοῦτο δίκην τῷ πατρὶ περὶ τῆς ἰδίας γυναικός, τῆς τύχης ὥςπερ ἐν δράμασι τὸ παράδοξον τῆς περιπετείας ἀγούσης εἰς ἔγκλημα. Συνεδρευσάντων δὲ τῶν κριτῶν καὶ λόγων ῥηθέντων, συμπαρεῖναι μὲν τῇ κρίσει τὸ ἀμφιςβητούμενον σῶμα, διαπορεῖν δὲ τοὺς δικαστὰς πότερον προςήκει τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἢ τὸν πατέρα τῆς θυγατρὸς κυριεύειν. (6) Πέρας τῶν κριτῶν οἰομένων δεῖν ἀκολουθεῖν τἀνδρὶ τὴν γαμηθεῖσαν, τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι τὸ τῆς φύσεως ἄῤῥεν, καὶ θυμῷ τετολμηκότι τὴν καθυποκρινομένην ἐσθῆτα λύσασαν δεῖξαι πᾶσι, ῥῆξαί τε φωνὴν δεινοπαθοῦσαν, εἴ τινες ἀναγκάζουσι συνοικεῖν ἀνδρὶ τὸν ἄνδρα. (7) Πάντων δὲ καταπλαγέντων καὶ φωνῇ θαυμαζούσῃ τὸ παράδοξον ἐπισημαινομένων, τὴν μὲν Ἡραΐδα φασίν, ἀποκαλυφθείσης τῆς αἰσχύνης, μεταμφιάσασθαι τὸν γυναικεῖον κόσμον εἰς νεανίσκου διάθεσιν, τοὺς δὲ ἰατρούς, ἐπιδειχθέντων αὐτοῖς τῶν φανέντων, γνῶναι ὅτι κατεκέκρυπτο φύσις ἄῤῥενος ἐν ᾠοειδεῖ τόπῳ φύσεως θηλείας, καὶ δέρματος περιειληφότος παρὰ τὸ σύνηθες τὴν φύσιν, σύντρησις ἐγεγένητο, δι' ὧν ἐξωδεύοντο τὰ περιττώματα· διόπερ τὸν προσεσυριγγωμένον τόπον ἑλκώσαντας δεῖν κατουλῶσαι, τὴν δὲ ἀνδρὸς φύσιν εὔκοσμον ποιήσαντας σὺν ἐνδεχομένῃ δόξαι κεχρῆσθαι θεραπείᾳ. (8) Τὴν δ' Ἡραΐδα μετονομασθεῖσαν Διόφαντον εἰς τοὺς ἱππεῖς καταλεχθῆναι, καὶ σὺν τῷ βασιλεῖ παραταξάμενον εἰς τὰς Ἄβας συναναχωρῆσαι. Διὸ καὶ τὸν πρότερον ἀγνοούμενον χρησμὸν τότε γνωσθῆναι, φανέντος τοῦ βασιλέως ἐν ταῖς Ἄβαις καθ' ὃν

lum hoc magnæ febres accessissent, exulcerationem circa matricis collum factam esse, medicos existimasse. Adhibitis igitur medicamentis, quibus tumores illos ardentes se repressuros putabant, quum jam septima dies esset, rupta superficie virile inguen cum adjunctis testiculis ex pudendis Heraidis procidisse. Diruptionem vero istam cum affectione conjuncta accidisse, neque medico, neque alio extraneorum præsente, sed matre tantum et duabus ancillis. (4) Tunc quidem stupore correptas et ob rei insolentiam obmutuisse; Heraidis tamen curam pro facultate agentes subticuisse eventum, illamque a morbo liberatam muliebrem adhuc vestitum gestasse, ceterum vitæ domesticæ viroque subjectæ morem retinuisse. Consciis tamen hujus eventus suspicionem obortam, Hermaphroditum esse, atque ita in priore vitæ consuetudine cum viro, licet naturalis conjunctio repugnaret, masculinis tamen complexibus familiariter se accommodasse visam. (5) Interea dum extraneos conditio latet, Samiaden rediisse, et, ut congruebat, uxorem requisivisse. At quia illa in conspectum prodire verecundiæ causa non audebat, graviter tulisse Samiaden. Dumque instat continenter et conjugem expetit, parens vero non concedit, et tamen causam exponere veretur, dissidium magnopere augescit. Idcirco litem patri de uxore sua intendit, fortuna mirabilem hunc casum, ut in fabularum actionibus fit, in crimen vocante. In judicum ergo consessu, habitis ultro citroque orationibus, interfuit judicio etiam corpus, de quo disceptabatur. Hic judices dubitant, utrum viro in uxorem, an patri in filiam major potestas conveniat. (6) Tandem ubi judices oportere censebant ut uxor virum sequeretur, veritatem manifestavit, et fidente animo assimulatam hactenus vestem solvens, virilitatem sexus cunctis monstravit, cum stomacho etiam in hanc vocem erupit, num aliqui virum viro nubere cogant? (7) Tunc obstupefactis omnibus, ac voce admirabunda rei novitatem significantibus, Heraidem, pudore detecto, aliter vestitam, muliebrem ornatum in juvenis habitum mutasse perhibent. Et medicos, quum visa ipsis quoque exhiberentur, cognovisse, quod natura maris in femineæ naturæ loco, formam ovi referente, abscondita latuisset, et quod in pellicula naturæ circumvoluta præter morem foramen exstitisset, per quod superflua exiverint. Ideo locum prius fistulæ instar excavatum, post factam exulcerationem cicatrice obducendum esse, naturaque virili in decorem suum restituta, debita utendum curatione, statuisse. (8) Postea Heraidem, Diophanti nomine assumto, in equitum ordines allectam, et postquam in acie cum rege stetisset, Abas se una recepisse. Idcirco etiam oraculi sensum prius non intellectum, tunc fuisse deprehensum, quum rex Abis comparuisset, quo

τόπον ὁ δίμορφος ἐγεγένητο. (9) Τὸν δὲ Σαμιάδην λέγουσιν, ἔρωτι καὶ τῇ προγεγενημένῃ συνηθείᾳ δεδουλωμένον, αἰσχύνῃ τε τοῦ παρὰ φύσιν γάμου συνεχόμενον, τῆς μὲν οὐσίας τὸν Διόφαντον ἀναδεῖξαι διαθήκῃ κληρονόμον, ἑαυτὸν δὲ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι, ὥστε τὴν μὲν γυναῖκα γεγενημένην ἀνδρὸς ἀναλαβεῖν δόξαν καὶ τόλμαν, τὸν δ' ἄνδρα γυναικείας ψυχῆς ἀσθενέστερον γενέσθαι.

XI. Παραπλησία δὲ ταύτῃ τῇ διαθέσει συνετελέσθη περιπέτεια τριάκοντα ἔτεσιν ὕστερον ἐν τῇ πόλει τῶν Ἐπιδαυρίων. Ἦν γάρ τις Ἐπιδαυρία, κόρη μὲν εἶναι δοκοῦσα, γονέων δὲ ὀρφανή, Καλλὼ δ' ὄνομα. Αὕτη τὸν ἐπὶ τῆς φύσεως ἀποδεδειγμένον ταῖς γυναιξὶ πόρον ἄτρητον εἶχε, παρὰ δὲ τὸν καλούμενον (κτένα) συριγγωθέντος ἐκ γενετῆς, τὰς περιττώσεις τῶν ὑγρῶν ἐξέκρινεν. Εἰς δὲ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας παραγενομένη συνῳκίσθη τινὶ τῶν πολιτῶν. Διετῆ μὲν οὖν χρόνον συνεβίωσε τἀνδρί, τὴν μὲν γυναικείαν ἐπιπλοκὴν οὐκ ἐπιδεχομένη, τὴν δὲ παρὰ φύσιν ὁμιλίαν ὑπομένειν ἀναγκαζομένη. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα φλεγμονῆς αὐτῇ συμβάσης περὶ τὸν κτένα καὶ δεινῶν ἀλγηδόνων ἐπιγενομένων, συνεκλήθη πλῆθος ἰατρῶν. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ὑπισχνεῖτο θεραπεύειν, φαρμακοπώλης δέ τις ἐπαγγελλόμενος ὑγιάσειν, ἔτεμε τὸν ἐπηρμένον τόπον, ἐξ οὗπερ ἐξέπεσεν ἀνδρὸς αἰδοῖα, δίδυμοι καὶ καυλὸς ἄτρητος. Πάντων δὲ τὸ παράδοξον καταπλαγέντων, ὁ φαρμακοπώλης ἐβοήθει τοῖς λειπομένοις μέρεσι τῆς πηρώσεως. (3) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον τὸ αἰδοῖον ἄκρον ἐπιτεμών, συνέτρησεν εἰς τὸν οὐρητῆρα, καὶ καθεὶς ἀργυροῦν καυλίσκον, ταύτῃ τὰ περιττώματα τῶν ὑγρῶν ἐξεκόμιζε, τὸν δὲ σεσυριγγωμένον τόπον ἑλκώσας ἐνέφυσε. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὑγιοποιήσας, διπλοῦν ἀπῄτει τὸν μισθόν· ἔφη γὰρ αὐτὸν παρειληφέναι γυναῖκα νοσοῦσαν, καθεστακέναι δὲ νεανίσκον ὑγιαίνοντα. (4) Ἡ δὲ Καλλὼ τὰς μὲν ἐκ τῶν ἱστῶν κερκίδας καὶ τὴν ἄλλην τῶν γυναικῶν ταλασιουργίαν ἀπέθετο, μεταλαβοῦσα δὲ ἀνδρὸς ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην διάθεσιν, μετωνομάσθη Κάλλων, ἑνὸς στοιχείου ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ ν προστεθέντος. Λέγεται δ' ὑπό τινων ὅτι πρὸ τοῦ μεταλαβεῖν τὴν εἰς ἄνδρα μορφὴν ἱέρεια τῆς Δήμητρος ἐγεγένητο, καὶ τὰ τοῖς ἄῤῥεσιν ἀόρατα ἰδοῦσα, κρίσιν ἔσχεν ἀσεβείας.

XII. Ὁμοίως δ' ἐν τῇ Νεαπόλει καὶ κατ' ἄλλους τόπους πλείονας ἱστοροῦνται γεγονέναι τοιαῦται περιπέτειαι, οὐκ ἄῤῥενος καὶ θηλείας φύσεως εἰς δίμορφον τύπον δημιουργηθείσης, ἀδύνατον γὰρ τοῦτο, ἀλλὰ τῆς φύσεως διὰ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ψευδογραφούσης εἰς ἔκπληξιν καὶ ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων. Διόπερ καὶ ἡμεῖς τὰς περιπετείας ταύτας ἀναγραφῆς ἠξιώσαμεν, οὐ ψυχαγωγίας ἀλλ' ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἀναγινωσκόντων. Πολλοὶ γὰρ τέρατα τὰ τοιαῦτα νομίζοντες εἶναι δεισιδαιμονοῦσιν, οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις. (2) Κατ' ἀρχὰς γοῦν τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου πλησίον τῆς Ῥώμης οἰκοῦντά φασιν Ἰταλικόν, γεγα-

in loco biformis ille natus erat. (9) Samiaden tandem memorant, amore et pristina consuetudine victum, pudore matrimonii a natura abhorrentis subactum, bona sua Diophanto testamento legasse, se autem abdicasse vita. Ita eam, quæ mulier fuerat, audaciam viri gloriamque obtinuisse; virum autem imbecillitate animi muliere deteriorem abiisse.

XI. Similis huic eventui casus, triginta annis post, in Epidauriorum urbe contigit. Epidauria quædam erat, ut habebatur quidem, puella, parentibus orba, cui nomen Callo. Hæc meatum a natura mulieribus designatum sine foramine habebat; juxta ipsum vero pectinem, uti vocant, qui locus erat instar fistulæ pervius a primo ortu, superfluos per illum humores excernebat. Ad maturam vero ætatem progressa, civi cuidam tradita est in matrimonium. Biennium itaque cum marito vixit, ita quidem, ut feminei complexus capax non esset, sed coitum præter naturam sustinere cogeretur. (2) Postea vero phlegmone circa pectinem oritur, ad quam horrendi cruciatus accedunt. Idcirco medicorum convocatur multitudo. Quorum nemo curationis spem facit; sed pharmacopola quidam, sanationem promittens, locum tumore elatum incidit, unde viri pudendum, testiculi et virga, sed non perforata, excidit. Ibi quum omnes rem insolitam cum stupore demirarentur, pharmacopola restantibus particulis contra defectum auxiliatur. (3) Initio extrema veretri incisa ad urinæ meatum usque terebravit, et argenteum immittens cauliculum, per hunc redundantes humiditates eduxit; sed locum, qui ad fistulæ modum perforatus erat, exulceravit prius, et tunc demum consolidavit. Quum hunc ergo ad modum sanitatem illi tribuisset, geminam mercedem expetebat. Ægrotam enim mulierem se accepisse, et sanum adolescentem nunc præsentare dixit. (4) Callo ergo telæ radios aliasque feminarum tractationes deposuit, et assumto viri amictu ceteroque habitu, Callon, uno ad finem elemento, N videlicet, adjecto, nominata est. Memoratur a quibusdam, quod ante transformationem in virum sacerdos Cereris fuerit, et quia viris non videnda conspexisset, religionis profanatæ judicium adierit.

XII. Consimili modo Neapoli, aliisque locis, plures id genus casus exstitisse narrant, non quod maris feminæque sexus in duplicis formæ figuram per naturæ fabricationem transierit (hoc enim fieri non potest), sed quod natura corporis membra falso descripserit, ad stuporem hominum et deceptionem. Proinde nos quoque hosce eventus, qui literis ac memoria proderentur, dignos judicavimus, non voluptatis, sed utilitatis ad lectores rediturae causa. Multi enim, quum talia pro monstris habeant, superstitione obligantur, nec vero privati dumtaxat homines, sed etiam nationes et civitates. (2) Sub initium quidem belli Marsici, prope Romam Italicum quendam habitasse perhibent, qui

μηκότα παραπλήσιον τοῖς εἰρημένοις ἀνδρόγυνον, προςαγγεῖλαι τῇ συγκλήτῳ, τὴν δὲ δεισιδαιμονήσασαν καὶ τοῖς ἀπὸ Τυῤῥηνίας ἱεροσκόποις πεισθεῖσαν, ζῶντα προςτάξαι καῦσαι. Τοῦτον μὲν οὖν ὁμοίας κεκοινωνηκότα φύσεως, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀλήθειαν τέρας γεγενημένον, φασὶν ἀγνοίᾳ τῆς νόσου παρὰ τὸ προςῆκον ἀπολωλέναι. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ παρ' Ἀθηναίοις τοῦ τοιούτου γενομένου, διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ πάθους ζῶντά φασι κατακαῆναι. Καὶ γὰρ τὰς λεγομένας ὑαίνας τινὲς μυθολογοῦσιν ἄῤῥενας ἅμα καὶ θηλείας ὑπάρχειν, καὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλήλας ὀχεύειν, τῆς ἀληθείας οὐχ οὕτως ἐχούσης. (3) Ἑκατέρου γὰρ τοῦ γένους ἁπλῆν ἔχοντος καὶ ἀνεπίμικτον τὴν φύσιν, προςώρισται τὸ ψευδογραφοῦν καὶ παρακρουόμενον τοὺς εἰκῇ θεωροῦντας· τῇ μὲν γὰρ θηλείᾳ πρόςκειταί τι κατὰ τὴν φύσιν παρεμφερὲς ἄῤῥενι μορίῳ, τῷ δὲ ἄῤῥενι κατὰ τὸ ἐναντίον ἔμφασις θηλείας φύσεως. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ζῴων, γενομένων μὲν πρὸς ἀλήθειαν πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τεράτων, μὴ τρεφομένων δὲ καὶ εἰς τελείαν αὔξησιν ἐλθεῖν οὐ δυναμένων. Ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς διόρθωσιν δεισιδαιμονίας. Ὁ μὲν οὖν Διόδωρος πρὸς τῷ τέλει τοῦ λβ' λόγου τῆς ἱστορικῆς αὐτοῦ πραγματείας τοσαῦτα διέξεισι.

quum androgynum, supra memoratis similem, in matrimonium accepisset, senatui id renuntiavit. Qui superstitione captus et ab haruspicibus Thuscis persuasus, vivum cremari jussit. Hunc igitur, quod ob similem participationem sexus in monstrum (non vere tamen) degenerasset, ex ignorantia morbi, secus quam decebat, exitio multatum perhibent. Nec multo post, quum apud Athenienses etiam simile quiddam accidisset, quod affectionem hanc non intelligerent, vivum, aiunt, hominem fuisse combustum. Hyænas quoque, quas dicunt, mares simul et feminas esse, alternisque se annis inire, nonnulli fabulantur; quum res ita non habeat. (3) Licet enim uterque sexus simplicem et impermixtam habeat naturam, per falsam tamen descriptionem accidit quod temere spectantibus imponit. Femellæ enim in sua natura adjunctum est quiddam virili membro assimile; et masculo contra, quod feminei sexus instar habet. Eadem ratio in cunctis animantibus locum habet, dum revera nascuntur multa variique generis prodigia, sed non aluntur, nec ad perfectum sui incrementum progredi possunt. Hæc ad corrigendam superstitionem dicta sunto. Hæc Diodorus prope finem libri tricesimi secundi operis quod scripsit historici exponit.

XIII. (Diodor. III, 43.) Τῷ κατὰ τὴν Καρχηδόνα λιμένι, προςαγορευομένῳ δὲ Κώθωνι· περὶ οὗ τὰς κατὰ μέρος εὐχρηστίας ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις πειρασόμεθα διελθεῖν.

XIII. Portui Carthaginiensium, qui Cothon nominatur; de cujus opportunitate suo dicetur loco singulatim.

XIV. (Exc. Photii p. 522.) Ὅτι τὸ τεῖχος τῶν Καρχηδονίων τῆς πόλεώς φησιν ὕψος μὲν εἶναι πηχῶν τεσσαράκοντα, πλάτος δὲ εἰκοσιδύο· ὅμως καὶ τοιούτων ὄντων, αἱ Ῥωμαίων μηχαναὶ καὶ τὰ κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήματα κρείττους ὤφθησαν τῆς ἐκείνων ἀσφαλείας, καὶ ἑάλω ἡ πόλις καὶ κατηριπώθη.

XIV. Mœnia Carthaginiensium quadraginta cubitorum altitudinem, et viginti duorum latitudinem habere dicit (Diodorus). Sed tamen, licet ita sese haberent, machinæ Romanorum strenuaque in bello facinora præstantiora munimentis illorum apparuerunt, urbsque capta et solo æquata est.

(Exc. Vatican. p. 91.) (2) Ὅτι αἱ γυναῖκες τῶν Καρχηδονίων προςέφερον χρυσοῦς κόσμους· ἐσχάτης γὰρ οὔσης τῆς τοῦ βίου παραγραφῆς, ἅπαντες οὐκ ἀπολλύναι τὰ χρήματα διελάμβανον, ἀλλὰ διὰ τῆς τούτων δόσεως ἔκρινον ἐπανορθοῦσθαι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν.

(2) Feminæ Carthaginienses ornatus aureos obtulerunt reipublicæ. Nam quum in extremo essent cives vitæ limite, nemo se opes perdere arbitrabatur, immo vero his contributis saluti propriæ cuncti consulere judicabant.

XV. Ὅτι Κάτων Μάρκος Πόρκιος, ἀποδοχῆς [δὲ] τυγχάνων μεγάλης ἐπὶ συνέσει, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος τί πράττει ὁ Σκιπίων κατὰ τὴν Λιβύην εἶπεν,

οἷος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Ὁ δὲ δῆμος τηλικαύτην εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὥςτε ὕπατον αὐτὸν γενέσθαι.

XV. M. Porcius Cato, qui magna sapientiæ laude florebat, a nescio quo interrogatus quid in Africa Scipio ageret, dixit :

Solus hic sapit, ceteri tamquam umbræ vagantur.

Populus autem tanta hunc virum benevolentia complexus est, ut consulem faceret.

(Exc. de Virt. et vit. p. 591.) (2) Ὅτι ὁ δῆμος τηλικαύτην εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Σκιπίωνα, ὥςτε μήτε τῆς ἡλικίας συγχωρούσης μήτε τῶν νόμων ἐπιτρεπόντων, μεγάλην εἰςφέρεσθαι σπουδὴν εἰς τὸ τὴν ὕπατον ἀρχὴν αὐτῷ περιθεῖναι.

(2) Populus Romanus tanta Publium Scipionem benevolentia complectebatur, ut tametsi neque ætas illius neque leges paterentur, nihilominus eum consulem suffragiis suis declarare omni studio contenderet.

XVI. (Exc. Vatican. p. 91.) Ὅτι ἡ τύχη καθάπερ ἐπίτηδες ἀγωνοθετοῦσα τὰς συμμαχίας ἐναλλὰξ τοῖς διαπολεμοῦσι παρείχετο.

XVI. Fortuna, quæ tamquam dedita opera bellum conciverat, opem suam alternatim decertantibus suppeditabat.

XVII. (Exc. Photii p. 522.) Ὅτι Μασανάσσης ὁ Λιβύων βεβασιλευκὼς καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν τετηρηκὼς ἐνενήκοντα μὲν ἐβίω ἔτη ἐν δυνάμει, παῖδας δέκα ἐν τῷ ἀπαλλάττεσθαι καταλιπών, οὓς καὶ Ῥωμαίοις ἐπιτροπεύεσθαι παρεκατέθετο. Ἦν δὲ καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος εὐτονίαν διαφέρων καὶ καρτερίᾳ καὶ πόνοις συνήθης ἐκ παιδός· ὅς γε στὰς ἐν τοῖς ἴχνεσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἀκίνητος ἔμενε, καθεζόμενος δὲ οὐκ ἠγείρετο, μέχρι νυκτὸς ἐνημερεύων ταῖς τῶν πόνων μελέταις, ἐπὶ δὲ τὸν ἵππον ἐπιβαίνων συνεχῶς ἡμέραν καὶ νύκτα καὶ ταῖς ἱππασίαις χρώμενος οὐκ ἐξελύετο. Σημεῖον δὲ τῆς περὶ αὐτὸν εὐεξίας τε καὶ δυνάμεως μέγιστον· ἐνενήκοντα γὰρ σχεδὸν ἔχων ἔτη υἱὸν εἶχε τετραετῆ διαφέροντα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ. Ἐν δὲ ταῖς τῶν ἀγρῶν ἐπιμελείαις τοσοῦτον διήνεγκεν, ὡς ἑκάστῳ τῶν υἱῶν ἀπολιπεῖν ἀγρὸν μυριόπλεθρον, κεκοσμημένον πάσαις ταῖς κατασκευαῖς. Ἐβασίλευσε δ' ἐπιφανῶς ἔτη ἑξήκοντα.

XVIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 591.) Ὅτι ὁ τῶν Ῥωμαίων ὕπατος Καλπούρνιος δι' ὁμολογίας τινὰς τῶν πόλεων εἰληφὼς κατέσκαψεν, οὐδὲν τῆς πίστεως φροντίσας. Διόπερ ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς ἀπιστούμενος ἀπετύγχανεν, ὥςπερ δαιμονίου τινὸς ἀντιπράττοντος. Εἰς πολλὰς γὰρ ἐπιβολὰς δυςεπιτεύκτους ἔσχε τὰς πράξεις.

XIX. Ὅτι ὁ Προυσίας ὁ βασιλεὺς τήν τε ὄψιν ὢν εἰδεχθὴς καὶ τὸ σῶμα διὰ τὴν τρυφὴν ἔχων γυναικεῖον, ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν ἐμισεῖτο.

XX. (Exc. Vatican. p. 92.) Ὅτι ἡ σύγκλητος πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν τοὺς καταλύσοντας τὸν πόλεμον Νικομήδους καὶ Προυσίου τοῦ ἰδίου πατρός, καὶ εἵλετο ἄνδρας εἰς τὴν πρεσβείαν Λικίνιον ποδαγρικὸν καὶ Μαγκῖνον, ὃς κατατετρημένος ἦν τὴν κεφαλὴν κεραμῖδος ἐπιπεσούσης καὶ τὸ πλεῖον μέρος τῶν ὀστῶν ἐξῃρημένος, καὶ Λεύκιον παντελῶς ἀναίσθητον. Ὁ δὲ Κάτων ἀφηγούμενος τοῦ συνεδρίου καὶ συνέσει διαφέρων εἶπεν ἐν τῇ συγκλήτῳ διότι πρεσβείαν ἀποστέλλομεν οὔτε πόδας οὔτε κεφαλὴν οὔτε καρδίαν ἔχουσαν. Οὗτος μὲν οὖν τὴν εὐστοχίαν περιβόητον ἔσχε κατὰ τὴν πόλιν.

XXI. (Exc. Photii p. 523.) Ὅτι Νικομήδης Προυσίαν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καταπολεμήσας, καὶ καταφυγόντα εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἀνελών, παρέλαβε τὴν βασιλείαν τῆς Βιθυνίας, ἀσεβεστάτῳ φόνῳ κτησάμενος τὴν ἀρχήν.

XXII. (Exc. Vatican. p. 92.) Ὅτι κατὰ τὴν πολιορκίαν Καρχηδονίων Ἀσδρούβας διαπρεσβευσάμενος πρὸς Γολόσσην προεκαλεῖτο ἐλθεῖν εἰς σύλλογον, καὶ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ στρατηγοῦ προέτεινε τῷ Ἀσδρούβᾳ αὐτῷ τε καὶ δέκα οἰκίαις αἷς ἂν βούληται ἀσφάλειαν καὶ δωρεὰν ταλάντων δέκα καὶ δοῦλα σώματα ἑκατόν. Ὁ δὲ Ἀσδρούβας ἀπεκρίθη μηδέποτε ἐπόψεσθαι τὸν ἥλιον, πυρπολουμένης τῆς πατρίδος, ἑαυτὸν διασωζόμενον, καὶ τοῖς μὲν λόγοις ἐθρασύνετο, διὰ

XVII. Masanasses (*Latinis Masinissa*), qui inter Afros regnavit, et amicitiam cum Romanis perpetuo coluit, nonaginta annos in vigore ætatem exegit, filiosque decem e vita excedens reliquit, quos etiam Romanorum tutelæ commisit. Erat autem corporis firmitate præstans, et a puero ad fortitudinem et labores assuefactus. In quibus institerat vestigiis, in his totum diem immotus permanebat: sedens ad noctem usque non surgebat, totum in laborum exercitationes diem consumens. Equo semel conscenso, etiamsi diem ac noctem continenter equitaret, tamen non defatigabatur. Bonæ valetudinis ac roboris maximum id signum fuit, quod nonaginta prope annos natus filium habuit quadrimum corporis viribus excellentem. In agrorum etiam cultura tam eximiam collocavit operam, ut unicuique filio agrum relinqueret decies mille plethrorum, omni instrumento exornatum. Sexaginta denique annos præclare regnum administravit.

XVIII. L. Calpurnius Piso consul, quum aliquot oppida deditione cepisset, calcata postmodum fide cuncta funditus diruit: quamobrem omnia ejus deinceps consilia tanquam adversantibus diis irrita fuere: multa enim aggressus, nihil omnino perficere valuit.

XIX. Prusias rex et aspectu deformis, et corpore molli atque effeminato quum esset, Bithynis odio erat.

XX. Senatus legatos misit in Asiam, qui bellum inter Nicomedem Prusiamque ejus parentem sedarent. Delegit autem qui in legationem proficiscerentur, Licinium podagricum; Mancinum, cui testæ lapsus caput attriverat et multa cranii pars deperierat, et Lucium sensu plane carentem. Tum Cato, senatus princeps et sapientia excellens, ait in curia: Legationem mittimus neque caput, neque pedes, neque cor habentem. Inde Cato ob acumen dicterii in urbe magnopere celebratus est.

XXI. Nicomedes parentem suum Prusiam, armis profligatum, quum in templum Jovis perfugisset, necavit, regnumque Bithyniæ nefaria cæde acquisitum in ditionem accepit.

XXII. Quo tempore Carthago obsidione premebatur, Hasdrubal missis ad Gulussam legatis ad colloquium ab eo invitatus est. Gulussa de imperatoris sui mandato concessit Hasdrubali tam ipsi quam familiis decem, quas vellet, in columitatem, talentorum decem donum, et mancipia centum. Respondit Hasdrubal pati se non posse ut ipse incolumis, ardente patria, solem aspiceret. Et verbis quidem audax erat, sed facta ignavum arguebant; is enim in sum-

δὲ τῶν ἔργων ἐφωράθη διαδιδράσκων, ὅς γε καί, τῆς πατρίδος οὔσης ἐν ἀπεγνωσμέναις ἐλπίσιν, ἐτρύφα πότους ἀκαίρους συνάγων καὶ πολυτελῆ δεῖπνα ποιῶν καὶ δευτέρας τραπέζας ὑπερηφάνως παρατιθέμενος. Καὶ οἱ μὲν πολῖται λιμῷ ἀπέθνησκον, ὁ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἐφόρει πορφύραν καὶ πολυτελῆ χλαμύδα, καθάπερ ἐκβακχεύων τοῖς τῆς πατρίδος δυςκληρήμασιν.

ma patriæ desperatione deliciis indulgebat, intempestivas celebrans comessationes et sumtuosa convivia instruens secundasque mensas superbe apponens; dum cives fame interirent, ipse ad malorum cumulum purpurea pretiosaque chlamyde induebatur, patriæ quodammodo calamitatibus insultans.

XXIII. (Exc. Vatican. p. 93.) Ὅτι κατὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδόνος ὁ στρατηγὸς τῆς μεγαλοψυχίας ἢ μᾶλλον μεγαλαυχίας ἐπιλαθόμενος καὶ τοὺς αὐτομόλους καταλιπὼν ἧκε πρὸς Σκιπίωνα μεθ' ἱκετηρίας. Προςπεσὼν δὲ τοῖς γόνασι μετὰ δακρύων, πᾶσαν δεητικὴν προέμενος εἰς συμπάθειαν ἤγαγε τὸν Σκιπίωνα. Ὁ δὲ παρακαλέσας αὐτὸν θαῤῥεῖν καὶ πρὸς τοὺς συνεδρεύοντας φίλους εἰπών, Οὗτός ἐστιν ὁ πρότερον μὴ βουλόμενος ἐπὶ πολλοῖς φιλανθρώποις σωθῆναι· τοσαύτην μεταβολὴν ἡ τύχη καὶ δύναμιν ἔχει πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπεροχὴν ἀνελπίστως σφάλλουσα.

XXIII. Capta Carthagine, dux ejus, magnanimitatis suæ vel potius jactantiæ oblitus, relictis transfugis, ad Scipionem supplex venit, atque ejus genibus advolutus infimisque precibus utens Scipionis misericordiam commovit; qui bono illum animo esse jubens, mox adsidentibus amicis, Hic est, inquit, qui nuper noluit non sine multis beneficiis servari. Tanta est fortunæ inconstantia ac vis ad quamlibet hominum subvertendam insperato superbiam.

XXIV. Ὅτι τῆς Καρχηδόνος ἐμπρησθείσης καὶ τῆς φλογὸς ἅπασαν τὴν πόλιν καταπληκτικῶς λυμαινομένης, ὁ Σκιπίων ἀπροςποιήτως ἐδάκρυεν. Ἐρωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Πολυβίου ἐπιστάτου, τίνος ἕνεκα τοῦτο πάσχει, εἶπε, Διότι τῆς κατὰ τὴν τύχην μεταβολῆς ἔννοιαν λαμβάνω· ἔσεσθαι γὰρ ἴσως ποτέ τινα καιρὸν ἐν ᾧ τὸ παραπλήσιον πάθος ὑπάρξει κατὰ Ῥώμης· καὶ τούτους τοὺς στίχους παρὰ τοῦ ποιητοῦ προηνέγκατο,

Ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαός.

XXIV. Igne Carthagini injecto totamque urbem flammis horribiliter devastantibus, Scipioni haud simulatæ lacrymæ obortæ sunt. Rogatus autem a præsente magistro suo Polybio, cur ita commoveretur, Fortunæ, inquit, inconstantiam mecum reputo: quippe aliquando futurum fortasse est, ut eadem calamitas Romæ accidat. Atque hos poetæ versus recitavit:

Veniet dies qua sacrum peribit Ilium,
et Priamus et Populus.

XXV. (Exc. de Virt. et vit. p. 591.) Ὅτι ὁ Σκιπίων μετὰ τὴν ἅλωσιν Καρχηδόνος τοῖς ἀπὸ τῆς Σικελίας κατηντηκόσι πρεσβευταῖς ἐπιδείξας ἅπαντα τὰ λάφυρα, προςέταξεν ἑκάστους τὰ ἐκ τῶν ἰδίων πατρίδων εἰς Καρχηδόνα πάλαι ποτὲ μετενηνεγμένα ἐπιλεγομένους ἀποκομίζειν εἰς Σικελίαν. Καὶ πολλαὶ μὲν εὑρέθησαν ἐπισήμων ἀνδρῶν γραφαί, πολλοὶ δὲ ἀνδριάντες ἐπιφανεῖς ταῖς κατασκευαῖς, οὐκ ὀλίγα δὲ ἀναθήματα διαπρεπῆ θεῶν ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ. Ἐν δὲ τούτοις ὑπῆρχε καὶ ὁ περιβόητος ταῦρος ἐξ Ἀκράγαντος, ὃν κατασκευάσας Περίλαος Φαλάριδι τῷ τυράννῳ, καὶ πρῶτος τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἰδίας τέχνης ἐν τῇ καθ' αὑτὸν τιμωρίᾳ δικαίως ὑπομείνας, ἀνῃρέθη.

XXV. P. Scipio expugnata Carthagine legatos Siculorum, qui tum aderant, ornamenta civitatum suarum, quæ pridem Carthaginem fuerant translata, recognoscere in præda et in patriam referre jussit. Ac multæ quidem clarorum virorum imagines, ac statuæ eleganti opere factæ, sunt repertæ; multa etiam deorum donaria, partim aurea, partim argentea, a Siculis recognita. Inter quæ etiam celebris ille taurus Agrigentinus, quem quum Perilaus Phalaridi tyranno fabricatus esset, primus artificii sui præstantiam suomet ipsius supplicio juste probavit.

XXVI. (Exc. Vatican. p. 94-97) Ὅτι οὐδέποτε συμφοραὶ τηλικαῦται τὴν Ἑλλάδα κατέσχον ἀφ' ὅτου μνήμης ἱστορικῆς αἱ πράξεις τετεύχασι. Διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἀκληρημάτων οὔτε γράφων τις οὔτε ἀναγινώσκων ἄδακρυς ἂν γένοιτο. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὅτι πρόςαντές ἐστι μεμνῆσθαι τῶν Ἑλλάδος δυστυχημάτων καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις διὰ τῆς γραφῆς παραδιδόναι τὰ πραχθέντα πρὸς αἰώνιον μνήμην· ἀλλ' ὁρῶ μέρος οὐκ ἐλάχιστον πρὸς διόρθωσιν τῶν ἁμαρτανόντων συμβαλλόμενον τοῖς ἀνθρώποις τὰ διὰ τῆς τῶν ἀποτελεσμάτων πείρας νουθετήματα. Ὥςτ' οὐ χρὴ τοῖς ἱστοροῦσι τὰς μέμψεις ἀναφέρειν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς κε-

XXVI. Ex quo hominum gesta historiarum memoriæ commendari cœperunt, nullæ unquam Græciam calamitates tantæ ut nunc corripuerunt. Sane tam gravem malorum cumulum nemo sine lacrimis aut scribet aut leget. Nec vero nescio quam arduum odiosumque sit mala Græciæ dicere, resque gestas sempiternæ posterorum memoriæ ministra historia commendare. Sed enim video ad emendanda peccata hominum non minimum conferre admonitiones illas, quas gestorum experientia suppeditat. Quare nequaquam historici reprehendendi sunt, verum illi potius

χειρικόσι τὰς πράξεις ἀφρόνως· οὐ γὰρ δι' ἀνανδρίαν στρατιωτικὴν ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν στρατηγῶν τὸ ἔθνος τῶν Ἀχαιῶν περιέπεσε τοῖς ἀκληρήμασι. (2) Περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς δεινοῦ πάθους περὶ τοὺς Καρχηδονίους τελεσθέντος, οὐχ ἧττον ἀτύχημα, μεῖζον δέ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, τὸ ἀκλήρημα συνέβαινε τοῖς Ἕλλησιν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὁλοσχερῶς ἀφανισθέντες καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀκληρήμασι λύπην συναπέβαλον, οἱ δὲ ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδόντες συγγενῶν καὶ φίλων σφαγὰς καὶ πελεκισμοὺς καὶ πατρίδων ἁλώσεις καὶ ἁρπαγὰς καὶ πανδήμους μεθ' ὕβρεως ἀνδραποδισμοὺς καὶ τὸ σύνολον τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν παῤῥησίαν ἀποβαλόντες, μεγίστων ἀγαθῶν ἠλλάξαντο τὰς ἐσχάτας συμφοράς. Ἀφρονέστατα γὰρ εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἐμπεσόντες, τῶν μεγίστων ἀκληρημάτων ἐπειράθησαν. (3) Ἐκ θεῶν γάρ, ὡς ἔοικε, λύσσα τις κατεῖχε τὸ ἔθνος τῶν Ἀχαιῶν καὶ παράδοξος ὁρμὴ πρὸς ἀπώλειαν. Αἴτιοι δ' ἦσαν τῶν πάντων κακῶν οἱ στρατηγοί. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ὄντες κατάχρεοι κινήσεως καὶ πολέμων ὑπῆρχον οἰκεῖοι καὶ χρεῶν ἀποδόσεις εἰσηγοῦντο καὶ πολλοὺς τῶν ἀπόρων χρεωφειλετῶν ἔχοντες συνεργούς, ἀνέσειον τὰ πλήθη· τινὲς δὲ καὶ δι' ἀφροσύνην ἐνέπεσον εἰς ἀπεγνωσμένους διαλογισμούς. (4) Μάλιστα δὲ ὁ Κριτόλαος ἐξέκαυσε τὰς ὁρμὰς τοῦ πλήθους πρὸς καινοτομίαν, χρώμενος δὲ τῷ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματι, φανερῶς κατηγόρει Ῥωμαίων εἰς ὑπερηφανίαν καὶ πλεονεξίαν· ἔφη δὲ φίλος μὲν βούλεσθαι Ῥωμαίων ὑπάρχειν, δεσπότας δὲ ἑκουσίως ἀναδεικνύναι μὴ προαιρεῖσθαι. Διεβεβαιοῦτο δὲ καθόλου τοῖς πλήθεσιν, ὡς ἐὰν μὲν ἄνδρες ὦσιν, οὐκ ἀπορήσουσι συμμάχων, ἐὰν δὲ ἀνδράποδα, κυρίων· ἐμφάσεις τε διὰ λόγων ἀπέλειπεν ὡς ἤδη καὶ βασιλεῦσι καὶ πόλεσι διείλεκται περὶ συμμαχίας. — (5) Ὅτι διὰ τῶν λόγων ἐκκαύσας τῶν ὄχλων τὴν ὁρμήν, εἰσήνεγκε ψήφισμα πολεμεῖν τῷ μὲν λόγῳ πρὸς Λακεδαιμονίους, τῷ δὲ ἔργῳ πρὸς Ῥωμαίους. — Οὕτω δὲ πολλάκις ἡ κακία τῆς ἀρετῆς προτερεῖ, καὶ ἡ πρὸς τὸν ὄλεθρον νεύουσα γνώμη τῆς πρὸς σωτηρίαν ἀπέχεσθαι * παρακλήσεως.

XXVII. Ὅτι περὶ τῆς Κορίνθου καὶ οἱ ποιηταὶ προειρηκότες ἦσαν

Κόρινθος ἄστρον οὐκ ἄσημον Ἑλλάδος.

Αὕτη πρὸς κατάπληξιν τῶν μεταγενεστέρων ὑπὸ τῶν κρατούντων ἠφανίσθη. Οὐ μόνον δὲ κατὰ τὸν τῆς καταστροφῆς καιρὸν ἡ πόλις ἔτυχε παρὰ τοῖς ὁρῶσι μεγάλης συμπαθείας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους εἰς ἔδαφος κατεῤῥιμμένη πολὺν ἐποίει τοῖς ἀεὶ θεωροῦσιν αὐτὴν ἔλεον. Οὐδεὶς γὰρ τῶν παροδευόντων αὐτὴν παρῆλθεν ἄδακρυς, καίπερ ὁρῶν λείψανα βραχέα τῆς περὶ αὐτὴν γεγενημένης εὐδαιμονίας τε καὶ δόξης. Διὸ καὶ κατὰ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἡλικίας καιροὺς διεληλυθότων χρόνων σχεδὸν ἑκατόν, θεασάμενος αὐτὴν Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις ὀνομασθεὶς θεὸς ταύτην ἀνέστησεν.

homines, qui sua stultitia res male gesserunt. Nam profecto haud ignavia militum, sed ducum imperitia gentem Achæorum malis obruit. (2) Etenim quum per idem tempus dirum illud exitium Carthaginiensium evenisset, haud levius infortunium, immo, si vere loquendum est, gravior miseria in Græcos incubuit. Namque Carthaginienses deleti funditus, sensum quoque calamitatum simul amiserant; Græci autem dum præ oculis habent cognatorum amicorumque supplicia et capita securibus cæsa et patriarum urbium captivitates ac direptiones populosque turmatim cum contumeliis hastæ subjectos, amissa omni libertate atque fiducia, summorum bonorum apicem cum extremis miseriis commutaverunt; nam quia stultissime Romanum bellum susceperunt, maximam infelicitatem experti sunt. (3) Et quidem videtur divinitus immissa quædam genti Achaicæ rabies, absurdusque impetus ad interitum. Erant autem malorum omnium causa duces; quorum alii obærati bella et seditiones ventilabant, ærisque alieni dissolvendi auctores fiebant; qua in re ab inope multitudine debitorum adjuti populos conciebant. Alii autem ob suam stultitiam desperata consilia agitabant. (4) Inter quos præcipuus Critolaus ad rerum novarum studium multitudinem inflammabat; isque sui magistratus dignitate abutens, Romanorum palam superbiam atque avaritiam accusabat. Et se quidem Romanorum amicitiam non respuere dicebat, dominos vero non velle se sponte eos declarare. Atque multitudini affirmavit, si viri essent, haud ipsis socios defuturos; sin mancipia, dominos. Tum in sermonibus falso jactabat, tamquam jam reges ac civitates in societatis fœdus secum coissent. — (5) Atque hac oratione populis inflammatis, legem de bello tulit Lacedæmoniis in speciem inferendo, re autem vera Romanis. — Adeo sæpe virtuti improbitas prævalet et ad exitium vergens sententia a salutari admonitione animos avertit.

XXVII. De Corintho jamdiu poetæ quoque dixerant:

Corinthus astrum non obscurum Græciæ.

Hanc urbem ad posteritatis terrorem victores deleverunt. Ipsa verum non solum excidii sui tempore multam cernentibus miserationem commovebat, sed consecutis quoque ætatibus, quum solo prostrata jaceret, nemo eam sine misericordia spectabat, nemo sine lacrimis præteribat, tantæ licet beatitatis ac gloriæ breves reliquiæ conspicerentur. Quare etiam post veterem illam ætatem exactis centum ferme annis, C. Julius Cæsar, qui ob suas gestas dictus est Divus, hanc spectans instauravit.

(2) Ἐναντία γὰρ πάθη συνεῖχε τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδι σωτηρίας καὶ προςδοκίαις τῆς ἀπωλείας. (Exc. de Virt. et vit. p. 591.) (3) Ὅτι κατὰ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἡλικίας καιροὺς διεληλυθότων σχεδὸν ἐτῶν ἑκατόν, θεασάμενος τὴν Κόρινθον Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις ὀνομασθεὶς θεὸς εἰς τοιαύτην ἦλθε συμπάθειαν καὶ φιλοδοξίαν, ὥςτε μετὰ πολλῆς σπουδῆς πάλιν αὐτὴν ἀναστῆσαι. Διόπερ τὸν ἄνδρα τοῦτον καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς περὶ αὐτὸν ἐπιεικείας δίκαιόν ἐστι μεγάλης ἀποδοχῆς ἀξιοῦσθαι, καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ἀπονέμειν αὐτῷ τὸν αἰώνιον τῆς χρηστότητος ἔπαινον. Τῶν γὰρ προγόνων αὐτοῦ σκληρότερον κεχρημένων τῇ πόλει, οὗτος διὰ τῆς ἰδίας ἡμερότητος διωρθώσατο τὰς ἐκείνων ἀποτομίας, προκρίνας τῆς τιμωρίας τὴν συγγνώμην. Ὑπερεβάλετο δὲ οὗτος τοὺς πρὸ αὐτοῦ τῷ μεγέθει τῶν κατεργασθέντων, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς δικαίως ἐκτήσατο. Καθόλου δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος εὐγενείᾳ τε καὶ λόγου δεινότητι καὶ στρατηγήμασι πολεμικοῖς καὶ ἀφιλαργυρίᾳ ἀποδοχῆς δίκαιός ἐστιν ἀξιοῦσθαι καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ἄξιον ἀπονέμειν αὐτῷ τὸν τῆς χρηστότητος ἔπαινον. Μεγέθει γὰρ πράξεων ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ Ῥωμαίους ὑπερέθετο.

(2) Contrarii affectus mortalium animos occupabant, spes salutis et exitii formido.

(3) Post veterem illam ætatem exactis annis fere centum, C. Julius Cæsar, qui ob magnitudinem rerum gestarum Divus cognominatus est, quum Corinthi rudera ac ruinas spectavisset, tanta miseratione simul et gloriæ cupiditate correptus est, ut eam restaurare summo studio contenderet. Proinde benignitatis causa, quæ singularis in eo viro fuit, maximas laudes meretur, æquumque est, ut ejus viri virtus ad sempiternam memoriam annalibus commendetur. Nam quum majores ejus adversus eam civitatem acerbius se gessissent, hic sua mansuetudine illorum acerbitatem emendavit, clementiam anteponens sævitiæ. Idem porro rerum gestarum amplitudine cunctos e superiori memoria longe superavit, ac virtutis causa cognomen Divi merito retulit. Denique et splendore generis et eloquentiæ vi ac scientia rei militaris et contemtu pecuniæ id merito consecutus est, ut et ab æqualibus laudaretur et historiarum libri honorificam virtutis ejus mentionem faciant. Nam gestorum magnitudine omnes qui ante eum vixerunt Romanos superavit.

ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Photii p. 525, 526.) Ὅτι Λυσιτανοί, φησί, τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἔχοντες ἀξιόχρεων ἡγεμόνα, εὐάλωτοι καθίσταντο Ῥωμαίοις πολεμοῦντες, ὕστερον δὲ Ὑριάτθου κυρήσαντες, μεγάλα Ῥωμαίους ἔβλαψαν. Ἦν μὲν οὖν οὗτος τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν οἰκούντων Λυσιτανῶν, ποιμαίνων δ' ἐκ παιδὸς ὀρείῳ βίῳ κατέστη συνήθης, συνεργὸν ἔχων καὶ τὴν τοῦ σώματος φύσιν· καὶ γὰρ ῥώμῃ καὶ τάχει καὶ τῇ τῶν λοιπῶν μερῶν εὐκινησίᾳ πολὺ διήνεγκε τῶν Ἰβήρων. (2) Συνεθίσας δὲ αὑτὸν τροφῇ μὲν ὀλίγῃ γυμνασίοις δὲ πολλοῖς χρῆσθαι, καὶ ὕπνῳ μέχρι μόνου τοῦ ἀναγκαίου, καθόλου δὲ σιδηροφορῶν συνεχῶς καὶ θηρίοις καὶ λησταῖς εἰς ἀγῶνας καθιστάμενος, περιβόητος ἐγένετο παρὰ τοῖς πλήθεσι, καὶ ἡγεμὼν αὐτοῖς ᾑρέθη, καὶ ταχὺ σύστημα περὶ ἑαυτὸν ληστῶν ἤθροισε. Καὶ προκόπτων ἐν τοῖς πολέμοις οὐ μόνον ἐθαυμαστώθη δι' ἀλκήν, ἀλλὰ καὶ στρατηγεῖν ἔδοξε διαφερόντως. (3) Ἦν δὲ καὶ δίκαιος ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν λαφύρων καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐξῆρε τοῖς δώροις. Προϊὼν δὲ οὐκέτι λῃστὴν ἀλλὰ δυνάστην αὑτὸν ἀναδείξας, ἐπολέμησε Ῥωμαίοις, καὶ πολλαῖς ἐκράτησε μάχαις, ὡς καὶ στρατηγὸν Ῥωμαίων Οὐιτέλλιον αὐτῷ καταπολεμῆσαι στρατῷ καὶ αἰχμάλωτον λαβεῖν καὶ ξίφει ἀνελεῖν, καὶ πολλὰ ἕτερα εὐημερῆσαι κατὰ πόλεμον, ἕως Φάβιος στρατηγὸς τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου κεχειροτόνητο. (4) Ἐκεῖθεν δ' ἐλαττοῦσθαι ἤρξατο ἐπ' οὐκ ὀλίγον. Εἶτα

LIBRI TERTII ET TRICESIMI RELIQUIÆ.

I. Quum Lusitani satis idoneum initio ducem non haberent, in bello cum Romanis non magno subigebantur negotio: postea Viriathum nacti, magnis Romanos detrimentis affecere. Hic ex Lusitanis Oceanum accolentibus erat, a puero inde usque pastor, vitæque montanæ assuetus, corporis etiam naturam adjutricem habebat. Nam robore ac celeritate, membrorumque agilitate ceteris Iberis longe antecelluit. (2) Ita autem se assuefecerat, ut exiguo nutrimento, et multa exercitatione, somnoque ad necessitatem solummodo uteretur. Ferrea denique arma perpetuo gestando et cum belluis ac latronibus decertando apud multitudinem celebris evasit, et dux tandem creatus, mox prædonum circa se agmen congregavit. Magnoque in bellis progressus faciens, non ob robur tantum in admirationem venit, sed imperatoriis etiam artibus excellere judicatus est. (3) In spoliorum præterea distributione justus erat, et pro merito illos, qui fortiter rem gesserant, muneribus extollebat. Ac subinde altius provectus, non latronem amplius, sed principem se declaravit. Bella gessit cum Romanis, multisque prœliis victor abiit, adeo ut Vitellium Romanorum ducem cum ipso debellarit exercitu, captumque gladio sustulerit, et multa alia feliciter in bello patrarit: donec Fabius belli contra ipsum gerendi designatus esset imperator. (4) Exinde decrescere cœpit multum. Sed

ἀναλαβὼν καὶ κατευδοκιμήσας Φαβίου, εἰς συνθήκας αὐτὸν ἐλθεῖν ἀναξίους Ῥωμαίων ἠνάγκασεν. Ἀλλ' ὅ γε Καιπίων στρατηγεῖν καθ' Ὑριάτθου αἱρεθεὶς τάς τε συνθήκας ἠκύρωσε, καὶ πολλάκις Ὑρίατθον ἐλαττώσας, εἶτα εἰς ἔσχατον ἥττης συνελάσας, ὥςτε καὶ πρὸς σπονδὰς ὁρᾷν, διὰ τῶν οἰκείων ἐδολοφόνησε. Καὶ τὸν διαδεξάμενον αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν Ταύταμον καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ καταπληξάμενος, καὶ σπονδὰς οἵας ἐβούλετο θέσθαι παρασκευασάμενος, ἔδωκε χώραν καὶ πόλιν εἰς κατοίκησιν.

(Exc. de Virt. et vit. p. 592, 593.) (5) Ὅτι Ὑρίατθος ὁ λῄσταρχος ὁ Λυσιτανὸς καὶ δίκαιος ἦν ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν λαφύρων καὶ κατ' ἀξίαν τιμῶν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐξαιρέτοις δώροις, ἔτι δὲ οὐδὲν ἁπλῶς ἐκ τῶν κοινῶν νοσφιζόμενος. Διὸ καὶ συνέβαινε τοὺς (Λυσιτανοὺς) προθυμότατα συγκινδυνεύειν αὐτῷ, τιμῶντας οἱονεί τινα κοινὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα.

II. Ὅτι ὁ Πλαύτιος ὁ ἐξαπέλεκυς στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων κακὸς προστάτης ἐγένετο ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ. Ἀνθ' ὧν κατάκριτος ἐν τῇ πατρίδι γενόμενος ἐπὶ τῷ τεταπεινωκέναι τὴν ἀρχήν, ἔφυγεν ἐκ τῆς Ῥώμης.

III. Ὅτι κατὰ τὴν Συρίαν Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς ἄχρηστος ὢν εἰς προστασίαν βασιλείας, τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐπέτρεψεν Ἱέρακι καὶ Διοδότῳ.

IV. Ὅτι Δημήτριος, τεταπεινωμένης τῆς κατ' Αἴγυπτον βασιλείας, καὶ μόνος ἀπολειφθείς, ἀπολελύσθαι διέλαβεν ἑαυτὸν παντὸς κινδύνου. Διόπερ τῆς συνήθους τοῖς ὄχλοις ἀρεσκείας καταφρονήσας, καὶ βαρύτερος ἀεὶ μᾶλλον τοῖς προστάγμασι γινόμενος, ἀπέσκηψεν εἰς ὠμότητα τυραννικὴν καὶ ποικίλων ἀνομημάτων ὑπερβολάς. Αἰτία δ' ἦν αὐτῷ τῆς διαθέσεως ταύτης οὐ μόνον ἡ φύσις, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς βασιλείας προεστηκώς. Οὗτος γὰρ ἀσεβὴς ὢν καὶ ῥᾳδιουργός, πάντων τῶν κακῶν εἰςηγητὴς ἐγένετο, κολακεύων τὸ μειράκιον καὶ προτρεπόμενος πρὸς τὰς αἰσχίστας πράξεις. (2) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ γεγονότας ἀλλοτρίους οὐ μετρίαις ἐπιτιμήσεσιν ἐκόλαζεν, ἀλλὰ τιμωρίαις ἐξηλλαγμέναις περιέβαλλεν. Ἔπειτα τῶν Ἀντιοχέων χρωμένων πρὸς αὐτὸν τῇ συνηθείᾳ, ξενικὴν δύναμιν ἀξιόλογον ἐπ' αὐτοὺς συνεστήσατο, καὶ τὰ μὲν ὅπλα παρείλετο, τῶν δὲ μὴ προαιρουμένων παραδοῦναι, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν κατεκέντησε. Μεγάλης δὲ ταραχῆς γενομένης περὶ τὸν παροπλισμόν, τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως ἐνέπρησε. (3) Πολλοὺς δὲ τῶν καταιτιαθέντων τιμωρησάμενος, εἰς τὸ βασιλικὸν ταμεῖον τὰς οὐσίας ἀνέλαβε. Διὰ δὲ τὸν φόβον καὶ τὸ μῖσος πολλοὶ τῶν Ἀντιοχέων φυγόντες ἐκ τῆς πατρίδος ἠλῶντο καθ' ὅλην τὴν Συρίαν, τηροῦντες τοὺς κατὰ τοῦ βασιλέως καιρούς. Ὁ δὲ Δημήτριος ὑπάρχων αὐτοῖς πολέμιος, οὐ διέλιπε ποιῶν σφαγὰς καὶ φυγὰς καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις, πολὺ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς χαλεπότητα καὶ μιαιφονίαν ὑπερβαλόμενος. (4) Καὶ γὰρ

recollectis viribus quum praeclare contra Fabium rem administrasset, ad pactiones Romano nomine indignas illum adegit. At Cæpio, cui summum exercitus imperium contra Viriathum fuerat commissum, pacta hæc irrita fecit. Et Viriathum sæpe victum, et in extremas cladis angustias compulsum, ut jam ad pacis conditiones respiceret, domesticorum fraude et insidiis circumventum interemit. Quumque successorem ejus Tautamum et copias illi adjunctas perterruisset, ut ad pactiones, quas ipse vellet, descenderent, effecit, agrum denique et urbem habitationi illorum concessit.

(5) Viriathus Lusitanus, dux prædonum, in distribuenda præda admodum erat justus, eosque, qui se in pugna strenue gesserant, donis eximiis pro merito singulorum ornabat, neque ex publica pecunia quidquam intercipiebat: proinde Lusitani ut servatorem atque optime meritum de republica eum observantes, eo duce ac comite nulla pericula adire detrectabant.

II. C. Plautius, Romanorum prætor, provinciam male administravit. Itaque populi judicio damnatus, eo quod majestatem populi Romani imminuisset, in exilium abiit.

III. In Syria Alexander (*cognomine Bala*) rex, ob segnitiem minime par tanto fastigio, Antiochiæ præfecturam Hieraci ac Diodoto tradidit.

IV. Imminuto Ægypti regno, Demetrius solus propemodum e regio sanguine superstes, quum ab omni se immunem periculo esse crederet, contemto superiorum regum instituto, qui gratiam vulgi comitate sua emereri studuerant, ipse in dies mandatorum gravitate intolerabilior, tandem ad tyrannicam crudelitatem ac multiplicia scelera prorupit. Cujus rei causa non solum pravo illius ingenio, sed etiam illius amico (*Lastheni Cretensi*), qui universo regno præpositus erat, tribuenda est. Hic enim sceleratus ac temerarius quum esset, auctorque omnium malorum juvenem assentationibus corruptum ad nefaria crimina incitabat. (2) Principio igitur, quicunque in bello adversati ejus partibus erant, non modica castigatione punivit, sed inusitatis suppliciis cinxit. Deinde quum Antiocheni solitis eum dicteriis incesserent, mercenarios multos adversus eos comparavit, armaque eis adimi jussit. Quæ quum Antiocheni tradere recusarent ac vim vi repellerent, alios quidem repugnantes interfecit, alios vero cum uxoribus ac liberis intra proprios penates trucidavit. Quumque gravis ob eam rem tumultus in civitate ortus fuisset, ipse maximam urbis partem incendio consumsit. (3) Multisque, qui hujus seditionis principes arcessebantur, capite damnatis, bona eorum in fiscum redegit. Itaque permulti ex civibus Antiochenis, odio ac metu Demetrii e patria profugi, per omnem Syriam passim vagabantur, opportunum vindictæ locum tempusque observantes. Interim Demetrius cunctis invisus, cædibus atque exiliis et bonorum publicationibus nihilo minus sæviebat, patris sui crudelitatem longo intervallo superans. (4) Hic enim (*sc. Demetrius Soter*) haudqua-

ἐκεῖνος οὐ βασιλικὴν ἐπιείκειαν, ἀλλὰ τυραννικὴν παρανομίαν ἐζηλωκὼς ἀνηκέστοις κακοῖς τοὺς ὑποταττομένους περιεβεβλήκει· ὥςτε συνέβαινε τοὺς μὲν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας βασιλεῖς διὰ τὴν παρανομίαν μισεῖσθαι, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ἑτέρας διὰ τὴν ἐπιείκειαν ἀγαπᾶσθαι. Διὸ καὶ παρ' ἕκαστον ἀγῶνες καὶ πόλεμοι συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ Συρίαν, ἐφεδρευόντων ἀλλήλοις ἀεὶ τῶν δυναστῶν τῶν ἀφ' ἑκάστης οἰκίας. Καὶ γὰρ τὰ πλήθη διὰ τὴν τῶν κατιόντων ἀεὶ βασιλέων ἀρέσκειαν εὐθέτως εἶχε πρὸς τὰς μεταβολάς.

V. (Exc. Legat. p. 628.) Ὅτι οἱ τὴν Ἄραδον οἰκοῦντες ὑπέλαβον καιρὸν εἰληφέναι πρὸς τὴν τῶν Μαραθηνῶν ἀπώλειαν. Ἀποστείλαντες [δὲ] οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις πρὸς Ἀμμώνιον τὸν προεστηκότα τῆς βασιλείας, ἔπεισαν τριακοσίοις ταλάντοις παραδοῦναι τὴν Μάραθον αὐτοῖς. Ὁ δὲ Ἰσίδωρον αὐτοῖς ἀπέστειλε λόγῳ μὲν ὡς ἐφ' ἑτέρας χρείας, ἔργῳ δὲ τὴν πόλιν ἐξαιρήσοντα καὶ παραδώσοντα τοῖς Ἀραδίοις. (2) Οἱ δὲ Μαραθηνοὶ τὸν κεχυρωμένον καθ' αὐτῶν ὄλεθρον ἀγνοοῦντες, τοὺς δὲ Ἀραδίους ὁρῶντες ἐν προτιμήσει παρὰ τῷ βασιλεῖ φερομένους, ἔγνωσαν τοὺς μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως στρατιώτας εἰς τὴν πόλιν μὴ προςδέχεσθαι, τῶν δὲ Ἀραδίων αὐτοὺς ἱκέτας γενέσθαι. Εὐθὺς οὖν τῶν πρεσβυτάτων τοὺς ἐπιφανεστάτους παρὰ τούτοις δέκα πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ἄραδον ἱκετηρίαν κομίζοντας μεθ' ἑαυτῶν καὶ τὰ παλαιότατα τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἀφιδρυμάτων· ὑπελάμβανον γὰρ ἐλέῳ συγγενείας καὶ θεῶν εὐσεβείᾳ μεταθήσειν τὴν πᾶσαν ὀργὴν τῶν Ἀραδίων. (3) Οἱ δὲ κατὰ τὰς δεδομένας ἐντολὰς ἐκβάντες τῆς νηός, εἰς ἱκεσίαν καὶ δέησιν ἐτρέποντο τῶν ὄχλων. Οἱ δὲ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς ἀνηρτημένοι κατεφρόνησαν μὲν τῶν κοινῶν τῆς ἱκεσίας νόμων, παρ' οὐδὲν δὲ ἡγήσαντο τὴν τῶν συγγενικῶν ἀφιδρυμάτων καὶ θεῶν εὐσέβειαν· διόπερ τὰ μὲν τῶν θεῶν ἀγάλματα συντρίψαντες ὑβριστικῶς κατεπάτησαν, τοὺς δὲ πρεσβευτὰς ἐπεβάλλοντο τοῖς λίθοις καταλεύειν. Πρεσβυτέρων δέ τινων ἐπιλαβομένων τῆς ὁρμῆς τῶν ὄχλων, μόγις διὰ τὴν τούτων ἐντροπὴν τοῦ βάλλειν ἀποσχόμενοι, προςέταξαν εἰς τὴν φυλακὴν αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν.

(Exc. de Virt. et vit. p. 593, 594.) (4) Ὅτι οἱ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς ἀνηρτημένοι τοὺς πρεσβευτὰς ἠτίμασαν. Ἐπιβοωμένων δὲ τῶν ἀτυχούντων τὴν ἱερὰν τῶν ἱκετῶν τιμὴν καὶ τὴν ἄδειαν τῆς τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίας, παροξυνθέντες οἱ τολμηρότατοι τῶν νέων ἐξεκέντησαν τοὺς ἱκέτας. Οἱ δὲ ἀνόσιον φόνον ἐπιτελεσάμενοι συνέδραμον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν παρανομήμασι συνεπιχειρονομοῦντες, ἄλλην κατὰ τῶν Μαραθηνῶν ἐπιβουλὴν ἀσεβῆ συνεστήσαντο. (5) Περιελόμενοι γὰρ τῶν σφαγέντων τοὺς δακτυλίους, ἔπεμψαν ὡς παρὰ τῶν πρεσβευτῶν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν δῆμον τῶν Μαραθηνῶν, ἐν ᾗ ἐδήλουν ἐπαγγελλομένους τοὺς Ἀραδίους πέμψαι στρατιώτας τοὺς βοηθήσοντας, ὅπως πιστευσάντων τῶν Μαραθηνῶν ὡς πρὸς ἀλήθειαν

quam regia benignitate, sed tyrannica abusus licentia, subditos acerbissimis calamitatibus oppresserat, adeo quidem ut reges hujus familiæ ob inclementiam invisi omnibus essent, alterius autem stirpis (*sc. Antiochi Epiphanis*) reges clementiæ causa ab universis amarentur. Proinde insidiantibus sibi vicissim utriusque familiæ principibus, assidua in Syria certamina bellaque committebantur: plebs quoque ipsa, regum subinde succedentium assentationibus corrupta, novis rebus gaudebat.

V. Aradii, opportunum se tempus ad Marathenorum exitium adeptos arbitrati, nuntios ad Ammonium, qui tum regno præsidebat, clandestino amandant, præmiumque trecentorum talentorum, si Marathum sibi tradat, pollicentur. Is misit Isidorum, verbo quidem alia super re, re vera urbem deleturum et Aradiis proditurum. (2) Maratheni, tametsi nihil nossent de patriæ suæ interitu decreto, viderent autem Aradios regis gratia præcipue florere, regios milites intra urbem non admittere, sed Aradios deprecari constituerant. Proinde extemplo decem seniorum nobilissimos Aradum cum infulis et simulacris, quæ in oppido erant antiquissima, ablegant, rati sese et cognationis commiseratione et deorum pietate Aradiorum iram mollituros. (3) Oratores, sicuti mandatum fuerat, e navi in terram expositi multitudinem precibus placare nituntur. At Aradii, animis elati, communia supplicum jura negligentes, et deorum religionem et cognatarum imaginum pietatem nihili faciunt. Quin deorum signa confringunt et impie proculcant, legatosque lapidibus incessunt. Quo multitudinis impetu a senioribus ægre represso, a lapidum quidem jactu, seniores reveriti, abstinuerunt, legatos tamen in vincula duci jusserunt.

(4) Aradii, animis arrecti et concitati, legatos Marathenorum violarunt. Qui quum quiritantes et supplicum religionem et sacrosanctum legatorum jus contestarentur, a quibusdam audacissimis juvenibus necati sunt. At auctores hujus sceleris statim in concionem progressi, malumque malo cumulantes, impiam adversus Marathenos fraudem machinati sunt. (5) Detractis enim interemtorum annulis, literas tanquam a legatis ad populum Marathenorum miserunt, quibus significabant, Aradios propediem auxilia missuros esse: eo consilio, ut Maratheni, missos Aradio-

ἔχειν συμμάχους ἀποστελλομένους, προςδεχθῶσιν οἱ παρ' αὐτῶν στρατιῶται. (6) Οὐ μὴν ἠδυνήθησάν γε τὴν ἄνομον ἐπιβολὴν εἰς πέρας ἀγαγεῖν, ἀνδρὸς εὐσεβοῦς καὶ δικαίου κατελεήσαντος τὴν τύχην τῶν μελλόντων πάσχειν ἀνήκεστα. Τῶν γὰρ Ἀραδίων πάντα τὰ πλοῖα παρελομένων, ὅπως μηδεὶς δυνηθῇ δηλῶσαι τοῖς ἐπιβουλευομένοις τὴν κατ' αὐτῶν σκευωρίαν, θαλαττουργός τις πρὸς τοὺς Μαραθηνοὺς οἰκείως διακείμενος, καὶ τὸν αὐλῶνα τὸν περὶ ἐκείνους τοὺς τόπους ἐργαζόμενος, παρῃρημένης αὐτοῦ τῆς ἁλιάδος, διενήξατο νυκτὸς τὸν πόρον, καὶ παραβόλως διήνυσε τοὺς ὀκτὼ σταδίους, καὶ ἐδήλωσε τοῖς Μαραθηνοῖς τὴν κατ' αὐτῶν ἐπιβουλήν. Οἱ δὲ Ἀράδιοι γνόντες διὰ τῶν κατασκόπων μεμηνυμένην τὴν ἰδίαν ἐπιβολήν, ἀπέστησαν τῆς διὰ τῶν ἐπιστολῶν κακουργίας.

VI. Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος ἀδελφὸς βασιλεύσας ἐξ ἀνομημάτων ἤρξατο μεγάλων διοικεῖν τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. Πολλοὺς μὲν γὰρ ψευδέσιν αἰτίαις περιβάλλων ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, ὠμῶς καὶ παρανόμως ἀνῄρει· ἄλλους δὲ ποικίλαις προφάσεσι συκοφαντῶν ὡς ἀδικοῦντας, ἐφυγάδευε, καὶ τὰς τούτων οὐσίας ἀφῃρεῖτο. Ἐφ' οἷς δυςχεραινόντων καὶ ἀγανακτούντων, τὴν παρὰ πάντων ὀργὴν ἐπαναιρούμενος ταχὺ τοῖς ὑποτεταγμένοις ἦλθεν εἰς μῖσος. Ὅμως ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα.

VII. Ὅτι Ὑρίατθος, πολλῶν παρατεθέντων κατὰ τὸν γάμον ἀργυρῶν τε καὶ χρυσῶν ἐκπωμάτων καὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ὑφασμάτων, τῇ λόγχῃ προςαιωρησάμενος ἀπεθεώρει τὸ τοιοῦτον πλῆθος, οὐ θαυμάζων οὐδὲ ἐκπληττόμενος, ἀλλὰ μᾶλλον καταφρονήσεως ἔννοιαν ἐπιφαίνων. Καὶ πολλὰ εἰπὼν πραγματικῶς, ἀποκρίσει μιᾷ πολλὰς ἐμφάσεις ἀπέλιπεν ἀχαριστίας εἰς τοὺς εὐεργέτας καὶ ἀφροσύνης * ἐπὶ τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἀστάτοις τῆς τύχης δωρήμασι, τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ περιβόητος τοῦ συγκηδεστοῦ πλοῦτος δοῦλος ἦν τοῦ τὴν λόγχην ἔχοντος, πρὸς δὲ τούτοις ὅτι χάριν αὐτῷ μᾶλλον ὀφείλει, δίδωσι δὲ οὐδὲν ἴδιον τῷ κυρίῳ πάντων. (2) Ὁ δὲ οὖν Ὑρίατθος οὔτε ἐλούσατο λιπαρούντων οὔτε κατεκλίθη· τραπέζης δὲ παρατεθείσης παντοδαπῶν βρωμάτων, ἀφελὼν ἄρτους καὶ κρέα τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ πορευθεῖσιν ἔδωκε, καὶ αὐτὸς ἀπὸ χειρῶν βραχέα προςενεγκάμενος, ἄγειν ἐκέλευσε τὴν νύμφην. Θύσας δὲ τοῖς θεοῖς καὶ τὰ νομιζόμενα παρ' Ἴβηρσι ποιήσας, ἐπέθετο τὴν παρθένον ἐπὶ τὴν ἵππον, καὶ παραχρῆμα ἀπήλαυνεν εἰς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀποσκευάς. (3) Ὑπελάμβανε γὰρ τὴν μὲν αὐτάρκειαν μέγιστον ὑπάρχειν πλοῦτον, τὴν δὲ ἐλευθερίαν πατρίδα, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἀνδρείας ὑπεροχὴν βεβαιοτάτην κτῆσιν. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ κατὰ τὰς ὁμιλίας εὔστοχος, ὡς ἂν ἐξ αὐτοδιδάκτου καὶ ἀδιαστρόφου φύσεως ἀμωμήτους φέρων τοὺς λόγους.

(Exc. Vatican. p. 97, 98.) (4) Ὅτι ὁ Ὑρίαθος, ἐπὶ τὸν γάμον πολλῶν προτεθέντων πραγμάτων καὶ πολυτελῶν, ὡς ἄδην εἶχε τῆς θέας, ἐπηρώτησε τὸν

rum milites, rati eos revera sibi auxilio adesse, ignari apud se reciperent. (6) Sed hoc impium consilium haudquaquam Aradii ad exitum deducere potuerunt, quandoquidem vir, pietate deorum et justitia conspicuus, imminentium ipsis malorum gravissimorum misericordia commotus est. Nam quum navigia omnia ademissent privatis, ne quis eam fraudem Marathenis indicare posset, quidam piscator non alienus a Marathenis, eorum vicem miseratus, quum in angusto freto piscari adsueverat, ademto navigio, noctu id fretum audacter enatavit, octo circiter stadiorum intervallo, et Marathenis Aradiorum insidias detexit. Igitur Aradii, quum consilia sua explorata esse intelligerent, ab hujusmodi per literas fraude abstinuerunt.

VI. Ptolemæus (*Physcon*), Ptolemæi Philometoris frater, quum regnare cœpisset, rerum administrationem a maximis sceleribus orsus est. Multos enim calumniatus tanquam saluti suæ insidiatos crudelibus suppliciis exstinxit: alios, varias commentus causas, ut noxios in exilium misit, ademtis facultatibus. Quas ob res brevi indignationem atque odium subditorum omnium conciliavit sibi. Regnavit tamen annis quindecim.

VII. Viriathus, quum multa in nuptiis aurea et argentea pocula, plurima etiam omnis generis stragula eleganti opere texta exposita essent, lancea cuncta allevans despiciebat, tot tantasque opes nequaquam admiratione et stupore, sed potius contemtu prosecutus. Idem quum sapienter multa dixisset, unico responso multos ac maximos sensus conclusit, de ingrato erga bene promeritos animo, et imprudentiæ *maximæ esse,* in fortunæ bonis, quæ admodum incerta sunt, spem ponere: deinde vero, has omnes soceri divitias armis ac lanceæ subesse: postremo, gratiam sibi potius a socero deberi: nihil enim ab eo proprium donari sibi, qui horum omnium dominus esset. (2) Ceterum Viriathus tunc neque lavit, neque discubuit, tametsi multum rogatus. Quumque exquisitissimis dapibus mensa instructa esset, panes carnesque comitibus sumtas suis divisit: ipse, postquam cibum manibus prehensum modice gustaverat, sponsam adduci jussit, et sacrificio rite peracto ex more institutoque Hispanorum virginem equo imposuit, statimque ad diversoria, quæ in montibus structa habebat, eam abduxit; (3) quippe sobrietatem maximas opes esse existimabat, patriam in libertate, firmissimam possessionem in fortitudine ponebat. Idem præterea in colloquiis maximo erat acumine præditus, utpote qui ingenio incorrupto nullisque erudito disciplinis simpliciter ac sincere loqueretur.

(4) Viriathus, quum in ejus nuptiis multæ et præclaræ res essent expositæ, ubi satis eas spectaverat, sciscitatus

Ἀστόλπαν, Εἶτα ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ σοὶ κατὰ τὰς ἑστιάσεις πῶς τῆς τούτων πολυτελείας ἀπείχοντο, δυνάμενοι ταῦτ' ἀφαιρεῖσθαι διὰ τὴν ἐξουσίαν; Τοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι πολλῶν ἰδόντων οὐδεὶς ἐπεβάλετο λαβεῖν ἢ αἰτῆσαι, Τί οὖν, εἶπεν, ἄνθρωπε, διδόντων σοι τὴν ἄδειαν καὶ τὴν ἀσφαλῆ τούτων ἀπόλαυσιν τῶν κρατούντων, καταλιπὼν τούτους ἐπεθύμησας τῆς ἐμῆς ἀγραυλίας καὶ ἀγενείας οἰκεῖος γενέσθαι; (5) Ἦν δὲ οὗτος κατὰ τὰς ὁμιλίας εὔστοχος, ὡς ἂν ἐξ αὐτοδιδάκτου καὶ ἀδιαστρόφου φύσεως φέρων τοὺς λόγους· καὶ γὰρ τῶν τὴν Τύκκην οἰκούντων οὐδέποτε μενόντων ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως, ἀλλ' ὁτὲ μὲν πρὸς Ῥωμαίους ὁτὲ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφισταμένων, καὶ πολλάκις τοῦτο πραττόντων, αἶνόν τινα διελθὼν οὐκ ἀσόφως ἔσκωψεν ἅμα καὶ ἐπέπληξε τὸ τῆς κρίσεως αὐτῶν ἀβέβαιον. (6) Ἔφη γάρ τινα μέσον ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα γαμῆσαι δύο γυναῖκας, καὶ τὴν μὲν νεωτέραν ἐξομοιοῦν ἑαυτῇ φιλοτιμουμένην τὸν ἄνδρα ἐκ τῆς κεφαλῆς τὰς πολιὰς ἐκτίλλειν αὐτοῦ, τὴν δὲ γραῦν τὰς μελαίνας, καὶ πέρας ὑπ' ἀμφοτέρων αὐτὸν ἐκτιλλόμενον ταχὺ γενέσθαι φαλακρόν. Τὸ παραπλήσιον δὲ καὶ τοῖς τὴν Τύκκην οἰκοῦσιν ἔσεσθαι. Τῶν μὲν γὰρ Ῥωμαίων ἀποκτεινάντων τοὺς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτοὺς ἔχοντας, τῶν δὲ Λυσιτανῶν ἀναιρούντων τοὺς αὐτῶν ἐχθρούς, ταχὺ τὴν πόλιν ἐρημωθήσεσθαι. (7) Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερά φασιν αὐτὸν ἐν βραχέσιν ἀποφθέγξασθαι, τῆς μὲν ἐγκυκλίου παιδείας ἄπειρον ὄντα, πρακτικῇ δὲ συνέσει πεπαιδευμένον· ἀνδρὸς γὰρ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῶντος σύντομος λόγος ἐστὶν ἀρετῇ συνησκημένος, τὸ δὲ ἀφελείᾳ λόγου βραχέως καὶ ἀπερίττως ῥηθὲν τοῦ μὲν εἰπόντος ἀπόφθεγμα γίνεται, τοῦ δὲ ἀκούσαντος ἀπομνημόνευμα.

VIII. Ὅτι φιλεῖ ἡ μὲν ἀσθένεια καὶ ταπεινότης ἀεὶ τὴν λιτὴν αὐτάρκειαν καὶ τὸ δίκαιον, ἡ δὲ ὑπεροχὴ τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀδικίας παρανομίαν.

IX. (Exc. de Virt. et vit. p. 594.) Ὅτι ὁ Δημήτριος ἐν Λαοδικείᾳ διατρίβων ῥᾳθύμως διῆγε, πότους τε συνάγων καὶ ταῖς πολυτελεστάταις ἀπολαύσεσιν ἐκκεχυμένως χρώμενος. Ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν ἀγωγὴν ὁ αὐτὸς διέμεινεν εἰς πολλοὺς εἰκῇ παρανομῶν καὶ μὴ δυνάμενος ὑπὸ τῶν ἐλαττωμάτων διορθωθῆναι.

X. Ὅτι οἱ Κνώσιοι τῶν πρωτείων ἀντείχοντο. Προῆγε δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῆς ἡγεμονίας φιλοτιμίαν τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τῶν προγόνων ἡ διαβεβοημένη δόξα κατὰ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους. Τόν τε γὰρ Δία παρ' αὐτοῖς τετράφθαι μυθολογοῦσί τινες καὶ Μίνω τὸν θαλαττοκρατήσαντα Κνώσιον ὄντα παιδευθῆναι ὑπὸ Διός, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀρετῇ διενεγκεῖν.

XI. (Exc. Vatican. p. 98.) Ὅτι κατὰ τὸν μῦθον τὸν λεγόμενον περὶ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἔθετο ἀρὰν κατὰ τῶν ἀπολειφθέντων εἰς Κρήτην στρατιωτῶν, παλαιὰ διαμένει παρὰ τοῖς Κρησὶ παροιμία δι' ἑνὸς στίχου μηνύουσα τὴν νῦν γενηθεῖσαν περιπέτειαν,

Αἰαῖ, Περγάμιοι κακὰ τοι κακὸν ἡγήσαντο.

est Astolpam, Has igitur opes in convivio tuo Romani quum viderunt, quomodo iisdem abstinebant, quas auferre vi poterant? Quo respondente, multos sane has vidisse, neminem tamen abstulisse aut postulasse, Cur ergo, mi homo, inquit, dominis his relictis, qui tibi otium et harum rerum tutum usum concedebant, rusticitatis obscuritatisque meæ affinis fieri maluisti? (5) Erat sane Viriathus in colloquiis mire scitus; quippe qui suos sermones ex incorrupta nullisque disciplinis culta natura promebat. Nam etiam quum Tuccæ cives, numquam in proposito firmi, modo ad Romanos, modo ad ipsum deficerent, idque non semel jam fecissent, inconstantiam judicii eorum fabula quadam haud insipienter narrata irrisit pariter ac territavit. (6) Dixit enim quendam ætate media virum uxores duxisse duas, quarum junior quo sibi virum similiorem redderet, canos ejus capite vulsisset, anus vero nigros capillos, donec vir ab utraque vulsus brevi calvus evasisset: idem Tuccæ civibus impendere fatum ait; dum enim Romani adversarios partium suarum occiderent, dumque item Lusitani inimicos suos exstinguerent, fore ut brevi civitas incolis vacuaretur. (7) Porro etiam alia multa fertur idem dixisse presso sermone; quum esset communis quidem eruditionis expers, sed tamen intelligentia rerum ex agendo comparata instructus. Nam hominis, qui ad normam naturæ vivit, parca est oratio et virtutis sale condita. Tum quod breviter strictimque dicitur, apophthegma quidem dicentis est, audienti vero memorabilis sententia fit.

VIII. Conditionis infirmitas atque humilitas frugalitatem sectari solet et æquitatem, fastosa vero vita avaritiam et injustitiæ sociam licentiam.

IX. Demetrius Laodiceæ moratus conviviis celebrandis et exquisitis voluptatibus effusissime capiendis segne otium terebat: ac nihilominus multos interim injuria afficiebat, calamitatibus suis nullatenus prudentior factus.

X. Cnossii de principatu insulæ certabant, quem ad se pertinere asserebant, tum ob antiquum civitatis splendorem, tum ob famam, quæ de eorum majoribus jam inde ab heroicis temporibus percrebuerat. Jovem enim apud ipsos educatum esse nonnulli aiunt, et Minoem, qui maris imperium primus obtinuit, Cnosso oriundum ab Jove institutum fuisse, ac virtute reliquos mortales longe superasse.

XI. Secundum illam de Agamemnone fabulam, qui relictos in Creta milites diris devovit, vetus adhuc superest apud Cretenses proverbium uno versiculo comprehensum, quod eam calamitatem significat quæ præsenti tempore accidit:

Heu, heu, Pergamii in malam rem ducatum præbuerunt.

XII. (Exc. de Virt. et vit. p. 594-596.) Ὅτι κατὰ τὴν Αἴγυπτον τὸν Πτολεμαῖον διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους ὠμότητα καὶ παρανομίαν οὐ μετρίως ἐμίσει τὸ πλῆθος. Παράλληλος γὰρ ὁ τούτου τρόπος πρὸς τὸν τοῦ Φιλομήτορος θεωρούμενος οὐδὲ σύγκρισιν ἐπεδέχετο διὰ τὰς παρ' ἀμφοτέροις ὑπερβολάς, τοῦ μὲν ἐπιεικείας, τοῦ δὲ ὠμότητος καὶ μιαιφονίας. Διὸ καὶ τὰ πλήθη πρὸς μεταβολὴν οἰκείως ἔχοντα τὸν τῆς ἀποστάσεως ἐκαραδόκει καιρόν.

XIII. Ὅτι Πτολεμαίου κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένου τοῖς βασιλείοις κατὰ τοὺς Αἰγυπτίων νόμους, παῖς ἐγένετο ἐκ τῆς Κλεοπάτρας τῷ βασιλεῖ. Ἥσθεὶς δὲ διαφερόντως προςηγόρευσε τὸν παῖδα Μεμφίτην ἀπὸ τῆς πόλεως καθ' ἣν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦντος ἐγεννήθη. Ἄγων δὲ παιδογόνια, καὶ τῇ συνήθει μιαιφονίᾳ χρώμενος, προςέταξεν ἀποκτεῖναι τῶν Κυρηναίων τοὺς συγκαταγαγόντας μὲν αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἐγκαλουμένους δὲ ἐπί τισι δικαίαις παῤῥησίαις διὰ τὴν παλλακὴν Εἰρήνην.

XIV. Ὅτι Διήγυλις ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ παραδόξως αὐτῷ τῶν ἀγαθῶν ἐπιῤῥεόντων, οὐκέτι τῶν ὑποτεταγμένων ὡς φίλων καὶ συμμάχων ἦρχεν, ἀλλ' ὡς ἀργυρωνήτων ἀνδραπόδων ἢ πολεμίων αἰχμαλώτων ὠμῶς ἐδέσποζε. Πολλοὺς μὲν γὰρ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας Θρᾳκῶν ἀνεῖλε μετ' αἰκίας, οὐκ ὀλίγους δὲ ὕβριζε καὶ ταῖς ἐσχάταις παροινίαις περιέβαλλεν. Οὐ γὰρ ἦν οὐ γυναικός, οὐ παιδὸς αὐτῷ κάλλος ἄθικτον, οὐ κατασκευὴ κτημάτων πολυτελὴς ἀναφαίρετος, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτὸν δυναστείαν ἐπλήρου παρανομίας. (2) Ἐπόρθει δὲ καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τὰς πλησιοχώρους, καὶ τῶν ἁλισκομένων οὓς μὲν ὕβριζεν, οὓς δὲ δειναῖς καὶ παρηλλαγμέναις αἰκίαις ἐτιμωρεῖτο. Κυριεύσας δὲ ὁ αὐτὸς πόλεως Λυσιμαχείας, τεταγμένης ὑπὸ τὸν Ἄτταλον, τὴν μὲν πόλιν ἐνέπρησε, τῶν δ' αἰχμαλώτων ἐπιλέξας τοὺς ἀξιολογωτάτους, ἰδίαις καὶ παρηλλαγμέναις κατ' αὐτῶν ἐχρήσατο τιμωρίαις. (3) Παίδων μὲν γὰρ ἀποκόπτων χεῖρας καὶ πόδας καὶ κεφαλάς, ἐξῆπτε ταῦτα φέρειν τοῖς τῶν γονέων τραχήλοις, ἀνδρῶν δὲ καὶ γυναικῶν ἑκατέρων διήλλαττεν ἀμφοτέρων τὰ μέλη, καὶ τινὰς μὲν χειροκοπήσας διεμέλιζε τὰ σώματα κατὰ ῥάχιν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰς διακοπὰς ἐπ' ἄκραις ταῖς λόγχαις φέρειν *, ὡς Φάλαριν καὶ τὸν Κασσανδρέων τύραννον Ἀπολλόδωρον ὑπερβάλλειν ὠμότητι. Παραλιπὼν δ' ἄν τις τὰ λοιπὰ τῆς περὶ αὐτὸν μιαιφονίας ἐξ ἑνὸς τοῦ μέλλοντος λέγεσθαι τεκμήραιτο τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος. (4) Γάμων ἀγομένων τούτῳ κατά τι Θρᾳκικὸν παλαιὸν ἔθος, δύο νεανίσκους Ἕλληνας ἐκ τῆς Ἀτταλικῆς βασιλείας καθ' ὁδοιπορίαν συνήρπασεν, ἀδελφοὺς μὲν ὑπάρχοντας, τῇ δὲ εὐπρεπείᾳ διαφόρους, τὸν μὲν ἴουλον κατάγοντα, τὸν δὲ ὑπογραφὴν ἄρτι λαμβάνοντα ταύτης τῆς ἀκμῆς. (5) Τούτους ἀμφοτέρους καταστέψας ἱερείου τρόπον εἰςήγαγε, καὶ τὸν μὲν νεώτερον κατα-

XII. In Ægypto Ptolemæus (*Physco*) rex crudelitatis et flagitiorum causa cunctis odio erat: quippe ipsius mores cum Philometoris fratris moribus compositi ne admittebant quidem comparationem, quum ille eximia mansuetudine, hic summa crudelitate et sævitia esset præditus: proinde vulgus, avidum rerum novarum, opportunum defectionis tempus cupide exspectabat.

XIII. Quo tempore Ptolemæus (*Physco*) ex sollemni Ægyptiorum more apud urbem Memphim in palatio inaugurabatur, natus est ei filius ex regina Cleopatra: qua re supra modum exhilaratus, puerum Memphitem nominavit, quod sibi in urbe Memphi sollemne sacrum peragenti natus esset. Porro dum natalitia pueri celebrat, a solita crudelitate nequaquam desciscens, Cyrenensium eos, qui ipsum in Ægyptum deduxerant, interfici jussit, quod paullo liberius ob Irenem pellicem ipsum objurgassent.

XIV. Diegylis, Thracum rex, postquam ad regnum accessit, rebus supra votum prospere succedentibus elatus, subditis non jam quasi amicis ac sociis imperare, sed tanquam mancipiis aut captivis acerbe dominari cœpit. Multos quippe ex Thracibus bonos inprimis viros tortos necavit, plurimos injuriis atque ultimis contumeliis affecit. Etenim nullius mulieris aut ingenui adolescentis formæ ac pudori parcebat, nullas non opes per vim rapiebat, sed universam ditionem scelere ac violentia replebat. (2) Quin etiam Græcas urbes regioni suæ conterminas prædabatur, captosque partim violabat, partim exquisitissimis tormentis e medio tollebat. Quumque urbem Lysimachiam, quæ ditionis Attali erat, cepisset, ipsam quidem incendio consumsit: ex captivis autem selectum nobilissimum quemque novis atque inauditis suppliciis affecit. (3) Præcisa enim filiorum capita ac manus pedesque ex parentum collo suspendebat ferenda, virorumque ac mulierum amputata membra permutabat: nonnullos etiam manibus mutilatos per spinam dorsi dissecabat, interdum abscissa membra contis præfigebat, adeo ut crudelitate Phalarim ipsum et Apollodorum Cassandrensium tyrannum longe superaret. Verum, ut cetera omittam, ex hoc unico facto illius atrocitas abunde deprehendetur. (4) Quum ex more veteri institutoque Thracum nuptias celebraret, duos juvenes Græcos simul iter facientes corripuit. Erant illi ex Attali regno fratres, ambo singulari forma: alter jam primam lanuginem præferebat, alter eum ætatis florem proxime attigerat. (5) Diegylis utrumque infulis victimarum more redimitum introduxit. Quumque juniorem quasi medium concisurus

τείνας μακρὸν διὰ τῶν ὑπηρετῶν ὡς μέσον διακόψων, ἀνεφώνησεν ὡς οὐχ ὁμοίοις ἱερείοις δεῖ χρῆσθαι τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βασιλεῖς. Κλαίοντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ φιλάδελφον πάθος προφαίνοντος, καὶ τιθέντος ἑαυτὸν ὑπὸ τὸν σίδηρον, προςέταξε τοῖς ὑπηρέταις καὶ τοῦτον ὁμοίως τεῖναι μακρόν. Διπλασιάζων δὲ τὴν ὠμότητα, καὶ μιᾷ πληγῇ καθ' ἑκατέρου χρησάμενος, ἐν ἀμφοτέροις εὐστόχησε, παιᾶνι τῶν θεωμένων ἐπισημηνάντων τὴν κατόρθωσιν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παράνομα ἐποίησεν.

XV. Ὅτι ὁ Ἄτταλος ἀκούων τὸν Διήγυλιν παρὰ τοῖς ὑποτεταγμένοις διαβεβλῆσθαι διά τε τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος, ἐζήλωσε τὴν ἐναντίαν προαίρεσιν. Διὸ καὶ τοὺς ἁλισκομένους τῶν Θρᾳκῶν ἀπολύων μετὰ φιλανθρωπίας, πολλοὺς ἔσχε κήρυκας τῆς ἰδίας ἐπιεικείας. Ἃ δὴ πυνθανόμενος ὁ Διήγυλις, τῶν μὲν ἀποχωρούντων τοὺς ὁμήρους δειναῖς ὕβρεσι καὶ παρανόμοις αἰκίαις περιέβαλλεν, ὧν ἦσάν τινες τῶν ἀσθενεστάτων παίδων ἡλικίᾳ καὶ φύσει. Καὶ γὰρ τούτων οἱ μὲν διαμεμελισμένοι τὰ σώματα ποικίλως, οἱ δὲ κεφαλὰς καὶ χεῖρας καὶ πόδας ἀφῃρημένοι· καὶ τούτων οἱ μὲν ἐπὶ σκόλοψιν, οἱ δὲ ἐπὶ δένδρεσιν ἀνήρτηντο. (2) Οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ τῶν γυναικῶν ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα πρὸς ὕβριν τε ἦν ἰδεῖν πρὸς ταῖς τοῦ θανάτου συμφοραῖς προκειμένας, παντοίας διαθέσεις αἰσχύνης ἐξ ὑπερηφανίας βαρβάρων συντετελεσμένας, αἳ τοῖς μὲν πράξασιν ὠμότητος ἀναισχύντου δεῖγμα προέκειντο, τῶν δὲ θεωρούντων καὶ τὸν ἥμερον ἐχόντων λογισμὸν πολλοὺς ἐξεκαλοῦντο πρὸς τὸν τῶν ἠτυχηκότων ἔλεον.

XVI. (Exc. Legat. p. 629,630.) Ὅτι Νομαντῖνοι καὶ Τερμήσσιοι περὶ διαλύσεως διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Ῥωμαίους, συνεχώρησαν αὐτοῖς τὴν εἰρήνην ἐπὶ τούτοις· δοῦναι τῶν πόλεων ἑκατέραν Ῥωμαίοις ὁμήρους τριακοσίους, σάγους ἐνακιςχιλίους, βύρσας τριςχιλίας, ἵππους πολεμιστὰς ὀκτακοσίους, ὅπλα πάντα· καὶ ταῦτα πράξαντας φίλους εἶναι καὶ συμμάχους. Ταχθείσης δὲ ἡμέρας ἐν ᾗ ταῦτα συντελεῖν ἔδει τὰς πόλεις, κατὰ τὰς ὁμολογίας πάντα ἐτέλεσαν. (2) Ὡς δὲ ἐπὶ τελευτῆς ἔδει τὴν τῶν ὅπλων παράδοσιν ποιήσασθαι, ὀδυρμός τις εὐγενὴς ἦν καὶ παράστασις ψυχῆς πρὸς ἐλευθερίαν ἐνέπεσε τοῖς πλήθεσι. Διὸ πρὸς ἀλλήλους ἐδεινοπάθουν εἰ γυναικῶν τρόπον γυμνώσουσιν ἑαυτοὺς ὅπλων. Μεταμελόμενοι δὲ τοῖς ψηφισθεῖσιν ἀλλήλους κατεμέμφοντο, καὶ πατέρες μὲν υἱοῖς ἐνεκάλουν, παῖδες δὲ γονεῦσι, γυναῖκες δὲ ἀνδράσι. Καὶ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν ἀναδραμόντες, καὶ τῶν ὅπλων οὐ παραχωρήσαντες, ἀνεκαίνισαν τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον.

XVII. Ὅτι Τρύφων ἐξ ἰδιώτου βασιλεὺς γεγονὼς ἔσπευδε τὴν δυναστείαν αὐτῷ διὰ δόγματος συγκλητικοῦ βεβαιῶσαι. Διόπερ κατασκευάσας Νίκην χρυσῆν ἄγουσαν ὁλκὴν χρυσίνων μυρίων, ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς ταύτην κομιοῦντας τῷ δήμῳ.

extendi a satellitibus suis jussisset, repente exclamavit, non iisdem reges ac privatos uti victimis debere. Ad hæc quum major natu ingemisceret, ac præ caritate in fratrem semet ferro supponeret, Diegylis hunc quoque similiter sterni præcepit, ac crudelitatem geminans, ambos unica plaga confecit, applaudentibus tantæ dexteritati spectatoribus. Hujusmodi alia plurima ab eo sunt nefarie gesta.

XV. Attalus, quum Diegylin avaritiæ et crudelitatis causa subditis suis invisum esse intelligeret, ipse contrariam prorsus viam instituit. Proinde quum Thraces, quos ceperat, liberaliter dimitteret, multos mansuetudinis suæ præcones sibi comparavit. Quumque Diegylidis odio multi ex principibus Thracum ad eum confugerent, ac benigne exciperentur, ea re comperta, Diegylis defectorum obsides gravissimis contumeliis tormentisque subdidit : quorum nonnulli quum adhuc tenera ætate essent, nihilominus partim membratim concerpti, partim pedibus manibusque et capite truncati sunt : eorumque alii crucibus affixi, alii arboribus suspensi. (2) Nec paucarum mulierum corpora, antequam instanti capitis supplicio traderentur, ad libidinem et injuriam tolerandam explicita, ac omnino omnis generis contumelias barbaricam insolentiam testantes videre erat. Quæ quidem eorum, qui eas infligebant, impudentem sævitiam palam declarabant, plerosque vero spectantium, atque eorum, qui aliquo humanitatis sensu præditi erant, ad miserationem infelicium commovebant.

XVI. Numantinis et Termessiis amicitiæ instaurandæ causa legatos mittentibus ad Romanos data his legibus pax est : utraque civitas Romano populo obsides trecentos, saga novies mille, pellium ad tentoria tria millia, equos bellatores octingentos, armaque omnia traderent : quo facto Romanorum socios atque amicos futuros. Dicta civitatibus die, qua imperata facienda erant, omnia, uti convenerat, a civitatibus præbita sunt. (2) Ventum deinde ad armorum traditionem. Ibi vero generosa quædam lamentatio et libertatis studium multitudinis animos incessit : lamentabantur omnes, mulierum sese in modum cunctis armis nudari. Itaque decretorum pœnitentia ducti invicem sese incusant, filii patres, parentes liberos, uxores maritos. Ad extremum arma tradere abnuunt, resumtoque priore animo bellum in Romanos instaurant.

XVII. Tryphon, e privato rex factus, principatum senatus Romani decreto sibi firmare aggreditur. Eam ob rem confecta Victoria aurea, pondus decies mille aureorum habente, Romam legatos mittit hanc populo allaturos:

Ὑπελάμβανε γὰρ τοὺς Ῥωμαίους ἅμα μὲν διὰ τὸ λυσιτελές, ἅμα δὲ διὰ τὸ εὐοιώνιστον εἶναι, προςδέξασθαι τὴν Νίκην, καὶ προςαγορευθῆναι βασιλέα. Εὗρε δὲ τὴν σύγκλητον πάνυ πανουργοτέραν ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀπάτῃ παρακρουομένους συνέσει καταμαρτυροῦσαν. Τὸ μὲν γὰρ δῶρον ἐδέξατο καὶ τὴν εὐφημίαν μετὰ τοῦ λυσιτελοῦς ἐτήρησεν, ἀντὶ δὲ Τρύφωνος μεταχρηματίσασα τὴν δόσιν, εἰς τὸν ὑπ' αὐτοῦ δολοφονηθέντα βασιλέα τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο. Διὰ δὲ ταύτης τῆς πράξεως ἀνέδειξεν ἑαυτὴν μισοπονηροῦσαν ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς ἀναιρέσει καὶ δωρεὰς ἀσεβῶν ἀνδρῶν οὐ προςδεχομένην.

XVIII. Ὅτι ἧκον εἰς Ἀλεξάνδρειαν οἱ περὶ τὸν Σκιπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν πρεσβευταὶ κατασκεψόμενοι τὴν ὅλην βασιλείαν. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος μετὰ μεγάλης ἀπαντήσεως καὶ παρασκευῆς προςδεξάμενος τοὺς ἄνδρας, τάς τε ἑστιάσεις πολυτελεῖς ἐποιεῖτο καὶ τὰ βασίλεια περιάγων ἐπεδείκνυτο καὶ τὴν ἄλλην τὴν βασιλικὴν γάζαν. (2) Οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις ἀρετῇ διαφέροντες τοῖς μὲν βρωτοῖς ὀλίγοις καὶ πρὸς ὑγείαν διατείνουσι χρώμενοι κατεφρόνουν τῆς πολυτελείας, ὡς διαφθειρούσης καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα. Τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως θαυμαζομένων ἐν παρέργῳ τὴν θέαν ὡς οὐδενὸς ἀξίων ποιησάμενοι, τὰ θέας ἄξια πρὸς ἀλήθειαν ἐπολυπραγμόνησαν ἀκριβῶς, τῆς πόλεως τὴν θέσιν καὶ τὸ βάρος καὶ τὰς περὶ τὸν Φάρον ἰδιότητας· πρὸς δὲ τούτοις ἀναπλεύσαντες εἰς Μέμφιν, τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας καὶ τὰς κατὰ τὸν Νεῖλον εὐκαιρίας, τό τε πλῆθος τῶν κατ' Αἴγυπτον πόλεων καὶ τὰς ἀναριθμήτους τῶν οἰκητόρων μυριάδας καὶ τὴν ὀχυρότητα τῆς Αἰγύπτου καὶ τὴν ὅλην τῆς χώρας ὑπεροχήν, ὡς εὖ διάκειται πρὸς ἡγεμονίας ἀσφάλειάν τε καὶ μέγεθος. (3) Καὶ θαυμάσαντες τὰ πλήθη τῶν κατοικούντων τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰ τῶν τόπων ἐπιτεύγματα, διέλαβον μεγίστην ἡγεμονίαν δύνασθαι συσταθῆναι, τυχούσης τῆς βασιλείας ταύτης ἀξίων τῶν ἡγεμόνων. Οἱ μὲν οὖν πρεσβευταὶ κατασκεψάμενοι τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἐπὶ Κύπρου κἀκεῖθεν ἐπὶ Συρίας τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο. Καθόλου δὲ καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπῆλθον, καὶ παρὰ πᾶσι σώφρονα καὶ θαυμαστὴν ποιησάμενοι τὴν ἐπιδημίαν, μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχον, καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπεληλυθότες, μετ' εὐφημίας ὑπὸ πάντων συμφωνουμένης ἐπανῆλθον. (4) Τῶν γὰρ ἐχόντων τὰς ἀμφιςβητήσεις οὓς μὲν διηλλάχεισαν ἀλλήλοις, οὓς δ' ἐπεπείκεισαν τὰ δίκαια ποιῆσαι τοῖς ἐγκαλοῦσι, τοὺς δὲ ἀναισχυντοῦντας διὰ τῆς ἀνάγκης κατεστάλκεισαν, τοὺς δὲ δυςδιακρίτους ἀναπεπόμφεσαν ἐπὶ τὴν σύγκλητον. Ὡμιληκότες δὲ βασιλεῦσι καὶ δήμοις, καὶ τὴν προϋπάρχουσαν αὐτοῖς φιλίαν πρὸς ἅπαντας ἀνανεωσάμενοι, πρὸς εὔνοιαν τὴν ἡγεμονίαν ἐπηύξησαν, καὶ πάντες ταῖς αἱρέσεσιν οἰκείως διατεθέντες ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τοὺς περὶ Σκιπίωνα πρέσβεις ἐπῄνεσαν, ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐξέπεμψαν.

suspicabatur enim, Romanos quum utilitatis, tum boni ominis causa, Victoriam eam non repulsuros, seque regem appellaturos. At senatum præter opinionem astutiorem, et quos fraude circumscribere decreverat, multo se prudentiores reperit. Nam donum patres bonumque omen non sine commodo suo probarunt: loco vero Tryphonis Victoriam regi, quem per scelus iste interfecerat, acceptam tulerunt, ejusdem titulo inscriptam. Quo facto et regis pueri cædem et impiorum dona sibi displicere manifesto ostenderunt.

XVIII. Legatis, quorum princeps Scipio Africanus erat, Alexandriam ad Ægypti regnum inspiciendum profectis obvius rex Ptolemæus magna frequentia et apparatu procedit: excipiuntur honorifice, et conviviis laute celebratis, tum circum regiam ducuntur, ut eam et universam gazam videant. (2) Romanorum legati, viri egregia virtute, modico et salubri victu usi, regis lautitias, tanquam animum et corpus debilitantes, spernunt, eaque, quæ a Ptolemæo maximi æstimabantur, obiter, quippe pro vilibus putanda, oculis lustrant: ad cetera, consideratione vere digna, diligentissime animum advertunt, urbis videlicet situm et opes, Pharique singularem naturam. Navibus deinde Memphim devehuntur, et agri bonitatem, fluminis Nili opportunitates, urbium in Ægypto multitudinem, innumerabilem ferme incolarum numerum, egregie munitam regionem, et summam ejus præstantiam cum animo reputant, commodissime positam censentes ad tutam magni imperii possessionem: (3) miratique ingentem Ægypti habitatorum multitudinem, locorumque præcipua commoda, haud injuria arbitrantur, maximum illic imperium, modo regnum istud dignos tantis opibus præpositos adeptum fuerit, posse condi. Inspectis Ægypti rebus, in Cyprum legati, inde in Syriam transmittunt: obitisque orbis Romani plerisque provinciis, nec ulli toto itinere graves, sed propter continentiam admirabilem mire omnibus accepti, summo provincialium applausu et gratulatione domum revertuntur. (4) Hac enim legatione controversias prudentissime disceptaverant, et rixantes partim in concordiam redegerant: aliis, ut adversariis, quod æquum et justum est, præstarent, persuaserant: pervicacioribusque vi et auctoritate in ordinem coactis, quæstiones difficiliores ad senatum rejecerant: reges præterea et populos humanissime compellatos ad amicitiæ instaurationem permoverant, atque omni benevolentia imperium muniverant. Quo quidem animo quum reges et nationes essent, ab illis oratores missi sunt, qui Scipionem ceterosque laudarent, et gratias ob legatos tales viros agerent.

XIX. (Exc. de Virt. et vit. p. 596,597.) Ὅτι τοῦ Πομπηίου ἐλθόντος ἐπὶ πόλιν τὴν καλουμένην Λαγνί, καὶ ταύτην πολιορκοῦντος, οἱ Νουμαντῖνοι βουλόμενοι βοηθῆσαι τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἔπεμψαν στρατιώτας τετρακοσίους νυκτός. Οἱ δὲ τούτους ἀσμένως δεξάμενοι σωτῆρας ἀπεκάλουν καὶ δωρεαῖς ἐτίμων. Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας καταπλαγέντες καὶ τὴν πόλιν προδιδόντες τοῖς σώμασιν ᾔτουν ἀσφάλειαν. (2) Τοῦ δὲ Πομπηίου δόντος ἀπόκρισιν ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ποιήσαιτο πρὸς αὐτοὺς ὁμολογίας, εἰ μὴ πρῶτον ἐκδώσουσι τοὺς συμμάχους, τὸ μὲν πρῶτον ἐντρεπόμενοι τὸ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀνόμημα διεκαρτέρουν· τοῦ δὲ δεινοῦ πλησίον ὄντος, διεπρεσβεύοντο, καὶ τῇ τῶν φίλων ἀπωλείᾳ τὴν σωτηρίαν αὑτοῖς ἐπεχείρουν περιποιῆσαι. Οὐ μὴν ἔλαθόν γε τοὺς ἐπιβουλευομένους, ἀλλὰ τοῦτο μαθόντες πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, καὶ νυκτὸς τοῖς κατὰ τὴν πόλιν ἐπιθέμενοι πολὺν ἐποίουν φόνον. (3) Ὁ δὲ Πομπήιος τοῦ θορύβου αἰσθόμενος, καὶ κλίμακας προσερείσας τοῖς τείχεσιν, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως. Καὶ τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἅπαντας ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ συμμάχους ὄντας διακοσίους τὸν ἀριθμὸν ἀπέλυσε τῶν κινδύνων, ἅμα μὲν ἐλεήσας κινδυνεύουσαν ἀρετὴν καὶ τὸ περὶ τοὺς ἀκληροῦντας γενόμενον πάθος δι' ἀχαριστίαν, ἅμα δὲ τὴν Νουμαντίνων εὔνοιαν πρὸς Ῥωμαίους πόῤῥωθεν ἐκκαλούμενος ταῖς εὐεργεσίαις· τὴν δὲ πόλιν κατέσκαψεν.

XX. Ὅτι ὁ Ἀρσάκης ὁ βασιλεὺς ἐπιείκειαν καὶ φιλανθρωπίαν ζηλώσας αὐτομάτην ἔσχε τὴν ἐπίῤῥοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ τὴν βασιλείαν ἐπὶ πλεῖον ηὔξησε. Μέχρι γὰρ τῆς Ἰνδικῆς διατείνας τῆς ὑπὸ τὸν Πῶρον γενομένης χώρας ἐκυρίευσεν ἀκινδύνως. Εἰς τηλικοῦτο δὲ μέγεθος προαχθεὶς βασιλείας, οὐκ ἐζήλωσε τρυφὴν οὐδὲ ὑπερηφανίαν, ἅπερ ταῖς πλείσταις δυναστείαις ἀκολουθεῖν εἴωθεν, ἀλλ' ἐπιείκειαν μὲν πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους, ἀνδρείαν δὲ πρὸς τοὺς ἀντιταττομένους· καθόλου δὲ πολλῶν ἐθνῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ παρ' ἑκάστοις ἄριστα τῶν νομίμων κατέδειξε τοῖς Πάρθοις.

XXI. (Exc. Vatican. p. 98.) Ὅτι ὁ ὕπατος Ποπίλλιος, Ὑριάτθου περὶ διαλέξεως ἀξιοῦντος, ἔκρινε προστάττειν καθ' ἕκαστα τῶν ἀρεσκόντων, ὅπως μὴ λεχθέντων ἀθρόον ἀπογνοὺς ἀποθηριωθῇ πρὸς πόλεμον ἀκατάλλακτον.

XXII. (Exc. de Virt. et vit. p. 597,598.) Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ὑριάτθου ταφῆς παραδόξου καὶ μεγαλοπρεποῦς ἠξίωσαν, καὶ διακοσίοις ζεύγεσι μονομάχων ἀγῶνα πρὸς τῷ τάφῳ συνετέλεσαν, τιμῶντες αὐτοῦ τὴν διαβεβοημένην ἀνδρείαν. Ὁμολογουμένως γὰρ ἦν πολεμικώτατος μὲν ἐν τοῖς κινδύνοις, στρατηγικώτατος δὲ ἐν τῷ προϊδέσθαι τὸ συμφέρον, τὸ δὲ μέγιστον, διετέλεσε πάντα τὸν τῆς στρατηγίας χρόνον ἀγαπώμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὡς οὐδεὶς ἕτερος. (2) Κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἐκ τῆς λῃστείας διανομὰς οὐδὲν πλέον ἀπεφέρετο τῆς τοῖς ἰδιώταις ἐπιβαλλούσης μοίρας, ἀπὸ δὲ τῶν αὐτῷ πορισθέντων ἐτίμα τοὺς ἀξίους χάριτος καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν ὑπελάμβανεν. Ὑπῆρχε δὲ

XIX. Q. Pompeius quum urbem Lagni obsidere aggressus esset, Numantini in gratiam popularium suorum quadringentos illis milites noctu suppetias miserunt. Quos Lagnitani initio quidem libentissime acceptos, donis prosecuti sunt et servatores suos appellabant. Paucis post diebus, metu obsidionis perterriti, de dedenda urbe cum Pompeio collocuti sunt, incolumitatem duntaxat postulantes. (2) Sed quum Pompeius nullas conditiones admitteret, nisi auxiliares Numantini sibi dederentur, primum quidem Lagnitani, tantum scelus adversus bene meritos admittere minime ausi, obsidionem perferre statuerunt. Postea vero quum ad extremas angustias redacti essent, missa ad Pompeium legatione paratos se esse dixerunt sociorum pernicie salutem suam redimere. Quod quum auxiliares Numantini sensissent, noctu impressione in cives necopinantes facta, maximam cædem ediderunt. (3) At Pompeius, intellecto hoc tumultu, scalis protinus ad mœnia admotis, urbem cepit: ac *Lagnitanos* quidem omnes internecione occidit, Numantinos autem auxiliares numero ducentos benigne dimisit, simul virtutem hominum prorsus indigne in extremum discrimen adductam miseratus, simul etiam Numantinorum benevolentiam erga populum Romanum jam tum ea gratia alliciens: urbem deinde solo æquavit.

XX. Arsaces, Parthorum rex, quum clementiam atque mansuetudinem inprimis coleret, admodum prospera ubique fortuna est usus, atque imperii sui limites longissime propagavit. Etenim usque ad Indiam, in qua Porus olim regnaverat, progressus, cuncta nullo negotio subegit. Ceterum in tantam regni amplitudinem evectus, haudquaquam ad luxum ac superbiam, quod plerisque principibus usu venire solet, se contulit; sed clementia in subditos, adversus hostes fortitudine uti instituit. Quumque plurimas gentes imperio suo subjecisset, ex singulis collecta optima quæque instituta Parthos docuit.

XXI. Consul Popillius Viriatho ad colloquium pertracto fœderis capita nonnisi singillatim proposuit, ne si cuncta simul imperavisset, ille pace desperata ad insanabile bellum efferaretur.

XXII. Viriathi cadaver magnifico exsequiarum honore celebratum est a Lusitanis, quippe ducenta gladiatorum paria ad ejus tumulum decernere jusserunt, dantes id eximiæ hominis fortitudini. Fuit enim ille, ut inter omnes constat, bellicosissimus quidem in periculis; in providendo autem quid potissimum conduceret, sagacissimus; quodque præcipuum est, quamdiu copias duxit, adamatus a militibus, quantum antea nemo. (2) Etenim in dividenda præda nihil præcipuum supra ceteros sumebat: ex iis vero, quæ sibi comparaverat, et viros fortes muneribus donabat, et egentissimorum militum inopiam sublevabat. Erat præterea

καὶ νήπτης καὶ ἀγρυπνητικὸς καὶ παντὸς πόνου καὶ κινδύνου κατεξανεστηκώς, ἔτι δὲ πάσης ἡδονῆς κρείττων. Αἱ δὲ ἀποδείξεις τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς ἐμφανεῖς εἰσιν. Ἕνδεκα γὰρ ἔτη δυναστεύοντος αὐτοῦ Λυσιτανῶν, οὐ μόνον αἱ δυνάμεις ἀστασίαστοι διέμειναν, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἀνίκητοι· μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν τὸ σύστημα τῶν Λυσιτανῶν διελύθη, στερηθὲν τῆς τούτου προστασίας.

XXIII. Ὅτι Πτολεμαῖος * διὰ τὴν ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν καὶ διὰ τὰς ἀνέδην τῶν αἰσχίστων ἡδονῶν ἀπολαύσεις καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγεννὲς πάχος, διὸ Φύσκων ἐκαλεῖτο. Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἱέραξ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις θαυμαστὸς ὢν καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις τοῖς ὄχλοις εὔθετος, ἔτι δὲ μεγαλόψυχος, συνέσχε τὴν τοῦ Πτολεμαίου βασιλείαν. Τούτου γὰρ ἀπορουμένου χρημάτων, καὶ τῶν στρατιωτῶν βουλομένων ἀφίστασθαι πρὸς Γαλαίστην διὰ τὸ μὴ κομίζεσθαι τοὺς μισθούς, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὀψωνιάσας τὴν δύναμιν, διωρθώσατο τὴν ὅλην μεταβολήν.

XXIV. Ὅτι τοῦ Πτολεμαίου παντελῶς οἱ Αἰγύπτιοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ὄντα παιδαριώδη καὶ πρὸς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς ἐκκεχυμένον καὶ διὰ τὴν ἀκολασίαν τὸ σῶμα γυναικῶδες περιπεποιημένον.

XXV. (Exc. Vatican. p. 99.) Ὅτι ἡ πόλις ἡ καλουμένη Κόντουβρις ἀπέστειλε πρεσβευτὰς πρὸς Ῥωμαίους, οἳ κατὰ τὰς δεδομένας ἐντολὰς προῦλεγον ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην ἐκ τῆς χώρας πρὶν ἤ τι παθεῖν· καὶ γὰρ τῶν ἄλλων τοὺς τολμήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τούσδε τοὺς τόπους πολεμίᾳ δυνάμει πάντας ἀπολωλέναι. Ὁ δὲ ὕπατος τούτοις ἀπεκρίθη διότι Λυσιτανοὶ μὲν καὶ Κελτίβηρες μάλιστα ἐπιτηδεύουσιν ἀπειλεῖν μεγάλα καὶ πλεονεκτεῖν, Ῥωμαῖοι δὲ κολάζειν τοὺς ἀδικοῦντας καὶ καταφρονεῖν τῶν ἀπειλῶν· προσήκειν οὖν μὴ ταῖς ἀπειλαῖς ἀλλὰ ταῖς χερσὶν ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀνδρείαν, ἧς δὴ πεῖραν λήψεσθαι τὴν ἀκριβεστάτην.

XXVI. Ἔκρινε κρεῖττον εἶναι μαχομένους ἀποθανεῖν ἐπιφανῶς ἢ γυμνὰ τὰ σώματα τῶν ὅπλων εἰς τὴν αἰσχίστην παραδοῦναι δουλείαν.

XXVII. Ὁ δὲ Ἰούνιος παρακαλέσας τοὺς στρατιώτας, εἴ καί ποτε, νῦν ἀνδραγαθῆσαι καὶ τῶν προγεγονότων κατορθωμάτων ἀξίους φανῆναι. Ὅμως οὐχ ἔκαμνον ταῖς ψυχαῖς, κατισχύοντος τοῦ λογισμοῦ τὴν τῶν σωμάτων ἀσθένειαν.

(2) Ὅτι διεδόθη ἡ τῶν Ῥωμαίων πρὸς μὲν τοὺς ἀντιταττομένους ἀπαραίτητος τιμωρία, πρὸς δὲ τοὺς πειθαρχοῦντας ἡ τῆς ἐπιεικείας ὑπερβολή.

XXVIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 598.) Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος διὰ τὴν βαρύτητα καὶ δυσκινησίαν τοῦ σώματος τῇ διὰ τὸν ὄγκον ὑπεροχῇ καὶ τῷ πλήθει τῶν περικεχυμένων σαρκῶν ἄχρηστος ἦν ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον ἐνεργείαις.

sobrietate ac vigilantia incredibili, quique nullum laborem ac periculum detrectaret, adversus omnes voluptates infractus. Ac virtutis quidem illius argumenta in aperto sunt. Nam quum undecim annos Lusitanis præfuerit, non modo concordes absque seditione ulla, sed propemodum invictæ ejus copiæ mansere: mortuo autem Viriatho, Lusitanorum manus, eo duce orbatæ, brevi dissipatæ sunt.

XXIII. Ptolemæus *cunctis erat invisus* ob crudelitatem cædesque, atque ob fœdas libidines ac indecoram corporis crassitiem, unde Physcon cognominatus est. At præfectus Hierax, quum et rei bellicæ scientissimus, et in congressibus admodum popularis, ac præterea eximia animi magnitudine esset, Ptolemæi imperium sustinuit. Nam quum Ptolemæus pecuniæ inopia premeretur, militesque stipendiis fraudati deficere ad Galæsten parati essent, ipse ex sua pecunia numerato militibus stipendio seditionem pacavit.

XXIV. Ægyptii Ptolemæum prorsus despiciebant, quum eum viderent et in sermonibus puerilem, et effusum in fœdissimas libidines, et ob intemperantiam effeminato corpore esse.

XXV. Ab urbe Contubri ad Romanos legati venerunt, qui patriæ suæ verbis jusserunt, ut ilico Romani agro Contubrico excederent, ante quam adversi aliquid paterentur: nam omnes hæc loca venire ausos ab hostili exercitu ad unum fuisse deletos. His conul respondit, Lusitanos et Celtiberos dare operam apprime ut grandia loquerentur et aliena raperent; Romanorum esse morem ut armis noxios ulciscerentur et minas spernerent. Ergo par esse ut illi manibus, non terriculis fortitudinem suam ostenderent; cujus mox experimentum fore exquisitissimum.

XXVI. Satius esse judicavit ut pugnantes morerentur præclare, quam ut nudata armis corpora in servitutem turpissimam traderent.

XXVII. Quum Junius hortaretur milites ut, si unquam, nunc maxime strenui essent et superiorum victoriarum gloria dignos se comprobarent, hi animis non laborarunt, quia corporum infirmitatem mens roboravit.

(2) Romanorum celebrata est adversus resistentes certa vindicta, erga obsequentes mira clementia.

XXVIII. M. Æmilius (*Lepidus*) consul, quum ob nimiam saginam et crassitiem gravi tardoque corpore esset, ad res bellicas minime idoneus erat.

ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Photii p. 524-529.) Ὡς Ἀντίοχος ὁ βασιλεύς, φησίν, ἐπολιόρκει τὰ Ἱεροσόλυμα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μέχρι μέν τινος ἀντέσχον, ἐξαναλωθέντων δὲ σῶν ἐπιτηδείων ἁπάντων, ἠναγκάσθησαν περὶ διαλύσεως διαπρεσβεύσασθαι. Οἱ δὲ πλείους αὐτῷ τῶν φίλων συνεβούλευον κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν πόλιν καὶ τὸ γένος ἄρδην ἀνελεῖν τῶν Ἰουδαίων· μόνους γὰρ ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας. Ἀπεδείκνυον δὲ καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν ὡς ἀσεβεῖς καὶ μισουμένους ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξ ἁπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμένους. (2) Τοὺς γὰρ ἀλφοὺς ἢ λέπρας ἔχοντας ἐν τοῖς σώμασι καθαρμοῦ χάριν ὡς ἐναγεῖς συναθροισθέντας ὑπερορίους ἐκβεβλῆσθαι· τοὺς δὲ ἐξορισθέντας καταλαβέσθαι μὲν τοὺς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπους, συστησαμένους δὲ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος παραδόσιμον ποιῆσαι τὸ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους· διὰ τοῦτο δὲ καὶ νόμιμα παντελῶς ἐξηλλαγμένα καταδεῖξαι, τὸ μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν μηδ' εὐνοεῖν τὸ παράπαν. (3) Ὑπέμνησαν δὲ αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ προγενομένου μίσους τοῖς προγόνοις πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος. Ἀντίοχος γὰρ ὁ προσαγορευθεὶς Ἐπιφανὴς καταπολεμήσας τοὺς Ἰουδαίους, εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἄδυτον τοῦ θεοῦ σηκόν, οὗ νόμιμον εἰσιέναι μόνον τὸν ἱερέα· εὑρὼν δὲ ἐν αὐτῷ λίθινον ἄγαλμα ἀνδρὸς βαθυπώγωνος καθήμενον ἐπ' ὄνου μετὰ χεῖρας ἔχον βιβλίον, τοῦτο μὲν ὑπέλαβε Μωϋσέως εἶναι τοῦ κτίσαντος τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ συστησαμένου τὸ ἔθνος, πρὸς δὲ τούτοις νομοθετήσαντος τὰ μισάνθρωπα καὶ παράνομα ἔθη τοῖς Ἰουδαίοις· αὐτὸς δὲ στυγήσας τὴν μισανθρωπίαν πάντων ἐθνῶν, ἐφιλοτιμήθη καταλῦσαι τὰ νόμιμα. (4) Διὸ τῷ ἀγάλματι τοῦ κτίστου καὶ τῷ ὑπαίθρῳ βωμῷ τοῦ θεοῦ μεγάλην ὗν θύσας, τό τε αἷμα προσέχεεν αὐτοῖς, καὶ τὰ κρέα σκευάσας, προσέταξε τῷ μὲν ἀπὸ τούτων ζωμῷ τὰς ἱερὰς αὐτῶν βίβλους καὶ περιεχούσας τὰ μισόξενα νόμιμα καταῤῥᾶναι, τὸν δὲ ἀθάνατον λεγόμενον παρ' αὐτοῖς λύχνον καὶ καιόμενον ἀδιαλείπτως ἐν τῷ ναῷ κατασβέσαι, τῶν τε κρεῶν ἀναγκάσας προσενέγκασθαι τὸν ἀρχιερέα καὶ τοὺς ἄλλους Ἰουδαίους. Ταῦτα δὴ διεξιόντες οἱ φίλοι τὸν Ἀντίοχον παρεκάλουν μάλιστα μὲν ἄρδην ἀνελεῖν τὸ ἔθνος, εἰ δὲ μή, καταλῦσαι τὰ νόμιμα καὶ συναναγκάσαι τὰς ἀγωγὰς μεταθέσθαι. (5) Ὁ δὲ βασιλεὺς μεγαλόψυχος ὢν καὶ τὸ ἦθος ἥμερος, λαβὼν ὁμήρους, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων τοὺς Ἰουδαίους, φόρους τε τοὺς ὀφειλομένους πραξάμενος καὶ τὰ τείχη περιελὼν τῶν Ἱεροσολύμων.

II. Ὅτι μετὰ τὴν Καρχηδονίων κατάλυσιν ἐπὶ ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Σικελῶν εὐροούντων ἐν πᾶσιν, ὁ δουλικὸς αὐτοῖς ἐπανέστη πόλεμος ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ἐπὶ πολὺ τοῖς βίοις ἀναδραμόντες καὶ μεγάλους περι-

LIBRORUM QUARTI ET TRICESIMI
ET QUINTI ET TRICESIMI
RELIQUIÆ.

I. Antiochus (*Pius sive Sidetes*) rex Hierosolyma oppugnabat. Judæi autem ad tempus resistebant : sed absumta omni victus copia, de transactione cum eo legatos mittere coacti sunt. Tum amicorum ipsius plerique, ut summa vi urbem expugnaret, gentemque Judæorum internecione deleret, consulebant : solos enim inter omnes nationes a consuetudine alterius gentis abhorrere, et hostium loco habere cunctos mortalium. Majores etiam ipsorum ex omni Ægypto fugatos, velut impios et diis exosos, fuisse demonstrabant. (2) Quum enim corpora ipsorum vitiligine ac lepra infecta essent, expiandi causa, ut homines nefarios, congregatos e finibus expulsos esse. Exterminatos autem circumsita Hierosolymis loca occupasse, genteque Judæorum in unum corpus redacta, odium adversus homines traditione propagasse. Ideoque leges prorsus alienas promulgasse, ne mensam cum alia natione communem haberent unquam, neque illi bene cuperent. (3) Regem præterea docebant, quo odio in istam gentem ipsius fuissent majores. Antiochus enim cognomento Epiphanis, Judæis bello subactis, inaccessum dei fanum ingressus est, quo tamen pontifici tantum penetrare lege permissum erat. In quo quum viri prolixa barba imaginem ex lapide repperisset, asello insidentem et manibus librum tenentem, hanc Mosis esse judicavit, qui Hierosolyma condidit, gentem coagmentavit, ac mores nefarios odioque hominum scatentes lege Judæis sancivit. Ipse igitur odium in universas gentes detestatus, ut leges abolerentur, operam dedit. (4) Propterea conditoris imagini, aræque dei subdiali, magnam suem immolavit, et cruorem illis affudit : carnibus etiam apparatis, harum jure libros sacros, qui leges odio peregrinorum flagrantes continent, adspergi jussit. Lychnum præterea, immortalem ipsis dictum, qui perpetuo in templo ardet, exstinxit. Pontificem denique et ceteros Judæos, ut carnibus vescerentur, coegit. Hæc ubi disseruerant amici, hortatores Antiocho summopere erant, ut gentem funditus exstingueret : sin minus, ut abrogaret leges, et vitæ instituta mutare illam cogeret. (5) At rex, quod magno celsoque animo et placido ingenio esset, quum exacto, quod debebatur, tributo, mœnibus Hierosolyma nudasset, obsidibus acceptis, crimina genti condonavit.

II. Quum post fractam (*bello Punico secundo*) Carthaginiensium potentiam Siculorum res ad sexaginta annos per omnia prosperos habuissent successus, servile tandem bellum apud eos hac de causa excitatum est. Postquam facultatibus

ποιησάμενοι πλούτους, συνηγόραζον οἰκετῶν πλῆθος· οἷς ἐκ τῶν σωματοτροφείων ἀγεληδὸν ἀπαχθεῖσιν εὐθὺς χαρακτῆρα ἐπέβαλλον καὶ στιγμὰς τοῖς σώμασιν. (2) Ἐχρῶντο δὲ αὐτῶν τοῖς μὲν νέοις νομεῦσι, τοῖς δ' ἄλλοις ὥς πῃ ἑκάστῳ ἡ χρεία ἐπέβαλλε. Βαρέως δ' αὐτοῖς κατά τε τὰς ὑπηρεσίας ἐχρῶντο, καὶ ἐπιμελείας παντελῶς ὀλίγης ἠξίουν, ὅσα τε ἐντρέφεσθαι καὶ ὅσα ἐνδύσασθαι. Ἐξ ὧν οἱ πλείους ἀπὸ λῃστείας τὸ ζῆν ἐπορίζοντο, καὶ μεστὰ φόνων ἦν ἅπαντα, καθάπερ στρατευμάτων διεσπαρμένων τῶν λῃστῶν. (3) Οἱ δὲ στρατηγοὶ κωλύειν μὲν ἐπεχείρουν, κολάζειν δὲ οὐ τολμῶντες διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ βάρος τῶν κυρίων οἳ ἐδέσποζον τῶν λῃστῶν, ἠναγκάζοντο περιορᾷν λῃστευομένην τὴν ἐπαρχίαν· οἱ πλεῖστοι γὰρ τῶν κτητόρων ἱππεῖς ὄντες τῶν Ῥωμαίων, καὶ κριταὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπαρχιῶν κατηγορουμένοις στρατηγοῖς γινόμενοι, φοβεροὶ τοῖς ἄρχουσιν ὑπῆρχον. (4) Πιεζόμενοι δὲ οἱ δοῦλοι ταῖς ταλαιπωρίαις, καὶ πληγαῖς τὰ πολλὰ παραλόγως ὑβριζόμενοι, οὐχ ὑπέμενον. Συνιόντες οὖν ἀλλήλοις, κατὰ τὰς εὐκαιρίας συνελάλουν περὶ ἀποστάσεως, ἕως εἰς ἔργον τὴν βουλὴν ἤγαγον. (5) Ἦν δέ τις οἰκέτης Σύρος Ἀντιγένους Ἐνναίου τὸ γένος ἐκ τῆς Ἀπαμείας, ἄνθρωπος μάγος καὶ τερατουργὸς τὸν τρόπον. Οὗτος προσεποιεῖτο θεῶν ἐπιτάγμασι καθ' ὕπνον προλέγειν τὰ μέλλοντα, καὶ πολλοὺς διὰ τὴν εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐφυΐαν ἐξηπάτα. Ἐντεῦθεν προϊὼν οὐ μόνον ἐξ ὀνείρων ἐμαντεύετο', ἀλλὰ καὶ ἐγρηγορότως θεοὺς ὁρᾷν ὑπεκρίνετο καὶ ἐξ αὐτῶν ἀκούειν τὰ μέλλοντα. (6) Πολλῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ σχεδιαζομένων, ἀπὸ τύχης ἔνια πρὸς ἀλήθειαν ἐξέβαινε· καὶ τῶν μὲν μὴ γινομένων ὑπ' οὐδενὸς ἐλεγχομένων, τῶν δὲ συντελουμένων ἐπισημασίας τυγχανόντων, προκοπὴν ἐλάμβανεν ἡ περὶ αὐτὸν δόξα. Τελευταῖον διά τινος μηχανῆς πῦρ μετά τινος ἐνθουσιασμοῦ καὶ φλόγα διὰ τοῦ στόματος ἠφίει, καὶ οὕτω τὰ μέλλοντα ἀπεφοίβαζεν. (7) Εἰς γὰρ κάρυον ἤ τι τοιοῦτο τετρημένον ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐνετίθει πῦρ καὶ τὴν συνέχειν αὐτὸ δυναμένην ὕλην· εἶτα ἐντιθεὶς τῷ στόματι καὶ προςπνέων ποτὲ μὲν σπινθῆρας ποτὲ δὲ φλόγα ἐξέκαεν. Οὗτος πρὸ τῆς ἀποστάσεως ἔλεγε τὴν Συρίαν θεὸν ἐπιφαινομένην αὐτῷ λέγειν ὅτι βασιλεύσει· καὶ τοῦτο οὐ πρὸς ἄλλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν κύριον αὐτοῦ διετέλει λέγων. (8) Εἰς δὲ γέλωτα τρεπομένου τοῦ πράγματος, ὁ μὲν Ἀντιγένης ψυχαγωγούμενος ἐπὶ τῇ τερατείᾳ παρῆγε τὸν Εὔνουν εἰς τὰ σύνδειπνα, τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ τερατίᾳ, καὶ διηρώτα περὶ τῆς βασιλείας καὶ πῶς ἑκάστῳ χρήσεται τῶν παρόντων· τοῦ δὲ ἀτρέπτως πάντα διηγουμένου, καὶ ὡς μετρίως χρήσεται τοῖς κυρίοις, καὶ τὸ σύνολον ποικίλως τερατευομένου, γέλωτες ἐγίνοντο τοῖς παρακεκλημένοις, καί τινες αὐτῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀξιολόγους μερίδας αἴροντες ἐδωροῦντο, ἐπιλέγοντες ὅπως, ὅταν γένηται βασιλεύς, τῆς χάριτος μνημονεύοι. (9) Οὐ μὴν ἀλλ' ἡ τερατεία προῆλθεν εἰς ἀληθινὸν ἀποτέλεσμα βασιλείας, καὶ τὴν ἀντιπόδοσιν τοῖς παρὰ τὰ δεῖπνα δεξιωσαμένοις ἐν γέ-

magnopere amplificatis ingentes sibi divitias comparaverant, magnam servorum multitudinem coemebant. Quibus e locis, ubi pascebantur, gregatim productis, certæ per inustionem corporum notæ imprimebantur. (2) Utebantur autem illis, si juniores essent, ad rem pastoritiam; aliis, prout cujusque usus exigebat. Sed duros et rigidos in ministeriis se illis exhibebant, et tum quod ad victum, tum quod ad vestitum, minima illos cura dignabantur. Quorum major pars latrocinando vitæ necessaria acquirebat, plenaque cædibus erant omnia, non secus ac si prædonum exercitus hic illic essent dispersi. (3) Regionum quidem præfecti illis obsistere conabantur. Sed quia pœnas infligere non audebant propter opes et auctoritatem dominorum, qui imperium in servos habebant, ad deprædationem suæ quisque provinciæ connivere cogebatur. Quod enim ex dominis plerique Romani equites essent, ac judices fierent criminum, quæ provinciarum præfectis inferebantur, terrori erant præfectis. (4) Quum itaque ærumnis servi premerentur, et verberibus identidem præter rationem contumeliose afficerentur, non ferendum amplius judicarunt. Quare inter se, ubi opportunum esset, congressi, de excutiendo servitutis jugo sermones conferebant, donec re ipsa consilium tandem executi sunt. (5) Syrus quidam erat, servus Antigenis Ennæi, in urbe Apamea natus, homo arti magicæ et præstigiis addictus. Hic instinctu jussisque deorum in somnis futura se prædicere fingebat, multisque per id genus sollertiam imponebat. Hinc ulterius progressus, non ex somniis tantum oracula promebat, sed etiam vigilantem se deos videre ac futura ex illis audire simulabat. (6) Licet autem multa sic nugaretur, casu tamen quædam vera esse eventus docuit. Quumque quæ non fiebant a nemine redarguerentur, sed quæ fiebant applausum mererentur, opinio de illo subinde magis crescebat. Ad extremum artificio quodam ignem cum furore lymphatico et flammam ex ore mittebat, atque ita de rebus futuris, ceu Phœbi numine afflatus, vaticinabatur. (7) In nucem enim, aut tale quidpiam utrinque perforatum, ignem, quæque alere eum posset materiam, imponebat. Hic ante defectionem jactabat, Syriam apparuisse deam et regnaturum se ipsi prædixisse. Et hoc non aliis tantum, sed ipsi etiam domino crebro dictitabat. (8) Dumque in risum ea res verteretur, Antigenes, ex prodigiosis hisce nugis voluptatem hauriens, Eunum (nam hoc nomen erat præstigiatori) ad convivia secum ducebat, et quæstiunculis de regno motis, quomodo unumquemque illorum, qui tum aderant, tractaturus esset, interrogabat. Ille non vacillante sermone cuncta exponens, et quod clementem se dominis exhibiturus esset, respondens, variis denique verborum monstris ludens risum convivis omnibus excitabat. Et nonnulli ex ipsis portionibus non exiguis a mensa ablatis eum munerabantur, cum hoc verborum additamento, ut ad regnum evectus beneficii memor esset. (9) At enimvero prodigiosa hæc nugacitas ad verum tandem regiæ potestatis exitum perducta est, et his, qui ridicula in conviviis benignitate hominem exceperant, seriam bene-

λωτι οὐ χωρὶς σπουδῆς ἐποιήσατο τῆς χάριτος. Ἀρχὴ δὲ τῆς ὅλης ἀποστάσεως ἐγένετο τοιαύτη. (10) Δαμόφιλός τις ἦν Ἐνναῖος, τὴν δ' οὐσίαν μεγαλόπλουτος, ὑπερήφανος δὲ τὸν τρόπον. Οὗτος κακῶς εἰς ὑπερβολὴν ἐκέχρητο τοῖς δούλοις, καὶ ἡ γυνὴ δὲ Μεγαλλὶς ἀντεφιλονείκει τἀνδρὶ πρὸς τὴν τιμωρίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀπανθρωπίαν τὴν περὶ τοὺς δούλους. Ἐξ ὧν ἀποθηριωθέντες οἱ προπηλακιζόμενοι συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως καὶ φόνου τῶν κυρίων. Καὶ πρὸς τὸν Εὔνουν ἐλθόντες ἠρώτων εἰ συγχωρεῖται παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς τὸ βεβουλευμένον. Ὁ δὲ μετὰ τερατείας, ὡς εἰώθει, συνθέμενος ὅτι συγχωροῦσι, παραχρῆμα πείθει ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρήσεως. (11) Εὐθὺς οὖν τετρακοσίους τῶν ὁμοδούλων συνήθροισαν, καὶ ὡς ἂν ὁ καιρὸς ἐδίδου, καθοπλισθέντες εἰς τὴν Ἔνναν τὴν πόλιν εἰσπίπτουσιν, ἀφηγουμένου αὐτῶν καὶ τοῦ πυρὸς τὰς φλόγας τερατευομένου τούτοις τοῦ Εὔνου. Ταῖς δ' οἰκίαις ἐπεισελθόντες πλεῖστον φόνον εἰργάζοντο, μηδ' αὐτῶν τῶν ὑπομαζίων φειδόμενοι. (12) Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῆς θηλῆς ἀποσπῶντες προσήρασσον τῇ γῇ· εἰς δὲ τὰς γυναῖκας οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν, καὶ τότε βλεπόντων τῶν ἀνδρῶν, ὅσα ἐνύβριζόν τε καὶ ἐνησέλγαινον, πολλοῦ αὐτοῖς πλήθους τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως δούλων προστεθέντος, οἳ καὶ κατὰ τῶν κυρίων πρότερον τὰ ἔσχατα ἐνδεικνύμενοι, οὕτω πρὸς τὸν τῶν ἄλλων φόνον ἐτρέποντο. (13) Οἱ δὲ περὶ τὸν Εὔνουν πυθόμενοι τὸν Δαμόφιλον ὅτι κατὰ τὸν πλησίον τῆς πόλεως περίκηπον διατρίβει μετὰ τῆς γυναικός, εἷλκον ἐκεῖθεν διά τινων ἐξ αὐτῶν σταλέντων αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα δεδεμένους ἐξαγκωνίσαντες, πολλὰς κατὰ τὴν ὁδὸν ὕβρεις ὑποσχόντας. Μόνης δὲ τῆς θυγατρὸς αὐτῶν οἱ δοῦλοι ὤφθησαν εἰς πάντα φεισάμενοι διὰ τὸ φιλάνθρωπον αὐτῆς ἦθος καὶ περὶ τοὺς δούλους συμπαθὲς καὶ βοηθητικὸν κατὰ δύναμιν. Ἐξ ὧν ἐδείκνυτο τῶν δούλων οὐχὶ ὠμότης εἶναι φύσεως τὰ γινόμενα εἰς τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ τῶν προϋπηργμένων εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων ἀνταπόδοσις. (14) Τὸν δὲ Δαμόφιλον καὶ τὴν Μεγαλλίδα εἰς τὴν πόλιν οἱ ἀπεσταλμένοι ἑλκύσαντες, ὥσπερ ἔφημεν, εἰς τὸ θέατρον εἰσήγαγον, συνεληλυθότος ἐνταῦθα τοῦ πλήθους τῶν ἀποστατῶν. Καὶ τοῦ Δαμοφίλου τεχνάσασθαί τι πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐγχειρήσαντος, καὶ πολλοὺς τοῦ πλήθους τοῖς λόγοις ἐπαγομένου, Ἑρμείας καὶ Ζεῦξις πικρῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενοι πλάνον τε ἀπεκάλουν καὶ οὐκ ἀναμείναντες τὴν ἀκριβῆ τοῦ δήμου κρίσιν ὁ μὲν διὰ τῶν πλευρῶν τὸ ξίφος ὠθεῖ, ὁ δὲ πελέκει τὸν τράχηλον ἔκοψεν. Ἐκεῖθεν αἱρεῖται βασιλεὺς ὁ Εὔνους οὔτε δι' ἀνδρείαν οὔτε διὰ στρατηγίαν, διὰ δὲ μόνην τερατείαν καὶ τὸ τῆς ἀποστάσεως ἄρξαι, ἅμα δὲ καὶ τῆς προσηγορίας οἱονεί τινα καλὸν οἰωνὸν ἐχούσης πρὸς τὴν τῶν ὑποταττομένων εὔνοιαν. (15) Τῶν ὅλων δὲ τοῖς ἀποστάταις καταστὰς κύριος, καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, ἀνεῖλε μὲν τοὺς ἐζωγρημένους τῶν Ἐνναίων, ὅσοις οὐκ ἦν ἡ τέχνη ὅπλα ἐργάζεσθαι, ἐκείνους δὲ δεδεμένους τοῖς ἔργοις ὑπέβαλεν. Ἔδωκε

ficii compensationem præstitit. Principium vero totius defectionis hujusmodi fuit. (10) Damophilus quidam erat Ennensis, vir facultatibus magnopere pollens, sed ingenio superbo. Is modis tam indignis servos accipiebat, ut nihil supra. Uxor vero ejus Megallis cum marito suppliciis afferendis et omni inhumanitate servis declaranda certabat. Quibus effectum ut efferati, qui sævitiam illam experiebantur, in defectionem et cædem dominorum conspirarent. Eunum igitur adeunt, et num, quod consiliis jam agitent suis, dii permittant, sciscitantur. Is in partes illorum concedens, quod permittant, solitis verborum præstigiis respondet, et ut prima quaque occasione rei exsequendæ incumbant, persuadet. (11) Extemplo igitur quadringentorum servorum manum cogunt, et prout tempus suppetebat, armati in urbem Ennam irrumpunt, Euno ducente et præstigiose exspirante flammas. Tum ingressi domus cædem maximam peragunt, ita ut nec pueris lactentibus adhuc parcerent, sed ab ubere matris raptos terræ affligerent. (12) In matronas vero, et quidem maritis inspectantibus, quantum contumeliæ et obscœnæ libidinis exercuerint, verbis explicari nequit, quum ingens servorum in urbe multitudo se illis adjunxisset. Qui quum prius extremæ crudelitatis exempla in dominos edidissent, postea ad aliorum se cædem converterunt. (13) Interea Eunus Damophilum cum uxore in vicinis urbi hortis commorari audierat. Ex suis igitur quosdam misit, qui et ipsum et uxorem, vinctis post terga manibus et multis in via contumeliis affectos, retraherent. Soli autem filiæ se in omnibus parcere propter morum humanitatem et commiserationem erga servos auxiliandique propensam voluntatem declararunt. Quod evidens argumentum fuit, quod, quæ fiebant, non a crudelitate naturæ proficiscerentur, sed illatas ipsis injurias ulciscerentur. (14) Damophilum autem et Megallidem emissi ad hoc in urbem pertractos, uti diximus, in theatrum deduxerunt, ubi tota defectorum multitudo confluxerat. Quumque Damophilus sollerti commento salutem tueri conaretur, multosque oratione sua inflecteret, Hermias et Zeuxis, acerbis hominem odiis prosequentes, planum (impostorem) vocitabant, nec exspectantes, dum certam de illo populus sententiam tulisset, alter gladium per latera ejus exigit, alter securi cervicem abscindit. Tum Eunus rex creatur, non quod vel fortitudine vel imperandi scientia præstaret, sed ideo tantum, quod præstigiatoriis artibus excelleret, et defectionis auctorem se præbuisset, nomen præterea ejus bonum veluti omen futuræ erga subditos benevolentiæ præ se ferret. (15) Summæ igitur rerum a defectoribus præfectus, advocata concione, quos Ennensium vivos ceperant, trucidavit, quotquot arma fabricandi artem non callerent. Illos vero operi faciundo adstrinxit,

δὲ καὶ ταῖς θεραπαίναις τὴν Μεγαλλίδα χρήσασθαι ὡς ἂν βούλοιντο· καὶ αὗται κατεχρήμνισαν αἰκισάμεναι. Καὶ αὐτὸς δὲ τοὺς ἰδίους ἀνεῖλε κυρίους Ἀντιγένη καὶ Πύθωνα. (16) Περιθέμενος δὲ διάδημα καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ περὶ αὐτὸν βασιλικῶς διακοσμήσας, τήν τε συμβιοῦσαν αὐτῷ, Σύραν καὶ συμπολῖτιν οὖσαν, βασίλισσαν ἀποδείξας, συνέδρους τε τοὺς συνέσει δοκοῦντας διαφέρειν ποιησάμενος, ὧν ἦν Ἀχαιὸς καὶ τοὔνομα καὶ τὸ γένος, ἀνὴρ καὶ βουλῇ καὶ χειρὶ διαφέρων, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις πλείους τῶν ἑξακισχιλίων τὸν δυνατὸν καθοπλίσας τρόπον, καὶ ἑτέρους συνεπαγόμενος ἀξίναις καὶ πελέκεσι χρωμένους ἢ σφενδόναις ἢ δρεπάνοις, ἢ ξύλοις πεπυρακτωμένοις ἢ καὶ μαγείρων ὀβελοῖς, ἐπῄει πᾶσαν λεηλατῶν τὴν χώραν, καὶ πλῆθος ἄπειρον οἰκετῶν προςλαμβάνων ἐθάῤῥησε καὶ στρατηγοῖς Ῥωμαίων πολεμῆσαι, καὶ συμπλακεὶς τῷ πλήθει πολλάκις ἐκράτησεν, ἔχων ἤδη στρατιώτας ὑπὲρ τοὺς μυρίους. (17) Ἐν τούτῳ δὲ Κλέων τις Κίλιξ ἄλλων δούλων ἀποστάσεως ἦρξε. Καὶ πάντων ταῖς ἐλπίσι μετεωρισθέντων ὡς ἀντιπολεμήσει τὰ στασιάσαντα πρὸς ἀλλήλους καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς οἱ ἀποστάται διαφθείροντες ἐλευθερώσουσι τὴν Σικελίαν τῆς στάσεως, παρὰ δόξαν ἀλλήλοις συνέβησαν, τοῦ Κλέωνος ὑποταγέντος ψιλῷ τοῦ Εὔνου προςτάγματι καὶ τὴν τοῦ στρατηγοῦ οἷα δὴ βασιλεῖ χρείαν ἀποπληροῦντος, ἔχοντος οἰκεῖον πλῆθος στρατιωτῶν πεντακισχιλίων· ἡμέραι δ' ἐγγὺς ἦσαν ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως τριάκοντα. (18) Καὶ μετὰ βραχὺ ἐκ Ῥώμης ἥκοντι στρατηγῷ Λευκίῳ Ὑψαίῳ, ἔχοντι στρατιώτας ἐκ Σικελίας ὀκτακισχιλίους, εἰς πόλεμον καταστάντες οἱ ἀποστάται ἐνίκησαν, πλῆθος ὄντες δισμύριοι. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀθροίζεται τὸ σύστημα αὐτῶν εἰς μυριάδας εἴκοσι, καὶ πολλοῖς τοῖς πρὸς Ῥωμαίους πολέμοις ἐνευδοκιμήσαντες, ἔλαττον αὐτοὶ ἔπταιον. (19) Οὗ διαβοηθέντος, κατά τε Ῥώμην δούλων ἀπόστασις ἑκατὸν πεντήκοντα συνομοσάντων ἀνήπτετο, καὶ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ὑπὲρ χιλίων, ἔν τε Δήλῳ καὶ κατ' ἄλλους πολλοὺς τόπους· οὓς τάχει τε τῆς βοηθείας καὶ τῇ σφοδρᾷ κολάσει τῆς τιμωρίας οἱ καθ' ἕκαστον ἐπιμεληταὶ τῶν κοινῶν θᾶττον ἠφάνισαν, σωφρονίσαντες καὶ τὸ ἄλλο ὅσον ἦν ἐπὶ ἀποστάσει μετέωρον. (20) Κατὰ δὲ Σικελίαν ηὔξετο τὸ κακόν, καὶ πόλεις ἡλίσκοντο αὔτανδροι καὶ πολλὰ στρατόπεδα ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν κατεκόπησαν, ἕως Ῥουπίλιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς τὸ Ταυρομένιον ἀνεσώσατο Ῥωμαίοις, καρτερῶς μὲν αὐτὸ πολιορκήσας, καὶ εἰς ἄφατον ἀνάγκην καὶ λιμὸν τοὺς ἀποστάτας συγκλείσας, ὥςτε ἀρξαμένους ἐκ παίδων βορᾶς καὶ διελθόντας διὰ γυναικῶν μηδὲ τῆς αὐτῶν ἀλληλοφαγίας μηδ' ὅλως φείσασθαι· ὅτε καὶ Κομανὸν τὸν ἀδελφὸν Κλέωνος φεύγοντα τῆς πολιορκουμένης πόλεως εἷλε. (21) Καὶ τὸ τελευταῖον Σαραπίωνος Σύρου τὴν ἄκραν προδόντος, συμπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει δραπετῶν ὁ στρατηγὸς ἐκυρίευσεν· οὓς καὶ αἰκισάμενος κατεχρήμνισεν. Ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἔνναν ἐλθὼν παραπλησίως ἐπολιόρ-

Servarum etiam potestati Megallidem tradidit, ut arbitratu suo vindictam de illa sumerent. Hæ cruciatibus affectam ex alto præcipitarunt. Suos etiam dominos, Antigenem et Pythonem, ipse necavit. (16) Imposito tandem diademate, ceterisque omnibus regalem in modum circa se adornatis, contubernalem etiam suam (quæ Syra et civis ejus fuit) reginam declaravit, et consiliarios, qui prudentia excellere videbantur, sibi adoptavit. Inter quos erat quidam et nomine et natione Achæus, vir consilio ac promtitudine manuum præstans. Tridui ergo spatio plus quam sex millia hominum, quo fieri posset modo, armatis, coactisque aliis, qui asciis ac securibus vel fundis vel falcibus sudibusve præustis vel coquorum verubus uterentur, totam regionem prædis agendis infestabat. Et infinitam servorum multitudinem sibi adjungens, cum imperatoribus etiam Romanis bello contendere ausus est; et collatis manibus, quum numero prævaleret, sæpe victoriam obtinuit, jam plusquam decem hominum millia secum habens. (17) Interea etiam Cilix quidam Cleon aliorum servorum defectionem exorsus est. Jamque erectis omnium animis hanc spem conceperant, fore ut excitata seditione alteri alteris bellum inferrent, et defectores mutuis se cladibus atterentes Siciliam defectionis tumultu liberarent. Sed contra quam sperabatur copias suas conjunxere, quum Cleon nudo Euni mandato se subjiceret, et sub illo, utpote rege, imperatoris munus administraret, quinquies mille propriorum militum agmen habens. Atque tum triginta prope dies a defectionis initio fuerant elapsi. (18) Nec multo post cum L. Hypsæo, qui Roma veniens militum octo millia ex Sicilia habebat, commissa pugna, defectores victoria potiuntur: quorum viginti millia tunc erant. Intra breve autem tempus ad ducenta millia exercitus illorum numerus excrevit. Et quamvis multa cum Romanis prœlia committerent, sæpius tamen gloriam referebant, clades autem accipiebant rarius. (19) Quo dissipato rumore, Romæ etiam, ubi centum quinquaginta inter se conjuraverant, servorum defectio exarsit, in Attica vero plus mille, inque Delo et aliis multis locis. Sed qui publica in unoquoque loco negotia suæ curæ commissa habebant, celeritate auxilii, quo periculis occurrebant, et suppliciorum gravitate, cito illos e medio sustulere, et quod supererat ad defectionem accensum, ad mentis sanitatem reduxerunt. (20) In Sicilia vero malum ingravescebat, quod et urbes cum ipsis civibus caperentur, et exercitus multi a defectoribus conciderentur: donec Rupilius, imperator Romanus, Tauromenium recuperavit Romanis, quum per acerrimam oppugnationem ad extremas angustias diramque famem obsessos redegisset, adeo ut a carnibus liberorum devorandis exorsi, et ad uxorum corpora progressi, ne sibi quidem, dum alter alterum vorat, tandem parcerent. Ibi Comanum, Cleonis fratrem, ex urbe circumsessa fugientem cepit. (21) Postremo quum Sarapion Syrus arcem prodidisset, omnes in ea fugitivi in imperatoris potestatem venerunt. Quos excruciatos ex alto præcipitans supplicio affecit. Hinc Ennam progres-

κει, εἰς ἐσχάτην ἀνάγκην συγκλείων τὰς τῶν ἀποστατῶν ἐλπίδας. Καὶ Κλέωνα τὸν στρατηγὸν ἐξελθόντα τῆς πόλεως καὶ ἡρωικῶς ἀγωνισάμενον μετ' ὀλίγων ὑπὸ τῶν τραυμάτων δείξας νεκρόν, εἷλε καὶ ταύτην προδοσίᾳ τὴν πόλιν, ἐπεὶ οὐδ' ἦν ἁλώσιμος διὰ τὴν ὀχυρότητα βίᾳ χειρός. (22) Ὁ δὲ Εὔνους ἀναλαβὼν τοὺς σωματοφύλακας ὄντας χιλίους, ἔφυγεν ἀνάνδρως εἴς τινας παρακρήμνους τόπους. Ἀλλ' οἱ μὲν σὺν αὐτῷ ἄφυκτον τὸ περὶ αὐτοὺς δεινὸν ἐπιστάμενοι, ἤδη γὰρ καὶ ὁ στρατηγὸς Ῥουπίλιος ἐπ' αὐτοὺς ἤλαυνεν, ἀλλήλους τοῖς ξίφεσιν ἔσφαζον ἀπαυχενίσαντες· ὁ δὲ τερατίας Εὔνους καὶ βασιλεὺς καταφυγὼν διὰ δειλίαν ἔν τισι κοιλάσιν, ἐξειλκύσθη ἅμα τεττάρων, μαγείρου καὶ ἀρτοποιοῦ καὶ τοῦ τρίβοντος αὐτὸν ἐν τῷ λουτρῷ καὶ τετάρτου τοῦ παρὰ τοὺς πότους εἰωθότος ψυχαγωγεῖν αὐτόν. (23) Καὶ παραδοθεὶς εἰς φυλακήν, καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ διαλυθέντος εἰς φθειρῶν πλῆθος, οἰκείως τῆς περὶ αὐτὸν ῥᾳδιουργίας κατέστρεψε τὸν βίον ἐν τῇ Μοργαντίνῃ. Ἐντεῦθεν Ῥουπίλιος ἐπιτρέχων ὅλην τὴν Σικελίαν, ἅμα λογάσιν ὀλίγοις θᾶττον ἤπερ τις ἤλπισε παντὸς αὐτὴν ἠλευθέρωσε λῃστηρίου.

(24) Ὅτι ὁ τῶν ἀποστατῶν βασιλεὺς Εὔνους ἑαυτὸν μὲν Ἀντίοχον, Σύρους δὲ τῶν ἀποστατῶν τὸ πλῆθος ἐπωνόμασεν.

(Exc. de Virt. et vit. p. 598,599.) (25) Ὅτι οὐδέποτε στάσις ἐγένετο τηλικαύτη δούλων ἡλίκη συνέστη ἐν τῇ Σικελίᾳ, δι' ἣν πολλαὶ μὲν πόλεις δειναῖς περιέπεσον συμφοραῖς, ἀναρίθμητοι δὲ ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετὰ τέκνων ἐπειράθησαν τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων, πᾶσα δὲ ἡ νῆσος ἐκινδύνευσε πεσεῖν εἰς ἐξουσίαν δραπετῶν, ὅρον τῆς ἐξουσίας τιθεμένων τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑπερβολὴν τῶν ἀκληρημάτων. Καὶ ταῦτα ἀπήντησε τοῖς μὲν πολλοῖς ἀνελπίστως καὶ παραδόξως, τοῖς δὲ πραγματικῶς ἕκαστα δυναμένοις κρίνειν οὐκ ἀλόγως ἔδοξε συμβαίνειν. (26) Διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐπορίας τῶν τὴν κρατίστην νῆσον ἐκκαρπουμένων ἅπαντες σχεδὸν οἱ τοῖς πλούτοις προκεχοφότες ἐζήλωσαν τὸ μὲν πρῶτον τρυφήν, εἶθ' ὑπερηφανίαν καὶ ὕβριν. Ἐξ ὧν ἁπάντων αὐξανομένης ἐπ' ἴσης τῆς τε κατὰ τῶν οἰκετῶν κακουχίας καὶ τῆς κατὰ τῶν δεσποτῶν ἀλλοτριότητος, ἐῤῥάγη ποτὲ σὺν καιρῷ τὸ μῖσος. Ἐξ οὗ χωρὶς παραγγέλματος πολλαὶ μυριάδες συνέδραμον οἰκετῶν ἐπὶ τὴν τῶν δεσποτῶν ἀπώλειαν. Τὸ παραπλήσιον δὲ γέγονε καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιρούς, Ἀριστονίκου μὲν ἀντιποιησαμένου τῆς μὴ προσηκούσης βασιλείας, τῶν δὲ δούλων διὰ τὰς ἐκ τῶν δεσποτῶν κακουχίας συναπονοησαμένων ἐκείνῳ καὶ μεγάλοις ἀτυχήμασι πολλὰς πόλεις περιβαλόντων.

(27) Ὅτι παραπλησίως καὶ πρὸς τὰς γεωργίας ἕκαστος τῶν πολλὴν χώραν κεκτημένων ὅλα σωματοτροφεῖα συνηγόραζον· τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύειν, τοὺς δὲ ταῖς βαρύτησι τῶν ἔργων καταπονεῖν, πάντας δὲ τοῖς ὑπερηφάνοις χαρακτῆρσι κατέστιζον. Διὸ καὶ τοσοῦτο τῶν οἰκετῶν ἐπέκλυσε πλῆθος ἅπασαν Σικελίαν, ὥςτε

sus, eodem modo urbem oppugnat, et defectoribus extreme arctatis omnem salutis spem ademit. Hinc ubi Cleonem, summum exercitus ducem, urbe egressum et herois instar cum parva manu fortissime prœliatum vulneribus confectum interfecerat, proditione etiam hanc urbem cepit, quandoquidem propter loci situm ac firmitatem alias vi capi non poterat. (22) Eunus autem, assumtis stipatoribus mille, ad prærupta quædam loca, quæ hominis ignavia erat, fuga se contulit. Sed qui cum illo erant, inevitabile sibi malum jam ingruere exploratum habentes, (jam enim et Rupilius imperator in eos ducebat,) præcisis cervicibus se mutuo jugulabant. Eunus vero præstigiator et rex, postquam in speluncis quibusdam præ timiditate receptum et effugium quæsiverat, cum quattuor aliis extractus est, cum coquo, pistore et eo, qui in balneo ipsum fricabat, quarto etiam, qui inter pocula jucundos ei ludos facere solebat. (23) Tum in carcerem compactus, resoluto in pediculorum exuberantiam corpore, dignum temeritatis suæ facinoribus vitæ exitum in Morgantina urbe sortitus est. Deinceps Rupilius, cum exigua militum delectorum manu totam peragrans Siciliam, ab omni latrocinio spe celerius eam liberavit.

(24) Rex defectorum Eunus sese Antiochum, et qui cum eo defecerant, Syros nuncuparat.

(25) In Sicilia seditio servorum excitata est, omnium, quæ unquam exstiterunt, longe maxima, qua plurimæ urbes afflictæ, virorum et mulierum et liberorum multitudo in gravissimas incidit calamitates, parumque abfuit quin universa insula in fugitivorum ditionem redigeretur; qui eum potentiæ suæ terminum statuerant, ut in dominos suos omni atrocitate sævirent. Et hæc quidem multis necopinantibus præter spem contigerunt: ii vero, qui singula sagaciter dispicere solent, haud fortuito id evenire censebant. (26) Namque ob nimiam omnium rerum copiam, qua incolæ hujus opulentissimæ insulæ fruebantur, ditissimus fere quisque in luxum, deinde in superbiam atque insolentiam proruperat. Itaque quum ex his causis magis magisque in dies cresceret et dominorum adversus servos sævitia, et servorum malevolentia in dominos, tandem aliquando opportunitate oblata odium erupit, ac permulta servorum millia nullo signo dato repente ad dominorum perniciem concurrerunt. Idem in Asia quoque eodem fere tempore accidit. Nam quum Aristonicus regnum Asiæ nullo sibi jure vindicasset, servi ob sævitiam dominorum ei se adjunxerunt, multasque urbes et oppida maximis cladibus affecerunt.

(27) Ceterum in Sicilia singuli, qui latifundia possidebant, integra ergastula coemebant ad arandos agros, et servorum alios in cippum dabant, alios gravitate operarum premebant, omnes vero notis compungebant: proinde tanta mancipiorum multitudo Siciliam inundaverat, ut vix credi nu-

τοὺς ἀκούοντας τὴν ὑπερβολὴν μὴ πιστεῦσαι. Καὶ γὰρ τῶν Σικελιωτῶν οἱ πολλοὺς πλούτους κεκτημένοι διημιλλῶντο πρὸς τὰς τῶν Ἰταλιωτῶν ὑπερηφανίας τε καὶ πλεονεξίας καὶ κακουργίας. Εἰς τοιαύτην γὰρ συνήθειαν ῥᾳδιουργίας τοὺς νομεῖς ἤγαγον οἱ πολλοὺς οἰκέτας κεκτημένοι τῶν Ἰταλικῶν, ὥςτε τροφὰς μὲν μὴ παρέχειν, ἐπιτρέπειν δὲ λῃστεύειν. (28) Τοιαύτης δοθείσης ἐξουσίας ἀνθρώποις διὰ μὲν τὴν ἰσχὺν τῶν σωμάτων δυναμένοις πᾶν τὸ κριθὲν ἐπιτελεῖν, διὰ δὲ τὴν ἄνεσιν καὶ σχολὴν εὐκαιροῦσι, διὰ δὲ τὴν τῆς τροφῆς ἔνδειαν ἀναγκαζομένοις ταῖς παραβόλοις ἐγχειρεῖν πράξεσι, συνέβη ταχὺ τὴν παρανομίαν αὐξηθῆναι. Τὸ γὰρ πρῶτον ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τόποις τοὺς καθ' ἕνα καὶ δύο τὰς ὁδοιπορίας ποιουμένους ἐφόνευον· εἶτα ἐπὶ τὰς τῶν ἀσθενεστέρων ἐπαύλεις νυκτὸς ἀθρόοι συντρέχοντες, ἐξῄρουν βίᾳ ταύτας καὶ τὰς κτήσεις διήρπαζον καὶ τοὺς ἀνθισταμένους ἀνῄρουν. (29) Ἀεὶ δὲ μᾶλλον τῆς τόλμης προβαινούσης, οὔτε τοῖς ὁδοιπόροις νυκτὸς ἡ Σικελία βάσιμος ἦν οὔτε τοῖς ἐπὶ τῆς χώρας ζῆν εἰωθόσιν ἀσφαλὴς ἐπὶ ταύτης ἡ διατριβή, πάντα δὲ βίας καὶ λῃστείας καὶ παντοδαπῶν φόνων ἦν μεστά. Τοῖς δὲ νομεῦσιν ἀγραυλίας γεγενημένης καὶ σκευῆς στρατιωτικῆς, εὐλόγως ἅπαντες ἐνεπιμπλῶντο φρονήματος καὶ θράσους. Περιφέροντες γὰρ ῥόπαλα καὶ λόγχας καὶ καλαύροπας ἀξιολόγους καὶ δέρματα λύκων ἢ συάγρων ἐσκεπασμένοι τὰ σώματα, καταπληκτικὴν εἶχον τὴν πρόσοψιν καὶ πολεμικῶν ἔργων οὐ πόῤῥω κειμένην. (30) Κυνῶν τε ἀλκίμων ἄθροισμα συνεπόμενον ἑκάστῳ καὶ τροφῆς καὶ γάλακτος καὶ κρεῶν παρακειμένων πλῆθος ἐξηγρίου τάς τε ψυχὰς καὶ τὰ σώματα. Ἦν οὖν πᾶσα χώρα μεστὴ καθάπερ στρατευμάτων διεσπαρμένων, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς τῶν κυρίων ἐπιτροπῆς τοῦ θράσους τῶν δούλων καθωπλισμένου. (31) Οἱ δὲ στρατηγοὶ κωλύειν μὲν ἐπεχείρουν τὴν ἀπόνοιαν τῶν οἰκετῶν, κολάζειν δὲ οὐ τολμῶντες διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ βάρος τῶν δεσποτῶν, ἠναγκάζοντο περιορᾶν τὴν ἐπαρχίαν λῃστευομένην. Οἱ πλεῖστοι γὰρ τῶν κτητόρων ἱππεῖς ὄντες ἐντελεῖς τῶν Ῥωμαίων, καὶ κριταὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπαρχιῶν κατηγορουμένοις στρατηγοῖς γινόμενοι, φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς ὑπῆρχον.

(32) Ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀσχολούμενοι τῶν Ἰταλικῶν παμπληθεῖς οἰκέτας ὠνούμενοι καὶ πάντας χαράττοντες τοῖς στίγμασι, τροφὰς μὲν οὐχ ἱκανὰς παρείχοντο, τῇ δὲ βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον τὴν παρ' αὐτῶν ταλαιπωρίαν.

(Exc. Vatican. p. 100.) (33) Ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὰς πολιτικὰς δυναστείας τοὺς ἐν ὑπεροχῇ ὄντας ἐπιεικῶς χρὴ προςφέρερθαι τοῖς ταπεινοτέροις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ἰδιωτικοὺς βίους πρᾴως προςενεκτέον τοῖς οἰκέταις τοὺς εὖ φρονοῦντας. Ἡ γὰρ ὑπερηφανία καὶ βαρύτης ἐν μὲν ταῖς πόλεσιν ἀπεργάζεται στάσεις ἐμφυλίους τῶν ἐλευθέρων, ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος τῶν ἰδιωτῶν οἴκοις δούλων ἐπιβουλὰς τοῖς δεσπόταις καὶ ἀποστάσεις φοβερὰς κοινῇ ταῖς πόλεσι κατασκευάζει. Ὅσῳ δ' ἂν

merus possit; quippe Siculorum opulentissimus quisque cum Italicis superbia et avaritia ac pravitate certabat. Plerique enim Italicorum, qui magnas familias alebant, ejusmodi nequitiæ ac licentiæ pastores suos assuefecerant, ut, quum eis alimenta non præberent, latrocinium exercere permitterent. (28) Qua licentia semel iis hominibus concessa, quibus et corporis robur ad quidvis impigre exsequendum suppetebat, et otium supererat, ac propter victus penuriam extrema quæque audendi necessitas incumbebat, brevi maximum incrementum sceleri accessit. Principio enim eos, qui per celeberrimas vias soli aut cum uno dumtaxat comite iter faciebant, occidere erant soliti. Deinde vero infirmiorum hominum villas, per noctem impetu facto, ingressi, cuncta diripiebant: si quis vim repellere vellet, obtruncabatur. (29) Porro crescente in dies audacia, nec viatoribus noctu itinera per Siciliam erant tuta, neque iis, qui ruri degere solebant, securum erat perfugium domorum suarum, sed rapinis ac latrociniis et cædibus referta erant omnia. At pastoribus, quippe militari cultu armatis, assuetisque sub dio degere, animus atque audacia addebatur quotidie. Clavas enim et lanceas, nec mediocres baculos gestantes, et lupinis aprorumque pellibus tecti, terribilem quandam ac propemodum militarem speciem circumferebant. (30) Præterea canum ingentium caterva assidue stipati, lacteque et carnibus atque omni cibo semet subinde ingurgitantes, animo et corpore efferabantur. Igitur plena erat insula quibusdam velu i copiis per varia loca dispersis, quum quasi permittentibus dominis armatà servorum audacia debaccharetur. (31) At prætores conabantur quidem hanc servorum insolentiam comprimere: sed quia pœnas infligere non audebant propter auctoritatem ac potentiam dominorum, provinciam latrociniis infestari, licet inviti, patiebantur. Nam quum plerique ex dominis essent equites Romani, penes quos tunc judicia Romæ erant, atque ex equestri ordine solerent sortito judices educi in causa prætorum ac proconsulum, quibus post administratam provinciam dies dicta erat, merito illi magistratibus erant formidabiles.

(32) Italici, qui maxima arva in Sicilia possidebant, quum plurimos servos emerent, omniumque vultus notis inscripsissent, alimentis eos fraudabant, et gravi mole operum miseros premebant.

(33) Non in regno solum aut magistratu oportet eos, qui dignitatis apice fulgent, humaniter se gerere erga humilioris conditionis homines, verum etiam in privata vita mansuete agendum est cum famulis, si certe frugi homines sumus. Nam superbia et duritia pariunt in urbibus civilia liberorum hominum bella, privatim autem per domos singulas cient servorum adversus dominos insidias, nec non defectiones reipublicæ ipsi formidabiles. Jam quan-

τὰ τῆς ἐξουσίας εἰς ὠμότητα καὶ παρανομίαν ἐκτρέπηται, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ τὰ τῶν ὑποτεταγμένων ἤθη πρὸς ἀπόνοιαν ἀποθηριοῦται· πᾶς γὰρ ὁ τῇ τύχῃ ταπεινὸς τοῦ μὲν καλοῦ καὶ τῆς δόξης ἑκουσίως ἐκχωρεῖ τοῖς ὑπερέχουσι, τῆς δὲ καθηκούσης φιλανθρωπίας στερισκόμενος, πολέμιος γίνεται τῶν ἀνημέρως δεσποζόντων.

(Exc. de Virt. et vit. p. 600.) (34) Ὅτι Δαμόφιλός τις ἦν τὸ γένος Ἐνναῖος, τὴν οὐσίαν μεγαλόπλουτος, τὸν τρόπον ὑπερήφανος, ὃς πολλὴν χώρας περίοδον γεωργῶν, παμπληθεῖς δὲ βοσκημάτων ἀγέλας κεκτημένος, οὐ μόνον τὴν τρυφὴν τῶν κατὰ Σικελίαν Ἰταλικῶν ἐζήλωσεν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς οἰκέτας πλῆθος καὶ τὴν εἰς τούτους ἀπανθρωπίαν καὶ βαρύτητα. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς χώρας ἵππους τε πολυτελεῖς καὶ τετρακύκλους ἀπήνας μετ' οἰκετῶν στρατιωτικῶν περιήγετο· πρὸς δὲ τούτοις εὐπρεπῶν παίδων πλῆθος, ἔτι δὲ κολάκων ἀναγωγὸν παραδρομὴν ἔχειν ἐφιλοτιμεῖτο. (35) Κατὰ δὲ τὴν πόλιν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἀργυρωμάτων ἐκθέσεις τορευτῶν καὶ στρωμάτων θαλαττίων πολυτελείας ἐκπονούμενος παρετίθετο τραπέζας ὑπερηφάνους καὶ βασιλικὰς ταῖς δαψιλείαις, ὑπεραίρων τὴν Περσικὴν τρυφὴν ταῖς δαπάναις καὶ πολυτελείαις. Ὑπερέβαλε δὲ καὶ κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν. Ἀναγωγὸς γὰρ καὶ ἀπαιδευτότροπος, ἐξουσίας ἀνυπευθύνου καὶ τύχης μεγαλοπλούτου κυριεύσας, τὸ μὲν πρῶτον κόρον ἐγέννησεν, εἶθ' ὕβριν, τὸ δὲ τελευταῖον ὄλεθρον ἑαυτῷ καὶ συμφορὰς μεγάλας τῇ πατρίδι. (36) Ἀγοράζων γὰρ οἰκετῶν πλῆθος, ὑβριστικῶς αὐτοῖς προσεφέρετο, στίγμασι σιδήρου χαράττων τὰ σώματα τῶν ἐλευθέρων μὲν ἐν πατρίσι γεγεννημένων, αἰχμαλωσίας δὲ καὶ δουλικῆς τύχης πεπειραμένων. Καὶ τούτων τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύων εἰς τὰς συνεργασίας ἐνέβαλλε, τοὺς δὲ νομεῖς ἀποδεικνύων οὔτ' ἐσθῆτας οὔτε τροφὰς ἐχορήγει τὰς ἁρμοττούσας.

(37) Ὅτι ὁ αὐτὸς Δαμόφιλος διὰ τὴν αὐθάδειαν καὶ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων οὐχ ἦν ἡμέρα καθ' ἣν οὐχ ᾐκίζετό τινας τῶν οἰκετῶν ἐπ' αἰτίαις οὐ δικαίαις. Οὐχ ἧττον δὲ ἡ γυνὴ τούτου Μεγαλλὶς χαίρουσα ταῖς ὑπερηφάνοις τιμωρίαις, ὠμῶς προςεφέρετο ταῖς θεραπαινίσι καὶ τῶν οἰκετῶν τοῖς ὑποπεσοῦσι. Καὶ διὰ τὴν ἐξ ἀμφοτέρων ὕβριν καὶ τιμωρίαν ἀπεθηριώθησαν οἱ δοῦλοι πρὸς τοὺς κυρίους, καὶ διαλαβόντες μηδὲν ἔτι χεῖρον τῶν παρόντων αὐτοῖς κακῶν ἀπαντήσεσθαι.

(Exc. Vatican. p. 100,101.) (38) Ὅτι Δαμόφιλος ὁ Ἐνναῖος, ποτὲ προςελθόντων αὐτῷ τινων οἰκετῶν γυμνῶν καὶ διαλεγομένων ὑπὲρ ἐσθῆτος, οὐχ ἠνέσχετο τὴν ἔντευξιν, ἀλλ' εἰπὼν Τί γάρ; οἱ διὰ τῆς χώρας ὁδοιποροῦντες γυμνοὶ βαδίζουσι, καὶ οὐχ ἑτοίμην παρέχονται τὴν χορηγίαν τοῖς χρείαν ἔχουσιν ἱματίων; ἐπέταξε προςδῆσαι τοῖς κίοσι καὶ πληγὰς ἐμφορήσας ἐξαπέστειλεν ὑπερηφάνως.

(Exc. de Virt. et vit. p. 600.) (39) Ὅτι κατὰ τὴν Σικελίαν ἦν τοῦ Δαμοφίλου θυγάτηρ, παρθένος μὲν τὴν ἡλικίαν, ἁπλότητι δὲ τρόπων καὶ φιλανθρωπίᾳ

tum ii, qui in potestatibus sunt, ad injustitiam crudelitatemque deflectunt, tantum mores subjectorum contumaci vesania efferantur. Quicunque enim fortunam humilem sortitus est, honores et commoda optimatibus sponte cedit; sed idem si inclementer tractetur, erga immites dominos inimicum animum sumit.

(34) Erat Damophilus quidam Ennensis, vir magnis quidem opibus, sed arroganti ingenio : qui quum latissimum agrum araret atque ingentem numerum pecoris pasceret, Italicorum, qui in Sicilia degebant, luxum ac servorum multitudinem et in eos sævitiam æmulatus est. Namque rhedis vectus, trahentibus equis generosissimis, stipatusque armatis famulis, per regionem discurrebat, pueros etiam formosos quamplurimos atque assentatorum petulantem turbam secum assidue circumducebat. (35) Præterea in urbe ac per villas vasa argentea probe cælata habebat, et stragula conchyliata ingentis pretii. Cœnas porro opiparas et magnificentia prorsus regia apponebat, Persicum luxum sumtibus et magnificentia longe superans. Similiter etiam arrogantia reliquos mortales anteibat. Quippe homo rudis, ac disciplinæ omnis expers, liberam licentiam et maximas opes nactus, primum quidem ex satietate ad insolentiam prorupit, ad extremum pestem sibi ipsi, et gravissimas calamitates patriæ attulit. (36) Coemtis enim quamplurimis servis, per maximam contumeliam iis abutebatur. Siquidem vultum eorum, qui, quum ingenui in patria nati essent, bello capti in servitutem redacti erant, ferreis stilis compungebat : quorum alios compedibus vinctos ad ergastula mittebat, alios pascendo pecori destinatos, nec vestibus, nec demenso, quantum satis erat, prosequebatur.

(37) Porro diem nullum elabi sinebat, quin servos nulla ipsorum culpa verberibus afficeret : tanta erat crudelitate morumque insolentia. Nec secius uxor ejus Megallis, suppliciorum atrocitate gaudens, ancillas crudeliter tractabat, servosque, qui in ipsius manus inciderant. Itaque ob utriusque contumeliam ac sævitiam exasperati adversus dominos servi, et nihil præsenti acerbitate gravius sibi accidere posse rati, repente consurrexerunt.

(38) Damophilus Ennæus, quum ad eum famuli aliquot nudi venissent et de impetrandis vestibus verba facerent, non tulit eorum aspectum, aitque : Num ii, qui regionem peragrant, nudi incedunt, neque promptam opem exhibent iis qui vestibus egent? Tum jussit eos columnis revinctos cædi, ac superbe dimisit.

(39) Erat Damophilo filia, adhuc quidem tenera ætate virgo, sed morum facilitate et humanitate excellens. Hæc

διαφέρουσα. Αὕτη τοὺς μαστιζομένους ὑπὸ τῶν γονέων ἀεὶ φιλοτίμως εἰώθει παρηγορεῖσθαι, καὶ τοῖς δεδεμένοις τῶν οἰκετῶν ἐπαρκοῦσα διὰ τὴν ἐπιείκειαν, θαυμαστῶς ὑπὸ πάντων ἠγαπᾶτο. Καὶ τότ' οὖν τῆς προγεγενημένης χάριτος ξενολογησάσης αὐτῇ τὸν παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ἔλεον, οὐ μόνον οὐδεὶς ἐτόλμησε μεθ' ὕβρεως ἐπιβαλεῖν τῇ κόρῃ τὰς χεῖρας, ἀλλὰ πάντες ἄθικτον πάσης ὕβρεως τὴν ἀκμὴν αὐτῆς ἐτήρησαν. Προχειρισάμενοι δ' ἐξ αὐτῶν τοὺς εὐθέτους, ὧν ἐκτενέστατος ἦν Ἑρμείας, ἀπήγαγον εἰς Κατάνην πρός τινας οἰκείους.

(Exc. Vatican. p. 101.) (40) Ὅτι ἀπηγριωμένων τῶν ἀποστατῶν δούλων πρὸς ὅλην τὴν οἰκίαν τῶν δεσποτῶν καὶ τρεπομένων πρὸς ἀπαραίτητον ὕβριν καὶ τιμωρίαν, ὑπέφαινον ὡς οὐ δι' ὠμότητα φύσεως ἀλλὰ διὰ τὰς προγεγενημένας εἰς αὐτοὺς ὑπερηφανίας ἐλύττων πρὸς τὴν προαδικησάντων κόλασιν τραπέντες. — Ὅτι παρὰ τοῖς οἰκέταις αὐτοδίδακτός ἐστιν ἡ φύσις εἰς δικαίαν ἀπόδοσιν χάριτός τε καὶ τιμωρίας.

(Exc. de Virt. et vit. p. 601.) (41) Ὅτι Εὔνους μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλέα πάντας ἀνελών, ἐκκλέψας μόνους ἀφῆκε τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις κατὰ τὰς ἐκ τοῦ κυρίου συμπεριφορὰς ἐν τοῖς συνδείπνοις ἀποδεδεγμένους αὐτὸν ἐν τῇ τε μαντικῇ καὶ κατὰ τὰς τῆς τραπέζης δόσεις φιλανθρώπους· ὥστε θαυμάσαι τήν τε τῆς τύχης περιπέτειαν καὶ τὸ τὴν κατὰ τῶν εὐτελεστάτων εὐεργεσίαν ἀμειφθῆναι σὺν καιρῷ τηλικαύτῃ χάριτι.

(Exc. Vatican. p. 101.) (42) Ὅτι Ἀχαιὸς ὁ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου σύμβουλος τοῖς πραττομένοις ὑπὸ τῶν δραπετῶν οὐχ εὐαρεστούμενος, ἐπετίμα τε τοῖς τολμωμένοις ὑπ' αὐτῶν καὶ μάλα θρασέως προέλεγεν ὅτι συντόμου τεύξονται τιμωρίας. Ὃν ὁ Εὔνους παρρησιαζόμενον τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ θανάτῳ περιβαλεῖν, ὥστε οὐ μόνον ἐδωρήσατο τὴν τῶν δεσποτῶν οἰκίαν, ἀλλὰ καὶ σύμβουλον ἐποιήσατο.

(Exc. de Virt. et vit. p. 601.) (43) Ὅτι καὶ ἄλλη τις ἐγένετο ἀπόστασις δραπετῶν καὶ σύστημα ἀξιόλογον. Κλέων γάρ τις Κίλιξ ἐκ τῶν περὶ τὸν Ταῦρον τόπων, συνήθης ὢν ἐκ παίδων τῷ ληστρικῷ βίῳ, καὶ κατὰ τὴν Σικελίαν νομεὺς γεγονὼς ἱπποφορβίων, οὐ διέλιπεν ὁδοιδοκῶν καὶ παντοδαποὺς φόνους ἐπιτελούμενος. Ὃς πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὔνουν προκοπὴν καὶ τὰς τῶν μετ' αὐτοῦ δραπετῶν εὐημερίας, ἀποστάτης ἐγένετο, καί τινας τῶν πλησίον οἰκετῶν πείσας συναπονοήσασθαι, κατέτρεχε τὴν πόλιν τῶν Ἀκραγαντίνων καὶ τὴν πλησιόχωρον πᾶσαν.

(Exc. Vatican. p. 101,102.) (44) Ὅτι ἡ κατεπείγουσα χρεία καὶ σπάνις ἠνάγκαζε πάντα δοκιμάζειν ἀποστάτας δούλους, οὐ διδοῦσα τὴν τῶν κρειττόνων ἐκλογήν.

(45) Ὅτι ὑπῆρχεν οὐ διοσημίας δεόμενον τὸ συλλογίσασθαι τῆς πόλεως τὸ εὐάλωτον. Φανερὸν γὰρ ἦν καὶ τοῖς εὐηθεστάτοις ὅτι τῶν τειχῶν διὰ πολυχρόνιον

servos, qui a parentibus suis verberati essent, studiose curare ac fovere consueverat, vinctisque alimenta subministrare : proinde ab omni familia mirum in modum amabatur. Ac tunc ob pristinam gratiam quum omnes, de quibus bene merita erat, miseratione ejus commoverentur, non modo nemo vim atque injuriam puellæ inferre ausus est, sed cuncti integrum atque illibatum ejus pudorem custodierunt, delectisque ex suo numero expeditissimis, quorum princeps erat Hermias, virginem ad quosdam necessarios Catinam deduxerunt.

(40) Quum rebelles famuli adversus universam dominorum cognationem sævirent atque de his gravissimas pœnas cum contumelia sumerent, demonstrarunt tamen haud se naturæ immanitate, sed ob superiorem quam passi erant superbiam, in præsenti furere atque injurias ulcisci. — Famulos ipsa natura erudit ad justam retributionem gratiæ vel pœnæ.

(41) Postquam Eunus a fugitivis rex declaratus est, multos e medio sustulit, solisque iis parcebat, qui ipsum antea vaticinii causa laudaverant in conviviis, ad quæ illum jocandi causa dominus ducere secum solebat, et qui partes ei e cœna comiter dederant; adeo ut mirum videretur, ex servo regem subito factum esse, et collatis in tenuissimos homines beneficiis tantam gratiam opportune redditam esse.

(42) Achæus, qui regis Antiochi (*quod nomen Eunus rex sumserat*) consiliarius fuit, fugitivorum servorum defectionem improbans, quidquid ab iis gerebatur objurgabat, admodum superventuram mox pœnam prædicebat. Atque fidenterque hunc Eunus tam libere loquentem adeo morti non addixit, ut ei potius dominorum domus largiretur eundemque sibi a consiliis adscisceret.

(43) Eodem tempore alia quoque fugitivorum defectio et conjuratio gravis emersit. Cleon quidam, natus in Cilicia haud procul monte Tauro, latrociniis a puero assuetus, quum pascendis equorum armentis in Sicilia præpositus esset, vias obsidere ac cædes passim edere non cessabat. Qui quum Euni fortunam ac fugitivorum, qui cum Euno erant, prosperos successus accepisset, sollicitatis aliquot e proximo servulis, subito defecit, urbemque Agrigentinorum ac vicinum late agrum populatus est.

(44) Urgens necessitas atque penuria fugitivos servos coegit ut omnia boni consulerent; quippe meliora eligendi copiam non fecit.

(45) Haud opus erat divino aliquo indicio ad cognoscendum quam facile urbs capi posset. Etenim stultissimis quoque exploratum erat, fatiscentibus ob diutinam pacem

εἰρήνην κατεῤῥυηκότων καὶ πολλῶν ἐξ αὐτῆς στρατιωτῶν ἀπολωλότων, ἔσται τῆς πόλεως εὐκατόρθωτος ἡ πολιορκία.

(46) Ὅτι ὁ Εὔνους ἐκτὸς βέλους ἐπιστήσας τὴν δύναμιν, ἐβλασφήμει τοὺς Ῥωμαίους, ἀποφαινόμενος οὐχ ἑαυτοὺς ἀλλ' ἐκείνους εἶναι δραπέτας τῶν κινδύνων. Μίμους δὲ ἐξ ἀποστάσεως τοῖς ἔνδον ἐπεδείκνυτο, δι' ὧν οἱ δοῦλοι τὰς τῶν ἰδίων κυρίων ἀποστασίας ἐξεθεάτριζον, ὀνειδίζοντες αὐτῶν τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εἰς τὸν ὄλεθρον προαγούσης ὕβρεως.

(47) Ὅτι τὰ ἐξηλλαγμένα δυστυχήματα, εἰ καί τινες πεπεισμένοι τυγχάνουσι μηδενὸς τῶν τοιούτων ἐπιστροφὴν ποιεῖσθαι τὸ θεῖον, ἀλλ' οὖν γε σύμφορόν ἐστι τῷ κοινῷ βίῳ τὴν ἐκ θεῶν δεισιδαιμονίαν ἐντετηκέναι ταῖς τῶν πολλῶν ψυχαῖς. Ὀλίγοι γὰρ δι' ἀρετὴν ἰδίαν δικαιοπραγοῦντες, τὸ δὲ πολὺ φῦλον τῶν ἀνθρώπων νομικαῖς κολάσεσι καὶ ταῖς ἐκ θεοῦ τιμωρίαις ἀπέχεται τῶν κακουργημάτων.

(48) Ὅτι πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐπισυμβάντων τοῖς Σικελιώταις, τούτοις ἅπασιν ὁ δημοτικὸς ὄχλος οὐχ οἷον συνέπασχεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐπέχαιρε προσεπιφθονῶν ἀνίσου τύχης καὶ ἀνωμάλου ζωῆς. Ὁ γὰρ φθόνος ἐκ τῆς προγεγενημένης λύπης μετέβαλεν εἰς χαράν, ὁρῶν τὸ λαμπρὸν τῆς τύχης μεταπεπτωκὸς εἰς τὸ πρότερον ὑπ' αὐτῆς ὑπερορώμενον σχῆμα, καὶ τὸ πάντων δεινότατον, οἱ μὲν ἀποστάται προνοηθέντες ἐμφρόνως περὶ τοῦ μέλλοντος, οὔτε τὰς ἐπαύλεις ἐνεπύριζον οὔτε τὰς ἐν αὐταῖς κτήσεις καὶ καρπῶν ἀποθέσεις ἐλυμαίνοντο, τῶν τε πρὸς τὴν γεωργίαν ὡρμηκότων ἀπείχοντο, οἱ δὲ δημοτικοὶ διὰ τὸν φθόνον ἐπὶ τῇ προφάσει τῶν δραπετῶν ἐξιόντες ἐπὶ τὴν χώραν, οὐ μόνον τὰς κτήσεις διήρπαζον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐνεπύριζον.

III. (Exc. de Virt. et vit. p. 601.) Ὅτι κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς προσφάτως διαδεδεγμένος τὴν ἀρχήν, ἀλλοτρίαν ἔσχε διάθεσιν τῶν προβεβασιλευκότων. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι χρηστότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ χρώμενοι ταῖς βασιλείαις ἐνευδαιμόνησαν· οὗτος δὲ γενόμενος ὠμὸς καὶ μιαιφόνος, πολλοὺς τῶν ὑπὸ τὴν βασιλείαν τεταγμένων ἀνηκέστοις συμφοραῖς καὶ σφαγαῖς περιέβαλε. Τῶν δὲ πατρῴων φίλων τοὺς δυνατωτάτους ὑποπτεύσας ὡς κατ' αὐτοῦ τι βουλευσαμένους, ἔκρινε δεῖν ἅπαντας ἐκποδὼν ποιήσασθαι. Ἐπιλεξάμενος οὖν τῶν βαρβάρων μισθοφόρων τοὺς ἀγριωτάτους εἰς φόνον, ἀπλήστους δὲ εἰς χρημάτων περιουσίαν, τούτους ἔν τισιν οἰκήμασι κατέκρυψεν ἐν τοῖς βασιλείοις, τῶν δὲ φίλων τοὺς ὑποπτευομένους μετεπέμπετο. Παραγενομένων δὲ τῶν φίλων, πάντας ἀπέκτεινεν, ἔχων ὑπηρέτας οἰκείους τῆς ἰδίας μιαιφονίας. Εὐθὺς δὲ τέκνα καὶ γυναῖκας τούτων προσέταξε τῆς αὐτῆς τιμωρίας ἀξιῶσαι. Τῶν δὲ ἄλλων φίλων τῶν ἐπ' ἐξουσίᾳ στρατιωτῶν ἢ πόλεων τεταγμένων οὓς μὲν ἐδολοφόνησεν, οὓς δὲ συλλαβὼν πανοικίους ἀνεῖλε. Διὰ δὲ τὴν ὠμότητα μισηθεὶς οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀρχομέ-

mœnibus, multisque ejus militibus morte consumtis, expeditam fore urbis expugnationem.

(46) Eunus cum exercitu extra teli ictum posito conviciabatur Romanis dicens, non se, sed illos a periculis esse fugitivos. Tum intra urbem cum rebellibus suis mimos exhibuit, quibus servi suam a dominis defectionem in theatro agebant, superbiam his exprobrantes atque intolerandam tyrannidem, quæ ipsis causa exitii fuerat.

(47) Ad insignia infortunia quod attinet, quamquam nonnulli sibi persuaserunt nullam harum rerum a numine curam geri, tamen utile communi vitæ est deorum timorem in multitudinis animis insidere. Pauci enim suapte virtute justitiam sectantur, sed plerique legitimis pœnis et divina vindicta territi a maleficiis abstinent.

(48) Quum multa gravia optimatibus Siculis mala accidissent, horum omnium plebs non modo nullum dolorem, verum etiam lætitiam præ se tulit, quia scilicet inæquali fortunæ divitum diversæque conditioni jam diu invidebat. Quippe invidia ex priore tristitia convertit se in gaudium, dum splendidam optimatium fortunam ad eam conditionem redactam cerneret, quam ipsi felices antea despexerant. Illud vero pessimum fuit facinus, quod quum desertores servi, in futurum prudenter providi, neque villas incenderent, neque opes in eis reconditas neque fructuum penora pessumdarent, neque iis qui ad agricolandum exibant molesti essent, plebs contra invidia flagrans, fugitivorum obtentu in agros effusa, non opes solum diripuit, sed etiam villas incendio absumsit.

III. In Asia Attalus (*Philometor*), recens administrationem regni adeptus, diversa a superioribus regibus vitæ instituta sectari cœpit. Quippe illi clementia ac benignitate usi, diuturna felicitate regnum traduxerunt; hic vero sævus ac cruentus, gravissimis calamitatibus ac cædibus subditos afflixit. Quumque ex paternis amicis potissimos ac nobilissimos insidiarum adversus se suspectos habuisset, cunctos e medio tollendos sibi esse statuit. Delectos igitur ex barbaris stipendiariis cruentissimos quosque et pecuniæ avidissimos in cellis quibusdam palatii abscondit, moxque arcessitis in regiam ex omni amicorum numero iis, quos maxime suspectos habebat, cunctos barbarorum ministerio interfecit, ac confestim liberos uxoresque eorum eodem supplicio affici mandavit. Ceteros vero amicos, qui aut militaribus copiis, aut civitatibus præerant, partim per fraudem et insidias sustulit, partim comprehensos cum omni familia obtruncavit. Itaque quum ob crudelitatem non subditis modo, sed etiam finitimis omnibus invisus

νων ἀλλὰ καὶ τῶν πλησιοχώρων, πάντας τοὺς ὑποτεταγμένους ἐποίησε μετεώρους πρὸς καινοτομίαν.

IV. (Exc. Vatican. p. 103.) Ὅτι οἱ πλεῖστοι τῶν ἁλόντων βαρβάρων κατὰ τὰς ὁδοιπορίας ἀγόμενοι οἱ μὲν ἑαυτοὺς οἱ δὲ ἀλλήλους ἀνῄρουν, οὐχ ὑπομένοντες τὴν ἐκ τῆς δουλείας ὕβριν. Παῖς δέ τις ἄνηβος παραστὰς τρισὶν ἀδελφαῖς κοιμωμέναις διὰ τὸν κόπον, ταύτας ἀπέσφαξεν· ἑαυτὸν δὲ οὐ φθάσας ἀνελεῖν ὑπὸ τῶν συλλαβόντων ἀνεκρίνετο δι' ἣν αἰτίαν τὰς ἀδελφὰς ἀπέκτεινε. Τούτοις μὲν οὖν ἀπεκρίθη διότι τοῦ ζῆν οὐδὲν ἄξιον αὐταῖς καταλέλειπτο, αὐτὸς δὲ τροφῆς ἀποσχόμενος ἐνδείᾳ κατέστρεψε τὸν βίον.

(2) Ὅτι οἱ αὐτοὶ αἰχμάλωτοι ὡς ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς χώρας κατήντησαν, ῥίψαντες ἑαυτοὺς εἰς ἔδαφος τήν τε γῆν κατεφίλουν μετ' οἰμωγῆς καὶ τῆς κόνεως εἰς τοὺς κόλπους ἀνελάμβανον, ὥςτε εἰς ἔλεον καὶ συμπάθειαν ἐπανατραπῆναι τὸ στρατόπεδον. Ἕκαστος γὰρ τοῖς κοινοῖς τῆς φύσεως πάθεσιν ἐχειροῦτο θείῳ φόβῳ, θεωρῶν ὅτι καὶ βαρβάρων ψυχαὶ θηριώδεις, ὅταν ἡ τύχη διαζεύγνυσι τὸ σύνηθες ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὅμως οὐκ ἐπιλανθάνονται τῆς πρὸς τὴν θρέψασαν γῆν φιλοστοργίας.

V. (Exc. de Virt. et vit. p. 601.) Ὅτι Τιβέριος ὁ Γράκχος ἦν υἱὸς Τιβερίου δὶς ὑπατευκότος καὶ πολέμους ἐπιφανεῖς καὶ μεγάλους κεχειρικότος, ἔτι δὲ καλῶς πεπολιτευμένου, θυγατριδοῦς δὲ Ποπλίου Σκιπίωνος τοῦ καταπεπολεμηκότος Ἀννίβαν καὶ Καρχηδονίους. Ἐξ ἀμφοτέρων δὲ τῶν γονέων ἐπισημοτάτου γένους πεφυκώς, ἰδίᾳ πολὺ προεῖχε τῶν ἡλικιωτῶν συνέσει τε καὶ λόγου δεινότητι καὶ τὸ σύνολον πάσῃ παιδείᾳ, καὶ δυνάμενος παῤῥησίαν ἄγειν πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἀντιπραττόντων.

VI. (Exc. Vatican. p. 103, 104.) Καὶ συνέῤῥεον εἰς τὴν Ῥώμην οἱ ὄχλοι ἀπὸ τῆς χώρας ὡςπερεὶ ποταμοί τινες εἰς τὴν πάντα δυναμένην δέχεσθαι θάλατταν. Οἱ δὲ ὄχλοι μετεωρισθέντες πρὸς τὸ βοηθεῖν ἑαυτοῖς, νόμον μὲν ἔχοντες ἡγεμόνα καὶ σύμμαχον, προστάτην δὲ ἄρχοντα τὸν μήτε χάριτος μήτε φόβου δοῦλον, ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν χώραν ἀνακτήσασθαι τῷ δήμῳ πάντα πόνον καὶ κίνδυνον ὑπομένειν κεκρικότα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς.

(2) Ἔχων πλῆθος οὐ νεοσύλλογον καὶ φυλῶδες, ἀλλὰ πρακτικώτατον τοῦ δήμου καὶ τοῖς βίοις χάρπιμον. Διὸ καὶ τῆς βίας ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι ταλαντευομένης καὶ τῆς ῥοπῆς δεῦρο κἀκεῖσε πάλιν ἐκκλινούσης, πολλῶν μυριάδων ἠθροισμένων τὰ μέρη βιαίως συνίσταντο καὶ καθάπερ ἐν τῇ θαλάττῃ κυμάτων φαντασίαι καὶ διαθέσεις ἐγίνοντο κατὰ τὰς τοῦ πλήθους ἐκκλησίας.

VII. Ὅτι Ὀκτάβιος μετὰ τὴν καθαίρεσιν οὔθ' ὁμολογῶν ἑαυτὸν ἰδιώτην ὑπάρχειν οὔθ' ὡς ἄρχων τολμῶν πρᾶξαί τι δημαρχικόν, ἔμενε κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἡσυχάζων. Καίτοι γε ἐξῆν αὐτὸν οὕτως ἔχειν ὅτε ὁ Γράκχος εἰςέφερε ψήφισμα περὶ τῆς κατ' ἀρχὴν

esset, cuncti ex ejus ditione rerum novarum desiderio arrecti erant.

IV. Plerique captorum barbarorum in itinere se vel ipsi vel invicem occiderunt servitutis ignominiæ sustinendæ impares. Puer quidam impubes tres sorores somno propter defatigationem sopitas tacitus aggrediens interfecit; isque priusquam se quoque interficeret deprehensus et cur sorores occidisset interrogatus respondit, quia nihil illis reliquum esset,vita dignum; ipse autem cibo abstinens inedia vitam finivit.

(2) Iidem captivi quum ad suæ regionis fines pervenissent, procumbentes humi terram cum ejulatibus osculabantur, pulveremque sinibus excipiebant, ita ut ad misericordiam affectuumque consensum exercitum commoverent. Unusquisque enim communibus naturæ passionibus pervincebatur divino quodam terrore, contemplans, barbarorum quoque ferinos animos, quum eos fortuna a patriæ consuetudine separaret, amoris erga terram altricem non oblivisci.

V. Erat Tiberius Gracchus filius Tiberii iterum consulis, viri in armis et toga præstantissimi, P. Scipionis ejus, qui Hannibalem et Carthaginienses bello superavit, ex filia nepos. Utroque autem genere nobilissimus, ipse prudentia atque eloquentia ceteros æquales suos antecedebat, atque optimarum artium studiis eminebat, adeo ut adversariorum suorum auctoritatem parum formidaret.

VI. Confluebant Romam ex agris populi tamquam fluvii in commune receptaculum mare. Plebs enim erecta animis erat ad utilitates suas procurandas, lege utens auxiliari et duce, antesignano autem homine, qui neque gratiæ neque metui obnoxius erat, quique ut agrum populo recuperaret, quemvis laborem et periculum subire decreverat ad extremum usque vitæ spiritum.

(2) Habens secum multitudinem non collectitiam neque gregariam, sed populi partem actuosissimam et vitæ commoditatibus utilem. Quare viribus in utraque parte libratis et lance modo hinc modo illinc inclinata, tot myriadum globi violenter inter se collidebant atque in populi concionibus speciem quandam ac similitudinem marinorum fluctuum exhibebant.

VII. Octavius post abrogationem neque privatum se confitens, neque ut magistratus tribunicium quidquam agere audens, domi se quietus continebat. Atqui poterat quo tempore Gracchus de abdicatione ejus legem ferebat, ipse quoque ferre legem, quæ tribunatum Graccho abdi-

ἀφαιρέσεως αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἅμα ψήφισμα κυροῦν περιέχον τὴν ἀφαίρεσιν τῆς Γράκχου δημαρχίας· ἢ γὰρ ἂν ἑκάτεροι κατέστησαν ἰδιῶται, τῶν ψηφισμάτων ἐννόμων ὄντων, ἢ πάλιν διακατεῖχον τὴν ἀρχήν, δοξάντων παρανόμως ἐπενηνέχθαι.

(2) Οὗτος μὲν οὖν ἀμετάπτωτον ἔχων τὴν ἐπὶ τὸν ὄλεθρον ὁρμήν, ταχὺ τῆς προςηκούσης κολάσεως ἔτυχεν. Καὶ ὁ Σκιπίων ξύλον ἁρπάσας ἐκ τῶν παρακειμένων... Ὁ γὰρ θυμὸς παντὸς τοῦ δοκοῦντος εἶναι δυςκόλου περιεγένετο.

(3) Ὅτι προςέπεσε τοῖς περὶ τὸ στρατόπεδον ἡ τοῦ Γράκχου τελευτή, καὶ τὸν Ἀφρικανόν φασιν ἐπιβοῆσαι τοιαῦτα,

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

VIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 602.) Ὅτι οἱ Σύροι οἱ δραπέται τῶν αἰχμαλώτων τὰς χεῖρας ἀπέκοπτον, οὐκ ἀρκούμενοι ταῖς παρὰ τοὺς καρποὺς τομαῖς, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς τοῖς βραχίοσιν ἀκρωτηριάζοντες.

IX. (Exc. Vatican. p. 105.) Ὅτι τοῖς καταφαγοῦσι τοὺς ἱερωμένους ἰχθῦς οὐκ ἦν παῦλα τῶν κακῶν· τὸ γὰρ δαιμόνιον ὥςπερ ἐπίτηδες εἰς παραδειγματισμὸν τοῖς ἄλλοις ἅπαντας τοὺς ἀπονενοημένους περιεῖδεν ἀβοηθήτους. Οὗτοι μὲν οὖν ἀκολούθως τῇ παρὰ θεῶν κολάσει καὶ τῆς διὰ τῆς ἱστορίας βλασφημίας τετευχότες, ἀπήλαυσαν τῆς δικαίας ἐπιτιμήσεως.

X. (Exc. de Virt. et vit. p. 602.) Ὅτι ἡ σύγκλητος δεισιδαιμονοῦσα ἐξαπέστειλεν εἰς Σικελίαν [περὶ τοὺς Σιβύλλης χρησμοὺς] κατὰ Σιβυλλιακὸν λόγιον. Οἱ δὲ ἐπελθόντες καθ' ὅλην τὴν Σικελίαν τοὺς τῷ Αἰτναίῳ Διὶ καθιδρυμένους βωμοὺς θυσιάσαντες καὶ περιφράγματα ποιήσαντες, ἀβάτους ἀπεδείκνυον τοὺς τόπους πλὴν τοῖς ἔχουσι καθ' ἕκαστον πολίτευμα πατρίους θύειν θυσίας.

XI. (Exc. de Virt. et vit. p. 602.) Ὅτι ἦν τις Γόργος Μοργαντῖνος ἐπικαλούμενος Κάμβαλος, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρων, ὃς ἐπὶ κυνηγίαν ὁρμήσας, καὶ περιπεσὼν λῃστηρίῳ δραπετῶν, ἔφευγε πεζὸς πρὸς τὴν πόλιν. Ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γόργου τοῦ τούτου πατρὸς ἐφ' ἵππου, καὶ καθαλλομένου καὶ παραδιδόντος τὸν ἵππον, ὅπως ἐφαλλόμενος ἀφιππεύσῃ πρὸς τὴν πόλιν, οὔθ' ὁ παῖς τὴν ἰδίαν σωτηρίαν τῆς τοῦ πατρὸς προέκρινεν οὔθ' ὁ πατὴρ προςεδέχετο τῷ τοῦ τέκνου θανάτῳ διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. Δεομένων δὲ ἀλλήλων μετὰ δακρύων καὶ διαφιλοτιμουμένων ὑπὲρ εὐσεβείας τε καὶ φιλοστοργίας, σύγκρισίν τε λαμβάνοντος ἤθους φιλοτέκνου πρὸς τρόπον φιλοπάτορα, συνέβη τοὺς λῃστὰς ἐπιφανέντας ἀμφοτέρους ἀνελεῖν.

XII. Ὅτι ὁ τοῦ Διηγύλιος υἱὸς Ζιβέλμιος, ἐζηλωκὼς τὰς τοῦ πατρὸς μιαιφονίας, μνησικακῶν δὲ ὑπὲρ τῶν τοῖς Θρᾳξὶ πραχθέντων, ἐπὶ τοσοῦτο προῆλθεν ὠμότητος καὶ παρανομίας, ὥςτε τοὺς προςκόψαντας πανοικίους τιμωρεῖσθαι. Ἐπὶ γὰρ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις τοὺς μὲν διεμέλιζε, τοὺς δὲ ἀνεσταύρου, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐνεπύριζε. Γονέων δὲ ἐν ὄμμασι καὶ

caret. Sic enim aut ambo privati facti essent decretis legitimis, vel uterque dignitatem retinuisset, si forte invicem adversari præter fas visi essent.

(2) Is ergo effreni ad exitium impetu ruens brevi meritum supplicium luit. Nam Scipio ligno correpto quod se manibus obtulit... Etenim ira quidquid arduum videbatur superabat.

(3) Delata in castra de Gracchi nece notitia, fama est Africanum exclamavisse:

Sic pereat etiam alius quilibet qui paria fecerit.

VIII. Syri fugitivi captivorum manus non ad ipsas commissuras et internodia, sed cum ipsis simul brachiis abscindebant.

IX. His qui sacros pisces voraverant nulla malorum requies erat. Etenim numen scelestos illos dedita opera ad ceterorum exemplum omni auxilio destituit. Isti igitur et deorum vindicta et historiæ infamia perculsi, dignam meritis pœnam retulerunt.

X. Senatus, iram deorum veritus, consultis libris Sibyllinis, legatos ex collegio Decemvirali in Siciliam mittendos censuit. Hi universam insulam obeuntes, aras Jovi Ætnæo positas certis cærimoniis ac sacrificiis consecrarunt, additaque maceria, aditum omnibus intercluserunt, præterquam iis, qui ex singulis civitatibus patria sacrificia more majorum ad eas aras factitare solebant.

XI. Gorgus erat Murgantinus, cognomento Cambalus, vir opibus et gloria civitatis suæ princeps. Hic venatum egressus quum in latronum manus incidisset, cursu in oppidum contendere cœpit. Cui quum forte Gorgus pater, equo vectus, obviam occurrisset, statimque equo desiliens, filium hortaretur, ut equo inscenso protinus se in urbem abripere vellet, neque filius salutem suam patris incolumitati præverti passus est, neque pater occiso filio superesse sustinuit: proinde quum alter alterum flens oraret, ac pietate ambo inter se certarent, commisso paterno amore cum filii caritate, interim latrones utrumque asseculi confoderunt.

XII. Zibelmius, Diegylidis filius, vestigia paternæ sævitiæ sectatus, offensusque ob ea, quæ Thraces egerant, eo crudelitatis et nequitiæ processit, ut cunctos, quibus infensus erat, cum omni familia necaret: atque ob levissimas causas hos quidem membratim dilaniabat, illos vero in crucem tollebat, alios vivos comburebat. Quin etiam in

κόλποις ἐγκατέσφαζε τέκνα, καὶ χρεανομῶν τὰ σώματα παρετίθει τοῖς συγγενεστάτοις, ἀνανεούμενος τὰς παλαιὰς ἐκείνας Τηρέως ἢ Θυέστου θοινάς. Οἱ δὲ Θρᾷκες συλλαβόντες τὸν Ζισέλμιον, τὸ μὲν καθ' ἓν αὐτὸν ἀντιδιατιθέναι σχεδὸν ἀδύνατον ὑπῆρχε· πῶς γὰρ ἐνδεχόμενον ἦν ἓν σῶμα τὴν εἰς ὅλον ἔθνος παρανομίαν γενομένην ἀναδέξασθαι; ὅμως δ' ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἐφιλοτιμήθησαν πᾶσαν ὕβριν καὶ τιμωρίαν προςαγαγεῖν τῷ σώματι.

XIII. (Exc. Vatican. p. 105.) Ὅτι τοῦ Ἀττάλου τοῦ πρώτου βασιλέως χρηστηριαζομένου περί τινος, ἀπαυτοματίσαι τὴν Πυθίαν φασὶ

Θάρσει ταυρόκερως, ἕξεις βασιληΐδα τιμὴν
καὶ παῖδες παίδων, τούτων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

XIV. (Exc. de Virt. et vit. p. 602, 603.) Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ Φύσκων προςαγορευόμενος, πυθόμενος τὴν τῆς Κλεοπάτρας πρὸς αὐτὸν ἀλλοτρίωσιν, καὶ οὐ δυνάμενος ἄλλως αὐτὴν λυπῆσαι, πρᾶξιν ἀνοσιωτάτην ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι. Μιμησάμενος γὰρ τὴν τῆς Μηδείας ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν, τὸν κοινὸν αὐτοῦ τε κἀκείνης υἱὸν ἔσφαξεν ἐν τῇ Κύπρῳ, παῖδα μὲν ὄντα τὴν ἡλικίαν, ὀνομαζόμενον δὲ Μεμφίτην. Οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τῷ ἀσεβήματι τούτῳ, πολλῷ μεῖζον μύσος ἕτερον ἐπετελέσατο. Ἀκρωτηριάσας γὰρ τὸ σῶμα τοῦ παιδὸς καὶ ἐνθεὶς εἴς τινα κίστην, προςέταξέ τινι τῶν ὑπηρετῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν διακομίσαι· κατὰ τύχην δὲ σύνεγγυς ὄντων τῇ Κλεοπάτρᾳ τῶν γενεθλίων, τῇ πρὸ τούτων νυκτὶ θεῖναι τὴν κίστην πρὸ τῶν βασιλείων παρεσκευάσατο. Οὗ συντελεσθέντος, καὶ τῆς περιστάσεως ἐπιγνωσθείσης, ἡ Κλεοπάτρα πένθος ἤρατο, καὶ τὸ πλῆθος παντελῶς ἀπεθηριώθη πρὸς τὸν Πτολεμαῖον.

XV. (Exc. Vatican. p. 105,106.) Ὅτι τῆς ἐαρινῆς ὥρας τῇ χλιᾷ τηκούσης τὴν χιόνα, καὶ τῶν καρπῶν ἐκ τοῦ συνεχοῦς πάγου πρὸς τὴν φυὴν καὶ βλάστησιν προϊόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ἐπὶ τὰς πράξεις ὡρμημένων, ὁ Ἀρσάκης ἀποπειραθῆναι βουλόμενος τῶν πολεμίων, πρεσβευτὰς ἀπέστειλε περὶ εἰρήνης, οἷς Ἀντίοχος μὲν ἔδωκεν ἀποκρίσεις διότι συγχωρήσει τὴν εἰρήνην, ἐὰν τὸν ἀδελφὸν Δημήτριον ἀπολύσας τῆς αἰχμαλωσίας παραδῷ, τῶν δὲ δυναστειῶν τῶν ἀφῃρημένων ἐκχωρήσῃ, τὴν δὲ πάτριον δυναστείαν ἔχων τελῇ φόρον. Ὁ δὲ Ἀρσάκης προςκόψας τῇ βαρύτητι τῶν ἀποκρίσεων, ἐπ' αὐτὸν ὥρμησεν.

XVI. Ὅτι τῶν τοῦ Ἀντιόχου φίλων παρακαλούντων μὴ συνάπτειν μάχην πρὸς πολλαπλασίους Πάρθους, δύνασθαι γὰρ αὐτοὺς εἰς τὴν ὑποκειμένην ὀρεινὴν καταφυγόντας ἀποτρίψασθαι τῇ δυςχωρίᾳ τὸν ἀπὸ τῶν ἱππέων κίνδυνον, ὁ Ἀντίοχος οὐδενὶ τρόπῳ προςεδέχετο τοὺς λόγους, ἀποφαινόμενος αἰσχρὸν εἶναι τοὺς νενικηκότας δεδιέναι τὰς τῶν προηττημένων τόλμας. Παρακαλέσας οὖν τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν κίνδυνον, ἀνεδέχετο τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον εὐρώστως.

conspectu ac gremio parentum liberos trucidabat, concisaque eorum membra necessariis apponebat; prorsus ut veteres illas Terei aut Thyestis epulas renovare videretur. Tandem vero quum ipse a Thracibus comprehensus esset, nec eum Thraces pro meritis satis multare possent: (quo enim pacto pœnam admissi in universam gentem sceleris corpus unum ferre valeat?) nihilominus pro eo ac poterant, omni contumeliæ ac suppliciorum acerbitate eum affecerunt.

XIII. Quum Attalus, qui primus hoc nomine rex fuit, de re quadam oraculum consuleret, sponte addidisse Pythiam aiunt:

Macte animis, o tauricornis, habebis ipse regium honorem,
et filii filiorum, sed non ii qui ex his nascentur.

XIV. Ptolemæus Physcon, quum sororem Cleopatram alienato erga se animo esse comperisset, neque eam aliter afficere injuria posset, rem nefariam aggressus est. Namque scelus atque atrocitatem Medeæ imitatus, communem filium, Memphiten nomine, admodum puerum in insula Cypro occidit. Neque hoc facinore contentus, aliud multo gravius adjecit. Etenim truncatos filii artus et in cista compositos satelliti tradidit Alexandriam portandos: quumque natalis Cleopatræ forte appropinquaret, mandavit eidem satelliti, ut nocte, quæ natalem antecedebat, cistam in vestibulo regiæ deponeret. Quo, ut jussum erat, peracto, ingens Cleopatræ luctus magnusque adversus Ptolemæum multitudinis furor exarsit

XV. Verna tempestate, jam tepore nives solvente, seminibusque ex diutina glacie ad germinationem gemmasque erumpentibus, quum jam mortales ad consueta opera prodirent; Arsaces ab explorandum hostium animum legatos de pace misit. Quibus Antiochus respondit: pacem se concedere si fratrem Demetrium captivitate expeditum Arsaces ad se dimitteret, et si satrapiis vi occupatis decederet, denique si patria ditione retenta, tributum sibi persolveret. Tum Arsaces responsorum insolentia offensus in Antiochum duxit.

XVI. Quum Antiochum rogarent amici ne cum Parthis numero superioribus prœlium consereret, posse enim Syros ad montana proxima confugientes periculum, quod ab equitatu immineret, asperitate locorum eludere; Antiochus huic orationi aure non præbita, dixit turpe esse, si victores ab iis sibi timerent quos antea devicissent. Suos itaque ad sustinendum periculum adhortatus, barbarorum incursum fortiter excepit.

XVII. Ὅτι κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἀναμαθόντες τὸν θάνατον Ἀντιόχου, οὐ μόνον κοινὸν ἡ πόλις ἐπήρατο πένθος, ἀλλὰ καὶ πᾶς ἰδιωτικὸς οἶκος κατηφείας καὶ θρήνων ἐπληροῦτο, καὶ μάλιστα τοῦ περὶ τὰς γυναῖκας ὀδυρμοῦ τὸ πάθος ἐκκαίοντος. Τριάκοντα γὰρ μυριάδων ἀπολομένων σὺν τοῖς ἐκτὸς τῆς τάξεως ἀναδεδηκόσιν, οὐκ ἦν εὑρεῖν οἰκίαν ἄμοιρον ἀτυχήματος. Αἱ μὲν γὰρ ἀδελφοὺς αἱ δὲ ἄνδρας αἱ δὲ υἱοὺς ἀπολωλότας ἐπένθουν, πολλαὶ δὲ παρθένοι καὶ παῖδες ὀρφανοὶ γεγονότες τὴν ἐρημίαν ἑαυτῶν κατωδύροντο, μέχρις ὅτου τῆς λύπης ὁ κάλλιστος ἰατρὸς χρόνος ἐξέλυσε τὴν ἀκμὴν τοῦ πένθους.

(Exc. de Virt. et vit. p. 603.) (2) Ὅτι ὁ στρατηγὸς Ἀντιόχου Ἀθήναιος πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις εἰργασμένος κακά, τῆς φυγῆς κατάρξας καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλιπών, τῆς προσηκούσης καταστροφῆς ἔτυχε. Διεκπεσόντος γὰρ αὐτοῦ πρός τινας κώμας ἠδικημένας ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις, οὐδεὶς αὐτὸν ἐδέξατο εἰς οἰκίαν οὐδὲ τροφῆς μετέδωκεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν χώραν ἀλώμενος λιμῷ κατέστρεψε τὸν βίον.

XVIII. (Exc. Vatican. p. 106, 107.) Ὅτι Ἀρσάκης ὁ Πάρθων βασιλεὺς καταπεπολεμηκὼς Ἀντίοχον διενοεῖτο καταβαίνειν ἐπὶ τὴν Συρίαν, ἐλπίζων ῥαδίως αὐτῆς κυριεύσειν. Οὐ μὴν ἐξουσίαν ἔλαβε τῆς στρατείας, ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῶν ἐπιτετευγμένων ἡ τύχη πολλαπλασίους αὐτῷ κινδύνους καὶ συμφορὰς ἐπέστησεν. Οἶμαι γὰρ ἐκ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις οὐδὲν εἰλικρινὲς δίδοται τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ὡς ἐπίτηδες τοῖς μὲν καλοῖς φαῦλα, τοῖς δὲ κακοῖς ἐπεισάγει τὰ ἀγαθὰ τὸ δαιμόνιον. Οὐ μὴν ἡ τύχη γε ἐπελάθετο τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλὰ καθάπερ κοπιῶσα τῷ τοὺς αὐτοὺς συνεχῶς εὖ ποιεῖν, τηλικαύτην τὴν παλίῤῥοιαν εἰργάσατο τοῦ πολέμου παντός, ὥστε τοὺς εὐημεροῦντας εἰς τέλος ταπεινῶσαι.

XIX. Ὅτι Ἀρσάκης ὁ τῶν Πάρθων βασιλεὺς ἀλλοτρίως πρὸς Σελευκεῖς διακείμενος καὶ μνησικακῶν ἐπὶ ταῖς ὕβρεσι καὶ ταῖς τιμωρίαις αἷς ἐχρήσαντο κατ' Ἐνίου τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῶν Σελευκέων ἀποστειλάντων πρέσβεις καὶ παρακαλούντων συγγνώμης τυχεῖν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι καὶ βουλομένων αὐτῶν ἀπόκρισιν λαβεῖν, ἤγαγε τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τὸν τόπον οὗπερ Πιτθίδης τυφλὸς ἐκάθητο ἐπὶ τῆς γῆς ἐκτετυφλωμένος, καὶ προσέταξεν ἀπαγγέλλειν τοῖς Σελευκεῦσιν ὅτι πάντας αὐτοὺς δεῖ τὰ αὐτὰ παθεῖν. Οἱ δὲ φοβηθέντες τῶν μὲν προγεγενημένων συμφορῶν ἐπελάθοντο διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν προσδοκωμένων δεινῶν· ἀεὶ γὰρ ἡ καινότης τῶν κακῶν ἀμαυροῦν εἴωθε τὰς προγεγενημένας ἀτυχίας τοῖς ἀνθρώποις.

XX. (Exc. de Virt. et vit. p. 603,604.) Ὅτι ἀποσταλεὶς παρὰ Πτολεμαίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἡγέλοχος στρατηγὸς ἐπὶ Μαρσύαν τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως, αὐτόν τε ἐζώγρησε καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ δύναμιν ἄρδην ἀνεῖλεν. Ἐπαναχθέντος δὲ τοῦ Μαρσύου πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πάντων προσδο-

XVII. Statim atque Antiochiæ mors Antiochi intellecta est, non publice tantummodo urbs luctum induit, sed etiam omnis privata domus mœstitia et lamentationibus implebatur, maximeque mulierum ejulatibus dolor incendebatur. Nam trecentis millibus cæsis præter eos, qui extra ordinem comitati exercitum erant, nulla familia erat calamitatis expers; nam aliæ fratres, aliæ viros, aliæ filios amissos deplorabant; multæque virgines et pueri in orbitate constituti solitudinem suam querebantur, donec optimus mœroris medicus tempus tantam luctus vim sedavit.

(2) Athenæus, Antiochi dux, quum per singula hospitia gravi insolentia esset usus, brevi meritas pœnas luit. Nam quum primus auctor fugæ fuisset, et Antiochum deseruisset in pugna, delatus ad pagos quosdam, quos in hospitiis vexaverat, ab omnibus tecto exclusus est; cunctisque alimenta ei negantibus, huc illuc per regionem errabundus tandem fame interiit.

XVIII. Parthorum rex Arsaces post debellatum Antiochum in Syriam descendere cogitabat, sperans se facile hac potiturum. Sed enim expeditionis faciundæ potestate caruit; nam propter magnitudinem felicium successuum complura illi pericula et adversitates fortuna conflavit. Nullum enim, ut arbitror, purum bonum hominibus deus largitur, sed studiose bonis mala, pravis pulchra miscet. Neque sane fortuna ingenii sui oblita est, sed quasi bene semper iisdem faciendo fessa, tantam totius belli conversionem fecit, ut felices ad extremum depresserit.

XIX. Arsaces Parthorum rex infensus erat Seleuciensibus, memor videlicet injuriarum atque cruciatuum, quibus Enium, ducem ipsius, divexaverant. Quare Seleuciensibus ad ipsum oratores mittentibus, ut veniam impetrarent, responsumque flagitantibus, Arsaces oratores eo duxit ubi Pitthides cæcus humi sedebat, is cui oculi effossi fuerant, mandavitque ut Seleuciensibus renuntiarent, ad par supplicium omnes ut parati essent. Hi vero perterrefacti jam superiorum calamitatum obliviscebantur, quum pœnas adeo graviores exspectarent. Semper enim malorum novitas priora infortunia hominibus lenire solet.

XX. Hegelochus, Ptolemæi senioris (*i. e. Physconis*) dux, missus adversus Marsyam Alexandrinorum ducem, vivum eum cepit, copiasque ejus internecione delevit. Porro adducto in conspectum regis Marsya, quum cuncti

κώντων τιμωρίας αὐτὸν τεύξεσθαι τῆς μεγίστης, ἀπέλυσεν αὐτὸν τῶν ἐγκλημάτων. Μετενόει γὰρ ἤδη καὶ ταῖς φιλανθρωπίαις ἔσπευδε διορθώσασθαι τὴν τῶν ὄχλων πρὸς αὐτὸν ἀποθηρίωσιν.

acerbissimis suppliciis eum protinus exstinctum iri crederent, Ptolemæus præter spem illi pepercit. Jam enim præteritæ crudelitatis pœnitere eum cœperat, et infensum sibi vulgus conciliare hujusmodi clementibus factis cupiebat.

XXI. Ὅτι Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων βασιλεύς, Ὑρκάνιος ὢν τὸ γένος, ὠμότητι δὲ ὑπερβάλλων πάντας τοὺς μνημονευομένους τυράννους, οὐκ ἔστιν ὁποῖον τιμωρίας γένος ἀπέλιπε. Πολλοὺς δὲ τῶν Βαβυλωνίων καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις πανοικίους ἐξανδραποδισάμενος εἰς τὴν Μηδίαν ἐξέπεμψε, προστάξας λαφυροπωλῆσαι. Καὶ τῆς Βαβυλῶνος τὴν ἀγορὰν καί τινα τῶν ἱερῶν ἐνέπρησε καὶ τὸ κράτιστον τῆς πόλεως διέφθειρε.

XXI. Evemerus, Parthorum rex, patria Hyrcanus, cunctos tyrannos acerbitate vincens, nullum sævitiæ genus prætermisit: plurimos enim Babylonios levibus de causis servituti addictos, cum omni familia in Mediam vendendos misit. Forum quoque et nonnulla delubra urbis Babyloniorum igni tradidit, ac pulcherrima quæque urbis loca evertit.

XXII. Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς ἐπικληθείς, ἀξιολόγων ἡγεμόνων ἀποστάντων Ἀντιπάτρου καὶ Κλονίου καὶ Ἀερόπου, τούτους καταλαβομένους Λαοδίκειαν ἐξεπολιόρκησεν. Καὶ χρησάμενος μεγαλοψύχως αὐτοῖς, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων. Ἦν γὰρ πρᾶος καὶ συγγνωμονικός, ἔτι δὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς ἐντεύξεσι προσηνής. Ὧν χάριν διαφερόντως ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠγαπᾶτο.

XXII. Alexander, cognomento Zabinas, quum ab eo illustrissimi duces Antipater et Clonius et Aeropus defecissent, et Laodiceam occupassent, hos expugnata urbe cepit. Ceterum singulari animi magnitudine in captos usus, criminibus eos absolvit. Erat quippe ingenio leni ac placido, et in congressu ac sermonibus mirabili comitate: quapropter ab omnibus non mediocriter amabatur.

XXIII. Ὅτι Σέξτου τὴν τῶν Γαλατῶν πόλιν ἑλόντος καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ λαφυροπωλοῦντος, Κράτων τις ὄνομα, γεγονὼς φιλορρώμαιος, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ὕβρεις καὶ βασάνους ὑπὸ τῶν ἀποστάντων πολιτῶν ὑπομεμενηκώς, ἤγετο δέσμιος μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων. Ἰδὼν δὲ χρηματίζοντα τὸν ὕπατον, καὶ δηλώσας ὅςτις ἦν καὶ ὅτι πολλοὺς καὶ πολλάκις ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὑποστὰς κινδύνους, ὥςπερ ὑπὲρ Ῥωμαίων πολιτευόμενος, οὐ μόνον αὐτὸς μεθ' ὅλης τῆς συγγενείας ἀπολυθεὶς ἀπέλαβε τὴν κτῆσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰς τοὺς Ῥωμαίους εὔνοιαν ἐξουσίαν ἔλαβεν ἐνακοσίους τῶν πολιτῶν ἐκ τῆς δουλείας ἐξελέσθαι. Ὁ γὰρ ὕπατος μεγαλοψυχότερον τῆς ἰδίας ἐλπίδος αὐτῷ προςηνέχθη, πρὸ ὀφθαλμῶν τεθεὶς τοῖς Γαλάταις τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος τῶν Ῥωμαίων ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας καὶ τιμωρίας.

XXIII. C. Sextius (*Calvinus*) quum Gallorum urbem cepisset, incolasque omnes sub corona venderet, Crato quidam, Romanorum amicus ac propter hoc multas contumelias et tormenta a civibus, qui defecerant, perpessus, una cum ceteris captivis vinctus ducebatur. Is consulem pro tribunali sedentem conspicatus, postquam docuerat quis esset atque multis sæpe a civibus se periculis expositum fuisse, quippe qui a Romanorum partibus stetisset: non solum ipse cum tota cognatione exsolutus bona recuperavit, sed etiam ob benevolentiam erga populum Romanum copia ei facta est, ut nongentos, quos vellet, cives servitute eximeret. Namque Cratonem uberiori etiam, quam speraverat, munificentia consul prosecutus est, quum summam vim populi Romani in reddenda pœna aut gratia Gallis ponere ob oculos vellet.

XXIV. (Exc. Vatican. p. 107-109.) Τὸ δὲ πλῆθος οὐ μόνον λαβόντι τὴν ἀρχὴν ἀλλὰ καὶ μεταπορευομένῳ καὶ πρὸ τοῦ μετιέναι παρηκολούθει, καὶ καταπλέοντι ἐκ τῆς Σαρδόνος ἀπήντα καὶ ἐκβάντα μετ' εὐφημίας καὶ κρότων ἐδέχετο. Τοσαύτη πρὸς αὐτὸν ἦν εὐνοίας ὀχλικῆς ὑπερβολή.

XXIV. Populus *C. Gracchum* non solum quum magistratum adiisset, sed etiam quum ambiret, et ante quam hoc faceret, comitabatur: redeuntique e Sardinia occurrit et navi exeuntem cum acclamationibus plausibusque excepit. Tanta erat vulgi erga eum benevolentia.

XXV. Ὅτι ὁ Γράκχος δημηγορήσας * τοῦ καταλῦσαι ἀριστοκρατίαν, δημοκρατίαν δὲ συστῆσαι, καὶ ἐφικόμενος τῆς ἁπάντων εὐχρηστίας τῶν μερῶν, οὐκέτι συναγωνιστὰς ἀλλὰ καθάπερ αὐθέντας εἶχε τούτους ὑπὲρ τῆς ἰδίας τόλμης. Δεδεκασμένος γὰρ ἕκαστος ταῖς ἰδίαις ἐλπίσιν ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἀγαθῶν τῶν εἰσφερομένων νόμων ἕτοιμος ἦν πάντα κίνδυνον ὑπομένειν. Τῶν μὲν γὰρ συγκλητικῶν τὸ δικάζειν ἀφελόμενος καὶ ἀποδείξας τοὺς ἱππεῖς κριτάς, τὸ χεῖρον τῆς πολιτείας τοῦ κρείττονος κύριον ἐποίησε, καὶ τὴν προϋπάρχουσαν τῷ συνεδρίῳ πρὸς τοὺς ἱππεῖς σύμπνοιαν διαστή-

XXV. Gracchus in concione suadens, ut, aristocratia sublata, democratia stabiliretur, et consecutus omnium classium favorem, jam habebat universum populum non adjutorem tantummodo, verum etiam auctorem audaciæ suæ. Unusquisque enim propria spe illectus, pro legibus quæ ferebantur, tamquam pro bono proprio, quodvis discrimen adire paratus erat. Nam judiciis senatui ereptis atque ad equites translatis, potiorem reipublicæ ordinem deterioris potestati Gracchus subjecit; dissociataque senatorum et equitum concordia plebem utrisque infensam reddidit: ac dum hac omnium discordia sibi ipse potentiam

σας, βαρὺν τὸν ὄχλον κατ' ἀμφοτέρων κατεσκεύασε, διὰ δὲ τῆς πάντων διχοστασίας ἑαυτῷ δυναστείαν κατασκευάζων καὶ τὸ κοινὸν ταμεῖον εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀκαίρους δαπάνας καὶ χάριτας ἀναλίσκων, εἰς ἑαυτὸν πάντας ἀποβλέπειν ἐποίησε, καὶ τῇ μὲν τῶν δημοσίων τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ τὰς ἐπαρχίας ἀποῤῥίψας, ἐπεσπάσατο παρὰ τῶν ὑποταττομένων δίκαιον μῖσος κατὰ τῆς ἡγεμονίας, τοῖς δὲ στρατιώταις διὰ τῶν νόμων τὰ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς αὐστηρὰ καταχαρισάμενος, ἀπειθίαν καὶ ἀναρχίαν εἰςήγαγεν εἰς τὴν πολιτείαν· τῶν γὰρ ἀρχόντων καταφρονήσας κατεξανίσταται καινοτομῶν. Ἐκ δὲ τούτων τῶν ἐθῶν ὀλέθριος ἀνομία καὶ πόλεως ἀνατροπὴ γίνεται.

(2) Ὅτι ὁ Γράκχος ἐπὶ τοσοῦτο προέβη δυναστείας καὶ ὕβρεως, ὥςτε τῶν ὄχλων κρινάντων ἐκβαλεῖν τὸν Ὀκτάβιον ἐκ τῆς πόλεως ἀφῆκεν αὐτὸν εἰπὼν τῷ δήμῳ διότι ταύτην χάριν δίδωσι τῇ μητρὶ προεντετευγμένος ὑπ' αὐτῆς.

XXVI. Ὅτι ὁ Ποπίλλιος μετὰ δακρύων ὑπὸ τῶν ὄχλων προεπέμφθη ἐκβαλλόμενος ἐκ τῆς πόλεως. Οὐ γὰρ ἠγνόει τὸ πλῆθος τὸ τῆς ἐκβολῆς ἄδικον, ἀλλὰ τῇ κατ' αὐτοῦ δωροδοκίᾳ δεκαζόμενον ἀπεστέρητο τῆς μισοπονηρούσης παῤῥησίας.

XXVII. Ὅτι ἑπτακαίδεκα φυλαὶ τὸν νόμον ἀπεδοκίμαζον, ἄλλαι δὲ ταύταις ἴσαι παρεδέχοντο· τῆς δὲ ὀκτωκαιδεκάτης διαριθμουμένης, μία ψῆφος ὑπερῆρε τῶν χυρούντων τὸν νόμον. Τῆς δὲ τοῦ δήμου κρίσεως εἰς οὕτω μικρὰν ῥοπὴν συγκλειομένης, ὁ Γράκχος ἠγωνία ὡς ὑπὲρ τοῦ ζῆν κινδυνεύων, τῇ δὲ προςθήκῃ μιᾶς γνώμης μαθὼν ἑαυτὸν νικῶντα, μετὰ χαρᾶς ἀνεφθέγξατο Τὸ μὲν ξίφος ἐπίκειται τοῖς ἐχθροῖς, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὡς ἂν ἡ τύχη βραβεύσῃ στέρξομεν.

XXVIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 604.) Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος οὐ πιστεύων τοῖς ὄχλοις διά τε τὴν ἀπειρίαν τῶν ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνων καὶ τὴν πρὸς τὰς μεταβολὰς ὀξύτητα, παρατάξασθαι μὲν οὐκ ἐτόλμησε, διενοεῖτο δὲ συσκευάσασθαι τὰ βασιλικὰ χρήματα καὶ τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα συλῆσαι, καὶ μετὰ τούτων νυκτὸς ἀπᾶραι εἰς τὴν Ἑλλάδα. Συλᾶν δὲ ἐπιβαλόμενος διά τινων βαρβάρων τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν, καὶ φωραθείς, ἐκινδύνευσε μὲν μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ χειρὸς τυχεῖν τῆς ἁρμοττούσης τιμωρίας, φθάσας δὲ καὶ διαδρὰς μετ' ὀλίγων ἐπεβάλετο φεύγειν εἰς Σελεύκειαν. Τῆς δὲ φήμης αὐτὸν καταταχούσης, οἱ Σελευκεῖς ἀκούσαντες τὰ περὶ τὴν ἱεροσυλίαν, ἀπέκλεισαν αὐτὸν τῆς πόλεως. Ὁ δὲ ἀποπεσὼν καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ὥρμησε φεύγειν ἐπὶ τὸ Ποσίδειον, ἀντεχόμενος τῶν παραθαλαττίων τόπων.

(Exc. Vatican. p. 109, 110.) (2) Ὅτι Ἀλέξανδρος μετὰ τὸ ἱεροσυλῆσαι ἔφευγεν ἐπὶ τὸ Ποσίδειον. Εἵπετο δὲ αὐτῷ, ὡς ἔοικε, τὸ δαιμόνιον ἀόρατον ἐκ ποδῶν διῶκον καὶ τῇ κατ' αὐτοῦ τιμωρίᾳ συνεργὸν γινόμενον συνέκλεισεν εἰς τὸ τυχεῖν τῆς ἁρμοττούσης δίκης· συλληφθεὶς γὰρ ἀνήχθη πρὸς τὸν Ἀντίοχον εἰς

comparat, publicumque ærarium in turpes absurdasque impensas largitionesque exhaurit, ut cuncti ad se unum respicerent effecit: popularium quoque hominum audaciæ atque avaritiæ præturas temere impertiens, justum provinciarum odium adversus Romanum imperium concitavit. Militibus denique severitatem veteris disciplinæ legibus suis remittens, licentia atque effreni libertate rempublicam pervertit. Nam qui magistratuum auctoritati cum contemtu adversatur res novas molitur. Porro ex his moribus perniciosa licentia et civitatis exitium gignuntur.

(2) Gracchus eo potentiæ insolentiæque processit, ut quum plebs suffragiis ejiceret urbe Octavium, ipse eum missum faceret dicens populo, hanc se gratiam matri largiri, quæ pro illo intercesserat.

XXVI. Popillius (*Lænas*) a populo lacrymabundo deducebatur dum urbem damnatus relinqueret; neque enim multitudo ignorabat inflicti exilii iniquitatem, sed largitionibus contra illum corrupta eripi sibi libertatem permiserat improbis resistendi.

XXXVII. Septemdecim tribus legem excludebant, totidem comprobabant; mox numeratis decimæ octavæ suffragiis, uno superavit factio eorum qui legem sciscebant. Interim vero dum populi judicium in tam brevi puncto pendebat, Gracchus quidem summa animi consternatione angebatur, quasi de vitæ discrimine dimicaret; mox quum uno adjecto suffragio victorem se cognovit, lætitia elatus, Gladius, inquit, inimicis impendet, ceteris autem eventibus, quoscunque fortuna obtulerit, contenti erimus.

XXVIII. Alexander, quum parum fideret multitudini, tum ob vulgi imperitiam rerum bellicarum, tum ob ingenium leve atque avidum rerum novarum, acie quidem dimicare noluit; sed collectis regiis thesauris, ac spoliatis donariis templorum, noctu in Græciam fugere constituit. Verum quum Barbarorum quorundam ministerio Jovis fanum diripere conatus esset, deprehensus minimum abfuit quin cum omni exercitu illico confoderetur. Tamen fuga cum paucis elapsus, Seleuciam versus contendit. Sed Seleucienses, jam ante ejus adventum comperta sacrilegii fama, ei portas clausere: Proinde ea spe frustratus Alexander, Posidium petiit, ab ora maritima nusquam recedens.

(2) Alexander post fanum direptum fugit Posidium; verumtamen pone sequebatur eum, ut videtur, dæmon occultus, qui vindictæ sumendæ factus adjutor, ad incitas eum redegit, ut congruum supplicium nancisceretur. Quippe Alexander comprehensus ad Antiochum in castra duceba-

τὴν παρεμβολὴν δυσὶν ἡμέραις ὕστερον τῆς ἱεροσυλίας. Οὕτως ἀνέκφευκτος ἡ τιμωρὸς δίκη μετέρχεται τὴν τῶν ἀσεβῶν τόλμαν· ἐγρηγορυῖαι γὰρ διώκουσι τοὺς ἀνοσίους ποιναὶ σύντομον τὴν τιμωρίαν φέρουσαι. Ἄρτι γὰρ βασιλεὺς ἦν καὶ τεσσάρων μυριάδων στρατοπεδευουσῶν ἀφηγεῖτο, καὶ δεδεμένος ἐπανήγετο πρὸς ὕβριν καὶ τιμωρίαν πολεμίων.

(3) Ὅτι ἀγομένου δεδεμένου διὰ τῆς παρεμβολῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τῆς Συρίας, τοῦτο ἄπιστον ἐδόκει τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁρῶσιν. Τὴν γὰρ ἐνέργειαν τῆς αἰσθήσεως τὸ μηδέποτε γενέσθαι προςδοκηθὲν τοὐναντίον ῥέπειν ἐβιάζετο· ἐπεὶ δὲ διὰ τῆς ὁράσεως ἐβεβαιοῦτο τἀληθές, ἅπαντες θαυμάζοντες ἀνέλυον ἀπὸ τῆς θέας, οἱ μὲν ἀθρόοις καὶ συμπαθέσι φωναῖς ἐπισημαινόμενοι τὴν τοῦ δαιμονίου δύναμιν, οἱ δὲ ποικίλως ἐπιφθεγγόμενοι τὸ τῆς τύχης ἄστατον, τὸ παλίντροπον τῶν ἀνθρωπίνων, τὴν ὀξύτητα τῆς παλιῤῥοίας, ὡς εὐμετάβολος ὁ βίος, τίς οὐκ ἂν προςεδόκησεν;

XXIX. (Exc. de Virt. et vit. p. 604.) Ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Γράκχον ὑπὸ τοῦ ἰδίου δούλου, τῶν γεγονότων αὐτοῦ φίλων Λεύκιος Οὐιτέλλιος πρῶτος ἐπιστὰς τῷ πτώματι αὐτοῦ οὐχ ὅπως ἤχθέσθη τῇ συμφορᾷ τοῦ τετελευτηκότος, ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν καὶ κομίσας πρὸς ἑαυτὸν εἰς οἶκον, ἰδίαν τινὰ πλεονεξίας ἐπίνοιαν καὶ ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο. Ὁ γὰρ ὕπατος ἦν ἐπικεκηρυχὼς τῷ τὴν κεφαλὴν ἀπενέγκαντι δώσειν ἰσόσταθμον χρυσίον· ὁ δὲ τὸν τράχηλον διατρήσας καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐκκενώσας, ἐνέτηξεν ἀντὶ τούτου μόλυβδον· ἀναδοὺς δὲ τὴν κεφαλὴν ἐκομίσατο μὲν τὸ χρυσίον, κατεγνώσθη δὲ εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐπὶ προδοσίᾳ φιλίας. Ὁμοίως δὲ οἱ Φλάκκοι διεχειρίσθησαν.

XXX. (Exc. Vatican. p. 110.) Ὅτι ὁ Φλάκκος... ἔφυγεν... ἀνδράποδα... [*in margine* περὶ Κορδίσκων] ... σθαι τῆς... (2) Ὅτι... τὴν Ῥώμην ἐπικρατεῖν... Ὅτι ἡ φρόνησις... τῆς τύχης... λῶς... πολλάκις ἡ ταύτης... τὰς ἁπάντων ἐλπίδας....

XXXI. (Exc. de Virt. et vit. p. 605.) Ὅτι κατὰ τὴν Λιβύην παραταξαμένων ἀλλήλοις τῶν βασιλέων, Ἰογόρθας κρατήσας τῇ μάχῃ πολλοὺς ἀνεῖλε τῶν Νομάδων· ὁ δὲ Ἀτάρβας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καταφυγὼν εἰς Κίρταν, καὶ συγκλεισθεὶς εἰς πολιορκίαν, ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην μὴ περιιδεῖν βασιλέα φίλον καὶ σύμμαχον κινδυνεύοντα. Ἡ δὲ σύγκλητος ἔπεμψε πρέσβεις λύειν τὴν πολιορκίαν. Οὐ προςέχοντος δὲ Ἰογόρθα, πάλιν ἑτέρους ἔπεμψαν ἀξίωμα μεῖζον ἔχοντας. Ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ἀπράκτων ἐπανελθόντων, ὁ Ἰογόρθας περιταφρεύσας τὴν πόλιν ἐνδείᾳ κατεπόνησε τοὺς ἐν τῇ πόλει· τὸν δὲ ἀδελφὸν ἐξελθόντα μεθ' ἱκετηρίας, καὶ τῆς μὲν βασιλείας ἐξιστάμενον, τὸ δὲ ζῆν αἰτούμενον, ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐντραπεὶς οὔτε συγγένειαν οὔτε τὸν τῆς ἱκεσίας νόμον. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Ἰταλῶν τοὺς συμμαχήσαντας τἀδελφῷ πάντας αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν.

tur biduo post sacrilegium. Adeo certa supervenit scelestorum audaciæ vindex nemesis, vigilesque furiæ persequuntur impios celerem pœnam ferentes. Nuper enim rex erat et quadraginta militum millibus præerat, nunc autem vinctus ad contumeliam pœnamque ab hostibus subeundam trahebatur.

(3) Dum Syriæ rex Alexander duceretur per castra vinculis gravatus, videbatur id non audientibus solum, verum etiam cernentibus incredibile. Nam qui minime id futurum sibi persuaserant, præsentis sensus vim reprimere nitebantur; sed enim postquam omnino visu veritas confirmata erat, omnes admiratione suspensi eo spectaculo consternabantur; et alii quidem frequentibus ac miserantibus vocibus vim adversi genii incusabant, alii varie obloquebantur de fortunæ inconstantia, de rerum humanarum volubilitate, de conversionum celeritate, et quod tam variabilem esse vitam nemo speraret.

XXIX. Posteaquam C. Gracchus servi sui manu occisus cecidit, L. Vitellius, qui inter amicos Gracchi fuerat, primus cadaver ejus nactus, non modo amici casu non ingemuit, sed et præciso illius capite, et in domum suam asportato, insigne exemplum crudelitatis atque avaritiæ perpetravit. Nam quum L. Opimius consul auro se repensurum Gracchi caput edixisset, ipse perforata cervice, extractoque cerebro, plumbum liquatum infudit. Igitur allato Gracchi capite, præmium quidem promissum retulit, verum usque ad exitum vitæ tanquam amicitiæ proditor invisus omnibus fuit. Simili modo Flacci etiam interfecti sunt.

XXX. (*Mentionem fecit excerptor Fulvii Flacci, qui C. Gracchi socius, in officinam fuga elapsus, jussu L. Opimii consulis interfectus est. V. Appian. B. Civ. I, 26, Liv. Epit. 61.—Deinde Scordiscos memoravit, Thraciæ populum, contra quos male pugnavit Porcius Cato (a. Chr. 114; a. U. C. 640). V. Liv. Epit. 63, Flor. III, 4, 3.*)

XXXI. Quum in Africa reges bello concurrerent, Jugurtha magno prælio vicit et multos Numidarum occidit; quorum rex Adherbal, frater Jugurthæ, Cirtam profugit. Qua in urbe quum a Jugurtha obsideretur, legatos Romam misit, orans, ut regi socio atque amico in extremum discrimen adducto subvenire vellent. Igitur senatus legatos quamprimum in Numidiam misit, qui Jugurtham obsidione abstinere juberent. Quibus quum minime paruisset Jugurtha, altera rursus majoris auctoritatis legatio a senatu missa est. Quæ quum nihilo minus irrita rediisset, tandem Jugurtha urbem, operibus circumdatam, fame ad deditionem coegit, fratremque Adherbalem cum infulis egressum ac cedentem regno, tantum ut incolumnis abire sineretur orantem, interfecit, nec cognationis ac sanguinis, nec supplicum veritus jura: quin etiam Italos omnes, qui a partibus Adherbalis steterant, virgis cæsos necavit.

XXXII. (Exc. Vatican. p. 110.) Ὅτι ὁ βασιλεὺς τῶν Νομάδων Ἰογόρθας θαυμάσας τὴν ἀνδραγαθίαν τῶν Ῥωμαίων... αὐτῶν ἐπαινέσας ἐν τῷ...

ψιλοῖς ἀπεφήνατο διότι τούτοις λόγοις... ἐπὶ διὰ ταύτης τῆς Λιβύης.·.

XXXIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 605-608.) Ὅτι Νασικᾶς ὁ ὕπατος ὑπῆρχεν ἀνὴρ καὶ κατ' ἀρετὴν ἀξιόλογος καὶ κατὰ τὴν εὐγένειαν θαυμαζόμενος. Ἐξ ἐκείνου γὰρ ἦν τοῦ γένους ἐξ οὗ τοὺς Ἀφρικανοὺς καὶ τοὺς Ἀσιαγενεῖς καὶ τοὺς Ἱσπανοὺς ὀνομάζεσθαι συμβέβηκεν, ὧν ὁ μὲν τὴν Λιβύην, ὁ δὲ τὴν Ἀσίαν, ὁ δὲ τὴν Ἱσπανίαν καταστρεψάμενος, ἔτυχε τῆς ἀπὸ τῶν πράξεων φερωνύμου προσηγορίας. Καὶ πρὸς δὲ τῇ κοινῇ τοῦ γένους δόξῃ πατέρα καὶ πάππον ἔσχεν ἐπιφανεστάτους Ῥωμαίων. Ἄμφω μὲν γὰρ προεκάθισαν τοῦ συνεδρίου καὶ πρώτην ἐπεῖχον γνώμην μέχρι τῆς τελευτῆς, ὁ δὲ πάππος αὐτοῦ καὶ κατὰ δόγμα τῆς συγκλήτου τῶν πολιτῶν ἄριστος ἐκρίθη. (2) Ἐν μὲν γὰρ τοῖς τῆς Σιβύλλης χρησμοῖς εὑρέθη γεγραμμένον ὅτι δεῖ τοὺς Ῥωμαίους ἱδρύσασθαι νεὼν τῆς μεγάλης μητρὸς τῶν θεῶν, καὶ τῶν μὲν ἱερῶν τὴν καταγωγὴν ἐκ Πεσσινοῦντος τῆς Ἀσίας ποιήσασθαι, τὴν δὲ ἐκδοχὴν αὐτῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι πανδημεὶ τῆς ἀπαντήσεως γινομένης, καὶ τῶν τε ἀνδρῶν τὸν ἄριστον καὶ γυναικῶν ὁμοίως τὴν ἀγαθὴν *, καὶ τούτους ἀφηγεῖσθαι τῆς ἀπαντήσεως καὶ δέξασθαι τὰ ἱερὰ τῆς θεᾶς. • Τῆς δὲ συγκλήτου πάντα συντελούσης κατὰ τὸν χρησμόν, ἐκρίθη τῶν μὲν ἀνδρῶν ἄριστος Πόπλιος Νασικᾶς, τῶν δὲ γυναικῶν Οὐαλερία. (3) Οὐ μόνον γὰρ τῇ πρὸς θεοὺς εὐσεβείᾳ διαφέρειν ἔδοξεν, ἀλλὰ καὶ πολιτικὸς ὑπῆρξε καὶ συνετὸς ἐν τῷ τὴν γνώμην ἀποφαίνεσθαι. Μετὰ γὰρ τὸν Ἀννιβαϊκὸν πόλεμον Μάρκος μὲν Κάτων ὁ ἐπικληθεὶς Δημοσθένης εἰώθει λέγειν παρ' ἕκαστον ἐν τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς ἰδίας γνώμης Καρχηδόνα μὴ εἶναι. Καὶ τοῦτο ἐποίει πολλάκις, οὐχ ὑποκειμένης περὶ τούτου βουλῆς, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν [ἀεὶ] ζητουμένων. Ὁ δὲ Νασικᾶς ἀεὶ τοὐναντίον ἀπεφαίνετο Καρχηδόνα διὰ παντὸς εἶναι. (4) Ἑκατέρα μὲν οὖν ἀπόφασις ἐδόκει τῷ συνεδρίῳ μεγάλην ἔχειν ἀναθεώρησιν· τοῖς δὲ διαφέρουσι τῇ φρονήσει πολὺ προτερεῖν ἡ τοῦ Νασικᾶ διελαμβάνετο. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς ἄλλων ἀσθενείας ἔκριναν δεῖν θεωρεῖσθαι τὴν τῆς Ῥώμης ἰσχύν, ἀλλ' ἐκ τοῦ φαίνεσθαι τῶν μεγάλων μείζονα. (5) Πρὸς δὲ τούτοις σωζομένης μὲν τῆς Καρχηδόνος, ὁ ἀπὸ ταύτης φόβος ἠνάγκαζεν ὁμονοεῖν τοὺς Ῥωμαίους καὶ τῶν ὑποτεταγμένων ἐπιεικῶς καὶ ἐνδόξως ἄρχειν· ὧν οὐδὲν κάλλιόν ἐστι πρὸς ἡγεμονίας διαμονήν τε καὶ αὔξησιν· ἀπολομένης δὲ τῆς ἀντιπάλου πόλεως, πρόδηλος ἦν ἐν μὲν τοῖς πολίταις ἐμφύλιος πόλεμος ἐσόμενος, ἐκ δὲ τῶν συμμάχων ἁπάντων μῖσος εἰς τὴν ἡγεμονίαν διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐκ τῶν ἀρχόντων πλεονεξίαν τε καὶ παρανομίαν. (6) Ἅπερ ἅπαντα συνέβη τῇ Ῥώμῃ μετὰ τὴν τῆς Καρχηδόνος κατασκαφήν. Καὶ γὰρ ἐπικίνδυ-

XXXII. Rex Numidarum Jugurtha fortitudinem Romanorum admiratus..... eorum laudans in...

simpliciter pronuntiavit his verbis... per hanc Africam...

XXXIII. P. Scipio Nasica consul vir fuit et virtute et generis splendore eminentissimus; quippe ex ea familia erat oriundus, ex qua Africani et Asiatici et Hispanici prodierunt: quorum hic subacta Africa, ille Asia, tertius Hispania domita, cognomen ex rebus gestis retulit. Ceterum præter hanc generis gloriam, pater avusque ipsius totius civitatis celeberrimi fuerant: uterque enim princeps senatus, primique in dicenda sententia loci fuit usque ad exitum vitæ. Avus præterea civis optimus a senatu judicatus est. (2) Nam quum in Sibyllinis libris inventum carmen esset, quo præcipiebatur Romanis, ut matri Idææ templum ponerent, ejusque simulacrum Pessinunte Asiæ adveherent, et celeberrimo omnium ordinum occursu illud exciperent, agmen virorum præeunte viro optimo, matronarum vero pompam ducente optima femina, qui simulacrum deæ acciperent; senatus, omnia ex carminis præscripto agens, P. Nasicam virum optimum, Valeriam vero optimam matronam esse judicavit. (3) Neque enim solum pietate in deos erat eximia, sed præterea in gerenda republica ac sententia dicenda singulari prudentia præditus. Nam post bellum Hannibalicum quum M. Cato, qui Demosthenes cognominatus est, quoties in senatu sententiam dicebat, assidue illud adderet, Carthaginem delendam esse, idque etiamsi de ea re relatum non esset, sed de aliis rebus senatus consuleretur; P. Nasica semper in contraria sententia erat, Carthaginem servari oportere. (4) Porro utriusque sententia oppido dijudicatu ardua senatui videbatur; sed prudentissimus quisque Nasicæ sententiam præferebat. Neque enim putabant, ex aliarum civitatum excidio majestatem populi Romani æstimandam esse, sed ex eo potius, quod potentissimis civitatibus imperaret. (5) Deinde stante quidem Carthagine, metu illius urbis Romani in officio ac mutua concordia retineri videbantur, cogique ad imperium moderate ac civiliter in subditos exercendum; quæ res maxime imperia confirmare atque augere solet: sublata vero urbe æmula, quid aliud quam bellum civile Romanos manebat, ac præterea odium omnium sociorum ob magistratuum cupiditatem atque insolentiam? (6) Quæ profecto cuncta post excidium Carthaginis populo Romano contigere. Etenim

νοι δημαγωγίαι καὶ χώρας ἀναδασμοὶ καὶ συμμάχων ἀποστάσεις μεγάλαι καὶ ἐμφύλιοι πόλεμοι πολυετεῖς καὶ φοβεροὶ καὶ τἄλλα τὰ προαγορευθέντα ὑπὸ τοῦ Σκιπίωνος ἠκολούθησεν. Ὁ τούτου δὲ υἱὸς πρεσβύτης ἦν τὴν ἡλικίαν, καὶ Τιβέριον Γράκχον τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντα ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἀπέκτεινε, προηγούμενος τῆς συγκλήτου. (7) Τοῦ δὲ πλήθους ἀγανακτοῦντος καὶ τεθηριωμένου πρὸς τοὺς τὸν φόνον δράσαντας, ἔτι δὲ τῶν δημάρχων καθ' ἕνα τῶν συγκλητικῶν προαγαγόντων ἐπὶ τὰ ἔμβολα καὶ ἐπερωτώντων τίς ἐστιν ὁ ἀνελών, οἱ μὲν ἄλλοι ἅπαντες κατεπτηχότες τὴν τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ βίαν ἠρνοῦντο καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐξηλλάττοντο, ὁ δὲ Σκιπίων μόνος ὡμολόγησεν ὑφ' ἑαυτοῦ γεγονέναι τὴν ἀναίρεσιν, ἐπειπὼν ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ὁ Γράκχος ἐλάνθανεν ἐπιτιθέμενος τυραννίδι, ἑαυτὸν δὲ καὶ τὴν σύγκλητον οὐκ ἔλαθεν. Ὁ δὲ ὄχλος, καίπερ ἀγανακτῶν, ἡσύχασεν ἐντραπεὶς τὸ βάρος καὶ τὴν παῤῥησίαν τἀνδρός. (8) Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τούτου υἱός, κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτὸν τελευτήσας, ἀδωροδόκητος μὲν ἅπαντα τὸν βίον διετέλεσε, μετασχὼν δὲ τῆς πολιτείας, καὶ τῷ βίῳ πρὸς ἀλήθειαν ἀλλ' οὐ τοῖς λόγοις μόνοις φιλοσοφήσας, ἀκόλουθον ἔσχε τῇ τοῦ γένους διαδοχῇ καὶ τὴν τῆς ἀρετῆς κληρονομίαν.

XXXIV. Ὁ Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς ἀρτίως παρειληφὼς τὴν βασιλείαν, ἐξέπεσεν εἰς μέθας καὶ τρυφὴν ἀγεννῆ καὶ ζηλώματα βασιλείας ἀλλοτριώτατα. Ἔχαιρε γὰρ μίμοις καὶ προδείκταις καὶ καθόλου πᾶσι τοῖς θαυματοποιοῖς, καὶ τὰ τούτων ἐπιτηδεύματα μανθάνειν ἐφιλοτιμεῖτο. Ἐπετήδευσε δὲ καὶ νευροσπαστεῖν καὶ δι' αὐτοῦ κινεῖν ζῷα πενταπήχη κατάργυρα καὶ κατάχρυσα καὶ ἕτερα πλείονα τοιαῦτα μηχανήματα. Οὐκ εἶχε δὲ ἑλεπόλεων οὐδὲ ὀργάνων πολιορκητικῶν κατασκευάς, ἃ καὶ δόξαν μεγάλην καὶ χρείας ἀξιολόγους ἂν παρέσχετο. Ἐνεθουσία δὲ καὶ πρὸς κυνηγεσίας ἀκαίρους, καὶ πολλάκις νύκτωρ λάθρα τῶν φίλων μετὰ δυεῖν ἢ τριῶν οἰκετῶν ἐξιὼν ἐπὶ τὴν χώραν, ἐκυνήγει λέοντας καὶ παρδάλεις καὶ ὗς ἀγρίους. Παραβόλως δὲ συμπλεκόμενος ἀλόγοις θηρίοις, πολλάκις ἦλθεν εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους.

XXXV. Ὅτι Μικίψας ὁ Μασσανάσσου υἱὸς τοῦ Νομάδων βασιλέως, εἶχε καὶ ἄλλους υἱοὺς πλείους, μάλιστα δὲ προτετιμημένους Ἀτάρβαν τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων καὶ Ἰάμψαμον καὶ Μικίψαν. Ὃς ἐπιεικέστατος τῶν κατὰ Λιβύην βασιλέων γενόμενος, καὶ πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων Ἑλλήνων μεταπεμπόμενος, συνεβίου τούτοις. Πολλὴν δὲ ἐπιμέλειαν ποιούμενος παιδείας, μάλιστα δὲ φιλοσοφίας, ἐνεγήρασε τῇ δυναστείᾳ καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ.

XXXVI. Ὅτι Κοντωνιατός τις ὁ βασιλεὺς τῆς Γαλατικῆς πόλεως τῆς οὕτω καλουμένης Ἰοντώρας, συνέσει καὶ στρατηγίᾳ διάφορος ἦν, φίλος δε καὶ σύμμαχος Ῥωμαίων, ὡς ἂν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις διατετριφὼς ἐν Ῥώμῃ, καὶ κεκοινωνηκὼς ἀρετῆς καὶ ἀγωγῆς νομί-

turbulentæ factiones concionesque, leges agrariæ, et defectiones sociorum perquam graves, bella denique civilia periculosa ac diuturna, et reliqua quæ P. Scipio prædixerat, subsecuta sunt. Hujus filius Nasica quum ætate provectus esset, Tiberium Gracchum, regnum invadere molientem, sequi se jussis optimatibus, manu sua interfecit. (7) Quod factum quum plebs graviter ferret, et adversus auctores cædis exacerbata esset, ac tribuni singulos senatores in concionem productos interrogarent, quis auctor cædis fuisset, ceteri quidem omnes, concitatæ multitudinis furorem veriti, a se id factum negabant, variisque responsionibus et obliquis utebantur. Solus Scipio Nasica, sua manu cædem factam esse professus, id quoque adjecit, Gracchi quidem ad regnum adspirantis consilia ceteros latuisse, sibi vero ac senatui probe cognita fuisse. At plebs, tametsi factum ægre ferret, tamen auctoritate et constantia viri commota, deinceps conticuit. (8) Sed etiam hujus filius Scipio Nasica, qui hoc anno consul est mortuus, nullis unquam per totam vitam muneribus se corrumpi passus est; sed in re publica administranda quum non sermonibus modo, sed ipsa etiam vitæ ratione philosophum se præberet, una cum generis gloria virtutes quoque majorum hereditatis sorte tenuit.

XXXIV. Antiochus (*Ant. Sidetæ filius*) Cyzicenus, regnum Syriæ recens adeptus, ad crapulas ac luxum ignobilem et instituta longe a regibus aliena se contulit. Mimis enim atque histrionibus, circulatoribus denique cunctis supra modum deditus, eorum artes summo studio perdiscebat: operam quoque neurospasticæ dedit, maximumque studium posuit in movendis per semetipsum animalibus quinque cubitorum magnitudine, auro argentoque tectis, atque in aliis hujuscemodi machinamentis. Ceterum bellicis machinis ac testudinibus, quas Helepoles vocant, quarum apparatus et gloriam principibus afferre et magno usui solet esse, prorsus carebat. Quin etiam intempestivis venationibus immodice addictus erat, ac sæpenumero cum uno aut altero famulo noctu clam egressus, apros, leones ac pardos venabatur. Nec raro cum feris bestiis temere congressus, in gravissima discrimina salutem suam adduxit.

XXXV. Micipsæ, Numidarum regis Masinissæ filio, plures iberi fuerunt: sed præ ceteris carus ei fuit Adherbal, natu maximus, cum Hiempsale et Micipsa: qui quidem postremus, omnium Numidiæ regum clementissimus, arcessitis e Græcia viris doctissimis, quum omnibus disciplinis, tum maxime philosophiæ, operam in eorum contubernio impendisset, in regno simul ac philosophia consenuit.

XXXVI. Contoniatus, urbis in Gallia, quæ Iontora dicitur, regulus, prudentia ac scientia rei militaris eminebat: quumque olim Romæ commoratus, egregiam ac civilem institutionem hausisset, atque auxilio populi Romani regnum

μου, διὰ Ῥωμαίων δὲ παρειληφὼς τὴν ἐν Γαλατίᾳ βασιλείαν.

XXXVII. (Exc. Vatic. p. 111.)... Κάρϐωνος καὶ Σιλανοῦ· τοσούτου δὲ πλήθους ἀνῃρημένου, οἱ μὲν υἱοὺς οἱ δὲ ἀδελφοὺς ἐπένθουν, τινὲς δὲ πατέρων ὀρφανοὶ παῖδες ἀπολελειμμένοι τὴν τῶν γονέων ἀπώλειαν καὶ τὴν Ἰταλίας ἐρημίαν κατωδύροντο, πλεῖσται δὲ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐστερημέναι χηρείας ἀτυχοῦς ἐλάμϐανον πεῖραν. Ἡ δὲ σύγκλητος μεγαλοψύχως φέρουσα τὴν συμφοράν, τά τε πολλὰ πένθη καὶ τὴν ὑπερϐολὴν τῶν κλαυθμῶν τὸ πολὺ κατέστελλε καὶ τὴν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ λύπην ἐπικρυπτομένη βαρέως ἔφερεν.

XXXVIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 607, 608.) Ὅτι ὁ Μάριος εἷς ὢν τῶν συμϐούλων καὶ τῶν πρεσϐευτῶν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ παρεθεωρεῖτο, ταπεινότατος ὢν τῶν πρεσϐευτῶν τῇ δόξῃ. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοῖς ἀξιώμασι καὶ ταῖς εὐγενείαις ὑπερέχοντες μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανον ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, οὗτος δὲ δοκῶν γεγονέναι δημοσιώνης καὶ τὰς ὑποδεεστέρας ἀρχὰς μόγις εἰληφὼς ἐν ταῖς εἰς δόξαν προαγωγαῖς παρεθεωρεῖτο, καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστος περιφεύγων πᾶσαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις κακοπάθειαν, ᾑρεῖτο τὴν ῥᾳθυμίαν καὶ ῥᾳστώνην, οὗτος δὲ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς μάχαις κινδύνους πολλάκις ἡγεμὼν ἐκπεμπόμενος, τὴν μὲν ἐκ τούτων ἀτιμίαν προσεποιεῖτο, ὁμοίως δὲ αὑτὸν εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας ἐπιδιδούς, πολλὴν ἐμπειρίαν περιεποιήσατο τῶν πολεμικῶν ἔργων. (2) Ὢν δὲ εὐφυὴς πρὸς ἀγῶνας καὶ κινδύνους, καὶ τούτους ὑπομένων προθύμως, ταχὺ μεγάλην ἐκτήσατο δύναμιν καὶ δόξαν ἐπ' ἀνδρείᾳ. Ἐπιεικῶς δὲ τοῖς στρατιώταις προσφερόμενος, καὶ ταῖς δωρεαῖς καὶ ταῖς ὁμιλίαις καὶ συμπεριφοραῖς κεχαρισμέναις τοῖς ὑποτεταγμένοις χρώμενος, μεγάλην εὔνοιαν ἐν τοῖς στρατιώταις περιεποιήσατο. Πάντες γὰρ τῆς εὐεργεσίας χάριν ἀποδιδόντες ἐν ταῖς μετὰ τούτου μάχαις φιλοτιμότερον ἠγωνίζοντο, συναύξοντες αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν· εἰ δὲ τύχοι τις τῶν ἄλλων πρεσϐευτῶν ἡγούμενος, ἐθελοκακοῦντες ἀπεδειλίων κατὰ τοὺς ἀναγκαιοτάτους καιρούς. Καὶ συνέϐαινε κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν μὲν ταῖς τῶν ἄλλων ἡγεμονίαις Ῥωμαίους ἡττᾶσθαι, κατὰ δὲ τὰς τοῦ Μαρίου παρουσίας ἀεὶ νικᾶν.

XXXIX. (Exc. Legat. p. 630, 631.) Ὅτι Βόκχος ὁ κατὰ τὴν Λιϐύην βασιλεύων πολλὰ καταμεμψάμενος τοῖς πείσασιν αὐτὸν πολεμεῖν τοῖς Ῥωμαίοις, πρέσϐεις ἔπεμψε πρὸς τὸν Μάριον, περὶ μὲν τῶν ἡμαρτημένων αἰτούμενος συγγνώμην, ἀξιῶν δὲ φιλίαν συνθέσθαι καὶ πολλὰ κατεπαγγελλόμενος χρήσιμος ἔσεσθαι Ῥωμαίοις. Τοῦ δὲ Μαρίου κελεύσαντος περὶ τούτων πρεσϐεύειν πρὸς τὴν σύγκλητον, ὁ μὲν βασιλεὺς ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ῥώμην πρεσϐευτὰς περὶ τούτων. Ἡ δὲ σύγκλητος αὐτοῖς ἀπόκρισιν ἔδωκεν ἁπάντων τεύξεσθαι τῶν φιλανθρώπων τὸν Βόκχον, ἐὰν Μάριον πείσῃ. Τοῦ δὲ Μαρίου σπεύδοντος αἰχμάλωτον λαβεῖν Ἰογόρθαν τὸν βασιλέα, ὑπακούσας ὁ Βόκχος καὶ μεταπεμψάμενος τοῦτον, ὡς περί τινων κοινῇ συμφερόντων διαλεξόμενος, συνέλαϐε

adeptus esset, societatem atque amicitiam cum Romanis colebat.

XXXVII...... Carbonis atque Silani. Tanta autem multitudine occisa, alii filios, alii fratres lugebant, alii in orbitate relicti liberi deplorabant parentium exitium et Italiæ solitudinem; plurimæ vero mulieres viris spoliatæ ærumnosam viduitatem experiebantur. Interim senatus excelso animo cladem ferens magnos luctus et ploratuum nimiam vim multum reprimebat, quamque ipse ex tam gravi casu tristitiam capiebat, fortiter tolerabat.

XXXVIII. C. Marius, quum inter legatos (*Metelli*) esset, spernebatur ab ipso proconsule, tanquam legatorum omnium postremus. Ceteri enim, quum et dignitate et splendore generis excellerent, magno in honore apud proconsulem erant: hujus vero, quia publicanus fuisse dicebatur, atque ultimos magistratus vix maximo labore erat adeptus, rationem nullam Metellus habebat. Ac ceteri quidem omnes, laborem militiæ fugientes, otium ac segnitiem consectabantur: verum Marius, quum sæpissime ad ipsa belli discrimina mitteretur, hanc quidem injuriam iniquo animo ferre se simulabat. Ceterum hujusmodi ministeria impigre obiens, maximum usum rei militaris sibi comparavit. (2) Quumque natura bellicosus pugnaxque esset, brevi ingentem fortitudinis laudem retulit. Præterea singulari humanitate ac munificentia, atque in congressibus comitate erga eos, quibus præerat, usus, omnium militum benevolentiam conciliavit sibi: proinde cuncti, gratiam illi reddere studentes, eo duce fortius atque alacrius pugnabant, quo ducis gloriam augerent. Quodsi forte alius quispiam legatus contra hostem missus esset, milites de industria in ipso discrimine segnius agebant. Itaque usu veniebat fere, ut aliis exercitum ducentibus res male gereretur, Mario autem duce semper victoriam Romani referrent.

XXXIX. Bocchus, Mauritaniæ rex, multum incusatis belli in Romanos sumti auctoribus, ad Marium legatos misit, qui delictorum veniam, fœdusque et amicitiam peterent, et regem non inutilem operam Romanis navaturum significarent. Marius legatos Bocchi ad senatum rejecit. Mittuntur ergo a rege Romam: quibus patres respondent, Bocchum, quæ petierat, impetraturum omnia, modo Marium in partes suas detrahat. Is vero sub id tempus unice studebat, ut Jugurtham regem captivum atque in vinculis haberet. Ad eam rem sese impellenti rex paret: Jugurtham, ut de communibus rebus, et quæ ex usu forent, deliberarent, arcessitum

τὸν Ἰογόρθαν, καὶ δήσας παρέδωκε Λευκίῳ Σύλλᾳ τῷ ταμίᾳ τῷ πρὸς τὴν παράπεμψιν ἐκπεμφθέντι. Τῇ δὲ τούτου συμφορᾷ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν πορισάμενος διελύθη τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων τιμωρίας.

ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Photii p. 529-536.) Ὅτι ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν Ῥώμῃ, καθ' οὓς Μάριος μὲν τοὺς κατὰ Λιβύην βασιλεῖς Βόχχον καὶ Ἰουγούρθαν κατεπολέμησε μεγάλῃ παρατάξει, καὶ πολλὰς μὲν τῶν Λιβύων μυριάδας ἀνεῖλεν, ὕστερον δὲ αὐτὸν Ἰουγούρθαν συλληφθέντα ὑπὸ Βόχχου, ὥςτε τυχεῖν συγγνώμης παρὰ Ῥωμαίων ὑπὲρ ὧν αὐτοῖς κατέστη πρὸς πόλεμον, λαβὼν ἐκεῖθεν αἰχμάλωτον εἶχε, μεγίστοις δὲ πταίσμασι τοῖς κατὰ Γαλατίαν τῶν Κίμβρων πολεμούντων Ῥωμαῖοι περιπεσόντες ἠθύμουν, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἧκόν τινες ἀπὸ Σικελίας ἀπόστασιν ἀγγέλλοντες οἰκετῶν εἰς πολλὰς ἀριθμουμένων μυριάδας. Οὗ προσαγγελθέντος, ἐν πολλῇ περιστάσει τὸ Ῥωμαϊκὸν ἅπαν συνεχόμενον διετέλει, ὡς ἂν στρατιωτῶν ἐπιλέκτων σχεδὸν ἑξακισμυρίων ἐν τῷ πρὸς Κίμβρους κατὰ Γαλατίαν πολέμῳ διολωλότων, καὶ ἀπόρων ὄντων εἰς ἀποστολὴν στρατιωτῶν λογάδων.

II. Πρὸ δὲ τῆς κατὰ τὴν Σικελίαν τῶν δούλων ἐπαναστάσεως ἐγένοντο κατὰ τὴν Ἰταλίαν πλείους ἀποστάσεις ὀλιγοχρόνιοι καὶ μικραί, καθάπερ τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος τὸ μέγεθος τῆς ἐσομένης κατὰ τὴν Σικελίαν ἐπαναστάσεως, πρώτη μὲν ἡ περὶ Νουκερίαν, τριάκοντα οἰκετῶν συνωμοσίαν ποιησαμένων καὶ ταχὺ κολασθέντων, δευτέρα ἡ περὶ τὴν Καπύην, διακοσίων οἰκετῶν ἐπαναστάντων καὶ ταχὺ καταλυθέντων. (2) Τρίτη δὲ παράδοξος γέγονέ τις. Ἦν Τίτος Μενουίτιος, ἱππεὺς μὲν Ῥωμαίων, μεγαλοπλούτου δὲ πατρὸς παῖς. Οὗτος ἠράσθη θεραπαινίδος ἀλλοτρίας κάλλει διαφερούσης. Συμπλακεὶς δ' αὐτῇ καὶ εἰς ἔρωτα παράδοξον αὐτῆς ἐμπεσὼν ἐξηγόρασεν αὐτήν, οὕτω τοῦ τε μανιώδους ἔρωτος βιαζομένου καὶ τοῦ κυρίου τῆς κόρης τὴν πρᾶσιν μόλις κατανεύσαντος, ταλάντων Ἀττικῶν ἑπτά, καὶ χρόνον ὥρισε καθ' ὃν ἀποτίσει τὸ χρέος· ἐπιστεύετο δὲ διὰ τὴν πατρῴαν περιουσίαν. Ἐνστάντος δὲ τοῦ ὁρισθέντος, καὶ μὴ ἔχων ἀποδοῦναι, πάλιν ἔταξε τριάκοντα ἡμερῶν προθεσμίαν. (3) Ὡς δὲ καὶ ταύτης ἐπιστάσης οἱ μὲν ἀπῄτουν, ὁ δὲ οὐδὲν πλέον εἶχεν ἀνύειν, ὁ δ' ἔρως ἤκμαζεν, ἐπεχείρησε πράξει παραλογωτάτῃ. Ἐπιβουλεύει μὲν γὰρ τοὺς ἀπαιτοῦντας, ἑαυτῷ δὲ μοναρχικὴν ἐξουσίαν περιέθηκε. Συναγοράσας γὰρ πεντακοσίας πανοπλίας, καὶ χρόνον τῆς τιμῆς συντάξας, καὶ πιστευθείς, λάθρᾳ πρός ἀγρόν τινα παρακομίσας τοὺς ἰδίους ἀνέσεισε πρὸς ἀπόστασιν οἰκέτας, τετρακοσίους ὄντας. (4) Εἶτα ἀναλαβὼν διάδημα καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν καὶ ῥαβδούχους καὶ τὰ ἄλλα εὔσημα τῆς ἀρχῆς, καὶ βασιλέα ἑαυτὸν συνεργίᾳ τῶν δούλων

comprehendit, vinctumque quæstori L. Sullæ, ob id ipsum misso, in manus tradit. Ita Bocchus Jugurthæ calamitate salutem redemit, et pœnas, quas a Romanis exspectabat, a se avertit.

LIBRI SEXTI ET TRICESIMI RELIQUIÆ.

I. Sub idem tempus, quo Marius Bocchum et Jugurtham, Africæ reges, ingenti pugna debellavit, et millia Afrorum innumera occiderat, ac postea Jugurtham ipsum, a Boccho comprehensum, ut belli Romanis moti veniam impetraret, captivum inde abduxerat, maximis insuper cladibus a Cimbris, Galliam bello vexantibus, affecti Romani perturbatos habebant animos; eodem, tempore, quidam a Sicilia venerunt, qui multas servorum myriades defecisse nuntiabant. Quo allato nuntio, tota respublica Romanorum in magnis hærebat angustiis, ut cui propemodum sexaginta militum lectissimorum millia in Gallia adversus Cimbros bello periissent, nec legionariorum militum in expeditionem novam delectus suppeterent.

II. Ante servorum in Sicilia rebellionis tumultum defectiones in Italia se plures commoverant, sed nec diuturnæ nec magnæ ; ac si numen rebellionis in Sicilia futuræ magnitudinem præsignificaret. Prima Nuceriæ fuit, ubi triginta servi conjurationem inter se fecere, sed mox pœnas dederunt. Secunda exstitit Capuæ, ubi servi ducenti rebellarunt, at mox deleti sunt. (2) Tertia mirum in modum accidit. Titus quidam Minutius erat, eques Romanus, patre locupletissimo natus. Is famulæ alienæ, insigniter formosæ, amore exarsit, et complexu ejus potitus, mirifice puellam ac subinde magis deperire cœpit. Quumque amoris insania hominem ita subigeret, ac dominus illius emtionem ægre concederet, septem Atticis talentis eam tandem emit, certumque solvendi pretii tempus definivit. Fidem autem conciliabat patrimonium. Jamque solutionis dies instabat; verum ille solvendo non erat. Triginta igitur dierum prorogationem denuo petebat. (3) Quum vero, his etiam expletis, pretium dominus exigeret, at hic nullam expediendi nominis rationem inveniret, amor tamen interim effervesceret, facinus tandem insolens aggressus, insidias illis, qui debitum exigebant, struit, et monarchicam sibi potentiam conciliat. Quingentas enim armaturas, certum solutioni tempus constituens, emit; fideque sibi habita, clam in agrum quendam transtulit. Tum excitatis ad defectionem servis domesticis numero quadringentis, (4) quum diadema et purpuram sibi induisset, et lictores ceteraque assumsisset imperii insignia, et servorum auxilio regem se declarasset; ante omnia illos,

ἀναδείξας, τοὺς μὲν ἀπαιτοῦντας τὴν τιμὴν τῆς κόρης ῥαβδίσας ἐπελέκισεν, ἐξοπλίσας δὲ τοὺς οἰκέτας ἐπῄει τὰς σύνεγγυς ἐπαύλεις, καὶ τοὺς μὲν προθύμως συναφισταμένους καθώπλιζε, τοὺς δ' ἀντιπράττοντας ἀνῄρει. Ταχὺ δὲ συναγαγὼν στρατιώτας πλείους τῶν ἑπτακοσίων, καὶ τούτους εἰς ἑκατονταρχίας καταλέξας, ἐνεβάλετο χάρακα καὶ τοὺς ἀφισταμένους ὑπεδέχετο. (5) Τῆς δ' ἀποστάσεως εἰς Ῥώμην ἀπαγγελθείσης, ἡ σύγκλητος ἐμφρόνως περὶ αὐτῆς ἐβουλεύσατο καὶ κατώρθωσε. Τῶν γὰρ κατὰ πόλιν στρατηγῶν ἀπέδειξεν ἕνα πρὸς τὴν τῶν δραπετῶν σύλληψιν, Λεύκιον Λούκουλλον. Οὗτος δὲ αὐθημερὸν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐπιλέξας στρατιώτας ἑξακοσίους, εἰς τὴν Καπύην ἦλθε συναθροίσας πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους. (6) Ὁ δὲ Οὐέττιος τὴν ὁρμὴν τοῦ Λουκούλλου πυθόμενος, κατελάβετο λόφον καρτερόν, ἔχων τοὺς πάντας πλέον τῶν τρισχιλίων καὶ πεντακοσίων. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον συμβολῆς γενομένης, ἐπλεονέκτησαν οἱ δραπέται ἐκ τόπων ὑπερδεξίων μαχόμενοι· μετὰ δὲ ταῦτα τὸν μὲν στρατηγὸν τοῦ Οὐεττίου Ἀπολλώνιον διαφθείρας ὁ Λούκουλλος, καὶ τῇ δημοσίᾳ πίστει τὴν ἄφεσιν τῆς τιμωρίας βεβαιώσας, ἔπεισεν αὐτὸν προδότην γενέσθαι τῶν συναποστατῶν. Διὸ καὶ τούτου συνεργοῦντος τοῖς Ῥωμαίοις καὶ τὰς χεῖρας προςφέροντος τῷ Οὐεττίῳ, φοβηθεὶς τὴν ἐκ τῆς ἁλώσεως τιμωρίαν, ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν, αὐτίκα συναπολωλότων καὶ τῶν τῆς ἀποστάσεως κεκοινωνηκότων πλὴν τοῦ προδόντος Ἀπολλωνίου. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸ τῆς κατὰ Σικελίαν, ὥςπερ προοιμιαζόμενα ταύτῃ, μεγίστης ἀποστάσεως· ἥτις ἀρχὴν ἔλαβε τοιαύτην.

III. Κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς Κίμβρους τοῦ Μαρίου στρατείαν ἔδωκεν ἡ σύγκλητος ἐξουσίαν τῷ Μαρίῳ ἐκ τῶν πέραν θαλάττης ἐθνῶν μεταπέμπεσθαι συμμαχίαν. Ὁ μὲν οὖν Μάριος ἐξέπεμψε πρὸς Νικομήδην τὸν τῆς Βιθυνίας βασιλέα περὶ βοηθείας· ὁ δὲ ἀπόκρισιν ἔδωκε τοὺς πλείους τῶν Βιθυνῶν ὑπὸ τῶν δημοσιωνῶν διαρπαγέντας δουλεύειν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. (2) Τῆς δὲ συγκλήτου ψηφισαμένης ὅπως μηδεὶς σύμμαχος ἐλεύθερος ἐν ἐπαρχίᾳ δουλεύῃ καὶ τῆς τούτων ἐλευθερώσεως οἱ στρατηγοὶ πρόνοιαν ποιῶνται, τότε κατὰ τὴν Σικελίαν ὢν στρατηγὸς Λικίνιος Νερούας ἀκολούθως τῷ δόγματι συχνοὺς τῶν δούλων ἠλευθέρωσε, κρίσεις προθείς, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πλείους τῶν ὀκτακοσίων τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας. Καὶ ἦσαν πάντες οἱ κατὰ τὴν νῆσον δουλεύοντες μετέωροι πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. (3) Οἱ δ' ἐν ἀξιώμασι συνδραμόντες παρεκάλουν τὸν στρατηγὸν ἀποστῆναι ταύτης τῆς ἐπιβολῆς. Ὁ δ' εἴτε χρήμασι πεισθεὶς εἴτε χάριτι δουλεύσας, τῆς μὲν τῶν κριτηρίων τούτων σπουδῆς ἀπέστη, καὶ τοὺς προςιόντας ἐπὶ τῷ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας ἐπιπλήττων εἰς τοὺς ἰδίους κυρίους προςέταττεν ἐπαναστρέφειν. Οἱ δὲ δοῦλοι συστραφέντες, καὶ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλαγέντες, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ τῶν Παλικῶν τέμενος, διελάλουν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως. (4) Ἐκεῖθεν ἐν

qui pretium puellæ exigebant, virgis cæsos securi percussit: tum armatis servitiis villas propinquas invadebat, et qui promte se ad defectionis societatem applicabant, hos armis instruxit, adversantes vero interemit. Quumque brevi plures septingentis coegisset, in centurias illos distribuit: jactoque vallo, cunctis, qui desciscebant a dominis suis, receptum præbuit. (5) Quare rebellione Romam nuntiata, senatus prudente consilio illi occurrit, felicique malum eventu compressit. Ex prætoribus enim urbanis uni, L. Lucullo, fugitivorum ad pœnam retrahendorum negotium dedit. Hic eodem die, sexcentis militibus Romæ delectis, Capuam descendit, ubi quattuor millia peditum et quadringentos equites conscripsit. (6) Vettius (*Minutius*), ubi citatam in se Luculli expeditionem cognovit, munitum quendam collem occupavit, habens in universum homines supra ter mille et quingentos. Ac primo quidem conflictu fugitivi, quod ex superiori loco depugnarent, abiere superiores. Postea vero Apollonium, Vettii (*Minutii*) summum ducem, largitionibus corruptum, quum publica illi fide impunitatem promisisset Lucullus, ad prodendum rebellionis socios illexit. Hoc igitur operam navante Romanis, et Vettio tandem manus inferente, hic, ne captus supplicio afficeretur metuens, se ipsum confodit. Statim cum ipso etiam defectionis socii, præter Apollonium proditorem, interierunt. Atqui hæc maximæ illius in Sicilia defectionis veluti præludium fuerunt. Quæ tale nacta est principium.

III. In Marii adversus Cimbros expeditione senatus auxilia ex transmarinis gentibus arcessendi potestatem Mario dederat. Marius ergo ad Nicomedem Bithyniæ regem de suppeditandis auxiliaribus legatos misit. Ille vero respondit, Bithynos, a publicanis in servitutem majori ex parte abstractos, in provinciis hic illic attineri. (2) Senatus igitur consulto provisum fuit, ne ingenuus aliquis ex populi Romani sociis in provincia servitutem serviret, et ut prætores seu proconsules manumittendorum curam susciperent. Licinius igitur Nerva, tunc in Sicilia prætor, decreto morem gerens, re judiciorum disceptationi subjecta, plurimos in libertatem vindicavit, adeo ut intra paucos dies octingentis plures ceu postliminio libertati restituerentur. Unde accidit ut, quotquot per insulam servirent, ad libertatis spem arrecti essent. (3) Viri igitur auctoritate præstantes ad prætorem conveniunt, eumque, ut ab incepto desistat, hortantur. Is, sive pecuniis illectus, sive gratiam aucupatus, cognitione ista judiciorum accurata supersedit, et eorum, qui recuperandæ libertatis causa ipsum conveniebant, ad suum quemque dominum cum objurgatione reverti jussit. Tum servi, conspiratione inter se facta, quum post emigrationem a Syracusis ad lucum Palicorum confugissent, de rebellione inter se colloquebantur. (4)

πολλοῖς τόποις τῆς τῶν οἰκετῶν τόλμης ἐκδήλου γινομένης, πρῶτοι τῆς ἐλευθερίας ἀντεποιήσαντο κατὰ τὴν Ἁλικυαίων χώραν ἀδελφῶν δυεῖν μεγαλοπλούτων οἰκέται τριάκοντα, ὧν ἡγεῖτο Ὀάριος ὄνομα· οἳ πρῶτον μὲν νυκτὸς κοιμωμένους τοὺς ἰδίους δεσπότας ἀπέσφαξαν, εἶτα ἐπὶ τὰς γειτνιώσας ἐπαύλεις παρελθόντες παρεκάλουν ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν τοὺς δούλους· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ συνέδραμον πλείους τῶν ἑκατὸν εἴκοσι. (5) Καὶ καταλαβόμενοι χωρίον φύσει ὀχυρόν, τοῦτο μᾶλλον ἐπωχύρωσαν, προςδεξάμενοι καὶ ἑτέρους δούλους ὡπλισμένους ὀγδοήκοντα. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῆς ἐπαρχίας Λικίνιος Νερούας κατὰ τάχος αὐτοῖς ἐπελθὼν καὶ πολιορκῶν, ἄπρακτον ἔσχε τὴν σπουδήν. Ἐπεὶ δὲ βίᾳ ἀνάλωτον τὸ φρούριον ἑώρα, ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρᾷ, καὶ σωτηρίας ὑποσχέσεσι Γάϊον Τιτίνιον ἐπικαλούμενον Γαδαῖον ἀναπείσας, ἦν δ' οὗτος πρὸ δυεῖν ἐτῶν καταδικασθεὶς μὲν θανάτῳ, τὴν τιμωρίαν δ' ἐκφυγὼν καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν χώραν ἐλευθέρων κατὰ λῃστείαν ἀναιρῶν, οὐδένα δὲ τῶν οἰκετῶν παραλυπῶν, εἶχεν ὑπηρέτην τοῦ σκοποῦ. (6) Οὗτος ἔχων αὐτῷ πιστοὺς οἰκέτας ἱκανοὺς πρόςεισι τῷ φρουρίῳ τῶν ἀποστατῶν, ὡς δὴ συμμεθέξων τοῦ κατὰ Ῥωμαίων πολέμου· εὐμενῶς δὲ καὶ φιλοφρόνως προςδεχθεὶς ᾑρέθη διὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ στρατηγός, καὶ προὔδωκε τὸ φρούριον. Τῶν δ' ἀποστατῶν οἱ μὲν μαχόμενοι κατεκόπησαν, οἱ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἁλώσεως δεδιότες τιμωρίαν ἑαυτοὺς κατεκρήμνισαν. Ἡ μὲν οὖν πρώτη τῶν δραπετῶν στάσις κατελύθη τὸν εἰρημένον τρόπον.

IV. Τῶν δὲ στρατιωτῶν πρὸς τὰ οἰκεῖα ἤδη ἀπολυθέντων, ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι Πόπλιον Κλόνιον, γενόμενον ἱππέα Ῥωμαίων, ἐπαναστάντες οἱ δοῦλοι κατέσφαξαν ὀγδοήκοντα ὄντες, καὶ ὅτι πλῆθος ἀγείρουσι. Καὶ ὁ μὲν στρατηγὸς ἑτέρων βουλαῖς παρακρουσθείς, ἤδη καὶ τῶν πλείστων στρατιωτῶν ἀπολελυμένων, καιρὸν παρεῖχε διὰ τῆς ἀναβολῆς τοῖς ἀποστάταις βέλτιον αὑτοὺς ἀσφαλίσασθαι. (2) Προῆγε δὲ μετὰ τῶν ἐνόντων στρατιωτῶν, καὶ διαβὰς τὸν Ἄλβαν ποταμὸν παρῆλθε τοὺς ἀποστάτας διατρίβοντας ἐν ὄρει καλουμένῳ Καπριανῷ, καὶ κατήντησεν εἰς πόλιν Ἡράκλειαν. Ἐκ γοῦν τοῦ μὴ προςβαλεῖν αὐτοῖς τὸν στρατηγὸν ἀτολμίαν αὐτοῦ διαφημίσαντες συχνοὺς ἀνέσειον τῶν οἰκετῶν. Καὶ πολλῶν συῤῥεόντων καὶ τὸν δυνατὸν τρόπον εἰς μάχην παρασκευαζομένων, ἐν ἑπτὰ ταῖς πρώταις ἡμέραις καθωπλίσθησαν πλείους τῶν ὀκτακοσίων, ἐφεξῆς δ' ἐγένοντο τῶν διςχιλίων οὐκ ἐλάττους. (3) Πυθόμενος δ' ἐν Ἡρακλείᾳ τὴν αὔξησιν αὐτῶν ὁ στρατηγὸς ἡγεμόνα προεχειρίσατο Μάρκον Τιτίνιον, δοὺς αὐτῷ στρατιώτας τοὺς ἐκ τῆς Ἔννης φρουροὺς ἑξακοσίους. Οὗτος δὲ μάχῃ προςβαλὼν τοῖς ἀποστάταις, ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει καὶ ταῖς δυςχωρίαις ἐπλεονέκτουν ἐκεῖνοι, ἐτράπη σὺν τοῖς περὶ αὐτόν, πολλῶν μὲν ἀναιρεθέντων, τῶν δὲ λοιπῶν ῥιψάντων τὰ ὅπλα καὶ φυγῇ μόλις διασωθέντων. Καὶ οἱ ἀποστάται ὅπλων τε εὐπορήσαντες τοσούτων ἀθρόον καὶ νίκης,

Quumque in multis inde locis hæc servorum audacia percrebuisset, duorum prædivitum in Halicyæorum regione fratrum servi triginta primi libertatem arripuerunt, quorum dux Oarius quidam erat. Hi primum noctu heros suos somno vacantes trucidant. Mox ad vicinas progressi villas, mancipia ad libertatem capessendam exhortantur. Quorum illa ipsa nocte centum viginti et plurium ad eos fit concursus. (5) Locum igitur natura firmum occupant, et opera sua firmiorem reddunt, assumtis etiam aliis octoginta, qui armis instructi venerant. Provinciæ autem prætor Licinius Nerva, festinanter illos adortus, quum oppugnare instituisset, conatu suo nihil effecit. Ubi igitur inexpugnabilem viribus locum vidit, ad proditionem respexit. Consilii vero ministrum et exsecutorem habuit Caium quendam Titinium, cognomento Gadæum, quem promissione incolumitatis adduxit. Fuerat autem hic capitis ante biennium condemnatus, sed pœnam effugerat, multosque ex liberis hominibus in regione illa latrocinando interficere solitus, servorum nemini erat molestus aut gravis. (6) Hic cum manu servorum fida sibi ad castellum defectorum, quasi communi bellum adversus Romanos opera gesturus, accedit. Benevole autem et comiter acceptus, imperator etiam ob fortitudinem creatur, castellumque prodit. Rebellium inde pars inter pugnandum conciditur : pars supplicium, quod captos maneret, exhorrescentes, de rupe se præcipites dejecerunt. Prima itaque seditio fugitivorum hunc ad modum exstincta est.

IV. Ceterum militibus ad lares suos dimissis, quidam nuntiatum venere, servos octoginta circiter, tumultu excitato, P. Clonium, ordinis equestris virum, jugulasse, jamque magnum congregare numerum. Quin etiam prætor, consiliis aliorum seductus, jam maxima etiam militum parte exauctorata, procrastinatione sua tempus rebellibus ad præmuniendum sese melius concedebat. (2) Cum præsente tamen manu in illos perrexit. Verum ubi transmiserat flumen Albam, defectores in monte Capriano, ut vocant, commorantes, præteriit, et Heracleam pervenit. Rumore igitur de ignavia prætoris, aggredi illos non ausi, disseminato, plurimos servorum ad defectionem excitabant. Multisque confluentibus, et ad pugnam sese, quomodocunque possent, instruentibus, plures octingentis intra primos septem dies arma sumsere. Dehinc ad duo millia numerus excrescit. (3) Prætor autem, apud Heracleam de crescente ipsorum multitudine certior factus, M. Titinium ducem creatum, adjunctis ei sexcentis ex Enna præsidiariis, contra illos misit. Hic, prœlio cum defectoribus commisso, quoniam et multitudine hominum et locorum difficultatibus illi superiores erant, terga cum suis vertit. Ibi complures interfecti : reliqui projectis armis vix fuga salutem tutati sunt. Defectores autem, tantam armorum vim subito cum victoria adepti, animosius

θρασύτερον εἴχοντο τῶν ἔργων, καὶ πάντες τῶν δούλων ἐμετεωρίζοντο πρὸς ἀπόστασιν. (4) Καὶ πολλῶν καθ' ἡμέραν ἀφισταμένων, σύντομον καὶ παράδοξον ἐλάμβανον αὔξησιν, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πλείους γενέσθαι τῶν ἑξακισχιλίων. Ὅτε δὴ καὶ εἰς ἐκκλησίαν συνελθόντες καὶ βουλῆς προτεθείσης πρῶτον μὲν εἵλαντο βασιλέα τὸν ὀνομαζόμενον Σαλούιον, δοκοῦντα τῆς ἱεροσκοπίας ἔμπειρον εἶναι καὶ ταῖς γυναικείαις θέαις αὐλομανοῦντα. Οὗτος βασιλεύσας τὰς μὲν πόλεις ἀργίας καὶ τρυφῆς νομίζων ἐξέκλινεν, εἰς τρία δὲ μερίσας τοὺς ἀποστάτας καὶ ἴσους ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας ταῖς μερίσι, προσέταξεν ἐπιέναι τὴν χώραν καὶ πρὸς ἕνα τόπον καὶ καιρὸν ἅπαντας ἀπαντᾶν. (5) Διὸ πολλῶν ἐκ τῆς ἐπελασίας ἄλλων τε ζῴων καὶ ἵππων εὐπορήσαντες, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατεσκευάσθησαν ἱππεῖς μὲν πλείους τῶν δισχιλίων, πεζοὶ δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων, ἤδη καὶ γυμνασίαις πολεμικαῖς ἐνδιαπρέποντες. Προσπεσόντες οὖν ἄφνω πόλει ὀχυρᾷ Μοργαντίνῃ, προσβολὰς ἐνεργεῖς καὶ συνεχεῖς ἐποιοῦντο. (6) Ὁ δὲ στρατηγὸς ὡς βοηθήσων τῇ πόλει ἐπελθών, νυκτοπορίᾳ χρησάμενος, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Ἰταλιώτας τε καὶ ἐκ Σικελίας σχεδὸν στρατιώτας μυρίους, κατέλαβε τοὺς ἀποστάτας ἀσχολουμένους περὶ τὴν πολιορκίαν, καὶ ἐπιθέμενος αὐτῶν τῇ παρεμβολῇ, καὶ εὑρὼν ὀλίγους μὲν τοὺς φυλάττοντας, πλῆθος δὲ γυναικῶν αἰχμαλώτων καὶ λείας ἄλλης παντοδαποῦς, ῥᾳδίως ἐξεῖλε τὴν στρατοπεδείαν. Καὶ ταύτην μὲν διήρπασεν, ἐπὶ δὲ τὴν Μοργαντίνην ἦγεν. (7) Οἱ δ' ἀποστάται ἐξαίφνης ἀντεπιθέμενοι, καὶ ὑπερδέξιον τὴν στάσιν ἔχοντες, βιαίως τε ἐπιῤῥάξαντες, εὐθὺς ἐπὶ προτερήματος ἦσαν· οἱ δὲ τοῦ στρατηγοῦ ἐτράπησαν πρὸς φυγήν. Τοῦ δὲ βασιλέως τῶν ἀποστατῶν κήρυγμα ποιησαμένου μηδένα κτείνειν τῶν τὰ ὅπλα ῥιπτούντων, οἱ πλεῖστοι ῥιπτοῦντες ἔφευγον. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καταστρατηγήσας τοὺς πολεμίους ὁ Σαλούιος τήν τε παρεμβολὴν ἀνεκτήσατο καὶ περιβόητον νίκην ἀπενεγκάμενος, πολλῶν ὅπλων ἐκυρίευσεν. (8) Ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελῶν οὐ πλείους ἑξακοσίων διὰ τὴν τοῦ κηρύγματος φιλανθρωπίαν, ἑάλωσαν δὲ περὶ τετρακισχιλίους. Ὁ δὲ Σαλούιος, πολλῶν πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κατορθώματος συῤῥεόντων, διπλασιάσας τὴν ἰδίαν δύναμιν, ἐκράτει τῶν ὑπαίθρων, καὶ πολιορκεῖν πάλιν ἐπεχείρει τὴν Μοργαντῖναν, κήρυγμα δοὺς τοῖς ἐν αὐτῇ δούλοις τὴν ἐλευθερίαν. Τῶν δὲ κυρίων ἀντιπροτεινόντων αὐτοῖς ταύτην, εἰ σφίσι συναγωνίσαιντο, εἵλοντο μᾶλλον τὴν ἀπὸ τῶν κυρίων, καὶ προθύμως ἀγωνισάμενοι ἀπετρίψαντο τὴν πολιορκίαν. Ὁ δὲ στρατηγὸς μετὰ ταῦτα τὴν ἐλευθερίαν ἀνατρέψας, αὐτομολῆσαι τοὺς πλείστους παρεσκεύασε τοῖς ἀποστάταις.

V. Περὶ δὲ τὴν Αἰγεσταίων καὶ Λιλυβαιτῶν χώραν, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τῶν πλησιοχώρων, ἐνόσει πρὸς ἀπόστασιν τὰ πλήθη τῶν οἰκετῶν. Γίνεται δὲ τούτων ἀρχηγὸς Ἀθηνίων ὄνομα, ἀνὴρ ἀνδρείᾳ διαφέρων, Κί-

proposito insistebant, et jam maxima servorum pars ad defectionem incitata erat. (4) Quumque in dies plures deficerent, brevi numerus, supra quam suspicatus aliquis fuisset, excrevit, adeo ut intra paucos dies sex millibus plures recenserentur. Quo tempore etiam, communi habito conventu et deliberatione de rerum administratione proposita, primo regem sibi delegerunt Salvium quendam nomine, qui haruspicinæ gnarus habebatur, et in mulierum spectaculis ac pompis tibiis ad insaniam usque modulabatur. Hic regnum adeptus, urbes, ut inertiæ et deliciarum fomenta, declinavit. In tres autem partes diviso rebellium agmine', ac totidem unicuique parti ducibus præpositis, regionem incursare, unoque loco et tempore universos tandem convenire iterum jussit. (5) Ex populatione ista magna quum aliorum animalium tum equorum copia ditati, exiguo temporis intervallo supra duo millia equitum, nec infra viginti millia peditum sibi compararunt, et quidem eorum, qui bellicis se tirociniis probare nossent. Magno igitur impetu Morgantinam urbem munitam repente adorti, validis et continuis eam impressionibus oppugnant. (6) Prætor autem, tanquam ad subsidium urbi ferendum nocturno itinere ad eam contendens, (habebat autem secum armatorum ex Italia et Sicilia circiter decem millia,) defectoribus in oppugnatione occupatis supervenit: et irruptione in castra ipsorum facta, quum exiguam præsidiariorum manum magnumque captivarum numerum et copiosam omnis generis prædam reperisset, non magno illa negotio expugnavit, et post direptionem Morgantinam versus duxit. (7) At defectores, repente in illum retro conversi, quod et superiore loco constituti essent, et violenter hostem invaderent, statim propitium experiuntur Martem: Romani autem ducis copiæ fugæ se tradunt. Tum rex defectorum edicto proclamari jubet, ut nemo arma projicientium occidatur. Major itaque pars, abjectis armis, fuga sibi consuluit. Hoc igitur strategemate hostibus victis, Salvius et castra sua recuperavit, et victoriam adeptus nobilem, magna armorum vi potitus est: (8) occubuerunt autem in conflictu de Italicis et Siculis non plures sexcentis, quod edicti illius clementia effecit, capti vero sunt circa quattuor millia. Salvius exinde, quum multi post hunc felicem successum ad eum confluerent, duplicato exercitu, jam apertum in potestate campum habebat. Ideo rursus in Morgantinæ obsidionem incubuit, et servis in ea libertatem se donaturum proclamavit. Sed quum domini eandem contra illis conditionem proponerent, si fidos se certaminum socios præbuissent, quam domini obtulerant potiorem judicarunt: tantaque animorum promtitudine decertarunt, ut obsidionem depulsarent. Sed prætor, cassum hoc libertatis promissum quum deinde fecisset, plerisque ad defectores transfugiendi causam præbuit.

V. In Ægestanorum et Lilybæensium finitimorumque territoriis turbam servorum contagio defectionis invaserat. Quorum princeps et ductor Athenio quidam exstitit, vir for-

λιξ τὸ γένος. Οὗτος οἰκονόμος ὢν δυοῖν ἀδελφῶν μεγαλοπλούτων, καὶ τῆς ἀστρομαντικῆς πολλὴν ἔχων ἐμπειρίαν, ἔπεισε τῶν οἰκετῶν πρῶτον μὲν τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους περὶ διακοσίους ὄντας, ἔπειτα τοὺς γειτνιῶντας, ὥςτε ἐν πέντε ἡμέραις συναχθῆναι πλείους τῶν χιλίων. (2) Ὑπὸ δὲ τούτων αἱρεθεὶς βασιλεὺς καὶ διάδημα περιθέμενος, ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀποστάταις τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο. Οὐ γὰρ προςεδέχετο πάντας τοὺς ἀφισταμένους, ἀλλὰ τοὺς ἀρίστους ποιούμενος στρατιώτας, τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζε μένοντας ἐπὶ τῶν προγεγενημένων ἐργασιῶν ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἰδίας ἕκαστον οἰκονομίας καὶ τάξεως· ἐξ ὧν καὶ τροφὰς ἀφθόνους τῶν στρατιωτῶν ἐχορηγεῖτο. (3) Προςεποιεῖτο δὲ τοὺς θεοὺς αὐτῷ διὰ τῶν ἄστρων προσημαίνειν ὡς ἔσοιτο τῆς Σικελίας συμπάσης βασιλεύς· διὸ δεῖν αὐτῆς τε τῆς χώρας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ζῴων τε καὶ καρπῶν ὡς ἰδίων φείδεσθαι. Τέλος ἀθροίσας ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ἐτόλμησε πόλιν ἀπόρθητον τὸ Λιλύβαιον πολιορκεῖν. Μηδὲν δὲ ἀνύων, μετανίστατο αὐτῆς, εἰπὼν αὐτῷ τοὺς θεοὺς τοῦτο ἐπιτάττειν· ἐπιμένοντας γὰρ τῇ πολιορκίᾳ δυστυχήματος πειραθῆναι. (4) Παρασκευαζομένου δὲ αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀναχώρησιν, κατέπλευσάν τινες ἐν ταῖς ναυσὶ κομίζοντες ἐπιλέκτους Μαυρουσίους, οἳ ἐπὶ βοήθειαν ἦσαν ἀπεσταλμένοι τοῖς Λιλυβαΐταις, ἔχοντες ἡγούμενον ὃς ὠνομάζετο Γόμων. Οὗτος σὺν τοῖς ἅμ' αὐτῷ κατὰ νύκτα καὶ ἀνελπίστως ἐπιθέμενος τοὺς περὶ Ἀθηνίωνα ὁδοιποροῦντας, πολλοὺς καταβαλόντες, οὐκ ὀλίγους δὲ τραυματίσαντες, εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθον. Διόπερ οἱ ἀποστάται τὴν ἐκ τῆς ἀστρομαντείας πρόῤῥησιν ἐθαύμαζον.

VI. Εἶχε δὲ τὴν Σικελίαν πᾶσαν σύγχυσις καὶ κακῶν Ἰλιάς. Οὐ γὰρ οἱ δοῦλοι μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλευθέρων οἱ ἄποροι πᾶσαν ἁρπαγὴν καὶ παρανομίαν ἐργαζόμενοι, καὶ τοὺς περιτυγχάνοντας δούλους τε καὶ ἐλευθέρους, ὅπως μηδεὶς ἀπαγγέλλοι τὴν περὶ αὐτοὺς ἀπόνοιαν, ἐφόνευον ἀναιδῶς. Διὸ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὰς πόλεις ὑπελάμβανον τὰ μὲν ἐντὸς τειχῶν μόλις εἶναι ἴδια, τὰ δ' ἐκτὸς ἀλλότρια καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρασίας. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ πολλοῖς ἄτοπα κατὰ τὴν Σικελίαν ἐτολμᾶτο.

VII. Ὁ δὲ τὴν Μοργαντίνην πολιορκήσας Σαλούιος, ἐπιδραμὼν τὴν χώραν μέχρι τοῦ Λεοντίνου πεδίου, ἤθροισεν αὐτοῦ τὸ σύμπαν στράτευμα, ἐπιλέκτους ἄνδρας οὐκ ἐλάττους τῶν τριςμυρίων, καὶ θύσας τοῖς Παλικοῖς ἥρωσι, τούτοις μὲν ἀνέθηκε μίαν τῶν ἁλουργῶν περιπορφύρων στολὴν χαριστήρια τῆς νίκης, αὐτὸς δ' ἀναγορεύσας ἑαυτὸν βασιλέα, Τρύφων μὲν ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν προςηγορεύετο. (2) Διανοούμενος δὲ τὰ Τριόκαλα καταλαβέσθαι καὶ κατασκευάσαι βασίλεια, πέμπει καὶ πρὸς Ἀθηνίωνα, μεταπεμπόμενος αὐτὸν ὡς στρατηγὸν βασιλεύς. Πάντες μὲν οὖν ὑπελάμβανον τὸν Ἀθηνίωνα τῶν πρωτείων ἀντιποιήσεσθαι, καὶ διὰ τὴν στάσιν τῶν ἀποστατῶν ῥᾳδίως καταλυθήσεσθαι τὸν πόλεμον· ἡ δὲ τύχη καθάπερ ἐπίτηδες αὔξουσα

titudine præstans, natione Cilix. Hic quum fratrum duorum divitiis pollentum res domesticas administraret, ac divinationis astrologicæ peritiam haberet eximiam, primum eos ad se pellexit, in quos imperium habebat, circiter ducentos, postea etiam vicinos, adeo sane ut quinque dierum intervallo plures mille convenirent. (2) A quibus ad regiam ille dignitatem evectus, imposito sibi diademate, secus quam omnes alii defectores rem gerere instituit. Non enim omnes promiscue defectores recipiebat; sed tantum strenuissimis militiæ suæ adscriptis, ceteros, ut in pristinis officiis manerent et suo quisque loco dispensationis suæ munus diligenter obirent, coegit. Quo largum suis commeatum procurabat. (3) Deos autem sibi per astra jam pridem significasse fingebat, fore ut Siciliæ totius regnum adipisceretur. Parcendum igitur tum regioni ipsi, tum animantibus in ea fructibusque, ut propriis. Tandem coactis plus quam decem millibus, Lilybæum, urbem inexpugnabilem, obsidere audet. Sed quum inanem hic insumeret operam, ab incepto desistit, deorum id mandato fieri dictitans : si enim in obsidione perseverent, calamitate quadam eos multatum iri. (4) Simulac vero regressum ab urbe instituit, naves quædam, delectas Maurorum cohortes advehentes, portum intrarunt. Suppetiæ autem erant, Lilybæensibus missæ, quorum dux erat quidam nomine Gomon. Hic cum suis noctu ex improviso Athenionis copias in abitu jam versantes aggressus, prostratis multis nec paucioribus vulneratis, in oppidum se recepit. Quam ob rem illa ex sideribus prædictio fatidica in admiratione erat apud defectores.

VI. Ingens vero tum rerum confusio, et malorum, quod dicitur, Ilias Siciliam universam occuparat. Non enim servi tantum, sed etiam ex liberis egestate afflicti omne rapinarum et flagitiorum genus committebant, et quicunque offerrentur, servi aut ingenui, ne quis perditam illorum malitiam enuntiaret, omnes impudenter trucidabant. Ideo quotquot in urbibus se continebant, vix illa, quæ intra pomeria essent, pro suis habebant : quæ vero extra, aliena exlegique violentiæ mancipata judicabant. Multa insuper alia a multis contra normam æquitatis et humanitatis per Siciliam audacter peragebantur.

VII. Porro Salvius ille, Morgantinæ oppugnator, quum regionem ad Leontinum usque campum incursionibus infestam reddidisset, universum illic exercitum, non minus quam triginta millia hominum delectissimorum, congregavit. Tum sacrificio heroibus Palicis instituto, unam de stolis purpureis, ut gratum se pro victoria exhiberet, dicavit. Ipse autem, regis nomine adscito, Tryphon a rebellibus vocabatur. (2) Triocala autem occupare ibique regiam constituere propositum habens, ad Athenionem mittit, eumque ut rex imperatorem arcessit. Omnium tum suspicio erat, Athenionem primariam sibi dignitatem vindicaturum, ortaque inter rebelles seditione, bellum facile restinctum iri : sed

τὰς τῶν δραπετῶν δυνάμεις, ὁμονοῆσαι τοὺς τούτων ἡγεμόνας ἐποίησεν. Ἧκε μὲν γὰρ συντόμως μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὰ Τριόκαλα ὁ Τρύφων, ἧκε δὲ καὶ Ἀθηνίων μετὰ τρισχιλίων, ὑπακούων ὡς στρατηγὸς βασιλεῖ τῷ Τρύφωνι, τὴν ἄλλην αὐτοῦ δύναμιν κατατρέχειν τὴν χώραν καὶ ἀνασείειν πρὸς ἀπόστασιν τοὺς οἰκέτας ἀπεσταλκώς. Μετὰ δὲ ταῦτα ὑπονοήσας ὁ Τρύφων τὸν Ἀθηνίωνα ἐπιθήσεσθαι ἐν καιρῷ, παρέδωκεν εἰς φυλακήν. Τὸ δὲ φρούριον ὀχυρώτατον ὂν κατεσκεύαζε πολυτελέσι κατασκευαῖς καὶ ἐπὶ μᾶλλον ὠχύρου. (3) Τριόκαλα δὲ αὐτό φασιν ὠνομάσθαι διὰ τὸ τρία καλὰ ἔχειν, πρῶτον μὲν ναματιαίων ὑδάτων πλῆθος διαφόρων τῇ γλυκύτητι, δεύτερον παρακειμένην χώραν ἀμπελόφυτόν τε καὶ ἐλαιόφυτον καὶ γεωργεῖσθαι δυναμένην θαυμαστῶς, τρίτον ὑπερβάλλουσαν ὀχυρότητα, ὡς ἂν οὔσης μεγάλης πέτρας ἀναλώτου· ἣν καὶ περιβόλῳ πόλεως σταδίων ὀκτὼ προσπεριβαλὼν καὶ ταφρεύσας βαθείᾳ τάφρῳ, βασιλείοις ἐχρῆτο, πάσῃ ἀφθονίᾳ τῶν κατὰ τὸν βίον ἁπάντων πεπληρωμένην. Κατεσκεύασε δὲ καὶ βασιλικὴν οἰκίαν καὶ ἀγορὰν δυναμένην δέξασθαι πλῆθος ἀνθρώπων. (4) Ἐξελέξατο δὲ καὶ τῶν φρονήσει διαφερόντων ἀνδρῶν τοὺς ἱκανούς, οὓς ἀποδείξας συμβούλους ἐχρῆτο συνέδροις αὐτοῖς· τήβενναν τε περιπόρφυρον περιεβάλλετο καὶ πλατύσημον ἔδυ χιτῶνα κατὰ τοὺς χρηματισμούς, καὶ ῥαβδούχους εἶχε μετὰ πελέκεων τοὺς προηγουμένους, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα ποιοῦσί τε καὶ ἐπικοσμοῦσιν ἐπετήδευε βασιλείαν.

VIII. Προχειρίζεται δὲ κατὰ τῶν ἀποστατῶν ἡ σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων Λεύκιον Λικίνιον Λούκουλλον, ἔχοντα στρατιώτας μυρίους μὲν καὶ τετρακισχιλίους Ῥωμαίους καὶ Ἰταλούς, Βιθυνοὺς δὲ καὶ Θετταλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας ὀκτακοσίους, ἐκ δὲ τῆς Λευκανίας ἑξακοσίους, ὧν ἡγεῖτο Κλέπτιος, ἀνὴρ στρατηγικὸς καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ περιβόητος, ἔτι δὲ καὶ ἑτέρους ἑξακοσίους, ὡς γενέσθαι σύμπαντας ἑπτακισχιλίους καὶ μυρίους, οὓς ἔχων κατέλαβε τὴν Σικελίαν. (2) Ὁ δὲ Τρύφων ἀπολύσας Ἀθηνίωνα τῆς αἰτίας, ἐβουλεύετο περὶ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου. Καὶ τῷ μὲν ἤρεσκεν ἐν τοῖς Τριοκάλοις ἀγωνίζεσθαι, Ἀθηνίων δὲ συνεβούλευε μὴ συγκλείειν ἑαυτοὺς εἰς πολιορκίαν, ἀλλ' ἐν ὑπαίθρῳ διαγωνίζεσθαι. Κρατησάσης δὲ ταύτης τῆς βουλῆς, κατεστρατοπέδευσαν πλησίον Σκιρθαίας, ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισμυρίων· ἀπεῖχε δ' αὐτῶν ἡ Ῥωμαίων παρεμβολὴ στάδια δυοκαίδεκα. (3) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐγίνοντο συνεχεῖς ἀκροβολισμοί· εἶτα παραταξαμένων ἑκατέρων, καὶ τῆς μάχης ὧδε κἀκεῖσε ῥεπούσης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πιπτόντων, ὁ μὲν Ἀθηνίων ἔχων συναγωνιζομένους διακοσίους ἱππεῖς ἐπιλέκτων, πάντα τὸν περὶ αὐτὸν τόπον νεκρῶν ἐπλήρωσε, τρωθεὶς δ' εἰς ἀμφότερα τὰ γόνατα καὶ τρίτην λαβών, ἄχρηστος ἐγένετο πρὸς τὴν μάχην· ἐξ οὗ οἱ δραπέται ταῖς ψυχαῖς πεσόντες πρὸς φυγὴν ἐτράπησαν. (4) Ὁ δὲ Ἀθηνίων ὡς νεκρὸς ὢν ἔλαθε, καὶ προσποιηθεὶς τετελευτηκέναι, τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης διεσώθη.

fortuna, data velut opera copias fugitivorum augens, ut principes illorum concordiam inirent, effecit. Ducto enim raptim exercitu ad Triocala venit Tryphon : quo Athenion quoque cum tribus millibus se confert, Tryphonis mandato, ut imperator regis, se attemperans. Reliquas vero copias ad populandos incursionibus agros et sollicitandos ad defectionem servos miserat. Post hæc tamen suspicatus Tryphon, fieri posse ut arma adversus se capesseret Athenio, mature in custodiam hominem tradidit. Castellum vero alias satis firmum magis etiam communivit structurisque magnificis ornavit. (3) Triocala inde nominatum aiunt, quod tria in se *kala*, id est pulchra, contineret : primum enim aquis fontanis eximiæ dulcedinis abundabat; deinde agros habebat adjacentes vinetorum et olivetorum plantationi frugumque culturæ mirifice idoneos; tertio locus tam firmus erat, ut nihil supra, utpote magna rupe atque inexpugnabili a natura instructus. Quam quum ambitu urbis octo stadia complexo cinxisset, et fossam profundæ altitudinis circumduxisset, pro regia illam habuit, ubertate omnium commodorum , quæ ad vitæ usum pertinent, refertam. Regale etiam palatium ibi construxit cum foro, quod numerosæ hominum turbæ capax foret. (4) Ex viris etiam prudentia eximia præditis numerum sufficientem delegit, eosque sibi consiliarios adjunxit, opera illorum in judiciorum administratione utens. Ad hæc toga prætexta et lati clavi tunica, quando jus reddebat, amictum se exhibuit. Lictores denique ut cum virgis et securibus præirent, et cetera omnia, quæ regiam majestatem efficiunt exornantque, ut præstarentur, curavit.

VIII. Deligitur tandem a senatu Romano L. Licinius Lucullus contra defectores imperator, quattuordecim millia ex Romanis et Italis', Bithynos autem Thessalosque et Acarnanes octingentos, ex Lucania etiam sexcentos, quibus Cleptius', vir scientia rei militaris et fortitudine clarissimus, præerat, alios denique sexcentos conscriptos habens, adeo ut omnium summa esset septemdecim millium. Cum hoc ille exercitu Siciliam occupavit. (2) Quapropter Tryphon Athenionem, a culpa exemtum, in consilium de bello adversus Romanos adhibebat. Et huic quidem Triocalis subsistendum, atque inde hosti repugnandum esse placebat. Sed Athenionis consilium erat, ne se per obsidionem includi paterentur, sed in libero campo armis cum hoste disceptarent. Quæ sententia ut potior quum vinceret, prope Scirthæam castra metantur, quadraginta millibus haud pauciores. Romanorum ab iis castra duodecim stadiorum intervallo aberant. (3) Primum igitur velitaribus inter se pugnis assidue confligebant. Deinde instructa acie congressi, quum pugnæ momenta huc illuc nutarent, ac multi utrinque caderent, Athenio ducentorum equitum, qui lectissimi erant, turma stipàtus, omnem circum se locum strage hostium replevit. Sed quum utroque genu saucius, tertium quoque vulnus accepisset, pugnæ utilis esse amplius nequivit. Unde fugitivi animis fracti in fugam se conjecere. (4) Athenio vero non secus ac si exstinctus esset latitavit, et morte ad tempus simulata, ubi nox

Ἐπεκράτησαν δὲ λαμπρῶς οἱ Ῥωμαῖοι, φυγόντων καὶ τῶν μετὰ Τρύφωνος καὶ αὐτοῦ ἐκείνου· καὶ πολλῶν κατὰ τὴν φυγὴν κοπέντων, τέλος οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων ἀνῃρέθησαν. Οἱ δὲ λοιποί, τῆς νυκτὸς συνεργούσης, διέφυγον εἰς τὰ Τριόκαλα· καίτοι ῥᾷον ἦν ἐπιδιώξαντι τῷ στρατηγῷ καὶ τούτους ἀνελεῖν. (5) Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τεταπείνωτο τὸ οἰκετικόν, ὥςτε καὶ ἐβουλεύσαντο ἐπὶ τοὺς κυρίους ἐπαναδραμεῖν καὶ σφᾶς αὐτοῖς ἐγχειρίσαι· πλὴν ἐπεκράτησεν ἡ γνώμη τῶν μέχρι τελευτῆς ὑποθεμένων ἀγωνίσασθαι καὶ μὴ τοῖς ἐχθροῖς ἑαυτοὺς καταπροδοῦναι. Μετὰ δ' ἐνάτην ἡμέραν ὁ στρατηγὸς ἧκε πολιορκήσων τὰ Τριόκαλα. Καὶ τὰ μὲν ἀναιρῶν, τὰ δὲ ἀναιρούμενος, ἔλαττον ἔχων ἀπηλλάγη, καὶ οἱ ἀποστάται αὖθις ἐφρονηματίζοντο. Ἤνυε δὲ τῶν δεόντων ὁ στρατηγὸς εἴτε διὰ ῥᾳστώνην εἴτε διὰ δωροδοκίαν οὐδέν· ἀνθ' ὧν καὶ δίκην ὕστερον κριθεὶς Ῥωμαίοις ἔδωκε.

IX. Γάϊος δὲ Σερουΐλιος καταπεμφθεὶς στρατηγὸς διάδοχος Λουκούλλου, οὐδ' αὐτός τι ἄξιον μνήμης ἔπραξε· διὸ καὶ ὁμοίως Λουκούλλῳ ὕστερον φυγῇ κατεδικάσθη. Τελευτήσαντος δὲ Τρύφωνος, διάδοχος τῆς ἀρχῆς ὁ Ἀθηνίων καθίσταται, καὶ τοῦτο μὲν πόλεις ἐπολιόρκει, τοῦτο δὲ πᾶσαν τὴν χώραν ἀδεῶς κατέτρεχε καὶ πολλῶν ἐκυρίευσε, τοῦ Σερουϊλίου μηδὲν ἀντιπράττοντος.

(Exc. Vatican. p. 111.) (2) Ὁ Λούκουλλος ὁ στρατηγὸς πυθόμενος διαβεβηκέναι τὸν πορθμὸν Σερουΐλιον Γάϊον στρατηγὸν ἐπὶ τὴν διαδοχὴν τοῦ πολέμου, τούς τε στρατιώτας ἀπέλυσε καὶ τοὺς χάρακας καὶ τὰς κατασκευὰς ἐνέπρησε, βουλόμενος τὸν διαδεχόμενον τὴν ἀρχὴν μηδεμίαν ἔχειν ἀξιόλογον ἀφορμὴν εἰς τὸν πόλεμον. Βλασφημούμενος γὰρ ἐπὶ τῷ δοκεῖν τὸν πόλεμον αὔξειν, ὑπελάμβανε τῇ τούτου ταπεινώσει καὶ ἀδοξίᾳ καὶ τὴν τούτου κατηγορίαν καταλύσειν.

X. (Exc. Photii p. 536, 537.) Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διελθόντος, ὕπατος ἐν Ῥώμῃ Γάϊος Μάριος ᾑρέθη τὸ πέμπτον καὶ Γάϊος Ἀκύλλιος· ὧν ὁ Ἀκύλλιος στρατηγὸς κατὰ τῶν ἀποστατῶν σταλεὶς διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας ἐπιφανεῖ μάχῃ τοὺς ἀποστάτας ἐνίκησε. Καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα τῶν ἀποστατῶν Ἀθηνίωνα συμβαλών, ἡρωικὸν ἀγῶνα συνεστήσατο. Καὶ τοῦτον μὲν ἀνεῖλεν, αὐτὸς δ' εἰς τὴν κεφαλὴν τρωθεὶς ἐθεραπεύθη. Καὶ στρατεύει ἐπὶ τοὺς ὑπολειπομένους τῶν ἀποστατῶν, ὄντας μυρίους. Οὐχ ὑπομεινάντων δὲ τὴν ἔφοδον, ἀλλ' εἰς τὰ ὀχυρώματα καταφυγόντων, ὅμως Ἀκύλλιος οὐκ ἐνεδίδου πάντα πράττων, ἕως αὐτοὺς ἐκπολιορκήσας ἐχειρώσατο. (2) Ἔτι δ' ὑπολειπομένων χιλίων, καὶ στρατηγὸν ἐχόντων τὸν Σάτυρον, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλετο διὰ τῶν ὅπλων αὐτοὺς χειρώσασθαι, μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευόντων καὶ παραδόντων ἑαυτούς, τῆς μὲν παραυτίκα τιμωρίας ἀπέλυσεν, ἀπαγαγὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην θηριομάχας αὐτοὺς ἐποίησε. (3) Τοὺς δέ φασί τινες ἐπιφανεστάτην ποιήσασθαι τοῦ βίου καταστροφήν· τῆς μὲν γὰρ πρὸς τὰ

ingruerat, saluti fuga consuluit. Victoriam ergo illustrem adepti Romani, Tryphone etiam ipso cum suis ad fugiendum compulso. Multisque in fuga cæsis, tandem non pauciores viginti millibus interemtos compertum est. Reliqui, adjuvante nocte, Triocala refugere : tametsi etiam hos delere imperatori perfacile erat, si persequi voluisset. (5) Adeo tum animos desponderant defectores, ut ad heros revertendum, horumque potestati omnia permittenda esse in consilio proponeretur. Sed tamen eorum sententia obtinuit, qui, ut ad extremum usque halitum decertarent, ne hostium libidini salutem proderent, monebant. Nono post die Triocala obsessum venit imperator : ubi invicem cædit, atque cæditur, et tandem inferior discedit. Hinc animi rebellibus crescere : imperator contra nihil eorum, quæ officium exigeret, sive ob desidiam sive munerum captationes, præstare. Ob quæ postea ei in judicium vocato multa irrogata est.

IX. C. autem Servilius, qui Lucullo in imperio successor in provinciam missus est, nec ipse memoria dignum quicquam egit. Propterea, ut Lucullus, in crimen vocatus, pœnas exilio dependit. Mortuo inter hæc Tryphone, regnum Athenioni per successionem obtigerat. Is, qua urbes oppugnans, qua regionem totam populationibus, non obsistente Servilio, citra metum vexans, præda ingenti potitur.

(2) Lucullus imperator quum fando audisset Caium Servilium cum imperatoria dignitate jam fretum trajecisse ut sibi belli successor fieret; et milites missione donavit, et vallum munitionesque cremavit, nullum volens imperii successori utile subsidium gerendi belli relinquere. Nam quia Lucullus diffamatus erat, propterea quod bellum diutius trahere visus esset, dum Servilium deprimit atque inglorium facit, sic illatam sibi quoque criminationem putabat se repulsurum.

X. Anno exeunte, C. Marius quintum consul cum Caio (*Manio*) Aquillio creatur. Ex his imperator contra defectores missus Aquillius sua fortitudine id præstitit, ut rebelles insigni prœlio vincerentur. Cum ipso demum rege defectorum Athenione congressus, herois in morem decertavit. Et hunc quidem interemit, ipse autem vulnus in capite accepit, quod cicatricem duxit. Hinc reliquias defectorum ad decem hominum millia bello persequendos duxit. Qui licet impetum ejus haud sustinerent, sed in munitiones refugerent, nihil tamen de constantia propositi remittens Aquillius omnia tentavit, quousque debellatos in potestatem redegisset. (2) Mille adhuc supererant, Satyro ductore, quos armis primum subigere cogitabat. Verum ubi per legationem se dediderant, in præsens quidem pœnam illis remisit; at Romam postea abductos cum bestiis depugnationi addixit. (3) Qui nobilissimum vitæ exitum sibi parasse a quibusdam memorantur. Nam certamine

θηρία μάχης ἀποστῆναι, ἀλλήλους δὲ ἐπὶ τῶν δημοσίων βωμῶν κατασφάξαι, καὶ τὸν τελευταῖον αὐτὸν τὸν Σάτυρον ἀνελόντα, τοῦτον δ' ἐπὶ πᾶσιν αὐτοχειρίᾳ ἡρωικῶς καταστρέψαι. Ὁ μὲν οὖν κατὰ Σικελίαν τῶν οἰκετῶν πόλεμος, διαμείνας ἔτη σχεδόν που τέτταρα, τραγικὴν ἔσχε τὴν καταστροφήν.

XI. (Exc. de Virt. et vit. p. 608, 609.) Ὅτι οὐ μόνον τὸ πλῆθος τῶν οἰκετῶν τὸ πρὸς τὴν ἀπόστασιν ὡρμημένον κατέτρεχεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλευθέρων οἱ τὰς ἐπὶ χώρας κτήσεις οὐχ ἔχοντες ἐτρέποντο πρὸς ἁρπαγὴν καὶ παρανομίαν. Οἱ γὰρ ἐλλιπεῖς ταῖς οὐσίαις διὰ τὴν ἀπορίαν ἅμα καὶ παρανομίαν ἐξεχέοντο κατὰ συστροφὰς ἐπὶ τὴν χώραν, καὶ τὰς μὲν ἀγέλας τῶν θρεμμάτων ἀπήλαυνον, τοὺς δ' ἐν τοῖς σταθμοῖς τεθησαυρισμένους καρποὺς διήρπαζον, καὶ τοὺς περιτυγχάνοντας ἀνέδην ἐλευθέρους τε καὶ δούλους ἐφόνευον, ὅπως μηδεὶς ἀπαγγείλῃ τὴν περὶ αὐτοὺς ἀπόνοιάν τε καὶ παρανομίαν. (2) Ἀναρχίας δ' οὔσης διὰ τὸ μηδεμίαν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν δικαιοδοτεῖν, πάντες ἀνυπεύθυνον ἐξουσίαν ἔχοντες πολλὰς καὶ μεγάλας συμφορὰς ἀπειργάζοντο· διὸ καὶ πᾶς τόπος ἔγεμεν ἁρπαγῆς βιαίου ταῖς τῶν εὐπόρων οὐσίαις ἐνεξουσιαζούσης. Οἱ δὲ πρότερον ἐν ταῖς πόλεσι πρωτεύοντες ταῖς τε δόξαις καὶ τοῖς πλούτοις, τότε διὰ τὴν ἀνέλπιστον τῆς τύχης μεταβολὴν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν δραπετῶν ὑβριστικῶς ἀπέβαλλον τὰς εὐπορίας, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων ἐπηρεαζόμενοι καρτερεῖν ἠναγκάζοντο. (3) Διὸ καὶ πάντες ὑπελάμβανον τὰ μὲν ἐντὸς τῶν πυλῶν μόγις ὑπάρχειν ἴδια, τὰ δὲ ἐκτὸς τῶν τειχῶν ἀλλότρια καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρατίας εἶναι. Καθόλου δ' ἦν κατὰ πόλεις φυρμὸς καὶ σύγχυσις τῶν κατὰ νόμους δικαίων. Οἱ γὰρ ἀποστάται τῶν ὑπαίθρων κρατοῦντες ἀνεπίβατον ἐποιοῦντο τὴν χώραν, μνησικακοῦντες τοῖς δεσπόταις, οὐχ ἐμπιπλάμενοι δὲ τῶν ἀνελπίστων εὐτυχημάτων· οἱ δὲ ἐντὸς τῶν τειχῶν δοῦλοι νοσοῦντες ταῖς ψυχαῖς καὶ μετεωριζόμενοι πρὸς ἀπόστασιν, φοβερώτατοι τοῖς κυρίοις ὑπῆρχον.

XII. Ὅτι Σατορνῖνος ὁ δήμαρχος ζηλώσας βίον ἀκόλαστον, καὶ ταμίας ὑπάρχων, εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας εἰς [τὴν] Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη. Διὰ δὲ τὴν ῥᾳθυμίαν καὶ φαυλότητα τῆς ἀγωγῆς δόξας κακῶς προεστάναι τῆς προειρημένης ἐπιμελείας, ἐπιτιμήσεως ἔτυχε προσηκούσης. Ἡ δὲ σύγκλητος παρελομένη τὴν ἐξουσίαν, παρέδωκεν ἄλλοις τὴν ἐπιστασίαν ταύτην. Διορθωσάμενος δὲ τὴν προϋπάρχουσαν ἀκολασίαν, καὶ τοῦ σώφρονος ἀντεχόμενος βίου, δημαρχίας ὑπὸ τοῦ δήμου κατηξιώθη.

XIII. (Exc. Photii p. 537, 538.) Ὅτι Βαττάκης τις ὄνομα ἧκε, φησίν, ἐκ Πισινοῦντος τῆς Φρυγίας, ἱερεὺς ὑπάρχων τῆς μεγάλης τῶν θεῶν μητρός. Οὗτος κατὰ πρόσταγμα τῆς θεοῦ παρεῖναι φήσας, τοῖς ἄρχουσιν ἐνέτυχε καὶ τῇ συγκλήτῳ, λέγων τὸ ἱερὸν τῆς θεοῦ μεμιᾶνθαι, καὶ δεῖν αὐτῇ δημοσίᾳ καθαρμοὺς ἐπὶ τῆς Ῥώμης συντελεσθῆναι. Ἐφόρει δὲ ἐσθῆτα καὶ τὴν

cum belluis abstitisse, et mutuis ad publicas aras vulneribus semetipsos confecisse. Quumque ultimum ex iis Satyrus ipse occidisset, hunc post alios omnes heroico quodam spiritu manus sibi inferentem occubuisse. Servile itaque bellum in Sicilia, quum annos prope quattuor durasset, hunc tragicum finem habuit.

XI. [*Redi ad cap.* VI.] Non enim servi dumtaxat rebelles Siciliam vastabant, sed etiam ingenui, quotquot nec prædia nec agros possidebant, ad latrocinia et rapinas conversi, catervatim per regionem discursabant, et, paupertate simul et mala mente impulsi, armenta et pecora abigebant, fruges in villis conditas diripiebant, et obvium quemque nullo discrimine, servum an ingenuum, obtruncabant, ne quis esset qui eorum furorem ac facinora indicaret. (2) Quumque in Sicilia justitium esset, eo quod nullus prætor populi Romani jus dicebat, cuncti liberrimam licentiam nacti impune debacchabantur : proinde nullus non locus infamis erat rapinis ac latrociniis ac vi perditorum hominum in ditissimi cujusque fortunas secure invadentium. At ii, qui paullo ante fama atque opibus clarissimi inter cives suos fuerant, tunc fortuna subito commutata non modo a fugitivis per summam contumeliam compilabantur, sed præterea injurias et insolentiam hominum ingenuorum perferre cogebantur. (3) Quocirca universi vix illa, quæ intra pomœrium erant, pro suis habebant : quæcunque vero extra urbium muros erant posita, ea aliena et prædonum violentiæ obnoxia existimabant. Denique per singulas urbes atque oppida ingens confusio ac perturbatio juris judiciorumque erat. Nam perduelles, quum agrum omnem agminibus suis occuparent, infensi dominis suis atque inexplebili cupiditate flagrantes, itinera omnia intercludebant. Qui vero in urbibus supererant adhuc servi, ægri ac defectionem animis spirantes, terrori dominis erant.

XII. Apuleius Saturninus tribunus plebis luxuriosissimam vitam sectatus, tum quæstor provinciam Ostiensem sortitus atque frumentis ex portu Ostiensi in urbem transvehendis præfectus, quum ob segnitiem ac desidiam male rem administrasse videretur, objurgatus a senatu, ademtaque ei provincia aliis mandata est. Postmodum vero quum abjecto pristinæ vitæ luxu se ad temperantiam contulisset, tribunus plebis fieri meruit.

XIII. Battaces quidam nomine ex Phrygiæ urbe Pessinunte Romam venit, magnæ deûm matris sacerdos. Hic quum deæ mandato se adesse profiteretur, magistratus convenit et senatum, hanc afferens orationem : templum deæ contaminatum, Romæque nomine ut publica fiat expiatio, necessum esse. Amictum vero et reliquum corpo-

περὶ το σῶμα ἄλλην κατασκευὴν ἐξηλλαγμένην καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐθῶν οὐκ ἐπιχωρουμένην· χρυσοῦν τε γὰρ στέφανον εἶχεν ὑπερμεγέθη καὶ στολὴν ἀνθίνην διάχρυσον, βασιλικὴν ἀξίαν ἐπιφαίνουσαν. (2) Ποιησάμενος δὲ λόγους ἐπὶ τῶν ἐμβόλων ἐν τῷ δήμῳ, καὶ τὸ πλῆθος εἰς δεισιδαιμονίαν ἐμβαλών, καταλύματος μὲν δημοσίου καὶ ξενίων ἠξιώθη, τὸν δὲ στέφανον ἐκωλύθη φορεῖν ὑφ' ἑνὸς τῶν δημάρχων Αὔλου Πομπηίου. Διά τινος δ' ἑτέρου δημάρχου προαχθεὶς ἐπὶ τὰ ἔμβολα, καὶ περὶ τῆς εἰς τὸ ἱερὸν ἁγνείας ἐπερωτώμενος, ἀποκρίσεις ἐποιεῖτο δεισιδαιμονίαν περιεχούσας. Καταστασιασθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Πομπηίου, καὶ μεθ' ὕβρεως ἀπαλλαγεὶς ἐπὶ τὴν κατάλυσιν, οὐκέτι προεπορεύετο, λέγων μὴ μόνον ἑαυτὸν ἀσεβῶς προπεπηλακίσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν θεόν. (3) Ὁ δὲ Πομπήιος παραχρῆμα μὲν λάβρῳ πυρετῷ συνεσχέθη, μετὰ δὲ ταῦτα ἄφωνος γενόμενος καὶ καταληφθεὶς κυναγχικῷ πάθει, τριταῖος κατέστρεψε τὸν βίον, παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑποληφθεὶς θείᾳ τινὶ προνοίᾳ ἀνθ' ὧν εἰς τὸν ἱερέα καὶ τὴν θεὸν ἐπλημμέλησε τοῦ ζῆν ἐστερῆσθαι· σφόδρα γὰρ Ῥωμαῖοι δεισιδαιμονοῦσι. Διόπερ ὁ Βαττάκης λαβὼν τὴν συγχώρησιν τῆς κατὰ τὴν ἱερὰν στολὴν κατασκευῆς, τιμηθεὶς ἀξιολόγοις ξενίοις, ὑπὸ πολλῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν προεπέμφθη τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐπάνοδον ποιούμενος.

ris ornatum plane inusitatum, et quem Romana consuetudo non concedit, gerebat. Auream enim habebat spectatæ magnitudinis coronam, ac stolam ceu floribus inspersam filisque aureis intertextam, quæ dignitatem regiam præ se ferret. (2) Quumque verba pro rostris ad populum fecisset ac religione imbuisset vulgi animos, publico quidem hospitio ac lautiis honestatus fuit; sed ne coronam gestaret, a tribunorum plebis uno A. Pompeio interdicebatur. Ab alio autem plebis tribuno in rostra productus, quum de expiatione rogaretur, plena superstitionis responsa expromebat. Sed accidit ut a factione Pompeii non sine contumelia depelleretur. In hospitium igitur digressus, non prodibat amplius, hæc verba regerens : non se tantummodo, verum etiam deam ipsam ludibriis et probris affectam nefarie. (3) Tum subito ardente febri Pompeius corripitur, ac morbo cynanchico oppressus, vocem amittit, et tertio tandem die vivendi finem facit. Vulgique opinio fuit, divina quadam providentia, quod in antistitem et deam tantopere deliquisset, vita orbatum esse. Majorem enim in modum superstitionibus dediti sunt Romani. Quapropter Battaces, post concessam sacri vestitus et ornatus potestatem, muneribus splendidis honoratus, et a multis tum viris tum mulieribus, quum reditum ex urbe Romæ institueret, deductus est.

XIV. Ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Ῥωμαίων στρατιώταις, ἡνίκα στρατηγὸς αὐτῶν σὺν αὐτοῖς μάχῃ πρός τινας τῶν πολεμίων συμπλακεὶς ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους τῶν ἐχθρῶν ἐφαίνετο ἀνελών, ἰμπεράτορα αὐτὸν ἀναγορεύειν καὶ ἀποκαλεῖν, ὅ ἐστι βασιλέα.

XIV. Mos erat militibus Romanorum, si ductor exercitus, prælio cum ipsis adversum hostes conserto, supra sex millia hostium occidisse videretur, imperatorem renuntiare ipsum, quem Græci *basilea* nominant.

XV. (Exc. Legat. p. 631.) Ὅτι εἰς τὴν Ῥώμην ἧκον πρεσβευταὶ Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως κομίζοντες μεθ' αὐτῶν χρημάτων πλῆθος πρὸς τὴν τῆς συγκλήτου δωροδοκίαν. Ὁ δὲ Σατορνῖνος δόξας ἀφορμὴν ἔχειν κατὰ τῆς συγκλήτου, μεγάλην ὕβριν τῇ πρεσβείᾳ ἐνεδείξατο. Καὶ τῶν συγκλητικῶν παροξυνάντων τοὺς πρεσβευτὰς καὶ συνεργήσειν ἐπαγγελλομένων, οἱ καθυβρισθέντες ἐπήνεγκαν κρίσιν τῷ Σατορνίνῳ περὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὕβρεως. (2) Τοῦ δὲ ἀγῶνος ὄντος δημοσίου καὶ μεγάλου διὰ τὴν τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίαν καὶ τὴν συνήθη παρὰ Ῥωμαίοις [πρὸς τὴν] ὑπὲρ τῶν πρεσβειῶν μισοπονηρίαν· ὁ δὲ Σατορνῖνος θανάτου κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν, ὡς ἂν ἐκείνων δικαζόντων τὰς τοιαύτας κρίσεις, εἰς τοὺς μεγίστους ἐνέπεσε φόβους τε καὶ κινδύνους, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ὑποκειμένων ἀγώνων πτήξας κατέφυγεν ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀκληρούντων ἔλεον, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν πολυτελῆ κατέθετο, πιναρὰν δὲ μεταμφιασάμενος καὶ κόμην καὶ πώγωνα τρέφων περιῄει εἰς τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ὄχλους, καὶ τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πίπτων, τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος ἐδεῖτο καὶ μετὰ δακρύων καθικέτευε βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι. (3) Καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτὸν ἀπεφαίνετο παρὰ πᾶν τὸ δίκαιον ὑπὸ τῆς συγκλήτου, καὶ τοῦτο πάσχειν ἑαυτὸν ἀπεδείκνυε διὰ τὴν

XV. Legati a Mithridate rege cum magna pecuniæ vi ad senatum corrumpendum Romam devenerant. L. Saturninus, patribus insultandi occasionem nactus, insigni injuria oratores eos afficit : qui ab ordinis senatorii viris, opem prolixe pollicentibus, incitati, Saturninum de violatione et injuria reum deferunt. (2) Magnum erat et publicum id certamen propter legatorum sanctitatem et Romanorum morem, quo injurias in illos illatas vindicare assolent. Venit inde in maximum Saturninus periculum, culpæ capitalis reus, et a senatoribus, qui ipsi his judiciis præsidebant, accusatus. Quod ut effugeret, ad misericordiam, communem afflictorum portum, se recepit, abjectaque candida toga sordidam induit; tum capillum et barbam promittens plebis circulos obire cœpit, et his ad genua accidens, aliorum manus arctissime complexus, cum lacrimis supplex rogat, subvenirent infelicitati suæ : (3) opprimi sese præter æquum et jus a senatoribus, idque nulla alia de causa, quam quod populi partes defendat : esse præterea

εἰς τὸν δῆμον εὔνοιαν, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἔχειν ἐχθρούς τε καὶ κατηγόρους καὶ κριτάς. Τοῦ δὲ δήμου συνεξαιρομένου ταῖς δεήσεσι, πολλαὶ μυριάδες συνέδραμον ἐπὶ τὸ κριτήριον, καὶ παραδόξως ἀπελύθη. Καὶ συνεργὸν ἔχων τὸν δῆμον, πάλιν ἀνεῤῥήθη δήμαρχος.

XVI. (Exc. de Virt. et vit. p. 609.) Ὅτι περὶ τῆς τοῦ Μετέλλου φυγῆς ἐπ' ἔτη δύω γινομένων λόγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὁ υἱὸς αὐτοῦ κόμην ὑποτρέφων καὶ πώγωνα καὶ πιναρὰν ἔχων ἐσθῆτα περιῄει κατὰ τὴν ἀγοράν, δεόμενος τῶν πολιτῶν, καὶ μετὰ δακρύων προςπίπτων τοῖς ἑκάστου γόνασιν ᾐτεῖτο τὴν τοῦ πατρὸς κάθοδον. Ὁ μὲν οὖν δῆμος, καίπερ οὐ βουλόμενος ἀφορμὴν διδόναι τοῖς φυγάσι τῆς καθόδου παρὰ τοὺς νόμους, ὅμως διὰ τὸν ἔλεον τοῦ νεανίσκου καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ γονέως σπουδὴν κατήγαγε τὸν Μέτελλον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ διὰ τὴν περὶ τὸν γεννήσαντα γεγενημένην φιλοτιμίαν εὐσεβῆ προςηγόρευσεν.

inimicos suos in eo judicio et judices et accusatores. Moventur plebeii Saturnini precibus, ingentique numero ad judicium adsunt. Eripitur reus, et magna multitudinis voluntate iterum tribunus plebis creatur.

XVI. Quum de restituendo Q. Metello in omnibus concionibus per integrum biennium sermo assidue fieret, ejus filius Q. Metellus, barba et capillo submisso sordidatus, veste squalida forum circuibat, flensque et ad singulorum civium genua advolutus flagitabat, ut patrem ab exilio revocarent. At populus, quum spem reditus contra leges exulibus proponere minime vellet, tamen miseratione ac precibus adolescentis commotus, Q. Metellum ab exilio revocavit, ac filium, ob singularem erga patrem affectum ac sollicitudinem, Pium cognominavit.

ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Vatican. p. 112-114.) Ἀφ' ὧν χρόνων αἱ τῶν ἀνθρώπων πράξεις διὰ τῆς ἱστορικῆς ἀναγραφῆς εἰς αἰώνιον μνήμην παρεδόθησαν, μέγιστον ἴσμεν πόλεμον τὸν Μαρσικὸν ὀνομασθέντα ἀπὸ Μαρσῶν. Οὗτος γὰρ πάντας τοὺς προγεγονότας ὑπερεβάλετο ταῖς τῶν στρατηγῶν ἀνδραγαθίαις καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων. Τὸν γὰρ Τρωικὸν πόλεμον καὶ τὰς τῶν ἡρώων ἀρετὰς ὁ ἐπιφανέστατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος εἰς ὑπερβολὴν δόξης ἐτραγῴδησεν· ἐν ᾧ τῆς Εὐρώπης πρὸς τὴν Ἀσίαν διαπολεμούσης καὶ τῶν μεγίστων ἠπείρων ὑπὲρ τῆς νίκης διαφιλοτιμουμένων, τοιαῦται πράξεις ὑπὸ τῶν ἀγωνιζομένων συνετελέσθησαν, ὥςτε τοῖς ἐπιγενομένοις ἀνθρώποις ἐμπλησθῆναι τὰ θέατρα μυθικῶν καὶ τραγικῶν ἀγωνισμάτων. (2) Ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοι μὲν ἔτεσι δέκα τὰς ἐν τῇ Τρῳάδι πόλεις κατεπολέμησαν, Ῥωμαῖοι δὲ τοῖς ὕστερον χρόνοις μιᾷ παρατάξει νικήσαντες Ἀντίοχον τὸν μέγαν, τῆς Ἀσίας κύριοι κατέστησαν. Μετὰ δὲ τὰ Τρωικὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως στρατεύσαντος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλήθους τῶν ἀκολουθούντων αὐτῷ στρατιωτῶν ἀναξηραινομένων τῶν ἀενάων ποταμῶν, ἡ Θεμιστοκλέους στρατηγικὴ σύνεσις μετὰ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρετῆς τοὺς Πέρσας κατεπολέμησεν. (3) Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Καρχηδονίων τριάκοντα μυριάσιν ἐπὶ τὴν Σικελίαν στρατευσάντων, Γέλων ὁ Συρακουσίων ἀφηγούμενος ἑνὶ στρατηγήματι καὶ ἀκαρεῖ χρόνῳ διακοσίας ναῦς ἐνέπρησε, καὶ δεκαπέντε μυριάδας πολεμίων ἐν παρατάξει κατακόψας, τὰς ἴσας ἐζώγρησεν. Ἀλλ' ὅμως οἱ τὸν Μαρσικὸν πόλεμον διαπολεμήσαντες Ῥωμαῖοι τοὺς ἀπογόνους τῶν τὰς τηλικαύτας πράξεις ἐπιτελεσαμένων κατεπολέμησαν. (4) Ἑξῆς δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ὑπερβαλλούσῃ συνέσει καὶ ἀνδρείᾳ τῶν Περσῶν

LIBRI SEPTIMI ET TRICESIMI RELIQUIÆ.

1. Ex quo tempore res gestæ hominum in historicis scriptis æternæ commendari memoriæ cœperunt, illud maximum novimus fuisse bellum, cui Marsicum a Marsis nomen est. Hoc enim priora omnia superavit et ducum strenuitate et gestarum rerum magnitudine. Trojanum quidem bellum heroumque virtutes clarissimus poetarum Homerus ad eximiam gloriam tragice extulit; in quo bello dum Europa cum Asia certaret, duæque maximæ orbis partes victoriæ honorem ambirent, ea facinora a bellatoribus patrata sunt, quibus apud posteros theatra mythicis tragicisque ludis replerentur. (2) Atqui heroes illi toto decennio unius Troadis urbes oppugnaverunt : Romani autem recentiore tempore, quum prœlio uno superassent Antiochum Magnum, Asiæ domini facti sunt. Post res Trojanas, a Persarum rege adversus Græciam suscepta expeditione, quum ob innumeram sequentium eum militum multitudinem perennes fluvii siccarentur, Themistoclis imperatoria prudentia et militaris Græcorum virtus Persas debellavere. (3) Circa idem tempus quum Carthaginiensium trecenta millia Siciliam invasissent, Gelo Syracusanorum dux unico strategemate minimoque temporis puncto ducentas naves incendit, centum quinquaginta hostium millia acie cecidit, totidemque vivorum cepit. At enim qui bellum Marsicum debellavere Romani nepotes eorum vicerunt qui prædicta facinora ediderant. (4) Deinde Alexander Macedo miro consilio atque fortitudine Persarum imperium prostravit; Ro-

τὴν ἡγεμονίαν καταπολεμήσαντος, Ῥωμαῖοι κατὰ τοὺς νεωτερικοὺς καιροὺς δορίκτητον ἐποιήσαντο τὴν Μακεδονίαν. Καρχηδὼν δὲ περὶ τῆς Σικελίας ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι πολεμήσασα τῇ Ῥώμῃ καὶ πλείστας καὶ μεγίστας ἀγωνισαμένη παρατάξεις καὶ ναυμαχήσασα, τότε μὲν τῷ βάρει τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας κατεπολεμήθη, μετ' ὀλίγον δὲ τὸν Ἀννιβαϊκὸν κληθέντα πόλεμον συστησαμένη παρατάξεσι καὶ ναυμαχίαις καὶ πολλαῖς περιβοήτοις πράξεσι νικήσασα, στρατηγὸν ἔχουσα πρωτεύοντα κατ' ἀρετὴν Ἀννίβαν, τελευταῖον ὑπό τε τῶν Ῥωμαίων καὶ τῆς τῶν Ἰταλῶν ἀνδραγαθίας καὶ τῆς Σκιπίωνος ἀρετῆς κατεπολεμήθη. (5) Κίμβρους δὲ ταῖς μὲν ὄψεσι γίγασι παρεμφερεῖς, ταῖς δὲ ἀλκαῖς ἀνυπερβλήτους *· οὗτοι γὰρ πολλὰς καὶ μεγάλας Ῥωμαίων δυνάμεις κατακόψαντες καὶ μυριάσι τεσσαράκοντα τὴν ἐπὶ Ἰταλίαν στρατείαν στειλάμενοι, ταῖς τῶν Ῥωμαίων ἀνδραγαθίαις ἄρδην κατεκόπησαν. (6) Διὸ τοῦ πρωτείου κατὰ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγαθίας ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κριθέντος ὑπάρχειν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ τοῖς τὴν Ἰταλίαν οἰκοῦσιν ἔθνεσιν, ἡ τύχη καθάπερ ἐπίτηδες τούτους εἰς διάστασιν ἀγαγοῦσα τὸν ὑπερβάλλοντα τῷ μεγέθει πόλεμον ἐξέκαυσεν. Ἐπαναστάντων γὰρ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐθνῶν τῇ τῆς Ῥώμης ἡγεμονίᾳ καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος ἀρίστων κεχριμένων ἐλθόντων εἰς αἵρεσιν καὶ φιλοτιμίαν, ὁ γενόμενος πόλεμος εἰς ὑπερβολὴν μεγέθους κατήντησεν, ὃς ὠνομάσθη Μαρσικὸς ἀπὸ τῶν ἀρχηγῶν γενομένων τῆς ἀποστάσεως Μαρσῶν.

II. (Exc. Photii p. 538-541.) Ὅτι τὸν Μαρσικὸν ὀνομασθέντα πόλεμον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἡλικίας Διόδωρος μείζονα πάντων τῶν προγεγονότων ἀποφαίνεται. Ὠνομάσθαι δέ φησι Μαρσικὸν ἐκ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως, ἐπεὶ σύμπαντές γε Ἰταλοὶ κατὰ Ῥωμαίων τοῦτον ἐξήνεγκαν τὸν πόλεμον. Αἰτίαν δὲ πρώτην γενέσθαι τοῦ πολέμου τὸ μεταπεσεῖν τοὺς Ῥωμαίους ἀπὸ τῆς εὐτάκτου καὶ λιτῆς ἀγωγῆς καὶ ἐγκρατοῦς, δι' ἧς ἐπὶ τοσοῦτον ηὐξήθησαν, εἰς ὀλέθριον ζῆλον τρυφῆς καὶ ἀκολασίας. (2) Ἐκ γὰρ τῆς διαφθορᾶς ταύτης στασιάσαντος τοῦ δημοτικοῦ πρὸς τὴν σύγκλητον, εἶτα ἐκείνης ἐπικαλεσαμένης τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐπικουρῆσαι, καὶ ὑποσχομένης τῆς πολυεράστου Ῥωμαϊκῆς πολιτείας μεταδοῦναι καὶ νόμῳ κυρῶσαι, ἐπεὶ οὐδὲν τῶν ὑπεσχημένων τοῖς Ἰταλιώταις ἐγένετο, ὁ ἐξ αὐτῶν πόλεμος πρὸς Ῥωμαίους ἐξεκαύθη, ὑπατευόντων ἐν τῇ Ῥώμῃ Λευκίου Μαρκίου Φιλίππου καὶ Σέξτου Ἰουλίου· Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη (δευτέρα) πρὸς ταῖς ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. (3) Ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ποικίλα καὶ πολύτροπα πάθη καὶ πόλεων ἁλώσεις ἑκατέρῳ μέρει τῶν διαπολεμησάντων συνέβη, ταλαντευομένης ὥσπερ ἐπίτηδες παρὰ μέρος τῆς νίκης καὶ μηδετέροις ἐν βεβαίῳ διαμενούσης· ὅμως ἀπείρου πλήθους ἑκατέρωθεν πεσόντος, ὀψὲ καὶ μόλις Ῥωμαίοις ἐξενίκησε βεβαιωθῆναι τὸ κράτος. (4) Ἐπολέμουν δὲ Ῥωμαίοις Σαυνῖται, Ἀσκολανοί, Λευκανοί, Πικεντῖνοι, Νωλανοί, καὶ ἕτε-

mani autem nuperis temporibus Macedoniam armis subdiderunt. Carthago vero, postquam ob Siciliæ possessum quattuor et viginti annis contra Romam bellum gesserat atque plurima maximaque terra marique prœlia pugnaverat, tunc sane viribus Romani imperii superata est: pauloque post bello quod Hannibalicum dicitur conflato, multis item ac nobilibus pugnis terra marique superior evasit, quum imperatorem militari virtute principem haberet Hannibalem; sed ad extremum Romana et Italica fortitudine et Scipionis virtute contrita est. (5) Cimbri quoque gigantibus adspectu pares et robore eximio præditi, postquam Romanos exercitus multos ac numerosos ceciderant, et quadringentis millibus in Italiam expeditionem susceperant, Romanorum strenuis viribus funditus excisi sunt. (6) Quum ergo rerum exitus demonstravisset bellicæ fortitudinis principatum a Romanis populisque Italiæ incolis obtineri, fortuna quasi de industria his ipsis invicem discordia commissis bellum longe maximum excitavit. Consurgentibus enim contra Romanum imperium Italiæ populis, et qui ex omni antiquitate præcipui virtute existimabantur, factionibus et ambitione inter se certantibus, susceptum bellum in incredibilem magnitudinem evasit, illud videlicet quod Marsicum propter primos defectionis auctores Marsos appellatum est.

II. Bellum Marsicum a defectionis auctoribus nomen accepit, quum omnes alioquin Itali Romanis bellum hoc intulerint. Primam autem belli causam hanc fuisse memorat Diodorus, quod Romani a modesto, frugali ac temperante vivendi more, qui ad tanta illos incrementa provexerat, ad perditum luxus et protervitatis studium desciverant. (2) Hæc enim corruptela effecit ut dissidium inter plebem et senatum oriretur. Quumque hic postea de ferendis suppetiis Italicos sollicitaret, jus civitatis, multis hucusque votis expetitum, se cum illis communicaturum et lege confirmaturum promisit. At ubi promissorum nihil Italicis effectum dabatur, ex ipsis belli adversus Romanos incendium erupit, consulatum Romæ gerentibus L. Marcio Philippo et S. Julio (*Cæsare*); olympias vero post centesimam septuagesima secunda tunc agebatur. (3) Variæ multimodæque clades et urbium ex utraque belligerantium parte expugnationes per hoc bellum acciderunt, dum, velut data opera, modo huc modo illuc victoria inclinat, neutrisque stabilem sese præbet. Sed sero tandem, post infinitæ utrinque multitudinis cædem, Romanis contigit ut imperium firmaretur. (4) In armis autem contra illos erant Samnites, Asculani, Lucani, Picentini, Nolani ceteræque urbes ac gentes. In-

ραι πόλεις καὶ ἔθνη, ἐν οἷς ἐπισημοτάτη καὶ μεγίστη καὶ κοινὴ πόλις ἄρτι συντετελεσμένη τοῖς Ἰταλιώταις τὸ Κορφίνιον ἦν, ἐν ᾗ τά τε ἄλλα ὅσα μεγάλην πόλιν καὶ ἀρχὴν κρατύνουσι συνεστήσαντο καὶ ἀγορὰν εὐμεγέθη καὶ βουλευτήριον, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς πόλεμον ἀφθόνως ἅπαντα, καὶ χρημάτων πλῆθος, καὶ τροφῆς δαψιλῆ χορηγίαν. (5) Συνεστήσαντο δὲ καὶ σύγκλητον κοινὴν πεντακοσίων ἀνδρῶν, ἐξ ὧν οἵ τε τῆς πατρίδος ἄρχειν ἄξιοι προαχθήσεσθαι ἔμελλον καὶ οἱ προβουλεύεσθαι δυνάμενοι περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Καὶ τούτοις ἐπέτρεψαν τὰ κατὰ τὸν πόλεμον διοικεῖν, αὐτοκράτορας ποιήσαντες τοὺς συνέδρους. Οὗτοι δ' ἐνομοθέτησαν δύο μὲν ὑπάτους κατ' ἐνιαυτὸν αἱρεῖσθαι, δώδεκα δὲ στρατηγούς. (6) Καὶ κατεστάθησαν ὕπατοι μὲν Κοΐντος Πομπαίδιος Σίλων, Μάρσος μὲν τὸ γένος, πρωτεύων δὲ τῶν ὁμοεθνῶν, καὶ δεύτερος ἐκ τοῦ Σαυνιτῶν γένους Γάϊος Ἀπώνιος Μότυλος, καὶ αὐτὸς δόξῃ καὶ πράξεσι τοῦ ἔθνους προέχων. Τὴν δ' ὅλην Ἰταλίαν εἰς δύο μέρη διελόντες, ὑπατικὰς ἐπαρχίας ταύτας καὶ μερίδας ἀπέδειξαν. (7) Καὶ τῷ μὲν Πομπαιδίῳ προσώρισαν χώραν ἀπὸ τῶν Κερκώλων καλουμένων μέχρι τῆς Ἀδριατικῆς θαλάσσης, τὰ πρὸς δυσμὰς καὶ τὴν ἄρκτον νεύοντα μέρη, καὶ στρατηγοὺς ἔταξαν αὐτῷ ἕξ· τὸ δὲ λοιπὸν τῆς Ἰταλίας, τὴν πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν νεύουσαν, προσώρισαν Γαΐῳ Μοτύλῳ, στρατηγοὺς ὁμοίως συζεύξαντες ἕξ. Οὕτω πάντα δεξιῶς καὶ κατὰ μίμησιν, τὸ σύνολον φάναι, τῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ ἐκ παλαιοῦ τάξεως τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν διαθέμενοι, κατὰ τὸ σφοδρότερον λοιπὸν εἴχοντο καὶ τοῦ ἐφεξῆς πολέμου, τὴν κοινὴν πόλιν Ἰταλίαν ἐπονομάσαντες. (8) Καὶ διεπολέμησαν Ῥωμαίοις τὰ πλεῖστα κατὰ τὸ ἐπικρατέστερον, ἕως Γναῖος Πομπήιος ὕπατος αἱρεθεὶς καὶ στρατηγὸς τοῦ πολέμου, καὶ Σύλλας στρατηγὸς ὑπὸ τῷ ἑτέρῳ ὑπάτῳ Κάτωνι, ἐπιφανεστάταις μάχαις τοὺς Ἰταλιώτας οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις νικήσαντες, τὰ πράγματα αὐτῶν εἰς τὸ συντρίβεσθαι περιέστησαν. Ἐπολέμησαν δ' οὖν καὶ ἔτι· ἀλλὰ Γαΐου Κοσκονίου σταλέντος εἰς Ἰαπυγίαν στρατηγοῦ, πολλάκις ἡττήθησαν. (9) Εἶτα ἐλαττωθέντες καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι καταλειφθέντες κοινῇ γνώμῃ τὴν κοινὴν ἐκλείπουσι πόλιν, τὸ Κορφίνιον, διὰ τὸ τοὺς Μάρσους καὶ πάντα τὰ γειτνιῶντα τῶν ἐθνῶν προσκεχωρηκέναι τοῖς Ῥωμαίοις· εἰς δὲ τὴν ἐν Σαυνίταις Αἰσερνίαν καθιδρύθησαν, πέντε στρατηγοὺς αὐτοῖς ἐπιστήσαντες, ὧν ἑνὶ μάλιστα Κοΐντῳ Πομπαιδίῳ Σίλωνι τὴν πάντων ἡγεμονίαν ἐπίστευσαν διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετήν τε καὶ δόξαν. Οὗτος δὲ μετὰ τῆς κοινῆς τῶν στρατηγῶν γνώμης κατεσκεύασε μεγάλην δύναμιν, ὡς τοὺς σύμπαντας μετὰ τῶν προϋπαρχόντων περὶ τρισμυρίους γενέσθαι. (10) Χωρὶς δὲ τούτων τοὺς δούλους ἐλευθερώσας καὶ ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου καθοπλίσας, συνῆγεν οὐ πολὺ λείποντας τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ χιλίους. Συμβαλὼν δὲ Ῥωμαίοις, Μαμέρκου στρατηγοῦντος αὐτῶν, Ῥωμαίους μὲν ἀναιρεῖ ὀλίγους, τῶν δ' οἰκείων ὑπὲρ ἑξακισχιλίους

ter quas erat Corfinium, urbs omnibus communis et claritate excellens, quam nuper Italici perfecerant. In qua tum alia, quæ magnam urbem et imperium firmant, tum forum amplissimum et curiam exstruxerant, largamque ad ad omnes belli usus copiam cum pecuniarum vi et commeatu illic repositam habebant. (5) Communem præterea senatum quingentorum virorum constituerant: unde, qui summis patriæ magistratibus digni essent ac de communi omnium salute consultandi facultatem haberent, producerentur. His ergo belli administrationem commendant, summamque adeo potestatem rerum omnium senatoribus illis permittunt. Ab his sancita lex fuit, ut duo quotannis consules et prætores duodecim crearentur. (6) Ac tum consules erant facti Q. Pompædius Silo, natione Marsus, vir in gente sua primarius, et alter ex gente Samnitum, C. Aponius Motylus, et ipse gloria rebusque gestis popularibus suis antecellens. Hi quum totam Italiam in duas partes divisissent, eas provincias consulares designaverunt. (7) Pompædio regionem a Cercolis quæ vocant inde usque ad mare Adriaticum, nimirum tractus, qui ad occasum et septemtriones vergunt, cum sex ducibus attribuere. Quod reliquum erat Italiæ meridiem versus et ortum C. Motylo, adjunctis totidem copiarum præfectis, assignarunt. Hunc ad modum omnibus dextre compositis, et, ut in summam res conferatur, ad antiquum Romani imperii ordinem conformato etiam suo, acrius in reliquum deinceps bellum incubuerunt, urbique illi communi Italiæ nomen dederunt. (8) Bellum vero ita gessere, ut partem maximam superiores essent; donec Cn. Pompeius consul factus ac summus belli ductor, Sullaque Catonis consulis alterius legatus, Italicos non semel, verum sæpius devictos eo redegerunt angustiarum, ut vires illorum frangerentur. At nihilominus tamen bellum adhuc alebant. Sed C. Cosconio imperatore in Iapygiam misso, aliquoties succumbunt. (9) Tot igitur affecti detrimentis atque ad paucos redacti Corfinium communem urbem deserunt, quod Marsi et vicinæ gentes jam in partes Romanorum concesserant, et communi omnium sententia in Samnitum urbem Æserniam translatis sedibus, prætores quinque sibi præfecere: quorum uni præcipue, Q. Pompædio Siloni, propter virtutem et gloriam in administrandis bellis imperii summam credidere. Hic communi prætorum assensu magnum contraxit exercitum, adeo ut numerus universus cum prioribus triginta millium esset. (10) At præter hos servis ad pileum vocatis et, prout tempus ferebat, armatis, collegit ex genere isto non multo pauciores vicies mille, ac mille insuper equites. Prælioque cum Romanis commisso, quorum dux erat Mamercus, Ro-

ἀποβάλλει. Καὶ Μέτελλος κατὰ τὴν Ἀπουλίαν τὴν Οὐενουσίαν, πόλιν ἀξιόλογον οὖσαν καὶ στρατιώτας πολλοὺς ἔχουσαν, ἐξεπολιόρκησε κατὰ καιρὸν τὸν αὐτόν, καὶ πλείους τῶν τρισχιλίων αἰχμαλώτους εἷλεν. (11) Ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων, πέμπουσιν οἱ Ἰταλοὶ πρὸς Μιθριδάτην τὸν βασιλέα Πόντου, ἀκμάζοντα τότε πολεμικῇ χειρὶ καὶ παρασκευῇ, ἀξιοῦντες ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν κατὰ Ῥωμαίων ἄγειν τὰς δυνάμεις· οὕτω γὰρ ῥαδίως ἂν συναφθέντων τὸ Ῥωμαϊκὸν καταβληθήσεσθαι κράτος. Ὁ δὲ Μιθριδάτης ἀπόκρισιν δίδωσιν ἄξειν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἐπειδὰν αὑτῷ καταστήσῃ τὴν Ἀσίαν· τοῦτο γὰρ καὶ ἔπραττε. Διὸ παντελῶς οἱ ἀποστάται τεταπεινωμένοι ἀπεγίνωσκον· λοιποὶ γὰρ ὑπῆρχον Σαυνιτῶν ὀλίγοι καὶ Σάβελλοι διατρίβοντες ἐν τῇ Νώλᾳ, καὶ πρός γε τούτοις οἱ περὶ Λαμπώνιον καὶ Κλεπίτιον, ἔχοντες λείψανα τῶν Λευκανῶν. (12) Διὸ καὶ τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου σχεδὸν ἤδη διαλυομένου, πάλιν αἱ προγεγενημέναι στάσεις ἐμφύλιοι κατὰ τὴν Ῥώμην κινήσεις ἐλάμβανον, ἀντιποιουμένων πολλῶν ἐνδόξων τὸ τυχεῖν τῆς κατὰ Μιθριδάτου στρατηγίας διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπάθλων· Γαΐός τε γὰρ Ἰούλιος καὶ Γάϊος Μάριος ὁ ἑξάκις ὑπατεύσας ἀντεφιλονείκουν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν ἑκατέροις συμμεριζόμενον ταῖς γνώμαις. Συνέβησαν δὲ καὶ ἕτεραι ταραχαί. (13) Ὁ μέντοι Σύλλας ὕπατος ὤν, χωρισθεὶς τῆς Ῥώμης πρὸς τὰς περὶ Νῶλαν ἠθροισμένας παρεγένετο δυνάμεις, καὶ πολλοὺς τῶν πλησιοχώρων καταπληξάμενος, ἠνάγκασε παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις. Τοῦ δὲ Σύλλα στρατεύσαντος μὲν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν κατὰ Μιθριδάτου, τῆς δὲ Ῥώμης μεγάλαις ταραχαῖς καὶ φόνοις ἐμφυλίοις περισπωμένης, Μάρκος Ἀπώνιος καὶ Τιβέριος Κλεπίτιος, ἔτι δὲ Πομπήιος, οἱ τῶν ὑπολοίπων Ἰταλιωτῶν στρατηγοί, διατρίβοντες ἐν τῇ Βρεττίᾳ, Ἰσίας μὲν πόλιν ὀχυρὰν ἐπὶ πολὺν χρόνον πολιορκήσαντες οὐκ ἴσχυσαν ἑλεῖν, μέρος δ' ἐπὶ τῆς πολιορκίας τοῦ στρατεύματος καταλιπόντες, τῇ λοιπῇ τὸ Ῥήγιον ἰσχυρῶς ἐπολιόρκουν, ἐλπίζοντες, εἰ ταύτης κρατήσαιεν, ῥαδίως εἰς τὴν Σικελίαν διαβιβάσειν τὰς δυνάμεις καὶ κρατήσειν τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον νήσων. (14) Ἀλλ' ὁ ταύτης στρατηγὸς Γάϊος Ὀρβανός, πολλῇ δυνάμει καὶ παρασκευῇ καὶ προθυμίᾳ χρησάμενος, καὶ καταπληξάμενος τοὺς Ἰταλιώτας τῷ μεγέθει τῆς παρασκευῆς, ἐξήρπασε τοὺς Ῥηγίνους. Εἶτα τῆς περὶ Σύλλαν καὶ Μάριον ἐμφυλίου στάσεως ἀναῤῥιπισθείσης Ῥωμαίοις, οἱ μὲν Σύλλᾳ οἱ δὲ Μαρίῳ συνεμάχησαν. Καὶ τὸ μὲν πλέον αὐτῶν ἔπεσε τοῖς πολέμοις, τὸ δ' ὑπόλοιπον ἐπικρατήσαντι Σύλλᾳ προσεχώρησε. Καὶ οὕτω τέλεον τῇ ἐμφυλίῳ συναπέσβη στάσει μέγιστος γεγονὼς καὶ ὁ Μαρσικὸς ἐπικληθεὶς πόλεμος.

III. (Exc. de Virt. et vit. p. 609,610.) Ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ Ῥωμαῖοι νόμοις τε καὶ ἀγωγαῖς ἀρίστοις χρώμενοι, κατ' ὀλίγον ηὐξήθησαν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ἡγεμονίαν ἐπιφανεστάτην καὶ μεγίστην τῶν μνημονευο-

manorum quidem paucos cædit, suorum vero supra sex millia amittit. Sub idem tempus etiam Metellus in Apulia Venusiam, clari nominis urbem, cum numerosa militum in ea manu expugnavit, et supra ter mille vivos cepit. (11) Jamque Romanorum vires magis ac magis contra hostes invalescebant, quum Itali, missis ad Mithridatem regem Ponti, bellica tum manu et apparatu vigentem, legatis, ut cum exercitu Italiam ad opprimendos Romanos invaderet, petebant : hoc enim pacto conjunctis viribus facile potentiam Romanorum eversum iri. Ad quæ Mithridates respondet, se copias adducturum, simulatque Asiam (id enim tunc agebat) suæ ditioni subjunxisset. Rebelles igitur spe atque opibus dejecti plane animos despondebant : pauci enim Samnites adhuc erant reliqui, et Sabelli in urbe Nola se continentes; ac præter hos Lamponius et Clepitius (*Cleptius ?*), qui Lucanorum reliquias sub imperio habebant. (12) Quapropter bello Marsico propemodum sopito, intestinæ Romæ seditiones prius ortæ denuo se commoverunt, quod ex nobilitate multi certatim imperium adversus Mithridatem, magnitudine præmiorum illectati, ambirent. Nam C. Julius et C. Marius, qui sexies consulatu functus erat, inter se contendebant, plebisque studia in hanc et illam partem divisa erant. Interim etiam aliæ tum exstiterant turbæ. (13) Sulla enim consul, Roma profectus, ad copias circa Nolam congregatas se contulit, et multos finitimorum territatos sese cum urbibus dedere coegit. Quum vero hic expeditionem contra Mithridatem in Asiam suscepisset, et Roma magnis tumultibus et cædibus intestinis distraheretur, M. Aponius (*Lamponius*) et Tiberius Clepitius, nec non Pompeius (*Pontius Telesinus ?*), Italicorum adhuc reliquorum prætores, in Bruttia tunc commorantes, Isiam (*Tisiam ?*) urbem munitam, longo tempore circumsessam, capere non poterant. Ideo relicta ad obsidionem exercitus parte, cum reliquis Rhegium acriter oppugnant, quod spes aderat, si hac fuissent potiti, se, facile transportatis in Siciliam copiis, insulam omnium sub sole beatissimam, suam in ditionem redacturos. (14) At prætor ejus C. Urbanus (*Norbanus ?*) magno cum exercitu et apparatu alacriter rem gerens, perculsis magnitudine apparatus Italicis, ex discrimine Rheginos eripuit. Postea quum civilis inter Sullanos et Marianos contentio exarsisset, alii Sullæ, alii Mario adhærebant. Maxima autem pars bello occubuit : reliqua Sullæ victori sese adjunxit. Et sic bellum Marsicum, quod omnium fuit maximum, una cum intestina seditione, prorsus tandem fuit exstinctum.

III. Populus Romanus, quum olim optimis legibus atque institutis uteretur, paullatim progressus, maximum ac celeberrimum omnium, quæ unquam fuisse memorantur, im-

μένων κατακτήσασθαι. Ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις καιροῖς, καταπεπολεμημένων μὲν τῶν πλείστων ἐθνῶν, πολυχρονίου δὲ εἰρήνης γενομένης, μετέπεσεν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς εἰς ὀλέθριον ζῆλον. (2) Ἐτράπησαν γὰρ οἱ νέοι μετὰ τὴν ἐκ τῶν πολέμων ἄνεσιν εἰς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν, χορηγὸν ἔχοντες τὸν πλοῦτον ταῖς ἐπιθυμίαις. Προεκρίνετο γὰρ κατὰ τὴν πόλιν τῆς μὲν λιτότητος ἡ πολυτέλεια, τῆς δὲ τῶν πολεμικῶν ἔργων μελέτης ἡ ῥᾳστώνη· μακάριος δ' ὑπελήπτο τοῖς πολλοῖς οὐχ ὁ ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένος, ἀλλ' ὁ ταῖς προσηνεστάταις ἡδοναῖς πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον ἐναπολαύων. (3) Διὸ καὶ δείπνων πολυδαπάνων παραθέσεις ἐπεπόλασαν καὶ μύρων θαυμαζομένων εὐωδίαι καὶ στρωμνῆς ἀνθινῆς καὶ μεγαλοπλούτου παρασκευαὶ τρικλίνων καὶ ἐλέφαντος καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων τῶν πολυτελεστάτων ὑλῶν περιττῶς δεδημιουργημένων κατασκευαί. Τῶν δὲ οἴνων ὁ μὲν μετρίως τέρπων τὴν γεῦσιν ἀπεδοκιμάζετο, Φαλέρνος δὲ καὶ Χῖος καὶ πᾶς ὁ τούτοις ἐφάμιλλον ἔχων ἡδονήν, ἰχθύων τε καὶ τῶν ἄλλων χρηστῶν τὰ πρωτεύοντα πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνέδην ἀνηλίσκοντο. (4) Ἀκολούθως δὲ τούτοις οἱ νέοι κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐφόρουν ἐσθῆτας διαφόρους μὲν ταῖς μαλακότησι, διαφανεῖς δὲ καὶ κατὰ τὴν λεπτότητα ταῖς γυναικείαις παρεμφερεῖς. Καὶ πάντα τὰ πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀλαζονείαν ὀλέθριον ἀνήκοντα παρασκευαζόμενα ταχὺ τὰς τούτων τιμὰς εἰς ἄπιστον ὑπερβολὴν ἤγαγεν. (5) Τοῦ μὲν γὰρ οἴνου τὸ κεράμιον ἐπωλεῖτο δραχμῶν ἑκατόν, τῶν δὲ Ποντικῶν ταρίχων τὸ κεράμιον δραχμῶν τετρακοσίων, τῶν δὲ μαγείρων οἱ διαφέροντες ὀψαρτυτικαῖς φιλοτεχνίαις ταλάντων τεττάρων, οἱ δὲ ταῖς εὐμορφίαις ἐκ * παράκοιτοι πολλῶν ταλάντων. Ἀδιορθώτου δ' οὔσης τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν ὁρμῆς, ἐπεβάλοντό τινες τῶν τὰς ἀρχὰς λαμβανόντων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μετατίθεσθαι τὸν τῆς προειρημένης ἀγωγῆς ζῆλον, καὶ τὸν ἑαυτῶν βίον περίοπτον ὄντα διὰ τὴν ἐξουσίαν ἀρχέτυπον εἰς μίμησιν τιθέναι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων.

(Exc. Vaticanorum p. 114.) (6) Ὅτι Μάρκος Κάτων, ἀνὴρ σώφρων καὶ ἀγωγῇ καλῇ διαφέρων, ἐν συγκλήτῳ κατηγορῶν τῆς ἐπιπολαζούσης ἐν τῇ Ῥώμῃ τρυφῆς ἔφησεν ἐν μόνῃ τῇ πόλει ταύτῃ τὰ μὲν κεράμια τῶν Ποντικῶν ταρίχων ὑπάρχειν τιμιώτερα τῶν ζευγηλατῶν, τοὺς δ' ἐρωμένους τῶν ἀγρῶν.

IV. (Exc. Vatican. p. 114.) Ὅτι φησὶν ὁ ἱστορικὸς Διόδωρος, Μνησθήσομαί τινων παραδείγματος ἕνεκα καὶ ἐπαίνου δικαίου καὶ τῷ κοινῷ βίῳ συμφέροντος, ἵν' οἱ μὲν πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν βλασφημίας ἀποτρέπωνται τῆς ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμῆς, οἱ δὲ ἀγαθοὶ διὰ τοὺς ἐκ τῆς αἰωνίου δόξης ἐπαίνους ἀντέχεσθαι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ὀρέγωνται.

V. (Exc. de Virt. et vit. p. 610.) Ὅτι Κόϊντος Σκαιουόλας μεγίστην εἰσηνέγκατο σπουδὴν διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς διορθώσασθαι τὴν φαυλότητα τοῦ ζήλου. Ἐκπεμφθεὶς γὰρ εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγός, ἐπιλεξάμενος τὸν ἄριστον τῶν φίλων σύμβουλον Κόϊντον Ῥοτίλιον

perium sibi comparavit. Ultimis autem temporibus, quum superatis quamplurimis gentibus diuturna pace frueretur, ab antiqua illa disciplina ad pestifera studia deflexit. (2) Juvenes enim, quum quies a bellis esset, et cupiditatibus impensæ non deessent, luxum atque intemperantiam sectari cœpere: quippe in urbe luxus frugalitati, exercitationi rerum bellicarum desidia anteponebantur, atque is demum beatus opinione omnium habebatur, non qui virtute esset præditus, sed qui omnem ætatem in voluptatibus consumeret: (3) proinde et cœnarum sumtuosi apparatus et unguenta miro odore fragrantia, vestes stragulæ pretiosæ ac variis coloribus pictæ, tricliniorum ornatus, opera ex argento et ebore aliaque hujuscemodi materia ingenti artificio elaborata increbuere. Vinum vero, quodcunque sapore mediocri esset, repudiabatur. Falerna dumtaxat et Chia aliaque ejusmodi salivæ vina, similiter ex piscibus ac ceteris obsoniis præcipua quæque apponebantur. (4) Præterea juvenes in foro vestes gestabant ex mollissima lana, tenues ac perlucidas, prorsusque muliebribus stolis persimiles. Ceterum quum hæc omnia instrumenta luxuriæ ac voluptatis maximo studio ab omnibus compararentur, brevi harum rerum pretia in immensum crevere. (5) Namque vini Falerni amphora centum denariis, Ponticorum salsamentorum orca quadringentis venibat: coqui in arte culinaria præstantissimi quattuor talentis, pueri delicati, eleganti forma præditi, ingenti pecunia vendebantur. Quum vero maximus omnium impetus ad hujusmodi luxuriam esset, quidam magistratus in munere suo hanc morum labem emendare conati, vitam suam ad exemplum virtutis atque honestarum artium, utpote in excelso loco constituti, proposuerunt.

(6) M. Cato, vir frugi et præclaris moribus excellens, dum in senatu vituperaret grassantem Romæ luxuriam, In hac sola, inquit, urbe ponticorum salsamentorum cadi pretiosiores sunt bobus jugalibus, et delicati pueri, agris.

IV. Ait historicus Diodorus: Commemorabo nominatim aliquos exempli justæque laudis tribuendæ causa, quæ communi vitæ prosit; nempe ut improbi homines ob historiæ infamiam a sectanda malitia deterreantur, boni autem ob duraturas perpetuo laudes rectis studiis conentur insistere.

V. Q. Mucius Scævola singularem operam navavit, ut ceteros a pravissimis institutis sua virtute revocaret. Nam quum prætor in Asiam missus esset, lecto sibi legato amicorum optimo Q. Rutilio, hujus consilio in administranda

μετ' αὐτοῦ συνήδρευε βουλευόμενος καὶ πάντα διατάττων καὶ κρίνων τὰ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν. Καὶ πᾶσαν τὴν δαπάνην ἔκρινεν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ποιεῖσθαι τοῖς τε συνεκδήμοις καὶ αὑτῷ. Εἶτα λιτότητι καὶ ἀφελείᾳ χρώμενος καὶ ἀκεραίῳ τῇ δικαιοσύνῃ, τὴν ἐπαρχίαν ἀνέλαβεν ἐκ τῶν προγεγονότων ἀκληρημάτων. Οἱ γὰρ προγεγονότες κατὰ τὴν Ἀσίαν δημοσιῶναι, κοινωνοὺς ἐσχηκότες τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰς δημοσίας κρίσεις διαδικάζοντας, ἀνομημάτων ἐπεπληρώκεσαν τὴν ἐπαρχίαν.

(2) Ὅτι Λεύκιος ὁ Σκαιουόλας ταῖς μὲν δικαιοδοσίαις ἀδιαφθόροις καὶ ἀκριβέσι χρησάμενος, οὐ μόνον πάσης συκοφαντίας ἀπήλλαξε τοὺς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν δημοσιωνῶν ἀνομήματα διωρθώσατο. Πᾶσι γὰρ τοῖς ἠδικημένοις ἀκριβῆ κριτήρια προστατεύων, καταδίκους ἐν ἅπασιν ἐποίει τοὺς δημοσιώνας, καὶ τὰς μὲν ἀργυρικὰς βλάβας τοῖς ἠδικημένοις ἐκτίνειν ἠνάγκαζε, τὰ δὲ θανατικὰ τῶν ἐγκλημάτων ἠξίου κρίσεως θανατικῆς. (3) Ὅτι δὴ τὸν κορυφαῖον τούτων οἰκονόμον, διδόντα μὲν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πολλὰ χρήματα καὶ συμπεφωνηκότα πρὸς τοὺς κυρίους, φθάσας τὴν ἀπολύτρωσιν καὶ θανάτου καταδικάσας ἀνεσταύρωσεν.

(4) Ὅτι ὁ αὐτὸς τοὺς δημοσιώνας κατεδίκαζε καὶ τοῖς ἠδικημένοις ἐνεχείριζε. Καὶ συνέβαινε τοὺς ὀλίγῳ πρότερον διὰ τὴν καταφρόνησιν καὶ πλεονεξίαν πολλὰ παρανομοῦντας παρ' ἐλπίδας ὑπὸ τῶν ἠδικημένων ἀπάγεσθαι πρὸς τοὺς καταδίκους. Καὶ τὰς συνήθεις τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοῖς συνεκδήμοις δαπάνας ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ποιούμενος, ταχὺ τὰς εὐνοίας τῶν συμμαχούντων εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεκτήσατο.

VI. (Exc. Vatican. p. 114, 115.) Ὅτι τὸ προϋπάρχον εἰς τὴν ἡγεμονίαν μῖσος ἡ τοῦ στρατηγοῦ σύνεσις καὶ ἀρετὴ τοῖς ἐνδεχομένοις βοηθήμασι διωρθώσαντο, καὶ παρὰ μὲν τοῖς εὐεργετηθεῖσι τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε, παρὰ δὲ τῶν πολιτῶν πολλὰς ἀμοιβὰς τῶν κατορθωμάτων ἀπέλαβε.

VII. Ῥητέον δὲ ἡμῖν καὶ περὶ τῶν ἐκ ταπεινοτέρας μὲν δόξης ὁρμηθέντων, ὀρεχθέντων δὲ τῆς ἑτέρας ἐπιβολῆς τῶν προειρημένων. Ἐπ' ἴσης γὰρ τοῖς ἐν ἀξιώμασι μεγάλοις καὶ τοῖς ὑποδεεστέροις τῆς ἀρετῆς ζῆλος ἔγκειται.

VIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 610, 611.) Ὅτι Λεύκιος Ἀσύλλιος, πατρὸς μὲν ὑπάρχων τεταμιευκότος, ἐκπεμφθεὶς δὲ στρατηγὸς εἰς Σικελίαν, κατέλαβε τὴν ἐπαρχίαν διεφθαρμένην. Ἀνεκτήσατο δὲ τὴν νῆσον χρησάμενος τοῖς καλλίστοις ἐπιτηδεύμασι. Παραπλησίως γὰρ τῷ Σκαιουόλᾳ προεχειρίσατο τὸν ἄριστον τῶν φίλων πρεσβευτήν τε καὶ σύμβουλον, ὃς ἦν Γάϊος, ἐπικαλούμενος δὲ Λόγγος, ζηλωτὴς τῆς ἀρχαίας καὶ σώφρονος ἀγωγῆς, καὶ Πόπλιον σὺν τούτῳ, πρωτεύοντα τῇ δόξῃ τῶν ἐν Συρακούσαις κατοικούντων ἱππέων. (2) Χωρὶς γὰρ τῶν ἐκ τῆς τύχης ἀγαθῶν καὶ ταῖς κατὰ ψυχὴν ἀρεταῖς διέφερε. Σημεῖον δὲ τῆς εὐσεβείας αἱ θυσίαι καὶ αἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατασκευαὶ καὶ τὰ ἀναθήματα,

provincia ac jure dicundo semper est usus. Porro omnem sumtum, tum suum, tum comitum, ex sua pecunia facere constituit, magnaque tenuitate ac frugalitate usus, atque incorrupta integritate, provinciam a pristinis calamitatibus recreavit. Etenim superiores in Asia publicani, socios habentes (*equites*), penes quos judicia tunc Romæ erant, provinciam omni scelerum genere impleverant.

(2) L. (*Mucius*) Scævola, quum jurisdictionem integre ac summa diligentia exerceret, non modo calumnias omnes repressit, sed etiam publicanorum injurias coercuit. Nam quotiescunque aliqui a publicanis vexati eum adierant, datis judicibus integerrimis, publicanos ubique condemnabat, ac mulctam quidem, quæ judicata erat, injuria affectis persolvere eos compellebat: ceterum capitalia crimina capitali sententia vindicabat. (2) Quin etiam quendam inter dispensatores societatis facile primum, qui de sua manumissione cum dominis certam pecuniam erat pactus, antequam manumissus esset, capite damnatum in crucem sustulit.

(4) Idem publicanos, sententia judicum condemnatos, adversariis abducendos tradebat: proinde qui antea insolentia ac cupiditate elati multa nefarie actitarant, tunc præter spem ab iis, quos injuria affecerant, in carcerem abripiebantur. Quumque præterea sollemnes proconsulum comitumque sumtus ipse ex arca sua faceret, brevi sociorum benevolentiam populo Romano conciliavit.

VI. Inveteratum adversus imperium Romanum odium prudentia virtusque ducis impertitis in tempore subsidiis exstinxit. Quamobrem a beneficio affectis miros honores consecutus est, a civibus autem multa recte factorum præmia retulit.

VII. De illis quoque hominibus dicendum nobis est, qui ex humili conditione profecti sunt et dissimili prædictorum cursu usi. Etenim virtutis studium æque inest in conspicuis dignitate hominibus atque in obscurioribus.

VIII. L. Asyllius (*Asellius?*), patre quæstorio, prætor in Siciliam missus, quum provinciam vastatam reperisset, præclaris usus institutis brevi eam ad pristinum statum revocavit. Nam ad exemplum Scævolæ delecto sibi legato ex omnibus amicis optimo C. Sempronio Longo, Publium quoque, splendidissimum equitem Romanum, qui Syracusis degebat, consiliorum socium sibi adjunxit: (2) cui præter fortunæ bona maximæ quoque animi virtutes suppetebant. Et pietatem quidem illius adversus deos sacrificia et donaria et refecta deorum templa satis testantur: temperantiæ

τῆς δὲ σωφροσύνης τὸ τὰς αἰσθήσεις μέχρι τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἀσινεῖς ἔχειν, τὸ δὲ τῆς παιδείας τε καὶ φιλανθρωπίας τὸ προτιμᾶσθαι παρ' αὐτῷ περιττότερον τοὺς πεπαιδευμένους· καθόλου δὲ τοὺς ἀπό τινος ἐπαινουμένης μούσης ὁρμωμένους εὐεργέτει, συλλαμβάνων ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἀφειδῶς. (3) Οἷς δυσὶν ὁ Σύλλιος προςαναπαυόμενος ὁμοτοίχους μὲν οἰκίας εἰς κατάλυσιν παρεσκευάσατο, συνήδρευε δὲ μετὰ τούτων τὰ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐπακριβούμενος καὶ πάντα φιλοτεχνῶν [καὶ] πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἐπαρχίας.

(4) Ὅτι ὁ αὐτὸς (κατὰ) τὴν δικαιοδοσίαν πρὸς τὰ συμφέροντα φιλοτιμηθείς, τὴν συκοφαντίαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐφυγάδευσε, τῆς δὲ τῶν ἀσθενεστέρων βοηθείας μεγίστην ἐποιήσατο φροντίδα. Τῶν γὰρ ἄλλων στρατηγῶν εἰωθότων διδόναι προστάτας τοῖς ὀρφανοῖς καὶ γυναιξὶν ἐρήμοις συγγενῶν, οὗτος ἑαυτὸν τούτων ἀνέδειξε φροντιστήν· διά τε τῆς ἰδίας σκέψεως καὶ φροντίδος διακρίνων τὰς ἐν τούτοις ἀμφιςβητήσεις, πᾶσιν ἀπένειμε τὴν πρέπουσαν τοῖς καταδυναστευομένοις ἐπικουρίαν. Καθόλου δὲ πάντα τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον διατελέσας εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν βιωτικῶν καὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων, ἀπεκατέστησε τὴν νῆσον εἰς τὴν πάλαι ποτὲ μακαριζομένην εὐδαιμονίαν.

IX. (Exc. Vatican. p. 115.) Ὅτι ἀπειλούσης τῆς συγκλήτου πόλεμον τῷ Γράκχῳ διὰ τὴν μετάθεσιν τῶν κριτηρίων, τεθαῤῥηκότως οὗτος εἶπεν ὅτι Κἂν ἀποθάνω, οὐ διαλείψω τὸ ξίφος ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τῶν συγκλητικῶν διηρημένος. Ὁ δὲ ῥηθεὶς λόγος ὥςπερ τις θεοῦ χρησμὸς ἀκόλουθον ἔσχε τοῖς ῥηθεῖσι τὸ ἀποτέλεσμα. Ὁ γὰρ Γράκχος τύραννον ἑαυτὸν ἀναδεδειχώς, ἀκρίτως ἀνῃρέθη.

X. Ὅτι πλεῖστον ἴσχυεν ἡ τῶν Δρούσων οἰκία διὰ τὴν εὐγένειαν τῶν ἀνδρῶν καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς πολίτας ἐπιείκειαν καὶ φιλανθρωπίαν. Διὸ καὶ νόμου τινὸς προκειμένου καὶ προςφάτως κεκυρωμένου, τῶν πολιτῶν τις ἐν παιδιᾷ τῷ νόμῳ προςέγραψεν ὅτι ὅδε ὁ νόμος κύριός ἐστι τῶν πολιτῶν πλὴν δυοῖν Δρούσων.

(Exc. de Virt. et vit. p. 611.) (2) Ὅτι Μάρκος Λίβιος Δροῦσος ἀνὴρ νέος μὲν * τὴν ἡλικίαν, κεκοσμημένος δὲ πᾶσι τοῖς πρωτείοις. Πατρός τε γὰρ ἦν ἐπιφανεστάτου καὶ παρὰ τοῖς πολίταις δι' εὐγένειαν καὶ ἀρετὴν θαυμαστῶς ἀγαπωμένου, αὐτὸς δὲ ὑπῆρχε λόγῳ μὲν δεινότατος τῶν ἡλικιωτῶν, πλούτῳ δὲ πάντας τοὺς πολίτας ὑπερβάλλων, μεγάλην δὲ ἀξιοπιστίαν ἔχων καὶ κατὰ τὰς ὑποσχέσεις ὢν βεβαιότατος, ἔτι δὲ πλήρης εὐγενοῦς φρονήματος. Διὸ καὶ μόνος ἔδοξεν ἔσεσθαι προστάτης τῆς συγκλήτου.

(Exc. Vatican. p. 116-118.) (3) Ὅτι ὁ Δροῦσος, τῆς συγκλήτου τοὺς νόμους αὐτοῦ ἀκυρούσης, ἔφη ἑαυτὸν ἐξουσίαν ἔχοντα πᾶσαν τῶν νόμων δυνάμενόν τε ἑαυτὸν κωλῦσαι δόγματα γράφειν, τοῦτο μὲν ἑκουσίως μὴ ποιήσειν, καλῶς εἰδότα τοὺς ἐξαμαρτήσαντας ταχὺ τευξομένους τῆς προςηκούσης δίκης. Ἀκυρουμένων δὲ τῶν ὑφ' αὐτοῦ γραφέντων νόμων, ἄκυρον ἔσεσθαι καὶ

vero illud argumentum sit, quod omnes corporis sensus usque ad exitum vitæ sanos atque integros conservavit. Doctrinam porro illius atque humanitatem abunde id declarat, quod viros doctrinæ laude præstantes non mediocriter colebat, omnesque adeo, qui humanioribus erant artibus dediti, beneficiis ac liberalitate sua prosequebatur. (3) Hos igitur duos viros quum et contubernales et in jure dicundo assessores haberet Asyllius, prolixam operam dedit, ut provinciæ statum restauraret.

(4) Idem in jure dicendo publicum commodum spectans, calumniam e foro dispulit, eamque præcipuam curam habuit, ut infirmissimo cuique subveniret. Nam quum reliqui prætores pupillis ac viduis, agnatorum cura destitutis, tutores dare soliti essent, hic ejusmodi personarum ipse tutelam suscepit, omnesque earum causas summa sollicitudine ac diligentia dijudicans, oppressis auxilio fuit. Quumque assidue, quam diu Siciliæ præfuit, operam dedisset, ut privata ac publica maleficia compesceret, tandem pristinæ felicitati provinciam restituit.

IX. Minitante senatu bellum Graccho, quia judicia sibi eripuisset, hic audacter ait : Etiamsi ego moriar, gladium tamen, quem senatorum lateri impegi, non revellam. Quod effatum, ceu divinitus dictum oraculum, consentaneum habuit verbis exitum; Gracchus enim dum tyrannum se facit, indicta causa interfectus est.

X. Plurima potentia pollebat Drusorum domus propter virorum nobilitatem et propter æquitatem erga cives ac benevolentiam. Quare etiam quum lex quædam ferretur nuperque scita fuisset, nescio quis civis ludibundus adjecit, hanc legem esse dominam civium, exceptis duobus Drusis.

(2) M. Livius Drusus, ætate quidem juvenis *erat*, verum omnibus dotibus ornatus; quippe clarissimo patre natus, quem populus Romanus ob splendorem generis ac virtutem unice dilexerat. Ipse inter æquales suos eloquentia atque opibus eminebat. Idem ob constantem in omnibus dictis fidem maximam sibi auctoritatem comparaverat. Aderat etiam ingens magnitudo animi, adeo ut solus idoneus senatus patronus fore videretur.

(3) Drusus, leges ejus abrogante senatu, ait : quum omnem haberet ferendarum legum potestatem, quumque ipse posset vetare, quominus senatus consulta scriberentur, se sponte id negligere, quia probe sciret fore ut peccantes pœnam congruam brevi experirentur. Jam vero antiquatis, quæ a se scriptæ essent, legibus, antiquari pariter legem

τὸν περὶ τῶν κριτηρίων νόμον· οὗ συντελεσθέντος, τὸν μὲν ἀδωροδοκήτως βεβιωκότα μηδεμιᾶς τεύξεσθαι κατηγορίας, τοὺς δὲ τὰς ἐπαρχίας σεσυληκότας ἀχθήσεσθαι πρὸς τὰς τῆς δωροδοκίας εὐθύνας· ὥστε τοὺς διὰ φθόνον καθαιροῦντας τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τοῖς ἰδίοις δόγμασι καθάπερ αὐτόχειρας κινδυνεύειν.

XI. [Ὅρκος Φιλίππου.] Ὄμνυμι τὸν Δία τὸν Καπετώλιον καὶ τὴν Ἑστίαν τῆς Ῥώμης καὶ τὸν πατρῷον αὐτῆς Ἄρην καὶ τὸν γενάρχην Ἥλιον καὶ τὴν εὐεργέτιν ζώων τε καὶ φυτῶν Γῆν, ἔτι δὲ τοὺς κτίστας γεγενημένους τῆς Ῥώμης ἡμιθέους καὶ τοὺς συναυξήσαντας τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἥρωας, τὸν αὐτὸν φίλον καὶ πολέμιον ἡγήσεσθαι Δρούσῳ, καὶ μήτε βίου μήτε τέκνων καὶ γονέων μηδεμιᾶς φείσασθαι ψυχῆς, ἐὰν[μὴ] συμφέρῃ Δρούσῳ τε καὶ τοῖς τὸν αὐτὸν ὅρκον ὀμόσασιν. Ἐὰν δὲ γένωμαι πολίτης τῷ Δρούσου νόμῳ, πατρίδα ἡγήσομαι τὴν Ῥώμην καὶ μέγιστον εὐεργέτην Δροῦσον. Καὶ τὸν ὅρκον τόνδε παραδώσω ὡς ἂν μάλιστα πλείστοις δύνωμαι τῶν πολιτῶν. Καὶ εὐορκοῦντι μέν μοι ἐπίκτησις εἴη τῶν ἀγαθῶν, ἐπιορκοῦντι δὲ τἀναντία.

XII. Ὅτι συντελουμένων κατὰ τύχην ἀγώνων καὶ τοῦ θεάτρου πεπληρωμένου τῶν ἐπὶ τὴν θέαν κατηντηκότων, Ῥωμαῖον κωμῳδὸν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀγωνιζόμενον κατέσφαξαν ἐν τῷ θεάτρῳ, φήσαντες οὐκ ἀκολούθως αὐτὸν ὑποκρίνασθαι τῇ περιστάσει. Τῆς δὲ πανηγυρικῆς θέας εἰς πολεμικὴν σκυθρωπότητα καὶ φόβων ὑπερβολὴν ἐκτραπείσης, ἡ τύχη σατυρικὸν τῷ καιρῷ τούτῳ πρόσωπον ἐπεισήγαγεν. (2) Ἦν γάρ τις Λατῖνος ὄνομα μὲν Σαυνίων, γελωτοποιὸς δὲ καὶ χάριτας ὑπερβαλλούσας ἔχων εἰς ἱλαρότητα. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς λόγοις ἐκίνει γέλωτας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν σιωπὴν καὶ πᾶσαν σώματος ἐπιστροφὴν ἅπαντας ἐποίει τοὺς θεωμένους μειδιᾶν, φυσικῆς τινος ἐπιτρεχούσης πιθανότητος. Διὸ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις μεγάλης ἀποδοχῆς ἐν τοῖς θεάτροις ἠξιοῦτο· οἱ δὲ Πικεντινοὶ τὴν ἀπόλαυσιν καὶ τέρψιν ταύτην τῶν Ῥωμαίων ἀφελέσθαι βουλόμενοι τοῦτον διέγνωσαν ἀποκτεῖναι. (3) Ὁ δὲ προαισθόμενος τὸ μέλλον τελεῖσθαι, προῆλθεν ἐπὶ τὴν σκηνὴν καὶ τῆς τοῦ κωμῳδοῦ σφαγῆς ἄρτι γεγενημένης, Ἄνδρες, εἶπε, θεαταί, καλλιεροῦμεν· ἐπ' ἀγαθῷ δ' εἴη συντετελεσμένον τὸ κακόν· οὐ γάρ εἰμι Ῥωμαῖος, ἀλλ' ὅμοιος ὑμῶν ὑπὸ ῥάβδοις τεταγμένος περινοστῶ τὴν Ἰταλίαν καὶ χάριτας ἐμπορευόμενος ἡδονὰς καὶ γέλωτας θηρῶμαι. Διὸ φείσασθε τῆς κοινῆς ἁπάντων χελιδόνος, ᾗ τὸ θεῖον ἔδωκεν ἐν ταῖς ἁπάντων οἰκίαις ἐννεοττεύειν ἀκινδύνως· οὐ γὰρ δίκαιον ὑμᾶς πολλὰ κλαίειν. Οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἄλλα πρὸς διάχυσιν καὶ γέλωτα διελθὼν καὶ τῇ πιθανότητι καὶ χάριτι τῆς ὁμιλίας τὸ πικρὸν τῆς τιμωρίας παραιτησάμενος, ἀπελύθη τῶν κινδύνων.

XIII. (Exc. de Virt. et vit. p. 612.) Ὅτι ὁ τῶν Μαρσῶν ἡγούμενος Πομπαίδιος ἐπεβάλετο μεγάλῃ καὶ παραβόλῳ πράξει. Μυρίους γὰρ ἀναλαβὼν ἐκ τῶν τὰς εὐθύνας φοβουμένων, ἔχοντας ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ξίφη προῆγεν ἐπὶ τῆς Ῥώμης. Διενοεῖτο δὲ περιστη-

de judiciis; quo facto, eos, qui per omnem vitam donis accipiendis abstinuissent, carituros omni criminatione; qui autem magistratus quæstui habuissent, daturos corruptelæ suæ pœnas. Quare qui ob invidiam legem a se latam senatus consultis abrogarent, manu sua veluti semet confecturos.

XI. (Philippi jusjurandum.) Juro Jovem Capitolinum et Vestam Romanam et parentem civitatis Martem et auctorem generis Solem et altricem animalium arborumque Tellurem, præterea Romæ conditores semideos et propagatores imperii ejus heroas, me habiturum amicos inimicosque eosdem quos Drusus, et neque facultatibus neque liberis neque ulli omnino animæ me parsurum, [ni]si id Druso profuerit nec non iis qui in hæc eadem verba juraverint. Quodsi civitatem consequar ex Drusi lege, patriam arbitrabor Romam, et benefactorem maximum Drusum, atque hoc jusjurandum cum quamplurimis potero civibus communicabo; et religiose quidem mihi juranti bona contingant, pejeranti contraria. [*Est autem non Philippi, sed Italicorum Druso fidem obstringentium jusjurandum.* Dind.]

XII. Quum forte ludi celebrarentur, stipatumque esset spectatoribus theatrum, comœdus quidam Romanus in scena dum fabulam ageret interfectus est ab iis qui aiebant non consentaneam rei præsenti ab eo personam sustineri. Tum autem theatrali spectaculo ad bellicam torvitatem maximumque terrorem converso, fortuna satyricam isto tempore personam introduxit. (2) Erat enim Latinus quidam nomine Samnio scurra, mira ad exhilarandum gratia præditus; neque enim verbis tantummodo risum excitabat, sed vel tacens qualicunque corporis motu omnes spectatores arridere sibi faciebat, naturali quadam placendi vi; quamobrem Romanis acceptissimus erat in theatris. Picentini autem ut hac Romanos voluptate ac dilectatione privarent, hominis necem decreverunt. (3) Is vero quod futurum erat præsentiens, progressus in scenam, in qua modo cæsus comœdus fuerat; Feliciter, inquit, spectatores, litamus, beneque vertat quod improbe susceptum est. Neque enim Romanus sum, verum ut vos sub fascium imperio Italiam peragro, jocosque nundinans oblectamenta risumque venor. Quare parcite communi hirundini, cui deus hoc tribuit, ut in omnium domis secure nidificet; neque enim decet vos diu postea pœnitere. Tum etiam aliis pluribus ad animorum effusionem risumque dictis, jucunditate ac lepore sermonis acerbitatem designatæ cædis deprecatus est seque periculo eripuit.

XIII. Pompædius Silo, Marsorum dux, magnum ac præcipitis audaciæ facinus aggressus est: lectis enim decem hominum millibus ex iis, qui judiciorum pœnam reformidabant, singulis gladios sub veste habere jussis, Romam versus contendit, eo consilio, ut hac caterva curiam cir

σαι τῇ συγκλήτῳ τὰ ὅπλα καὶ τὴν πολιτείαν αἰτεῖσθαι, ἢ μὴ πείσας πυρὶ καὶ σιδήρῳ τὴν ἡγεμονίαν διαλυμήνασθαι. Ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γαΐου Δομιτίου, καὶ ἐρομένου, Ποῖ προάγεις, Πομπαίδιε, μετὰ τοσούτου πλήθους; εἶπεν, Εἰς Ῥώμην ἐπὶ τὴν πολιτείαν, κεκλημένος ὑπὸ τῶν δημάρχων. Ὁ δὲ Δομίτιος ὑπολαβὼν ἔφησεν ἀκινδυνότερον αὐτὸν καὶ κάλλιον τεύξεσθαι τῆς πολιτείας, ἂν μὴ πολεμικῶς ἐπὶ τὴν σύγκλητον παραγένηται. Ταύτην γὰρ βούλεσθαι τὴν χάριν δοῦναι τοῖς συμμάχοις μὴ βιασθεῖσαν ἀλλ' ὑπομνησθεῖσαν. (2) Ὁ δὲ ἱεράν τινα τὴν συμβουλὴν τἀνδρὸς θέμενος, καὶ πεισθεὶς τοῖς λόγοις, ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν οἰκείαν. Δομίτιος μὲν οὖν φρονίμοις λόγοις ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐξήρπασε τὴν πατρίδα, πολλῷ κρείττονα τὴν ὁμιλίαν ποιησάμενος τῆς γενομένης Σερουιλίῳ τῷ στρατηγῷ πρὸς Πικεντίνους. Ἐκεῖνος γὰρ οὐχ ὡς ἐλευθέροις καὶ συμμάχοις ὁμιλῶν, ἀλλ' ὡς δούλοις ἐνυβρίζων καὶ φόβων μεγάλων ἀπειλαῖς παρώξυνε τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὴν καθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων τιμωρίαν. Οὗτος δέ, πεφρονηματισμένων ἀποστατῶν, ἀλόγους ὁρμὰς ἐπιεικέσι λόγοις εἰς εὔνοιαν προετρέψατο.

cumdaret, ac civitatis jus omnibus Latinis impetraret: sin secus, igni ac ferro urbem vastaret. Cui quum forte C. Domitius obviam factus esset, interrogassetque hominem, quonam pergeret cum tanta hominum manu; Romam, inquit Pompædius: se enim a tribunis plebis arcessitum esse, ut civitatis jus adipisceretur. Quibus Domitius respondit, longe honestius ac facilius id eum consecuturum, si senatum haudquaquam hostiliter adierit: quippe senatum velle non coactum vi, sed admonitum ac rogatum eam gratiam sociis nominis Latini impertire. (2) His sermonibus delinitus Pompædius, quum id Domitii consilium pro fidelissimo ac saluberrimo haberet, protinus domum rediit. Ita Domitius, singulari in loquendo prudentia usus, patriam gravissimis periculis liberavit, longe majori dexteritate congressus cum Pompædio, quam Servilius proconsul cum Picentinis. Namque hic, quasi mancipia, non liberos ac socios, allocutus, quum omni contumeliæ genere iis insultaret, minasque ac terrores incuteret, socios ad suam ac ceterorum pestem et perniciem concitavit. Contra vero Domitius leni oratione furorem atque impetum commotæ defectorum multitudinis repressit.

XIV. (Exc. Vatican. p. 118–120.) Τῆς δὲ λείας τοῖς στρατιώταις μετέδωκαν, ὅπως τῆς ἐκ τῶν πολέμων ὠφελείας οἱ διακινδυνεύσαντες γευσάμενοι, τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγῶνας ἐθελοντὴν ἀναδέχωνται.

XIV. Prædam cum militibus communicaverunt, ut belli commodis post discrimen gustatis, ad decertandum pro libertate alacres fierent.

XV. Ὅτι ὁ Μάριος ἤγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ Σαυνιτῶν πεδίον καὶ τοῖς πολεμίοις ἀντεστρατοπέδευσε. Πομπαίδιος δὲ τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν παρειληφὼς παρὰ τοῖς Μαρσοῖς, καὶ αὐτὸς προῆγε τὴν δύναμιν. Καὶ πλησίον ἀλλήλων γενομένων, τὸ σκυθρωπὸν τοῦ πολέμου εἰς εἰρηνικὴν μετέπεσε διάθεσιν. (2) Εἰς ἐπίγνωσιν γὰρ ὄψεως ἐλθόντες οἱ παρ' ἀμφοτέροις στρατιῶται πολλοὺς μὲν ἰδιοξένους ἐπεγίνωσκον, οὐκ ὀλίγους δὲ συστρατιώτας ἀνενεοῦντο, συχνοὺς δὲ οἰκείους καὶ συγγενεῖς κατενόουν, οὓς ὁ τῆς ἐπιγαμίας νόμος ἐπεποιήκει κοινωνῆσαι τῆς τοιαύτης φιλίας. Διὸ καὶ τῆς συμπαθείας ἀναγκαζούσης προΐεσθαι φωνὴν φιλάνθρωπον, ἀλλήλους ἐξ ὀνόματος προσηγόρευον καὶ παρεκάλουν ἀπέχεσθαι τῆς τῶν ἀναγκαίων μιαιφονίας, τὰς δὲ ἐν προβολῇ πολεμικῶς διακειμένας πανοπλίας ἀποτιθέμενοι, τὰς δεξιὰς ἐξέτεινον ἀσπαζόμενοι καὶ φιλοφρονοῦντες ἀλλήλους. (3) Ἃ δὴ κατανοήσας ὁ Μάριος καὶ αὐτὸς προῆλθεν ἐκ τῆς παρατάξεως· ποιήσαντος δὲ καὶ τοῦ Πομπαιδίου τὸ παραπλήσιον, διελέχθησαν ἀλλήλοις συγγενικῶς. Πολλῶν δὲ λόγων γενομένων τοῖς ἡγεμόσι περὶ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἐπιθυμουμένης πολιτείας, καὶ τῶν στρατευμάτων ἀμφοτέρων χαρᾶς καὶ χαλῶν ἐλπίδων πληρουμένων, ἡ πᾶσα σύνοδος ἐκ πολεμικῆς τάξεως εἰς πανηγυρικὴν διάθεσιν μετέπεσεν· καὶ τῶν στρατηγῶν τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐπὶ τὴν εἰρήνην προκαλεσαμένων, ἅπαντες ἀσμένως τῆς ἀλληλοφονίας ἀπελύθησαν.

XV. Marius copiis in Samniticum agrum eductis, hostibus castra opposuit. Pompædius autem, cui summum imperium a Marsis demandatum erat, ipse quoque copias promovit; quumque inter se appropinquassent, bellica torvitas in pacificam speciem conversa est. (2) Nam usque ad vultuum cognitionem utrimque milites accedentes, multi suos hospites dignoscebant, non pauci commilitones suos recognoscebant, plurimi denique cognatos necessariosque cernebant, quos jus nuptiarum hac inter se familiaritate implicuerat. Mutuis igitur impulsi animorum motibus, voces benevolas emittebant, nominatim se mutuo compellabant atque ut cædibus necessariorum parceretur invicem hortabantur. Rejectis autem armaturis gravibus, quæ in concursu bellico prætendi solent, dextris porrectis salutabant, mutuamque benevolentiam significabant. (3) His Marius observatis, ipse quoque extra aciem prodiit; quod idem quum fecisset Pompædius, familiariter collocuti sunt. Quare inter duces diu protractis de pace et de danda quæ optabatur civitate sermonibus, utroque jam exercitu lætitia bonaque spe pleno, omnis illa multitudo ex bellica acie in solemnem veluti conventum commutata est. Denique dum milites familiaribus verbis ad pacem inter se cohortabantur, cuncti libenter a mutua cæde abstinuerunt.

XVI. Οὗτος γὰρ οὐ προγονικὴν δόξαν οὐδ' ἀφορ-

XVI. Hic enim neque avita gloria neque suo merito

μὴν ἰδίαν ἔχων εἰς προκοπῆς μέγεθος, παραδόξως ἦλθεν εἰς ὑπερβολὴν ἀξιώματός τε καὶ δόξης. Ἐπιστρέφειν δὲ εἴωθεν ἡ τύχη πρὸς τὸ δέον καὶ τοὺς καθ' ἑτέρων ἄδικόν τι μηχανησαμένους τοῖς αὐτοῖς περιβάλλειν συμπτώμασι. Κατὰ τὸ παρὸν ἴσως τυραννοῦσιν, ἀλλ' ὕστερον ὑφέξουσι τὰς τῶν τυραννικῶν ἀνομημάτων εὐθύνας.

XVII. Ὅτι Κρὴς ὁ ἐλθὼν πρὸς Ἰούλιον τὸν ὕπατον ἐπὶ προδοσίαν εἶπεν, Ἂν δι' ἐμοῦ κρατήσῃς τῶν πολεμίων, τίνα δώσεις μισθὸν τῆς εὐεργεσίας; Ὁ στρατηγὸς εἶπε, Ποιήσω σε πολίτην Ῥωμαῖον καὶ ἔσῃ παρ' ἐμοὶ τίμιος. Ὁ δὲ Κρὴς διαχυθεὶς ἐπὶ τῷ ῥηθέντι, Πολιτεία, φησί, παρὰ Κρησὶν εὐφημούμενός ἐστι λῆρος. Τοξεύομεν γὰρ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ κέρδος, καὶ πᾶν βέλος ἡμῶν χάριν [καὶ] ἀργυρίου, νεμόμενοι πᾶσαν χώραν καὶ θάλατταν. Διὸ κἀγὼ νῦν ἀργυρίου χάριν ἥκω· τὰ δὲ τῆς πολιτείας τίμια τοῖς περὶ ταύτης νῦν διαφερομένοις παραχώρει, οἵτινες αἵματος ἀγοράζουσι λῆρον περιμάχητον. Πρὸς ὃν γελάσας ὁ ἄνθρωπος εἶπε, Γενομένης ἡμῖν τῆς ἐπιβολῆς, χαρίσομαί σοι χιλίας δραχμάς.

XVIII. Ὅτι τοὺς δούλους διά τινος ἐπινοίας οἱ Αἰσερνῖται λιμῷ πιεζόμενοι ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγον· πάντα γὰρ ἡ τῆς περιστάσεως ἰδιότης ἠνάγκαζε πράττειν καὶ τῇ τῶν ἄλλων ἀπωλείᾳ τὴν ἰδίαν περιποιεῖσθαι σωτηρίαν. Οἱ δὲ οἰκέται δεινῇ καὶ παρηλλαγμένῃ συμφορᾷ περιπεσόντες, ἀναχωρήσαντες τὴν τῶν δεσποτῶν ὠμότητα τῇ τῶν πολεμίων ἐπιεικείᾳ διωρθώσαντο.

(2) Ὅτι τοὺς κύνας καὶ τἄλλα ζῷα οἱ Αἰσερνῖται ἐσιτοῦντο. Πάντα γὰρ ἡ τῆς φύσεως ἀνάγκη παρὰ τὸ καθῆκον ποιεῖν ἠνάγκαζε, βιαζομένη τὴν ἀπεγνωσμένην καὶ ἀσυνήθη τροφὴν προσφέρεσθαι.

XIX. (Exc. de Virt. et vit. p. 612.) Ὅτι ἦν τις ἐν Ἄσκλῳ παραδεδομένος ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς φυλακήν, ὄνομα μὲν Ἀγαμέμνων, Κίλιξ δὲ τὸ γένος, διὰ δέ τινα περιπέτειαν καὶ συμμάχων φόνους ἐζωγρημένος· ὃς ὑπὸ τῶν Πικεντίνων ἀπολυθεὶς ἐκ τῆς φυλακῆς, διὰ τὴν εὐεργεσίαν προθύμως ἐστρατεύετο. Λῃστείας δὲ πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχων, τὴν πολεμίαν χώραν κατέτρεχε μετὰ στρατιωτῶν ὁμοίων ταῖς παρανομίαις.

XX. Ὅτι οἱ Πιννῆται δειναῖς συνείχοντο συμφοραῖς. Ἀμετάπειστον δ' ἔχοντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν, ἠναγκάζοντο κατεξανίστασθαι τῶν περὶ ψυχὴν παθῶν καὶ περιορᾶν τὰ τέκνα στερισκόμενα τοῦ ζῆν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν γεγεννηκότων.

(Exc. Vatican. p. 120-122.) (2) Ὅτι αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαὶ μετέχουσι θείας τινὸς φύσεως ἐνίοτε προκαταμαντευόμεναι τὰ μέλλοντα, καὶ κατά τινας φυσικὰς εἰδωλοποιίας προορῶνται τὸ συμβησόμενον. Ὅπερ ταῖς τῶν Πιννητῶν γυναιξὶ συνέβη γενέσθαι· προκατωδύροντο γὰρ τὴν ἐσομένην συμφοράν.

(3) Ὅτι τῶν Ἰταλιωτῶν τὰ τέκνα τῶν Πιννητῶν πάντα πρὸ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως ἀγαγόντων καὶ

instructus ad magnos successus, præter opinionem pervenit ad dignitatis gloriæque apicem. Verumtamen reverti solet ad officium fortuna, et eos, qui contra alios injustum quid moliti sunt, iisdem casibus irretire : ita ut in præsenti quidem tempore tyrannidem fortasse exerceant, daturi paullo post tyrannicorum criminum pœnas.

XVII. Cretensis quidam veniens ad Junium consulem, ut ei proditionem faceret, Si me, ait, favente hostes vinces, quodnam mei beneficii præmium dabis? Faciam te, inquit imperator, civem Romanum, erisque in honore apud me. Hoc audito Cretensis cachinnans, Civitas, inquit, apud Cretenses splendida ineptia est; nos autem lucro studium impendimus, atque omnem argenti causa lapidem movemus, terram universam ac mare concursantes. Nunc igitur ego quoque pecuniæ causa adsum; civitatis autem honorem iis, qui nunc pro eo certant, attribue: quandoquidem hi nugas, ceu bello dignas, sanguine emunt. Tum consul arridens, Si rem, inquit, nobis conficies, mille te drachmis remunerabor.

XVIII. Servos Æsernini, deliberatione habita, dum fame premerentur, urbe ejecerunt. Nihil enim non facere cogebat præsens rerum conditio, adeo ut alieno exitio salutem suam quærerent. Servi autem dira atque immani calamitate pressi, translatis sedibus, dominorum crudelitatem clementia hostium emendaverunt.

(2) Æsernini canibus ceterisque ejusmodi bestiis vescebantur. Etenim naturalis necessitas omnia contra morem facere cogebat, ut abominabilem insolitumque cibum caperent eos impellens.

XIX. Agamemno quidam erat Cilix, qui ob maleficia ac plurimas sociorum cædes patratas comprehensus atque in custodiam in urbe Asculo traditus a Romanis erat. Hic a Picentinis custodia liberatus, in gratiam accepti beneficii strenue pro partibus militabat; quumque exercitatus latrociniis a puero esset, adjunctis aliquot ejusdem furoris atque audaciæ hominibus, agrum hostium vastare cœpit.

XX. Pinnenses ob constantem erga populum Romanum fidem in maximas calamitates delapsi sunt : quumque nullatenus discedere a societate vellent Romana, omnem sensum atque affectum exuere cogebantur et liberorum necem oculis suis spectare.

(2) Humanus animus particulam quandam divinæ naturæ habet, ideoque interdum vaticinatur, atque per physica nescio quæ phantasmata id quod eventurum est prævidet. Res hæc Pinnensium feminis contigit, quæ futuram calamitatem ante tempus deplorabant.

(3) Quum Italici liberos omnes Pinnensium ante urbis mœnia stitissent, seque hos jugulaturos minitarentur,

ἀπειλούντων ταῦτα κατασφάττειν, ἐὰν μὴ ἀποστῶσιν ἀπὸ Ῥώμης, οἱ Πιννῆται ἐγκαρτεροῦντες τοῖς δεινοῖς ἔδωκαν ἀπόκρισιν ὅτι τέκνων στερηθέντες ἕτερα ῥᾳδίως ποιήσουσιν, ἐὰν τηρήσουσι τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν.

nisi a Romanis defectio fieret, Pinnenses adversus mala animum obdurantes, responderunt: si liberis orbarentur, facile se alios creaturos esse, servata Romanis fide.

(4) Ὅτι οἱ αὐτοὶ Ἰταλιῶται ἀπογνόντες τὴν ἐκ τῆς πειθοῦς σύλλυσιν, ἐπετελέσαντο πρᾶξιν ὠμότητι διαφέρουσαν. Προςαγαγόντες γὰρ ἐγγὺς τοῦ τείχους τοὺς παῖδας, προςέταττον τοῖς μέλλουσιν ἀναιρεῖσθαι δεῖσθαι τῶν πατέρων ἐλεῆσαι τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνοντας ἐπικαλεῖσθαι τὸν πάντων ἐφορῶντα τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ἥλιον σῶσαι ψυχὰς νηπίων παίδων.

(4) Iidem Italici desperantes oppidum persuasionis vi capere, insignis sævitiæ facinus aggressi sunt. Nam pueris ad mœnia admotis, jusserunt eos jam morituros obsecrare parentes ut liberorum suorum misererentur: tum manibus in cœlum sublatis, invocare conspicantem cunctorum hominum vitam solem, ut innocuorum puellorum vitas protegeret.

XXI. Τοιαῦτα γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ τῆς ψυχῆς παραστήματα κατὰ τοὺς ἀγῶνας, ὥςτε μηδεμίαν ὑπερβολὴν ἄλλοις ὑπολείπεσθαι κατὰ τὰς τῶν δεινῶν ὑπομονάς. Πολλαπλασίων δὲ ὄντων τῶν πολιορκούντων, τὸ τοῦ πλήθους ἐλλιπὲς τῇ τῆς ἀρετῆς ὑπερβολῇ προςανεπλήρουν.

XXI. Tantus autem erat animorum ad bellum incitatio, ut a nemine superari paterentur constantia in adversis; quumque obsidentium multitudine vincerentur, numeri sui exiguitatem excessu virtutis compensabant.

XXII. Ὅτι οἱ μὲν Ἰταλιῶται πολλάκις ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἠγωνισμένοι λαμπρῶς, τότε περὶ τῆς ἰδίας κινδυνεύοντες ὑπερέβαλλον ταῖς ἀνδραγαθίαις τὰς προγεγενημένας νίκας, οὐδὲ Ῥωμαῖοι πρὸς τοὺς πρότερον ὑποτεταγμένους αὐτοῖς ἀγωνιζόμενοι δεῖν ἡγοῦντο φανῆναι τῶν ἡττόνων ἥττους.

XXII. Italici, qui sæpe pro Romanorum imperio splendide dimicaverant, tunc de suo periclitantes, priores victorias fortibus gestis superabant. Sed nec ipsi Romani, dum contra sibi nuper subditos decertarent, videri volebant inferioribus suis inferiores.

XXIII. Ὅτι ὁ δὲ Λαμπώνιος ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Κράσσον, ὑπολαμβάνων προςήκειν μὴ τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων, ἀλλὰ τοὺς ἡγεμόνας ὑπὲρ τοῦ πλήθους διαγωνίζεσθαι.

XXIII. Lamponius procucurrit adversus Crassum, existimans oportere non multitudinem pro ducibus, sed pro multitudine duces dimicare.

XXIV. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Ἰταλιῶται περὶ τῆς τῶν καρπῶν συγκομιδῆς ἠγωνίζοντο. Ἐπιθέσεων δὲ γενομένων καὶ συμπλοκῶν, ἀλληλοκτονοῦντες οὐ διέλιπον. Μετὰ χεῖρας ἔχοντες τὸν θεριζόμενον στάχυν διεκρίνοντο πρὸς ἀλλήλους αἵματι περὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς. Οὐδεὶς δὲ ἀνέμενε παράκλησιν ἡγεμόνος, ἀλλ' ἡ φύσις αὐτὴ προετρέπετο πρὸς τὴν ἀλκὴν προβάλλουσα τὴν τῆς ἐνδείας ἀνάγκην. Ὑπέμενεν ἕκαστος εὐψύχως τὴν διὰ σιδήρου γινομένην τοῦ βίου καταστροφήν, δεδιὼς τὸν ἐκ τῆς ἐνδείας θάνατον.

XXIV. Romani cum Italicis de frugum collectione digladiabantur, et nunc aggrediendo, nunc resistendo a mutuis cædibus non cessabant. Nimirum manu tenentes demessas spicas, cruentam pugnam pro necessario victu gerebant; nemoque exspectabat ducis adhortationem, verum ipsa natura, dum egestatis angustias menti objicit, audaciam exacuebat. Unusquisque dum penuria se mori metueret, ferro potius vitam amittere alacriter tolerabat.

XXV. (Exc. de Virt. et vit. p. 612, 613.) Ὅτι ὁ Σύλλας τὰς πράξεις καλῶς ἐχείριζε καὶ ἐνεργῶς, καὶ δόξης καὶ καλῆς φήμης ἐν Ῥώμῃ κατηξιοῦτο, καὶ τὸ πλῆθος ἐδοκίμασεν αὐτὸν ἄξιον ὑπάρχειν ὕπατον αἱρεῖσθαι, καὶ περιβόητος ἦν ἐπ' ἀνδρείᾳ τε καὶ στρατηγικῇ συνέσει, καὶ καθόλου φανερὸς ὑπῆρχεν εἰς μεῖζον πρόσχημα δόξης προαχθησόμενος.

XXV. Sulla strenue ac præclare rem gerebat, magnaque ejus gloria ac fama in urbe erat: proinde populus Romanus eum consulatu dignum censebat, quum et fortitudine et scientia rei militaris eximius haberetur: satisque apparebat, eum summa quæque adepturum esse.

XXVI. Ὅτι ὁ Μιθριδάτης τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνας κατὰ τὴν Ἀσίαν νικήσας, καὶ πολλοὺς ζωγρήσας, ἅπαντας τιμήσας καὶ ἐσθῆσι καὶ ἐφοδίοις, ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας. Διαβοηθείσης δὲ τῆς τοῦ Μιθριδάτου φιλανθρωπίας, ἐνέπεσεν εἰς τὰς πόλεις ὁρμὴ προςτίθεσθαι τῷ βασιλεῖ. Παρῆν δὲ ὁρᾶν ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων πρεσβευτὰς μετὰ ψηφισμάτων καλούντων αὐτὸν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας καὶ θεὸν καὶ σωτῆρα

XXVI. Mithridates, victis in Asia ducibus Romanis, quum captivos plurimos fecisset, omnes veste ac cibariis donatos in patrias suas dimisit. Quæ ejus humanitas quum omnium sermonibus celebraretur, statim universæ civitates certatim se ejus partibus adjunxere. Itaque cernere erat legatos singularum civitatum decretis publicis

προςαγορευόντων. Ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν παρουσίαν τοῦ βασιλέως ἀπήντων αἱ πόλεις ἐκχεόμεναι πανδημεὶ μετ' ἐσθῆτος λαμπρᾶς καὶ πολλῆς χαρᾶς.

XXVII. Ὅτι κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπικρατοῦντος Μιθριδάτου καὶ τῶν πόλεων ἀφισταμένων ἀκατασχέτως ἀπὸ Ῥωμαίων, οἱ ἐν τῇ Λέσβῳ διέγνωσαν οὐ μόνον αὐτοὺς ἐγχειρίσαι τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀκύλλιον εἰς Μυτιλήνην συμπεφευγότα καὶ νοσοκομούμενον παραδοῦναι τῷ Μιθριδάτῃ. Ἐπιλέξαντες οὖν τῶν νέων τοὺς ἀλκῇ διαφέροντας, ἔπεμψαν ἐπὶ τὸ κατάλυμα. Οἱ δὲ ἀθρόοι προςπεσόντες τούτῳ καὶ τὸν Ἀκύλλιον ἁρπάσαντες ἔδησαν, ὡς καλλίστην τῷ βασιλεῖ καὶ κεχαρισμένην δωρεὰν ἐκπέμψοντες.

(2) Ὁ δέ, καίπερ νέος ὢν παντελῶς τὴν ἡλικίαν, ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι πρᾶξιν ἡρωικήν· φθάσας γὰρ τοὺς μέλλοντας συναρπάζειν αὐτόν, ἀντὶ τῆς ὕβρεως καὶ τῆς αἰσχρᾶς τιμωρίας ἠλλάξατο θάνατον. Σφάζων γὰρ ἑαυτόν, καὶ τῇ δεινότητι τῆς πράξεως καταπληξάμενος τοὺς ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας, ἐποίησε μὴ τολμῆσαι πλησίον αὐτοῦ προςελθεῖν· μετὰ πάσης δὲ ἀδείας ἑαυτὸν ἀπαλλάξας τοῦ ζῆν καὶ τῶν ἐπιφερομένων κακῶν, περιβόητον ἔσχε τὴν ἐπ' εὐψυχίᾳ δόξαν.

XXVIII. Ὅτι καθόλου κατὰ τὴν ναυμαχίαν παρὰ τοῖς Ῥοδίοις πλὴν τοῦ πλήθους τὰ λοιπὰ πάντα μεγάλας εἶχεν ὑπεροχάς, τέχνη κυβερνητῶν, τάξις τῶν νηῶν, ἐρετῶν ἐμπειρία, δυνάμεις ἡγεμόνων, ἐπιβατῶν ἀρεταί· παρὰ δὲ τοῖς Καππάδοξιν ὑπῆρχον ἀπειρίαι καὶ ἀγυμνασίαι καὶ ἡ πάντων τῶν κακῶν παραιτία ἀταξία. Προθυμίᾳ μὲν γὰρ οὐκ ἐλείποντο τῶν Ῥοδίων, ὡς ἂν ἔχοντες ἐπίσκοπον καὶ θεατὴν τῶν κινδύνων τὸν βασιλέα, καὶ τούτῳ σπεύδοντες ἐνδείκνυσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν· μόνῳ δὲ ὑπερέχοντες τῷ πλήθει τῶν σκαφῶν, περιεχέοντο τὰς πολεμίας ναῦς καὶ κυκλοῦντες εἰς μέσον αὐτὰς ἀπελάμβανον.

XXIX. (Exc. Vatican. p. 122.) Ὅτι ὁ Μάριος εἰς τὸν κάμπον καθ' ἡμέραν βαδίζων ἐγυμνάζετο πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας· ἔσπευδε γὰρ τὴν τοῦ γήρως ἀσθένειαν καὶ βραδυτῆτα τῇ καθ' ἡμέραν ἀθλήσει καὶ φιλοπονίᾳ πρὸς τοὐναντίον διορθώσασθαι.

(Exc. de Virt. et vit. p. 613,614.) (2) Ὅτι Γάϊος Μάριος τῶν ἀνθρώπων ἐπιφανέστατος γεγονώς, ἐπὶ μὲν τῆς νεότητος ἐζήλωσεν ἀφιλαργυρίαν, τῶν καλῶν ἔργων ὀρεχθείς, καὶ μεγάλας πράξεις ἐπί τε τῆς Λιβύης καὶ τῆς Εὐρώπης κατεργασάμενος περιεποιήσατο τὴν περιβόητον ἐπιφάνειάν τε καὶ δόξαν. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἐσχάτου γήρως ἐπιθυμήσας τὸν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως πλοῦτον καὶ τὴν ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεσιν εὐπορίαν εἰς τὸν ἴδιον μετενεγκεῖν βίον, τοῖς ὅλοις ἔπταισε *καὶ τοῦ Σύλλα Κορνηλίου τὴν δεδομένην ἐπαρχίαν παραιρούμενος παρανόμως, τῇ προςηκούσῃ περιέπεσε συμφορᾷ. (3) Οὐ μόνον δὲ τὸν ἐπιθυμηθέντα πλοῦτον οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν προςαπέβαλε, δημευθείσης αὐτοῦ τῆς ὑπάρξεως διὰ τὴν τῆς

eum invitantes, deumque ac servatorem appellantes. Porro adventu regis cuncti e civitatibus effusi, in veste candida regem ingenti lætitia excipiebant.

XXVII. Prævalentibus per Asiam Mithridatis partibus, quum urbes omnes miro quodam impetu deficerent a Romanis, Lesbii non solum se ipsos regi tradere constituerunt, sed etiam Aquillium, qui Mytilenas confugerat, ibique ex morbo curabatur, Mithridati prodere. Itaque lectos juvenes corporum robore præstantes ad ejus diversorium miserunt. Hi facto simul impetu correptum Aquillium vinxere, rati pulcherrimum se munus ac Mithridati gratissimum oblaturos esse.

(2) Verum ille, tametsi admodum juvenis, facinus prorsus heroicum aggressus est : præventis enim, a quibus abducendus erat, mortem contumelia ac servilibus tormentis leviorem esse arbitratus, manus sibi intulit. Cujus facinoris audacia cuncti, qui ad eum rapiendum venerant, territi adeo sunt, ut propius accedere minime ausi sint. Itaque quum absque ullo periculo sese vita ac propositis cruciatibus eripuisset, maximam gloriam fortitudinis omnium testimonio est consecutus.

XXVIII. Rhodii in pugna navali, sola navium multitudine inferiores, reliquis omnibus longe superiores erant. Namque et arte gubernatorum et apta navium instructione et peritia remigum et militum fortitudine, scientia denique ac virtute præfectorum Rhodii præstabant. Contra autem Cappadoces imperiti navalis pugnæ et inexercitati, et quæ exitii causa solet esse, incompositi agebant. Animorum quidem alacritate haudquaquam cedebant Rhodiis : quippe quum sub oculis ac conspectu regis pugnam inituri essent, cui approbare hoc insigni testimonio benevolentiam suam cupiebant. Quumque navium dumtaxat numero potiores essent, omni arte circumvenire hostium classem atque intercipere conabantur.

XXIX. Marius in campum *Martium* quotidie descendens ad militare opus se exercebat, dabatque operam, ut senectæ infirmitatem tarditatemque quotidiano exercitio et laboris patientia corrigeret.

(2) C. Marius, vir omnium ætatis suæ celeberrimus, in juventute quidem laudis ac gloriæ studio flagrans, abstinentiam coluit, maximisque in Africa atque Europa rebus gestis summam dignitatem famamque sibi comparavit. Affecta autem ætate quum Mithridatis opes et civitatum Asiæ divitias concupivisset, ac provinciam, Cornelio Sullæ decretam, ad se contra leges transferre vellet, in maximas merito calamitates delapsus est; (3) nec solum iis, quas concupiverat, opibus caruit, sed etiam facultatum suarum jacturam passus est, quæstoribus in ejus bona publice pos-

πλεονεξίας ὑπερβολήν. Καταγνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς πατρίδος θανάτῳ, καὶ διαδρὰς τὴν παραυτίκα τιμωρίαν, ἠλᾶτο κατὰ τὴν χώραν μόνος φεύγων. Καὶ τέλος ἐξέπεσε τῆς Λιβύης εἰς τὴν Νομαδίαν ἄδουλος, ἄπορος, ἔρημος φίλων. Ὕστερον δὲ τῆς Ῥώμης ἐμπεσούσης εἰς πολέμους ἐμφυλίους, συνεργήσας τοῖς τῆς πατρίδος πολεμίοις, οὐκ ἠρκέσθη τῇ καθόδῳ, πόλεμον δὲ ἐκκαύσας, καὶ τυχὼν ὑπατείας τὸ ἕβδομον, οὐκ ἐτόλμησεν ἔτι τῆς τύχης λαβεῖν πεῖραν, δεδιδαγμένος περὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἀβεβαιότητος μεγάλοις συμπτώμασι. (4) Προορώμενος γὰρ τὸν ἀπὸ τοῦ Σύλλα πόλεμον ἐπικρεμάμενον τῇ Ῥώμῃ, μετέστησεν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἑκουσίως. Ἀπολιπὼν δὲ ἀρχὰς μεγάλας πολέμων, αἴτιος ἐγένετο τῷ τε υἱῷ καὶ τῇ πατρίδι τῶν ἐσχάτων ἀκληρημάτων. Ὁ μὲν γὰρ ἀναγκασθεὶς πολεμεῖν τοῖς κρείττοσι, κατέστρεψεν ἀτυχῶς τὸν βίον συμπεφευγὼς ἐν τῇ διώρυγι· οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ κατὰ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ πόλεις ἐμπεσόντες εἰς τὸν πάλαι προκείμενον πόλεμον, ταῖς προκατεσκευασμέναις περιέπεσον συμφοραῖς. (5) Οἱ μὲν γὰρ ἐπιφανέστατοι τῶν Ῥωμαίων, Σκαιουόλαν καὶ Κράσσον φημί, ἐν συγκλήτῳ μιαιφονηθέντες ἀκρίτως προεσήμηναν ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις τὸ μέγεθος τῶν ἐσομένων κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀτυχημάτων. Οἱ πλεῖστοι γὰρ τῶν συγκλητικῶν καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σύλλαν ἀνῃρέθησαν· στρατιῶται δὲ ἐν ταῖς στάσεσι καὶ μάχαις κατεκόπησαν οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων. Καὶ ταῦτα πάντα συνέβη τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιθυμηθέντα πλοῦτον ὑπὸ Μαρίου.

sessum missis, ob immensam illius avaritiam. Ceterum populi judicio capitis damnatus, quum præsentem pœnam forte effugisset, errabundus per Italiam, nullo servo fugæ comite, tandem in Numidiam evasit, inops carensque amicis. Postmodum vero quum Romæ bellum civile excitatum fuisset, iis, qui hostes patriæ judicati erant, socium se adjunxit, partaque victoria, haudquaquam reditu in patriam contentus, magnas præterea turbas in republica commovit. Tandem vero septimum consulatum adeptus, quum suis calamitatibus, quanta esset inconstantia fortunæ, edoctus fuisset, periculum ejus facere amplius noluit. (4) Itaque jam animo prævidens molem belli, quod Sulla patriæ illaturus erat, sponte sibi mortem conscivit, relictisque fomitibus gravissimi belli, et filium et patriam in maximas ærumnas conjecit. Namque hic cum potentiori hoste bellum gerere coactus, miserabili exitu periit, quum urbe capta in cuniculum confugisset : populus autem Romanus atque Italiæ municipes in præstructum jam diu bellum delapsi, maximas experti sunt calamitates. (5) Duo enim civitatis principes, Scævola et Crassus, indicta causa in ipsa curia mactati sunt : quorum certe infausta cædes aperte significabat magnitudinem malorum, quæ urbi atque Italiæ imminebant. Quippe maxima pars senatus et clarissimus quisque a Sulla est occisus : militum vero haud minus, quam centum millia, partim in seditionibus, partim in prœliis cecidere. Atque hæc cuncta ob unius Marii cupiditatem atque avaritiam contigerunt.

XXX. (Exc. Vatican. p. 122-124.) Ὅτι ὁ περιμάχητος ἀνθρώποις πλοῦτος μεγάλαις περιβάλλει συμφοραῖς ἐνίοτε τοὺς ἐπιθυμήσαντας μεταλαβεῖν· προτρεπόμενος γὰρ εἰς ἀδίκους καὶ παρανόμους πράξεις καὶ χορηγὸς γινόμενος πάσης ἀκρατοῦς ἡδονῆς, τοὺς ἄφρονας χωρεῖ πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων. Τοιγαροῦν ὁρᾶν ἔστι τοὺς τοιούτους αὐτοὺς μὲν τοῖς μεγίστοις ἀκληρήμασι περιπίπτοντας, ταῖς δὲ πόλεσι τῶν ἀτυχημάτων γινομένους αἰτίους. (2) Τοσαύτην ὁ χρυσὸς ἔχει δύναμιν ἐπὶ κακῷ προτιμώμενος ἀφρόνως παρὰ ἀνθρώποις, οἵτινες διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πρὸς τοῦτον ἐπιθυμίας παρ' ἕκαστα προφέρονται τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν,

> Ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
> ὡς οὔτε μήτηρ ἡδύς·

καὶ πάλιν,

> Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν·

καὶ τὰ διὰ τῶν μελῶν πεποιημένα,

> Ὦ χρυσέ, βλάστημα χθονός,
> οἷον ἔρωτα βροτοῖσι φλέγεις,
> πάντων κράτιστε, πάντων τύραννε.
> Πολεμεῖς δ' Ἄρεος
> κρείσσον' ἔχων δύναμιν.
> Πάντα θέλγεις. ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μὲν ᾠδαῖς
> εἵπετο δένδρεα καὶ

XXX. Quæ a mortalibus tantopere expetuntur opes, eæ sæpe amatores suos haud mediocribus infortuniis irretiunt. Nam dum ad injusta et legibus contraria facinora exstimulant, ministræque omnis intemperantis voluptatis fiunt, inconsideratos homines ad insana opera rapiunt. Quare hos cernimus in maximas calamitates incidere solitos, tum etiam urbibus malorum causam fieri. (2) Tanta est tamque perniciosa auri vis, quod omni rei stulti mortales præferunt, et cujus tanta cupiditate tenentur, ut hos poetarum versiculos semper in ore habeant :

> O aurum mortalibus pulcerrimum donum,
> quo ne mater quidem dulcior est!

Et iterum :

> Sine, dum lucrer, appellari me improbum;

Et ea quæ melico metro constant :

> O aurum terræ germen,
> quanto amore mortales incendis,
> omnibus prævalens, omnium tyranne!
> Tu Marte dimicas
> potiores habens vires.
> Omnia mulces : et quidem Orphicos cantus
> sectabantur arbores

θηρῶν ἀνόητα γένη, [Ἄρης·
σοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόντος καὶ ὁ παμμήστωρ

(3) Καίτοι γε πόσῳ κρεῖττόν ἐστιν ἐκφέρεσθαι τῶν ποιημάτων τὰ τὴν ἐναντίαν ἔχοντα τούτοις παράκλησιν,

Πότνια σοφία, σύ μοι ἅνδανε·
ὄλβου δ' ἐμοὶ μὴ * χρυσοῦ
φαεννὰν ἀκτῖνα δαίμων διδοίη
παρὸς σοφίας ἢ τυραννίδα Διός.
* Ἀπωτάτω * κεῖται καλὸς θησαυρὸς ὅτῳ προςέβαλε.

ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΝΑΤΗΣ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Vatican. p. 124.) Ὅτι ἀπεστάλησαν πρεσβευταὶ πρὸς τὸν Κίνναν Ῥωμαίων περὶ συλλύσεως· οἷς ἀπόκρισιν ἔδωκεν ὁ ὕπατος ἐξεληλυθὼς ὡς οὐ προςεδέξατο τὴν ἐπάνοδον ἐν ἰδιώτου σχήματι ποιήσασθαι.

II. Ὅτι ὕστερον τοῦ Μετέλλου μεθ' ἧς εἶχε δυνάμεως πλησιάσαντος τῇ τοῦ Κίννα παρεμβολῇ καὶ συνελθόντος εἰς λόγους συνεφώνησεν ὥςτε στρατηγὸν εἶναι τὸν Κίνναν, καὶ πρῶτος ὁ Μέτελλος ὠνόμασε στρατηγόν. Ἀμφότεροι δὲ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι κατηγορίας ἠξιώθησαν. Ὁ μὲν γὰρ Μάριος κατὰ πρόςωπον γενόμενος ἔφησε δεῖν σχεδὸν ἤδη νενικηκότα μὴ καταλύειν τὴν δεδομένην αὐτοῖς ὑπὸ θεοῦ ἐξουσίαν· ὁ δὲ Μέτελλος ὡς ἀνέκαμψεν, εἰς μεγάλην ἦλθε διάτασιν πρὸς Ὀκταύιον, προδότης ὢν τῶν τε ὑπάτων καὶ τῆς πατρίδος. (2) Ὁ δὲ Ὀκταύιος οὐδενὶ τρόπῳ συγχωρήσειν ἑαυτὸν ἔφη καὶ τὴν Ῥώμην ὑπὸ τὴν Κίννου δεσποτείαν. Καὶ γὰρ ἂν εἰ πάντες αὐτὸν καταλίπωσιν, ὅμως ἑαυτὸν διατηρήσειν ἄξιον τῆς ἡγεμονίας καὶ μετὰ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων **· ἐὰν δὲ ἀπογνῷ πάσας τὰς ἐλπίδας, ὑφάψειν μὲν τὴν ἰδίαν οἰκίαν, συγκατακαύσειν δὲ αὑτὸν μετὰ τῆς οἰκείας οὐσίας καὶ τὸν μετ' ἐλευθερίας θάνατον εὐγενῶς ἀναδέξεσθαι.

III. (Exc. de Virt. et vit. p. 614.) Ὅτι Μερόλας ὁ αἱρεθεὶς ὕπατος εἰς τὸν τοῦ Κίννα τόπον μετὰ τὸ σύνθεσιν ποιήσασθαι τὸ δήπερ αὐτὸν ὑπατεῦσαι, ἔδοξε πρᾶξιν ἀγαθοῦ σφόδρα πολίτου πρᾶξαι. Ἔν τε γὰρ τῷ συνεδρίῳ καὶ τῷ δήμῳ διαλεγόμενος περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων, ἀρχηγὸς ἐπηγγείλατο γενέσθαι τῆς ὁμονοίας. Ἄκων γὰρ ᾑρημένος ὕπατος ἑκουσίως ἔφη παραχωρήσειν τῷ Κίννᾳ τῆς ἀρχῆς, καὶ παραχρῆμα ἰδιώτης ἐγένετο. Ἡ δὲ σύγκλητος ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς τοὺς ποιησομένους τὰς συνθήκας καὶ τὸν Κινναν εἰςάξοντας εἰς τὴν πόλιν.

IV. (Exc. Photii p. 542.) Ὅτι οἱ περὶ τὸν Κίνναν καὶ Μάριον συνεδρεύσαντες μετὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων ἐβουλεύοντο ὅπως βεβαίως καταστήσωσι τὴν εἰρήνην· τέλος ἔδοξεν αὐτοῖς τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐχθρῶν καὶ δυναμένους ἀμφισβητῆσαι πραγμάτων πάντας ἀποκτεῖναι, ὅπως, καθαρᾶς γενομένης τῆς ἰδίας

et ferarum brutum genus; [tifex Mars,
te vero tellus universa et pontus et rerum omnium ar-

At enim multo melius erit proferre e poematis ea, quae contrariam his habent sententiam:

Venerabilis sapientia, tu mihi placeas.
Nequaquam vero divitis auri
splendidum radium mihi deus obtulerit,
vel regiam Jovis dignitatem præ sapientia.
Longissime abest is ad quem pulcer thesaurus accedit.

LIBRORUM DUODEQUADRAGESIMI ET UNDEQUADRAGESIMI RELIQUIÆ.

I. Quum ad Cinnam legati de pace facienda missi essent, ille respondit: non posse se unde consul exivisset eodem privatum reverti.

II. Postea Metellus, copiis suis prope Cinnæ castra locatis, venit in colloquium, consentitque ut imperatoriam dignitatem Cinna retineret, primusque Metellus imperatorem eum salutavit. Sed enim ob id factum uterque vituperatus est. Nam Marius coram progressus ait, non oportere eum, qui jam prope victor esset, consularem a deo datam potestatem dimittere. Tum etiam Metellus regressus gravi discidio cum Octavio disceptavit, quasi consulum patriæque proditor. (2) Etenim Octavius numquam vel semet passurum dixit vel Romam sub Cinnæ dominatum venire: nam etsi omnes eum deseruissent, se tamen nihil umquam dignitate sua alienum facturum, et se cum iis certe, qui parem sententiam gererent,**; verum si omni spe dejectus fuerit, ædes suas inflammaturum, et semet ipsum cum omnibus suis opibus ibi absumturum, mortemque libertate comite fortiter obiturum.

III. L. Cornelius Merula, qui in locum Cinnæ suffectus consul fuerat, quum L. Cinna ea conditione pacem pollicitus esset, ut magistratus ipsi abrogaretur, optimum se civem ac patriæ amantissimum præstitit. Namque in senatu et ad populum verba de republica faciens, primum se auctorem concordiæ fore promisit; quumque invitus consul factus fuisset, sponte nunc magistratu cedere L. Cinnæ: statimque abdicata potestate privatus mansit. Senatus ergo legatos ad Cinnam misit, qui percussis cum eo pacis conditionibus, in urbem illum introducerent.

IV. Cinna et Marius, convocato clarissimorum ducum senatu, inter se consiliabantur, quibus rationibus pacem confirmarent. Placuit ad extremum, ut inimicorum nobilissimos, qui litem de rerum summa movere possent, omnes necarent, ut repurgata partium suarum fa-

αἱρέσεως καὶ μερίδος, ἀδεῶς τὸ λοιπὸν καὶ ὡς ἂν βούλωνται μετὰ τῶν φίλων διοικῶσι τὰ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν. (2) Εὐθὺς οὖν τῶν μὲν γεγενημένων συνθέσεων καὶ πίστεων ἠμέλησαν, σφαγαὶ δὲ τῶν καταψηφισθέντων αὐτοῖς ἄκριτοι καὶ πανταχοῦ ἐγίνοντο. Κόϊντος δὲ Λουτάτιος ὁ Κάτλος, τεθριαμβευκὼς μὲν ἐπισήμως ἀπὸ Κίμβρων, ἀγαπώμενος δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν περιττότερον, ὑπό τινος δημάρχου κατηγορίας ἐτύγχανεν ἐν τῷ δήμῳ θανάτου. (3) Φοβούμενος δὲ τὸν ἐκ τῆς συκοφαντίας κίνδυνον, ἧκεν εἰς τὸν Μάριον, δεόμενος τυχεῖν βοηθείας. Ὁ δὲ τὸ μὲν ἔμπροσθεν ἐγεγόνει φίλος, τότε δ' ἔκ τινος ὑποψίας ἀλλοτρίως ἔχων πρὸς αὐτόν, τοῦτο μόνον ἀπεκρίθη, Θανεῖν δεῖ. Καὶ ὁ Κάτλος ἀπογνοὺς μὲν τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, σπεύδων δὲ χωρὶς ὕβρεως καταστρέψαι τὸν βίον, ἑαυτὸν τοῦ ζῆν μετέστησεν ἰδίῳ τινὶ καὶ παρηλλαγμένῳ τρόπῳ. Συγκλείσας ἑαυτὸν εἰς οἶκον νεόχριστον καὶ τὴν ἐκ τῆς κονίας ἀναφορὰν πυρὶ καὶ καπνῷ συναυξήσας, τῇ τῆς ἀναπνοῆς φθορᾷ περιπνιγὴς γενόμενος ἀπήλλαξεν.

V. (M. Planudii ex Dione Cassio excerpta in Maii N. C. vol. II, p. 548, et Suidas v. Σύλλας. Ex eodem quo Diodorus fonte sua repetiit Plutarchus Sull. c. 7, unde varietatem quatenus referebat apposui.) Ὅτι μέλλοντος ἐν Ῥώμῃ τοῦ ἐμφυλίου ἐγείρεσθαι πολέμου, ἄλλα τε πολλὰ Λίβιος καὶ Διόδωρος ἱστόρησαν καὶ (ὅτι ἐπὶ τοῦ Σύλλα τοῦ ὑπάτου ὁ ἐμφύλιος Ῥωμαίων ἀνήφθη πόλεμος. Ἐπισημῆναι δὲ τὴν τῶν μελλόντων κακῶν φορὰν Λίβιός φησι καὶ Διόδωρος Suid.) ἐξ ἀνεφέλου τοῦ ἀέρος καὶ αἰθρίας πολλῆς ἦχον ἀκουσθῆναι σάλπιγγος, ὀξὺν ἀποτεινούσης καὶ θρηνώδη τὸν (om. S. Pl.) φθόγγον. Καὶ τοὺς μὲν ἀκούσαντας ἅπαντας ἔκφρονας ὑπὸ τοῦ (om. S.) δέους γενέσθαι, τοὺς δὲ Τυῤῥηνῶν μάντεις μεταβολὴν τοῦ (ἑτέρου Pl.) γένους καὶ μετακόσμησιν ἀποφήνασθαι σημαίνειν τὸ τέρας. Εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρώπων ὀκτὼ γένη διαφερόντων (διαφέροντα τοῖς βίοις καὶ S. Pl.) τοῖς ἤθεσιν ἀλλήλων· ἑκάστῳ δὲ ἀφωρίσθαι χρόνον (χρόνων ἀριθμὸν Pl.) ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου περιόδῳ. Τῆς δ' οὖν (γοῦν S.) προτέρας περιόδου τελευτώσης καὶ ἑτέρας ἀνισταμένης (ἐνισταμένης S. Pl.), κινεῖσθαί τι σημεῖον ἐκ γῆς ἢ οὐρανοῦ θαυμάσιον· ᾗ (ὃ S., ὡς Pl. Leg. ᾗ vel ᾧ) δῆλον εὐθὺς τοῖς τὰ αὐτὰ (τὰ τοιαῦτα Pl. S.) σοφοῖς γίνεσθαι ὅτι καὶ τρόποις ἄλλοις καὶ βίοις ἄνθρωποι γεγόνασι χρώμενοι (χρ. γεγόνασι Pl. S.) καὶ θεοῖς ἧττον (ἢ μᾶλλον addit Pl.) τῶν προτέρων μέλλοντες (μέλοντες Pl., μέλονται. Ταῦτα μὲν οὖν εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως πως ἔχει σκοπεῖν παρίημι S).

VI. (Exc. Vatican. p. 125.) Ὅτι ἐπὶ ταῖς τῶν πολιτῶν σφαγαῖς καὶ ταῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον παρανομίαις ταχέως ἐκ θεῶν τις Κίννᾳ καὶ Μαρίῳ ἠκολούθησε νέμεσις. Σύλλας γάρ, εἷς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ὑπολειφθείς, περὶ τὴν Βοιωτίαν τὰς Μιθριδάτου δυνάμεις κατακόψας καὶ τὰς Ἀθήνας ἐκπολιορκήσας, εἶτα Μιθριδάτην σύμμα

ctione, secure deinceps et arbitratu suo res imperii una cum amicis administrarent. (2) Continuo igitur fidem ac pacta reconciliatæ prius gratiæ loco nullo habuere, et condemnatorum ab ipsis cædes ubique indicta causa perpetrantur. Tum etiam Q. Lutatius Catulus, qui triumphum insignem de Cimbris retulerat, et majorem in modum a civibus diligebatur, a quodam tribuno plebis capitis ad populum arcessitus est. (3) Quum igitur imminens a calumnia periculum extimesceret, venit ad Marium, utque sibi opem ferret, obsecravit. Is amicus pridem fuerat: verum tunc ex suspicione quadam alienatus, hoc solum respondit: Moriendum est. Catulus ergo, spe salutis abjecta, dum mortem contumeliæ expertem obire properat, peculiari quodam more et inusitato de vitæ statione decessit. In domum enim nuper incrustatam se inclusit, ubi quum calcis evaporationem igni fumoque adauxisset, corrupta respiratione suffocatus e vivis excessit.

V. Ubi Sullæ consulis temporibus civile Romanorum bellum exarsit, inter alia signa malorum illorum tempestatem præcedentia, quæ Livius Diodorusque in historiis suis retulerunt, dicitur etiam cœlo innube, serenitate maxima, tubam auditam esse, quæ acutum et lugubrem clangorem redderet: omnesque, qui eam audivissent, præ metu obstupuisse. Tyrrhenos autem vates respondisse, mutationem generis humani statusque conversionem illo prodigio significari. Octo enim esse hominum genera vita et moribus inter se discrepantia, quorum unicuique certum tempus a deo præstitutum esset, quod magni anni circuitu absolveretur. Priore igitur circuitu ad finem perducto et altero instante, prodigium aliquod admirabile in terra vel cœlo apparere, ex quo rerum illarum periti statim conjicerent, exstitisse homines aliis moribus præditos, qui diis minus curæ essent quam priores. Hæc vero sive sic, sive alio modo se habeant, nunc non disputo.

VI. Ob civium patratas cædes atque indigna homine scelera statim a diis Cinnam et Marium vindicta subsecuta est. Nam Sylla ex inimicorum numero superstes, cæsis in Bœotia Mithridatis copiis, captisque Athenis, mox etiam Mithridate socio sibi adjuncto, acceptoque ejus exercitu, in Ita-

χον ποιησάμενος καὶ παραλαβὼν αὐτοῦ τὸν στόλον, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. Ἐν ἀκαρεῖ δὲ χρόνῳ κατακόψας τὰς περὶ Κίνναν καὶ Μάριον δυνάμεις, κύριος ἐγένετο πάσης Ῥώμης καὶ Ἰταλίας, καὶ πάντας τοὺς μετὰ Κίννα μιαιφονήσαντας ἀπέσφαξε καὶ τὴν Μαριανὴν συγγένειαν ἐκ βάθρων ἦρε. Διὸ καὶ πολλοὶ τῶν μετρίων ἀνδρῶν τὴν τῶν προκαταρξάντων τῆς μιαιφονίας τιμωρίαν εἰς τὴν τῶν θεῶν πρόνοιαν ἀνέπεμπον· κάλλιστον γὰρ * τοῖς ἀσεβῆ βίον αἰρουμένοις πρὸς διόρθωσιν κακίας ἀπελέλειπτο.

VII. (Exc. de Virt. et vit. p. 614, 615.) Ὅτι ὁ Σύλλας χρημάτων ἀπορούμενος ἐπέβαλε τὰς χεῖρας τρισὶν ἱεροῖς, ἐν οἷς ἀναθημάτων ἀργυρῶν τε καὶ χρυσῶν πλῆθος ἦν, ἐν μὲν Δελφοῖς τῷ Ἀπόλλωνι καθιερωμένα, ἐν Ἐπιδαύρῳ δὲ τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ τῷ Διί. Πλεῖστα δὲ ἔλαβεν ἐξ Ὀλυμπίας διὰ τὸ μεμενηκέναι τὸ ἱερὸν τοῦτο ἄσυλον ἐξ αἰῶνος· τῶν γὰρ ἐν Δελφοῖς χρημάτων Φωκεῖς τὰ πλεῖστα διεφόρησαν ἐν τῷ ἱερῷ κληθέντι πολέμῳ. Ὁ δὲ Σύλλας πολὺν ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἔτι δὲ τὴν ἄλλην πολυτελῆ κατασκευὴν ἀναλαβών, ἤθροισε χρημάτων πλῆθος πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ προσδοκωμένους πολέμους. Ἀδεισιδαιμόνως δὲ τῇ λήψει τῶν ἱερῶν χρημάτων προσενεχθείς, χώραν ἀντὶ τούτων καθιέρωσε τοῖς θεοῖς εἰς τὰς κατ' ἔτος προσόδους. Εὐτραπελευόμενος δὲ ἀπεφαίνετο κρατεῖν τῷ πολέμῳ πάντως διὰ τὸ τοὺς θεοὺς αὐτῷ συνεργεῖν εἰςενηνοχότας χρημάτων πολύ τι πλῆθος αὐτῷ.

VIII. Ὅτι Φιμβρίας κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν πολὺ προέχων τοῖς διαστήμασι τοῦ Φλάκκου, καιρὸν ἔσχε μεγάλοις ἐπιχειρῆσαι τολμήμασι· καὶ σπεύδων τοὺς στρατιώτας ἰδίους κατασκευάσασθαι ταῖς εὐνοίαις, συνεχώρησεν αὐτοῖς τὴν χώραν τῶν συμμάχων ὡς πολεμίαν διαρπάζειν καὶ τοὺς περιτυχόντας ἐξανδραποδίζεσθαι. Ἀσμένως δὲ προςδεξαμένων τῶν στρατιωτῶν τὴν συγχώρησιν, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις περιεποιήσαντο χρημάτων πλῆθος. Οἱ δὲ διαρπαγέντες ἀπήντησαν τῷ ὑπάτῳ, καὶ περὶ τῶν καθ' αὐτοὺς ἀπωδύροντο. Ὁ δὲ περιαλγὴς γενόμενος προσέταξεν ἀκολουθεῖν, ὅπως τὰ ἴδια κομίσωνται. Αὐτὸς δὲ τῷ Φιμβρίᾳ διαπειλησάμενος προσέταξε τὰ διαφορηθέντα τοῖς ἀπολωλεκόσιν ἀποκαταστῆσαι. Ὁ δὲ τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς στρατιώτας ἀνέπεμπεν, ὡς ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης πάντα πεπραχότας· τοῖς δὲ στρατιώταις κατ' ἰδίαν παρήγγειλε μὴ προσέχειν τοῖς προστάγμασιν, ἀλλὰ τὰ διὰ τῶν ὅλων κτηθέντα τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ μὴ προέσθαι. Τοῦ δὲ Φλάκκου μετὰ ἀνατάσεως προστάττοντος ἀποδιδόναι τὰ διηρπασμένα, τῶν δὲ στρατιωτῶν οὐ προςεχόντων, ταραχὴ καὶ στάσις κατεῖχε τὸ στράτευμα.

(2) Ὅτι ὁ Φιμβρίας διαβεβηκὼς τὸν Ἑλλήσποντον, τοὺς στρατιώτας πρὸς παρανομίαν καὶ ἁρπαγὴν παρορμήσας, χρήματα τὰς πόλεις εἰςεπράττετο καὶ τοῖς στρατιώταις ταῦτα διένεμεν. Οἱ δὲ εἰς ἀνυπεύθυνον

liam rediit: brevissimoque tempore trucidatis Cinnæ et Marii exercitibus, Romam totamque Italiam occupavit, cunctosque qui cum Cinna clades ediderant interemit, Marianasque partes funditus delevit. Quare etiam multi religiosi homines pœnam illorum, qui tot antea se cædibus inquinaverant, ad deorum providentiam referebant. Sane tunc pulcherrimum *monumentum* relictum est ad eorum emendationem qui scelestam vitam instituunt.

VII. L. Sulla, pecuniæ inopia pressus, tria templa aureis atque argenteis denariis refertissima spoliare est aggressus, templum scilicet Apollinis Delphis, et Æsculapii Epidauri, Jovisque fanum, quod est Olympiæ percelebre, ex quo etiam plurimas opes abstulit, quum id quidem fanum omni intactum ævo permansisset. Nam quod ad Delphici templi divitias spectat, Phocenses belli sacri temporibus magna ex parte eas exhauserant. Igitur quum L. Sulla maximum auri argentique pondus ac quidquid pretiosioris erat materiæ corrasisset, ingentem vim pecuniæ ad Italicum sibi bellum collegit. Ceterum absque ullo metu ac religione sacram pecuniam depeculatus, agrum ejus loco ad sollemnia cujusque anni sacrificia diis attribuit: ac subinde per jocum dicere solebat, ideo se victoriam omnibus in prœliis consequi, quod auxiliares haberet deos, qui plurimam pecuniam sibi ad bellum contulissent.

VIII. C. Flavius Fimbria quum L. Valerium Flaccum longo intervallo antecurrisset, maximam turbandi opportunitatem nactus, quo militum benevolentiam sibi conciliaret, eis permisit, uti agros sociorum quasi hostiles vastarent, atque obvium quemque in servitutem redigerent. Quam milites licentiam libenter amplexi, intra paucos dies maximas sibi opes compararunt. Verum hi, quos spoliaverant, Valerio consuli obviam profecti de injuriis sibi illatis graviter conquesti sunt. Qui quum rem moleste ferret, sequi se eos jussit, ut sua singuli reciperarent; ac Fimbriæ interminatus mandavit, ut, quæcunque per vim ablata essent, dominis restitueret. Sed ille culpam in milites conferebat, qui hæc omnia injussu suo præstitissent. Ceterum milites clam monuit, ne mandatis parerent, neve, quæ belli jure parta erant, eripi sibi paterentur. Igitur quum direpta restitui Valerius minaciter juberet, nec milites edicto auscultarent, magnus in castris tumultus excitatus est.

(2) Postquam Fimbria Hellespontum trajecit, militem ad rapinas atque omnis generis flagitia cohortatus, pecunias extorquere a civitatibus cœpit, easque inter legionarios dividere: qui effrenem licentiam nacti, ac spe ingentis lucri

ἐξουσίαν προαχθέντες καὶ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ὠφελείας μετεωρισθέντες, ὡς κοινὸν εὐεργέτην ἠγάπων. Τὰς δὲ μὴ ὑπακουσάσας πόλεις ἐκπολιορκῶν εἰς διαρπαγὴν ἐχαρίζετο τοῖς στρατιώταις. Καὶ Νικομήδειαν παρέδωκε τοῖς στρατιώταις εἰς διαρπαγήν.

(3) Ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ Κύζικον παρελθὼν ὡς φίλος, τοῖς μὲν εὐπορωτάτοις τῶν πολιτῶν ἐμέμφετο θανάτου καταιτιασάμενος· δύω δὲ εἰς κατάπληξιν καὶ φόβον τῶν ἄλλων καταδίκους ποιήσας καὶ ῥαβδίσας ἐπελέκισε. Τὰς δὲ οὐσίας αὐτῶν ἀναλαβών, καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τῶν προαπολωλότων μέγαν φόβον ἐπιστήσας, ἠνάγκασε λύτρα τῆς σωτηρίας ὅλας τὰς ὑπάρξεις αὐτῷ προέσθαι.

(Exc. Vatican. p. 125.) (4) Ὅτι ὁ Φιβρῖνος τὴν ἐπαρχίαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσούτοις περιέβαλεν ἀτυχήμασιν ὅσοις εἰκὸς ἦν περιβαλεῖν ἐξουσίαν τοῦ πράττειν ὃ βούλεται τηλικαύτῃ δυσσεβείᾳ περιπεποιημένον. Τὴν γὰρ Φρυγίαν κατασύρων πρηστῆρος τρόπον ἐπὶ τῇ τῶν περιπεσόντων περιτροπῇ ἁπάσης πόλεως κατέσκηπτε. Ὁ δὲ στερήσας ἑαυτὸν τοῦ ζῆν μιᾷ τελευτῇ πολλῶν θανάτων ἐχρεοκόπησεν ὀφειλήματα.

IX. (Exc. de Virt. et vit. p. 615, 616.) Ὅτι Γναῖος Πομπήιος στρατιωτικὸν βίον ἑλόμενος ἐνεκαρτέρει ταῖς καθ' ἡμέραν κακοπαθείαις, καὶ ταχὺ τὸ πρωτεῖον ἀπηνέγκατο τῆς ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις ἀσκήσεως. Πᾶσαν δὲ ῥᾳστώνην καὶ σχολὴν ἀποτριψάμενος, διετέλει καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀεί τι πράττων τῶν εἰς τὸν πόλεμον χρησίμων· διαίτῃ μὲν γὰρ ἐχρῆτο λιτῇ, λουτρῶν δὲ καὶ συμπεριφορᾶς τρυφὴν ἐχούσης ἀπείχετο. Καὶ τὴν μὲν τροφὴν καθήμενος προσεφέρετο, πρὸς δὲ τὸν ὕπνον ἀπεμέριζε χρόνον ἐλάττονα τῆς ἐκ τῆς φύσεως ἀνάγκης· τὸν δὲ ἐν νυκτὶ πόνον παρεδίδου τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ, ἐπαγρυπνῶν τοῖς τῆς στρατηγίας ἐντεύγμασι. Διὰ δὲ τῆς συνήθους τῶν ἀπίστων μελέτης ἀθλητὴς ἐγένετο τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων. Τοιγαροῦν ὅσῳ χρόνῳ τις ἕτοιμον οὐκ ἂν παρέλαβε στράτευμα, πολὺ τάχιον οὗτος συνελέξατο καὶ διατάξας καθώπλισε. Προςαγγελθεισῶν δὲ τῶν περὶ αὐτὸν πράξεων εἰς τὴν Ῥώμην, ἅπαντες οὐ τὴν ἀρετὴν ἀλλὰ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ λογιζόμενοι κατ' ἀρχὰς κατεφρόνησαν, ὡς τῶν προςαγγελλόντων κενῶς τὰ περὶ αὐτὸν τραγῳδούντων· ὡς δ' ἡ προςηγγελμένη φήμη διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀληθὴς ἐφάνη, ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν Ἰούνιον, ὃν τρεψάμενος ἐνίκησε.

X. (Exc. Vatican. p. 125-127.) Ὅτι Γναῖος Πομπήιος καλὰς ἀμοιβὰς τῆς ἀρετῆς ἀπενεγκάμενος καὶ τοῦ πρωτείου τυχὼν διὰ τὴν ἀνδρείαν, ἀκολούθως τοῖς ὑπηργμένοις τὰ μετὰ ταῦτα ἔπραξε καὶ τὴν περὶ αὐτὸν αὔξησιν διὰ γραμμάτων ἐδήλωσε τῷ Σύλλᾳ. Ὁ δὲ πρὸ πολλῶν ἄλλων θαυμάσας τὸν νεανίσκον, τοῖς μετ' αὐτοῦ συγκλητικοῖς ἐπέπληττε παρονειδίζων ἅμα καὶ προκαλούμενος πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον· θαυμάζειν γὰρ ἔφησεν ὅτι νέος μὲν παντελῶς τηλικοῦτον στρά-

illecti, eum tanquam optime de omni exercitu meritum diligebant. Urbes porro, quæcunque imperata facere detrectassent, eas expugnatas militibus diripiendas dabat. Sic Nicomediam exercitui in prædam concessit.

(3) Idem, quum Cyzicum tanquam amicus introisset, opulentissimos quosque variis criminationibus appetiit, duosque ex his civitatis principes capiti damnatos, ad incutiendum ceteris terrorem virgis cæsos secari percussit, et bona eorum publicavit; atque ita reliquos timore percalsos conferre sibi integra patrimonia coegit.

(4) Fibrinus (*Fimbria*) provinciam cui præerat tantis malis intra breve tempus obruit, quanta ab eo exspectanda erant, qui potestatem pro suo libito debacchandi tam gravi scelere adeptus fuerat. Nam dum Phrygiam fulminis instar depopularetur, prout quæque res vel homo in ejus manus incidebant, civitatem universam devastavit(?). Sed ipse ad extremum manus sibi afferens una nece multarum cædium debita solvit.

IX. Cn. Pompeius militiæ studia sectatus, quum bellicos labores constantissime perferret, brevi maximum rei militaris usum est adeptus : pulsa enim desidia ac mollitie, diu noctuque semper aliquid, quod bello utile esset, actitabat; quippe modico ac tenui victu utebatur, balneis vero atque hujusmodi deliciis prorsus abstinebat, cibumque sumebat sedens. Nocturnæ autem quieti paucissimas impendebat horas; et quæ acturus interdiu erat, noctu curis atque officio ducis invigilans prospiciebat. Jam ex assidua tractatione ac meditatione casuum bellicorum peritissimus rei militaris evasit : proinde quo temporis spatio alius paratum jam exercitum vix accepisset, hic multo etiam citius contraxit milites, armatos ad pugnam instruxit. Quumque fama rerum ab eo gestarum Romam perlata esset, cuncti ætatem illius, non virtutem æstimantes, initio adolescentem contemnebant, rati rem a nuntiis temere in majus efferri : sed postquam fama eventu demum ipso comprobata est, senatus Junium Brutum adversus illum proficisci jussit : quem Pompeius victum fugere compulit.

X. Cneius Pompeius præclaro fructu virtutis suæ relato, et primatum ob fortitudinem suam adeptus, eadem strenuitate, qua initio res gesserat, etiam postea egit, deque incrementis suis Syllam per literas certiorem fecit. Hic autem præ aliis multis adolescentem suspiciens, eos qui forte aderant senatorios viros increpuit, atque ad illius æmulationem non sine quadam objurgatione adhortatus est. Mirari enim se dixit, quod ille plane juvenculus tantum

τευμα τῶν πολεμίων ἀφήρπακεν, οἱ δὲ τῇ τε ἡλικίᾳ καὶ τοῖς ἀξιώμασι πολὺ προέχοντες οὐδὲ τοὺς ἰδίους οἰκέτας εἰς συμμαχίαν γνησίαν δεδύνηνται παρέχεσθαι.

XI. Ὅτι τὸν Ἀδριανὸν τὸν στρατηγὸν τῆς Ἰτύκης ζῶντα ἔκαυσαν οἱ Ἰτυκηνοί. Τὸ δὲ πραχθέν, καίπερ ὂν δεινόν, οὐκ ἔτυχε κατηγορίας διὰ τὴν τοῦ παθόντος κακίαν.

XII. Ὅτι τῷ Μαρίῳ τῷ υἱῷ Μαρίου ὑπατεύσαντι οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν κατὰ νόμον τετελεκότων τὴν στρατείαν ἐθελοντὴν ἔσπευσαν τῶν νεανίσκων κοινωνῆσαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἀγώνων, καὶ πρεσβύτεροι ταῖς ἡλικίαις ὄντες ἐνδείξασθαι τοῖς νεωτέροις ὅ,τι δύναται πολεμικῶν ἔργων μελέτη καὶ συνήθεια παρατάξεων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν πολέμῳ δεινῶν.

XIII. Ἔλεγχοι πικροὶ καὶ κατὰ πόλιν καὶ ἔθνος καὶ ποικίλαι πεῖραι προςήγοντο τοῦ γνωσθῆναι πῶς ἔχουσι πρὸς αὐτούς. Ἠναγκάζοντο γὰρ διὰ τῆς ὑποκρίσεως πρὸς ἀμφοτέρους τοῖς προςποιήμασι μετοκλάζειν καὶ πρὸς τοὺς ἀεὶ παρόντας ἀπονεύειν. Κατὰ γὰρ ἀντιπολεμούντων οἱ πρὸς τὴν στρατολογίαν ἀποδεδειγμένοι καὶ κατὰ πρόςωπον παρόντες καὶ πρὸς ἀλλήλους διαφιλοτιμούμενοι τοῖς ἀκριβεστάτοις ἐλέγχοις φανερὰν ἐποίουν τὴν τῶν πόλεων κρίσιν.

XIV. Ὅτι Μάριος διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καταλέλειπτο, μόνος δὲ Μάρκος Περπέννας ὁ τῆς Σικελίας στρατηγός, διαπεμπομένου πρὸς αὐτὸν Σύλλα καὶ παρακαλοῦντος μετ' αὐτοῦ τάττεσθαι, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχεῖν, ὥςτε μὴ μόνον διατηρῆσαι τὴν πρὸς Μάριον εὔνοιαν, ἀλλὰ καὶ μετ' ἀνατάσεως ἀποφῆναι ὅτι παντὶ σθένει διαβὰς ἐκ τῆς Σικελίας ἐξαρπάσει τὸν Μάριον ἐκ τοῦ Πραινέστου.

XV. (Exc. Photii p. 541.) Ὅτι μεγάλη στάσις ἐμφύλιος ἤδη διαλυομένου τοῦ Μαρσικοῦ γέγονε πολέμου, ἧς ἡγοῦντο Σύλλας καὶ Γάϊος Μάριος, νέος ὤν, ὁ Μαρίου τοῦ πολλάκις ὑπατευκότος, ἑπτάκις γὰρ ὑπάτευσε, παῖς. Ἐν δὲ τῇ στάσει πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων ἀνῃρέθησαν. Ἐκράτησε δ' ὁ Σύλλας, καὶ δικτάτωρ γεγονώς, ἐπαφρόδιτόν τε ὀνομάσας ἑαυτόν, οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἀλαζονείας· κρατῶν γὰρ τοῖς πολέμοις ἰδίῳ ἀπεβίω θανάτῳ. Ὁ δὲ Μάριος μάχῃ τῇ πρὸς Σύλλαν γενναίως ἀγωνισάμενος, ὅμως ἡττηθεὶς κατέφυγεν εἰς Πραίνεστον ἅμα μυρίοις πεντακιςχιλίοις. Συγκλεισθεὶς δ' ἐν αὐτῇ καὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον πολιορκηθεὶς ἠναγκάσθη, πάντων αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων, καὶ μηδεμίαν σωτηρίας ὁδὸν καθορῶν, τὴν ἑνὸς οἰκέτου τῶν πιστῶν χεῖρα εἰς λύσιν τῶν δεινῶν παρακαλέσαι. Καὶ ὅ γε πεισθείς, καὶ μιᾷ πληγῇ τοῦ βίου τὸν δεσπότην ἀπαλλάξας, ἑαυτὸν ἐπικατέσφαξε. Καὶ παύεται μὲν αὕτη ἡ στάσις, λείψανα μέντοι τοῦ πολέμου ὑπολειφθέντα τῆς Μαρίου μοίρας ἐπὶ χρόνον Σύλλᾳ διεμαχέσαντο, ἕως καὶ αὐτὰ συνδιέφθορε τοῖς ἄλλοις.

XVI. (Exc. de Virt. et vit. p. 616.) Ὅτι κατα-

exercitum hostibus eripuisset; ipsi autem ætate ac dignitatibus longe superiores ne suos quidem famulos germana concordia devincire inter se potuissent.

XI. Hadrianum, qui præsidio Uticam tenebat, vivum cives concremaverunt; facinus autem, etsi dirum, non fuit improbatum ob ejus, qui perpessus erat, malitiam.

XII. Mario Marii filio consulatum gerente haud pauci eorum etiam, qui ex lege militiætempus absolverant, sponte sua militantes cum adolescentibus participare studebant bellica certamina. Quumque ipsi graviore ætate essent, dabant operam ut junioribus demonstrarent, quantum valeat bellicorum operum meditatio et prœliorum ceterorumque belli terrorum experientia.

XIII. Acerba experimenta tum urbium tum etiam gentium, multaque tentamenta fiebant, ut intelligeretur quomodo erga illos (*Marium et Syllam*) essent affecti. Nimirum cogebantur cum simulatione genua flectere, semperque annuere præsenti. Nam qui delectibus contra hostes habendis præpositi erant, seu quum coram adessent, seu quum inter se contenderent, indiciis certissimis demonstrarunt urbium conditionem.

XIV. Marium propter rerum necessariarum penuriam milites deseruerunt. Unus M. Perpenna, qui Siciliam ut prætor tenebat, quum Sylla per legatos eum hortaretur ut secum signa conjungeret, adeo non paruit, ut non solum benevolentiam erga Marium conservaret, sed etiam cum indignatione diceret, se cunctis copiis ex Sicilia translatis Marium Præneste erepturum.

XV. Jam profligatum ac pæne sublatum erat bellum Marsicum, quum ingens seditio domestica Romæ denuo conflata est, cujus auctores et signiferi erant Sylla et Caius Marius adhuc juvenis, Marii, qui tot consulatus gessit (septies enim fuit consul), filius. In hoc autem motu multa hominum millia interierunt. Sed victoriam tandem obtinuit Sylla; et dictator factus, Epaphroditum, id est Veneri gratum, se nominavit. Nec quamlibet arrogantiæ plenum nomen eum fefellit : tot enim bellis superior, sua vitam morte terminavit. Marius autem, quamvis prœlio adversus Syllam, ut generoso animo dignum erat, decertasset, profligatus tamen in oppidum Præneste cum quindecim millibus refugit, ubi conclusus ad bene longum tempus obsidionem toleravit. Sed tandem a cunctis destitutus, quum nullam salutis viam cerneret, ut malis sese exsolveret circumstantibus, unius ex servorum fidelium numero manum auxiliatricem implorare coactus est. Is vix tandem persuasus quum uno ictu dominum vita expulisset, mox etiam semetipsum confodit. Et tum demum motus hic civilis conquievit. Belli tamen hujus reliquiæ, quæ de Marii factione supererant, ad tempus cum Sylla armis disceptarunt, donec ipsæ quoque una cum aliis pessum ivere.

XVI. Corrupto L. Scipionis exercitu et ad Syllam trans-

λειφθέντος τοῦ Σκιπίωνος μόνου μετὰ τὸ διαφθαρῆναι χρήμασι καὶ ἀποστῆναι πάντας, καὶ ἀπεγνωκότος τὴν σωτηρίαν, ὁ Σύλλας ἱππεῖς ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν τοὺς παραπέμψοντας μετ' ἀσφαλείας ὅποι βούλοιτο. Ὁ δὲ Σκιπίων ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα μεθεῖναι συναναγκασθεὶς εἰς ἰδιωτικὸν βίον καὶ ταπεινὸν σχῆμα, διὰ τὴν ἐπιείκειαν ὑπὸ τοῦ Σύλλα παρεπέμφθη ταχέως εἰς ἣν ἐβούλετο πόλιν. Εἶτα τὰ τῆς ἀρχῆς ἀνακτησάμενος κόσμια, πάλιν δυνάμεως ἱκανῆς ἀφηγεῖτο.

gresso, quum Scipio solus relictus de salute sua prorsus desperaret, Sylla equites misit, qui eum, quocunque vellet, tuto deducerent. Igitur Scipio, consularia insignia momento temporis deponere coactus, privati habitu, eo quo postulavit, celeriter perductus est, benigne id concedente Sylla. Statimque resumtis magistratus insignibus, rursus haud contemnendas copias ductare cœpit.

XVII. Ὅτι οἱ τῶν Ῥωμαίων περιφανεῖς ἄνδρες ἐμιαιφονήθησαν ἐκ διαβολῆς, καὶ ὁ τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἔχων Σκαιουόλας, μέγιστον ἔχων ἀξίωμα τῶν πολιτῶν, ἀναξίας τῆς ἰδίας ἀρετῆς ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατ' αὐτό γε τοῦτο μεγάλως εὐτύχησαν ὅτι τοῖς ἁγιωτάτοις σηκοῖς ὁ πάντιμος ἱερεὺς οὐκ ἔφθασε προςπεσεῖν, ἐπείτοι γε χάριν τῆς τῶν διωκόντων ὠμότητος καὶ πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις ἐπιβώμιος μιαιφονηθεὶς ἀπέσβεσεν ἂν τῷ αἵματι τὸ ἀκοιμήτῳ δεισιδαιμονίᾳ τηρούμενον πῦρ ἐξ αἰῶνος.

XVII. Interim Romæ viri nobilissimi per calumniam occisi, et Q. Mucius Scævola, pontifex maximus, vir summa inter cives suos virtute ac dignitate, indignum hac præstantia vitæ exitum sortitus est : atque eo saltem cum Romanis bene actum est, quod non in sanctissima æde occubuit. Siquidem, quæ sicariorum crudelitas erat, per eos non stetit, quin ad ipsos Vestæ focos mactatus, sempiterna religione custoditum ignem cruore suo exstingueret. [*Postrema verba*, Ὁ δὲ οὐκ ἔφθασε προςπ. *ad finem*, *repetuntur in Exc. Vat.*'*p.* 127.]

XVIII. Ὅτι ὁ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔπαινος καὶ αἱ τῶν πονηρῶν βλασφημίαι μάλιστα δύνανται πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων τοῖς ἀνθρώποις χειραγωγεῖν.

(2) Ἄνδρας δυναμένους βουλεύσασθαι καλῶς καὶ τὰ κριθέντα ἀγαγεῖν εἰς συντέλειαν.

XVIII. (*Exc. Vatican. p.* 127.) Egregiorum virorum laus et improborum vituperatio plurimum valent ut homines ad præclara facinora concitent.

(2) Viros tam ad bene deliberandum quam ad deliberata efficiendum idoneos.

XIX. (Exc. de Virt. et vit. p. 616, 617.) Ὅτι προτεθείσης προγραφῆς εἰς τὴν ἀγοράν, ἀνέδραμε πλῆθος ἀνθρώπων πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν. Οἱ πλεῖστοι δὲ συνέπασχον τοῖς ὀφείλουσιν ἀναδέχεσθαι τὸν θάνατον. Εἷς δὲ τῶν συνεληλυθότων κακίᾳ καὶ ὑπερηφανίᾳ διαφέρων, ἐγγελῶν τοῖς κινδυνεύουσι, πολλὰ κατ' αὐτῶν ὑβριστικῶς ἐβλασφήμησεν. Ἔνθα δὴ δαιμονίου τινὸς νέμεσις τῷ διασύροντι τὴν τῶν ἀκληρούντων τύχην ἐπέθηκε τὴν πρέπουσαν τῇ κακίᾳ τιμωρίαν. Ἐν γὰρ τοῖς ἐπὶ πᾶσιν ὀνόμασιν εὑρὼν ἑαυτὸν προςγεγραμμένον, εὐθέως ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν προῆγε διὰ τοῦ πλήθους, ἐλπίζων λήσεσθαι τοὺς περιεστῶτας καὶ διὰ τοῦ δρασμοῦ πορίσεσθαι τὴν σωτηρίαν. Γνωσθεὶς δὲ ὑπό τινος τῶν πλησίον ἑστώτων, καὶ φανερᾶς τῆς περὶ αὐτὸν περιστάσεως γενομένης, συνελήφθη καὶ ἔτυχε τῆς τιμωρίας, πάντων ἐπιχαιρόντων τῷ θανάτῳ αὐτοῦ.

XIX. Proposita publice in foro proscriptionis tabula, maxima hominum multitudo ad legendum affluxit; quorum plerique proscriptorum vicem miserabantur, sed nescio quis unus malitia atque insolentia homo singulari, afflictorum calamitati insultans, multa in illos per summam contumeliam debacchatus est; quem quidem infensi cujuspiam numinis ultio statim illic corripuit. Nam quum forte suum ipsius nomen in ima tabula adscriptum legisset, illico toga obvoluto capite per confertam multitudinem fugere cœpit, sperans fore ut circumstantes lateret ac salutem fuga sibi pararet: verum agnitus a quodam, qui proxime adstabat, ac divulgato hominis casu, comprehensus, atque ultimo affectus supplicio est, cum summa omnium hominum lætitia.

XX. Ὅτι πολλῷ χρόνῳ τῆς Σικελίας ἀδικαιοδοτήτου γενομένης, ὁ Πομπήιος δοὺς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν δικαιοδοσίαν, καὶ χρηματίζων περὶ τῶν δημοσίων ἀμφιςβητημάτων καὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, οὕτως εὐστόχως καὶ ἀδωροδοκήτως ἐποιεῖτο τὰς ἀποφάσεις, ὥςτε ὑπερβολὴν ἑτέρῳ μὴ ἀπολείπειν. Εἴκοσι δὲ καὶ δυεῖν ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ὑπάρχων, καὶ τῆς νεότητος προκαλουμένης ἐπὶ τὰς ἀλογίστους ἡδονάς, οὕτως αὐστηρῶς καὶ σωφρόνως ἐποιήσατο τὴν ἐπιδημίαν κατὰ τὴν νῆσον, ὥςτε πάντας τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου.

XX. Quum in Sicilia diu justitium fuisset, Cn. Pompeius ad jus dicendum sese applicuit, publicasque et privatas controversias disceptans, tanta sollertia atque integritate jurisdictionem exercuit, ut ea laude nemine inferior esset. Quumque eum viginti duos admodum annos natum ad insanas libidines ætas ipsa provocaret, tamen cum ejusmodi gravitate ac continentia in Sicilia versatus est, ut Siculi omnes adolescentis virtutem maxima admiratione prosequerentur.

XXI. (Exc. Vatican. p. 127, 128.) Ὅτι ὁ Σπάρταχος ὁ βάρβαρος εὐεργετηθεὶς παρά τινος, εὐχάριστος ἐφάνη πρὸς αὐτόν· αὐτοδίδακτος γὰρ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἡ φύσις πρὸς ἀμοιβὴν χάριτος τοῖς εὐεργέταις.

XXII. Ὅτι ἡ διὰ τῶν ὅπλων νίκη κοινὴν ἔχει τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς στρατιώταις τὴν εὐημερίαν, τὰ δὲ διὰ τῆς στρατηγικῆς συνέσεως γινόμενα κατορθώματα μόνῳ προςάπτεται τῷ ἡγεμόνι.

(2) Ἀκατάσχετος γάρ τις ὁρμὴ τοῖς βαρβάροις ἐνέπεσε τῆς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀποστάσεως.

(3) Ὅτι ὡς ἐπίπαν αἱ τῶν ἄλλων συμφοραὶ νουθετοῦσι τοὺς ἐν τοῖς ὁμοίοις κινδύνοις ὑπάρχοντας.

XXI. Spartacus barbarus beneficio a quodam affectus gratum animum significavit. Namque ipsa natura vel barbaros erudit ad referendam bene meritis gratiam.

XXII. Victoria, quam arma pariunt, communem habet ducibus militibusque gloriam; verumtamen, quæ imperatorio consilio prospere fiunt, ea soli vindicantur duci.

(2) Infrenis enim quidam impetus barbaros corripuerat, ut ad Romanos deficerent.

(3) Aliorum adversi casus plerumque illos erudiunt, qui paribus in periculis versantur.

ΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. (Exc. Legat. p. 631, 632.) Ὅτι Μάρκος Ἀντώνιος συνθέμενος πρὸς Κρῆτας εἰρήνην, μέχρι μέν τινος ταύτην ἐτήρουν. Μετὰ δὲ ταῦτα προτιθεμένης βουλῆς ὅπως ἂν μάλιστα τῆς ὠφελείας προνοήσαιντο, οἱ πρεσβύτατοι καὶ φρονήσει διαφέροντες συνεβούλευον πρέσβεις ἐκπέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην καὶ περὶ τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων ἀπολογεῖσθαι καὶ πειρᾶσθαι τὴν σύγκλητον εὐγνώμοσι λόγοις καὶ δεήσεσιν ἐξιλάσκεσθαι. Διόπερ ἀπέστειλαν εἰς τὴν Ῥώμην τριάκοντα πρεσβευτὰς τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας. Οὗτοι δὲ κατ' ἰδίαν περιπορευόμενοι τὰς οἰκίας τῶν συγκλητικῶν καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνήν, ἐξεθεράπευον τοὺς τὸ συνέδριον συνέχοντας. (2) Εἰςαχθέντες δὲ εἰς τὴν σύγκλητον, καὶ περί τε τῶν ἐγκλημάτων ἐμφρόνως ἀπολογησάμενοι τάς τε ἰδίας εὐεργεσίας καὶ συμμαχίας πρὸς τὴν ἡγεμονίαν ἀκριβῶς διελθόντες, ἠξίουν αὐτοὺς εἰς τὴν προγεγενημένην εὔνοιάν τε καὶ συμμαχίαν ἀποκαταστῆναι. Ἡ δὲ σύγκλητος ἀσμένως τοὺς λόγους προςδεξαμένη, δόγμα ἐπεβάλετο κυροῦν δι' οὗ τῶν ἐγκλημάτων τοὺς Κρῆτας ἀπολύουσα φίλους καὶ συμμάχους τῆς ἡγεμονίας ἀνηγόρευεν· ἄκυρον δὲ τὸ δόγμα ἐποίησε Λέντλος ὁ ἐπικαλούμενος Σπινθήρ. (3) Οἱ δὲ Κρῆτες ἀπηλλάγησαν. Ἡ δὲ σύγκλητος, περὶ τῶν Κρητῶν πολλάκις λόγου γενομένου ὅτι κοινωνοῦσι τῆς λῃστείας τοῖς πειραταῖς, δόγμα ἔγραψαν ὅπως οἱ Κρῆτες πάντα τὰ πλοῖα ἕως τετρασκάλμου ἀναπέμψωσιν εἰς Ῥώμην καὶ τριακοσίους ὁμήρους δῶσι τοὺς ἐπιφανεστάτους, ἐκπέμψωσι δὲ καὶ Λασθένην καὶ Πανάρην, κοινῇ δὲ πάντες ἐκτίσωσιν ἀργυρίου τάλαντα τετρακισχίλια. Οἱ δὲ Κρῆτες πυθόμενοι τὰ δεδογμένα τῇ συγκλήτῳ, περὶ τῶν προςηγγελμένων ἐβουλεύοντο. Καὶ οἱ μὲν φρονήσει διαφέροντες ἔφασαν δεῖν πάντα ποιεῖν τὰ προςταττόμενα, οἱ δὲ περὶ τὸν Λασθένην, τοῖς ἐγκλήμασιν ὄντες ἔνοχοι καὶ φοβούμενοι μὴ ἀναπεμφθέντες εἰς τὴν Ῥώμην τιμωρίας

LIBRI QUADRAGESIMI RELIQUIÆ.

I. Cretenses pacem, quam cum M. Antonio fecerant, in aliquod tempus servarunt. Senatu deinde indicto, ut commodis reipublicæ consuleretur, seniores et quotquot rerum usu excellebant, legatos Romam, purgaturos crimina, quæ in eos jactabantur, et patres blandissimis verbis deprecaturos, mittendos esse censuerunt. Legantur igitur triginta viri, nobilitate ceteris præstantiores; qui Romæ privatim, circum domos senatorum euntes, et omni precum genere usi, principes ejus ordinis placant. (2) Introducuntur deinde in senatum : crimina, quorum postulabantur, oratione sollerter a se amoliuntur : recensitisque diligenter suis in Romanos beneficiis et veteri societate, ut in pristinam amicitiam recipiantur, postulant. Patres, oratione ea benigne audita, senatusconsultum faciunt, quo Cretenses socii atque amici Romanorum appellantur : quod tamen ratum ne esset, Lentulus Spinther intercessit. (3) Redeunt Cretenses re infecta domum. In senatu autem quum frequens deinde mentio fieret de Cretensibus ut piratarum sociis et adjutoribus, scribitur decretum, quo omnia navigia usque ad quattuor scalmorum Romam mittere, trecentos ex nobilissimis obsides, Lasthenen denique et Panaren tradere jubentur : adjungitur, quattuor argenti talentûm millia commune Cretensium Romanis persolvat. Quibus auditis Cretenses, quid facto opus sit, deliberant, et prudentiores quidem imperata omnia facienda esse censent, at Lasthenes et Panares, gravium criminum rei, et, ne pœnas dent Romam missi,

τύχωσιν, ἀνέσειον τὰ πλήθη παρακαλοῦντες τὴν ἐξ αἰῶνος παραδεδομένην ἐλευθερίαν διαφυλάττειν.

II. (Exc. Vatican. p. 128.) Ὅτι περὶ Δαμασκὸν τῆς Συρίας διατρίβοντος Πομπηίου, ἧκε πρὸς αὐτὸν Ἀριστόβουλος ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς καὶ Ὑρκανὸς ὁ ἀδελφὸς ἀμφισβητοῦντες περὶ τῆς βασιλείας. Οἱ δὲ ἐπιφανέστατοι πλείους ὄντες τῶν διακοσίων κατήντησαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἀπεφήναντο τοὺς προγόνους αὐτῶν προεστηκότας τοῦ ἱεροῦ πεπρεσβευκέναι πρὸς τὴν σύγκλητον, καὶ παρειληφέναι τὴν προστασίαν τῶν Ἰουδαίων ἐλευθέρων καὶ αὐτονόμων, οὐ βασιλέως χρηματίζοντος, ἀλλ' ἀρχιερέως προεστηκότος τοῦ ἔθνους. Τούτους δὲ νῦν δυναστεύειν καταλελυκότας τοὺς πατρίους νόμους καὶ καταδεδουλῶσθαι τοὺς πολίτας ἀδίκως· μισθοφόρων γὰρ πλήθει καὶ αἰκίαις καὶ πολλοῖς φόνοις ἀσεβέσι περιπεποιῆσθαι τὴν βασιλείαν. Ὁ δὲ περὶ μὲν τῶν ἀμφισβητήσεων εἰς ὕστερον ὑπερεβάλετο καιρόν, περὶ δὲ τῆς παρανομίας τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν εἰς Ῥωμαίους ἀδικημάτων πικρῶς ἐπιτιμήσας τοῖς περὶ τὸν Ὑρκανόν, ἀξίους μὲν αὐτοὺς ἔφησεν εἶναι καὶ μείζονος καὶ πικροτέρας ἐπιστροφῆς, ὅμως δὲ διὰ τὴν πάτριον ἐπιείκειαν τῶν Ῥωμαίων, εἰ ἀπὸ τοῦ νῦν πείθονται, συγγνώμης αὐτοὺς ἠξίωσεν.

III. (Exc. Photii p. 542, 543.) Ἡμεῖς δὲ μέλλοντες ἀναγράφειν τὸν πρὸς Ἰουδαίους πόλεμον, οἰκεῖον εἶναι διαλαμβάνομεν προδιελθεῖν ἐν κεφαλαίοις τήν τε τοῦ ἔθνους τούτου ἐξ ἀρχῆς κτίσιν καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς νόμιμα. Κατὰ τὴν Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν λοιμικῆς περιστάσεως γενομένης, ἀνέπεμπον οἱ πολλοὶ τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν ἐπὶ τὸ δαιμόνιον· πολλῶν γὰρ καὶ παντοδαπῶν κατοικούντων ξένων καὶ διηλλαγμένοις ἔθεσι χρωμένων περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰς θυσίας, καταλελύσθαι συνέβαινε παρ' αὐτοῖς τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. (2) Ὅπερ οἱ τῆς χώρας ἐγγενεῖς ὑπέλαβον, ἐὰν μὴ τοὺς ἀλλοφύλους μεταστήσωνται, κρίσιν οὐχ ἔσεσθαι τῶν κακῶν. Εὐθὺς οὖν ξενηλατουμένων τῶν ἀλλοεθνῶν, οἱ μὲν ἐπιφανέστατοι καὶ δραστικώτατοι συστραφέντες ἐξερρίφησαν, ὥς τινές φασιν, εἰς τὴν Ἑλλάδα καί τινας ἑτέρους τόπους, ἔχοντες ἀξιολόγους ἡγεμόνας, ὧν ἡγοῦντο Δαναὸς καὶ Κάδμος τῶν ἄλλων ἐπιφανέστατοι· ὁ δὲ πολὺς λεὼς ἐξέπεσεν εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἰουδαίαν, οὐ πόρρω μὲν κειμένην τῆς Αἰγύπτου, παντελῶς δὲ ἔρημον οὖσαν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. (3) Ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας ὁ προσαγορευόμενος Μωσῆς, φρονήσει τε καὶ ἀνδρείᾳ πολὺ διαφέρων. Οὗτος δὲ καταλαβόμενος τὴν χώραν, ἄλλας τε πόλεις ἔκτισε καὶ τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφανεστάτην, ὀνομαζομένην Ἱεροσόλυμα. Ἱδρύσατο δὲ καὶ τὸ μάλιστα παρ' αὐτοῖς τιμώμενον ἱερόν, καὶ τὰς τιμὰς καὶ ἁγιστείας τοῦ θείου κατέδειξε, καὶ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν ἐνομοθέτησέ τε καὶ διέταξε. Διεῖλε δὲ τὸ πλῆθος εἰς δώδεκα φυλὰς διὰ τὸ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον τελειότατον νομίζεσθαι καὶ σύμφωνον εἶναι τῷ πλήθει τῶν μηνῶν τῶν τὸν ἐνιαυτὸν συμπληρούντων. (4) Ἄγαλμα δὲ θεῶν τὸ σύνολον οὐ κατεσκεύασε

metuentes, multitudinem concitant, eam adhortati, ut libertatem a majoribus acceptam conservarent.

II. Dum Pompeius circa Damascum in Syria castra haberet, Aristobulus, Judæorum rex, fraterque hujus Hyrcanus, de regno inter se contendentes, ad eum venerunt. Nobiles autem plus quam ducenti imperatorem convenientes significarunt, majores horum templo præfectos, missis ad senatum legatis, principatum Judæorum impetravisse, qui antea liberi suique juris fuissent, sine ullo rege, pontifice tantum principatum gentis tenente. Hos autem nunc, invitis patriæ legibus, dominare civesque suos injusto servitio opprimere. Etenim mercenariorum militum multitudine, sævitia multisque nefandis cædibus regnum sibi confirmavisse. Pompeius hanc quidem controversiam in aliud tempus rejecit, interim vero de Judæorum contumacia et de injuriis, quibus Romanos læserant, Hyrcanum acerbe increpuit, dignosque eos majore atque asperiore animadversione ait, nihilominus tamen, pro clementiæ Romanæ ritu, si deinceps paruerint, veniam consecuturos.

III. Nos bellum contra Judæos literarum memoriæ prodituri, nostri officii esse ducimus, si prius summatim de origine hujus gentis et legibus ipsorum disseramus. In Ægypto lue pestifera quondam exorta, plerique mali causam ad offensam numinis referebant. Quum enim multi promiscuæ colluvionis advenæ ibi habitarent, qui peregrinis ritibus in sacrorum ministeriis et immolationibus uterentur, evenit ut aviti deorum honores apud eos exolescerent. (2) Hinc suspicio indigenis regionis illius injecta, nisi alienigenas submoverent, futurum ut malis nunquam exonerarentur. Statim igitur expulsis aliarum nationum hominibus, pars nobilissima et strenuitate aliis præstans, eximiorum ducum auspiciis in Græciam, ut perhibent, et alia quædam loca, variis jactata casibus, pervenit, quibus Danaus et Cadmus clarissimi præ ceteris præerant. Pars autem populi maxima in terram, quæ Judæa nunc vocatur, ab Ægypto quidem haud longe dissitam, at omnino temporibus illis desertam, rejecta est. (3) Coloniæ hujus ductor erat Moses quidam, ut appellatur, sapientia et fortitudine maxime excellens. Is occupata regione quum urbes alias, tum quæ nunc clarissima est, Hierosolyma, ac templum ibi, quod in summa illis veneratione habetur, condidit. Tum numinis honores et cærimonias sacrorum docuit, etiam rempublicam legibus instruxit, atque in ordinem certum redegit. Multitudinem in duodecim tribus divisit, quod numerum hunc perfectissimum esse, ac mensibus, qui annum faciunt integrum, respondere existimaret. (4)

διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεόν, ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν οὐρανὸν μόνον εἶναι θεὸν καὶ τῶν ὅλων κύριον. Τὰς δὲ θυσίας ἐξηλλαγμένας συνεστήσατο τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι καὶ τὰς κατὰ τὸν βίον ἀγωγάς· διὰ γὰρ τὴν ἰδίαν ξενηλασίαν ἀπάνθρωπόν τινα καὶ μισόξενον βίον εἰσηγήσατο. Ἐπιλέξας δὲ τῶν ἀνδρῶν τοὺς χαριεστάτους καὶ μάλιστα δυνησομένους τοῦ σύμπαντος ἔθνους προΐστασθαι, τούτους ἱερεῖς ἀπέδειξε· τὴν δὲ διατριβὴν ἔταξεν αὐτῶν γίνεσθαι περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰς τοῦ θεοῦ τιμάς τε καὶ θυσίας. (5) Τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ δικαστὰς ἀπέδειξε τῶν μεγίστων κρίσεων, καὶ τὴν τῶν νόμων καὶ τῶν ἐθῶν φυλακὴν τούτοις ἐπέτρεψε· διὸ καὶ βασιλέα μὲν μηδέποτε τῶν Ἰουδαίων, τὴν δὲ τοῦ πλήθους προστασίαν δίδοσθαι διὰ παντὸς τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν. Τοῦτον δὲ προςαγορεύουσιν ἀρχιερέα, καὶ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ θεοῦ προςταγμάτων. (6) Τοῦτον δὲ κατὰ τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰς ἄλλας συνόδους φησὶν ἐκφέρειν τὰ παραγγελλόμενα, καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος οὕτως εὐπιθεῖς γίνεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, ὥςτε παραχρῆμα πίπτοντας ἐπὶ τὴν γῆν προςκυνεῖν τὸν τούτοις ἑρμηνεύοντα ἀρχιερέα. Προςγέγραπται δὲ καὶ τοῖς νόμοις ἐπὶ τελευτῆς ὅτι Μωσῆς ἀκούσας τοῦ θεοῦ τάδε λέγει τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐποιήσατο δ' ὁ νομοθέτης τῶν τε πολεμικῶν ἔργων πολλὴν πρόνοιαν καὶ τοὺς νέους ἠνάγκαζεν ἀσκεῖν ἀνδρείαν τε καὶ καρτερίαν καὶ τὸ σύνολον ὑπομονὴν πάσης κακοπαθείας. (7) Ἐποιεῖτο δὲ καὶ στρατείας εἰς τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν, καὶ πολλὴν κατακτησάμενος χώραν κατεκληρούχησε, τοῖς μὲν ἰδιώταις ἴσους ποιήσας κλήρους, τοῖς δ' ἱερεῦσι μείζονας, ἵνα λαμβάνοντες ἀξιολογωτέρας προςόδους ἀπερίσπαστοι συνεχῶς προςεδρεύωσι ταῖς τοῦ θεοῦ τιμαῖς. Οὐκ ἐξῆν δὲ τοῖς ἰδιώταις τοὺς ἰδίους κλήρους πωλεῖν, ὅπως μή τινες διὰ πλεονεξίαν ἀγοράζοντες τοὺς κλήρους ἐκθλίβωσι τοὺς ἀπορωτέρους καὶ κατασκευάζωσιν ὀλιγανδρίαν. (8) Τεκνοτροφεῖν τε ἠνάγκαζε τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας· καὶ δι' ὀλίγης δαπάνης ἐκτρεφομένων τῶν βρεφῶν, ἀεὶ τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων ὑπῆρχε πολυάνθρωπον. Καὶ τὰ περὶ τοὺς γάμους δὲ καὶ τὰς τῶν τελευτώντων ταφὰς πολὺ τὸ παρηλλαγμένον ἔχειν ἐποίησε νόμιμα πρὸς τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Κατὰ δὲ τὰς ὕστερον γενομένας ἐπικρατείας ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων ἐπιμιξίας ἐπί τε τῆς τῶν Περσῶν ἡγεμονίας καὶ τῶν ταύτην καταλυσάντων Μακεδόνων πολλὰ τῶν πατρίων τοῖς Ἰουδαίοις νομίμων ἐκινήθη.... Περὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ταῦτα ἱστόρηκεν.

IV. (Exc. Vatican. p. 128-130.) Ὅτι ὁ Πομπήιος τὰς ἰδίας πράξεις ἃς συνετέλεσεν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀναγράψας ἀνέθηκεν, ὧν ἐστιν ἀντίγραφον τόδε. « Πομπήιος Γναΐου υἱὸς μέγας αὐτοκράτωρ τὴν παράλιον τῆς οἰκουμένης καὶ πάσας τὰς ἐντὸς Ὠκεανοῦ νήσους ἠλευθέρωσε τοῦ πειρατικοῦ πολέμου, ὁ ῥυσάμενός ποτε πολιορκουμένην τὴν Ἀριοβαρζάνου βασιλείαν, Γαλα-

At nullam omnino deorum imaginem statuamve fabricavit, quod in deum minime cadere formam humanam, sed cœlum hoc, quod terram circumquaque ambit, solum deum esse cunctaque in potestate habere judicaret. Sacrificiorum autem ritus vitæque conformandæ morem ita instituit, ut a ceterarum gentium institutis plurimum discreparet. Nam propter gentis suæ relegationem inhumanam quandam et inhospitalem vitæ rationem præcepit. Viros præterea gratiosissimos, et qui genti universæ præesse maxime valerent, delegit, eosque sacerdotes creavit. His munus illud destinavit, ut perpetuo templum obeuntes dei cultibus et sacrificiis operarentur. (5) Eosdem maximarum quoque rerum disceptationi judices præfecit, legumque ac institutorum custodiam illorum fidei commisit. Quocirca nunquam Judæis regem fuisse aiunt, sed multitudinis gubernandæ curam et potestatem ei tradi perpetuo, qui inter sacerdotes prudentia et virtute præcellere videtur. Hunc sacerdotem principem summum pontificem appellant; hunc pro nuntio et interprete jussorum dei habent; (6) hunc in concionibus publicis aliisque congressibus mandata proferre, atque hac in parte tam morigeros esse Judæos perhibent, ut extemplo ad terram prostrati sacrorum antistitem, oracula dei sibi interpretantem, adorent. In fine autem legibus adscriptum est : MOSES AUDITOR DEI HÆC DICIT JUDÆIS. Ad hæc multum studii cum insigni prudentia in res bellicas posuit legislator, et juvenes ad tolerantiam et fortitudinem, ad constantiam denique in omnibus ærumnis exercendam adegit. (7) Quin etiam expeditiones in gentes finitimas suscepit, multosque terræ bello acquisitæ tractus hereditario suis jure possidendos attribuit, ita quidem, ut privatis æquales sortis partes faceret, sacerdotibus majores : ut ampliores percipientes reditus, dei cultibus assidue citra distractionem incumberent. Nec privatis sortis suæ patrimonium vendere licebat, ne aliqui, emtis per avaritiam fundis hereditariis, eliderent pauperiores, gentemque redigerent ad paucitatem. (8) Liberis insuper educandis ut operam darent, regionis inhabitatores coegit : quumque exiguo sumtu infantes alantur, semper Judæorum natio multitudine hominum viguit. Quod ad matrimonia et mortuorum funerationes attinet, ut suæ a ceterorum hominum legibus differrent plurimum, fecit. Ceterum sub imperiis posteriori ætate exortis, in Persarum dominatu, et qui hunc everterunt, Macedonum, ex commixtione cum externis gentibus multa de legum avitarum institutis apud Judæos mutata exoleverunt.... De Judæis hæc narravit Hecatæus Milesius.

IV. Pompeius res a se in Asia gestas in tabula, quam dedicavit, perscripsit. Est autem ejus exemplar hoc : « Pompeius, Cnæi filius, magnus imperator litora orbis cunctasque intra Oceanum insulas piratico bello liberavit, idem expedivit obsessum jam diu Ariobarzanis regnum,

τίαν, ἔτι δὲ καὶ τὰς ὑπερκειμένας χώρας καὶ ἐπαρχίας, Ἀσίαν, Βιθυνίαν, ὑπερασπίσας δὲ Παφλαγονίαν τε καὶ τὸν Πόντον, Ἀρμενίαν τε καὶ Ἀχαΐαν, ἔτι δὲ Ἰβηρίαν, Κολχίδα, Μεσοποταμίαν, Σωφηνήν, Γορδυηνήν, ὑποτάξας δὲ βασιλέα Μήδων Δαρεῖον, βασιλέα Ἀρτώκην Ἰβήρων, βασιλέα Ἀριστόβουλον Ἰουδαίων, βασιλέα Ἀρέταν Ναβαταίων Ἀράβων, καὶ τὴν κατὰ Κιλικίαν Συρίαν, Ἰουδαίαν, Ἀραβίαν, Κυρηναϊκήν, Ἀχαιούς, Ἰοζυγούς, Σοανούς, Ἡνιόχους καὶ τὰ λοιπὰ φῦλα τὰ μεταξὺ Κολχίδος καὶ Μαιώτιδος λίμνης τὴν παράλιον κατέχοντα καὶ τοὺς τούτων βασιλεῖς ἐννέα τὸν ἀριθμὸν καὶ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐντὸς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατοικοῦντα, καὶ τὰ ὅρια τῆς ἡγεμονίας τοῖς ὅροις τῆς γῆς προςβιβάσας, καὶ τὰς προσόδους Ῥωμαίων φυλάξας, ἃς δὲ προςαυξήσας, τούς τε ἀνδριάντας καὶ τὰ λοιπὰ ἀφιδρύματα τῶν θεῶν καὶ τὸν λοιπὸν κόσμον τῶν πολεμίων ἀφελόμενος ἀνέθηκε τῇ θεῷ χρυσοῦς μυρίους καὶ δισχιλίους ἑξήκοντα, ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια ἑπτά. »

Galatiam, præterea etiam superiores regiones ac præfecturas, Asiam, Bithyniam, defendit etiam Paphlagoniam, Pontum, Armeniam et Achaiam, insuper Iberiam, Colchidem, Mesopotamiam, Sophenen, Gordyenen; subegit autem Medorum regem Darium, Iberorum regem Artocen, Judæorum regem Aristobulum, Aretan Nabatæorum Arabum regem; tum Ciliciæ proximam Syriam, Judæam, Arabiam, Cyrenaicam, Achæos, Iozygos [*Zygos*], Soanos, Heniochos, ceterosque populos inter Colchidem et paludem Mæotin quotquot ad mare pertingunt, et horum reges novem, omnes item populos qui circa Ponticum Rubrumque mare incolunt; fines imperii ad orbis terminos promovit; Romanorum vectigalia conservavit partimque auxit; statuas et cetera simulacra deorum reliquumque hostium ornatum direptum dedicavit Deæ, auri pondo duodecim millia sexaginta, argenti talenta trecenta septem. »

V. Ὅτι Λεύκιος Σέργιος ὁ ἐπικαλούμενος Κατιλίνας κατάχρεως γεγονὼς ἀπόστασιν ἐμελέτησεν. Ὁ δὲ Μάρκος ὁ Κικέρων ὁ ὕπατος λόγον διετίθετο περὶ τῆς προςδοκωμένης ταραχῆς. Καὶ κληθέντος Κατιλίνα καὶ τῆς κατηγορίας κατὰ πρόςωπον γινομένης, ὁ Κατιλίνας κατ' οὐδένα τῶν τρόπων ἔφησεν ἑαυτοῦ καταγνώσεσθαι φυγὴν ἑκούσιον καὶ ἄκριτον. Ὁ δὲ Κικέρων ἐπηρώτησε τοὺς συγκλητικοὺς εἰ δοκεῖ μεταναστῆναι τὸν Κατιλίναν ἐκ τῆς πόλεως. Σιωπώντων δὲ τῶν πολλῶν διὰ τὴν κατὰ πρόςωπον ἐντροπήν, δι' ἑτέρου τρόπου καθάπερ ἐλέγξαι τὴν σύγκλητον ἀκριβῶς βουλόμενος, τὸ δεύτερον ἐπηρώτησε τοὺς συνέδρους εἰ κωλύουσι Λεύκιον Κατιλίναν ἐκ τῆς Ῥώμης μεταστήσασθαι. Μιᾷ δὲ φωνῇ πάντων ἀναβοησάντων μὴ δοκεῖν καὶ δυςχεραινόντων ἐπὶ τῷ πάλιν ῥηθέντι ἐπὶ τὸν Κατιλίναν, ἔφησεν, ὅταν τινὰ μὴ νομίσωσιν εἶναι ἐπιτήδειον φυγῆς, μεθ' ὅσης κραυγῆς ἀντιλέγουσιν· ὥςτε εἶναι φανερὸν ὅτι διὰ τῆς φωνῆς ὁμολογοῦσι φυγήν. Ὁ δὲ Κατιλίνας εἰπὼν ὅτι βουλεύσεται καθ' ἑαυτὸν ἀπεχώρησε.

V. Lucius Sergius cognomento Catilina ære alieno gravatus conjuravit. Consul vero Cicero orationem de imminente tumultu habuit; citatoque Catilina atque in faciem accusato, Catilina nullo pacto ait semet ipsum indicta causa ad voluntarium exilium esse damnaturum. Tum Cicero senatores rogavit, utrum videretur iis Catilina urbe pellendus. Ibi silentibus multis, dum præsentem hominem reverentur, alia utens formula Cicero, ut qui omnino senatus sententiam accurate explorare vellet, denuo senatores rogavit, num impedirent quominus Lucius Catilina urbe excederet. Tum unanimi voce cunctis exclamantibus, non placere hoc, et geminatam de Catilina interrogationem ægre ferentibus, consul ait : si quando aliquem senatus minime dignum exilio judicat, magno clamore reclamare solet, ita ut appareat vocibus suis se exilium decernere. Tum Catilina se rebus suis consulturum ipsum dicens curia excessit.

(2) Ὅτι κατὰ τὴν παροιμίαν τῷ πλείονι πολέμιον καθίσταται τοὔλαττον.

(2) Potiori, ut dicitur in proverbio, id quod deterius est, adversatur.

VI. (Tzetz. Hist. II,31.)

Μέμνηται μὲν Βιργίλιος ταύτης τῆς Κλεοπάτρας,
Λουκιανὸς καὶ Γαληνὸς καὶ Πλούταρχος σὺν τούτοις,
Διόδωρος, Γεώργιος ὁ χρονικὸς σὺν ἄλλοις.

VI. Mentionem facit hujus Cleopatræ Virgilius, Lucianus, Galenus, et cum his Plutarchus, Diodorus, Georgius chronicus cum aliis.

VII. (Diodor. I,5.) Τὴν ἀρχὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου, ἣν τελετὴν πεποιήμεθα τῆς ἱστορίας.

(2) (Idem III, 38.) Τοῦτο τὸ μέρος τῆς οἰκουμένης καὶ τὸ περὶ τὰς Βρεττανικὰς νήσους καὶ τὴν ἄρκτον ἥκιστα πέπτωκεν ὑπὸ τὴν κοινὴν ἀνθρώπων ἐπίγνωσιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον κεκλιμένων μερῶν τῆς οἰκουμένης τῶν συναπτόντων τῇ διὰ ψῦχος ἀοικήτῳ διέξιμεν ὅταν τὰς Γαΐου Καίσαρος ἀναγράφωμεν πράξεις. Οὗτος γὰρ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν εἰς ἐκεῖνα τὰ μέρη

VII. Initium belli Celtici, quod finem fecimus hujus historiæ.

(2) Hæc enim habitati orbis portio et insulæ Britannicæ, et loca Arctis subjecta, omnium minime in communem hominum notitiam pervenere. Sed Arctoi orbis plagæ, quæ inhabitabilem ob frigus zonam attingunt, et Britannicæ insulæ tum percensebuntur, quum Caii Cæsaris gesta explicabimus. Hic enim, finibus imperii Romani longissime pro-

πορρωτάτω προβιβάσας, πάντα τὸν πρότερον ἀγνοούμενον τόπον ἐποίησε πεσεῖν εἰς σύνταξιν ἱστορίας.

(3) (Idem V, 21.) Καθ' ἡμᾶς δὲ Γάϊος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις ἐπονομασθεὶς θεὸς πρῶτος τῶν μνημονευομένων ἐχειρώσατο τὴν νῆσον, καὶ τοὺς Βρεττανοὺς καταπολεμήσας ἠνάγκασε τελεῖν ὡρισμένους φόρους. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τὰς κατὰ μέρος πράξεις ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν.

(4) (Idem V, 22.) Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν κατ' αὐτὴν (Britanniam) νομίμων καὶ τῶν ἄλλων ἰδιωμάτων τὰ κατὰ μέρος ἀναγράψομεν ὅταν ἐπὶ τὴν Καίσαρος γενομένην στρατείαν εἰς Βρεττανίαν παραγενηθῶμεν. (*)

VIII. (Exc. Vatican. p. 131.) Ὅτι τῶν βίβλων τινὲς πρὸ τοῦ διορθωθῆναι καὶ τὴν ἀκριβῆ συντέλειαν λαβεῖν κλαπεῖσαι προεξεδόθησαν, οὔπω συνευαρεστουμένων ἡμῶν τῇ γραφῇ ἃς ἡμεῖς ἀποποιούμεθα. Ἵνα δὲ αὗται φανεραὶ γενόμεναι μὴ λυμαίνωνται τὴν ὅλην ἐπιβολὴν τῆς ἱστορίας, ἐκρίναμεν δεῖν τὸν ἐλέγχοντα λόγον τὴν ἄγνοιαν ἐκθέσθαι. Ἐν τεσσαράκοντα γὰρ βίβλοις περιειληφότες τὴν πραγματείαν, ἐν μὲν ἓξ ταῖς πρώταις ἀνεγράψαμεν τὰς πρὸ τῶν Τρωικῶν πράξεις τε καὶ μυθολογίας, καὶ τοὺς χρόνους τούτους ἐπ' ἀκριβείας οὐ διωρισάμεθα διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα περὶ τούτων παρειληφέναι **

motis in illas partes, effecit ut totus ille tractus, antea incognitus, in historiæ partem veniret.

(3) Nostro vero sæculo Caius Cæsar, qui Divi nomen rebus gestis promeruit, omnium qui memorantur primus insulam in potestatem redegit, Britannosque debellatos certum pendere tributum coegit. Verum hæc particulatim suo tempore explicabuntur.

(4) At de institutis Britannorum aliisque peculiariter ad eorum insulam spectantibus tractabimus speciatim, quando ad Cæsaris in Britanniam expeditionem fuerit perventum.

VIII. Libri aliquot prius quam emendarentur atque iis manus ultima esset imposita, ante tempus furtim vulgati fuerunt, quum nondum nos scriptura nostra declarassemus quosnam ex iis libris improbaremus. Ergo ut ii nominatim innotescant, ne forte universo historiæ corpori noceant, operæ pretium facturos nos judicamus, si ambiguitatem hanc manifesto sermone dispellamus. Quum ergo quadraginta libris universam historiam comprehenderimus, in sex prioribus quidem res ac fabulas ante Trojam captam scripsimus, atque illa tempora nequaquam exactis calculis supputavimus, propterea quod eorum satis certum documentum nullum suppetebat ***

(*) Cæsaris in Britanniam expeditio quum fines quos operi suo ponit Diodorus I, 4, excedat, aut hic aut illic sui eum oportet oblitum esse. Sic ibidem historiam libris sex prioribus non infra Trojana tempora deductam pollicitus Ægyptiorum aliarumque gentium barbararum res multo longius produxit. L. Dind.

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

I. (Tzetz. schol. ad Exeges. Il. p. 126,4.) Καὶ ὁ μὲν Σικελιώτης Διόδωρος τὸν Ζωΐλον τοῦτον οὐδὲν ἕτερον ἔτι γεγραφέναι φησὶν ἢ τὴν καθ' Ὁμήρου ἣν εἴπομεν σύνταξιν.

II. (Diodor. XI, 90.) Ὁ Δουκέτιος τὴν Παλικὴν κτίσας καὶ περιλαβὼν αὐτὴν ἀξιολόγῳ τείχει, κατεκληρούχησε τὴν ὅμορον χώραν. Συνέβη δὲ τὴν πόλιν ταύτην διὰ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων ταχεῖαν λαβεῖν αὔξησιν. Οὐ πολὺν δὲ χρόνον εὐδαιμονήσασα κατεσκάφη καὶ διέμεινεν ἀοίκητος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων· περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἀναγράψομεν ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις.

III. (Georg. Syncell. p. 284.) Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ιε' (ἔτη) ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσεν μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν, πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας καὶ πολλοὺς διαβάλλων ψευδῶς ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ συκοφαντίαις φυγαδεύων καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος.

I. Diodorus Siculus Zoilum hunc (Homeromastigem) nihil aliud scripsisse ait quam illum quem diximus in Homerum librum.

II. Ducetius, quum Palicam a se conditam muro egregio cinxisset, agros circumjacentes divisit. Quæ tum propter soli ubertatem, tum incolarum multitudinem brevi mirum in modum crevit. Non diuturna tamen fuit illa felicitas. Diruta enim ad hoc usque tempus deserta et irreparata mansit. De quo suo deinceps loco singulatim dicetur. (*Spectare videntur lib.* XXXIII, *c.* 21 sq.)

III. Diodorus auctor est, juniorem Ptolemæum quindecim annis post seniorem regnasse, multaque perperam administrasse, sororem suam Cleopatram uxorem duxisse, insidiarumque sibi structarum prætextu alios interfecisse, alios in exsilium egisse, calumniisque oppressos bonis privasse. (*Haud dubie pertinet ad librum* XXXI.)

IV. (Tzetz. Hist. III, 154.)

Πλούταρχος, Διονύσιος, Διόδωρος καὶ Δίων
τὰ τῶν Κατώνων γράφουσι καὶ τὰ τῶν Σκηπιώνων.

IV. Plutarchus, Dionysius, Diodorus et Dio
res Catonum narrant atque res Scipionum.

V. (Suidas.) Ἀντικατέστησαν, ἠναντιώθησαν. Διόδωρος, Οἱ δὲ ὑπολειφθέντες ἀντικατέστησαν ἀλλήλοις.

V. Qui relicti erant, contra sese steterunt.

VI. (Idem.) Ἐντείνας ἑαυτόν. Διόδ., Ἐς τὸν στρατιωτικὸν καὶ εὐτελῆ βίον ἐντείνας. Ἀντὶ τοῦ ἐπιδούς.

VI. Quum vitæ militari et tenuiori se totum tradidisset.

VII. (Id.) Ἐξακριβωθέντες, ἐρευνηθέντες. Διόδ., Ἄνδρες ἐξακριβωθέντες ὑπὸ βασιλέως εἰς μέγεθός τε καὶ ὕψος σωμάτων καὶ τόλμης ὀξύτητα καὶ ἀγερωχίαν.

VII. Viri regi et corporis magnitudine et proceritate audaciaque acri et animi ferocia probati.

VIII. (Idem.) Κλίμακες, ξύλα ὀρθά. Διόδ., Ἑξῆς δ' ἐκομίζοντο κλίμακες ω', πανπευχίας πολυτελεῖς ἔχουσαι.

VIII. Deinde gestabantur perticæ octingentæ, e quibus pretiosa varii generis arma pendebant.

IX. (Idem.) Στεγανόν, πυκνόν, σφιγκτόν. Καὶ Δ., Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι στεγανὰ ποιήσαντες παρεχείμαζον.

IX. Romani, quum densa tecta sibi exstruxissent, hibernarunt.

X. (Idem.) Συνεῖχεν. Ἐξήσκει, ἐγύμναζε. Δ., Ὁ δὲ συνεῖχεν αὐτοὺς εἶναι στρατιώτας (fort. ἐν στρατείαις), παράδειγμα ὑποθεὶς ἑαυτόν.

X. Ille vero exercebat eos, ut essent milites, semet exemplum proponens.

XI. (Idem v. Ὑποστάς.) Διόδωρος, Ἐπαγγελλόμενοι καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν ὑπόστασιν ταύτην συμβαλεῖσθαι.

XI. Pollicentes et ipsi, se ad id propositum operam suam collaturos.

XII. (Idem. v. Χαλάσω.) Διόδωρος, Τοῦ δὲ βασιλέως χαλῶντος καὶ παραλυομένου πρὸς τὰ λεγόμενα, ἐπιτρέπει αὐτῷ πράττειν ὃ βούλεται.

XII. Rege autem verbis istis cedente et emollito, permittit illi facere quæ velit.

XIII. (Id. v. Χρῶμα.) Διόδωρος, Ὁ δὲ βάρβαρος μαστιζόμενος ὄμμα ἔχων ἄτρεπτον καὶ χρῶμα, καθάπερ θηρίον ἐκαρτέρει.

XIII. Barbarus autem, quum virgis cæderetur, oculo et vultus colore nihil mutato, feræ instar obduravit.

FRAGMENTA DUBIA

AUT SICULO DIODORO PERPERAM ASCRIPTA.

I.

(Antonius Melissa p. 12, qui non addit quem dicat Diodorum, Georgidius Ms. Vat. et Floril. Vat. p. 10, in Maii Scriptt. vet. nova coll. vol. 2, p. 568.) Κρείσσων σοφὸς ἰσχυροῦ.

II.

(Ulpianus ad Demosth. Pro cor. p. 73, C.) Ἐκλήθη Μουνύχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος (*) παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων ὡς ὅτι Θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον τῆς Βοιωτίας ἐξέβαλλον (l. ἐξέβαλον) αὐτοὺς ἐκεῖθεν· οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. Ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ Μουνυχίαν, ὅστις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως.

(*) Ad Siculum Diodorum retulerat Wesselingius vol. 2, p. 636, 50, ad Periegetam Prellerus ad Hellanicum p. 25.

III.

(Clemens Strom. I, p. 365.) Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κατὰ διατριβὴν λόγους καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εὑρεῖν καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα Φύλου (Σωφίλου) Ῥαμνούσιον, ὥς φησι Διόδωρος. (**)

(**) Siculum intellexerat Wesselingius vol. 2, p. 641. Sed ipsa ætas Antiphontis, quæ in superstites Diodori libros incidit, monet intelligi Valerium Pollionis filium, qui Hadriani æqualis fuit et ἐξήγησιν τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσιν, ab Suida, lexicon in eosdem decem rhetores, a Photio cod. 150 memoratum, condiderat.

DIODORI BIBLIOTHECÆ
EPITOME.

LIB. I.

I. II. — Prooemium operis. Historiæ momentum ad vitam humanam.
III. — Historia universalis ante Diodorum a nemine scripta. ejus idea.
IV. — Primus historiam universalem scribere aggressus Diodorus 30 annorum operam impendit. Operis adjumenta, œconomia et partes tres : prioribus sex libris continetur fabulosa historia usque ad Trojam captam, sequentibus libris undecim res per orbem gestæ ad Alexandri M. obitum, postremis denique libris viginti tribus usque ad orbem terrarum per Romanos subactum enarrantur.
V. — Chronologica ratio operis.
VI. VII. — Pars prima mythica incipit. De rerum hominumque ortu disputatio.
VIII. — Prima hominum vita rudis et inculta describitur. Usus et necessitas docuit linguam, artes, vitæ commoda.
IX. — Quæ gens ortu prima fuerit incertum.
X. — Ægyptiorum historia incipit. Causæ cur multis primi homines in Ægypto provenisse videantur.
XI. — Theologia Ægyptiorum. Dii cœlestes. antiquissimi Sol et Luna seu Osiris et Isis.
XII. — Singulis Universi partibus deos præfecere singulos Ægyptii : Jovem, Vulcanum, Demetram s. Terram matrem, Oceanen s. Nilum, Minervam.
XIII. — Dii terrestres cœlestibus ex parte cognomines : Sol, Saturnus, Rhea, Juppiter, Juno, Vulcanus, Vesta, Mercurius. Saturnus genuit Jovem et Junonem. Ex his nati quinque dii : Osiris, Isis, Typhon, Apollo, Venus.
XIV. — Osiridis et Isidis merita de genere humano.
XV. — Osiris et Isis artium inventoribus favent et agriculturam colunt. Inprimis meritus de mortalibus Mercurius.
XVI. — Mercurius linguam et literas homines docuit. Idem palæstræ, lyræ, oleæ inventor.
XVII. — Osiris peregrinando omne genus humanum ad vitam cultiorem perducere constituit, Isidi relicto Mercurio tanquam socio et consiliario.
XVIII. — Osiridi itineris comites erant filii Anubis et Macedo, tum Pan, Maron, Triptolemus. Primum iter in Æthiopiam. Ibi Satyrorum gentem assumit.
XIX. Eo tempore Ægypti pars inundatione mersa. Osiris per Arabiam ad Indos proficiscitur.
XX. — Osiris Asiam peragrat totam; per Hellespontum in Europam trajicit, primum in Thraciam. Macedoniæ regem reliquit Macedonem, a quo regio nomen accepit. in Attica agrorum culturam Triptolemo mandat. Reversum in patriam eum inter deos retulere Ægyptii.
XXI. — Occisus Osiris est a Typhone. Cædem ulta Isis. Collecta corporis frusta sacerdotibus sepelienda traduntur. Ejus honori tauros tum Apin tum Mneuin consecrant.
XXII. — Isis sola regnat : ipsa quoque post obitum divinis culta honoribus. Osiridis pudenda phalli nomine consecrata : hæc Græci etiam in orgiorum sacris venerantur.
XXIII. — Sunt qui Osiridem Thebis ex Semele et Jove natum dicant : hujus erroris origo et occasio. Græci plures Ægyptiorum deos falso suos jactant.
XXIV. — Græcorum Hercules Ægyptio multo junior est.
XXV. — Confusa plura Græcorum et Ægyptiorum deorum nomina. Isidis inventa et facta commemorantur, inprimis ars medica. Reperto pharmaco Horum, qui ultimus deorum regnavit, in vitam revocavit et immortalitate donavit.
XXVI. — Immensi annorum numeri et chronologiæ apud Ægyptios ratio redditur : anni quatuor mensium erant, ob id horæ vel hori appellati. In Isidis ætatem caduut qui Græcis gigantes dicuntur.
XXVII. — Mores in Isidis honorem recepti, ut sororis matrimonium, feminarum imperium. Isidis columnæ. Osiridis columnæ cum inscriptionibus.
XXVIII. — Coloniæ ex Ægypto deductæ in Babyloniam, in Colchidem, Arabiam, Græciam.
XXIX. — Erechtheus Athenarum rex genere Ægyptius.
XXX. — Chorographia Ægypti. Fines mediterranei.
XXXI. — Pars Ægypti maritima. Figura, magnitudo, incolarum urbiumque numerus.
XXXII. — Nili descriptio incipit. Cataractæ.
XXXIII. — Insulæ Nili : Meroe maxima, ostia Nili et fossæ.
XXXIV. — Delta ; ejus situs ac proventus varii.
XXXV. — Animalia quæ Nilus alit : crocodilus, ichneumon, hippopotamus.
XXXVI. — Piscium in Nilo copia. Nili exundatio.
XXXVII. — Qui de Nili inundatione scripserint recensentur. Fontes Nili ignoti, deque iis variorum opiniones.
XXXVIII. — Inundationis causæ propositæ a Thalete, Herodoto,
XXXIX. — Democriti Abderitæ et Ephori de caussis exundationis Nili Sententiæ,
XL. — Philosophorum quorundam Memphiticorum de causis Nili exundationis opinio.
XLI. Œnopidæ Chii et Agatharchidis Cnidii de causis exundationis Nili opinio.
XLII. — Libri primi pars posterior.
XLIII. — Victus Ægyptiorum antiquissimus describitur.
XLIV. — Regum Ægyptiorum classes et periodi diversæ.
XLV. — Menas ex hominibus primus rex. Tnephachtus et 52 successores ex eadem familia. Busiris et 8 ex posteris. Thebarum urbs tunc exstructa describitur.
XLVI. — Thebarum divitiæ regumque sepulcra.
XLVII — XLIX. — Osymandyæ monumentum describitur.
L. — Thebis astrologia inventa annusque primum ad solis cursum accommodatus. Uchoreus Memphin condidit, quæ describitur.
LI. LII. — Mœris lacum sui nominis exstruendum curavit.
LIII. — Sesoosis (Sesostris) unaque educati sodales. Parat expeditionem ad subigendum terrarum orbem.
LIV. — Sesoosis Æthiopes superat, mare rubrum pervagatur, et primus naves longas exstruit, Asiam totam subjugat. Europam adit : positis in Thracia columnis in patriam redit.
LV. — Peregrinorum quos Sesoosis in regnum adduxit sedes et opera.

LVI. — Sesoosis aggeres Nilo opponit et ex eo novas fossas ducit. Murus contra Syros. Navis aurea. Obelisci et statuæ.
LVII. — Sesoosis superbia erga victos. Mors voluntaria. Darii de Sesoosi judicium.
LVIII. — Sesoosis filius.
LIX. — Amasis : sub quo Ægyptus Actisani Æthiopum regi subjicitur. Prædonum oppidum Rhinocolura ab Actisane constitutum.
LX. — Recuperant Ægyptii regnum. Mendes sive Marrhus labyrinthi auctor.
LXI. — Cetes sive Proteus tempore belli Trojani regnat. Remphis.
LXII. — Reges Ægypti ignavi. Nileus. Chemmis. Hic pyramidum maximam construxit.
LXIII. — Cephren vel Chabryes rex pyramidem alteram statuit. Mucerinus tertiam pyramidem condidit. Plures pyramides commemorantur.
LXIV. — Bocchoris rex Ægypti. Sabaco rex genere Æthiops pœnas capitales abrogat reosque ad opera publica condemnat.
LXV. — Dodecarchia. Commune inchoant 12 principes mausoleum ad lacus Mœridis ostium. Sed Psammetichus assumto ex Caria et Ionia milite solus regnum occupat.
LXVI. — Ducenta millia Ægyptiorum militem externum non ferentium a Psammeticho deficiunt. Rex benignus in exteros, præcipue in Græcos.
LXVII. — Apries rex bello in Phœnices, Cyprios etc. clarus. Amasis. Mox Cambyses Ægyptum Persarum regno subjicit.
LXVIII. — Ægyptiorum instituta. Obiter Græci commemorantur qui Ægyptum adierunt.
LXIX. — Regum Ægyptiorum vita, instituta et officia. Regum victus.
LXX. — Regum arbitrio et lubidini nihil permissum.
LXXI. — Luctus ob mortuum regem. Judicium publicum de regum vita.
LXXII. — Nomi Ægyptiorum et nomarchæ, incolarum classes : sacerdotes, reges, milites.
LXXIII. — Agricolæ, pastores, artifices et opifices.
LXXIV. — Judiciorum apud Ægyptios ratio. Dicasterium supremum 30 virorum. Præsidis insigne Veritas. Litigantes scripto agere oportebat.
LXXV. — Causidicos Ægyptii non admittunt.
LXXVI. — Leges Ægyptiorum de criminibus.
LXXVII. LXXVIII. — Ægyptiorum leges de commerciis.
LXXIX. — Ægyptiorum leges de furto. Leges de statu domestico.
LXXX. — Literarum apud Ægyptios studia. — Astrologiæ studium. Chaldæi in Babylonia Ægyptiorum coloni et alumni. Palæstram et musicam haud curant Ægyptii.
LXXXI. — Ars medica Ægyptiorum.
LXXXII. — Animalia sacra publice alunt Ægyptii. Eorum cædes mortis pœna vindicatur.
LXXXIII. — Apim, Mneuim, hircum, crocodilum, leonem etc. Ægyptii præcipua cura alunt et venerantur.
LXXXIV. LXXXV. — Causa religiosi bestiarum cultus mythica. Causæ aliæ.
LXXXVI. LXXXVII. — Hircus fœcundæ generationis symbolum. Boves rufos immolare licuit. Lupi Ægyptiis sacri.
LXXXVIII. — Crocodili summopere apud Ægyptios coluntur. Sanctitatis bestiarum aliæ probabiles causæ.
LXXXIX — XCI. — Funerum apud Ægyptios ritus. Corporum mortuorum secandorum et condiendorum ratio.
XCII. — Judicium publicum de mortuis Ægyptii instituunt.
XCIII. — Religiosus defunctorum cultus et in majores verecundia quam vim habuerit ad animum et ad morum sanctitatem.
XCIV. — Ægyptiorum legislatores : Mneuis, Sasychis, Sesoosis, Bocchoris,
XCV. — Ægyptiorum legislatores : Amasis, Darius.
XCVI. Græci qui discendi studio in Ægypto peregrinati sunt. Græcorum mythi de inferis ex Ægypto translati.
XCVII. — Rerum aliarum exempla ex Ægypto in Græciam advectarum.
XCVIII. — Legumlatores, philosophi et artifices Græcorum ab Ægyptiis sua inventa acceperunt.

LIB. II.

I. — Repetitio brevis historiæ Ægypti. Succedit Asia. *Assyriorum* historia. Primus rex Ninus : delectos juvenes armat et cum Ariæo rege Arabiæ societatem init. Primo Babyloniam, deinde Armeniam subigit.
II. — Ninus totam Asiam intra Tanain et Nilum imperio subjicere parat. Debellatorum populorum recensus.
III. — Ninus urbem ingentem ad Euphratem condere constituit, Ninum appellatam.
IV. — Ninus Bactrianos bello petit, apud quos Semiramidem uxorem ducit. Semiramidis mirabilis ortus et miraculo servata vita. Educata a Simma pastore regio.
V. — Semiramin Onnes consilii regii princeps primo in matrimonio habuerat. Nini incredibilis contra Bactrianos copiarum numerus, comparatus cum aliorum populorum exercitibus.
VI. — Nini impetus in Bactra, ubi Oxyartes rex sedem habuit, irritus. In Nini castris aderat Onnes eumque secuta Semiramis, cujus consilio et audacia arx tandem capta est. Mulieris et pulchritudinem et virtutem admiratus Ninus cogit maritum ut regi cedat uxorem.
VII. — Nino mortuo Semiramis succedit. Marito monumentum ponit ejusque opera æmulans Babylonem condere instituit. Urbis magnitudo, muri.
VIII. — Pons Euphrati impositus jungit Babylonem urbem. Regiæ duæ, castella duo, turres, muris impressa animalium simulacra, venationes, portæ cum ædibus regiis.
IX. — Fossa Babylonis ingens. Beli templum cum specula siderum. Deorum statuæ, mensa aurea, vasa.
X. — Babylonis horti pensiles.
XI. — Urbes aliæ et emporia multa ad Euphratem et Tigrin constructa. Obeliscus ingens in via nobilissima.
XII. — Immensa bituminis in Babylonia copia. Lacus mortifer.
XIII. — Horti in Media apud Bagistanum montem a Semiramide apparati. Petris insculptæ inscriptiones Syriæ. Horti alii ad urbem Chauonem, ingentem petram includentes. Semiramidis vaga libido. Via per montem Zarcæum structa. Ecbatanis regiam condit, eoque per montem Orontem aquas ducit.
IV. — Semiramidis itinera in Persiam et reliquam Asiam et opera ubique exstructa. Iter per Ægyptum in Libyam ad Jovem Ammonem et in Æthiopiam.
XV. — Obiter Æthiopum sepeliendi ritus describitur.
XVI — Causæ quibus permota Semiramis bellum Indiæ intulit. Apparatus belli Indici, præsertim elephantorum simulacra.
XVII. — Indorum regis in bellum contra Semiramin gerendum ab adversa parte apparatus, præcipue 4000 naves ex arundine.
XVIII. — Indorum rex admonitione et minis Semiramin nequidquam deterrere studet. Prima navalis pugna, qua Semiramis vicit.

XIX. -- Pugna terrestris. Indi iterum in fugam acti, sed Stabrobates rex aciem restituit. Regina vulnere accepto vix cum tertia exercitus parte evasit.
XX. — Semiramis ob insidias factas et memor oraculi Jovis Ammonis Ninyæ filio regnum tradit. Confestim evanuit; ab Assyriis deinde inter deos relata et sub columbæ imagine culta. Scriptores recensentur qui de Semiramide diversa narrant.
XXI. — Ninyæ et successorum omnium per 30 ætates vita desidiosa. Sardanapallus ultimus. Tunc Assyria Medis subjecta.
XXII. — E tot obscuris Assyriorum regibus Teutamus memorabilis, qui copias ad bellum Trojanum misit Harum dux Memnon, a quo Memnonia i. e. ædes regiæ Susis exstructæ.
XXIII. — Sardanapalli vita luxuriosa.
XXIV. — Arbaces et Belesys defectionis consilia ineunt. Insurgentium contra Sardanapallum coactæ copiæ et socii advocati.
XXV. — Tribus prœliis rebelles vincit Sardanapallus.
XXVI. — Sardanapallo novæ copiæ e Bactriana missæ. Sed hæ interceptæ et ad defectionem illectæ. Sardanapallus triplici victoria elatus et novæ defectionis ignarus ad pristinam ignaviam se convertit. Regii noctu oppressi funduntur.
XXVII. — Sardanapallus in tertium annum obsidione clausus tenetur. Euphrates facta exundatione muri partem diruit. Tum rex abjecta spe incendio omnia delet et semet ipsum perimit. Arbaces confestim rex appellatus.
XXVIII. — Arbaces rex pietatis specimina in amicos exhibet et indulgentiæ præcipuæ in Belesyn, qui magnam vim auri sub cinere absconditam fraude abstulerat. Regni sedes Ecbatana, Nino deleta.
XXIX. — De Chaldæis Babyloniorum sacerdotibus et eruditis. Eorum officia et disciplinæ. Comparantur cum Græcorum philosophis.
XXX. — Chaldæorum sacerdotum doctrina de mundo, deo, providentia. Planetarum et stellarum fixarum systema.
XXXI. — Chaldæorum sacerdotum ex astrologia sumtæ prædictiones. 12 stellas extra zodiacum viventibus, 12 stellas mortuis destinatas putant. De luna, terra. Chronologia infinita.
XXXII. — Medorum historia. Auctores Herodotus et Ctesias sub examen vocantur. Regum successiones usque ad Artæum.
XXXIII. — Artæi, Medorum regis, bellum cum Cadusiis.
XXXIV. — Artynes et Astibaras Medorum reges. Parthi deficiunt ad Sacas. Inde bellum cum Sacis. Sacæ mulierum ferocia clari. Regina Zarina sapientia et virtute nobilissima. Monumentum sepulcrale ei publice consecratum. Aspadas (Astyages) ultimus Medorum rex a Cyro victus : Media Persarum provincia.
XXXV. — India. Regionis situs et magnitudo.
XXXVI. — Proventus Indiæ multiplices et copiosi.
XXXVII. — Flumina Indiæ, inprimis Ganges et Indus.
XXXVIII. — Indi omnes indigenæ. Antiquissimæ historiæ fragmenta : Bacchus eo duxit exercitum, agri, vini culturam, artes, religiones, leges docuit: Indiæque regnum per 52 annos tenuit.
XXXIX. — Post Bacchum regnum Indiæ Hercules occupavit et pro numero natorum in plura regna divisit.
XL. XLI. — Populi in India ordines septem : philosophi, agricolæ, pastores, artifices, milites, ephori, senatores.
XLII. — Elephantorum Indicorum brevis historia. Advenarum peculiaris tutela.
XLIII. — Scytharum historia. Prima eorum sedes ad Araxem perexigua fuit. Reges conditores, præsertim Scytha ab Jove genitus. Inde orti Pali et Napæ, et per hos occupatæ terræ. Sacæ, Massagetæ, Arimaspi.
XLIV. — Anarchia, deinde gynæcocratia apud Scythas.
XLV. Mulierum apud Scythas exercitus, coalescens adeo Amazonum natio. Themiscyra Amazonum urbs ad ostia Thermodontis. Amazonum res fortiter gestæ et victoriæ.
XLVI. — Herculis adversus Amazones expeditione fractæ earum opes. Paulatim a vicinis debellatæ et exstinctæ. Penthesilea ultima Amazonum regina, tempore belli Trojani.
XLVII. — Hyperborei. Terræ situs ex Hecatæo. Latona ibi nata ideoque Apollinis cultus præcipuus. Eximia eorum in Græcos amicitia. Luna ipsis proxima. Apollinis epiphania et annus Metonis. Imperium est penes Boreadas.
XLVIII. — *Arabes*. Regionis situs. Versus orientem *Nabatæi* terram sterilem (Arabiam desertam et petræam) incolunt, ipsi latrociniis nobiles. Petra ingens, lacus bitumen procreans, balsamum stirps indigena.
XLIX. — *Arabia felix*. Stirpium fructiferarum et odoriferarum genera.
L. LI. — Aurum apyrum Arabiæ felicis. Pecorum abundantia. Struthocameli. Camelopardales, tragelaphi et bubali.
LII. — Lapides Arabiæ felicis : crystallus, smaragdus, beryllia. De generatione gemmarum in Arabia per solis calorem philosophumena.
LIII. — Aliæ proprietates terrarum orientalium a majore solis calore.
LIV. — Arabes scenitæ s. Pastores versus meridiem. Agricolæ et mercatores versus Syriam. Animalium recensus : præsertim elephanti, cameli varii generis.
LV. — *Insulæ incognitæ* in Oceano meridionali ab *Iambulo* descriptæ. Iambulus ab Æthiopibus captus inter devotos ad insulas beatas ablegatur.
LVI. — Incolarum in insulis incognitis statura, corporis proprietates, lingua gemina. Cœli temperies mitis, arborum fructus per totum annum.
LVII. Annona in insulis incognitis copiosa. Literarum studia, maxime astrologia. Ætas longissima. Scriptura deorsum ducta. Vita lege definita.
LVIII. — Mulieres in insulis Oceani incognitis communes. Animalia plane peculiaria. Puerorum ingenia per volucres explorant. Natu maximus rex in singulis tribubus. Insulæ sunt septem.
LIX. — Victus ratio in insulis Oceani incognitis frugalis. Dii. Terræ proventus et animalia. Vestitus. Sacrorum et funerum ratio.
LX. — Iambuli reditus in Græciam.

LIB. III.

I. — Duorum priorum librorum brevis complexio.
II. — *Æthiopum* historia. Hi primi homines fuisse videntur, utpote autochthones solique proximi. Primi deos coluerunt, ideoque diis grati et tuti ab externorum populorum imperio.
III. — Ex Æthiopia in Ægyptum colonia ab Osiride deducta. Leges et ritus iidem. Idem scripturæ genus, nempe hieroglyphicum. Sacra etiam regumque insignia eadem.
IV. — De literis Æthiopicis sive hieroglyphicis.
V. Leges Æthiopum singulares : reges e sacerdotibus ac per sacerdotes leguntur : iidem arbitrio suo nihil, omnia e legibus decernunt. Mortis pœna non infertur, sed nuntiatur. Exsilium abominantur.
VI. — Regi sacerdotes Æthiopum misso nuntio mortem imperant. Ergamenes primus hanc potestatem aspernatus.

VII. — Regis amici apud Æthiopes iisdem quibus rex nævis insignes, mors etiam communis.
VIII. — Æthiopes extra Æthiopiæ fines. Æthiopum corpora et ingenia. Arma. Vestitus. Victus.
IX. — Æthiopum supra Meroen insulam theologumena. Insunt quoque athei. Ritus sepeliendi varii. Reges creant vel formosissimos vel pastores optimos vel opulentissimos vel fortitudine probatissimos.
X. — De regione fertilissima et amœnissima certant Afri et Æthiopes. Elephantum et draconum certamina.
XI. — Recensus scriptorum de rebus Æthiopum.
XII. XIII. — Fodinæ aurariæ in confiniis Ægypti et Æthiopiæ describuntur. Damnatorum ad metalla ingens numerus et ærumnosa vita. Operæ in metallis singulæ.
XIV. — Auri secernendi et præparandi in Æthiopia ratio. Æthiopes ad sinum Arabicum in Troglodytica et australes:
XV. — Ichthyophagi. Inculta et horrida eorum vita. Piscandi ratio.
XVI. — Ichthyophagum e piscibus parati et asservati cibi.
XVII. — Ichthyophagum in humido vita continua, concubitus vagus, vox incondita, vita morborum expers, sed brevis.
XVIII. — Gens a sinu Arabico remotior Æthiopibus agrestior. Apathia incredibilis. Non lingua sed manibus colloquitur. Cum phocis consortium habet.
XIX. — Habitatio multiplex vel in speluncis vel sub costis balænarum alga obtectis vel sub congestarum arborum umbraculo vel sub tumulis musci marini. Mortuos projiciunt piscibus.
XX. — Incolunt nonnulli valles a præruptis petris et mari inclusas, quamobrem aborigines habentur.
XXI. — Æthiopes Chelonophagi. Testudines venandi ratio describitur. Carne et testis utuntur. Cetophagi.
XXII. — Piscandi modus in ora Babyloniæ objecta.
XXIII. — Æthiopes Rhizophagi. Admodum a leonibus infestantur.
XXIV. — Æthiopes Hylophagi et Spermatophagi. Horum mores agrestes.
XXV. — Æthiopes Venatores. Venatus ferarum describitur.
XXVI. XXVII. — Elephantum venatio.
XXVIII. — Æthiopes Simi et Struthophagi; struthionum, quod avium genus est, descriptio.
XXIX. — Æthiopes Acridophagi. Locustas aucupandi modus èt e locustis paratus cibus. Gens ipsa pediculorum morbo affligi solita.
XXX. — Acridophagis propinqua regio ob magnam phalangiorum et scorpionum vim desolata.
XXXI. — Æthiopes Cynamolgi. Boum Indicorum venatio per canes.
XXXII. — Æthiopes Troglodytæ. Mulieres communes, victus a pecore, quod parentum loco est. Potus, habitus. Circumcidunt genitalia.
XXXIII. XXXIV. — Species Troglodytarum Megabares. Peculiaris funerum et prœliorum ratio. Infirmi sponte finiunt vitam. His turpe vitæ amore teneri. Tanta ingeniorum morumque diversitas e cœli discrimine explicanda.
XXXV. — Animalia Æthiopiæ; rhinoceros, sphinx, cynocephalus, cepus, taurus sarcophagus, crocotta,
XXXVI. — Serpentes Æthiopiæ. Maximi generis serpentes capiendi et domandi difficultas.
XXXVII. — Nova capiendi serpentes ratio describitur. Monstrosi corporis serpens Ptolemæo oblatus et mansuefactus.
XXXVIII. — Æthiopum historia finitur. *Sinus Arabici* descriptio, eaque primo generalis. Termini longitudinis et latitudinis. Deinde sequitur descriptio particularis oræ dextræ.
XXXIX. — Portus in ora dextra sinus Arabici et insulæ præsertim serpentaria lapide topazio clara.
XL. — Ichthyophagorum et Troglodytarum gentes dextram sinus Arabici oram accolunt. Mare profundum in superficie viride ob algam. Navigatio difficilis et periculosa.
XLI. — Ulterior pars oræ ac maris deinceps profundissimi et belluarum plenissimi.
XLII. — Ora sinus Arabici objecta Arabiæ: Neptunium, palmetum, phocarum insula.
XLIII. — Maranei et Taryndanei, oræ accolæ, horumque sacra quinquennalia in palmeto. Læanitarum sinus: accolunt Arabes Nabatæi.
XLIV. — Banizomenum sinus: adjacent tres insulæ, prominent petræ immensæ. Arabes Thamudeni. Congeries insularum. Peninsula amœnissima cum pulchro portu Charmuthæ.
XLV. — Quinque montium promontorium. Arabes Debæ. Amnis aurifer. Alilæi et Gasandæ Arabes, quorum regio aurum nativum profert.
XLVI. — Carbæ et Sabæi Arabes, qui Arabiam felicem incolunt. Hujus regionis suavissimi odores,
XLVII. — Serpentum perniciosorum in Carbarum et Sabæorum regione abundantia. Bitumen et barba hirci, contra morbos remedia. Sabæ, urbs regia. Regum conditio. Gens libera et beata, summa auri argentique copia, supellex magnifica. Insulæ beatæ.
XLVIII. — Singularia in cœlo, in ortu siderum ac solis præsertim observata. Venti his regionibus familiares.
XLIX. — *Afri* Ægypto proximi: Nasamones, Auschisæ, Marmaridæ, Macæ: horum alii agricolæ alii nomades alii latrones. Arma et mores.
L. — Agrorum in Africa Ægypto proxima proventus. Serpentum multæ species, præsertim cerastæ. Vanæ species per aera volantes.
LI. — Earum causæ physicæ ex aere immoto derivatæ.
LII. — *Amazones Afræ.* Ob summam antiquitatem in dubium vocatæ. Species erant Gorgones.
LIII. — Amazonum gynæcocratia. Virorum inter eas conditio servilis. Ab adustis mammis nomen habent. Sedes erat insula Hespera in palude Tritonide, arboribus, pecore, lapidibus pretiosis clara.
LIV. — Amazones arma inferunt: 1) Atlantiis: regina Amazonum tum erat Myrina. 2) Gorgonibus.
LV. — Gorgones bello superstites Medusa regnante Perseus perdomuit, sicut et ipsas Amazones Hercules delevit. 3) Bellum inferunt Africæ populis inita cum Horo in amicitia. 4) Arabibus. 5) Syris ac Cilicibus. 6) nationibus ad Taurum. Urbes occupatas Myrina a copiarum ducibus cognominavit. 7) insulis. 8) subjugant Samothracen.
LVI. — *Atlantiorum* historia, quos ortus deorum memorabiles et insignes fecit. Uranus primus rex. Is astrologia clarus.
LVII. — Uxores Uranus plures habuit. Liberi e Titæa Titanes appellati. Filiæ Basilea et Rhea s. Pandora. Ex Basilea et fratre Hyperione suscepti Helius et Selene. Post interitum ut dii inter cœli sidera relati.
LVIII. — De Basilea Phrygum mythologumena: nata e Mæone et Dindyma exposita est in monte Cybelo: inde appellata Cybele et mater montana: fistulam, cymbala, tympana etc. invenit.
LIX. — Vitiata Cybele furibunda aufugit, ac cum Marsya comite et amico ad Bacchum et Apollinem pervenit. Marsyæ et Apollinis certamina. Apollinis cum Cybele errores. Cybele ipsa in Phrygia ex oraculi responso pro dea culta.
LX. — Urani filii Atlas et Saturnus regnum inter se divi-

dunt. Atlantis filius Hesperus, filiæ septem Atlantides, singulæ illustribus natis claræ.

LXI. — Saturni et Jovis ab eo oriundi mythologia.

LXII. — Bacchi mythica historia supra commemorata copiose explicatur. Physica explicatio. Bis natus dicitur ob vitem Deucalionis diluvio exstinctam ac velut renatam.

LXIII. Historica narratio qua tres Bacchi exstitisse dicuntur. Antiquissimus Indus.

LXIV. — Alter Bacchus Jovis et Cereris filius. Ejus inventa memorantur. Tertius est Thebanus Jovis et Semeles filius, ob Junonis invidiam per abortum natus et in Jovis femore ad maturitatem perductus. Baccharum agmina per terrarum orbem ducit.

LXV. — Impii Bacchi contemtores puniuntur, inter quos nobilissimi Pentheus, Myrrhanus, Lycurgus. Charopi præmii loco Thraciæ regnum et mysteria tradita. Orpheus mysteriorum præses. Bacchi reditus cum spoliis.

LXVI. — Regiones et urbes commemorantur de Bacchi patria certantes. Afrorum de Baccho narrationes a Græcis scriptoribus servatæ.

LXVII. Antiquissimus scriptor Linus, cujus triumque discipulorum, Herculis, Thamyræ, Orphei, literaria notitia exhibetur.

LXVIII. — Quæ Linus de Ammone rege Libyæ relata habeat. Ex virgine Amalthea casu oblata genuit filium (Bacchum), clam in urbem Nysam translatum, ut tutus esset ab uxoris Rheæ insidiis. Insulæ amœnissimæ in qua Nysa sita erat descriptio.

LXIX. — Antrum Nysæum.

LXX. — Bacchus in antro custodiebatur ab Aristæo et Minerva, quæ in eadem insula ad amnem Tritonem nata erat. Obiter Minervæ facinora memorantur, inprimis ægidis monstri cædes, ob quam vindicandam ejus mater tellus Gigantes peperit, deorum acerrimos hostes. Bacchi prima studia, præcipue vitis cultura.

LXXI. — Rhea noverca ad Titanes revertitur, et Saturno juncta bellum in Ammonem movet. Ammon superatus in Cretam insulam fugit. Sed Bacchus adjunctis Amazonibus et Minerva Titanes debellat. Quo facto deus pronunciatur, cui primo vino libant.

LXXII. — Belli socii Baccho etiam Sileni erant, qui describuntur. Expeditionis militaris reliqua, memoranda : in urbe Zabirna Campen monstrum horrendum occidit; ubique beneficus, impiis gravis, in ipsos hostes victos, Saturnum Rheamque, pius ac lenis.

LXXIII. — Bacchus Ammonis oraculum instituit. Ægypto Jovem regem præficit vinique culturam impertit; similiter reliquas orbis partes artibus suis cultiores reddit. Ad immortales abit, quo facto Juppiter universi mundi rex constitutus est.

LXXIV. — Afrorum de Baccho altero et tertio traditiones.

LIB. IV.

I. — Exordium quo historiæ antiquæ difficultates explicantur. Adjungitur libri argumentum. Exterorum antiquitati Græcorum antiquissima historia nunc adjungenda. Bacchi utpote et antiquissimi et beneficentissimi fabula primo loco enarranda.

II. — Bacchi natales. A Jove et Semele prognatus nymphis in antro Nysæ traditur, unde Dionysi nomen habet. Vini et zythi inventor. Itinera usque in Indiam instituit.

III. — Redeunti ex India Baccho sacra constituuntur in Græcia : ritus solemnes describuntur.

IV. — Bacchus antiquior, Sabazius, Proserpinæ filius. Reliqua Bacchi, referuntur; ingenium, forma, comites Musæ, Silenus pædagogus et socius, habitus.

V. — Bacchi cognomina eorumque causæ. Causæ redditæ cur biformis sit, cur Satyri et Musæ in ejus comitatu.

VI. — *Priapus* Bacchi et Veneris filius. Origines cultus vel a propagatione generis humani vel ab Osiridis historia derivandæ. Ithyphallus et Tychon sunt cognomina. Hermaphroditi ortus.

VII. — *Musæ:* earum parentes, numerus, nomina nominumque ratio.

VIII. — *Hercules:* mythus de eo multa continet impedita et quæ fidem excedant, quod rei mythicæ proprium est.

IX. — Immensæ vires cum per ipsam portentosam procreationem Herculi infusæ tum per Junonem, quæ mammas inscia ei præbuerat.

X. — Herculis in cunis pericula et facinora, quibus Herculis nomen consecutus est, ante Alcæus nominatus. Thebis educatus ab Ergini tributo et tyrannide urbem liberat, Orchomeniorum Minyarumque oppidum destruit. Eurystheus per invidiam Herculi duodecim certamina imponit.

XI. — Hercules in animi ægritudinem et furorem incidit, quo liberatus singulos adit labores. 1) Leo in Nemea occisus. 2) Hydra Lernæa.

XII. — 3) Aper Erymanthius. Tum idem Centauros devicit. Cæsorum nomina.

XIII. — 4) Cerva aureis cornibus et velocitate insignis capta. 5) Aves e Stymphalide palude abactæ. 6) Augiæ stabulum expurgatum. 7) Taurus e Creta in Peloponnesum traductus.

XIV. — Defunctus hoc certamine ludos Olympicos Jovi instituit Hercules. Ipse in omni certaminum genere victor a diis deabusque munera accipit. Obiter commemorat historicus Nioben primam, Alcmenam vero postremam mortalem fuisse a Jove compressam.

XV. — Bello a Gigantibus in deos moto Hercules diis auxilio venit, et ita cœlestium deorum honores consequitur. Prometheum igne rapto bene de genere humano meritum pœna liberat. 8) Inde Diomedis equas carnivoras rapuit. Tunc Iasonis ad Colchos comes fuit.

XVI. — 9) Expeditio ad Amazones ad rapiendam Hippolytæ zonam. Nomina Amazonum devictarum.

XVII. — 10) Iter in Iberiam ad abducendos Geryonis boves. Congregatis in Creta insula, quam bestiis purgat, militibus primo in Libyam trajicit, ubi Antæum in certamine conficit, terramque a feris et tyrannis liberat.

XVIII. — Iter Hercules convertit in Ægyptum et Busiridem occidit. Inde in Libya Hecatompylon condit, post a Carthaginiensibus expugnatam : tandem ad Oceanum Gaditanum columnas statuit. Victis Chrysaoris filiis boves abigit. Columnæ Herculis et fretum ab eo mutatum cum similium operum in Thessalia et Bœotia commemoratione.

XIX. — Transitus Herculis in Celticam, ubi Alesiam urbem exstruit, inde per Alpes in Italiam.

XX. — Ligurum ager ingratus et duri labores.

XXI. — Hercules ad Tiberim benigno hospitio exceptus; decimæ Herculi votæ templumque exstructum. In campum Cumæum s. Phlegræum progressus Gigantes perdomuit.

XXII. — Herculis ad lacum Avernum opera. Via Heraclea. Venator in Dianam impius supplicio affectus. Cicadæ ob Herculis pietatem deletæ. Nando Hercules cum bobus in Siciliam trajicit.

XXIII. — Thermis Himeræis et Egestanis recreatus Hercules Erycem certamine vincit et Siciliam præmium reportat, quam unus e posteris, Dorieus, obtinet, et in ea Heracleam exstruit, deinde a Carthaginiensibus dirutam. Syracusis sacra Cereri et Proserpinæ instituit. Sicanos infesta acie obvios cædit. Ducum nomina.

XXIV. — Leontini et Agyrinæi divinos Herculi honores exhibent. Pro his monumenta relicta : lacus sui nominis, Geryonis lucus, fanum Iolai ludis celebratum. Tum Hercules boves retro in Italiam agit, Lacinium ob furtum obtruncat, Crotoni monumentum ponit.

XXV. Herculis reditus in Epirum. 11) Cerberus ex inferis protractus. Ante Hercules sacris Eleusiniis erat initiandus, quæ occasionem præbent narrationis de Orpheo.

XXVI. — Hercules apud inferos. 12) Rapta Hesperidum aurea mala. Diversæ de his opiniones.

XXVII. — Atlas et Hesperus, Atlantides et Hesperides describuntur. Hesperides Busiridi raptas Hercules Busiride et raptoribus occisis Atlanti restituit. Inter munera Hercules ab Atlante astrologiam accepit, ab ipso Græcis traditam.

XXVIII. — Amazones, quæ ob illata per Herculem damna raptamque Antiopen Græcis bellum intulerant, prœlio vincuntur a Theseo.

XXIX. — Perfunctus Hercules laboribus oraculi jussu sobolem e Thespiadibus procreatam duce Iolao in Sardiniam mittit ab ipsis occupandam. Thespiadum et natorum historia. Sardinia ab Iolao expugnata et deinde exculta.

XXX. — Advocatus e Sicilia Dædalus opera in Sardinia exstruit. Iolaus deinde in Græciam redit. Colonia nova in Sicilia. Condita in Sardinia colonia bello nunquam victa.

XXXI. — De sobole sollicitus Hercules pro Megara, quam Iolao permittit, Iolen petit. Accepta repulsa, Euryti patris equas abigit, hujusque filium Iphitum insequentem de turri præcipitat. Tum Hercules expiationis causa Omphalæ Mæonum reginæ in servitutem traditus, regno a Cercopibus liberato, reginæ conjugium consequitur.

XXXII. — Reversus in Peloponnesum Hercules navibus Trojam petit, injurias a Laomedonte olim illatas ulturus. Prœlio commisso Laomedontem occidit regnumque Priamo tradit.

XXXIII. — Herculis bellum in Augeam ob recusatam mercedem. Centauro obtruncato in Hippolytæ nuptiis primo Tirynthem, deinde Pheneum in Arcadia fugit. Eurytus et Augeas cæsi, regnum Phyleo traditur. Tyndareus Sparta pulsus in regnum restituitur. Auge ab Hercule gravida damnata ut submergeretur, servatur cum filio Telepho.

XXXIV. — Relicta Peloponneso Hercules Calydonem Ætoliæ urbem petit et Dejaniram uxorem ducit. Apri Calydonii a Meleagro ejus fratre confecti historia.

XXXV. — De Calydoniorum agro Hercules bene meruit facto novo Acheloi alveo, unde orta fabula de cornu Amaltheæ.

XXXVI. — Calydoniorum in bello contra Thesprotos socius Hercules Ephyram vi capit regeque Phyleo occiso ex ejus filia Tlepolemum procreat. Ob Eurynomum casu ab eo interemtum una cum Dejanira fugam capessit. Dejaniram per flumen Euenum Nessus Centaurus portat, sagitta transfixus dum eam stupro vitiare conatur, relicto Dejaniræ philtro. Deinde Hercules cum sociis Ceycem Trachiniæ regem hospes adit.

XXXVII. — Dryopes in Delphos impii ab Hercule sedibus expulsi, eorumque rex Phylas occisus. E Phylantis filia Antiochum progenuit. Nati e Dejanira. Dryopum expulsorum novæ sedes resque gestæ. Dorienses ab Hercule contra Lapithas defensi. Cygnus certamine victus. Astydamia subacto Ormenii rege, ejus patre, bello capta, e qua Ctesippus natus. Iole etiam rapta occisis fratribus. Inde ad promontorium Cenæum Hercules discedit.

XXXVIII. — Ad celebrandum sacrum vestes solemnes per Licham Herculi allatæ, quas Dejanira amoris in Iolen certior facta philtro tingit per Centaurum oblato. Insecutus est Herculis exitialis morbus. Ejus rogus in Œta.

XXXIX. — Herculi instituta sacra.

XL. — *Argonautæ.* Horum enim Hercules socius erat. Iasonis consilium.

XLI. — Itineris Argonautarum apparatus. Itineris socii.

XLII. — Argonautarum in itinere fata. Ad oram Troadis Hesionen devotam Hercules liberat et infestam balænam conficit. Præmii loco accipit is Hesionen et equos regios, quos interea regi custodiendos relinquit.

XLIII. — Argonautæ tempestate agitati diis in Samothrace præeunte Orpheo vota faciunt. Samothraces dii, Dioscuri. Inde in Thraciam progressi duo regis Phinei filios ob novercæ criminationes crudelissimo supplicio affectos vindicant.

XLIV. — Phineus a Dioscuris occisus ; regnum filiis traditum. Eadem fabula ab aliis aliter narrata. Inde in Pontum profecti Argonautæ appellunt ad Chersonesum Tauricam, ignari hic more barbarorum hospites immolari.

XLV. — Cruenti in Taurica Chersoneso cultus origo simulque res Colchicæ narrantur. Æetes Colchidis, Perses Tauricæ rex, fratres. Hecate Persæ filia venena invenit, patrem veneno perimit, hospitum immolationem instituit. Æetæ nupta Circen, Medeam et Ægialum peperit. Circe matris artem inhumanam colit. Circæum.

XLVI. — Medea mitioris ingenii servat appulsos peregrinos. Suspecta patri fugit et obviam fit Argonautis. Iason data matrimonii fide ea comite cum sociis vellus aurum occupare parat.

XLVII. — Fabula de Phrixo, aureo vellere apud Colchos in templo Martis servato, ejusque custodibus draconibus aliisque rebus ad id pertinentibus.

XLVIII. — Cæsis custodibus raptoque vellere aureo Argonautæ ad naves confugiunt. Æetes eos persecutus in pugna perit. Argonautarum reditus. Glaucus itineris comes et adjutor.

XLIX. — Reversis in Troadem Argonautis ob Hesionen equosque recusatos pugna ineunda cum Laomedonte, quo occiso regnum Priamo traditur. In Samothrace diis Samothracibus vota reddita.

L. — Pelias Iasonem in Ponto periisse putans exstincta Iasonis stirpe regnum occupaverat. Iason redux injurias ulcisci parat, usus Medeæ consiliis et insidiis.

LI. — Assumta sagæ persona Medea Iolci urbem et regiam ingreditur, magica ministeria senectæ transformandæ in juvenilem vigorem offert et approbat.

LII. — Pelias Medeæ fraude occisus. Dato signo Argonautæ regiam invadunt et recuperant.

LIII. — Iason in superstitem Peliæ familiam benignus; Acasto filio regnum tradit, filias viris principibus collocat. Argonautæ novum fœdus in futuros casus jungunt et ludos celebrant Jovi Olympio sacros.

LIV. — Iasonis reliqua historia. Nati e Medea 3 filii. Medea repudiata; novum conjugium cum Glauce. Ira furens Medea igne et cædibus grassatur, in ipsos filios impia, insuper Herculem vindicem contra Iasonem invocat.

LV. — Iasonis mors voluntaria. Regni heres Thessalus, superstes Iasonis filius, unde Thessali dicti. Medeæ errores, susceptus ab Ægeo filius Medus Medorum rex.

LVI. — Narrationes aliæ de Medea et Medo. Argonautarum reditus per aliam viam a nonnullis traditam, adverso Tanai et per aliud flumen in Oceanum, inde vero in mare mediterraneum, ejusque rei opinata vestigia.

LVII. — Heraclidæ, Herculis filii. Trachine apud Ceycem regem educati, ab Atheniensibus contra Eurystheum in tutelam recepti.

LVIII. — Victo Eurystheo Heraclidæ duce Hyllo Peloponnesum et Mycenarum regnum recuperare parant. Res singulari certamine dirempta. Hyllo cæso Heraclidæ ad 50 annos regno et Peloponneso exclusi. Eorum reliqua facta.

LIX. — *Theseus*, Herculis æmulus. Ejus genus. Prima virtutis specimina in Coryneten, Sinin, aprum Crommyonensem, Scironem, Cercyonem, Procrusten. Athenas petit, ubi ab Ægeo certis signis agnoscitur.

LX. — Fabula de Minotauro. Præmissa Cretæ historia et regum Cretensium recensus. Androgeos Minois filius per insidias ab Ægeo tum Atheniensium rege interemtus.

LXI. — Attica a Minoe bello et fame pressa. Oraculo jussi Athenienses pœnam dant 7 pueros puellasque quotannis Minotauro projiciendos. Theseus Ariadnæ ope adjutus Minotauro confecto Athenas pœna liberat. Ariadne in reditu in insula Naxo a Baccho rapta. Dolore correptus Theseus candida vela pro nigris substituere oblivicitur; quibus visis Ægeus vitam finit. Succedens Theseus legibus et institutis patriam auget.

LXII. — Phædra Thesei conjux Hippolytum privignum impuro amore prosequitur. Utriusque interitus. Theseus exul.

LXIII. — Helena per Theseum et Pirithoum rapta. Simile ausum in regno Plutonis in Proserpinam. Pirithoi ob id pœna.

LXIV. — *Septem ad Thebas*. Laius Thebarum rex et Iocasta. Filius Œdipus, quem pater oraculo monitus exposuerat, inscius patrem occidit. Sphinx. Iocastæ conjugium et regnum præmii loco propositum, si quis ejus ænigma solvat. Œdipus solvit, et matrem inscius uxorem ducit, e qua Eteoclem et Polynicem procreat.

LXV. — Œdipo incluso filii regno potiti. Polynices a fratre regno pulsus ab Adrasto auxilium impetrat. Adrastus et Polynices cum Tydeo et quatuor aliis sociis Thebis bellum inferunt. Cadunt omnes præter Adrastum.

LXVI. — Septem ducum filii Epigoni dicti duce Alcmæone bellum in Thebas renovant. Thebani victi suasu Tiresiæ in agrum Tilphossæum in Bœotia migrant. Thebæ ab Epigonis captæ, Daphne Tiresiæ filia Delphos missa Sibyllæ nomen meruit.

LXVII. — Thebani Doriensium terras occupant. Obiter Doriensium, Æolum, Bœotorum origines.

LXVIII. — Æoli progenies Salmoneus et Tyro: horum posteri usque ad Nestorem et bellum Trojanum.

LXIX. — *Lapithæ* et *Centauri*. Genus eorum.

LXX. — Centaurorum bellum adversus Lapithas horumque reliquiæ.

LXXI. — *Æsculapius*. Ejus parentes, merita de vita hominum. Plutonis de ejus arte querelæ. Filii Machaon et Podalirius.

LXXII. — *Penei* et *Asopi* genus cum posteris.

LXXIII. — *Pelopis, Tantali, Œnomai* historia. Œnomaus oraculo territus Hippodamiæ unicæ filiæ procis certamina proponit cum vitæ periculo. Pelops Myrtili auxilio adjutus victor consequitur puellæ conjugium. Peloponnesus ab eo nomen habet.

LXXIV. — Pelopis pater Tantalus ob opes in ipsos deos superbus apud inferos cruciatibus affectus. Niobe ejus filia liberorum numero superbiens orbitate punita. Tantalum regno expulit Ilus Trois filius.

LXXV. — Trois stirps a Teucro repetita et usque ad Priamum deducta.

LXXVI. — Dædalus statuarius et architectus ingenio et arte præstans. Talum ex sorore nepotem artis æmulum et ministrum habuit novis inventis clarum. Hunc Dædalus invidia commotus dolo interemit. Capitis damnatus fuga vitam servat.

LXXVII. — Fuga delatus in Cretam Dædalus construxit bovis machinam ad explendam Pasiphaæ libidinem. Minotaurus inde ortus. Labyrinthus. Ob Minois iram Dædalus cum Icaro in Siciliam fugit. Ab hoc et mare Icarium et insula Icaria nomen habent. Fabula de alis e cera factis.

LXXVIII. — Dædali opera in Sicilia effecta.

LXXIX. — Bellum ob receptum Dædalum a Minoe Siculis illatum. Minois mors et monumentum sepulcrale. Cretenses in Sicilia relicti urbem Minoam et Engyum condunt, templumque deabus matribus exstruunt.

LXXX. — Dearum matrum in Sicilia cultus describitur. Templum sumtibus maximis constructum.

LXXXI. — *Aristæus*. Apolline et Cyrene ortus nymphis traditur nutriendus, a quibus apum, olivarum, lactis culturam accepit. Thebas profectus ex Autonoe Cadmi filia Actæonem procreavit, deinde a canibus dilaceratum.

LXXXII. — In Ceam insulam vectus Aristæus Græciam pestilentia liberat. Relicta ibi sobole ipse Sardiniam, Siciliam aliasque insulas adit. Suisque eas beneficiis cultiores reddit. His divinos honores consecutus.

LXXXIII. — *Daphnis* et *Eryx*. Eryx Butæ et Veneris filius in Sicilia regulus, conditor urbis sui nominis et in ejus arce templi Veneris Erycinæ; quod post Erycem Æneas, Siculi, Carthaginienses, Romani, donis et religioso cultu amplissimum reddiderunt.

LXXXIV. — Daphnis Mercurio et nympha genitus in amœnissima convalle montium Heræorum: quorum descriptio inseritur. Regionis fertilitate et amœnitate invitatus Daphnis, rei pastoritiæ cultor, fistulæ pastoritiæ, carminis pastoritii inventor exstitit. Ab irata nympha visu orbatus.

LXXXV. — Fabula de *Orione*, qui venatione magnique roboris operibus inclaruit. Acte ejus opus. Digreditur historicus in quæstionem an Sicilia olim chersonesus fuerit. Orion inter astra relatus.

LIB. V.

I. — Prooemio Ephori institutum Diodorus laudat, qui res gestas secundum species descripserit. Ejus exemplo destinatum esse singularem librum de insulis scribere.

II. — *Sicilia*, a figura Trinacria appellata, ab incolis Sicania, tum Sicilia. Ambitus. Cereri et Proserpinæ insula merito sacra, utpote in qua primæ provenerunt fruges.

III. — Regiones Siciliæ amœnissimæ: Ennæ, in quibus Proserpina rapta; Himeræ, quæ Minervæ; insulæ Syracusanæ, quæ Dianæ sedem præbuerit.

IV. — Proserpinæ ad inferos descensus apud fontem Cyanen. Cereris munera iis, qui ipsam benigne exceperunt, primum Siculis, secundum hos Atheniensibus, collata, et ob eam rem instituta festa.

V. — Raptus Proserpinæ poetarum carminibus celebratus. Carcini poema. Alia Cereris beneficia præter fruges.

VI. — De incolarum Siciliæ origine diversæ opiniones. Sicani primi erant: successerunt ex Italia Siculi: denique Græcorum coloniæ accesserunt, quæ linguam moresque Græcos et vitam cultiorem vulgarunt.

VII. — *Æolides*. Nomina earum situsque. A Liparo primum, deinde ab Æolo cultæ; unde de hujus mytho nonnulla referuntur.

VIII. — Æoli sex filiorum nomina regnaque in Italia et Sicilia.

IX. — Novi insularum Æolicarum coloni, Cnidii, Rhodii.

X. — Liparæorum civitas in dies florentior facta, ob portus, thermas et aluminis copiam, cujus monopolium habuit.
XI. — *Osteodes s.* ossium insula. Nominis ratio.
XII. — Insulæ a meridionali Siciliæ parte : *Melite, Gaulus, Cercina.*
XIII. — Insulæ in mari Tyrrheno sitæ : *Œthalia*, ferri ferax et mercatura celebris. *Cyrnus s.* Corsica. Ejus urbes. Proventus.
XIV. — Incolarum Cyrni indoles et numerus.
XV. — *Sardinia.* Deducta in eam ab Iolao colonia. Unde incolæ Iolæi dicti. Insulam natura ipsa ab externo hoste defendit.
XVI. — *Pityusa* a pinuum copia ibi nascentium appellata.
XVII. — Iberiæ objacentes insulæ *Baleares* s. Gymnesiæ, harumque numerus, situs, soli natura, incolarum mores. Nummi nulli.
XVIII. — Ritus nuptiarum, funerumque; arma, exercitationes apud Balearium incolas usitata.
XIX. — *Insulæ in Oceano* s. extra columnas Herculis. Insula in alto mari sita, Libyæ objecta, permagna, anonyma : ejus summa fertilitas et amœnitas.
XX. — Insula e regione Libyæ in Oceano sita olim incognita, sed Phœnicum navigationibus investigata. Obiter Gades et Herculi exstructum templum describitur.
XXI. — Europæ objectæ insulæ. *Britannia*, incognita usque ad Caium Cæsarem. Ejus situs, magnitudo, incolarum mores, victus.
XXII. — De stanno in Britannia, ejusque mercatura.
XXIII. — *Basilea*, Scythiæ objecta, succino clara. Mythus antiquissimus de Phaethonte et succini origine.
XXIV. — *Celticæ gentes.* Mythica narratio de Galate Herculis filio, a quo Galatia et Galatæ nomen habent.
XXV. — Galliæ multæ gentes. Flumina.
XXVI. — Venti vehementiores Galliam perflant. Frigus ingens, ob quod terra neque vinum neque oleum profert. Zytho itaque utuntur et vino quod exteri important.
XXVII. — Gallia argenti nihil, auri magnam copiam habet. Ornatus ex auro factus.
XXVIII. — Gallorum ingenia, corporum proceritas, cultus, mores.
XXIX. — E curribus pugnandi mos apud Gallos et bellandi ratio. Spoliorum præcipuæ species.
XXX. — Gallorum vestitus armaque.
XXXI. — Adspectus Gallorum voxque horrida. Bardi. Vates. Divinatio ex immolatis hominibus. In sacris et pugnis philosophorum et poetarum usus.
XXXII. — Celtarum et Galatarum differentia. A Romanis autem confusæ hæ gentes. Gallorum mulieres proceræ et feroces, pueri cani. Eorum nulli tam feri quam Scythiæ finitimi, utpote anthropophagi, sicut Britanni Irin incolentes. Cimmerii postea Cimbri appellati. *Gallogræci.* Horum feritatis exempla.
XXXIII. — *Celtiberi.* Sunt Iberi et Celtæ connubiis mixti. Eorum arma et tela pugnandique ratio. Munditiei studiosi urina corpus dentesque abluunt.
XXXIV. — Celtiberorum mores victusque. Vaccæi cultiores. Lusitani ceteris fortiores. Horum arma. In bellis ad numerum incedunt et pæanes canunt. Latrocinia honestum vitæ genus.
XXXV. — Res metallica Iberorum. Incendio silvarum primum argenti copia provenit. Argento, cujus pretium indigenis erat incognitum, Phœnices allecti.
XXXVI. — Operis metallici ratio apud Iberos.
XXXVII. — Iberorum metalla cum Atticis comparata. Machinæ Ægyptiacæ ad hauriendas in fodinis aquas ab Archimede inventæ.
XXXVIII. — Servorum in metallis operantium miseria. Metalla exhausta a Phœnicibus et Italis. Stannum in Iberia inventum. Insulæ Cassiterides eo abundant. Multum e Britannia affertur.
XXXXIX. — *Ligures.* Aspera terra. Incolarum mores, studia, arma.
XL. — *Tyrrheni* classe præstantes. Ab iis mare Italiæ objectum nomen habet. Militiam pedestrem excoluere, tubam invenere, lictoribus, sella curuli, toga prætexta primum usi; litterarum studiis dediti prodigiorum disciplinam, vitæ cultioris rationem expoliverunt.
XLI. — Insulæ meridionales in Oceano Arabiæ. Præmissa Arabiæ felicis brevis descriptio. Insulæ tres præ cæteris memorabiles : una sacra thus et myrrham ferens; altera sepulturæ destinata. Thuris et myrrhæ historia.
XLII. — Thuriferæ insulæ magnitudo, mercatura. Tertia insula Panchæa : incolæ ex diversis populis collecti, urbs Panara, templum Jovis Triphylii.
XLIII. — Agri in Panchæa insula amœnitas, arborum varietas.
XLIV. — Templum et alia loca sacra Panchææ in sulæ describuntur.
XLV. — Panchææ animalia et urbes. Incolarum tres classes : sacerdotes, agricolæ, milites. Vestitus.
XLVI. — Militum apud Panchæos usus. Sacerdotum habitus. Oriundi e Creta sacerdotes. Alia insulæ memorabilia : metalla, ornamenta diis dicata.
XLVII. — Insulæ in mari Ægeo. *Samothrace*, primum Samus appellata e Samo et Thracia colonos accepit. Ingens diluvium.
XLVIII.—Saon reipublicæ Samothracicæ conditor. Heroes alii, Dardanus, Iasion, Harmonia. Hanc Cadmus uxorem duxit, dum Europam investigans insulam transibat.
XLIX. — Cadmi nuptiis dii primum præsentes aderant, læta munia subeuntes et munera offerentes. Iasion Cereri matrimonio junctus. Adjuncti mythi plures.
L. — *Naxus* insula, olim Strongyle dicta. Primi coloni Thraces, quos Butes patria pulsus eo duxerat. Mulieres, quarum erat penuria, aliunde raptæ. Nobilissimæ Coronis, Iphimedia, Pancratis. Post Buten Agassamenus rex.
LI. — Otus et Ephialtes Naxi insulæ imperio potiuntur, imposito illi Diæ nomine. Deinde Cares insulam occuparunt, a quorum rege Naxo Naxus est appellata. Hic Theseus Ariadnen reliquit Bacchi minis perterritus.
LII. — De Baccho in Naxo insula nutrito, qui cum opibus aliis tum vino præstantissimo insulam auxit.
LIII. — *Syme* insula. Coloni diversis temporibus diversi.
LIV. — *Calydna* et *Nisyrus.*
LV. — *Rhodus.* Ejus primi incolæ Telchines Neptunum nutriverunt, artes nonnullas invenerunt primique deorum statuas et simulacra fecerunt, magicas artes exercuerunt. Neptunus Haliam duxit, unde cum aliis liberis Rhodus nata, a qua insula nomen habet. Mythica alia de Venere, insulæ aditu prohibita. Halia a filiis stuprata.
LVI. — Telchines diluvium præsagientes Rhodo discedunt. Sol Rhodi amore captus insulam servat. Heliadæ.
LVII. — Heliadæ astrologiam, artem nauticam aliasque artes excoluere. Dissipati literas et artes divulgarunt. Ochimus natu maximus Rhodi principatum obtinuit.
LVIII. — Danai et Cadmi in Rhodo adventus, et ab hoc relicta monumenta literaria. Rhodus serpentibus vastata a Phorbante liberata.
LIX. — Althæmenes Creta relicta, ut fato destinatam patris Catrei cædem evitaret, in insulam Rhodum concedens, inscius patrem occidit. Tlepolemus Herculis filius

Argis profugus Rhodum petit, deinde rex creatus bello Trojano interfuit.

LX. — Rhodo objecta *Chersonesus Cariæ*. Hanc Curetes e Creta advecti occupant. Cyrnus ab Inacho missus urbem sui nominis exstruit.

LXI. — Triopas exciso Cereris nemore Thessalia profugus in Cnidiam venit partemque Cariæ occupat.

LXII. — Hemitheæ Staphyli filiæ fanum in Castabo Chersonesi. Mythus de Staphyli tribus filiabus.

LXIII. — Templum Hemitheæ communi religione servatum et locupletatum. Ejus deæ in homines beneficentia.

LXIV. — *Creta*. Antiquissimi incolæ Eteocretes. Rex Cres. Dii in insula nati. Idæi Dactyli horumque artes et inventa. Horum discipulus Orpheus, progenies Hercules, ab Alcmenæ filio diversus.

LXV. — Curetes rei pastoritiæ, mellificii pluriumque artium inventores. Jovis educatores.

LXVI. — Titanes. Urani Terræque sex filii et quinque filiæ. Saturnus.

LXVII. — Hyperion. Cœus et Phœbe, unde nata Latona. Iapetus, cujus filius Prometheus. Mnemosyne. Themis.

LXVIII. — Saturni et Rheæ progenies. Vesta. Ceres cum Proserpina et Triptolemo.

LXIX. — De frugum inventione mythologumena. Neptunus maris et rei equestris præses. Pluto inferorum princeps.

LXX. — Juppiter : ejus nativitas et educatio.

LXXI. — Jovis instituta ad tuendam in humano genere justitiam. Bellum in gigantes.

LXXII. — Alia Jovis beneficia et ob hæc ei imposita cognomina. Ejus liberi.

LXXIII. — Singulis liberis Juppiter tribuit munia : Veneri virginum curam, Gratiis venustatem tuendam, Lucinæ parturientium tutelam, Dianæ tenerorum nutritionem, Horis singulis diversa, Minervæ olivarum culturam, bonas artes.

LXXIV. — Musis commissa literarum studia, Vulcano metallorum fabricatio et ignis, Marti bella et arma, Apollini musica et ars medica. Hujus filius Æsculapius.

LXXV. — Mercurio mandata fœdera, mercaturæ negotia, eloquentia, palæstra, Baccho vitis cultura.

LXXVI. — Herculis merita. Sed hic Alcmenæ filio multo antiquior. Britomartis.

LXXVII. — Pluto opes tributæ. Cretenses sacrificiorum, rituum sacrorum, mysteriorum auctores.

LXXVIII. — Heroes in Creta nati juniores. Minos.

LXXIX. — Rhadamanthus, Sarpedo.

LXXX. — Advenæ Cretensibus mixti. Pelasgi. Dores duce Tectamo Dori filio. Barbari promiscui. Argivi et Spartani.

LXXXI. — Lesbus. Primi insulæ coloni Pelasgi duce Xantho. Inde pro Issa appellata Pelasgia. Deinde Macareus eandem sedem legit. Post Lesbus Lapithæ filius cum novis colonis immigravit insulamque Lesbum appellavit. Lesbo coloniæ missæ in Chium, Samum, Co, Rhodum.

LXXXII. — Hæ beatorum insulæ nuncupatæ.

LXXXIII. — Tenedus. Tennes Cygni filius insulæ conditor.

LXXXIV. — Insulæ Cyclades primum a Minæ cultæ, tum a Rhadamantho, post a Caribus occupatæ, denique a Græcis habitatæ.

LIBRI SEXTI RELIQUIÆ.

I. Liber sextus postremus est trium illorum, qui mythicam Græcorum ætatem tractant. Finis ponitur in excidio Trojæ. (1183 a. C.)

II. Ex procemio. Euemeri doctrina de natura deorum. Sequebantur Homeri et Hesiodi et Orphei de diis narrationes.

III. Xanthus et Balius Titanes. (Ceterum in medio relinquendum utrum hæc spectent ad Titanomachiam, an ex Pelei vel Achillis historia deprompta sint.)

IV. Juppiter post devictos Titanes coronatus. (Num hæc Diodori Siculi, an Diodori Periegetæ? Hoc verisimilius.)

V. Picus s. Juppiter in Creta sepultus.

VI. Castor et Pollux propter virtutem divinos post mortem honores consecuti. Deinde ex Æoli posteritate memorantur : (2) Epopeus (Apollinis ex Canace, Æoli filia), impius rex Sicyoniorum. — (3) Sisyphus, vir astutus et fatidicus. — (4) Salmoneus, deorum contemptor. — (5) Ejus filia Tyro. — (6) Admeti et Alcestidis pietas. — (7) Melampus, Apollini carus. — (8) Quot annis steterit regnum Argivorum (hoc fortasse petitum e libro septimo, ubi Heraclidarum reditu Argivorum regnum dissolutum dixit.)

LIBRI SEPTIMI RELIQUIÆ.

(Inde a Trojæ excidio usque ad Olympiad. primam; 1183—776 a. Chr.)

I. Homerus et Thebani et Trojani belli temporibus floruit ex sententia Dionysii (Scytobrachionis) Mytilenæi, quem in rebus mythicis Diodorus præ ceteris ducem sequi solet. (Hunc locum fragmento assignavi incertus hærens utrum ad septimum an ad sextum librum pertinuerit.)

A. Chr. | P. Troj.

1180. || 3. II, IV. — Æneæ fuga et pietas. Æneas Latinorum regnum accipit anno ab eversa Troja tertio; fato functus divinos honores adipiscitur. Filius ejus Ascanius Albam condit. Reges Albani usque ad Romam conditam recensentur.

V. — Meschela in Libya a Græcis Troja hac delatis conditur.

1123. || 60. VI. — Thessalus Thesprotius regionem occupat, quæ nunc Thessalia de nomine ejus vocatur. (Hoc enim Diodorum innuere dubitari nequit. Cf. Herodot. VII, 176; Vellej. Paterc. I, 3; Schol. Apollon. Rh. III, 1089; Strabo XI, p. 443.)

1103. || 80. VII. — Heraclidarum reditus.

VIII. — Lacedæmoniorum reges usque ad Olymp. 1 recensentur.

1073. || 110. IX. — Principum Corinthiorum inde ab Alete usque ad Cypselum tyrannum recensus.

(Migratio Æolica. Cuma in Asia a Cleua et Malao conditur circa a. 130 post Troj. In idem ferme tempus (131 post Troj. sec. Euseb.) incidunt origines Cumæ in Italia. Cujus urbis fata paucis Diodorus comprehendit. Hinc memoratur :)

X. — Aristodemus Malacus, Cumanorum tyrannus (Tarquinii Superbi æqualis. Cf. Dionys. Halic. A. R. VII, 4-12; Liv. II, 33; Plutarch. de Virtut. Mulier. tom. VIII, p. 305 ed. Hutten.)

A. C. || P. T. XI. — Creta Lacedæmoniorum et Argivorum coloniis frequentata.
XII. — Cyclades insulæ a Caribus occupatæ et relictæ.
XIII. — Catalogus populorum, qui maris imperium tenuerunt. (Videri potest Eusebius hæc ex compluribus Diodori libris excerpta in unum congessisse; at refragantur tempora singulorum populorum imperiis attributa. Quare omnia uno eodemque loco Diodorum proposuisse, eaque ex auctore, qui aliam ac Apollodorus chronologiam secutus, petiisse statuendum est. Igitur ubi de Ægiuetarum potestate maritima verba fecit, ceterorum populorum, qui ante Æginetas inde ab Trojanis temporibus classe polluerant, recensum instituerit. Quem in his auctorem secutus sit nescio; vulgo de Castore cogitant; perperam.)
884. || 299. XIV. — Lycurgi virtus et de Spartanorum republica merita.
XV, XVI. — Caranus et ceteri Macedonum reges.
XVII. — Oraculum Perdiccæ datum. (Quod conjungas cum c. XVI, 3.)

LIBRI OCTAVI RELIQUIÆ.

(Ab Olymp. I usque ad Solonis tempora.)

A. C. | Olymp.
776. || 1, 1. I. — Elei sacrosancti habentur a Græcis universis.
II. — Hic locus Rheam Silviam, vestalem, matrem Romuli et Remi, spectat.
III. — Romuli et Remi juvenilis ætas. (Cf. Auctor libri de Origine Romæ, c. 23; Dionys. Hal. I, c. 87.)
751. || 7, 2. IV. — Romulus et Remus de urbe condenda auspicia capientes; Roma condita; Remus a fratre occisus.
743. || 9, 2. V. — (*Belli Messeniaci primi (Ol. 9, 2 14, 1; a. C. 743 — 724) pars prior.*) De caussis belli.
736. || 10, 1. VI. — Virginem ex Æpytidarum gente pro patriæ salute mactari jubet oraculum. (Cf. Pausan, IV, 9; Euseb. P. E. V, 27; Plutarch. De Superstit. c. 8.)
734. || 11, 3. VII, VIII. — De Archiæ (Syracusarum conditoris) amoribus.
IX. — Agathoclis in æde Minervæ exstruenda fraus. (Hæc narrationi de ortu Syracusarum data occasione intexta esse ordo docet fragmentorum.)
730. || 12, 3. X—XII. — (*Belli Messeniaci primi pars altera.*) Cleonnis et Aristomenes Messenii de virtutis præmio litigantes.
726. || 13, 3. XIII. — Spectare hæc videntur ad exhortationem, qua dux Lacedæmoniorum milites ob oraculum Messeniis datum animis deficientes ad pugnam strenue ineundam excitaverat. Cf. Pausan. IV, 10, 11. — (2) Victi Lacedæmonii oraculum consulunt. Cf. Pausan. IV, 12. Euseb. P. E. V, 27.
714. || 16, 3. XIV. — Numa Pompilius, rex pacis amantissimus, Pythagoræ discipulus, legislator.

A. C. || Ol. XV. — Sententiæ ex narratione de Numa Pompilio rege excerptæ.
711. || 17, 2. XVI. — Medorum rex Dejoces, vir justitia insignis. Cf. Diodor. II, 32.
710. || 17, 3. XVII. — *Urbes in Italia a Græcis conditæ.* Oracula Myscello data *Crotonis* conditori (Ol. 17, 3; a. C. 710 sec. Timæum, ex quo plurima in hac historiæ parte Diodorus hausit; Ol. 18, 1; a. C. 708 sec. Euseb.) (*Sybaris* sec. Euseb. eodem anno quo Croton condita. Post origines urbis incrementa ejus exposuit. Huc pertinent:)
XVIII — XX. — De luxu et mollitie Sybaritarum.
708. || 18, 1. XXI. — *Tarentum* ab Epeunactis conditur (Ol. 18, 1; a. C. 708. Euseb.)
[cap. XXII et XXIII infelici casu h. l. posita legi debent post cap. XXVI, ubi vide.]
695. || 21, 2. XXIV. — Hippomenis, Atheniensium archontis decennalis, in filiam atrocitas. (Sec. Eusebium Hippomenes magistratum gessit a. 14, 3 — 16, 4; a. C. 722 — 712. Diodorum aliter statuisse apparet, quamquam calculi ejus accurate subduci nequeunt. Verum, nisi egregie fallor, Diodorus Hippomenem 17 vel 18 annis posteriorem fecit quam Eusebius.)
690. || 22, 3. XXV. — *Gela* ab Entimo et Antiphemo condita. (Ol. 22, 3, a. C. 590. Euseb. Arm. Venet.; Ol. 23, 1, a. C. 688. Euseb. Arm. Mediol.) — (2) Chalcidenses *Rhegium* condunt (O. 24, 1, a. C. 684.).
(*Locri* conditæ Ol. 24, 2, a. C. 683, sec. Euseb. Hieron. Ol. 26, 4, a. C. 673 sec. Euseb. Arm. Huc pertinet:)
683. || 24, 2. XXV. 4 —; De severa apud Locros justitiæ cura. Cf. Plutarch. π. πολυπραγμ. c. 8. Sine dubio plura disputavit de Locrorum republica optime ordinata, Timæum secutus Aristotelis sententiæ adversantem. Cf. Timæi fr. 66 sq.
673. || 26, 4. XXVI. — Oraculum de centum annorum tyrannide Sicyoniis datum. Cf. Aristot. Polit. V, 9, 21. (circa Ol. 26, 4, a. C. 673.)
XXII. — Tullo Hostilio regnante (inde ad Ol. 26, 4; a C. 673) ruptum Romanorum cum Albanis fœdus.
XXIII. — Tullus Hostilius jus constituit, quo bella indicerentur. Cf. Cic. de Rep. II, 17.
634. || 36, 3. XXVII. — (*Bellum Messeniacum secundum.*) Lacedæmonii ab Atheniensibus belli ducem petere oraculo jubentur. — (2) Tyrtæi ducis instituta. — (Quod tempora belli attinet, Diodorus proxime accessisse videtur ad calculos ap. Eusebium servatos, ubi Messeniorum defectio assignatur Ol. 36, 3, a. C. 634. in cod. Arm.; Ol. 35, 4, a. C. 637 in Hieronymo; Tyrtæus Ol. 37, 1, a. C. 632 in cod. Arm.; Ol. 36, 4, a. C. 633 ap. Hieron.)
XXVIII. — Cum Tyrtæo componitur Terpander civiles Lacedæmone seditiones carminibus suis placans.
631. || 37, 2. XXIX. — Cyrene a Batto condita (Ol. 37, 2; a. C. 631). Ad historiam urbis, quam hac occasione auctor percensuit, pertinent:
XXX. — De Arcesilao rege, Eudæmonis filio,

A.C. || Ol.

cui Χαλεποῦ cognomen (560 — 550 Reiz.; 554 — 544 Larcher.); ac deinde: (2) de Demonace Mantinensi, qui sub regno Batti III. Χωλοῦ (550 — 530 Reiz. 544 — 529 Larcher) dissidia Cyrenæorum composuit.

616. || 41, 1. XXXI. — L. Tarquinius Priscus (Ol. 41, 1 — 50, 2; 616 — 579.)

612. || 42, 1. XXXII. — Locrensium de auxilio adversus Crotoniatas Spartam missa legatio (ante pugnam ad Sagram; circa Ol. 42; a. C. 612.)

LIBRI NONI RELIQUIÆ.

I. — Solonis indoles, mores, legislatio. — Sequuntur quæ sapientiam viri uberius demonstrent:

II. — Responsa, quæ Crœso dedit. — (5) Ejus de athletis judicium.

III. — Historia de tripode aureo, quem Soloni, utpote viro sapientissimo destinarunt, hic vero Apollini dedicavit. (Res iterum tangitur in Biantis historia, cap. XIII. 2.)

IV. — Solonis contra Pisistratum consilia. (Hoc quoque repetitur ubi ad Pisistrati tempora auctor devenit, cap. XXI.). — Adjungitur de ceteris sapientibus narratio:

V. — VII. — De Anacharsi et Mylone, quem in septem sapientium collegium cooptarunt, rejecto Periandro (ad quem refer V, 1).

VIII. — X. — De Chilone.

XI, XII. — De Pittaco. De Biante.

XIII. — XV. — De Milone Crotoniata et Polydamante Scotussæo, inutiliter robore valentibus, quum ingenio destituti essent. (Hæc ex eodem de sapientibus loco desumta. — Absoluta Solonis laudatione, in qua quæcumque proposito inservirent, nulla temporum ratione habita, auctor congessit, redit ad seriem historiæ.)

691. || 47, 2. XVI. — Oraculum Græcis datum Cirrham obsidentibus. (circa Ol 47, 2; a. C. 591, ut ex Diodori mente statuendum puto.)

586. || 48, 3. XVII. — Solon archon quadraginta septem annis post Draconem legislatorem. (Vulgo 30 tantum annorum intervallum statuunt, Solonisque archontatum collocant Ol. 46, 3, a. C. 594. Hoc si tenes, Dracontis annus foret 624, atque ex Diodori numero. 641 a. C. — Neque tamen ita Diodorum statuisse pro certo contenderim; Draconem sine dubio posuit a. 633 (17 annis post. 650), ideoque Solonem a. 586. Cur ita calculos subducendos putem, explicabo in Fragmentis Chronographorum.)

XVIII. — Civium ordines constituens Solon Ægyptios imitatus est.

569. || 52, 4. XIX, XX. — Phalaridis taurus æneus, Perilao perniciosus (Ol. 52, 4 — 56, 4; 569 — 553 a. C.)

560. || 55, 1. XXI. Solon Pisistrati adversarius.

XXII et XXIII. — Cyrus, Medis devictis, Persarum regnum condit.

XXIV. — Cyri et Astyagis indoles.

XXV. — Crœsus quam meditatus erat

A.C. || Ol.

adversus insulas expeditionem omittit.

XXVI et XXVII. — Crœsi cum sapientibus Græciæ colloquium.

XXVIII. — Æsopi effatum.

XXIX. — Atys Crœsi filius, ab Adrasto necatus.

553. || 56, 4. XXX. — Phalaridis dictum.

550. || 57, 3. XXXI. — Crœsi percontatio oraculi Delphici (Ol. 57, 3, a. C. 550). — (4) Cyrus legatos mittit ad Crœsum. Datum iis responsum.

XXXII. — Crœsus ab Eurybato proditur.

546. || 58, 3. XXXIII. — Sententia Eurybati scelus spectans. — (2) Oraculum Crœso datum de filio voce capto. (Fragmentum petitum ex narratione de Sardibus expugnatis Ol. 58, 3, a. C. 446.)

XXXIV. — Cyri in Crœsum humanitas.

XXXV. — Harpagi dictum de Græcis Asiaticis sero cum Cyro fœdus juncturis.

XXXVI. — Lacedæmonii Cyrum Græcis in Asia civitatibus abstinere jubent. Cyri responsum. — (2) Lacedæmoniis Arcadiam occupaturis datum oraculum.

537. || 60, 4. XXXVII. — Pisistrati de osculo filiæ in solemni pompa dato scomma. (circa. Ol. 60, 4., a. C. 537.)

LIBRI DECIMI RELIQUIÆ.

535. || 61, 2. I. — Servii Tullii cum Tarquinio rixa et cæ- II. — des. Servius Tullius quamdiu regnaverit. (Cap. I et II fortasse melius ad librum nonum referuntur.)

533. || 61, 4. III. — Pythagoras sapientia clarus, archonte Thericle. — (4) Ejus in Pherecydem præceptorem pietas. — (5) Pythagoreorum regula quædam.

IV. — Cliniæ ei obtemperantis exemplum; alterum Phintiæ et Damonis.

V. — X. — Pythagoræ doctrinæ capita nonnulla.

XI. — Pythagoreorum sectæ interitus per Cylonis in eam odium. — (2) Lysidis Pythagorei, Epaminondæ magistri, virtus. — (3) Historiæ, severæ hominum judicis, utilitas. (Epiphonema, ut videtur, narrationis de Pythagoreis.)

XII. — Cyrus, devictis Babyloniis, orbis terrarum imperium affectat.

525. || 63, 4. XIII. — Cambysæ indoles. (2) Ejusdem in Amasis cadaver nequitia et adversus templum Ammonis expeditio.

XIV. — Libyum et Cyrenæorum ad Cambysen, Ægypti dominum, legatio.

XV. — Polycratis latrocinia maritima. (4) Ejus in Lydos fugitivos perfidia.

514. || 66, 3. XVI. — Pisistrati filii; Hipparchus occiditur. (4) Laus Aristogitonis.

XVII. — Zeno Nearchum tyrannum ulciscitur (Aristogitonis occasione ejus mentionem fecisse videtur Diodorus, quem Zenoni comparat etiam Diogenes Laert. IX, 26, vel occasione Leænæ meretricis, quæ ne socios Harmodii et Aristogitonis prode-

A.C. ‖ OL. ret, linguam, sicut Zeno, sibi momordit.)

510. ‖ 67, 3. XVIII. — Dorieus Heracleam in Sicilia condit (circa Ol. 67, 3, a. C. 510).

509. ‖ 67, 4. XIX. — Megabyzus Zopyrus Babylonem dolo capit. (Ol. 67, 4, a. C. 509. Sic Clemens in Strom. I, p. 336, quem locum temere corrigendum putant (v. Clinton. F. H. II, p. 313). Neque enim sub initio regni Darii Babylonem occupatam dixisse Diodorum, patet ex serie fragmentorum Vaticanorum.) (5) Darius expeditionem in Europam parat. (6) Tyrrheni metu Persarum Lemnum relinquunt.

509. ‖ 67, 4. XX. XXI, — Lucretiæ mors.

XXII. — Tarquinii scelera et Bruti calliditas.

509. ‖ 67, 4. XXIII. — Sybaritæ a Crotoniatis prœlio funduntur.

506. ‖ 68, 3. XXIV. — Herodoti mirabilia narrandi mos. (3) Athenienses, Bœotis et Chalcidensibus fugatis, Chalcidem occupant (circa Ol. 68, 3; a. C. 506). Cf. Herodot. v. 77.

XXV. — Caribus de auxilio a Milesiis contra Persas petendo percontantibus oraculum quid responderit. (Cf. Demonis fr. 1C Herodot. v, 120.) Quæ sequitur sententia spectare videtur Græcorum in Asia contra Persas fœdus. — (2) Hecatæus Milesius ad

494. ‖ 71, 3. Artaphernen legatus missus (Ol. 71, 3; a. C. 494.)

491. ‖ 72, 2. XXVI. — Datis legationem Athenas, ut Persis se dederent, mittit.

491. ‖ 72, 2. XXVII. — Hippocrates, Gelensium tyrannus, Syracusas occupat (Ol. 72, 2, a. C. 491.) (3) Thero Agrigentinus.

XXVIII. — Gelo Syracusanus puer quum esset, mirabiliter servatus.

XXIX. — Cimon Miltiadis patris multam in se recipit. (2) Dux optimus.

XXX. — Cimon sororem Elpinicem uxorem habet.

XXXI. — Themistocles Cimonem divite uxore conciliata vinculis liberat.

481. ‖ 74, 4. — Græcorum ad Gelonem legatio de auxilio contra Persas (Ol. 74, 4; a. C. 481.). Sequuntur sententiæ ex narratione de bello Medico depromtæ.

LIBER UNDECIMUS.

I. — Nullo, ut alias solebat, præmisso prooemio, transitum ad novum librum parat Diodorus, ab expeditione Xerxis in Græciam exordiendum et usque ad Atheniensium expeditionem in Cyprum continuandum. Initium hujus periodi Olymp. 75. I. Belli suasor Mardonius : socii Carthaginienses, quorum apparatus bellicus describitur.

480. ‖ 75. 1. II. — Xerxes tribus annis ante et ingentes copias terrestres jam a patre collectas et naves longas 1200 paraverat. Ipse Susis Sardes movit, præmissis in Græciam præconibus, juncto ponte Hellesponto, perfossoque monte Athone. Duces Græcorum Synetus Lacedæmonius et Themistocles Atheniensis; sed populi multi ultro ad Persas defecerant.

A.C. ‖ OL. III. — Græci defectionis infamia notati recensentur. Interea Xerxes copias per pontem in Thraciam ductas et apud Doriscum collectas lustravit. Navium copiarumque et terrestrium et navalium numerus.

IV. — Græcorum copiæ duce Leonida Persis ad Thermopylas oppositæ.

V. — Ad Acanthum urbem progressus Xerxes Græcos ad Thermopylas obstantes nuntiis evocat, ut abjectis armis discedant, sed superbum Leonidæ responsum fert.

VI. — Contemta Demarati Lacedæmonii admonitione Xerxes Medos impetum facere in Græcos jubet.

VII. — Xerxes Persas qui immortales vocantur, in Græcos mittit; sed ingenti cæde repulsi.

VIII. — Tertio prœlio victi Persæ. Tandem Trachinius quidam per montana viam monstrat, quod per transfugam Leonidas comperit.

IX. — Dimissis reliquis Leonidas cum solis Spartanis hosti restitit.

X. — Spartani omnes fortiter pugnantes, cæsaque magna Persarum multitudine, occubuere.

XI. — Laudes justæ Spartanis vindicatæ.

XII. — Transitu Xerxes rex potitur. quo facto navalis etiam pugna initur. Classis Græcorum ad Artemisium duce Eurybiade, auspiciis Themistoclis, Persas adoritur. Pugna nocte interrupta; victoria dubia.

XIII. — Oborta tempestas Persarum classi magnam infert stragem.

XIV. — Terrestri itinere Xerxes a Thermopylis usque in Atticam progressus omnia vastat.

XV. — Græcorum consilia diversa de ineunda pugna navali. Aptissimum locum ad Salaminem esse Themistocles censet.

XVI. — Pavor Græcos occupat et in Peloponnesum convertit, quam muro muniunt.

XVII. — Themistocles Xerxem falso nuntio decipit, et ad pugnam navalem exoptato loco committendam impellit, clam accepto per Iones de ipsorum defectione nuntio.

XVIII. — Pugna committitur ad Salaminem.

XIX. — Græci insignem consequuntur victoriam. Rex metuens ne Græci mari potiti abrupta ponte reditum intercluderent, inopinato in regnum revertitur, relicto in Græcia Mardonio.

XIX. — Carthaginienses e fœdere cum Persis facto Amilcare duce bellum contra Græcos in Sicilia movent. Eorum terrestres et navales copiæ in Siciliam transvectæ. Himera primum obsessa.

XXI. — Gelo Syracusarum princeps Himerensibus auxilio venit.

XXII. XXIII. — Gelo strategemate usus simul incendit hostium classem unaque Amilcarem obtruncat, simul prœlio pedestrem exercitum ad internecionem cædit. Gelonis encomium.

XXIV. — Summa consternatio civitatem Carthaginiensium occupat.

XXV. — Gelo militum virtutem præmiis or-

A. C. || Ol.

nat; captivorum autem incredibilem multitudinem inter socios distribuit, quorum servitio multa opera publica perficiuntur.

XXVI. — Gelo in ipsos hostes mitis et clemens, Carthaginiensibus æquas pacis conditiones concedit. De præda templa vel exstruit vel exornat. Obiter commemoratur Pindari ætas.

479. || 75. 2. XXVII. — Persarum classis circa Cumam, mox apud Samum subsistit. Inter Athenienses et Lacedæmonios simultates acerrimæ.

XXVIII. — Græcorum dissidiis in sua commoda uti conatur Mardonius; sed spe vana deceptus incursionem facit in Atticam, et omnia cæde atque incendio implet.

XXIX. — Græcorum de republica tuenda communia consilia. Aristides et Pausanias duces.

XXX. — ad Platæas Græci prœlium committunt.

XXXI, XXII. — Prœlii ad Plataias descriptio.

XXXIII. — Post victoriam Platæensem spolia distributa, victoriæ monumenta posita, virtutis præmia, defectionis supplicia.

XXXIV, XXXV. — Classi Græcorum præfecti Leotychidas et Xanthippus ob Græcos Asiam tenentes in libertatem vindicandos pugnam navalem experiri constituunt. Quamvis ignari Græci rerum ad Platæas actarum pronuntiari jubent Persas esse victos.

XXXVI. — Pugna navalis ad Mycalen commissa eodem die quo apud Platæas pugnatum est describitur. Persæ in fugam acti.

XXXVII. — Mycalensis pugna bellum Medicum finiit, per duos annos gestum. Commemoratur Herodotum usque ad hanc pugnam opus perduxisse, et Sp. Cassium Romæ capitis damnatum esse.

478. || 75. 3. XXXVIII. — In Sicilia recuperata pace Gelo civitatem pacis artibus, h. e. legibus et institutis utilissimis, recreat et auget. Mox moritur, successore constituto Hierone, fratre natu maximo.

XXXIX. — Inter Athenienses et Lacedæmonios novæ contentiones ob refecta Athenarum mœnia oriuntur. Themistoclis fraude elusi Lacedæmonii.

XL. — De rebus Romanorum notitia.

477. || 75. 4. XLI, XLII. — Themistocles, cujus maxima apud omnes auctoritas erat, ad amplificandam patriam præter Phalereum portum, qui angustior erat, *Piræeum* construere suadet.

XLIII. — Themistocles singulari prudentia cavet ne Lacedæmonii cœptis suis adversentur.

XLIV. — Lacedæmoniorum jussu Pausanias dux cum classe in Cyprum insulam et Hellespontum profectus ad liberandas civitates adhuc Persarum præsidiis occupatas. Sed captus præmiorum regiæque filiæ spe proditionis consilia fovet, moresque Persicos sectatur.

XLV. — Proditio Pausaniæ qua ratione fuerit cognita et punita.

A. C. || Ol. XLVI, XLVII. — Scelus Pausaniæ et virtus Aristidis comparantur.

476. || 76. 1. XLVIII. — Mortui h. a. Leotychidas Spartanorum rex, cui Archelaus successit, et Anaxilaus Rhegii et Zancles tyrannus. Inter Hieronem et fratrem Polyzelum gravissimæ inimicitiæ, quæ Theronis studio reconciliantur.

XLIX. — Naxios et Catanæos Leontium migrare Hiero jubet, receptis novis e Peloponneso colonis.

475. || 76. 2. L. — Lacedæmonii indignantes penes Athenienses maris imperium esse, ipsorumque remp. claudam factam, de bello inferendo cogitant. Hetœmaridæ studio animi placantur.

474. || 76. 3. LI. — Hiero Cumas auxilia mittit, eamque urbem bello contra Tyrrhenos tutatur.

473. || 76. 4. LII. — Bellum in Italia inter Tarentinos et Iapyges.

472. || 77. 1. LIII. — Thero Agrigentinorum princeps humanitate et justitia florens moritur; succeditThrasydæus fil. ob crudelitatem et superbiam omnibus invisus, tandem bello contra Hieronem infeliciter gesto regno pulsus.

471. || 77. 2. LIV. — Lacedæmonii invidia ducti Themistoclem proditionis crimine apud Athenienses accusant, quasi cum Pausania conspirasset.

LV. — Themistocles innocens ostracismo patria expellitur. Lacedæmonii eundem communi Græcorum judicio damnandum censent.

LVI. — Consultum Themistocli videtur primo ad Molossorum regem, deinde in Asiam ad Xerxem confugere,

LVII. — Themistoclis in Asiam iter.

LVIII. — Themistocles in Asia tuto et *jucunde* vitam exigit, et ipso vitæ exitu pietatis in patriam argumentum edit.

LIX. — Themistoclis elogium. Adjicitur urbis Buxenti tunc in Italia conditæ mentio.

470. || 77. 3. LX, LXI. — Athenienses Cimonem cum exercitu in Asiam mittunt ad recuperandas sociorum urbes, adhuc Persarum præsidiis possessas. Hic multis in Caria et Lycia urbibus expugnatis terra marique Persas opprimit.

LXII. — Cimon ingentem prædam consequitur. Ab hoc tempore Atheniensium respubl. ingentibus opibus aucta.

469. || 77. 4. LXIII, LXIV. — Lacedæmonii cum crebris terræ motibus, tum etiam bello ab Helotibus et Messeniis illato admodum afflicti. Id bellum decem annis continuatum.

468. || 78. 1. LXV. — Inter Argivos et Mycenæos bellum exortum, his exitiosum. Mycenæi nolebant sub Argivorum imperio esse. Argivi victores cives in servitutem redegerunt et urbem destruxerunt.

467. || 78. 2. LXVI. — Micythus ob tutelam in Anaxilai filios sanctissime administratam et redditum paternum regnum celebratur. Eo anno Hiero mortuus, quem frater Thrasybulus sequitur.

LXVII. — Thrasybuli superbia offensi Syracusani bellum movent.

466. || 78. 3. LXVIII. — Syracusani Thrasydæum regno *eji-*

A. C. || Ol. ciunt, et libertatem usque ad Dionysii dominatum servant. Eo anno Romæ primi tribuni plebis creati.

465. || 78. 4. LXIX. — Artabanus satellitum princeps per insidias Xerxem cum prole occidere et regnum occupare conatur. Sed superstes patri fratribusque Artaxerxes patrio regno potitur et parentis cædem ulciscitur.

464. || 79. 1. LXX. — Thasios et Æginetas deficere conantes imperio subjiciunt Athenienses. Sed plures populi defectionis consilia agitabant, quum Athenienses opibus aucti socios superbia acerbarent. Colonia missa Amphipolin, post ab Edonorum populo oppressa.

463. || 79. 2. LXXI. — Artaxerxis cura in puniendis paternæ cædis reis et ordinanda republ. versatur. Interea Ægyptii rerum novarum in Persis certiores facti a Persis deficiunt et Inarum regem creant, juncta cum Atheniensibus societate. Artaxerxes vero illos domare parat.

LXXII. — Sicilia post exactos reges lætior. Sed peregrini a Gelone in civitatem recepti quum magistratibus excluderentur, novis tumultibus remp. perturbant

462. || 79. 3. LXXIII, LXXIV: — Bellum ab Artaxerxe Ægyptiis illatum duce Achæmene. Athenienses fœdere Ægyptiis juncti Persas prœlio vincunt, et usque ad Album murum pellunt. Lacedæmonii, a Persis advocati, auxilio venire recusant.

461. || 79. 4. LXXV. — Artabazus et Megabyzus novis copiis Ægyptum adeunt, sed itinere et exercendo milite annum transigunt.

LXXVI. — Tumultus per Siciliæ urbes continuati, ac tandem victis peregrinis sedati.

460. || 80. 1. LXXVII. — Ægyptii adventu novi exercitus perterrefacti cum Persis in gratiam redeunt, relictis Atheniensibus sociis. His tamen Persæ salvum in patriam reditum concedunt. In Græcia tum Ephialtes quidam seditionem in Areopagum movit.

459. || 80. 2. LXXVIII. — Bellum in Græcia Atheniensium cum Corinthiis, Epidauriis et Æginetis. Deucetius Siculorum rex condita urbe Menæno et expugnata Morgantina clarus.

458. || 80. 3. LXXIX. — Corinthiorum et Megarensium mutuæ de finibus controversiæ, pugnæ et populationes. Megarenses, Atheniensium auxiliis sustentati, victores. Phocensium adversus Dores bellum, quos Lacedæmonii defendunt.

LXXX. — Bellum inter Lacedæmonios et Athenienses oritur.

457. || 80. 4. LXXXI, LXXXII. — Thebani copias suas jungunt Lacedæmoniis, quorum auctoritate amissam Persico bello dignitatem reparare cupiunt. Atheniensium dux Myronides de utrisque, repetitis prœliis, victor Athenas redit.

456. || 81. 1. LXXXIV. — Tolmides præfectus classi Atticæ, Myronidæ gloria excitatus, ipsam Laconiam adit, antea nemini tentatam, eamque populatur.

455. || 81. 2. LXXXV. — Dum Tolmides in Bœotia versatur, Pericles cum 50 triremium classe Peloponnesum invadit.

454. || 81. 3. LXXXVI. — Cimonis opera quinquennales in-

A. C. || Ol. duciæ factæ inter Athenienses et Lacedæmonios. Sicilia bello inter Segestanos et Lilybæos, tum aliis dissidiis internis, Tyndaridæ aliorumque factionibus turbata.

LXXXVII. — Ad opprimendam regnandi libidinem Syracusani instar ostracismi Attici petalismum adhibuere.

453. || 81. 4. LXXXVIII, LXXXIX. — Repetita mentio incursionis a Pericle in Peloponnesum factæ. vid. c. 85 Tolmides in Eubœam abit. Sicilia Tyrrhenorum latrociniis perturbata. Syracusani contra Phayllum et post hunc Apellen Tyrrheniæ bellum inferre jubent, qui Corsicam et alia loca vastat. Ducetii de Siculorum barbarorum republ. merita. Exstructa ab eo nova urbs Palice, prope fanum Palicorum. Crateres ignibus et aquis calidis memorabiles.

XC. — In Italia Sybaris instaurata. (*Res anni 452 exciderunt.*)

451. || 82. 2. XCI. — Ducetius variam fortunam expertus. Primo Ætnam occupat et Agrigentinos prœlio fundit; deinde prœlio ipse fusus ne inter suos quidem tutus est.

XCII. — Ducetius supplex ad Syracusanos confugit, qui misericordia commoti eum Corinthi victu sustinuerunt.

LIBER DUODECIMUS.

I. II. — Procemio Diodorus recens factis illustrat, quod usu vulgari cognosci potest, res pessimas sæpe exitu et eventu optimas fieri. Namque bellum Persicum, quod Græciæ interitum fuisset minatum, ad ejus universæ, ac præsertim Atheniensium incrementa, opes et florentissimum statum, maximam habuisse vim. Ab eo inde tempore per proximos 50 annos propter opum abundantiam bonas artes esse excultas, artiumque et doctrinarum studia, præsertim philosophiam, eloquentiam, remque militarem inter Athenienses maximopere floruisse.

450. || 82. 3. III. — Post bellum pro Ægyptiis infeliciter gestum [conf XI, 77.] novum bellum pro Græcorum in Asia libertate Persis inferunt Athenienses. Cimon, classi præfectus, Persas in Cypro adoritur, (unde bello nomen Cyprio inditum) et prœliis aliquoties fundit.

449. || 82. 4. IV. — Athenienses Persas in Cypro et Salamine ita premunt ut pacis conditiones petant. Pacis conditiones, sub quibus finitum bellum.

448. || 83. 1. V. — Megarenses ad Lacedæmonios deficientes ab Atheniensibus in ordinem redacti.

447. || 83, 2. VI. — Lacedæmoniorum incursio in Atticam. Prœlio victi ad Coroneam Athenienses. Pro redimendis captivis omnes Bœotiæ urbes ipsis ademtæ.

446. || 83. 3. VI. - Multæ civitates post acceptam cladem ab Atheniensibus deficiunt. Eubœa duce Pericle sub imperium redacta. Inde in 30 annos induciæ factæ.

VIII. Eodem tempore in Sicilia bellum inter

A. C. || Ol.

Syracusanos et Agrigentinos exarsit ob Ducetium regulum, quem Syracusani inconsultis Agrigentinis dimiserant; quo facto is cum magna hominum turba in Siciliam redierat, novas sedes quærens.

IX, X. — In Italia Thurium condita hac occasione: urbs Sybaris ob civitatem incolis nimis auctam 500 cives opibus exutos urbe expulerat, qui Crotona confugiunt. De his auctore Pythagora in fidem receptis Sybaritæ bellum movent, Milone duce fusi. Inde urbs Sybaris excisa Ol. 67. 3. Exsules ab Atheniensibus adjuti post 58 annos novam coloniam eo deducunt, et prope Sybarin deletam, ad fontem Thurium, Thurium condunt.

XI. — Discordia inter cives exorta, cæsis antiquis Sybaritis novi coloni remp. melius instruunt, sumto Charonda legislatore.

XII. — Charondæ legum specimina.

XIII. — Charondas literarum præcipuam ʻ ram habet. Literarum laus.

XIV. — Loca poetarum, quibus Charondæ leges celebrantur.

XV. — Charondæ leges de tutela orphanorum

XVI. — Leges Charondæ in milites ignavos et capitis reos.

XVII. XVIII. — Leges temere innovandi conatus a Charonda repressi. Novatarum legum exempla: primum, si quis oculo alterum privaverit. alterum exemplum, lex de divortiis, tertium, lex de orphanis.

XIX. — Charondæ mors voluntaria.

XX. — Historia alius legislatoris adjungitur, Zaleuci Locrensis. Legum ejus fundamentum religio et animus purus. Leges insigniores.

XXI. — Zaleuci nonnullæ aliæ leges recensentur.

445. || 83. 4. XXII. — Sybaritarum ad Traentem fl. fuga; inde post plurium annorum moram a Bruttiis pulsi. In Græcia Athenienses in recuperatam Eubœam Hestiæis ejectis civium coloniam mittunt.

444. || 84. 1. XXIII. — Romæ decemviri scribendis legibus creati. Thurii et Tarentini mutuo bello se infestant.

443. || 84. 2. XXIV. — App. Claudii, qui unus e decemviris erat, libido. Virginii patris pro filia contentio. Motus in castris.

XXV. — Orta inter Romanos discordia intestina componitur ita ut tribuni plebis et alter de plebe consul creentur.

452. || 84. 3. XXVI. — Leges 12 tabularum. Una pace tum omnes populi fruebantur.

441. || 84. 4. XXVII. — Samii de Priene bellum contra Milesios moverunt et ab Atheniensibus defecerunt. Quamvis a Persis adjuti, tamen tandem duce Pericle domiti.

440. || 85. 1. XXVIII. — Pericles in oppugnatione primus machinas bellicas adhibuit ab Artemone inventas.

439. || 85. 2. XXIX. — Ducetio mortuo Syracusani Siculorum barbarorum urbes occupant ipsamque Trinacriam.

XXX. — Belli Corinthiaci usque ad. Ol. 86. cheanactidæ in Bosporo Cimmerio regnant: 2. continuati pro Epidamniis contra Corcyræos gesti initium et causæ. Romani Volscos bello subigunt.

A. C. || Ol.

438. || 85. 3. XXXI. — Campanorum in Italia origines. Arquibus in imperio successit Spartacus. Corinthii a Corcyræis prœlio navali pulsi.

437. || 85. 4. XXXI. — Novi Corcyræorum apparatus navales. Athenienses coloniam deducunt Amphipolin.

436. || 86. 1. XXXIII. — Athenienses socii Corcyræorum facti navali prœlio Corinthios fundunt.

435. || 86. 2. XXXIV. — Corinthii Potidæam ad defectionem ab Atheniensibus movent; Perdiccas rex Macedonum vero Chalcidenses. Quo facto Potidæa obsidetur.

XXXV. — Thuriorum in Italia dissidia de civitatis vel coloniæ conditore. Archidamus rex Lacedæmoniorum moritur.

433. || 86. 4. XXXVI. — Spartacus rex Bospori moritur. Athenis Meton novam computationem astronomicam enneadecaeteridem dictam divulgat. Heraclea in Italia conditur.

432. || 87, 1. XXXVII. — Atheniensium in prœlio apud Potidæam nobilissima victoria. Ab hac Thucydides historiam exorsus belli Peloponnesiaci per 27 annos gesti, cujus ipse nonnisi 22 annos descripsit.

431. || 87. 2. XXXVIII. — Belli Peloponnesiaci causæ exponuntur: remotior erat pecunia publica a Pericle in sua commoda expensa, ob quam perturbandæ reip. consilia iniit.

XXXIX. — Phidias simulque Pericles furti accusantur. Proxima belli causa erat Atheniensium in Megarenses decretum, e voluntate Lacedæmoniorum abrogandum.

XL. Pericles gravissima oratione bellum in Lacedæmonios suadet, et de parato pecuniarum copiarumque apparatu magnifice disserit.

XLI. — Lacedæmonii comparato a sociis auxilio primi inferunt bellum, occupata Platæa urbe Atheniensibus fœdere juncta.

XLII. — Platæensibus auxiliantur Athenienses. Utriusque partis socii recensentur. Jam Lacedæmonii duce Archidamo rege infestum exercitum in Atticam mittunt; Pericles autem classe infestat Peloponnesum: quo facto sponte abeunt Lacedæmonii.

430. || 87. 3. XLIII. — Atheniensium vastationes in Peloponneso. Brasidæ Spartani eximia virtus.

XLIV. Cleopompum Athenienses cum classe in Locros mittunt, Æginetas terra expellunt, Megarensium agros vastant et inde prædam agunt.

XLV. — Lacedæmoniorum altera incursio in Atticam, ob quam omnis turba Athenas confugit; unde pestilentia orta. Ipsos avertit Periclis novus impetus in Peloponnesum. Crimina in Periclem.

429. || 87. 4. 46. Pericles moritur. Ei succedit in imperio Hagno, a quo Potidæa obsidetur et capitur,

XLVII. — Phormio classis Atheniensium dux ad Naupactum Lacedæmonios arcet; contra Archidamus in Bœotia Platæas oppugnat. Xenophon et Phanomachus Athenienses Thraciam, Cnemus Lacedæmoniorum dux Acarnaniam invadunt.

A. C. || Ol. XLVIII. — Phormio pugna navali ad Rhium victor.
428. || 88. 1. XLIX. — Cnemi ducis Lacedæmoniorum in Salaminem et Piræeum portum expeditio irrita.
L, LI. — Incidit in hoc tempus bellum, quod Sitalces rex Thracum contra Perdiccam regem Macedoniæ gessit, ut Amyntam in regnum paternum restitueret.
LII. — Attica tertium a Lacedæmoniis vastata.
427. || 88. 2. LIII. — Leontini in Sicilia a Syracusanis bello petiti Atheniensium implorant auxilium, misso oratore Gorgia, cujus eloquentiæ indoles describitur.
LIV. — Athenienses Siciliæ occupandæ studio incitati Leontinis classem ultro auxilio mittunt; sed res legatione transacta.
LV. — In Græcia Lesbii, qui ab Atheniensibus abalienati in societatem Lacedæmoniorum transierant, confestim missis copiis subacti.
LVI. — Platææ a Lacedæmoniis obsessæ et post deditionem deletæ.
LVII. — In insula Corcyra ingens seditio Atheniensium ope sedata.
426. || 88. 3. LVIII. — Athenienses nova vis morbi adoritur. Pestis causæ referuntur et quæ ad placandos deos facta sint.
LIX. — Lacedæmonii quum de novo Atticam invadere cuperent, terræ motibus deterriti sunt. Trachinem nova colonia instaurant et Heracleam nuncupant.
425. || 88. 4. LX. — Classis Atticæ duce Demosthene in Leucadem et Acarnaniam expeditio.
LXI. — Demosthenes in Peloponnesum transvectus Pylum occupat et munit : quem locum Lacedæmonii recuperare frustra conantur.
LXII. — Continuant Pyli oppugnationem Lacedæmonii. Brasidæ nobilissima virtus.
LXIII. — Lacedæmonii in insula Sphacteria fame coacti se dedunt. Pylus Messeniis tutanda traditur.
LXIV. — In Persia Artaxerxi succedit Xerxes. Æqui in Italia subacti a Romanis. Postumii triumphus et severitas in filium.
424. || 89. 1. LXV. — Nicias classi Atheniensium præfectus Lacedæmoniorum socios infestat, primo adortus Melum insulam; divertit deinde in Oropum et Tanagræorum regionem; post Corinthum petit, Cythera insulam expugnat, et Peloponnesi agros multos devastat.
LXVI. — Megarenses ob belli tædium ad partes Atheniensium transeunt. Arcem Nisæam Athenienses vi expugnant.
LXVII. — Brasidas subito impetu Megaram recuperat, Chalcidenses adjuvat, multosque Thraciæ populos in societatem recipit. In helotes atrocia Lacedæmoniorum consilia.
LXVIII. — Brasidas Amphipolin et propinqua alia loca occupat.
LIX. — Orta inter Bœotos discordia, dum Athenienses per insidias urbes occupare conantur.
LXX. — Prœlium apud Delium committitur, quo Athenienses funduntur.

A. C. || Ol. LXXI. — In Persia Xerxi Sogdianus et huic post 7 menses Darius successit. Hic Antiochus Syracusanus historiam suam finiit.
423. || 89. 2. LXXII. — Scione in Macedonia ad Lacedæmonios deficit, aspernata Athenienses post acceptam cladem; post etiam Menda. Lesbii de patria certant cum Atheniensibus. Horum classis apud Cachetem fluvium deleta. Quibus rebus commoti de induciis faciendis consilia ineunt mox dissipata.
422. || 89. 3. LXXIII. — Delios defectionis reos urbe expellunt Athenienses; simul Cleonem in Thraciæ fines mittunt.
LXXIV. — Cleonis et Brasidæ acerrimum prœlium apud Amphipolin, quo uterque imperator cadit, Lacedæmoniorum vero victoria est. Tum *induciæ* 50 *annorum* factæ (conf. Ol. 91. 3.)
421. || 89. 4. LXXV. — Reliquæ Græciæ civitates exclusæ fœdere, inprimis Argos, Thebæ, Corinthus, Elis, de libertate sua anxiæ, in Athenienses et Lacedæmonios conspirant. Argivis summa rei permissa.
LXXVI. Lacedæmoniorum cautiora, Atheniensium duriora consilia. In Italia Campani contra Cumas arma ferunt.
420. || 90. 1. LXXVII. — Delum Athenienses reddunt oraculo admoniti, Pylum reddere recusant: quo nova dissidia orta. Argivi Atheniensibus accedunt; Corinthios Lacedæmonii ad suas partes trahunt. Heracleam in Trachinia Ænianes, Dolopes et Melienses vi occupant, Mecybernam Olynthii.
419. || 90. 2. LXXVIII. — Argivorum in Lacedæmonios bellum, et utrisque populis invitis a ducibus factæ induciæ.
LXXIX. — Bellum redintegratum in Arcadia. Argivis fusis Lacedæmonii victores abeunt.
418. || 90. 3. LXXX. — Mantinea relicta ab Argivis in ditionem Lacedæmoniorum venit. Inter Argivos seditio oritur. Inter Phocenses et Locros bellum. Phocenses victores. Athenienses per Niciam Cythera et Nisæam occupant, in urbe Melo adultos trucidant. In Italia Romani in Fidenates bellum gerunt.
417. || 90. 4. LXXXI. — Argivos Lacedæmonii invadunt, Athenienses tutantur.
416. || 91. 1. LXXXII. — Byzantini, Chalcedonii et Thraces in Bithyniam incursiones faciunt. In Sicilia Segestani et Selinuntii de finibus concertant. Segestani prœlio victi.
LXXXIII. LXXXIV. — Segestani Atheniensium implorant auxilium. Nicias quidem bellum in Sicilia suscipere dissuadet. Sed auctore Alcibiade Athenienses nihilominus bellum ibi gerere decernunt.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

I. — Prœmio declarat historicus operi subtrahenda esse in posterum prœmia, utpote quæ rerum annorumque tanta series paucis libris comprehendenda non amplius admittat. Additur annorum ratio.
415. || 91. 2. II. — Decreto in Syracusanos bello Athenien-

A. C. || Ol. ses classem expediunt tribus ducibus, Alcibiadi, Niciæ et Lamacho, traditam. Antequam proficiscerentur, una nocte hermæ omnes mutilati sunt, cujus facinoris suspicio in Alcibiadem movetur. Navium militumque numerus. Ineunda consilia tum cum Sicilia expugnata fuerit produntur.

III. — Sacris in portu factis Atheniensium classis iter ingreditur. Itineris descriptio usque ad Rhegium.

IV. — Tres Syracusanorum duces, Hermocrates, Sicanus et Heraclides, Siciliæ civitates ad societatem invitant, quarum magna est discordia. Athenienses Naxum et Catinam in Sicilia adeunt.

V. — Athenis odium ingens in Alcibiadem ob hermas dejectos exarsit, qui quum primum ad causam dicendam revocaretur, aufugit Lacedæmonem.

VI. Athenienses exacto ab Segestanis tributo ad Catinam subsistunt, et inde per insidias magnum Syracusanorum portum, Olympium, vicinaque loca occupant. Tum Diagoras atheus Athenis aufugit. Romani cum Æquis bella habuerunt.

414. || 91. 3. VII. — Syracusani missa legatione a Lacedæmoniis et Corinthiis auxilia impetrant adjuti Alcibiadis precibus. Interea Nicias et Lamachus Syracusas classe obsident, qui bus a mediterranea parte Gylippus Lacedæmoniorum dux auxilio venit.

VIII. — Prœlio utrinque commisso Athenienses vincunt, sed Lamachus ecrum dux perit. Adveniunt Corinthiorum auxilia et nova Lacedæmoniorum. Athenienses quoque pluribus navibus novoque duce Eurymedonte Niciam adjuvant. Alcibiadis impulsu *induciæ cum Atheniensibus diremtæ* (conf. Ol. 89. 3.).

413. || 91. 4. IX. — Lacedæmonii ducibus Agide et Alcibiade Atticam de novo invadunt, Deceleamque castello muniunt; unde bello nomen *Decelico*. Vicissim Athenienses classem in Laconiam expediunt. In Sicilia terra marique pugnatur : terra Syracusani, mari Athenienses vincunt.

X. — Syracusani quum Demosthenem Athenis nova classe adventurum comperissent, priusquam adveniret, Athenienses ad prœlium cogunt, novoque usi navium mechanemate ipsos in fugam actos persequuntur.

XI. — Demosthenes Athen. dux superveniens magna classe noctu et ex improviso Syracusas adortus ingenti suorum cæde repellitur.

XII. — Ingruente pestilentiæ morbo, et Syracusanorum exercitu multis auxiliis aucto, Athenienses de reditu deliberant.

XIII. — Athenienses ob lunæ defectum moram facientes novo prœlio funduntur.

XIV. — Syracusani victores hostem ad internecionem persequi et copiis navibusque dispositis undique constrictum tenere statuunt.

XV. — Nicias et pedestres et navales copias ab hoste circumventas ad ineundum summum periculum et certamen de salute exhortatur. Tum pugnam ineunt.

XVI. — Pugnæ atrocissimæ descriptio.

XVII. — Atheniensium tota classis fusa et attrita.

XVIII. — Missis navibus copias pedestri itinere in sociorum urbes ducere constituunt Nicias et Demosthenes. Sed fraude inducti rem propositam differunt.

XIX. — Viis omnibus interceptis Atheniensium milites undique clausi maximam par tem cæduntur; reliqui cum Nicia et Demosthene capiuntur. De captivis quid faciendum diversæ sententiæ. Diocles immanissima suadebat, Hermocrates ad clementiam adhortabatur, præsertim Nicolaus senex.

XX — XXVII. — Nicolai oratio, humanissimi ingenii specimen.

XXVIII —XXXII. — Gylippi Laconis adversaria oratio, summæ crudelitatis exemplum.

XXXIII. — Gylippi oratione incitati Syracusani Atheniensium duces trucidant. Reliqui in latomias detrusi. Pœna exemti qui litteris erant exculti. Finito bello Diocles Syracusanis novas leges scripsit, severitatisque exemplum in semetipsum edidit.

412. || 92. 1. XXXIV. — Re in Sicilia male gesta ab Atheniensibus multi socii deficiunt; ipsi abrogata democratia remp. 400 viris permittunt. Classis Atheniensium recens coacta ad Oropum a Lacedæmoniis victa. Syracusani Lacedæmoniis auxilia partemque prædæ mittunt. Nova reip. Syracusanorum constitutio per Dioclem.

XXXV. — Dioclis elogium.

XXXVI. — Atheniensium res in dies pejores, præsertim Dario Persarum rege societate juncto cum Lacedæmoniis.

XXXVII. — Alcibiades prohibito Pharnabazo ne Lacedæmoniis justo ampliora auxilia conciliaret, patriæ gratiam et redeundi veniam consequitur.

411. || 92. 2. XXXVIII. — Atheniensium aristocratia auctore Theramene rursus in democratiam transformata. Thrasyllus et Thrasybulus copias Atheniensium apud Samum congregant et instruunt. Lacedæmoniorum classi præest Mindarus, falsa spe Pharnabazi auxilia ad Miletum exspectans. Dorieus a Lacedæmoniis Rhodum missus ad comprimendam seditionem.

XXXIX. — Classes Atheniensium et Lacedæmoniorum mutuo se insequuntur. Inter Abydum et Sestum commissa pugna navalis.

XL. — Classis Attica victoriam retulit.

XLI. — Lacedæmoniorum classis fusa, insuper tempestate oppressa, ad internecionem venit. Hoc tempore Alcibiades Theramene adhortante in patriam receptus.

XLII. — Alcibirdes locum inter imperatores occupat. Antandrii libertatem vindicant. Adjecta notitia historicorum hanc annorum seriem persequentium. Romani in Æquos bellum gerunt.

410. || 92. 3. XLIII. — Segestani in Sicilia de agro cum

A. C. || Ol. Selinuntiis ambigentes Carthaginienses in auxilium vocant.

XLIV. — Syracusanos quum Selinuntii in suas partes trahunt, exoritur *bellum Carthaginiense* in Sicilia, gestum ab Hannibale.

XLV, XLVI. — Dorieus e Rhodo redux et Mindarus Atheniensium classi obviam facti novo prœlio fusi ad Dardanium.

XLVII. — Eubœa a Bœotis contra Athenienses defensa obstructo Euripo. Theramenes Atheniensium imperator quum illud opus impedire non posset, interea insulas hostium exspoliat.

XLVIII. — Bellum intestinum in insula Corcyra atrocissimum.

XLIX. — Archelaus rex Macedonum Pydnæos rebelles subigit. Interea hostis hostem metuens classem undique cogit.

L — LII. Attica classis in tres partes divisa Lacedæmonios in insidias adductos ad Cyzicum duplici prœlio, quo ipse Mindarus Lacedæmoniorum dux cadit, ita prosternit, ut misso Athenas Endio legato pacem expetant. Endii oratio pro pace impetranda.

LIII. — Rejectis pacis conditionibus Athenienses fortuna elati bellum continuant.

409. || 92. 4. LIV — LVI. — Jam Hannibal advecta classe et expositis copiis bellum in Sicilia urget. Copiarum numerus. Selinus urbs summa vi oppugnata et defensa.

LVII. — LVIII. — Selinus capta, incendiis, cædibus, expilatione, stupris, fœdata, direpta, excisa. Rei immanis eximia descriptio.

LIX. — Inde Hannibal movet Himeram, vindictam sumturus ob avum Hamilcarem ibi priore bello trucidatum patremque exilio multatum. Atrocissima dimicatio subsecuta.

LXII. — Tandem vi expugnata Himera, barbari immani cæde grassantur totamque urbem vastant. Hannibal præda onustus Carthaginem redit.

LXIII. — Hermocrates Syracusanorum olim prætor per factionem in exilium ejectus, tum a Pharnabazo pecunia adjutus in Siciliam rediit, et agros Carthaginiensibus subjectos depopulatus gratiam popularium recuperavit.

LXIV. — Belli Peloponnesiaci historia continuata. Thrasybulus Atheniensium dux Epheso repulsus Lesbum petit; Theramenes Chalcedonem et Byzantium obsidet; Alcibiades pecuniæ vim e Pharnabazi provincia exigit. Pylus, quam Messenii tenebant, a Lacedæmoniis recuperata.

LXV. — Lacedæmonii et Megarenses Nisæam capiunt Chiumque.

LXVI. — Lacedæmonii ad Chalcedonem prœlio victi, Hippocrates eorum imperator cæsus. Alcibiadis in Thraciam expeditio; Byzantii obsessio.

LXVII. — Byzantium proditione tandem in Atheniensium potestatem redactum.

408. || 93. 1. LXVIII. — Relicto Byzantii præsidio subactisque Hellesponti urbibus, Atheniensium imperatores cum classe spoliis referta Athenas contendunt. Accepti maximo applausu, imprimis Alcibiades, cujus ingenii animique magnitudinem orisque summam suavitatem historicus describit.

LXIX. — Alcibiadi omnia restituta, soli summum terra marique imperium commissum. Ejus in Andrum, Con, Rhodum expeditio.

LXX. — Lysander Lacedæmoniorum imperator in locum Mindari substitutus novam classem instruit; a rege Persarum pecunia adjuvatur.

LXXI. — Atheniensium classis ad Notium fusa a Lysandro, quem Antiochus absente et invito Alcibiade ad prœlium provocarat.

LXXII. — Thrasybulus Thasum et Abdera ad partes Atheniensium adigit. Dum Atheniensium copiæ sub Alcibiade procul a patria occupatæ erant, Agis Lacedæmoniorum rex Athenas subito impetu infestat. Repulsus Attica vastata in Peloponnesum redit.

LXXIII. — Alcibiades Cumam sociam urbem injuste vexat, et in crimen venit.

LXXIV. — Athenienses inter 10 duces imperium dividunt. Alcibiades Pactyen Thraciæ urbem in exilium abit.

LXXV. — Synoris ludis Olympicis adjecta. Plistonax rex Lacedæmoniorum moritur. Hermocrates cæsorum ossa Himera Syracusas transportanda curavit, a Diocle neglecta.

407. || 93. 2. LXXVI. — Apud Lacedæmonios Callicratidas in imperio Lysandro succedit. Is tota recepta classe in Chio, apud Teios, ad Lesbum rem prospere contra Athenienses gerit.

LXXVII. — Conon instaurata nova classe hosti ad Lesbum instat. Ad Mytilenen prœlium commissum.

LXXVIII, LXXIX. — Atheniensium classis in portum Mytilenes se recipit, urbem ipsam oppugnat Callicratidas. Syracusani Carthaginiensibus pacis conditiones proponunt, ab his non acceptas. Thermarum urbs in Sicilia a Carthaginiensibus condita.

406. || 93. 3. LXXX. — Hannibal novam expeditionem in Siciliam parat, ob senectutem Imilcone adjuncto socio. Præmissæ 40 naves prœlio apud Erycem a Syracusanis funduntur; ipse cum 50 navibus sequitur.

LXXXI. — Syracusani et Agrigentini exterorum auxilia appetunt, et mœnibus sua tutari annituntur. Excurrit historicus in descriptionem urbis et agri Agrigentini tum fertilitate tum opulentia florentissimi.

LXXXII. — Ædium Agrigenti magnificentia.

LXXXIII. — Gellias Agrigentinus singulare divitiarum et summæ liberalitatis exemplum.

LXXXIV. — Antisthenes Agrigentinus aliud affluentiæ et magnificentiæ exemplum. Incolarum Agrigenti numerus et vita luxuriosa.

LXXXV. — In Agrigentinorum urbem Carthaginienses totam vim convertunt.

LXXXVI. — Pestis Carthaginiensium castra

A. C.|| Ol.

corripit, qua Hannibal exstinguitur. Syracusani duce Daphnæo urbi obsessæ auxilio veniunt.

LXXXVII. — Pugna commissa Pœni in fugam acti. In duces oppidanos ab Agrigentinis animadversum, quod milites ab eruptione prohibuerant.

LXXXVIII. Sero Daphnæus castra Pœnorum obsidere conatur, et quum Pœnos commeatu aliquamdiu interclusisset, Hamilcar per insidias magnam frumenti vim a Syracusanis advectam rapit. Agrigentini ingenti penuria premuntur.

LXXXIX. — Fame coacti Agrigentini, relictis in urbe senibus et infirmis, Gelam, deinde in Leontinorum urbem migrant.

XC. — Agrigenti urbs capta a Pœnis et eversa; superstites omnes cæsi. Prædæ pars præcipua, præsertim artis opera, et in his Phalaridis taurus, Carthaginem missa. Obiter reprehensus Timæus, qui taurum illum unquam exstitisse negaverat.

XCI —XCVII. — Ob urbis Agrigentinæ cladem maxima per universam Siciliam consternatio orta, et præsertim contra Syracusanorum duces indignatio. Hac Dionysius vilissimæ sortis homo in sua commoda usus, summum imperium et Syracusanorum tyrannidem consequitur. Athenienses receptis in civitatem peregrinis augent militum numerum et instaurant novam classem. Huic ad insulas Arginusas obviam facti Lacedæmonii de ineunda pugna deliberant, quam vates utrinque dissuadent.

XCVIII. — Hortante Callicratida res ad prœlium venit. Pugna navalis apud Arginusas commissa, maxima omnium quibus Græci cum Græcis conflixerant.

XCIX. — Pugnæ ad Arginusas descriptio. Cæso Callicratida imperatore Lacedæmonii tandem fusi.

C. — Ingens cædes ab utraque parte.

CI. — Ob cadavera cæsorum haud sepulta duces Atheniensium in judicium vocati.

CII. — Duces Atheniensium cum summa crudelitate ad supplicium dati.

CIII. — Notitia de Philisto, scriptore rerum Sicularum, et de Sophocle atque Euripide circa hoc tempus mortuis.

405. || 93. 4. CIV. — Philocles et Conon Atheniensium duces relicto in insula Samo præsidio in Hellespontum navigant. Lacedæmonii duce Lysandro novam instruunt classem. Is accepta a Persis pecunia Ephesum petit, et inde excursiones facit in socios Atheniensium ipsamque Atticam infestat. Lacedæmoniorum classis Lampsacum expugnat.

CV. — Attica classis e regione ad Ægos flumen subsistit. Alcibiades consilia conferre conatur et imperii partem affectat, sed repulsam fert.

CVI. — Attica classis subito impetu oppressa et ad internecionem cæsa. Lacedæmonii victores spolia et argenti magnam vim Lacedæmonem mittunt. Gylippi furtum in spoliis factum commemoratur.

A. C.|| Ol.

CVII. — Lacedæmonii Atticam terra marique adoriuntur. Obsessa urbe, intercluso commeatu, Athenienses undique pressi pacem a Lacedæmoniis petunt et impetrant. Pacis conditiones duræ. Belli Peloponnesiaci finis.

CVIII. — In Persia Dario successit Artaxerxes. Viguit tum Antimachus poeta. Post Agrigentum eversam (conf. c. 90.) Hamilcar Gelam petit. Apollinis statua inde rapta et Tyrum transportata. Geloi fortiter se defendunt.

CIX. — Dionysius Syracusanorum tyrannus acceptis a Græcis in Italia auxiliis Gelois auxilio venit.

CX. — Dionysius pulsus intra mœnia confugit.

CXI. — Gelæ et Camarinæ incolæ auctore Dionysio Syracusas migrant.

CXII. — Ob acceptam cladem, desertam a tyranno urbem subactasque Siciliæ civitates omnium animi in Dionysium exacerbati. Syracusani ejus regiam auro argentoque refertam exspoliant.

CXIII. — Dionysius citato cursu Syracusas advectus iram civium simul coercet, simul cæde et sanguine ulciscitur. Geloi et Camarinæi ad Leontinos abeunt.

CXIV. — Afflictis Syracusanis Pœni victores pacem ultro offerunt, quam læti accipiunt. Pacis conditiones. Itaque in Græcia Peloponnesiacum, in Sicilia Punicum bellum hoc anno finitum.

LIBER DECIMUS QUARTUS.

I, II. — Prooemio Diodorus præfatur de tuenda dignitate bonaque fama eorum, qui illustri loco sint constituti, idque 30 tyrannorum, Lacedæmoniorum, Dionysii exemplis in hoc libro obviis illustrat. Adjicitur libri argumentum.

404. || 94. 1. III. — Pace inter Græcos facta, inter Athenienses de constituenda reip. forma discordiæ ortæ. Lysander arbiter sumptus 30 virorum imperium instituit, quamvis Theramene aliisque adversantibus.

IV. — Theramenes vir justissimus in 30 virorum numerum cooptatur. Magistratus ab his creantur. Lacedæmoniorum præsidium advocatur; quo freti 30 viri immanem exercent tyrannidem.

V. — Triginta viri Theramenem adversantem aliosque opibus et auctoritate insignes cives crudelissime trucidant.

VI. — Lacedæmonii tyrannorum injurias adjuvant, ipsosque exsules insectantur. Argivi et Thebani profugos tutantur.

VII. — In Sicilia Dionysius munita urbe et tyrannide multis modis firmata Syracusanos armatos contra Siculos, qui ab ipso defecerant, ducit. Sed hi arma vertunt in tyrannum.

VIII. — Dionysius Syracusis inclusus de imperio tuendo desperat. Impetrata exeundi venia clam Campanorum auxilia sollicitat.

A. C.|| Ol.

IX. — Campanorum adventu et libertatem et tyrannidem recuperat Dionysius. Pars rebellium in gratiam redit, pars fugam petit novum minitans bellum. Campani in reditu per fraudem Entellam occupant.

X. — Lacedæmonii terra marique imperium consecuti constitutis per Lysandrum ubique harmostis impositisque tributis Aristum Syracusas mittunt, qui libertatis restituendæ prætextu clam Dionysii tyrannidem confirmet. Syracusanis cunctis arma ademta.

XI. — Alcibiades a Pharnabazo per insidias occisus. Democritus philosophus mortuus. Romanorum cum Volscis bellum.

403. || 94. 2. XII. — Byzantini, ob seditiones et a Thracibus illatum bellum admodum afflicti, a Lacedæmoniis imperatorem expetunt. Mittitur Clearchus, qui Byzantinos dira tyrannide opprimit. Vi coercitus a Lacedæmoniis in Asiam ad Cyrum fugit, qui eum copiarum ducem creat.

XIII. — Apud Lacedæmonios Lysander confirmato terra marique imperio Heraclidas regno privare conatur. Sed adversantur oracula, quamvis largitione sollicitata. Ob largitiones accusatus absolvitur, post mortem demum noxius inventus.

XIV. — In Sicilia Dionysius pacata Syracusarum urbe finitimas civitates subigere parat. Ætnam capit. In Leontinos expeditio vana. Inde in Siculos movet. Aimnestum Ennæ tyrannum, ubi se elusum ab eo vidit, comprehensum ad supplicium dedit.

XV. — Dionysius, missa Erbitæorum urbe, Catinam capit et Naxum. Etiam Leontini in deditionem coacti sunt.

XVI. — Alæsa nova urbs ab Archonida Erbitæorum principe condita. Adjicitur rerum Romanarum mentio : bellum Veientibus illatum; annuum stipendium militibus tum primum decretum.

402. || 94. 3. XVII. — In Græcia seditio inter cives Oropi a Thebanis sedata. Lacedæmonii Eleis bellum intulere, eorumque agrum quamvis sacrum populando vastavere.

XVIII. — In Sicilia Dionysius satis firmato imperio consilia agitabat de bello Carthaginiensibus inferendo. Hæc aliquantisper dissimulans partem Syracusarum male munitam novo muro 30 stadiorum firmavit, idque opus mira celeritate absolvit.

401. || 94. 4. XIX. — Cyrus maritimarum regionum satrapes aliam expeditionem simulans bellum in fratrem Artaxerxem instruit. Lacedæmoniorum naves copiæque auxiliares adjunctæ. Omnium copiarum numerus earumque duces.

XX. — Progressus usque ad Tarsum Ciliciæ Cyrus Syennesin Ciliciæ regulum in partes suas trahit, qui tamen per filium clam missum Artaxerxem de bello certiorem facit. Divulgato per exercitum rumore de bello in regem facto tumultus fit, ægre sedatus.

XXI. — Cyrus iter in Syriam continuat. Superatis pylis Syriæ, classem Cyrus Ephesum remittit, ipse cum pedestri exercitu ad Babyloniæ fines pervenit.

XXII. — In Babyloniæ campis Artaxerxes a Pharnabazo de Cyri cœptis præmonitus ob viam venit. Acies ab utraque parte instructa describitur.

XXIII. — Prœlium inter Cyrum et Artaxerxem commissum. Cyrus Artaxerxem vulnerat, in cujus locum Tissaphernes succedit. Cyrum Persa occidit.

XXIV. — Græci Cyro militantes in sua parte vincunt. Sed nuntius de Cyri morte ingentem trepidationem Cyri copiis injicit.

XXV. — Artaxerxes ob Cyri mortem victoriam jactans, misso Phalino arma tradi jubet. Sed Græci recusant, et duce Clearcho reditum parant.

XXVI. — E vulnere validus et salvus rex tardius progredientes Græcos assequitur. Initis induciis pacatum per terras regias transitum impetrant Græci, et rex Babylonem regreditur. Tissaphernes præmia alia et regis filiam conjugem reportat. Hic novo agmine insequitur Græcos, horumque duces pæne omnes cum Clearcho turpi fraude capit, multosque milites obtruncat.

XXVII. — Accepto cladis nuntio Græci Chirisophum imperatorem creant, et hostium incursum ferocissime repellunt. Clearchus et duces capti ad regem missi trucidantur. Græcorum iter continuatum per montes Carduchorum usque in Armeniam, quæ tutum transitum præbet.

XXVIII. — In Armeniæ montibus abducti a via Græci fame et frigore gravissime afflicti, amissis multis suorum ægre tandem vicos assequuntur, qui omni victus genere eos recreant.

XXIX. — Græci Phasin fluvium transgressi per Chaorum, Phasianorum, Chaldæorum etc. regiones in Chenium montem evadunt, unde ingenti gaudio mare prospiciunt. Hic in expeditionis memoriam tropæa ponunt, ac deinde Macronum regionem transeunt, et ad Colchos perveniunt.

XXX. — Gustato Colchicæ regionis melle multi Græcorum in insaniam inciderunt. Recepta mentis sanitate Trapezuntem perveniunt, ubi benigno hospitio excepti 30 dies subsistunt, Chirisopho Byzantium misso ad comparandas naves. Quo diutius remorante Cerasuntem petunt. Hinc profecti gentem Mosynœcorum adeunt, barbaram et incultam, pugna atrocissima subigendam.

XXXI. — Græci Cotyora urbem assecuti ab Heracleensibus et Sinopensibus navigiis adjuvantur. Interea rediit ad suos Chirisophus nullis impetratis navibus. Tum itaque Heracleam, et inde porro in peninsulam Acherusiam vecti, tandem Chrysopolim pervenerunt superstites Græci 8300 de 10000.

XXXII. — Athenis 30 tyranni exsilio et cæde in cives grassantur. Hæc indignantes Thebani Thrasybulo uni exsulum copias tradunt, quibus Phylam occupat. Tyranni in eum exercitum ducunt, civesque domina-

A. C. ‖ Ol.

tionis pertæsos Piræeo conclusos tenent. Ipsum Thrasybulum oblata imperii societate frustra sollicitant.

XXXIII. — Thrasybulus commissa pugna Piræeo potitur. Jam undique exules Thrasybuli castra sequuntur, qui ipse tunc urbem oppugnare parabat. His permoti Athenienses 30 viros urbe expellunt, et abrogata tyrannide pristinam libertatem recuperant.

XXXIV. — Elei cum Lacedæmon'is in gratiam redeunt. Lacedæmonii Messeniis bellum inferunt, eosque Græcia excedere et in Siciliam et Cyrenen migrare cogunt. Romanorum tunc colonia Velitras deducta.

400. ‖ 95. 1. XXXV. — Artaxerxes perfunctus bello Tissaphernem in oram Asiæ mittit ad coercendos rebelles. Tamos Ioniæ præfectus metu perculsus ad Psammitichum in Ægyptum aufugit, qui transfugam occidit, ejusque opibus potitur. Græcæ civitates quamvis missa a Lacedæmoniis legatione vastantur.

XXXVI. — Lacedæmonii pro Græcis in Asia bellum suscipiunt duce Thibrone.

XXXVII. — Thibronis exercitui adjungunt se Græci ab expeditione Cyri reduces. Hoc tempore Dionysius Adranum condidit. Archelaus rex Macedoniæ moritur. Succedit Orestes, mox Æropus. Athenis Socrates injusto supplicio perit.

399. ‖ 95. 2. XXXVIII. — Lacedæmonii in Thibronis locum Dercyllidam substituunt. Hic multa loca in Troade occupat, factisque cum Pharnabazo 8 mensium induciis Thraces in Bithynia infestat. Lacedæmonii seditionen Heracleæ in Trachinia et inter Œtæ incolas exortam misso Herippida compescunt. Thraces in Chersonesum irruptionem faciunt, domiti et expulsi a Dercyllida.

XXXIX. — Cononem Atheniensem auctore Pharnabazo rex Persarum navarchum constituit. Classis in Ciliciam, Pharnabazus et Tissaphernes Ephesum proficiscuntur, ubi ante ineundam pugnam induciæ fiunt.

XL. — Rhegini crescentem Dionysii potentiam veriti communecum Syracusanis exsulibus et Messaniis bellum in tyrannum excitant; sed orto sociorum dissensu ultro pacem offerunt.

XLI. — Dionysius nunc maxime opportunum ratus bellum inferre Carthaginiensibus, tum pestilentia afflictis, in apparando eo acerrimus est. Primo fabros convocat ad arma conficienda struendasque naves.

XLII. — Catapulta inventa. Artificum industria præmiis a Dionysio excitata. Navium ingens copia et novæ species.

XLIII. — Telorum armorumque et machinarum multitudo a Dionysio in bellum contra Carthaginienses gerendum apparata. Hoc tempore Astydamas tragœdiarum scriptor floruit. Romani Veios obsidentes fugantur.

398. ‖ 95. 3. XLIV. — Conscribendis militibus operam dat Dionysius. Rheginos et Messanios beneficiis et oblata amicitia socios conciliare sibi studet. A Rheginis conjugem petens, repulsam fert. Ducit deinde Locrensem, mox etiam Aristomacham.

A. C. ‖ Ol.

XLV. — Nuptiarum dies Dionysius et militi et civibus lætos facit. Tum proposito bello in Carthaginienses, ejusque rationibus oratione explanatis, Syracusanorum omnium assensum consecutus est.

XLVI. — Direptis subito Pœnorum in Sicilia navibus et bonis, ipsisque crudelissime a Dionysio vexatis, legati Carthaginem mittuntur, qui bellum indicant. Ad hunc annum Ctesiæ historia deducta. Floruerunt eo tempore Philoxenus, Timotheus, Telestes, Polyidus.

397. ‖ 95. 4. XLVII. — Indicto bello summa inter Carthaginienses consternatio orta. Mittunt in Europam qui milites conducant. Dionysius primo Motyam Carthaginiensium coloniam occupare festinat. Græcæ urbes cunctæ auxilia mittunt.

XLVIII. — Erycini Dionysii partibus sponte accedunt; sed Motya ad resistendum se parat. Urbis situs. Leptini obsidionis cura permittitur; pedestrem exercitum Dionysius ipse in Punicas urbes ducit.

XLIX. — Naves in portu Syracusano a Pœnis subita incursione dirutæ. Motyam Dionysius oppugnat.

L. — Imilconis impetus novus in Dionysii naves Motyam obsidentes.

LI. — Oppugnatio Motyæ omnisque apparatus describitur. Parte muri disjecta miles in urbem irruit.

LII. — Atrocissima pugna intra mœnia Motyæ urbis.

LIII. — Urbs Motya expugnata et exspoliata. Incolæ crudelissime cæsi; reliqui sub hasta venditi. Leptines cum classe Carthaginienses observat. Sophocles junior tum floruit.

396. ‖ 96. 1. LIV. — Dionysius hostium urbes oppugnare et agros vastare pergit. Halicyæi ad Syracusanos deficiunt; Egestani obsidentium castra incendunt. Interea Carthaginienses quas possunt maximas copias cogunt. Imilconi summum imperium tradunt. Militum, navium, curruum numerus.

LV. — Recto cursu Panormum petit Imilco, expositisque ibi copiis Erycem per proditionem, Motyam vi, Halicyæos ultro fidem offerentes recipit. Dionysius Syracusas refugit.

LVI. — Fausto rerum successu fretus Imilco, Himera et Cephalœdio in amicitiam allectis, Lipara potitus, cum universis copiis Messanam versus progreditur.

LVII. — Imilco Messanam expugnat.

LVIII. — Dionysius, a Siculis omnibus desertus, servitia armat, mercenarios conducit a Lacedæmoniis, et castella munit. Castra habet juxta Taurum. Messanam penitus devastant Carthaginienses.

LIX. — Imilco Magonem cum classe Catinam versus navigare jubet; ipse cum pedestribus copiis ad eundem locum contendit. Sed Dionysius Leptinem Magoni obviam mittit.

LX. — Prœlium navale, quo Syracusani funduntur; Mago Catinam occupat.

A. C.|| Ol.

LXI. — Dionysius primo cum Imilcone pugnam inire parat; mox mutato consilio Syracusas tutari festinat. Discessum graviter ferentes Siculi Dionysii castra relinquunt. Campani, quamvis ab Imilcone sollicitati, in Dionysii societate permanent.

LXII. — Dionysius nova in Græcia et Italia auxilia requirit. Imilco autem magna classe portum Syracusanorum occupat, simulque pedestem aciem ante mœnia explicat ad pugnam, agros vastat.

LXIII. — Imilco templa Syracusanorum expilat. Huic impietati fortunam ejus mox in pejus mutatam historicus imputat. Dionysio Lacedæmonii 30 naves duce Pharacida mittunt.

LXIV. — Absente Dionysio Syracusani prœlio commisso victoriam reportant; quo elati de abroganda Dionysii tyrannide cogitant. Interea redit Dionysius.

LXV — LXIX. Theodori Syracusani pro libertate recuperanda gravissima oratio et in Dionysium increpatio.

LXX. — Adversatus Theodori consiliis Pharacidas Lacedæmonius cum milite mercenario seditionem cohibet. Interea morbus contagiosus ingruit Pœnis et stragem fœdam infert.

LXXI. — Morbi pestilentis in castris Pœnorum atrocitas descripta.

LXXII. — Peste afflictos Pœnos subito terra marique adortus Dionysius, mercenariis, qui ipsi maxime infensi erant, cædi objectis, hostium castella expugnat navesque conquassat.

LXXIII. — Pœnorum classis incendium, quo naves hominesque conflagrarunt.

LXXIV. — Syracusanum vulgus pontonibus impositum advolat, diripit naves igne correptas, omnesque Syracusani ob barbaros lue, incendio, cæde victos lætitiæ se permittunt.

LXXV. — Imilco clam pro 300 talentis a Dionysio redemta venia cum suis in patriam redeundi, aufugit; reliquus exercitus similiter fuga dilapsus vel cum castris captus et cæsus est.

LXXVI. — Fortunæ subitam mutationem convertit historicus ad demonstrandam superbiæ et impietatis pœnam. Imilco in summa ignominia et miseria vitam inedia finiit.

LXXVII. — Finito cum Syracusanis bello in Libya ipsa a sociis exitiosum in Carthaginienses exarsit bellum. Carthaginienses itaque, injecta tum demum animis religione, deorum numina placanda curant, novaque sacra Græcorum ritu instituunt. Tandem hostes vel commeatus penuria pressi vel pecunia corrupti, in patrias terras dilabuntur.

LXXVIII. — Mercenarios in ipsum exacerbatos conciliat Dionysius, datis in stipendium Leontinorum urbe agroque. Deinde novos conscribit mercenarios, principatus custodes; novisque colonis desertas urbes auget. Messanii novam urbem Tyndaridem condunt, mox opulentissimam.

A. C.|| Ol.

LXXIX. — Agesilaus rex Lacedæmoniorum trajectis Ephesum copiis Persarum provincias populatur. Impetrat a rege Ægyptiorum navalis belli auxilia et frumentum. Pharax classis Lacedæmoniorum, Conon Persicæ classis præfecti. Rhodii expulsis Græcis recipiunt Persas, missumque ab Ægyptiis frumentum rapiunt.

LXXX. — Prœlio in campis ad Caystrum commisso Agesilaus Tissaphernem fundit. Rex Artaxerxes ira correptus Tissaphernem jugulari jubet, et Tithrausten belli ducem constituit, qui cum Agesilao semestres inducias facit.

LXXXI. — Bellum Bœoticum inter Phocenses et Bœotos gestum. Persicum bellum mari gerendum et profligandum suscipit Conon.

395. || 96. 2. LXXXII. — Bœoti, Athenienses, Corinthii, Argivi, fœdus in Lacedæmonios ineunt, socios eorum in suas partes trahunt, Lacedæmonios ipsos ubique premunt, et prœlio prope Naryca fundunt.

LXXXIII. — Agesilaus ex Asia revocatus per Thraciam et Macedoniam Thermopylas transit. Conon et Pharnabazus Persicæ classis prætores incidunt in Pisandrum Lacedæmonium, pugnaque navali ad Cnidum eum vincunt atque occidunt.

LXXXIV. — Bœoti et Lacedæmonii duce Agesilao ad Coroneam prœlium committunt. Tum Pharnabazus et Conon Lacedæmoniorum sociis ad defectionem compulsis in Asiam redeunt. Inde maris imperium Lacedæmonii amiserunt. In Macedonia Aeropus rex moritur, succedit Pausanias. Theopompus Chius hoc anno et prœlio quidem ad Cnidum historiam finit.

394. || 96. 3. LXXXV. — Conon dirutos a Lacedæmoniis Piræei muros regiis impensis restituit. Quæ res apud regem Persarum invidiam et vincula ei contraxit.

LXXXVI. — Bellum Corinthiacum oritur, deinceps per 8 annos gestum.

LXXXVII. — Rhegini in Dionysium tyrannum irati Messanam obsident; sed a Messaniis repelluntur ac funduntur. Jam Dionysius Rheginis bellum inferre instituit. Prius vero Tauromenitæ Siculi bello erant domandi.

LXXXVIII. — Dionysius a Siculis repellitur et sauciatur, accepta maxima suorum clade. Agrigentini et Messanii a Dionysio deficiunt et libertatem recuperant.

LXXXIX. — Pausanias rex Lacedæmoniorum in exilium mittitur. Pausaniam Macedonum regem Amyntas occidit, et regno potitur.

393. || 96. 4. XC. — Mago Carthaginiensium dux collecto novo exercitu denuo bellum movet; sed prœlio commisso a Dionysio in fugam agitur. Simul Dionysius subitam in Rheginos irruptionem facit defensos Heloridis auxilio.

XCI. — Græci in Italia fœdere icto sua et a Dionysio et a Lucanis defendere constituunt. In Græcia Iphicrates exsules Le-

A. C. ‖ Ol.

chæum occupantes, ipsosque deinde Lacedæmonios et Sicyonios profligat.

XCII. — Argivi Corinthiorum acropolin urbemque et agrum occupant. Iphicrates imperio se abdicat. In Macedonia Amyntas regno expulsus; mox a Thessalis restitutus.

XCIII. — Satyrus Bospori rex moritur; succedit Leucon. Romani Veios expugnant, et Apollini cratera aureum Delphis consecrant. Ejus doni, quum in via a prædonibus raptum esset, vindex Timasitheus.

392. ‖ 97. 1. XCIV. — Athenienses Thrasybulum cum classe expeditionem facere jubent in Ioniam, Chersonesum, Lesbum, Rhodum.

XCV. — Carthaginienses receptis viribus res in Sicilia repetere aggrediuntur. Coacto exercitu, cui Mago dux præerat, castra movent usque ad Agyrium. Agyris Agyrinæorum tyrannus in Dionysii societate permanet.

XCVI. — Mago summa rerum penuria coactus pacem petit. E fœdere Mago e Sicilia discedit, Siculi autem Dionysio subjiciuntur cum Tauromeniis.

391. ‖ 97. 2. XCVII. — In insula Rhodo factio Lacedæmoniorum subigit Atheniensium factionem. Fausto rerum successu excitati Lacedæmonii maris imperium recuperare annituntur.

XCVIII. — In Cypro insula Evagoras regnum occupare conatur. Contra eum Artaxerxes rex Persiæ copias mittit. Tum Romani pace cum Faliscis facta Æquis bellum intulere.

390. ‖ 97. 3. XCIX. — Artaxerxes Persiæ rex Lacedæmoniis infert bellum, misso Strutha, qui Thibronem Lacedæmoniorum ducem victum interimit. Thrasybulus Atheniensium dux apud Aspendum per insidias occiditur: quo facto classis perterrefacta aufugit.

C. — Dionysii bellum in Rheginos. Pugna fusus et tempestate jactatus ægre ipse in portum Messanæ refugit.

CI. — Lucani in Thuriorum agros incursionem faciunt; quo factum, ut universi Græci in Italia contra eos bellum gererent. Græci per arctas vias Lucaniam ingressi, tandem montibus cincti in maximum incurrunt discrimen.

CII. — Prœlio fusi Græci cum Lucanis pacem faciunt, interposita Leptinis fide, quem Dionysius Lucanis auxilio miserat. Ob id a prætura remotus Leptines. Romani agrum Vejentanum dividunt, et in Æquos Veliternosque bellum gerunt. Circeios colonia deducta.

389. ‖ 97. 4. CIII. — Dionysii in Italiam expeditio. Græci in Italia Helorim a Dionysio in exilium pulsum copiarum ducem creant.

CIV. — Heloris obviam factus Dionysio pugnam init, qua ipse cadit cum plurimis; reliqui effuse in fugam se dant.

CV. — Græcos a fuga collectos et tumulum occupantes cunctos Dionysius ad deditionem cogit. His per singularem clementiam dimissis, et civitatibus pace atque

A. C. ‖ Ol.

libertate concessa, Dionysius omnium gratiam meruit.

CVI. — Rhegini pacem a Dionysio rediment. Caulonia devastata; cives Syracusas migrant. Romani ob Æquos victos edunt ludos.

388. ‖ 98. 1. CVII. — Locris in Italia ob impetratam ab ipsis conjugem Dionysius agrum Hipponiensem donat; contra Rheginos, perpetuo odio in ipsos inflammatus, ad internecionem persequi destinat.

CVIII. — Quæsita nova inimicitiarum causa Dionysius Rhegium oppugnatione urget. Cives duce Phytone fortissime pugnant, ipsumque Dionysium lancea vulnerant.

CIX. — In ipso bello vanus Dionysius rhapsodos cum maximo apparatu ad ludos Olympicos mittit, qui carmina sua recitarent. Sed hi sibilis excepti et reliqua pompa ludibrio exposita.

387. ‖ 98. 2. CX. — Lacedæmonii bello attriti misso Antalcida cum Persis pacem faciunt iniquissimis conditionibus. Tum vero Persarum rex omnia ad bellum Cypricum præparat.

CXI. — Rhegini diuturna obsidione coacti Dionysii arbitrio se dedunt, qui pecunia redemtos liberos esse jussit, ceteros sub corona vendidit.

CXII. — Phytonem Rheginorum ducem Dionysius crudelissimo supplicio afficit.

CXIII. — Galli Transalpini ejectis Tyrrhenis regionem inter Apenninum et Alpes occuparant. Ex his Senones novas sedes quærentes in Clusinorum agros irruptionem fecerant. Legati Romani ad rem cognoscendam missi, quum pugnæ contra Gallos se immiscuissent, Galli legatos dedi postularunt. Populus Romanus invitis patribus id facere recusavit.

CXIV. — Galli exacerbati cum infesto exercitu Romam petunt. Conserta pugna Romani fugantur. Romani plurimi cæsi.

CXV. — Romanorum pauci Romam revertuntur. His edocti cives omnia in Capitolium asportari curant. Hostes in urbem irrumpentes arcem obsidere parant.

CXVI. — Devicta Tuscorum gente armis locupletati cives Romani, qui Veios profugerant, Capitolium obsidione eximere constituunt. Galli in arcem falsis custodibus ascendere conantur; sed sacri Junonis anseres hostes produnt urbemque servant. Inde fiunt pacis conditiones, secundum quas Galli accepta pecuniæ summa Roma abeunt.

CXVII. — Romanis Gallorum incursione admodum afflictis Volsci bellum inferunt. Hos M. Furius dictator creatus domat, qui mox Æquos etiam Etruscosque vincit, et a Gallis aurum Romæ acceptum cum reliqua præda recuperat. Ab hoc anno Callisthenes historiam scribere exorsus.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

A. C. || Ol.

I. — Prooemio pauca præfatus Diodorus de judicandi libertate ad scribendam historiam necessaria, novæ periodi terminos constituit : principium quidem bellum Persarum Cypricum, finem autem regni Philippi auspicia.

386. || 98. 3. II. — Belli Persarum in Evagoram initium. Apparatus terrestris et navalis ab utraque parte describitur.

III. — Ob commeatus penuriam in Persarum castris seditio orta. Tota classis dimissa in Ciliciam inde frumenti copiam affert. Evagoras acceptis ex Ægypto pluribus navibus prœlium navale committere parat. Fit pugna atrocissima, qua tandem Cyprii vincuntur.

IV. — Persæ Salaminem oppugnant. Evagoras urbe elapsus in Ægyptum confugit, nova auxilia petens.

V. — Lacedæmonios pacis pœnituit, qua pristinum Græciæ principatum amiserant. Itaque in civitatibus seditiones excitant, ruptoque fœdere singulas suo imperio subjiciunt. Mantinenses contra eos Atheniensium implorant auxilium. Quo facto novum in Græcia bellum commovetur.

VI. — In Sicilia Dionysius ob pacem ac diuturnum otium poetarum studia sectatur. Philoxenus poeta inter familiares inprimis carus; sed ob judicia liberiora et facetias asperiores in latomias damnatus.

VII. — Plato philosophus a Dionysio inter servitia venditus, post philosophorum symbolis redemtus. Poemata sua Dionysius in panegyri Olympica recitari jubet; sed risu sunt excepta. Quo audito primo in ægritudinem, deinde in furorem incidit. Furoris exempla afferuntur.

385. || 98. 4. VIII. — Evagoras ex Ægypto redux pacis expetit conditiones. Iniquissimas proponit Tiribazus. Interea Tiribazus falsa criminatione ab Oronte accusatus in vincula conjicitur. Judicium de eo rex Persarum, tum bello Cadusiano occupatus, differt.

IX. — Orontes summo imperio præfectus æquioribus conditionibus pacem concedit, et Cyprico bello finem imponit. Glos Tiribazi gener audita soceri accusatione ad regem Ægyptiorum deficit, et hunc atque Lacedæmonios ad bellum contra Artaxerxem sollicitat.

X. — Tiribazus causa cognita criminibus absolvitur.

XI. — Tiribazum rex Persarum judicibus auditis ad summos honores evehit; Orontem vero, falsæ accusationis reum, omni ignominia afficit.

XII. — In Græcia Lacedæmonii Mantineam diuturna obsidione ad deditionem cogunt.

XIII. — Dionysius urbes maritimas condere, et maris Ionii imperium occupare parat, expeditionem in Epirum atque ad templum Delphicum spoliandum mox suscepturus. Quamobrem etiam cum Illyriis fœdus iniit, eosque bello contra Molossos adjuvit. Tum

A. C. || Ol.

Parii deducta colonia insulam Pharum condiderunt. Navalia, gymnasia, templa Syracusis exstructa.

384. || 99. 1. XIV. — Illyrii Pharum incursione devastant, ab indigenis barbaris contra Græcos in auxilium vocati. Hos opprimit classis Lisso missa. Dionysius oram Etruriæ adortus in agro urbis Agyllæ templum ditissimum exspoliat. Inde opibus auctus, novum in Carthaginienses bellum molitur.

383. || 99. 2. XV. — Belli causam Dionysio præbent urbes Siciliæ a Carthaginiensibus abalienatæ, quas Dionysius in societatem recipit, Carthaginienses vero repetunt. Carthaginienses duobus prœliis fusi de pace legatos mittunt.

XVI. — Dum induciæ fiunt, ad pacis conditiones durissimas expediendas, Carthaginienses novas vires colligunt, et circa Cronium prœlio victoriam reportant.

XVII. — Dionysii ingens clades describitur. Quo facto Pœni victo hosti multo æquiores se præbent.

XVIII. — Glos, qui bellum contra regem Persarum moverat, clam occisus; nec multo post Tachos ejus successor mortuus. De Leuca urbe ab hoc exstructa concertant Clazomenii et Cumæi; occupato sacrificio urbe potiuntur Clazomenii.

XIX. — Lacedæmonii omnia ad imperium in Græcia contra jus fasque obtinendum convertunt. Amyntæ regi Macedonum ab Illyriis victo in bello contra Olynthios fiunt socii. De bello ab iisdem in Græcos gerendo dissident duo Lacedæmoniorum reges.

382. || 99. 3. XX. — Phœbidas Lacedæmoniorum dux in Olynthios profectus in ipso itinere per insidias Cadmeam Thebarum arcem capit. Ejus fratri Eudamidæ deinde bellum Olynthiacum committitur.

XXI. — Lacedæmonii, quamvis novis copiis aucti, pluribus prœliis fusi. Ipse regis frater Teleutias cecidit.

381. || 99. 4. XXII. — Agesipolis rex Lacedæmoniorum bello Olynthiaco præesse jubetur.

380. || 100. 1. XXIII. — Mortuo Agesipolide Lacedæmonii Polybiadam belli ducem creant, qui meliore fortuna usus Olynthios subigit. Lacedæmoniorum potentia tum maxima.

379. || 100. 2. XXIV. — Carthaginienses Hipponium antiquis incolis restituunt. Quamvis pestilentia aliisque malis, internis etiam bellis oppressi, tamen Africam et insulam Sardiniam recuperant.

378. || 100. 3. XXV. — Thebani, post Cadmeam a Lacedæmoniis captam patria expulsi, collecta manu impetum in hostes faciunt, et populares ad recuperandam libertatem exhortantur. Advocant Atheniensium auxilia. Ita *bellum Bœoticum* ortum.

XXVI. — Demophon Atheniensium imperator cum exercitu Thebanis auxilio venit.

XXVII. — Lacedæmonii, qui Cadmeam præsidio tenebant, inopia coacti arcem tradunt et incolumes domum redeunt. Præsidii præfecti capitis damnati. Eo tempore Romani coloniam in Sardiniam deduxerunt.

377. || 100. 4. XXVIII. — Plurimæ civitates Lacedæmonio-

A. C. ‖ Ol.

rum superbia exacerbatæ ab his deficiunt: Chii, Byzantini, Rhodii, Mytilenæi in primis erant. Communis sociorum senatus Athenis instituitur. Nequidquam socios revocant Lacedæmonii.

XXIX. — Acoris rex Ægyptiorum bellum infert Persis, ejusque ducem Chabriam Atheniensem facit. Athenienses, quum id indignari viderent Pharnabazum, domum redire jubent Chabriam, Persis Iphicratem mittunt. Facto tum a Lacedæmoniis in ipsum Piræeum impetu, ob ruptum fœdus bellum publice est decretum. Belli duces, copiarum numerus. Thebanos in senatum cooptant. Ut socios concilient, agros bello occupatos reddunt.

XXX. — Hestiæa sola Eubœæ civitas in Lacedæmoniorum amicitia perseverat; aliæ civitates 70 Atheniensium partibus et fœderi communi adjunguntur. Chabriæ expeditio in Hestiæos et Cyclades insulas, Lacedæmoniis addictas.

XXXI. — Lacedæmoniorum socii recensentur: summus copiarum dux Agesilaus, eorum rex.

XXXII. — In Bœotiam movet Agesilaus: obviam facti Thebani et Atheniensium auxilia duce Chabria, qui novo pugnæ genere hostem excipit. Vastat Agesilaus agros, sed prœlium aversatur.

XXXIII. — Utriusque ducis et Agesilai et Chabriæ singularem prudentiam historicus explicat, declaratis rei gestæ causis. Post reditum Agesilai Thebani Thespias adoriuntur. Phœbidas Lacedæmoniorum dux cadit.

XXXIV. — Facta nova in Bœotiam expeditione ab Agesilao prœlium committitur. Agesilaus primo victor mox cedere cogitur. Inter Naxum et Parum pugna navali decertatur.

XXXV. — Reportata victoria Chabrias cum classe redit in Piræeum. Eo tempore Romæ M. Manlius capitis damnatur.

376. ‖ 101. 1. XXXVI. — Triballi in Abderitarum regionem incursant et prædam agunt. Abderitis pæne oppressis forte auxilio venit Chabrias Atheniensis, mox tamen dolo peremtus. Successit Timotheus, qui novos conciliat socios, et hostes ad Leucadem prœlio fundit.

XXXVII. — Thebani Orchomenum a Lacedæmoniis occupatam oppugnant, ipsosque numero superiores vincunt. Cum hoc anno Hermeas historiam suam Siciliæ finiit.

375. ‖ 101. 2. XXXVIII. — Artaxerxes pacem inter Græcos componere studet, ut belli Ægyptiis inferendi fiant socii. Soli Thebani recusant; reliqui ineunt pacem, qua singulis civitatibus suo jure uti concessum.

XXXIX. — Tum victoria aliquot prœliis reportata, tum singularis imperatorum suorum virtus Thebanos feroces facit.

XL. — Pleræque civitates libertate insolentius abutuntur; unde novæ turbæ et seditiones exsistunt, præsertim inter Phialenses, Corinthios, Megarenses, Phliasios.

374. ‖ 101. 3. XLI. — Persæ bello Ægyptum adoriuntur, Pharnabazo et Iphicrate ducibus. Copiarum naviumque numerus. Adjungitur causa cur ducibus Persarum proprium sit tarde agere.

XLII. — Nili ostia describuntur, quæ ipsa hostium aditum difficilem reddunt. Persæ consulto prætervecti ostium Pelusium ad Mendesium appellunt, ubi expositis copiis Ægyptios in fugam agunt et castellum occupant.

XLIII. — Ulterius tetendit Iphicrates, præsertim in Memphin; sed impetum cohibuit Pharnabazi ingenium tardum. Interea amissa opportunitate Persæ infecta re domum redire coguntur. Iphicrates ob dissidium Pharnabazi iram metuens clam Athenas aufugit.

XLIV. — Iphicratis ingenium et de re militari merita describuntur.

XLV. — In Græcis civitatibus ob mutatam earum formam multæ turbæ et seditiones oriuntur; quo ipso bellum renovatur. Zacynthii in partes duas divulsi.

XLVI. — Corcyræi seditione laborant. Platææ Atheniensibus dum se tutandam tradunt, a Thebanis diruuntur. Thespiæ ab iisdem devastantur.

XLVII. — Classes Lacedæmoniorum et Atheniensium de occupanda Corcyra concertant. In Cypro Evagora rege obtruncato Nicocles regno potitus est.

373. ‖ 101. 4. XLVIII. — Ingentes terræ motus et inundationes Peloponnesum vastant; præsertim duas urbes, Helicen et Buram. Disputat historicus utrum ad solius naturæ vim an ad numinis iram referri debeant hujusmodi eventus.

XLIX. — Historicas rationes affert, unde istæ Peloponnesi calamitates explicari possint. Primo urbes Helice et Bura in aram Neptuni et legatos sacros ad eam missos impie egerant. Deinde Peloponnesus ingentes habet cavernas et subterranea flumina.

372. ‖ 102. 1. L. — Fax ingens in cœlo visa prodigii instar ad futuras Lacedæmoniorum clades refertur. Sed Chaldæi rationes astronomicas afferunt. Interea Artaxerxes nova legatione pacem inter Græcos firmat. Fœdere communi Thebani soli excluduntur, quos Lacedæmonii bello persequendos censent.

371. ‖ 102. 2. LI. — Thebani a sociis deserti Bœotiæ civitates immunes facere, Platæas autem et Thespias instaurare jubentur. Recusantibus Lacedæmonii bellum inferunt duce Cleombroto.

LII. — Castra ad Coroneam movet Cleombrotus. Thebani belli summam Epaminondæ permittunt. Prodigia Epaminondæ, quum iter ingrederetur, objecta. His non deterritus fauces ad Coroneam occupat.

LIII. — Cleombrotus exercitum per Phocidem ac Leuctra ducit. Sequuntur Bœoti. Habita deliberatione an pugna ineunda sit cum hoste numerosiore, Bœotarchæ pugnam decernunt. Militum animos, auguriorum superstitione impletos, Epaminondas fictis rumoribus prudenter regit.

A. C.|| Ol.

LIV. — Leandrias exsul Spartanus antiquum oraculum de Spartanis ad Leuctri tumulum subigendis proferre jubetur. Alia afferunt oraculorum interpretes. Ita milites ad pugnandum inflammantur. Iason Thessalus per inducias rem dirimere suadet, sed Lacedæmonii novis copiis aucti, aciem ad prœlium instruunt.

LV. — Pugnæ ad Leuctra ratio describitur. Inclinatur acies Lacedæmoniorum, horumque rex Cleombrotus occiditur.

LVI. — Pugnæ ad Leuctra exitus Lacedæmoniis exitiosus. Epaminondæ et Thebanorum eximia victoria.

370. || 102. 3. LVII. — Post pugnam ad Leuctra Thebani Orchomeniorum urbem oppugnant; ipsos, mox Phocenses Ætolosque, socios accipiunt. Iason Pheræorum tyrannus Locridem petit, Heracleam vastat, Perrhæbiam ingreditur. Argis seditio et cædes immensa scytalismo facta.

LVIII. — Plura de cæde Argivorum ob plebem exacerbatam in optimates.

LIX. — Turbæ et cædes inter Arcades excitatæ a Lycomede Tegeata.

LX. — Thessali auctore Iasone Pheræo principatum Græciæ appetunt. Hic annus fatalis erat tribus regibus, Amyntæ regi Macedoniæ, Agesipoli regi Lacedæmoniorum, Iasoni Pheræo. Duris Samius historiæ Græcæ ab hoc anno initium fecit.

369. || 102. 4. LXI. — Iasoni succedit Polydorus; huic brevi post interemto, Alexander: quem Aleuadæ advocato rege Macedoniæ ob crudelitatem Thessalorum terra expellunt.

LXII. — Lacedæmonios apud Orchomenum Arcades prœlio fundunt. Arcades Thebanis juncti Spartam invadere constituunt.

LXIII. — Lacedæmonii attritis opibus et abalienatis sociis Atheniensium auxilium implorant: hi vero pristinarum injuriarum obliti libenter subveniunt. Epaminondas in Laconicam impetum facit quadripartito agmine.

LXIV. — Quattuor Thebanorum àgmina quibus locis in Laconicam irruperint, describitur. Ischolas tertio agmini oppositus ut alter Leonidas celebratur.

LXV. — Quamvis fortiter resistensibus Lacedæmoniis Epaminondas totum exercitum ad oppugnandam Spartam convertit. Nihil proficiens, omissa urbe, terram depopulatus cum magna præda in Arcadiam se recipit. Interea Lacedæmonii contractis novis copiis ad futurum certamen instructiores sunt.

LXVI. — Epaminondas Messenen diu desolatam, nunc expeditioni suæ opportunam, summo studio instaurat. Digreditur historicus in urbis Messenæ vicissitudines, quas per modum episodii singulatim commemorat.

LXVII. — Post Thebanorum discessum Lacedæmonii et Athenienses de communi terræ marisque imperio paciscuntur. Arcades duce Lycomede Pallenen Laconicæ expugnant et inde prædam agunt. Bœoti a Thessalis advocati in Alexandrum Pheræum duce Pelopida exercitum mittunt, qui Larisam occupat. Idem regem Macedoniæ fœdere sibi conciliat.

A. C. || Ol.

LXVIII. — Arcades, Argivi, Elei Bœotos sollicitant, ut novo impetu Peloponnesum occupent. Athenienses re cognita Chabriam contra mittunt, factoque vallo eos arcent. Nihilominus Epaminondas et vallum et oppositum Lacedæmoniorum agmen perrumpit.

LXIX. — Trœzene et Epidauro relictis, Epaminondas Sicyonem et Phliuntem capit, ipsamque Corinthum petit. Sed urbem felicissime defendit Chabrias, et hostem repellit.

LXX. — Succurrunt Lacedæmoniis milites Galli et Hispani, a Dionysio missi, Corinthi expositi. Nova legatione Artaxerxes Græcos ad pacem adhortatur. Ei cuncti obsequuntur, exceptis Thebanis. Hoc tempore Euphron Sicyonios tyrannide oppressit.

368 || 103. 1. LXXI. — In Macedonia in locum Alexandri Ptolemæus Alorites rex succedit. In Bœotia post Epaminondam res gerit Pelopidas, assumto socio Ismenia. Uterque Alexandrum Pheræum conveniens, quum inopinato caperentur, Thebani autem auxilio missi includerentur, Epaminondas, tunc privatus militans, ad imperium revocatus exercitum servavit. Bœotarchis multa irrogata.

LXXII.—Causam affert historicus cur Epaminondæ imperium abrogatum fuerit. Arcades prœlio vincunt Lacedæmonii. Tum novos impetus veriti, Megalopolin condiderunt Arcades.

LXXIII. — In Sicilia Dionysius bellum in Carthaginienses redintegrat, eorumque agros invadit. Sed hi celeriter missa classe ejus conatus reprimunt. Mox Dionysius moritur: sequitur Dionysius filius.

LXXIV. — Dionysius senior Athenis carmine victor proclamatus, præ gaudio vino nimis indulgens occubuit. Oraculo ipsi prædictum erat tum moriturum cum se meliores vicisset.

367 || 103. 2. LXXV. — Alexandri Pheræi in Scotussæos facinus immane. Epaminondæ in Peloponneso progressus. Pelopidas liberatur. Chares dux Atheniensium Phliasios contra Argivos defendit, duobus prœliis victor.

366 || 103. 3. LXXVI. — Oropum Themison Eretriæ tyrannus capit. Athenienses vindicatam urbem Thebanis ut depositum tradunt. Urbs Cos in singularem tum splendorem evecta. Belli inter Lacedæmonios et Bœotos finis. Adjicitur recensus virorum doctrina excellentium.

365 || 103. 4. LXXVII. — Vix pacata Græcia disceptatio inter Arcades et Eleos de Triphylia diu agitata novum bellum parit. Arcadum socii Athenienses. In Macedonia Perdiccas rex succedit Ptolemæo Aloritæ.

364 || 104. 1. LXXVIII. — De ludis Olympicis Pisatæ cum Eleis disceptaverunt. Inita pugna Pisatæ victores abierunt, a quibus ludi administrati

A. C. || Ol. sunt. Epaminondæ exhortatio ad Thebanos ut maris imperium capesserent.

LXXIX. — Thebani naves exstruunt, socios invitant. Orchomenios, qui cum exulibus nonnullis seditionem moverant, Thebani gravissimis suppliciis afficiunt, urbemque in ditionem redigunt.

LXXX. — Thessali, bello ab Alexandro Pheræo pressi, a Thebanis opem et Pelopidam ducem impetrant. Defectus solaris prodigii instar erat. Pelopidas, quamvis victoriam consecutus, morte occubuit; Alexander vero, duobus prœliis pulsus, omnia reddere cogitur.

LXXXI. — Pelopidæ singulares virtutes resque gestæ brevi descriptione propositæ. Tunc Clearchus tyrannidem Heracleæ occupavit; Timotheus vero Atheniensium imperator Toronem et Potidæam cepit.

363 || 104. 2. LXXXII. — Dissidium inter Pisæos et Eleos ortum in bellum Græciæ commune erumpit. Principes belli partes habent *Tegeatæ*, pro quibus pugnant Bœoti duce Epaminonda; et *Mantinenses*, quorum socii sunt Athenienses et Lacedæmonii. In Arcadiam Lacedæmonii, in urbem Spartam Epaminondas incursionem facit.

LXXXIII. — Sparta fortiter defensa contra Epaminondæ acerrimos impetus.

LXXXIV. — Epaminondas subito impetu Mantineam opprimere parat, sed totam hostium vim obviam habet. Recensus copiarum ab utraque parte.

LXXXV. — Certamen atrocissimum apud Mantineam. Instructæ acies describuntur. Prœlium equestre initium facit. Bœoti ac Thessali victores.

LXXXVI. — Prœlium pedestre ad Mantineam. Victoria dubia. Tandem ad dirimendam pugnam Epaminondas ipse invehitur. Quo facto Lacedæmoniorum acies inclinatur.

LXXXVII. — Epaminondæ mors nobilissima, morientis verba gravissima.

LXXXVIII. — Encomium Epaminondæ.

LXXXIX. — Pax convenit inter Græcos, adjuncto societatis fœdere, quo soli abstinuerunt Lacedæmonii. Adjecta notitia historicorum, quorum opera hoc anno desinunt.

362. || 104. 3. XC. — Bellum post hæc gravissimum in Artaxerxem regem oritur, quod movent plures simul, Græci in Asia, satrapæ rebelles, Tachos rex Ægyptiorum, etc.

XCI. — Qui a rege Persarum defecerant, belli summam Orontæ committunt. Hic acceptis pecuniis eosdem regi prodit. Aliud proditionis exemplum Mithrobarzanis in Datamem, qui a rege defecerat, et quomodo eadem a Datame elusa fuerit.

CXII. — Alius proditor Rheomithres nova proditorum proditione cum rege in gratiam redit. Interea Tachos rex Ægypti quum ad bellum contra Persas gerendum profectus esset, proditione ejus, cui regnum administrandum mandaverat, regno exuitur. Ita deceptus ad Artaxerxem hostem confugit, a

A. C. || Ol. quo belli contra Ægyptios gerendi dux constituitur.

XCIII. — Artaxerxes moritur, cui Ochus succedit. Quo facto Tachos ad Agesilaum rediisse, hujusque virtute et prudentia regnum recuperasse dicitur. Agesilaus acceptis magnis muneribus in reditu in patriam vita defungitur.

XCIV. — Inter Arcades ob cives e Megalopoli in antiqua oppida migrantes novi tumultus orti. Hos Thebani misso Pammene cum exercitu composuerunt. Adjicitur notitia Athanæ historici Syracusani.

361 || 104. 4. XCV. — Alexander Pheræus incursiones facit in Cyclades insulas, ipsosque Athenienses duce Leosthene in Peparetho insula relictos infestat et damnis afficit. Leosthenes ob rem male gestam capitis damnatur : mittitur pro eo Chares, priore pejor. Dionysodorus et Anaxis historici. Jam Diodorus transitum parat ad proximum librum.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

I. — In prœmio Diodorus ea laudat opera historica, quæ res gestas ab initio usque ad finem plena et continua narratione proponant. Proinde annuntiat se in enarranda Philippi historia eandem methodum secuturum. Vitæ hujus regis præcipua capita, deinceps uberius explicanda, parva velut tabula indicantur.

360 || 105. 1. II. — Philippi pueritia Thebis culta, ubi obses tenebatur. Post patris Amyntæ fratrumque natu majorum obitum Philippus custodia elapsus regnum hostibus pressum multisque æmulis appetitum suscipere conatur.

III. — Animos Macedonum trepidos resque afflictas Philippus erigit et firmat cum oratione tum disciplinæ militaris emendatione. Ut Atheniensium studia eluderet, Amphipolin imperio exemit. Pæonum legatos muneribus conciliavit; Pausaniam regni æmulum a proposito depulit; Mantiam et Argæum prœlio vicit. Tum Crenides per Thasios coloniis auctæ. Notitia de Theopompo Chio.

359 || 105. 2. IV. — Pace cum Atheniensibus facta Philippus Pæones bello subigit. Jam Illyrios etiam adortus recuperatis cunctis Macedoniæ urbibus cum rege Bardyli pacem facit.

358 || 105. 3. V. — In Sicilia Dionysius junior regnum a patre acceptum desidia et inertia disperdit.

VI. — Dion, Hipparini filius, Dionysii superioris secundæ uxoris frater, ob multiplices virtutes tyranno invisus et neci destinatus, in Peloponnesum aufugit, et Corinthi naves militesque comparat, ad liberandam patriam in Siciliam transmissos.

VII. — Res coævæ commemorantur : Tauromenium condita, in Eubœa seditio orta, et a duabus factionibus Thebani et Athenienses advocati. Bellum sociale ab Atheniensibus in socios rebelles gestum.

VIII. — Philippus devictis Illyriis Amphipo-

A. C. || Ol. litanos subigit; mox Pydnam etiam et Potidæam. Crenidas e nomine suo Philippos appellat, ibique aurifodinas excolit, unde ingentes opes ad ipsum redeunt.

357 || 105. 4. IX. — Bellum Dionis in Dionysium Siciliæ tyrannum. E Zacyntho ad Minoam urbem advectum Dionem recipit Paralus, Carthaginiensium præfectus, ejus amicus. Ultro ad eum deficiunt Siciliæ populi; his se jungunt Græci ex Italia.

X. — Dionysius quamvis aciem contra instruxisset, tamen Dion, cui populus favebat, urbem Syracusas occupat.

XI. — Syracusani omnes Dionem cum summa congratulatione recipiunt. His auditis Dionysius, tum circa Cauloniam Italiæ commoratus, Syracusas redit, legatosque de componendis rebus mittit accipitque.

XII. — Intra tempus induciarum contra fidem quum Dionysius Syracusanos adortus esset, ventum est ad prœlium atrocissimum, in quo Dionis virtus eminuit, qua hostem cum magna clade in fugam egit.

XIII. — Dionysius honore cæsis habito et distributis inter milites præmiis studium pro se accendit : tunc misit qui de pace agerent. Dion autem hanc unam proponit, ut principatu abiret. Interea res in mutuis prædationibus substitit.

XIV. — In Græcia Alexander Pheræus ab uxore et fratribus occisus, qui ipsi tyrannidem effectant. Aleuadæ auxiliante Philippo libertatem Thessalis vindicant; quo ipso Philippus Thessalorum amicitiam sibi conciliavit. Adjecta notitia trium historicorum, Demophili, Callisthenis et Diylli.

356. || 106. 1. XV. — In Italia novus populus coalescit, Bruttii, e colluvie fugitivorum in Lucania collecti.

XVI. — In Sicilia Philistus Dionysii imperator Leontinorum urbe expulsus, mox summus classis prætor creatus cum Heraclide Syracusanorum navarcho mari conflictatur. Prœlio victus Philistus morte voluntaria periit. Hac re perterritus Dionysius Dioni regnum offert.

XVII. — Dionysius relictis in arce mercenariis cum thesauris clam in Italiam aufugit. Inde dissidia inter Dionem et Syracusanos, tumultus simul mercenariorum oriuntur, qui duce Dione Syracusanos prœlio fundunt. Itaque Syracusani Dionis veniam implorare coguntur.

XVIII. — Dionysius misso Nypsio cum navibus et commeatu Syracusis relictum præsidium novis auxiliis auget. Syracusani prœlio navali victoriam consecuti indulgent conviviis et languescunt.

XIX. — Hac usus opportunitate Nypsius hostem opprimit, urbem capit, et largam prædam aufert.

XX. — Consternati Syracusani Dionem advocant, qui singulari virtute et sollertia hostes ultus rem restituit et apud omnes præcipuam gratiam meruit.

XXI. — In Græcia bellum sociale continuatur. Chareti additi Iphicrates et Timotheus cum nova classe et æquato imperio. Imbrum et Lemnum aliasque insulas populantur socii rebelles. Atheniensium duces dum ad Byzantium obviam fluunt hosti, de committendo prœlio dissentiunt. Quo facto Iphicrates et Timotheus proditionis accusati imperio privantur.

XXII. — Chares Artabazo, qui tum a rege Persarum defecerat, inconsulte auxilio venit. Quamobrem regis iram veriti Athenienses, extemplo bello sociali abstinent et cum sociis pacem componunt. In Philippum Macedonem tres reges simul conspirant : Thracum, Pæonum, Illyriorum. Hos subito imparatos opprimit Philippus.

355. || 106. 2. XXIII. — In Græcia *bellum sacrum* oritur. Quum Lacedæmonii Leuctrico bello Cadmeam occupassent, et Phocenses agrum Cirrhæum operi rustico destinassent, utrisque Amphictyones multam grandem imposuerunt. Sed Philomelus Phocencis populares suos oratione permovit ut huic sententiæ parere recusarent.

XXIV. — Philomelus a Phocensibus imperator creatus, Archidamo rege Lacedæmoniorum in partes suas tracto, acceptaque ab eo pecunia, bellum movet, Delphos vi occupat, Locros finitimos prœlio fundit, Amphictyonum decreta delet et abrogat.

XXV. — Bœoti dum infesto exercitu templum recuperare decernunt, Philomelus terras occupatas munit, copias auget, Locros iterum pugna vincit, eorumque terras vastat. Tum Pythiam de exitu belli responsa dare cogit.

XXVI. — Digressio de oraculi Delphici primis originibus et institutis.

XXVII. — Pythia contra morem coacta respondet Philomelo licere quæcunque velit. Alio insuper prodigio lætus Philomelus legationes ad Athenienses, Lacedæmonios, Thebanos mittit, nuntiantes templi patrocinium, non opes quæri. Hi itaque fœdere junguntur, at Bœoti et Locrenses contra pugnant.

354. || 106. 3. XXVIII. — Ut par esset hostibus Philomelus, exactis multis pecuniis quum militum copiam conduxisset idoneam, Locros ad petras Phædriadas novo prœlio vicit. Tum vero Bœoti omnes concilii Amphictyonici socios ad bellum commune contra sacrilegos evocarunt.

XXIX. — Utriusque partis in bello Phocico socii recensentur. Adjiciuntur causæ, quæ Lacedæmonios moverunt ut Phocensibus se adjungerent.

XXX. — Hostium multitudo aucta Phocenses adegit ut sacro thesauro adhibito ampliore stipendio milites ad se allicerent. Prœlio equestri Phocenses superiores. Iidem Thessalos fundunt.

XXXI. — Captos Phocenses Bœoti ut sacrilegos capite plectunt; sed Philomelus æqua rependens hostium immanitatem coercet. Tandem Philomelus ex improviso oppressus et pulsus in locum præruptum agitur, unde re desperata se præcipitem dedit.

A. C. || Ol. Ejus locum Onomarchus occupat. Philippus Methonem et Pagasas expugnat. Leucon rex moritur; succedit Spartacus. Romani in Faliscos bellum gerunt. In Sicilia Dione occiso Callippus imperium suscipit.

353. || 106. 4. XXXII. — Bœoti victores copias domum reduxerant. Sed Onomarchus Phocenses de novo ad bellum exhortatur, et Philomeli cœpta persequitur.

XXXIII.—Onomarchus e somnio læta præsagia sumit, quod contraria potius portendebat. Ferocior itaque factus sacra templi dona in arma et pecuniam convertit : donis pœnisque socios cogit : Thronium, Amphissas, Orchomenum capit. Chæroneam obsidens a Thebanis domum repellitur.

XXXIV. — In Asia Artabazi bellum in regem Persarum continuatur. Thebani Pammenem cum auxiliis mittunt, feliciter pugnantem. Bellum Argivorum cum Lacedæmoniis. Athenienses Sestum expugnant. Cersobleptes a Philippo deficit ad Athenienses. Philippus Methonem vi capit, teli autem jactu alterum oculum amittit.

XXXV. — Philippus Thessalis contra Lycophronem et Onomarchum auxilio venit. Onomarchus aliquot prœliis victor ultimo prœlio fusus capitur et cruci affigitur.

XXXVI. — Phayllus Onomarchi successor omni vi bellum instaurat. Moritur tum Mausolus rex Cariæ, cui Artemisia succedit : item Clearchus Heracleæ tyrannus. Tusci agrum Romanum populantur. In Sicilia Hipparinus pulso Callippo regnum Syracusarum occupat.

352. || 107. 1. XXXVII. — Phayllus auctus copiis et sociorum auxiliis Bœotiam invadit, sed tribus prœliis funditur.

XXXVIII. — Philippus impeditus ab Atheniensibus quum in Phocenses tenderet, in patrium regnum rediit. Phayllus Locros Epicnemidios invadit: Bœoti Phocensium terras populantur. Morbo tandem correptus Phayllus moritur. Ei succedit Phalæcus, adjuncto curatore Mnasea. Mnaseas prœlio occisus; Phalæcus ad Chæroneam victus.

XXXIX.—Discordiæ et bella in Peloponneso inter Lacedæmonios et Megalopolitanos. Phalæcus Bœotiam, Bœoti Phocidem vastant.

351. || 107. 2. XL. — Thebani ad bellum gerendum pecunias ab Artaxerxe accipiunt. Inter Bœotos et Phocenses leves pugnæ. Renovatur bellum *Persarum in Ægyptios* ob Phœnices defectionem. Apparatus belli.

XLI — Defectionis Phœnicum causæ et prima initia. Multum vexati a satrapis regiis societatem ineunt cum rege Ægyptiorum, bellicos apparatus faciunt, Persas eorumque res infestant.

XLII. — Belesys Syriæ satrapa et Mazæus primi bellum in Phœnices movent. Hos Tennes Sidoniæ rex vicit et terra expulit. Interea Cypri reges, Persarum imperio subjecti, simul defecerant et bellum paraverant. In hos Idrieus Cariæ dynasta classem mittit ducibus Phocione Atheniensi et Evagora.

XLIII. — Artaxerxes Babylone profectus in Phœnicen tendit. Quo perterritus Tennes per Thessalionem prodendæ Sidonis et Ægypti consilia offert et approbat.

XLIV.—Græcorum civitates copiis Artaxerxem adjuvant, præsertim Thebani, Argivi etc. Interea rex Sidoni castra admovet. Apparatus Sidoniorum ad defendendam urbem describitur.

XLV. — Sidon Tennæ proditione expugnata. In victos immanis regis crudelitas. Omnes una cum urbe incendio consumti. Artemisia Cariæ regina moritur : succedit Idrieus. Romani cum Prænestinis et Samnitibus inducias et fœdus faciunt. In Sicilia Leptines et Callippus Rhegium in libertatem vindicant.

350. || 107. 3. XLVI.—Cyprus a Phocione et Evagora domita. Evagoræ fortuna varia. Artaxerxes recuperata Phœnice pergit in Ægyptum. Cum ingenti clade superat Barathra. Pugna atrocissima apud Pelusium:

XLVII. — Acies Persarum et Ægyptiorum in prœlio ad Pelusium.

XLVIII. — Nectanebus Ægyptiorum rex belli imperitus spretis melioribus ducibus imperio fungitur. Nicostratum Persæ insciis Ægyptiis, ducibus tamen Ægyptiis, per fossam transmittunt. Pugna superantur Ægyptii : quo facto Nectanebus Memphim se recipit.

XLIX. — Pelusii oppugnatio describitur. Obsessi audita regis fuga Pelusium Persis dedunt. Mentor Bubastum aliasque urbes capit divulgata fama eos salvos futuros, qui ultro se dedant.

L. — Certant Ægyptii proditione tradere urbes. Inter Bagoam et Mentorem æmulatio ac deinceps summa concordia.

LI. — Nectanebus de hostium successibus certior factus spe regni abjecta in Æthiopiam aufugit. Ita Artaxerxes tota Ægypto potitus, relicto Pherendate ejus provinciæ præside, Babylonem redit.

349. || 107. 4. LII.—Mentorem ob merita in bello Ægyptiaco rex maximis beneficiis ornat. Is reliquos etiam, qui a rege defecerant, vel reconciliat vel vi et arte subigit. Philippi res in Thracia et Thessalia gestæ. Moritur Spartacus rex Ponti; regnum suscipit Parysades.

348 || 108. 1. LIII. – Philippus pergit urbes ad Hellespontum in ditionem redigere. Olynthum aliquoties oppugnatam per proditionem capit. Inde opibus auctus plura loca auro quam armis occupat.

LIV.—Athenienses iniquo animo Philippi res gestas intuentes ejus cœptis omni modo adversantur, ad hoc instigati a Demosthene.

LV. — Philippus sollemnibus ludis, festis, conviviis, munificentia omnium animos sibi conciliat. Humanitatis exemplum erga Satyrum.

347. || 108. 2. LVI. — Bœotorum et Phocensium mutua certamina. Interea Phalæcus sacrilegii reus

A. C. || Ol. imperium amittit. Succedunt Dinocrates, Callias, Sophanes. Ulterior quæstio de sacrilegis. Vasorum et signorum sacrilegio ablatorum catalogus.

LVII. — Sacrilegii Phocici participes Athenienses, ob id jam olim a Dionysio literis incusati, nec minus Lacedæmonii.

LVIII.—Bœoti a Phocensibus admodum pressi Philippum in auxilium advocant. Phocenses apud Abas pulsi : dum ad templum fugiunt, una cum templo incendio absumuntur.

346. || 108. 3. LIX. — Phocenses nova auxilia a Lacedæmoniis accipiunt; Bœoti a Philippo, qui in Locridem movet. Phalæcus denuo imperator factus diffidens viribus Philippo sponte se dedit, et impetrata venia in Peloponnesum discedit. De pace consilia.

LX. — Pacis conditiones. *Bellum sacrum* finitum.

LXI. — Phocensium duces sacrilegi singuli ut supplicio divino vindicati : Philomelus. Onomarchus. Phayllus. Phalæcus, diuturno errore deinde jactatus, in Italiam navigat.

LXII. — Phalæci ejusque sociorum in Peloponnesum reditus. Inde stipendio conducti in Cretam transvehuntur et urbem Lyctum occupant. Lyctiis auxilio veniunt Lacedæmonii duce Archidamo.

LXIII. — Archidamus in Italiam vectus Tarentinis opem laturus prœlio perit. Phalæcus Lycto ejectus dum Cydoniam obsidet, fulminis ictu exstinguitur. Militum ejus haud dissimilis sors.

LXIV. — Civitates, feminæ etiam, impietatis in templum Delphicum commissæ participes, pœnas luunt; Philippus contra sacrorum defensor Græciæ universæ imperator evadit.

LXV. — In Sicilia Syracusani ad compescendos tumultus a Corinthiis Timoleontem imperatorem impetrant. Virtutis et æquitatis studiosus Timoleon fratrem tyrannidis appetentem obtruncaverat. Res Siciliæ Timoleon egregie defendit et restituit.

345. || 108. 4. LXVI. — Timoleontis navium apparatus, iter in Siciliam faustis omnibus lætum, igne cœlesti collustratum. Pœnis obviis Timoleon feliciter elapsus.

LXVII. — Pœnorum machinationes; socii tum alii tum Hicetas Syracusanorum princeps; copiæ et in Siciliæ urbes expeditiones.

LXVIII. — De Syracusis concertant Dionysius et Hicetas. Timoleon iterum Pœnis elapsus Tauromenium fugit, unde in Hicetam et Syracusas ex improviso impetum facit.

344. || 109. 1. LXIX. — Primum fœdus inter Romanos et Carthaginienses ictum. In Caria Idrieo succedit Ada. In Sicilia Syracusæ divisæ inter Dionysium, Hicetam, Timoleontem et Pœnos. Sed Timoleon, novis sociis et copiis auctus, Syracusis aliisque urbibus potitur. In Macedonia Philippus Illyrios domat et Thessalos sibi conciliat.

343. || 109. 2. LXX. — Dionysius abdicato imperio privatus Corinthum migrat. Quo facto Timoleon Syracusanis statum democraticum reddit, novasque leges scribit. Annui magistratus sunt Jovis Olympii amphipoli, a quibus anni numerantur.

A. C. || Ol. LXXI. — Philippus Cersoblepte devicto Thraciam regno Macedonum facit tributariam. Adjecta notitia Theopompi Chii rerum Sicularum historici.

342. || 109. 3. LXXII. — Mortuo Arymba rege Molossorum in regno succedit Alexander. In Sicilia Timoleon Leontinos et Hicetam obsidione premit; Leptinem devictum in Peloponnesum in exilium mittit.

LXXIII. — Ad sustinendos belli sumtus Timoleon Carthaginiensium agros deprædatur, multasque eorum urbes in societatem recipit. Exinde Carthaginienses novas copias in Siciliam mittunt.

341. || 109. 4. LXXIV. — Phocion Clitarchum bello vincit In Caria Ada regno expellitur a Pixodaro. Philippus Perinthum obsidione et oppugnatione gravissima premit. Obsessis Byzantini auxilia mittunt.

LXXV. — Byzantinis Persarum rex opem ferri jubet. Nihilominus Philippus oppugnandæ urbi continuo instat.

LXXVI. — Natura loci et auxilia Byzantinorum urbem maxime tutantur. Itaque Philippus copiarum partem ad Byzantium simul oppugnandum ablegat. Adjecta notitia historicorum Ephori et Diylli.

340. || 110. 1. LXXVII. — Athenienses Græcorumque alii ob Byzantium obsessum Philippo bellum inferre decernunt : quod ut declinet, obsidione abstinet. In Siciliam maxima vis copiarum Carthagine venit. Ob eam causam Timoleon cum Hiceta pacem facit.

LXXVIII. — Timoleon exhortatus suos bellum in hostico gerere parat. In ipso itinere seditionem excitat Thrasius, Phocensium olim miles.

LXXIX. — Sedata seditione et exclusis improbis in hostem movet Timoleon et forte oblato bono omine recreatus prœlium committit hostibus funestum.

LXXX. — Iterato prœlio horrida tempestas Pœnis maxime infesta fuit : quo factum ut fœdam cladem paterentur et effuse fugerent relicta ingenti præda.

LXXXI. — Præda Punica militibus a Timoleonte in præmium permissa. Pœni Lilybæum se recipiunt. Carthaginienses impetum in ipsam Libyam metuentes legatos de impetranda pace mittunt.

339. || 110. 2. LXXXII. — Timoleon Syracusas repetens Thrasium et seditiosos socios urbe expellit : Postumium piratam exstinguit. Novi coloni a Corinthiis missi. Pax cum Pœnis pacisque conditiones. Hicetam captum Timoleon morte afficit. Ubique residuos tyrannos exstirpat, novos colonos e Græcia advocat, novasque leges scribit, adhibito Cephalo Corinthio.

338. || 110. 3. LXXXIII. — Sicilia florentissima artisque operibus ornatissima describitur.

LXXXIV. — Conciliata reliquorum Græcorum amicitia Philippus, ut Græciæ imperium consequeretur, Atheniensibus inopi-

A. C. || Ol.

nato bellum infert. Athenienses consternati hortante Demosthene Thebas mittunt qui Bœotorum auxilium implorent.

LXXXV. — Bœoti pro Atheniensibus pugnant, quamvis Python eos in Philippi partes trahere conaretur. Acies ab utraque parte in Bœotia instruuntur.

LXXXVI. — Pugna ad Chæroneam committitur. Victores Macedones.

LXXXVII. — Philippum victoria elatum et insolentem Demades oratione castigat.

LXXXVIII. — Lysicles Atheniensium imperator ob cladem acceptam capitis damnatus. Lycurgi in eum oratio. Pugna eodem die inter Tarentinos et Lucanos commissa, qua Archidamus rex occubuit. Timotheus Heracleæ Ponticæ tyrannus moritur.

337. || 110. 4. LXXXIX. — Philippus, ipsa victoria auctoritate gravior factus, facile persuadet Græcis ut bellum in Persas ob violata olim templa decernerent, ipsumque summum Græciæ imperatorem crearent.

XC. — In Sicilia moritur Timoleon, cujus memoriam Syracusani honoribus singularibus colunt. Ariobarzani succedit Mithridates. Romæ Manlius de Latinis et Campanis triumphat.

336. || 111. 1. XCI. — Philippus Græcorum imperator factus præmisso in Asiam Attalo et Parmenione ipse Pythiam de bello consulit. Oraculo quamvis ambiguo lætus inter festa Cleopatræ et Alexandri regis Epirotarum nuptias celebrat. Græci hospites.

XCII. — Certamina Ægis habita : aureæ coronæ Philippo regi dono oblatæ. Neoptolemi tragœdi carmina. Pompa deorum, quibus Philippus decimus tertius accensetur.

XCIII. — Philippus rex Græcorum studiis quum sibi tutissimus videtur, in insidias familiarium incidit. Pausaniæ duo æmuli. Unus contra Pleuriam regem Illyriorum pro Philippo pugnans periit. Alter ab Attalo contumeliis affectus, quum jus contra illatam injuriam non obtineret, in ipsum regem ira est incensus.

XCIV. — Ab Hermocrate sophista insuper vana ambitione inflatus Pausanias Philippum regem, quum theatrum intraret, obtruncavit.

XCV. — Philippi regnum et ingenium brevi descriptione propositum.

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

I. — Procemio annuntiat historicus hinc historiam Alexandri M. operis fundamentum et novæ periodi normam esse futuram, ita ut rebus gestis Alexandri aliorum populorum res memorabiles sit annexurus. Ipsa periodus 12 annos complectitur.

335. || 111. 2. II. — Alexander ultus cædem patris et procurato ejus funere regni negotia suscipit. Humanus in obvium quemque, civium et externorum, præsertim Græcorum, amorem consequitur. Unum Attalum regno insidiantem Hecatæi opera usus comprehendere et tollere jubet.

A. C. || Ol.

III. — Athenienses cum Attalo consilia conferunt de vindicanda libertate : cæteri etiam Græci aliæque gentes defectionem moliuntur. Sed Alexandri prudentia in rebus difficillimis eminet.

IV. — Alexander Thessalos et Amphictyonum senatum comitate, Athenienses vi et terrore, quamvis adversante Demosthene, Persarum pecuniis conducto, permovit ut ipsum Græciæ imperatorem crearent et bellum contra Persas decernerent.

V. — Attalo in Asia interemto exercitus in fidem rediit. Belli Persici historia incipit. Regum Persiæ historia ab Ocho repetita. Exstincta regia stirpe Darius rex creatus.

VI. — Clarus erat Darius virtutis specimine in bello contra Cadusios edito.

VII. — Darius jam olim a Philippo ad bellum provocatus, expedit copias in Alexandrum, quem primo contemserat. Ante omnia Memnonem mittit cum agmine ad occupandam Cyzicum. Iter Memnonis supra montem Idam, cujus natura et memorabilia obiter describuntur. Urbs servata, sed ager vastatus. Parmenio Grynium vi capit. Callas in Troade contra Persas pugnat.

VIII. — Alexander in Thracia, Pæonia, Illyride gentes, quæ defecerant, domat : tum Thebas obsidet imperio ejus adversantes.

IX. — Thebani obstinati oblatas a rege pacis conditiones respuunt et ultima experiuntur.

X. — Thebani externo auxilio destituti prodigiisque multis territi.

XI. — Thebarum urbs oppugnata et defensa acerrime.

XII. — Advocatis denique iis, quos in subsidiis collocaverat, Alexander Thebas vi capit.

XIII. — Victorum Thebanorum animus invictus pulcherrime depingitur. Cædes atrocissima.

XIV. — Cæsorum Thebanorum captorumque numerus. E communi Græcorum consilio urbs funditus excisa, captivi autem in servitutem venditi sunt.

XV. — Alexander ab Atheniensibus postulat ut 10 oratores, qui civitatem ab ipso abalienassent, dedant. Demadis prudentia rex reconciliatus.

XVI. — Alexander in Macedoniam redux posthabitis nuptiis de bello in Persas gerendo consilia capit. Sacra et convivia ob instantem profectionem celebrantur.

334. || 111. 3. XVII. — Alexander trajicit in Asiam, et in Troade expositas copias recenset; militum numerus ducumque nomina. Læta omina apud templum Minervæ.

XVIII. — Sacris Minervæ factis sumtisque e templo armis, Alexander omnia rata habet. Persæ non audito Memnone, qui bellum in Macedoniam transferre suaserat, prœlium inituri in Phrygiam movent ad Granicum fluvium.

XIX. — Alexander ex adverso Persarum po-

A. C. || Ol. nit castra. Acies ab utraque parte instruitur. Pugna commissa ad Granicum.

XX. — Alexandri cum Spithrobata certamen singulare.

XXI. — Interfectis multis nobilissimis Persis Alexander evadit. Prœlio victi Persæ fugam capessunt. Ultra movens Alexander in Lydiam Sardes capit.

XXII. — Quum Persæ Miletum confugissent, Alexander urbem gravissima opugnatione ad deditionem cogit.

XXIII. — Classe deleta suis omnem fugæ spem adimit Alexander. Persæ Halicarnassum se recipiunt: Memnon uxorem et liberos pignoris loco ad Darium mittit.

XXIV. — Alexander Græcorum in Asia amicitia fretus Halicarnassum oppugnat.

XXV. — Atrocissimæ inter obsidentes obsessosque Halicarnassenses pugnæ.

XXVI. — Macedones, facta ex urbe excursione, aliquoties pulsi.

XXVII. — Macedones veterani subeuntes pugnam una cum fusis hostibus in Halicarnassum urbem irruunt. Quo facto Memnon relicta urbe cum suis in insulam Con trajicit; Alexander urbe omnique ad mare Asia potitur.

XXVIII. — In Lycia Marmarenses obstinato animo Alexandro se dedere recusant, incensaque urbe per media hostium castra aufugiunt.

333. || 111, 4. XXIX. — Darius Memnoni summam belli committit, qui Chio Lesbique urbibus potitus Græcorum multos in amicitiam allicit, et bellum in Europam avertere instituit. Sed Memnon morbo correptus moritur.

XXX. — Occiso etiam Charidemo Atheniensi principe viro, qui meliora sed regi ingrata consuluerat, Darius ipse belli gerendi curam suscipit.

XXXI. — Novus exercitus Persarum Babylonem convenire jubetur. Equitum peditumque numerus. Darius Babylone profectus exercitum in Ciliciam ducit uxore et liberis comitibus. Interea Alexander morbo gravissimo laborabat, quo tandem Philippus Acarnan eum liberavit.

XXXII. — In Alexandrum Lyncesten suspicio orta. His defunctus Alexander M. Parmenionem jubet regionis portas occupare. Incolæ magis in Persas propensi; sed Isso Ciliciæ urbe Alexander erat potitus.

XXXIII. — Quum Darium in propinquo esse accepisset Alexander, prœlio decertare parat. Acies instructa et pugna inita describitur.

XXXIV. — Ducum in prœlio ad Issum singularis virtus. Circa reges atrocissima pugna. Consternatis Darii equis Persarum acies turbatur et in fugam effunditur.

XXXV. — Præda in castris Darii relicta, præsertim gaza regia. Captivarum mulierum summa miseria.

XXXVI. — Capti Darii mater, uxor, liberi. Cæsorum in acie ad Issum numerus.

XXXVII. — Darius, quem Alexander persecutus erat, fuga in tutum pervenit. Matrem

A. C. || Ol. Darii anxiam et trepidantem Alexander consolatur benignoque alloquio recreat.

XXXVIII. — Singularis Alexandri humanitas in Darii matrem, uxorem, liberos, pluribus descripta et celebrata.

XXXIX. — Darius Babylonem se receperat; unde per literas æquissimas pacis conditiones Alexandro obtulit. His repudiatis duplo majorem exercitum conscribendum curavit.

332. || 112. 1. XL. — Alexander factis cæsorum funeribus recreatisque militibus bellum Ægyptiis inferre parat. Dum per Phœnicen iter facit, Tyrii conatibus ejus obstant. Inde Tyri oppugnationem Alexander aggreditur, antiqua Tyro primum diruta.

XLI. — Aggere exstructo, dum Alexander Tyro urbi appropinquat, Tyrii territi liberos, uxores, senes Carthaginem transportandos curant. Augent terrorem varii generis prodigia.

XLII. — Navibus, tormentis, telis Tyrii infestant hostem: insuper tempestas aggeris partem aufert; nihilominus Alexander opus urget.

XLIII. — Miræ varietatis machinæ describuntur, quibus Tyrii hostium tela excipiunt.

XLIV. — Clypei ahenei arena fervida repleti et a Tyriis in hostes missi. Machinæ igniferæ.

XLV.—Macedones fessi laboribus de solvenda obsidione consilia agitant: sed rex obnititur.

XLVI. — Novo impetu terra marique simul facto Alexander ipse in Tyri mœnia ascendit: alia parte aries in muro ruinam facit: itaque urbs post septem menses capitur. Captivorum numerus. Apollini Philalexandro et Herculi sacra facit rex: urbi novum regem Ballonymum præficit.

XLVII. — Memorabilis novi Tyriorum regis fortuna et pristina humilitas.

XLVIII. — Agis rex Lacedæmoniorum pro Persis in Cretam expeditionem fecerat: Amyntas in Ægyptum. Græci Alexandro, quum Gazam oppugnaret, ob victoriam apud Issum coronam auream mittunt.

331. || 112. 2. XLIX. — Expugnata Gaza Alexander in Ægyptum movet, quæ pertæsa crudelitatem Persarum ultro in deditionem venit. Facta cum Cyreneusibus amicitia, rex usque ad Jovis Ammonis templum penetrat.

L. — Ammoniacæ regionis situs, templa, palatia et memorabilia.

LI. — Templum adit Alexander. Ad propositas quæstiones quæ responsa acceperit.

LII. — Regressus in Ægyptum Alexander novam urbem Alexandriam condere parat. Ejus exstruendæ idea describitur. Postea Alexandri successores urbem multum auxerunt. His peractis Alexander in Syriam movet.

LIII. — Darius ut Alexandrum adventare audivit, ad pugnam committendam omnia instruit. Copiarum numerus. Babylone

A. C. ‖ Ol.

profectus versus Ninum iter facit, et prope Arbela castra ponit.

LIV. — De novo oblatam pacem et promissas conditiones amplissimas ut Alexander accipiat, Parmenio suadet. Sed iis omnibus repudiatis rex infesto exercitu Dario obviam venit. Conjux Darii moritur.

LV. — Darius instruit aciem, et Mazæum ad custodiam fluminis ablegat. Alexandri ejusque exercitus per Tigrim transitus perdifficilis.

LVI. — Alexander, ob hostium multitudinem sollicitus, somno recreatur.

LVII. — Macedonum acies instructa describitur.

LVIII. — Prœlium ad Arbela committitur. Currus falcati primum in Macedones impetum faciunt. Sed facto clypeorum strepitu equi consternati quadrigas plurimas falcatas retro in suos vertunt. Reliquæ tamen stragem ediderunt fœdam.

LIX. — Equestris ad Arbela pugna. Cedunt Macedones. Cadusii et Scythæ in ipsa Macedonum castra penetrant, prædam agunt, captivas abducunt. Sisygambis Darii matris eximia constantia.

LX. — Alexander novo impetu in Darium ipsum invectus, aurigam profligat. Inde vulgato rumore Darium cecidisse, Persæ in fugam convertuntur.

LXI. — Darius nube pulveris tectus salvus evasit. Persarum fugientium ingens clades secuta. Cæsorum numerus.

330. ‖ 112. 3. LXII. — Græcæ civitates crescentem victoris Alexandri potentiam suspectam habent. Itaque, Antipatro in Thracia bello contra Memnonem occupato, Lacedæmonii opportunitate usi pro libertate bellum movent. Regem Agidem imperatorem creant.

LXIII. — Antipater, composito in Thracia bello, in Peloponnesum advolat, prœlioque hostes fundit. Agidis mors memorabilis.

LXIV. — Darius fuga in satrapias superiores, et quidem Ecbatana se recepit, ut novas copias ibi tutius colligeret. Alexander, Arbelis præda capta ingenti, Babylonem ducit, ubi provincias recens occupatas ordinat.

LXV. — Alexander Babylonem profectus in ipso itinere novas ex Europa copias recipit. Inde in Sittacenam regionem progressus, in re militari nonnulla melius instituit : deinde in Susianam movet, Susasque ultro in deditionem accipit.

LXVI. — Gaza regia Susis inventa describitur. Darii mensa Alexandri pedibus subdita eunucho lacrimas movet.

LXVII. — Susis relicta Darii matre cum liberis, Alexander Pasitigrin transit, et superatis per angustam viam rupibus cunctis per Uxianam regionem urbibus potitur.

LXVIII. — Alexander versus Persiam usque ad Susiades petras progressus, dum angustias ab Ariobarzane obsessas perrumpere conatur, cum ingenti clade repellitur. E captivis unum alia via secutus angustias superat et Ariobarzanem opprimit.

A. C. ‖ Ol.

LXIX. — Alexander Persepolin contendens literas a Tiridate accipit, qui urbem tradere pollicetur. Græci captivi fœde mutilati ad 800 regi obviam facti, ejus misericordiam movent.

LXX. — Persepolis vi capta et vastata, viri trucidati, opes ingentes direptæ, feminæ in servitutem redactæ.

LXXI. — Arx regia Persepolis exemta a præda. Magna auri argentique vis hic custodita in belli usus in alia loca transvecta. Arcis ipsius descriptio.

LXXII. — Victoriam Alexander festis et comissationibus celebrat, inter quas vino inebriatus et Thaidis exhortatione impulsus arcem regiam incendio delet.

LXXIII. — Alexander urbes Persiæ subigit, et castra in Darium movet, qui Bactra confugerat. Sed Bessus regionis satrapa Darium ante Alexandri adventum dolo captum obtruncat. Lacedæmonii per Antipatrum victi missa legatione regis clementiam implorant.

329. ‖ 112. 4. LXXIV. — Bessus in Bactrianam elapsus populo libertatis vindicandæ auctor est, et rex creatur. Alexander suos, qui Dario occiso reditum in patriam parabant, oratione donisque ad novam expeditionem concitat.

LXXV. — Alexander ulterius progressus castra ad urbem Hecatompylum collocat. Iter in Hyrcaniam describitur. Maris Caspii et Hyrcaniæ memorabilia.

LXXVI. — In Hyrcania duces Persarum multi Alexandrum sectantur : Græci, qui in Darii exercitu militaverant, socii fiunt. His auctus Mardorum regionem vi occupat et devastat. Regius equus ibi furto ablatus, sed restitutus.

LXXVII. — Thalestris reginæ ad Alexandrum aditus, rogantis ut maximus regum cum maxima mulierum liberos procrearet. Tum primum rex Asiaticorum more luxuria et voluptate diffluere cœpit.

LXXVIII. — Bellum a Satibarzane et Besso in Macedones motum Alexander celerrime opprimit. Provincia subacta, Alexander ex Hyrcania bellum in Drangenen transfert.

LXXIX. — Summum Alexandro periculum imminebat, facta a Dimno aliisque in ejus vitam conspiratione. Regi insidias aperit Cebalinus. Dimnus, habita quæstione, mortem sibi ipse conscivit.

LXXX. — Conjurationis in Alexandrum conscii, inque his Parmenio, supplicio afficiuntur.

LXXXI. — Alexander castra in Arimaspos movet, postea Evergetas dictos. His et Gedrosiis Tiridatem præficit. Simul Erigyum et Stasanorem contra Satibarzanem mittit. Ipse Arachosiam subigit.

328. ‖ 113. 1. LXXXII. — Alexander ulterius in Paropamisadas progreditur. Regionis Paropamisadarum descriptio. Totam occupat rex.

LXXXIII. — Montis Caucasi s. Paropamisi memorabilia et prope eum exstructæ urbes. Hinc Alexander in Bactrianam digreditur ad opprimendum Bessum. Satibarzanem

A. C. || Ol.

Erigyius certamine singulari victum occidit. Bessum captum Alexander Darii fratri supplicio afficiendum tradidit.

LXXXIV. — Regina quædam Alexandro munera mittit. Mercenarium militem, postquam e fœdere urbe (Massaca) exierat, Alexander contra datam fidem persecutus ingenti cæde prostravit.

LXXXV. Expugnatis pluribus Indiæ urbibus Alexander rupem inaccessam Aornum oppugnare ausus est. Duce sene quodam indigena montis fastigium assecutus, barbaros qui eo confugerant depulit, et petram occupavit.

LXXXVI. — Ulterius progressus Alexander obvium habuit Aphricem cum exercitu, mox a suis occisum : deinde Indo flumine trajecto Mophin Taxilis filium, qui se regnumque Alexandro in fidem tradidit.

327. || 113, 2. LXXXVII. — Alexander in Porum movit, quocum Embisarus copias junxerat. Instructa elephantorum acies urbis speciem præbuit.

LXXXVIII. — Prœlium cum Indis commissum describitur. Elephantorum commoda et incommoda. Poro vulneribus confecto Indi in fugam aguntur.

LXXXIX. — Cæsorum Indorum numerus. Factis Soli sacris Alexander classem in futuros usus comparat, duasque ibi urbes condit. Poro ob virtutem regnum restituit.

XC. — Obiter commemorantur regionis Indicæ singularia : simiarum varietas et venatio; arborum novæ species; serpentum varia genera.

XCI. — Novæ Alexandri expeditiones : in Pori e fratre nepotem; in Adrestas; in Cathæos; in Sopithæ regnum.

XCII. — Canes miræ magnitudinis a Sopithe dono missi.

XCIII. — Phegei regnum Alexander in fidem recipit, et ad Hypanin fl. usque pervenit. Inde Præsiorum et Gandaridarum gentes subigere parat.

XCIV. — Tum alia impedimenta tum militis tædium Alexandrum ab ulteriore expeditione suscipienda deterruerunt.

XCV. — Facto itineris termino, Alexander aras exstruit et castra triplo majora, expeditionis monumentum. His peractis retro movet ad Acesinem fl., ubi naves fabricatas et nova e Græcia auxilia invenit. Urbes ad flumen conditas Nicæam et Bucephalam appellari jubet.

XCVI. — Alexander ad confluentem Acesinæ et Hydaspis progressus divertit ad Siboas. Agalassenses prœlio vincit.

XCVII. — Ad confluentem Hydaspis et Indi delatus Alexander in maximum naufragii periculum incurrit.

XCVIII. — Transitus Alexandri per Oxydracas et Mallos, tunc maxime bello interno occupatos. Alexander temerario ausu primus in aliquam eorum urbem irrumpit, et in ipsa mœnia ascendens jaculis petitur.

XCIX. — Alexandrum saltu delapsum in hostis urbem et graviter vulneratum sui subvenientes ex hostium manu ægre eripiunt. Peucestes regis servator. Ingens in urbe cædes. Coloniæ Græcorum in Bactriana et Sogdiana rebelles.

A. C. || Ol.

C. — Ob servatum Alexandrum regem sacra et epulæ celebrantur. Inter epulas Coragi et Dioxippi certamen singulare. Victor Dioxippus.

CI.—Dioxippus ob victoriam invidia oppressus sua se manu occidit, scripta ante ad Alexandrum epistola.

CII. — Alexander navigationem continuat, et obvios populos vel in fidem recipit vel vi subigit : Sambestas; Sodras et Massanos; Musicani regnum; Porticani ditionem; Sambi regnum Brachmanumque oppida.

CIII. —Postrema Brachmanum urbs Harmatelia memorabilis facta telis veneno serpentum tinctis. Misera sors militum iis vulneratorum describitur. Regi per somnum oblata herba, qua Ptolemæum multosque alios sanavit.

CIV. — Quum ad Oceanum usque perventum esset, Alexander retro vehitur ad Tauala oppidum, alteram Spartam. Classem Alexander oram legere jubet usque ad Euphratis ostia; ipse pedestri itinere multos peragrat populos : Arbitas et Gedrosios, Oritas, ubi Alexandriam urbem exstruxit.

CV. — Oritarum singulares funerum ritus. Gedrosiorum fera et agrestis vita. Carmania deserta, ubi et summa inopia et Oritarum incursio ægre sustinenda erat.

CVI. — Superatis incommodis locis, in regione lætiore copias recreat Alexander, duces improbos castigat, mercenarios malæ fidei dimittit. Salmunte urbe maritima incidit in eos, qui cum classe missi erant, renunciantes quæ vidissent.

CVII. — Classis Alexandri repetit Oceanum. Alexander ad Susianos fines progreditur. Calanus, philosophus Indus, vitæ pertæsus in rogo moritur. Alexandri nuptiæ cum Statira Susis celebratæ.

CVIII. — Alexander recipit 30000 juvenum Persarum ad artem bellicam exercitatorum. Harpali, qui provinciæ et thesauris Babyloniæ præerat, peculatus, vita voluptuosa, fuga atque mors. Demosthenes ejus largitione corruptus.

CIX. — Copia redeundi in patriam exulibus ab Alexandro data (conf. XVIII, 8.), militiæ vacatio ætate provectioribus : in seditiosos severissime animadversum.

326. || 113, 3. CX. — Imminutæ Alexandri copiæ multis augmentis explentur. Susis profectus rex iter persequitur per Caras, Sittam, Sambana, Celonas, Bagistanen et vicinam regionem : denique Ecbatana Mediæ attingit, ubi diutius subsistit. Hic Hephæstio moritur, cujus corpus Babylonem defertur.

CXI. — In Græcia tumultus orti a dimissis in Persia mercenariis, ad Tænarum Laconiæ congregatis, duce Leosthene. Alexander ipse bello in Cossæos occupatus, qui ejus imperium respuebant.

325. || 113, 4. CXII. — Subactis Cossæis Alexander Baby-

A. C. || Ol.

lonem se recipit, contemtis Chaldæorum vaticiniis.

324. || 114, 1. CXIII. — Babylone convenerunt undique legati, quos Alexander in classes divisos ex ordine in colloquium admittit.

CXIV. — Auditis legatis Alexander Hephæstionis funus quanto apparatu poterat celebrare instituit; amoris in eum alia argumenta, simul nova mortis prodigia produntur.

CXV. — Funeris Hephæstionis apparatus describitur.

CXVI. — Alexander otioso et magnifico vitæ generi vacat. Sed crebra prodigia instantis mortis metum injiciunt.

CXVII. — Epulæ a Medio apparatæ et Herculaneus scyphus Alexandro fatales erant. Morbo gravissimo correptus Alexander moritur. Moribundi sermones et instituta.

CXVIII. — Multi suspicati Alexandrum per Antipatri filium veneno esse exstinctum. Sisygambis, Darii mater, ob luctum inedia moritur.

LIBER DUODEVICESIMUS.

I. — Prooemium. Veterum doctrinam, animos sub exitum ex hac vita futura prævidere, Alexandri M. exemplo illustrat, et verba regis moribundi ad eventum quem habuerunt applicat. Certamina maxima amicorum sunt secuta, quorum historiam hic liber continet. Spatium temporis est 7 annorum.

II. — Prima de imperio Alexandri administrando dissidia dirimit phalanx pedestris, Arrhidæo Philippi filio rege creato, Perdicca autem regni procuratore constituto.

323. || 114, 2. III. — Provinciæ singulis ducibus assignatæ recensentur.

IV. — Cratero mandata regisque defuncti decreta alia in commentariis perscripta in deliberationem veniunt. Proposita regis e commentariis singulatim referuntur. Placuit omnia antiquari. Milites seditiosi 30 et Meleager in supplicium rapti. In Græcos, qui in superiore Asia defecerant, Pytho missus.

V. — Provinciarum regni Macedonici descriptio geographica: Asiæ provinciæ septemtrionales.

VI. — Provinciæ Asiæ australes.

VII. — Græci rebelles invito Pythone cæsi.

VIII. — In Europa Athenienses in Antipatrum bellum Lamiacum movent. Causa erat edictum de reditu exsulum, jussu regis in conventu Olympico promulgatum. Ætoli et Athenienses eo graviter offensi.

IX. — Athenienses audita Alexandri morte adjuti Harpali pecunia duce Leosthene bello communi libertatem Græciæ contra Macedones tueri parant.

X. — Apparatus Atheniensium ad bellum contra Antipatrum et legatio ad civitates Græcorum missa.

XI. — Recensus sociorum belli contra Antipatrum gesti. Bœoti Macedonum partibus se adjungunt.

A. C. || Ol.

XII. — Antipater Alexandri in Europa imperator coactis copiis obnititur; sed prœlio victus Lamiam in Thessalia confugere cogitur.

XIII. — Leosthenes Antipatrum inclusum obsidione tenet; sed facta eruptione commissoque prœlio Macedones vincunt, et Leosthenes ipse cadit. Tum Demosthenes exilii pœnam subiit. In Leosthenis locum successit Antiphilus.

XIV. — Ptolemæus Ægypti satrapa cum Antipatro fœdus contra Perdiccam jungit. Lysimachus in Thracia Seutham regem bello impugnat. Inter hæc Leonnatus ex Asia in Europam trajiciens auxiliis adjuvat Antipatrum.

XV. — Græci soluta Lamiæ obsidione Leonnato infesti obviam eunt. Prœlio equestri Leonnatus fusus et occisus. Victos colligit Antipater, et in tutum se recipit. Sed maris imperium obtinet classis Macedonica, duce Clito duplici prœlio victrix.

XVI. — Perdiccas bello subigit Ariarathen. Cappadociæ satrapia Eumeni Cardiano tradita. Antipater per Craterum e Cilicia venientem novis copiis auctus.

XVII. — Græci nimis securi facti in Thessalia prœlio victi pacem petunt. Singulæ civitates singularem pacem consequuntur, exceptis Ætolis et Atheniensibus.

XVIII. — Athenienses vi coacti Demadem de pace impetranda mittunt. Antipater in fidem recepit Atheniensium civitatem, eamque in meliorem formam transmutavit, relicto præfecto cum præsidio. Ita finito *bello Lamiaco* Antipater et Craterus redeunt. Samii in libertatem mox vindicati.

XIX. — Sensim contrahitur bellum Cyrenaicum, cujus causas altius repetit historicus. Remotior causa erat Thibro, qui Harpalo interfecto ejus copiis potitus in Cyrenæorum agrum trajecit, et hos sibi obnoxios reddidit.

XX. — Mnasicles, ex Thibronis ducibus unus, quum defecisset ad Cyrenæos, Thibro multiplici clade affectus est.

XXI. — Bello varia fortuna continuato diutius, tandem Ptolemæus advocatus Thibronem bello vincit, et Cyrenæos duce Ophella in potestatem suam redigit.

XXII. — Pisidiæ duas urbes, Larandensium et Isaurensium, ob seditionem Perdiccas infesto agmine oppugnat, et eversas militibus relinquit diripiendas.

XXIII. — Perdiccas duplici matrimonio simul Antipatri amicitiam, simul regni adipiscendi spem confirmare studet. Antigonus insidiarum gnarus, ne a Perdicca opprimeretur, in Europam aufugit et cum Antipatro se conjungit.

XXIV. — Antipater et Craterus tum maxime in Ætolos moverant, e bello Lamiaco residuos, vi subigendos.

XXV. — Ætolos pæne victos tenuere, cum Antigoni adventu interrumperentur. Edocti de Perdiccæ dolis cum Ætolis pacem componunt, et de societate cum Ptolemæo contra Perdiccam jungenda consilia ineunt. Perdic-

A.C. || Ol.

cas ipse constituerat Ptolemæo bellum inferre.

322. || 114, 3. XXVI. XXVII. — Funus Alexandri, Arrhidæi cura Babylone in Ægyptum deducendum. Loculus et currus cum ornamentis describitur.

XXVIII. — Pompa comitum in funere Alexandri. Ptolemæus cum exercitu obviam venit. Funus Alexandriæ repositum cum exsequiarum magnifico apparatu.

XXIX. — Perdiccæ in Ægyptum expeditio. Eumenes cum Alceta et Neoptolemo ad Hellespontum Antipatro et Cratero oppositi. Sed Neoptolemus ad Antipatrum deficit. Antipater contra Perdiccam, Craterus cum Neoptolemo adversus Eumenem movet.

XXX. — Prœlium in Cappadocia committunt Craterus et Eumenes. Craterus in dextro cornu decertans occumbit, ejusque agmen funditur.

XXXI. — In sinistro Crateri cornu obtruncatur Neoptolemus.

XXXII. — Eumenes victor occisis duobus ducibus victos in fidem recipit, qui tamen ad Antipatrum aufugiunt.

XXXIII. — Perdiccæ transitus in Ægyptum. Apud Pelusium castra metatus multos e suis amittit, qui ad Ptolemæum deficiunt. Inde ad castellum Camelorum progreditur Perdiccas.

XXXIV. — Castelli Camelorum oppugnatio a Perdicca suscepta acerrima quidem, eadem tamen elusa. Castra transfert Perdiccas per medium amnem in insulam Nili.

XXXV. — Transeundi per Nilum summa difficultas, qua Perdiccæ agmen in summum vitæ discrimen deductum est.

XXXVI. — Milites abalienati a Perdicca magno numero ad Ptolemæum transeunt: equites autem facta conspiratione Perdiccam occidunt. Summum imperium cum regum tutela Pythoni et Arrhidæo permissum.

XXXVII. — Post Perdiccæ mortem demum affertur nuntius de Eumenis victoria. Hunc cum sociis Macedones capitis damnant. Attalus, qui Perdiccæ classi præerat, Tyrum petit.

XXXVIII. — Ætoli absente Antipatro in Thessaliam incursionem fecerunt. Thessali coacti, ut adversus Antipatrum militarent. Sed Ætoliam vicissim invasere Acarnanes. Dum redeunt Ætoli ad tuendam patriam, Polysperchon recuperat Thessaliam.

XXXIX. — Arrhidæus et Pytho cum regibus in Syriam progressi tutela se abdicant. In eorum locum successit Antipater. Is facta nova provinciarum divisione, Antigono autem exercitus regii imperatore creato, cum regibus in Macedoniam rediit.

XL. — Antigonus cum exercitu in Cappadociam ablegatur ad Eumenem bello opprimendum. Conserto prœlio Eumenes propter Apollonidis proditionem fœdam accipit cladem.

XLI. — Antigonus Eumenem, qui Noram confugerat, relicto præsidio clausum tenet. Simul nova consilia in ipsum Antipatrum capit.

A.C. || Ol.

-- XLII. — Eumenis singularis constantia.

XLIII. — Ptolemæus, profligato Perdicca tutior, ultra Ægyptum, Syriam et Phœnicen in ditionem suam redigit. (*Lacuna.*)

319. || 115. 2. XLIV. — Post Eumenem victum Antigonus Alcetam et Attalum aggredi constituit. Primo contra Alcetam in Pisidiam movit. Venit ad pugnam equestrem, qua Alcetas accepta magna clade ægre defunctus ad peditum agmen aufugit.

XLV. — Inito novo prœlio Attalus capitur; Alcetas autem Termessum confugit, ubi Pisidiæ eum tuentur.

XLVI. — Diu recusantes Pisidæ quod Antigonus postulasset, tandem Alcetam, sibi mortem consciscentem, quum caperetur, mortuum Antigono tradunt.

XLVII. — Juventus Termessensium exacerbata in urbe tumultus et in Antigonum excursiones facit. Antigonus in Phrygiam concedit, ubi nuntiatur Antipatrum vita functum esse.

XLVIII. — Res extremæ Antipatri: Demadem Atheniensium ad ipsum legatum ob cognitas insidias suplicio affecit; Polysperchontem summum ducem regumque tutorem, filium autem Cassandrum chiliarchum constituit.

XLIX. — Cassander principatum appetens patris constitutionem reprobat, et cum Ptolemæo aliisque arma consociare parat. Polysperchon vero imperium ac tutelam adit, et Olympiadem ex Epiro revocat.

L. — Antigoni ad Eumenem legatio, et inita consilia, ut summum in Asia imperium arriperet.

LI. — Arrhidæus Phrygiæ satrapes, ut sibi contra Antigonum prospiceret, Cyzicum vi occupare conatur; sed Cyzicenorum dolis circumventus infecta re redire cogitur.

LII. — Antigonus Cyzicenos in suas partes trahere studens simili modo eluditur: mox in Arrhidæum copias mittit; ipse Ephesum per proditionem capit, pecuniamque regiam e Cilicia in Macedoniam transvehendam intercipit.

LIII. — Ad Eumenis res persequendas historicus redit. Mirabile hominis ingenium et mirabilis fortuna describitur, qua ex obsidione diuturna liberatus est.

LIV. — In Europam transit historicus. Cassander, consiliis per speciem venationis diu dissimulatis, tandem clam Macedonia relicta in Asiam transmittit, et belli in Polysperchontem gerendi societatem cum Antigono jungit.

LV. — Polysperchontis deliberatio de bello in Cassandrum gerendo. Ante omnia constituit Græcas civitates reddita libertate sibi conciliare.

LVI. — Literæ regiæ per Polysperchontem ad Græcorum civitates datæ.

LVII. — Alia Polysperchontis instituta et

A. C. ‖ Ol. edicta. In partes regias Eumenes quoque singularibus literis vocatur.

318. ‖ 115, 3. LVIII. — Pecuniæ et copiæ Eumeni promissæ. Olympiadis ad eundem literæ. His acceptis Eumenes regiæ stirpi fidem addixit.

LIX. — Eumenes e Cappadocia in Ciliciam profectus ubique singulari studio excipitur. Ingens fortunæ conversio in eo conspicua.

LX. — Instabili fortuna cautior factus Eumenes nova fortuna modeste uti cœpit, ministerium non principatum affectans. Alexandri manes in regio solio adorare et consulere suadet.

LXI. — Consilia publica ducum Eumenis ad solium Alexandri regis velut præsentis habita. Dimissi quoque amici fidelissimi ad militem novis stipendiis conducendum.

LXII. — Ptolemæi et Antigoni invidia in Eumenem exarsit. Uterque argyraspides ad defectionem sollicitabat, aliisque insidiis Eumenem, nullo tamen successu, petebat.

LXIII. — Argyraspides aliosque Macedones, Antigoni literis pæne abalienatos, Eumenes sermone reconciliat et confirmat. Inde in Phœnicen contendit remque nauticam reparat.

LXIV. — Nicanor a Cassandro Munychiæ præfectus dolo occupat Piræeum, et Cassandri partes tuetur.

LXV. — Nicanor Olympiadis literis Munychiam et Piræeum Atheniensibus reddere jussus, rem procrastinat. Interim Polysperchon utrumque portum per Phocionis proditionem in suos usus occupat. Athenienses in Phocionem aliosque gravissime animadvertunt.

LXVI. — Phocion et exules alii ad Macedones confugiunt; sed a Polysperchonte Atheniensibus traduntur. Turbulentum de Phocione judicium.

LXVII. — Phocion sontesque reliqui ad supplicium rapti.

LXVIII. — Cassander classe advectus Piræeo potitur. Qua re motus Polysperchon exercitum in Græciam ducit: in Attica relinquit Alexandrum filium, ipse in Peloponnesum transit ad subigendos Megalopolitanos.

LXIX. — Cassander Salaminios obsidere cœpit, repulsus tamen interventu Polysperchontis. Polysperchon Peloponnesum reliquam quum ad obsequium adegisset, Megalopolin obsidendam statuit.

LXX. — Cuncta Megalopolitanorum civitas ad muniendam urbem conversa. Urbs oppugnata acerrime, defensa fortissime.

LXXI. — Elephantorum immissorum impetu Damidis singulari sollertia retuso, irrita facta Megalopolis urbis obsidio.

LXXII. — Polysperchon Clitum cum classe in Hellespontum mittit, qui prohibeat ne copiæ ex Asia in Europam transvehantur. Eodem Nicanor cum classe a Cassandro missus. Committitur prœlium, quo Clitus vincit. Sed mox succurrit Antigonus, qui Clito ingentem cladem infert.

LXXIII. — Antigonus animo viribusque auctus, imperium maris et Asiæ affectat. Ideo Eumenem insequendo urget, qui multo labore in Persiam se recipit.

LXXIV. — Polysperchon ob acceptam apud Megalopolin cladem evilescit. Græcæ civitates in Cassandri partes transeunt, præsertim Athenienses. Pacis cum Cassandro initæ conditiones.

LXXV. — Nicanor ab expeditione in Piræeum reversus a Cassandro e medio tollitur. Cassander in Macedoniam movet; multique ad ipsum deficiunt, Polysperchontis socordiam indignati.

LIBER UNDEVICESIMUS.

I. — De causis oppressæ libertatis et invectæ tyrannidis præfatus Diodorus, transitum parat ad Agathoclis Syracusarum tyranni historiam, vel maxime hoc libro enarrandam. Adjicitur chronologica ratio.

317. ‖ 115, 4. II. — Agathoclis natales portentosi. Thermis in Sicilia natus a patre Carcino ob somnium exponitur, patreque inscio a matre in domo fratris Heraclidis servatur. Septennem recipit pater, et Syracusis figulinam docet. Portentum novum eum insignem facit.

III. — Damas nobilis Syracusanus primus Agathoclem fovit, et ad dignitatem militarem evexit. Militabat deinde inter Syracusanorum auxilia, Crotoniatis contra Brutios missa. Agathocli virtutis præmia pugnis parta invidet Sosistratus.

IV. — Offensus Agathocles ad tempus patria abstinet. Postea Sosistrato in exilium misso reversus in patriam rebus in bello strenue gestis magnam consecutus est famam.

V. — Ob affectatæ tyrannidis suspicionem et instans mortis periculum Agathocles aufugit, et privatus exercitum cogit: mox invitatus in patriam redit et imperator pacisque custos constituitur.

VI. — Agathocles exercitu potitus aucta factione ususque alia multiplici opportunitate primo senatum 600 virorum per insidias obtruncat, deinde bonis eorum prædæ datis vilissimum quemque sibi amicum facit.

VII. — Agathocles cædibus urbem implet.

VIII. IX. — Agathocles vi atque dolo civitatis principatum solus obtinet.

X. — Romani cum Samnitibus bellum gerebant, Crotoniatæ cum Bruttiis, et cives cum civibus.

XI. — Olympias in Macedoniam redux et Philippum et Eurydicen vita privat multosque simul Cassandri amicos.

XII. — Res in Asia gestæ. Eumenes hiberna apud Caras Babyloniæ habuit, ubi Python et Seleucus ei maxime adversabantur. Maximis insidiis Eumenes ad Tigrin circumventus.

XIII. — Tandem Tigrin transgressus et in Susianam delatus Eumenes superiorum

A. C. || Ol.

provinciarum satrapas in auxilium vocat.

XIV. — Satrapæ Asiæ superioris tum maxime exercitus contra Pythonem coactos habebant. Summum imperium gerebat Peucestes Persidis satrapa. Adduntur copiarum numeri.

XV.—Cunctæ satraparum copiæ quum in Susiana Eumenianis se junxissent, fit contentio de summo imperio; quam controversiam Eumenes diremit ita ut consessus ducum habendos proponeret. Junctum satraparum agmen Antigonum a bello Eumeni inferendo avertit.

XVI. — Attalus ceterique captivi [conf. XVIII, 45.] e custodia elabi conantur; sed circumventi rursus in custodiam redeunt.

316. || 116, 1. XVII. — Antigonus inita societate cum Seleuco et Pythone movet in Eumenem; hic autem ad Tigrin occurrit, totamque fluminis ripam præsidiis firmat, acceptis e Persia auxiliis. Persarum nuntii celeres in speculis collocati obiter describuntur.

XVIII. — Antigonus Susa pervenit; inde ærumnoso itinere ad Copraten fl. progressus partim navium penuria partim Eumenianorum impetu in summum incurrit discrimen.

XIX. — Antigonus per infestas Cossæorum terras cum multiplici clade in Mediam iter flectit.

XX. — Antigonus in Media exercitum ab ærumnis recreat, novisque eum militibus auget.

XXI. — Cognito Antigoni in Mediam adventu ortoque inter socios dissidio Eumenes ad tutandas superiores satrapias in Persiam se convertit.

XXII. — Peucestes Persidis satrapa exercitum sociorum magnificis epulis excipit, Alexandroque et Philippo ut diis sacrum instituit, principatum scilicet affectans.

XXIII. — Peucestæ superbiam Eumenes fictis de recuperato ab Olympiade regno rumoribus reprimit.

XXIV. — Eumenes simul comitate, simul pecuniis mutuum sumtis velut pignore omnium animos obstrictos tenet. Interea nuntius advenit Antigonum e Media in Persiam movere. Extemplo Eumenes hosti obviam progressus in medio itinere morbo ad aliquot dies retardatur.

XXV. — Quum hostem Eumenes assecutus esset, locorum situs prœlium non admisit. Antigonus vero Macedones ab Eumenis partibus avertere studet; vano tamen conatu.

XXVI. — Eumenes conjectans hostem spectare Gabienen regionem opulentam, eo clam occupat iter. Subsequitur Antigonus. In Parætacene subsistendum erat.

XXVII. XXVIII. — Numerus copiarum Antigoni. Instructa acies Eumenis describitur.

XXIX. — Acies disposita Antigoni.

XXX. — Prœlium acerrimum inter Eumenem et Antigonum.

XXXI. — Victoria anceps.

XXXII. — Defunctus prœlio Antigonus exercitum in Mediam abduxit, ut suos largiore victu et quiete reficeret. Similiter Eumenes suis quietem concessit.

A. C. || Ol.

XXXIII. — Memorabile duarum ex India matronarum de obeunda in funere mariti morte certamen.

XXXIV. — Victrix junior uxor conjugis se flammis superjicit, et cum eo crematur. Peracto funere Eumenes agmen in Gabienen ducit.

XXXV. — In Europa Cassander relicta Peloponneso in Macedoniam contra Olympiadem movet. Olympias Aristonoum cum exercitu ei obviam mittit.

XXXVI. — Cassander Olympiadem Pydnæ obsessam tenet. Simul ab una parte Æacidam regem Epirotarum, ab altera Polysperchontem, auxilio venturos, arcet.

XXXVII. — In Asia Antigonus suscepto per deserta laborioso itinere Eumenem ex improviso opprimere instituit. Sed agrestes adhibitis camelis dromadariis rem prænuntiant.

XXXVIII. — Eumenis consilia ad cogendas copias et retardandum hostem.

XXXIX. — Antigonus quum in propinquo esset, in elephantorum agmen inopinato impetum facit, quem eludit Eumenes. Jam vero ab utraque parte acies instruitur.

XL. — Antigoni acies. Eumenis acies.

XLI. — Argyraspidum præco ad phalangem Antigoni præmissus. Plerique sexagenarii et septuagenarii.

XLII. — Pugna elephantorum et equestris. Eumeniani funduntur.

XLIII. — Pugna pedestris argyraspidum insignis virtute. Sed Antigonus instat equitatu. Tandem Macedones indignantes Peucestæ segnitiam et Eumenis discordiam sponte ad Antigonum deficiunt, ipsumque Eumenem captum hosti tradunt.

XLIV. — Cum alios duces tum Eumenem Antigonus supplicio affecit. His peractis in Mediam rediit, castra habens apud Ecbatana et in eparchia Rhagæ terræ motibus clara.

XLV. — Obiter diluvium ingens commemoratur, quo Rhodus per id tempus vastata est.

XLVI. — Pythonem res novas molientem Antigonus ad se vocatum trucidat. Tum sumto Ecbatanis argento in Persiam tendit.

XLVII. — Dum in itinere erat Antigonus, Eumenis et Pythonis socii rebellant; multitudine tamen oppressi partim cæsi partim capti sunt.

XLVIII. — In Persia Antigonus regio honore cultus satrapias inter amicos distribuit; præter opes Susianas ingentem pecuniarum vim recipit.

XLIX. — In Europa, Pydnæ obsidio eo continuata ut Olympias cum ceteris obsessis inopiæ famisque mala omnia toleraret.

L. — Obsessorum Pydnæorum multi ad Cassandrum transfugiunt. In summa angustia Olympias navi aufugere conata capitur. Tum alias quoque Macedoniæ urbes in fidem recepit Cassander.

A. C. || Ol. LI. — Olympias occisa una cum Aristonoo duce copiarum.

LII. — Cassander Thessalonicen Philippi filiam matrimonio sibi jungit : urbem e suo nomine Cassandream appellatam condit : Rhoxanen cum filio Alexandri Amphipoli custodiendam curat : Eurydicen Philippumque Ægis regali funere effert. Hinc in Peloponnesum expeditionem suscipit.

LIII. — Dum Bœotiam transit Cassander, Thebas instaurare instituit. Digreditur historicus ad urbis origines variasque vicissitudines referendas.

LIV. — Thebarum instaurationem adjuvarunt civitates Græcæ aliæque. Hinc Cassander Megara declinat, et navigiis in Peloponnesum trajicit : Argos, Messenen etc. capit.

315. || 116, 2. LV. — In Asia Antigonus relicto Aspisa Susianæ præfecto Babylonem contendit. Ibi dissidio inter ipsum et Seleucum orto Seleucus in Ægyptum ad Ptolemæum aufugit. Chaldæi ob Seleucum e manibus dimissum Antigono mortem prædicunt; resque postea eventum habuit.

LVI. — Benigne acceptus in Ægypto Seleucus Ptolemæum ad bellum contra Antigonum impellit. Interea Antigonus missa legatione Ptolemæum, Cassandrum, Lysimachum placare conatur; simul ultra in Ciliciam movet, copiis et pecunia terribilis.

LVII. — Recusata provinciarum et pecuniarum æqua divisione, Ptolemæus, Lysimachus et Cassander arma in Antigonum consociant. Antigoni contra hostes apparatus.

LVIII. Antigonus, in Phœniciam progressus Tyrum obsidet, simul in Phœnicia, Cilicia et Rhodo naves exstrui jubet. Apparet interea Seleucus cum classe.

LIX. — In Phœnicia ulteriores Antigoni molitiones. Circa hoc tempus Crateri ossa per Aristonem Philæ ad sepulturam tradita, cujus mulieris ingenium animumque prædicat historicus.

LX. — Ducum Antigoni in Peloponneso et Asia expeditiones.

LXI. — Juncta cum Alexandro Polysperchontis filio societate, publico decreto Cassandrum Antigonus hostem, Græcos liberos declarat, Alexandrum in Peloponnesum ablegat, ipse vero Tyrum contendit.

LXII. — Ptolemæus decreto Græcos suis legibus esse jubet. Deinde recensentur copiæ terrestres et navales in diversas partes missæ.

LXIII. — In Græcia Apollonides Cassandri dux in Arcadiam, inde in Argivorum urbem, impetum fecit; Cassander ipse Peloponnesum ingressus Cenchreas expugnavit, et Orchomeniorum urbem per proditionem cepit.

LXIV. — Reliquam pervagatus Peloponnesum Cassander in Macedoniam rediit; mox Alexandrum ejus partes amplexum Peloponnesi imperatorem constituit. Interea Polyclitus Seleuci legatus Theodotum Antigoni nauarchum et Perilaum insidiis opprimens, ingentes apud Ptolemæum gratias meruit.

LXV. — Agathoclis in Sicilia insidiæ et incursiones in Messanam, Carthaginiensium auxilio propulsatæ. Romanorum cum Samnitibus bellum.

314. || 116. 3. LXVI. — Aristodemus Antigoni dux Ætolos ad auxiliandum Antigono adigit; tum in Peloponnesum impetu facto redit in Ætoliam. Dymæi ab Alexandro Polysperchontis domiti mox libertatem vindicant.

LXVII. — Alexandrum Alexion Sicyonius per insidias occidit; quo facto Cratesipolis ejus uxor suscepto imperio Sicyonios prœlio domuit. Cassander vero videns Ætolos cum Antigono facere, arma junxit cum Acarnanibus eorum hostibus; deinde rem in Illyride prospere gessit.

LXVIII. — In Ætolia tumultus. Cassandri in Cariam, ut Antigonum ab Europa arceret, et in Lemnum expeditio.

LXIX. — Antigonus relicto in Syria filio Demetrio admodum juvene, cum exercitu et quatuor amicis, qui consilio eum adjuvarent, ipse usque ad Celænas Phrygiæ progressus est.

LXX. — In Sicilia Syracusanorum exules Agrigentinos ad bellum in Agathoclem impulerant. Hi Gelois et Messaniis assumtis sociis a Lacedæmoniis ducem expetunt, Acrotatumque Cleomenis regis filium accipiunt.

LXXI. — Acrotatus ob superbiam cunctis adeo invisus erat ut fugam capessere cogeretur. Tunc Agrigentini arbitro Amilcare cum Agathocle pacem fecerunt.

LXXII. — Agathocles otio usus est ad augendas opes, præsertim Carthaginiensibus minus fidens. In Italia bellum cum Samnitibus vario Marte continuatum.

313. || 116. 4. LXXIII. — Callatiani, Istriani et finitimi populi, quum a Lysimacho defecissent, is cum infesto exercitu profectus cunctos perdomuit, et Antigoni copias Callatianis auxilio missas prœlio vicit.

LXXIV. — Antigonus Telesphorum cum classe in Peloponnesum misit ad civitates in libertatem vindicandas. Philippus vero Cassandri frater in Ætolos et Epirotas bellum gessit, eosque duplici prœlio vicit, horumque regem Æacidam interemit.

LXXV. — In Asia Asander Cariæ præfectus bello oppressus in Antigoni partes concessit. Mox mutato consilio de novo deficit. Quo facto Antigonus terra marique Cariam subigit. Cassander classe Græciam petens cum Telesphoro et Medio confligit.

LXXVI. — In Italia quæ inter Romanos et Samnites porro gesta sint commemorantur. Campani rebellantes mox pacem fecerunt.

312. || 117. 1. LXXVII. — Antigonus Ptolemæum ad liberandam Græciam ablegat. Rhodii navibus eundem adjuvant. Cassander soluta Orei obsidione Chalcidem petit : inde vero de Macedonia sollicitus relicto Chalcide præsidio in Macedoniam recedit.

LXXVIII. — Corcyræi Apollonia et Epidamno

A. C. || Ol.

Cassandri præsidia expellunt. Ptolemæus Antigoni legatus Chalcidem capit; tum in Atticam et Phocidem progressus ubique Cassandri præsidia abigit.

LXXIX. — Cyrenæos, Cyprios aliosque rebelles per legatos subigit Ptolemæus : ipse in Syriam et Ciliciam expeditiones suscipit.

LXXX. — Demetrius Antigoni filius in Cœlesyria Ægyptiorum copiis oppositus stabat. In hunc Ptolemæus a Seleuco admonitus copias undique contractas convertit.

LXXXI. — Demetrio adjuncti amici pugna abstinere suadent. Sed animum addunt milites, quos animi mansuetudo et corporis decor ceperat.

LXXXII. — Demetrii acies instructa ad prœlium.

LXXXIII. — Ptolemæi et Seleuci disposita acies. Simul prœlii initi initium.

LXXXIV. — Primo ancipiti Marte pugnatum est. Mox elephantes consternati turbant Demetrii aciem. In fugam actum Demetrium Ptolemæus Gazam usque persequitur, et hanc urbem occupat.

LXXXV. — Demetrius primo Azotum contendit ad procurandam mortuorum sepulturam. Cæsorum numerus. Regiam prædam Ptolemæus ultro reddit. Deinde Tripolin Phœniees Demetrius se recipit.

LXXXVI. — Ptolemæus Sidonem et Tyrum in deditionem redigit.

LXXXVII. — In Europa Telesphorus ab Antigono deficit : quo facto Ptolemæus Antigoni dux rem in Peloponneso contra eum gerit.

LXXXVIII. — In Epiro Alcetam novum regem Lyciscus Cassandri dux infestat. Duplici prœlio confligunt : altero Alcetas, altero Lyciscus vincit.

LXXXIX. — Cassander suis succurrens facta cum Alceta pace contra Apolloniatas movit; sed prœlio pulsus in Macedoniam rediit. Alcetam sui ob ejus superbiam trucidant.

XC. — In Asia Seleucus post victum Demetrium Babyloniam repetere parat. Ejus gravissima ad trepidantes milites exhortatio.

XCI. — Babyloniam Seleucus recuperat.

XCII.—Nicanor Mediæ dux in Seleucum bellum movens funditur. Tum milites Antigoni magno numero ad Seleucum transierunt.

XCIII. — In Demetrium interea in superiore Syria subsidentem Ptolemæus Cillen cum exercitu misit. Sed hunc Demetrius in ipso itinere oppressum vicit et captivum duxit. Simul Antigonus ejus pater auxilio venit. Itaque Ptolemæus satius putavit in Ægyptum se recipere.

XCIV. — Recuperata Syria Antigonus in Arabiam suscipit expeditionem, misso Athenæo cum exercitu. Arabum mores, instituta, victus describuntur.

XCV. — Athenæus Arabes ad Petram opprimit, multamque reportat prædam. Sed Arabes vicissim Athenæi castra invadunt, ingentemque ei inferunt cladem.

XCVI. — Mutuis literis et Arabes et Antigonus post hæc amicitiam simulabant. Mox Antigonus filium Demetrium cum exercitu misit, ut Arabes clam opprimeret.

A. C. || Ol.

XCVII. — Quum Arabes sibi prospexissent, Petram Demetrius nequidquam oppugnabat. Quamobrem Arabes ei facile persuadebant ut acceptis donis copias abduceret.

XCVIII. XCIX. — Castra movet Demetrius ad lacum Asphaltiten. Ejus lacus et in eo nati bituminis descriptio.

C. — Redit Demetrius ad patrem, qui pacem cum Nabatæis indigne ferebat. Spes de parandis e bitumine reditibus eum frustrata est. Interea nuntio accepto Seleucum Babylonia esse potitum, Antigonus Demetrium in Babyloniam ablegat, qui urbem Babylonem desertam offendit et capit.

CI. — In Italia mutua bella inter Romanos et Samnites continuata. Pontia colonia deducta.

CII. — Res in Sicilia gestæ. Messenii Agathocli infesti quum Syracusanorum exules recepissent, Agathocles eorum urbe per dolum potitus exules ejecit, omnesque qui potentatui fuerant adversati supplicio mactavit.

CIII. — Dinocrates exulum dux et Carthaginienses in auxilium vocat et ipse Nymphodorum ad occupandam urbem Centoripinorum mittit. Agathoclis et Carthaginiensium mutuæ crudelitates secutæ.

311 || 117, 2. CIV. Dinocrates ad Galariam prœlio confligens cum Agathocle funditur. Carthaginienses pugnam detrectant.

CV. — Cassander, Ptolemæus, Lysimachus et Antigonus communi fœdere controversias de provinciis dirimunt. Mox prout singulis commodum erat, id singuli rumpunt. Tandem Cassander Rhoxanen una cum rege clam occidere jubet; quo facto provinciarum præfecti reges evadunt. Adjecta notitia rerum Romanarum.

CVI. — In Sicilia quum Agathoclis opes in dies crescerent, Pœni misso Amilcare cum classe eas cohibere parant. Classis naufragio attrita. Sed reparat vires Amilcar.

CVII. — Agathocles hostem copiis prævalentem metuens Geloorum urbem per insidias occupat et domat.

CVIII. — Pœnorum castra in colle Ecnomo prope Himeram fl. describuntur. E regione stabat Agathocles. Utrosque a pugna deterrebat vetus vaticinium. Sed subito conseritur prœlium, in quo primum Agathocles superior.

CIX. — Adhibitis funditoribus novisque ex Africa subvenientibus copiis pugnæ fortuna inclinat in Pœnos..Agathocles accepta clade fugit.

CX. — Agathocles primo Gelam se recipit; Pœni vero Siculorum multos sibi conciliant. Tum Agathocles Syracusas redit, et bellum in Africam transferre machinatur.

LIBER VICESIMUS.

I. — Præmittitur prooemii loco brevis disputatio de orationibus historiæ inserendis.

A. C. ‖ Ol.

Eas reprobat Diodorus, si nimis vel quæsitæ vel longæ crebræve sint.

II. — Raro et opportuno loco adhibitas orationes Diodorus perutiles censet. Adjicitur libri argumentum et chronologia.

310. ‖ 117, 3. III. — Agathocles prœlio ad Himeram fusus bellum in Africam transferre conatur. Consilii et capiendi et dissimulandi causas explicat historicus.

IV. — Agathocles ad expeditionem incertam milites instruit; conatibus rerum novarum quæ opportuna videbantur opponit; pecunias vi et fraude cogit.

V. — Classis Agathoclis profecta inter maxima pericula ubique obvium habet hostem. Solis eclipsis terrorem etiam injicit.

VI. — Classis Agathoclis eluctata hostium insectationem, ad Africæ litus pervenit, copiasque ad lapicidinas exponit.

VII. — Facto Cereri et Proserpinæ sacro Agathocles naves accendit, ne refugium milites haberent.

VIII. — Agathocles milites consternatos per regiones amœnas et fertiles ducens Megalopolin et Album Tunetem expugnat et evertit.

IX. — Carthaginem maxima capit trepidatio.

X. — Hannonem et Bomilcarem prætores creant Carthaginienses. Copiæ subito coactæ et ad pugnam dispositæ describuntur.

XI. — Copiarum Agathoclis numerus et dispositio. Noctuis, quas in castris aluerat, emissis, suis fausta auspicia procurat Agathocles.

XII. — Prœlium ab Agathocle contra Carthaginienses commissum. Cadit Hanno. Bomilcar male callidus et in summo rerum discrimine impius. Carthaginienses fugam capessunt. Castra diripiuntur.

XIII. — In castris Pœnorum manicarum magna vis inventa. Fortunæ insolentiam demiratur historicus.

XIV. — Carthaginienses, diis iratis calamitatem tribuentes, supplicationem decernunt hostiasque humanas immolant.

XV. — Carthaginienses in Siciliam mittunt qui auxilia requirant et rumorem divulgent Agathoclem victum esse. Luctus idcirco Syracusas occupat, quo fretus Amilcar urbe potiri conatur.

XVI. — Quum Antander et Erymnon de deditione Syracusarum urbis dissentirent, venit victoriæ nuntius ab Agathocle; quo accepto cives incurrentes in obsidentes Amilcarem urbe discedere cogunt.

XVII. — Agathocles, quamvis multis subactis oppidis, castris apud Tunetem exuitur. Sed strategemate Tunetem obsidentes fallit et ingentes contra hostes progressus facit.

XVIII. — Carthaginienses de novo Tunetem obsident. Haud opinatos opprimit Agathocles iisque novum terrorem injicit.

XIX. — In Macedonia Cassander Autariatas bello subegerat. Ad eum Ptolemæus Antigoni in Peloponneso legatus deficit. Antigonum insuper bello petit Ptolemæus Ægypti dynasta. Sed ubique victor Antigonus.

A. C. ‖ Ol.

XX. — Novos motus in Cassandrum excitat Polysperchon, Pergamo arcessens Herculem Alexandri filium.

XXI. — Ptolemæus subacta Cypro sævit in Nicoclem Paphiorum regem.

XXII. — Moritur in Ponto Parysades Bospori rex. De regno oritur bellum inter relictos tres filios, Satyrum, Eumelum et Prytanim. Aripharnes rex Thracum Eumelum adjuvat.

XXIII. — Bello decertantes Satyrus et Prytanis, quamvis victores, mortem deinceps oppetunt.

XXIV. — Eumelus Bospori regno potitur.

XXV. — Eumelus regnum optime administrat et maximopere auget. Post 5 annorum imperium curru vectus consternatis equis occumbit.

XXVI. — Oracula de Eumeli et Satyri mortis genere. Adjecta mentio belli a Romanis feliciter contra Samnites gesti.

309. ‖ 117, 4. XXVII. — Ptolemæus Ægypti princeps in Asiam profectus urbes et castella plura subigit: Ptolemæum Antigoni e fratre nepotem ad se pellectum cum copiis capit.

XXVIII. — Polysperchontem Cassander promissis præmiis sibi conciliat, impellitque ut Herculem regem destinatum per insidias exstinguat.

XXIX. — Lysimachia condita. Cleomeni regi Lacedæmoniorum Areus succedit. In Sicilia Amilcar Syracusas noctu clam adoriri et expugnare parat. Sed cum ingenti clade repulsus abit Pœnorum exercitus: Amilcar captus Syracusas abducitur.

XXX. — Belli inopinatos eventus historicus admiratur. Amilcaris trucidati caput ad Agathoclem perferendum curant Syracusani.

XXXI. — In residuo Pœnorum exercitu quum metus et dissidium omnia turbassent, Agrigentini Siciliæ imperium occupare conantur, misso Xenodico, qui Gelam aliasque urbes in libertatem vindicat.

XXXII. — Xenodicus Echetlam, Leontium et Camarinam a Syracusanis defendit. Syracusanorum triremes 20 navibus frumentariis obviam missæ a classe Punica agitantur et premuntur.

XXXIII. — Accepto nuntio de clade suorum in Sicilia novo terrore Carthaginienses perculsi, res vero Agathoclis in dies lætiores factæ sunt. Sed orta altercatio inter Lyciscum et Agathoclem secutaque Lycisci cædes per Archagathum Agathoclis filium tantam in castris seditionem excitavit ut pæne de Agathocle actum esset.

XXXIV. — Reconciliatis militibus eo ipso tempore quum Pœni eos defecturos sperarent, Agathocles necopinantes invadit, iisque novam plagam infligit.

XXXV. — In Italia Romani simul in Etruscos et Samnites bellum gerunt.

XXXVI. — Romæ Appius Claudius censor novis institutis bene meret: aqua Appia in urbem deducta, via Appia strata, magistratus cum plebe vulgati.

308. ‖ 118. 1. XXXVII. Ptolemæus Ægypti princeps Myndo

A. C. || Ol. solvens Græciæ urbes in libertatem asserere pergit. Cleopatra Alexandri M. soror Sardibus jussu Antigoni occisa.

XXXVIII. — In Africa Agathocles relicto ad Tunetem filio Pœnorum castra insequitur, eosque ad prœlium provocatos acri certamine fundit.

XXXIX. — Numidæ Græcorum castra spoliant. Captivos Græcos Agathocles contra datam fidem exstinguit.

XL. — Agathocles augendis opibus intentus Ophellam Cyrenaicæ præfectum in societatem allicit. Ophellas Græcorum etiam auxilia advocat.

XLI. — Ophellæ copiarum numerus et per regiones memoratu dignas iter. Episodium de Lamiæ antro et fabula.

XLII. — Regiones Ophellæ peragrandæ describuntur. Socium, quum adventasset, impia cæde opprimit Agathocles, totoque ejus exercitu potitur.

XLIII. — Bomilcar tyrannidis obtinendæ consilia agitavit.

XLIV. — Bomilcar oppressus a civibus supplicio occubuit. Agathocles naves spoliis onustas Syracusas mittit. Romanorum bella in Samnites et Etruscos.

307. || 118, 2. XLV. — Demetrius Antigoni filius a patre jussus Epheso solvit ad Græciam in libertatem vindicandam. Prima omnium Athenarum urbs vi capta, adhuc Cassandri præsidio occupata. Demetrius Phalereus urbis curator Thebas et inde in Ægyptum aufugit; Dionysius Munychiæ præfectus una cum urbe vi captus.

XLVI. — Antigono et Demetrio statuæ positæ et ara Servatorum dicata. Inde liberæ Athenæ, Megara, Imbrus. Senatus e civitatibus sociis constitutus.

XLVII. — Demetrius in Cyprum trajecit, ut in Ptolemæi duces bellum gereret. Apud Salaminem obviam factus Menelao Ptolemæi legato prœlium commisit et Menelaum fudit; captivi ad Antigonum missi, qui tum in Syria Antigoniam novam urbem condebat. Menelaus, in urbem Salaminem pulsus, a Ptolemæo auxilia requirit.

XLVIII. — Oppugnatio urbis Salaminis a Demetrio suscepta. Novæ machinæ helepolis descriptio. Oppugnantium machinas incendio vastat Menelaus.

XLIX. — Intervenit Ptolemæus cum classe instructissima. Copiarum advectarum naviumque numerus. Demetrius classem opponit, et ab urbe classeque oppidana hostem arcet.

L. — Demetrius et Ptolemæus aciem ad con serendam pugnam instruunt.

LI. — Pugnæ navalis descriptio.

LII. — Demetrius victor.

LIII. — Accepta clade Ptolemæus, omissa Cypro in Ægyptum rediit. Antigonus victor regis nomen et dignitatem sibi filioque Demetrio imposuit. Horum exempla ceteri etiam duces secuti reges se proclamari jusserunt. Res Libyæ et Siciliæ.

A. C. || Ol. LIV. — Agathocles ipse quoque regis titulum assumit: simul facinus rege dignum aggredi properans in rebelles Uticenses movet. Uticam oppugnans novo astutiæ genere utitur.

LV. — Utica vi expugnata : in cives immanissime sævitum. Subactis etiam multis aliis populis et urbibus, Agathocles in Siciliam redit, relicto in Libya filio Archagatho.

LVI. — In Sicilia Xenodicus pro libertate civitatem propugnabat, tum maxime prœlio pulsus, quum Agathocles e Libya redux esset. Agathocles Heracleotas et Thermitas subigit; Centoripa clam intrat, Apolloniam expugnat.

LVII. — Novus libertatis vindex in Agathoclem exsurgit Dinocrates. Atque nunc res Agathoclis in deterius mutatæ. In Libya tamen Eumachus, Archagathi legatus, plura oppida expugnat.

LVIII. — Eumachus aggreditur expeditionem in Libyam superiorem ad Pithecussas usque.

LIX. — Nova melioraque consilia Carthaginienses capiunt, tripartito exercitu Græcorum copias in diversas partes distrahentes.

LX. — Tria Græcorum quoque agmina facit Archagathus. Unum ducit Æschrion, quod Hanno opprimit; alterum Eumachus, quod Imilco fundit.

LXI. — Duplici clade afflictus Archagathus, a sociis insuper deseritur. Agathocles, de suorum in Libya calamitate certior factus, insula Leptinæ permissa, ipse classem ducit, Pœnosque prœlio navali in fugam agit.

LXII. — Recuperato imperio maris, Leptines Xenodicum terrestri prœlio fundit.

LXIII. Duplicem victoriam Agathocles sacris et epulis celebrat. Ingenium regis, maxime in epulis proditum.

LXIV. — Revectus in Africam Agathocles damna reparare annititur; sed hostium castra adortus, cum magna clade repellitur.

LXV. Pœni dum captivos diis immolant, castra universa succendunt, et omnia tumultu implent.

LXVI. Afros e Græcorum castris transfugas hostes rati, universi in fugam se dant, mutua cæde se conficiunt, et ipsam Carthaginem in terrorem convertunt.

LXVII. — Similem terrorem transfugæ, metu repulsi, Agathoclis castris inferunt. Græci enim perturbati et in fugam rapti pro hostibus suos cædunt.

LXVIII. Agathocles, quum in Siciliam clam suis refugere conatur, vi retinetur, et vinctus custodiæ traditur.

LXIX. — Militum opera Agathocles vinculis solutus evadit. Quo facto milites ejus filios occidunt, et cum Carthaginiensibus pacis conditiones ineunt.

LXX. — Restat paullisper historicus, admirabiles rerum eventus considerans.

LXXI. — Agathocles, in Siciliam reversus Egestanorum urbem adiit, pecunias exposcens. Incolas horrendis cruciatuum generibus confecit, totamque urbem perdidit, ipso ejus nomine deleto.

306. || 118, 3. LXXII. — Atrocissimam civium cædem Aga-

A. C. || Ol.

thoclis jussu frater Antander Syracusis fecit.

LXXIII. — Antigonus, filio Demetrio cum copiis Antigoniam accito, bellum in Ægyptum movet. Copiarum numerus, et iter Gazam usque.

LXXIV — Classis, cui Demetrius præerat, ad Rhaphiam tempestatibus jactata et attrita ad Casium progressa Antigonum cum copiis terrestribus in propinquo habet.

LXXV. — Ptolemæus aditus Ægypti ab omni parte præsidiis muniit.

LXXVI. — Ptolemæus naves hostiles ubique ab appulsu litorum prohibet, Antigonus infecta re in Syriam redire cogitur. Ita Ptolemæus Ægyptum, duplici bello defensam, suo jure possidere sibi videbatur.

LXXVII. — Moritur Dionysius, Heracleæ tyrannus. Agathocles, ob defectionem Pasiphili in desperationem adductus, regnum Dinocrati sub æquis conditionibus offert.

LXXVIII. — Agathoclis propositum, multis modis mirabile et inopinatum, intentius consideratur.

LXXIX. — Dum Dinocrates cunctatur, a Syracusanorum democratia accipienda alienus, gravioresque imponit conditiones, Agathocles, mutato consilio, exules in Dinocratem sollicitat, et cum Carthaginiensibus pacem facit.

305. || 118, 4. LXXX. — Samnium hoc tempore Romani igni ferroque vastant.

LXXXI. — Antigonus sollicitus est de Rhodiorum civitate tunc opulentissima, quæ Ptolemæo favebat.

LXXXII. — Antigonus Rhodiis naves et auxilia imperat, hisque recusatis, bellum infert.

LXXXIII. — Demetrius appulsus castra munit, et piratas expedit ad prædandum et populandum.

LXXXIV — LXXXVII. — Rhodii missis ad Ptolemæum, Lysimachum et Cassandrum legatis, eorum auxilia requirunt; apparant etiam, quæ ad propugnandam urbem conducere videbantur.

LXXXVIII. — Acerrime Demetrio obnituntur Rhodii, hostiumque impetus sustinent. Emissæ Rhodiorum naves magna clade Demetrii classem afficiunt, tempestate præterea oppressam. Simul Cnosii et Ptolemæus Rhodiis auxilio veniunt.

LXXXIX. — Agathocles in Sicilia bellum in Dinocratem renovat. Pugna apud Gorgium (Torgium) commissa, vincit Agathocles. Captos contra datam fidem obtruncat.

XC. — Agathocles Dinocratem inter amicos recipit. Addita commemoratio rerum a Romanis contra Samnites feliciter gestarum.

304. || 119, 1. XCI. — Quum Rhodi oppugnatio a mari suscepta haud processisset, Demetrius urbem a terra adoriri instituit. Machinarum apparatus.

XCII. — Demetrii singularis in oppugnandis urbibus sollertia, unde *Poliorcetæ* nomen

A. C. || Ol.

inditum. Forma et dignitas corporis, ingenii præstantia, mores.

XCIII. XCIV. — Rhodiorum opera hostium conatibus opposita.

XCV. — Novi Demetrii apparatus.

XCVI. XCVII. — Commeatu a Ptolemæo, Cassandro et Lysimacho adjuvantur Rhodii.

XCVIII. — Rhodii nova vehementia in hostes impetum faciunt. Instantibus Græcarum civitatum legatis, Pacis conditiones proponuntur, de quibus tamen non convenit. Renovant ab utraque parte bellum.

XCIX. — Adhortante et Antigono et Ptolemæo pax cum Rhodiis initur. Pacis cum Rhodiis factæ conditiones.

C. — Rhodiorum in suos regesque urbis servatores, præsertim Ptolemæum, pietas. Demetrius exinde in Græciam movit, a Cassandro et Polysperchonte occupatam. Hoc tempore Eumelus, Bospori rex, mortuus.

CI. — In Sicilia Agathocles nulla lacessitus injuria Liparæos injusto bello oppressit. Pecunias Æoli et Vulcani nomine insignes quum rapuisset, vindictam divinam non effugit. In Italia inter Romanos et Samnites post 22 annos pax facta.

303. || 119, 2. CII. — Demetrii bellum pro liberanda Græcia continuatum. Initium belli Demetrius ab urbe Sicyoniorum facit, quam vi expugnat, et Ptolemæi præsidium expellit. Sicyonii ut servatorem et conditorem Demetrium venerantur.

CIII. — Corinthus per fraudem a Demetrio capta; Prepelaus Cassandri legatus urbe expulsus ad Cassandrum confugit: Achaiæ urbes liberatæ. Orchomenum Polysperchontis præsidio firmatum vi expugnavit Demetrius, Strombichum, præsidii præfectum, in crucem egit.

CIV. — In Italia Tarentini cum Lucanis et Romanis bellum habuerunt. Spartani Tarentinis auxilia misere, duce Cleonymo, cujus in Italiam excursiones ibique factæ populationes describuntur.

CV. — Cleonymus a barbaris oppressus in Corcyram aufugit.

302. || 119, 3. CVI. — Cassander ob factos Demetrii progressus regno suo metuens pacem ab Antigono impetrare studet. Hac spe dejectus Lysimachum, Ptolemæum et Seleucum ad bellum contra Antigonum concitat.

CVII. — Cassander contra Demetrium in Thessaliam, Lysimachus in Asiam movet; misso simul Prepelao cum exercitu in Æolidis et Ioniæ urbes.

CVIII. — Antigonus nuntio de Lysimachi incursione accepto e Syria hosti obviam procedit et pugnam offert. Sed Lysimachus, eam evitare satius putans, noctu aufugit, et castra ad Dorylæum ponit.

CIX. — Antigonus, hostem persecutus, ejus castra obsidere parat; sed quum Lysimachus inde evaderet, discessum est in hiberna.

CX. — In Græcia Demetrius Athenis substitit, donec mysteriis Eleusiniis esset initia-

A. C. || Ol. tus. Tum classe profectus, Larissam et complures alias urbes recepit. Cassander, ut progressus prohiberet Demetrii castris sua opponit.

CXI. — A patre admonitus Demetrius ut copias in Asiam transmitteret, res cum Cassandro componit. Hoc tempore Mithridates Ponti rex mortuus filium Mithridatem successorem habuit.

CXII. — Cassander post Demetrii discessum civitates Thessaliæ recuperat, et Plistarchum cum exercitu in Asiam Lysimacho auxiliatum transmittit. Sed magna navium hominumque pars naufragio periit. Ægre emersit Plistarchus.

CXIII. — Ex Ægypto Ptolemæus incursionem in Syriam facit, qui tamen falso deceptus nuntio de Antigoni victoria, in regnum se recipit. Reges singuli copias cogunt ad dimicandum proxima æstate de rerum summa.

LIBRI VICESIMI PRIMI RELIQUIÆ.

A pugna ad Ipsum usque ad annum, qui Pyrrhi in Italiam expeditionem antecedit. Ab Olymp. 119, 4 ad Olymp. 124, 4 sive ab a. 301—281 a. C.

301. || 119, 4. I, 1 — 4. — Antigoni contra Ptolemæum, Seleucum et Lysimachum prœliantis clades et interitus.

I, 5. Seleuci et Ptolemæi de Syria contentio. Cf. Justin. XV, 4.

300. || 120, 1. I., 6. — Antigoniæ cives Antiochiam transfert Seleucus.

II. — Corcyræ a Cassandro obsessæ opem fert Agathocles.

III. — Agathocles ex Corcyra redux, mercenariis rebellibus deletis, in Bruttios movet. Re male gesta redit Syracusas.

299. || 120, 2. IV. — Agathocles specie prosequendæ Lanassæ Crotonem occupat.

V. — Diyllus et Psaon historici.

295. || 121, 2. VI. — Romanorum in bello Samnitico res gestæ duce Q. Fabio Maximo. P. Decius se devovet. Numerus cæsorum. Cf. Liv. X, 29.

294. || 121, 3. VII. — Antipater, Cassandri filius, Thessalonicæ matris interfector. Frater ejus Alexander a Demetrio occiditur. Cf. Plutarch. Pyrrhus p. 389; Demetrius p. 906; Justin. XVI, 1 sq.

VIII. — Agathoclis cum Bruttiis bellum.

IX. — Demetrius Poliorcetes, capta Thebarum urbe, clementem se exhibet.

X. — Sententia, quæ utrum ad narrationem de Bœotis obsidione a Demetrio pressis, an ad res ab Agathocle ejusque patre Lysimacho in Thracia gestas spectet, incertum est.

293. || 121, 4. XI. — Agathocles, Lysimachi filius, a Thracibus captus, mox cum donis dimissus.

XII. — Cujus beneficii immemor Lysimachus denuo contra Thraces exercitum ducit. Aquæ et annonæ penuria pressus hosti sese dedit. (Cf. Plutarch. de Ser. num. vindict. p. 555, E; de Sanitat. tuenda p. 129. E; Polyæn. VII, 25. Pausan. I, 9. 5.) Dromichæta, rex Thracum, ne supplicio Lysimachus afficiatur impedit; lauto convivio Macedonem excipiens, ipse temperantiæ exemplum præbet (Cf. Strabo VII, p. 463 A.). Pacis conditionibus propositis et acceptis, diademate ornatum reddit libertati.

A. C. || Ol.

XIII. — Xermodigestus Audoleontis Pæonum regis opes Lysimacho prodit. (Num recte hujus fragmenti locum constituerim, affirmare non ausim.)

291. || 122, 2. XIV. — Demetrius, Thebis denuo captis, humanitate sua in devictos rebelles insignis.

289. || 122, 4. XV. — Agathocles cum Demetrio societatem init.

XVI. — Agathocles expeditionem in Africam parans occiditur a Mænone, qui Syracusis potiri studet. (289).

XVII. — Timæus et Callias historici.

283. || 124, 2. XVIII. — Hicetas a Syracusanis contra Mænonem, quem Pœni adjuvabant, missus rem gerit infeliciter. Bello finito mercenarii (Mamertini) Messanam occupant.

XIX. — Philæ, uxoris Demetrii, extremis hujus temporibus fortitudo.

XX. — Lysimachi et Seleuci de capto Demetrio lis.

XXI. — Sententiæ generales, unde de rebus narratis certioris aliquid statui nequit. Liquet tamen § 12 de Pyrrho agi Epirota. Itaque sententias istas retulerim partim ad deliberationes Tarentinorum, quorum alii Pyrrhum contra Romanos auxilio advocandum censebant, alii ne tale quid committerent populum dehortabantur; partim ad colloquium Pyrrhi cum Cinea, qui regis animum a suscipienda expeditione studebat avertere. (Cf. Plut. vit. Pyrrhi.)

LIBRI VICESIMI SECUNDI RELIQUIÆ.

A Pyrrhi in Italiam expeditione usque ad bellum Punicum primum, sive ab Olymp. 125, 1—128, 4—280—265 a. Chr.

280. || 125, 1. I. — Decius Rhegium occupat. Cf. Polyb. I, 7.

II. — Hicetas, Phintias, Tyndario tyranni Siculi. Phintiæ et Hicetæ bellum. Urbs Phintias, traductis in eam Gelensibus, condita. Phintiæ crudelitas; Agyrinæi ab eo deficiunt.

III. — Ptolemæus Ceraunus a Gallis clade affectus cadit.

IV. — Ptolemæi Cerauni successores.

V. — Apollodorus, Cassandrensium tyrannus. Cf. Polyæn. Strat. VI, 7.

VI. — Pyrrhi Cadmea victoria. Cineas a Pyrrho Romam missus.

VII. — Phintiæ, Agrigentinorum tyranni, visum mortem prænuntians. (2) Hicetas, Syracusarum tyrannus, a Thynione pulsus. (3) Thynio et Sostratus, occupato regno, Pyrrhum in Siciliam advocant. (4) Mamertini Pyrrho infesti; amicus ei Tyndario Tauromenii tyrannus. (5) Carthaginiensium cum Romanis fœdus, obsessumque ab utrisque Rhegium. (6) Thynionis et Sostrati bellum ac missæ ab utroque ad Pyrrhum legationes.

278. || 125, 3. VIII. — Pyrrhus, postquam in Italia degerat duobus annis et mensibus quattuor (inde a vere a. 280 usque ad finem æstatis anni

278), in Siciliam transjicit. Fœdera inter Thyonionem, Sostratum et Syracusanos.

A. C. || Ol. Fœdus Pyrrhi et Heraclidæ, Leontinorum tyranni.

IX. — Brenni et Gallorum in Græciam excursio et clades.

276. || 126, 1. X. — Pyrrhi in Carthaginiensium in Sicilia ditionem expeditio.

274. || 126, 3. XI. — Pyrrhi de Gallis victoria.

XII. — Pyrrhus Ægas diripit. Gallorum scelus in sepulcra regia commissum. Cf. Plutarch. Pyrrhus. p. 400 D.

269. || 127, 4. XIII. — Hieronis regis contra Mamertinos res gestæ (inde ab. an 269). Ejus cum Carthaginiensibus fœdus. Messene ab utrisque obsidetur.

LIBRI VICESIMI TERTII RELIQUIÆ.

Belli Punici primi pars prior, inde ab Olymp. 129, 1—132, 3, sive. ab. an. 264—251 a. Chr.

264. || 129, 1. I. — Hannonis in Sicilia res gestæ. Ejus cum Hierone contra Romanos fœdus. Romanorum consul Appius Claudius in Siciliam missus.

II. — Carthaginiensium ad Romanos missa de amicitia colenda legatio.

III. — Hiero Syracusas se recipit. Ægesta ab Appio obsessa.

63. || 129, 2. IV. — M' Valerius et M' Otacilius consules in Siciliam profecti cum urbibus plurimis et cum Hierone fœdera jungunt. Andranum et Macella pagi frustra a Romanis obsidentur.

V. — Siculæ urbes a Carthaginiensibus ad Romanos deficiunt.

VI. — Philemon comicus quot scripserit fabulas, et quo anno sit mortuus (363 vel 362.)

261. || 129, 3. VII. — Agrigentum a Romanis obsidetur.

VIII. — Hanno obsessis magno cum exercitu auxilio veniens bis afficitur clade. — Entellina urbs. Hannonis strategema quoddam.

IX. — Agrigentum post sex mensium obsidionem capitur. Hannonis pœna. Hamilcar Hannonis successor. Ejus res gestæ (262-

258. || 130, 3. 258). Romanorum consul Atilius (258) Mytistratum et Hippanam (Cf. Polyb. I, 24) aliasque Carthaginiensium in Sicilia urbes capit. — Carthaginienses quum Romanos Atilio Regulo duce in Africam transgressos facili negotio repellere potuissent, timore et trepidatione nimia rem universam pes-

256. || 131, 1. sumdant (256). Cf. Polyb. I, 30, 6 sqq.

X. — Hannibal cladis navalis pœnam effugit. Cf. Dio. C. p. 182.

XI. — Carthaginienses (in Africa ab Atilio Regulo) clade affecti (256). Cf. Polyb. l. l.

XII. — Reguli erga Carthaginienses legatos superbia.

XIII. — Carthaginienses territati ampliores diis honores decernunt.

255. || 131, 2. XIV — XVI. — Xanthippus Lacedæmonius, dux Pœnorum. Reguli clades et exitium. (Quæ de morte Xanthippi a Tzetze traduntur, verisimiliter sequenti demum libro narrata sunt a Diodoro. Sed discerpere locum Tzetzæ nolui. Quod etiam de ceteris ex Tzetze petitis teneri velim.)

XVII. — Philinus historicus.

A. C. || Ol. XVIII. — Romanorum classis fœdum ad Camarinam naufragium. (Mense Junio an. 255). Agrigentum a Carthalone Carthaginiense captum. Panormum aliæque urbes

254. || 131, 3. Romanis deduntur (254).

253. || 131, 4. XIX. — Romanæ classis naufragium alterum. Thermæ frustra tentantur.

252. || 132, 1. XX. — Thermæ et Lipara oppida a Romanis capta.

251. || 132, 2. XXI. — Cæcilii Metelli consulis (non : proconsulis) de Hasdrubale ad Panormum victoria.

XXII. — Hamilcar Barcas et Hannibal celeberrimi Carthaginiensium duces. (Hæc anticipando Diodorus narrat vel in fine hujus libri vel in procemio sequentis.)

LIBRI VICESIMI QUARTI RELIQUIÆ.

Belli Punici primi pars posterior. Ab anno Ol. 132, 3. sive a. Chr. 250, quo Romani Lilybæum obsidione cingunt, usque ad finem belli, Olymp. 134, 4, a. Chr. 241.

250. || 132, 3. I. — Lilybæum obsidione a Romanis cingitur. (2) Adherbal obsessis auxiliatur. (3) Pœni Romanorum opera incendunt [Huc pertinet cap. II ex Fragm. Vatican.]. (5)

249. || 132, 4. Appius Claudius Pulcher imperium suscipit (249); ad Drepanum ab Adherbale clade afficitur [Cum his junge cap. III]. (7) Carthalo Romanorum classem vincit. (8) Lucius Junius consul, ut hostem effugiat, ad Camarinam in loca aspera et vadosa se recipit [Huc spectant quæ leguntur cap. IV. Cf. Polyb. I, 54, 4. Errat Majus, ut passim]; classem naufragio amittit. (10) Erycem occupat. (11) Carthalo Ægithallo castello potitur.

247. || 133, 2. V. — Hamilcar Barcas Carthaginiensium prætor creatur. Ejus virtus.

VI. — Hamilcar Longonem castellum oppugnat.

244. || 134, 1. VII. — Hamilcaris prudentia militaris. Spectare hæc videntur ad Erctes occupationem (Polyb. I, 56), aut ad illam urbis Erycinorum, cujus mentio fit in sequentibus.

VIII. — Eryx ab Hamilcare occupatur.

IX. — Vodostar s. Bodostar Hamilcaris man-

243. || 134, 2. datis haud parens cladem patitur. (2) Fundanii consulis (a. 243) superbia. (3) Hamilcaris moderatio.

242. || 134, 3. X. — Hanno, classis imperator, in Siciliam transjicit : ejus indoles et res gestæ. (2) Hecatompylum in Libya Pœnis subjecerat (ante expeditionem Siculam).

241. || 134, 4. XI. — Lutatii et Hannonis prœlium navale ad Ægates insulas.

XII. — Hamilcaris cujusdam et Bodostoris apud Atilii Reguli viduam miseriæ.

XIII. — Hamilcar Barcas propositas pacis conditiones repudiat. Cf. Cornel. Nep. in Hamilc. I.

XIV. — Bellum Punicum primum quot annos duraverit.

LIBRI VICESIMI QUINTI RELIQUIÆ.

Ab anno Olymp. 135, 1, sive 240 a. Chr. usque ad annum initium belli Hannibalici præcedentem, i. e. Olymp. 140, 2. s. 219 a. Chr.

A. C. || Ol. I. — Epicuri Ratæ Sententiæ. Ex prœmio.

240. || 135, 1. II. — Mercenariorum Carthaginiensibus militantium seditio (241 — 238 aut 237). Ejus origo. Periculi magnitudo.

239. || 135, 2. III. — Rebellium in captivos crudelitas. — Hippo et Utica Carthaginiensibus deficiunt.

238. || 135, 3. IV. — « Matho ac Spendius Carthaginem obsidione cingentes non minus obsidebantur quam obsidebant. Tanta enim rerum omnium inopia eos premebat Hamilcar, ut tandem obsidione absistere cogerentur. » Polyb. I, 84, unde sua habet Diodorus. — (2) Mercenarii fortitudine nihil deteriores Pœnis, propter imperitiam tamen ducum sæpius damna patiuntur. Ex eodem Polybio l. l. transcripta.

V. — « Hamilcar rebelles eo necessitatis adegit, ut neque prœlii aleam subire auderent, neque effugere valerent, sed fossa valloque cincti undique, urgente ad extremum fame sese mutuo vorare cogerentur : τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος τῇ πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ. » Polyb. I, 84. — (2) Spendius ab Hamilcare, Hannibal a Mathone captus in crucem aguntur. Polyb. I, 86. — (3) Mathone acie victo captoque, ceteris quidem in partibus Africæ nulla mora fuit, quominus latas sibi a Carthaginiensibus leges statim subirent; Hippo vero et Utica in rebellione perstiterunt : οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἔχουσαι πρὸς διάλυσιν, διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι σφίσι τόπον ἐλέους μηδὲ συγγνώμης κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. Οὕτω καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως. » Polyb. I, 88.

238. || 135, 3. VI. — Finis bello ab Hamilcare imponitur, postquam quattuor annos totidemque menses duraverat. (Sec. Polybium l. l. per *tres* tantum annos et menses quattuor bellum illud gestum. Atque hunc numerum veriorem esse aliunde probatur. Nonne idem scripserit Diodorus, quum per totum hunc locum ex verbis Polybii pendeat?)

VI. — De Sardiniæ possessione multa certamina sustinuere Carthaginienses. (Deficit insula a. 240; ea Romanis Pœni cedunt a. 238, post finitum bellum mercenariorum.)

VIII—X. — Hamilcaris Barcæ in Hispania res gestæ (238—230).

230. || 137, 3. XI, XII. — Hasdrubalis in Hispania res gestæ (230—221). Condita ab eo Nova Carthago

228. || 138, 1. (228).

225. || 138, 4. XIII. — Gallicum et Celticum Romanorum bellum.

XIV. — Hieronis in eo opera.

221. || 139, 4. XV. — In Hispania Hasdrubali succedit Han-

219. || 140, 2. nibal. Saguntum expugnat (219).

XVI. — Romanorum legati in Carthaginiensium senatu.

XVII. — Victomela (?) urbs excisa.

A. C. || Ol. XVIII. — Antigonus Doson, Philippi tutor regnavit novem annis (229 — 220).

XIX. — De Hasdrubalis et Hannibalis rebus gestis, quæ partim ex hoc libro partim ex sequentibus petita sunt.

LIBRI VICESIMI SEXTI RELIQUIÆ.

Qui sequuntur libri a vicesimo sexto usque ad tricesimum, temporis spatium comprehendunt quod interjectum est inter initium belli Hannibalici (218) et finem belli Macedonici (168). Quod vero quomodo inter singulos libros dispertitum fuerit sciri nequit, quum indiciis idoneis simus destituti. Igitur quam nos adoptavimus divisionem scito mera niti conjectura. — Libri vicesimi sexti terminum posuimus prœlium ad Senam commissum mortemque Hasdrubalis, Olymp. 143, 2, a. Chr. 207.

I. — Nemo per omnia lectoribus placere potest. Ex prœmio.

II. — Hannibalis indoles.

217. || 140, 4. III. — Fabius dictator, dux prudentissimus, male audit apud populum, ut qui parum audendo occasionem rei gerendæ prætermittat. — (3) Minucius, magister equitum, ab Hannibale pressus, a Fabio servatus. Agnoscunt Romani Minucii temeritatem, prudentiam Fabii.

IV. — Menodotus Perinthius et Sosilus Iliensis historiarum scriptores.

V. — Romanorum legio.

VI. — Sententiæ generales, quæ quid spectent dubium. Fortasse referendæ sunt ad Romanos Minucium post rem contra Hannibalem feliciter gestam laudibus efferentes, vituperantes Fabium. Quod si verum, aptius locus jungetur superioribus (III, 1.).

VII. — Dorimachus, prætor Ætolorum,

219. || 140, 2. Dodonæum fanum cremavit (Olymp. 140, 2, 219 a. Chr.) Cf. Polyb. IV, 67. (Diodorus ad Græca anni 217 se convertens paullo altius rem repetivisse videtur.)

218. || 140, 3. VIII. — Rhodios in restauranda urbe, quam terræ motus dejecerat (218), argento aliisque donis adjuvat Hiero. Cf. Polyb. V, 88.

IX. — Philippus rex Thebas, Thessaliæ urbem, occupat et mutato nomine Philippopolin nuncupat. Cf. Polyb. V, 100.

216. || 141, 1. X. — Paucylus Paucus (Pacuvius [Paculus] Calavius ap. Liv. XXIII, 2) auctor est Capuanis, ut urbem tradant Hannibali.

XI. — Campanorum deliciæ Pœnorum exercitum emolliunt.

XII. — Fluctuant urbes num fidas se Romanis præstent, an partes sequantur Hannibalis. De sententia § 3 proposita Majus : « Dubitabam loqui auctorem de Magio principe Capuano, qui mutare fidem Romanis datam noluit; quemque Hannibal in vincula conjecit, sed interficere non est ausus. Ille autem ad Ptolemæum tempestate delatus, libertatem a rege ob virtutem suam impetravit. Liv. XXIII, 10. »

XIII. — Urbes Italiæ inferioris ab Hannibale captæ.

XIV. — Hannibalis crudelitas.

215. || 141, 2. XV. — Hieroni in Sicilia successit Hierony-

A C. || Ol mus. Ejus mores. Syracusanorum in tyrannum ejusque familiam odium.

212. || 142, 1. XVI. — Sempronii Gracchi, magistri equitum, corpus splendido funere ab Hannibale dignatur. Cf. Liv. XXV, 17.

XVII. — Capua ab Appio Claudio et Q. Fulvio obsessa. Propositæ Capuanis conditiones. Cf. Liv. XXV, 22.

XVIII. — Archimedæ in defendenda Syracusarum urbe sollertia.

XIX. — Syracusæ, urbs tetrapolis. (Quod fragmentum petitum esse videtur ex narratione de Syracusis a Marcello obsessis.)

XX. — Marcellus Syracusarum urbem militibus prædæ dat, incolarum corporibus parci jubet. Syracusanorum tristis fortuna.

210. || 142, 3. XXI. — P. Scipio major Africanus post captam in Hispania Novam Carthaginem obsides Hispanorum liberos dimittit. (Cf. Polyb. X, 34 sq. Liv. XXVI, 47.) Ab Indelibile aliisque Hispaniæ principibus *rex* salutatur; fœdusque sancitur, quo Hispani promittunt ἀκολουθεῖν τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσι καὶ πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ τούτων παραγγελλομένοις. Polyb. X, 38.

XXII. — Sed mox Indelibilis, Celtiberum regulus, denuo contra Romanos arma movet.

XXIII. — Micatani Numidæ quum post finitum bellum mercenariorum crudeliter a Carthaginiensibus habiti essent, etiamnunc dominorum odio flagrant.

207. || 143, 2. XXIV. — Hasdrubal ex Hispania in Italiam venit. Ejus laus.

LIBRI VICESIMI SEPTIMI RELIQUIÆ.

Ab Olymp. 143, 3. s. a. Chr. 206 usque ad finem belli Punici secundi, Olymp. 144, 4, a. Chr. 201.

205. || 143, 4. I. — Nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, Pelopem Lycurgi filium interficit. Ejus sævitia.

II. — Quæ h. l. de pontifice maximo narrantur, intelligo de P. Licinio Crasso, collega P. Scipionis. (205) Livius XXVIII, 38 : « Quarto decimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatæ consulibus provinciæ sunt, Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia retinebat. »

III. — Cretenses latrociniis mare infestum reddunt (Cf. Polyb. XIII, 8). Quare bellum iis movent Rhodii.

IV. — Q. Pleminii, quem Locrensibus præfectum dederat Scipio, scelus in fanum Proserpinæ commissum. (205). Ejus pœna. Cf. Liv. XXIX, 8.

V. — Sententia pertinens nescio quo.

203. || 144, 2. VI. — Scipio Syphacem captivum clementer habet.

VII. — Sophonisba, Masinissæ uxor, patriæ amore insignis.

VIII. — Scipio ob clementiam suam fidum semper socium Masinissam sibi adjungit.

IX. — Hannibal Italiam relinquit (203).

A. C. || Ol. X. — Hannibal quater mille Masinissæ transfugas necat. Cf. Appian. Pun. c. 33.

XI. — Carthaginienses dum fœdus cum Romanis quærunt, injuriam iis faciunt.

XII. — Qua de re Carthaginem missi a Scipione legati vix rabiem populi effugiunt : sed tamen Scipio legatos Carthaginiensium incolumes præstat.

XIII — XVIII. — « Quæ in his excerptis continentur sententiæ eas fere omnes pertinere arbitror tum ad orationes, quæ ab oratoribus Punicis in senatu Romano et apud Scipionem majorem habitæ fuerunt, quo tempore Carthago arcta obsidione premebatur, tum ad varias senatorum consultationes, quorum alii misericordiam, alii severitatem suadebant. Lege Livium XXX, 22, sq. 36, 42 et Appianum Pun. 31. » *Mai.*

LIBRI DUODETRICESIMI RELIQUIÆ.

A bello contra Philippum Macedonem (Olymp. 145, 1. a. Chr. 200) usque ad semina belli Antiochici (Ol. 146, 4. a. Chr. 193. Bellum incipit a. 191).

I. — Dicæarchus Ætolus cum classe a Philippo mittitur ut Cyclades insulas infestet atque Cretensibus piratis contra Rhodios opem ferat. Cf. Polyb. XVIII, 37, 8.

II. — Heraclides Tarentinus, homo nequam, plurimum contulit ut res Philippi in pejus ruerent. Cf. Polyb. XVIII, 20

201. || 144, 4. III. — Philippus Nicephorium expilans (201) cum Antiocho, qui Jovis templum in Elymaide diripuit, comparatur. Cf. Polyb. XV, 20.

IV. Ex eodem de Philippo rege capite petitum esse videtur.

V. — Philippus Attali ditionem vastat. Cf. Polyb. XVI, 1, 6.

200. || 145, 1. VI. — Philippi Abydum obsidentis cum M. Æmilio colloquium. Cf. Liv. XXXI, 18

VII. — Philippus ad Athenas castra metatus incendiis et rapinis in regionem sævit. Cf. Liv. XXXI, 24.

199. || 145, 2. VIII, IX. — Philippus ut Macedonum animos sibi conciliet, Heraclidem in vincula conjicit. Cf. Liv. XXXII, 5.

X. — Hannibalis celebritas.

198. || 145, 3. XI. — Philippi et Flaminii colloquium. Cf. Liv. XXXII, 10.

196. || 146, 1. XIV. — Antiochus Lysimachiam restituens postulata audit legatorum Romanorum. Ex Polyb. XVIII, 33. Cf. Liv. XXXIII, 39 sq. (Hunc locum falso posui post cap. XIII.)

194. || 146, 3. XII. — Legati Nabidis tyranni Romam veniunt, pax, quæ cum T. Quinctio convenisset, ut rata esset petentes impetrantesque. Cf. Liv. XXXIV, 43.

XIII. — Ptolemæi Epiphanis adversus Aristomenem tutorem aliosque crudelitas.

XIV. — Vide post cap. XI.

193. || 146, 4. XV. — Græcorum et Philippi legationes in senatu Romano. Antiochi legatis respondet T. Quinctius Flamininus. Eadem ex Polybio Liv XXXIV, 57 sqq.

LIBRI UNDETRICESIMI RELIQUIÆ.

Ab Olymp. 147, 1. s. a. Chr. 192. usque ad Olymp. 152, 1. s. a. Chr. 172, qui annus proxime antecedit initium belli Persici.

A. C. || Ol.

192. || 147, 1. I. — Ad Delium fanum in Eubœa inermes homines ab Antiochi militibus trucidantur. Cf. Liv. XXXV, 51.

191. || 147, 2. II. — Antiochus virginem Chalcidensem ducit. Exercitus regis luxuria corrumpitur. Ex Polyb. XX, 8. Cf. Liv. XXXVI, 11.

III. — Sociis Antiochi vel deficientibus ad Romanos vel segnius agentibus, pœnitet regem belli temere suscepti.

190. || 147, 3. IV. — Ætolis de pace Romam missis durius a senatu datum responsum. Ex Polyb. XXI, 1. Cf. Liv. XXXVII, 1.

V. — Post cladem ad Myonnesum navali prœlio acceptam Antiochus longinqua se tueri posse desperans Lysimachiam hosti occupandam relinquit. Cf. Liv. XXXVII, 31.

VI. — Pecunia in bellis gerendis nervus rerum. Apud Romanos tamen non erat ejus abundantia. — (2) Quales duces, tales milites. (3) Suo damno sapere didicit Antiochus.

VII. — Antiochus Heraclidem mittit, qui de pace ageret cum Lucio et Publio Scipionibus. Cf. Polyb. XXI, 10 sq. Liv. XXXVII, 34 sqq.

VIII. — Antiochus filium Scipionis, quem initio belli ceperat, patri se redditurum promittit; (2) filium reddit, quo Scipionem sibi obstringat. Cf. Polyb. XXI, 12. Liv. XXXVII, 36 sq.

189. || 147, 4. IX. — Ætoli legati in senatum introducti male rem suam agunt. Negotio infecto dimittuntur. Cf. Liv. XXXVII, 49.

Ægyptus. Terræ ortus secundum Æthiopum narrationem, III, 3, 2. Unde nomen habeat, I, 51, 4. In ea primi homines et animalia provenerunt. Rei argumenta, I, 10, 1 *sqq*. Benigna regionis temperies, *ibid*. Fines mediterranei, 30; pars maritima, 31, 1. Undique bene munita est; forma oblonga; latitudo; olim populosissima; urbium numerus secundum commentarios sacros; quantus Ptolemæi Lagi temporibus fuerit, 31, 6. Multas habet urbes a diis nominatas, 12, 6. Regionis indoles, 30. Plantæ: lotus, 34, 6; 10, 1; ciborium, 34, 6; persicæ arbores, 34, 7; sycamini, 34, 8; bata quæ vocantur, 34, 9; cici, 34, 11; faba Ægyptiaca, 10, 1; calami radix et corsæum, *ibid.*; agrostis, 43, 1. Bestiæ: crocodilus, 35, 1; ichneumon, 35, 7; hippopotamus, 35, 8. Piscium copia in Nilo, 36, 1; in Mœridis lacu, 52, 5. Auri metalla habet in Æthiopiæ confiniis, II, 12. Regio in triginta νομοὺς a Sesoosi divisa; ager inter tres ordines sacerdotum, regum et militum distributus, 54, 3. 73. Urbes templis ornavit aliisque commodis auxit Sesoosis, 55, 11 sqq. Idem orientale regionis latus muro firmavit contra Syrorum et Arabum incursiones, 57, 4. Emporia peregrinis primus aperuit Psammetichus, 68, 9. Ad fines meridionales ante Ptolemæum Philadelphum nemo Græcorum penetravit, 37, 4. Ægyptum qui adierint Græci sapientia et doctrina celebres, 96; Homerus, 12, 10; 69, 5; Orpheus, 23, 2. 69, 5; Perseus, 24, 8; Pythagoras, Solon, 69, 5. Quo tempore Diodorus eo profectus, 44, 1. Ægyptum subegit Ninus, II, 2, 3; peragravit Semiramis, II, 14, 3.

C. Ælius (*Q. Aulius?*), consul (Ol. 114, 3), XVIII, 26, 1.

Q. Ælius, consul (Ol. 115, 3), XVIII, 58, 1.

Aella Amazo, IV, 16, 2.

Æloritæ in Sicilia, XXIII, 4.

Æmilia, soror Æmilii Paulli, conjux Scipionis Africani majoris, XXXI, 27, 3.

Æmilius, tribun. militum cons. pot. (Ol. 98, 3), XV, 2, 1.

C. Æmilius, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 97, 2), XIV, 97, 1. [*Quinam ex consulibus vel tribunis, qui sequuntur, ad eandem personam referendi, de multis quidem ex Livio dici posset, sed de aliis multis, quæ est Livianorum et Diodoreorum fastorum summa discrepantia, semper erit dubium. Quare nos satis habebimus singula nomina ex ordine enumerare, nulla inter ea facta distinctione.*]

C. Æmilius, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 98, 1), XIV, 107, 1.

L. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 75, 3), XI, 38, 1.

L. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 76, 4), XI, 52, 1.

L. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 78, 1), XI, 65, 1.

L. Æmilius, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 99, 2), XV, 15, 1.

L. Æmilius, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 102, 1), XV, 50, 1.

L. Æmilius, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 102, 4), XV, 61, 1.

L. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 104, 2), XV, 82, 1.

L. Æmilius, consul Rom. (Ol. 105, 1), XVI, 2, 1.

L. Æmilius, consul Rom. (Ol. 110, 3), XVI, 84, 1.

L. Æmilius Paullus consul Celtas vincit regionesque eorum populatur, XXV, 13. In Macedonia post prœlium Scipionem filium desiderat aliquamdiu, mox sospitem recipit, XXX, 22. Ejus coram Perseo captivo habita oratio, 23, 1. In eum humanitas, 23, 2. Cum decem legatis res Macedoniæ et Illyriæ ordinat, XXXI, 8, 3 *sqq*. Per triduum triumphat, 8, 9. Ejus dictum, 8, 12. Mitiori custodiæ Perseum tradit, 9, 4. Ejus post mortem duorum liberorum oratio in plebis concione habita, 11. Ejus mors, 25; funus, 25, 2; laus, 26. Cf. XXIX, 22, et XXX, 20.

M' Æmilianus (i. e. *Æmilius*) Mamercus, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 87, 2), XII, 38, 1. Dictator contra Fidenatas bellum gerit, XII, 80, 7. Consul creatur (Ol. 93, 2), XIII, 76, 1.

M' Æmilius Marcus (*Mamercus*), trib. mil. cons. pot. (Ol. 95, 3), XIV, 44, 1.

M. Æmilius, consul Rom. (Ol. 108, 3), XVI, 59, 1.

M. Æmilius, consul Rom. (Ol. 119, 3), XX, 106, 1.

M. Æmilius Lepidus, Philippo regi ad Abydum versanti senatus consultum de sociis affert, XXVIII, 6. Consul ob saginam ad belli negotia parum aptus, XXXIII, 28.

Q. Æmilius, consul Rom. (Ol. 116, 1), XIX, 17, 1.

Q. Æmilius, consul Rom. (Ol. 117, 3), XX, 3, 1.

Tib. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 79, 3), XI, 74, 1.

Tib. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 111, 1), XVI, 91, 1.

T. Æmilius Mamercus, consul Rom. (Ol. 78, 4), XI, 69, 1.

Æneas, Anchisæ et Veneris f., IV, 75, 5. Æneæ pietas VII, 2; quonam anno regnum in Latinos acceperit VII, 3, 2; ejus filius et in regno successor Ascanius VII, 3, 3. Oraculum Æneæ datum VII, 3, 4. Ejus e Silvia filius Silvius, VII, 3 a., 1.

Æneas Silvius, Silvii filius, ejusque in regno successor, VII, 3 a., 5.

Ænianes Xerxi contra Græcos se adjungunt, XI, 3, 2. Heracleam urbem oppugnant, XII, 77, 4. A Lacedæmoniis deficiunt, XIV, 82, 7. In bello sacro contra Phocenses pugnant, XVI, 29, 1.

Ænum, urbs Macedoniæ, XXXI, 10, 7.

Æoles cum Pelasgis et Tectamo Cretam occupant, IV, 60, 2.

Æoles cum Lesbiis et Tenediis quot naves Xerxi in Græciam expedienti dederint, XI, 3, 8. A Xanthippo et Leotychide in belli societatem recipiuntur; in Europam transmigrare decernunt, sed mox a consilio desistunt, XI, 37, 1 sqq.

Æolicæ insulæ septem, V, 7, 1. Ignibus subterraneis sæpenumero motæ, 7, 3. Occupantur ab Æolo, Arnes et Neptuni filio, IV, 67, 6. A Cnidiis et Rhodiis cultæ vicenis annis per sortitionem dividuntur, V, 9, 5. Cf. V, 10, 3; 12, 1.

Æolis, quæ postea Thessalia vocata, IV, 67, 2.

Æolus, Hellenis f. Deucalionis nepos, IV, 67, 2. Salmonei pater, 68, 1.

Æolus, Hippotæ et Menalippæ f, pater Arnes, IV, 67, 4 Liparæ insulæ appulsus Cyanen uxorem ducit; regnum insulæ obtinet; ad eum venit Ulysses; ejus de humano genere merita, V, 7, 6 sqq. Ejus progenies per multas ætates in Sicilia principatum tenet; postremo extincta

est, V. 8, 1 sqq. Pater Lapithæ (*esse debebat: Arnes, quæ uxor erat Lapithæ*), avus Lesbi dicitur, V, 81, 6.
Æolus, Arnes et Lapithæ filius, Metaponti editus, IV, 67, 4. Æolidas inss. occupat; Liparam urbem exstruit, IV, 67, 6. De Æoli insulis, v. V, 7. *Ceterum confunditur a Diodoro Æolus antiquior, Hippotæ filius, cum Æolo juniore, ex Arne nato, prioris nepote.*
Æpytidarum e gente puellam immolare Messsenii oraculo jubentur, VIII, 6.
Æquinoctionales regiones optimam cœli temperaturam habent. Dierum et umbrarum in iis rationes, II, 56, 7.
Æquinoctium vernum. Ab eo usque ad ortum Pleiadum Apollo apud Hyperboreos deget, II, 47, 7.
Æqui, Italiæ populus. Iis bellum inferunt, prœlio eos vincunt Romani, XI, 40, 5. Rebelles a Postumio dictatore debellantur, XII, 64. Eorum urbes, Lavicos, XIII. 6, 7, et Bolam, expugnant Romani, XIII, 42, 6. Quartum iis bellum movent Romani, XIV, 98, 4. Æqui Bolas obsidentes a M. Furio dictatore trucidantur, XIV, 117, 3. A Romanis subiguntur, XX, 101, 5.
Æquicolæ, qui antea Æqui nominabantur, XIV, 117, 3.
Aeropus post Philippum I rex Macedoniæ, quem excipit Alcetas, VII, 16, 5.
Aeropus, Orestis Maced. regis tutor, per sex annos Macedoniæ regnum tenet, XIV, 37, 5. Moritur, XIV, 84, 6.
Aeropus, dux Alexandri Zabinæ, cum Clonio et Antipatro Laodiceam occupat, XXXIV, 22.
Æsarus, fluvius Italiæ inferioris, non procul a Crotone, VIII, 17.
Æschines Sphettius, Socraticus, qua ætate vixerit, XV, 76, 4.
Æschinis oratoris in Demosthenem dictum, XVII, 4, 8.
Æschrion, Archagathi in Libya dux ab Hannone vincitur, XX, 60, 3.
Æschyli tragici frater Amynias, XI, 27, 2.
Æschylus, Rhodius, e Cilicia in Macedoniam transvehere mittitur pecuniam regiam, quam Antigonus intercipit, XVIII, 52, 7.
Æsculapius, Apollinis et Coronidis f., Jovis fulmine necatus, IV, 71, 1, sq. Ejus filii Machaon et Podalirius, IV, 71, 4. Chirurgiam et medicamentorum confectionem invenit, V, 74, 6. Templum ejus Epidauricum a Sulla expilatum, XXXVIII, 2, 9.
Æsernini fame pressi servos urbe ejiciunt, XXXVII, 18.
Æson, Crethei et Tyrûs filius, IV, 68, 3. Pater Iasonis, IV, 40, 1. Tauri sanguinem bibere ab Pelia cogitur, IV, 50, 1.
Æsopus, Oceani et Tethyis f., Phliunte habitans ex Metope gignit Pelasgum et Ismenum et filias duodecim, IV, 72, 1.
Æsopi dictum, IX, 28.
Æthalia, insula e regione Populonii urbis Etruscæ sita, V, 13, ferri ferax et mercatura celebris, *ibid.* Portum habet Argoum ab Argo nave nominatum, IV, 56, 5. A Phayllo populatur; ab Apelle Syracusano in potestatem redigitur, XI, 88, 4 sq.
Æthiopes indigenæ et soli proximi, primi hominum fuisse videntur, III, 2, 1. Primi deos coluerunt, quare grati diis et tuti ab externorum populorum imperio, III, 2, 2 sq. Æthiopum colonia ab Osiride deducta est Ægyptus, III, 3, 1. Æthiopum et Ægyptiorum leges et instituta pleraque sunt eadem, III, 3, 3 sq. Literarum genus hieroglyphicum idem apud utrosque, III, 3, 4. Æthiopum leges singulares, III, 5-7. Æthiopum gentes, quæ extra Æthiopiæ fines habitant, III, 8, 1. Æthiopum corpora, ingenia, lingua, arma, vestitus, virtus, III, 8, 2 sqq. Æthiopum, qui supra Meroen habitant, de diis opiniones, III, 9, 1. Isidem, Panem, Herculem et Jovem colunt, III, 9, 2. Æthiopes nonnulli athei, *ibid.* Sepeliendi ritus varii, III, 9, 3 et II, 15. Sexcentesimo quoque anno terram lustrant. Qua ratione, II, 55, 3. Reges creant alii viros formosissimos, alii pastores optimos, alii opulentissimos, III, 9, 4. Eorum de regionibus amœnissimis et fertilissimis perpetua cum Afris certamina, III, 10, 1. — Æthiopes Ichthyophagi ad sinum Arabicum habitantes, III, 15. Ichthyophagi Æthiopes etiam Menam urbem in Hespera insula habitasse quondam dicuntur, III, 53, 6. Æthiopes Chelonophagi describuntur, III, 21. Rizophagi, quos leonum multitudo infestare solet, III, 23. Hylophagi, Spermatophagi, III, 24; Venatores, III, 25. Elephantomachi, III, 26. Simi et Struthophagi, III, 28. Acridophagi, III, 29.
Æthiopiæ in Ægypti confiniis metalla describuntur, III, 12-14. Regionis bestiæ, III, 35, 36. Auster ibi serenus, quum apud nos sit nimbosus, I, 41, 10. Lacum habet naturæ singularis, II, 14, 4. Æthiopam adiit Osiris, urbibus frequentavit et vectigalium exactores ibi reliquit, I, 18, 6. Subjecit eam Sesostris, I, 55, 1. Adierunt Semiramis II, 14, 4; III, 3, 1. Hercules et Bacchus, *ibid.* Huc migrant Ægyptii, qui a Psammeticho defecerant, I, 67, 3. Cambysæ in eam expeditio, X, 13, 3. Rerum Æthiopicarum scriptores, III, 11.
Æthra, Pitthei f., ex Neptuno mater Thesei, IV, 59, 1. Captiva a Dioscuris abducitur, IV, 63, 5.
Ætnæ in crateribus faces accendit Proserpina, V, 4, 3. Montis eruptiones Sicanos cogerunt ut orientali Siciliæ parte relicta in occiduam se conferrent, V 6, 3. Ætnæ ignes et illi insularum Æolicarum conjuncti sunt, alternatimque ardent, V, 7, 4. Ætnæ eruptio, XIV, 59, 3.
Ætna, urbs Siciliæ ad Ætnam montem, XI, 26, 7; XIV, 7, 7; 58, 2. Antea vocata est Catana, ubi vide, XI, 49, 1. Urbem capit Dionysius, XIV, 14, 2.
Ætnæus Juppiter, v. Juppiter.
Ætoli de Demosthene Atheniensium duce victoriam reportant; Molycriam capiunt; contra Naupactum arma movent, XII, 60, 1 sq. Eleis a Pausania rege bello petitis auxilia mittunt, XIV, 17, 9. Post pugnam ad Leuctra Thebanis se adjungunt, XV, 57, 1. Post Philippi obitum de reducendis Acarnanum exulibus, quos rex extorres egerat, decretum faciunt, XVII, 3, 3. Alexandri edictum, quo exules in patriam recipiendi erant, moleste ferunt, XVIII, 8, 6. Leostheni copias tradunt ad bellum Antipatro inferendum, 9, 5. Ætoli, qui Leostheni se adjunxerant, ex Thessalia in patriam revertuntur, 13, 4. Ætolis bellum inferunt Antipater et Craterus, sed mox majoribus rebus occupati pacem cum iis componunt, XVIII, 24-25, 5. Absente Antipatro, in Thessaliam irrumpentes plerasque urbes sibi adjungunt; interea Acarnanes Ætoliam incursant; quare redeuntes patriam liberant; pars exercitus in Thessalia relicta a Polysperchonte debellatur, XVIII, 38. Olympiadi gratificaturi, transitum per Thermopylas Cassandro intercludere statuunt, XIX, 35, 2. Cum Antigono faciunt, XIX, 66, 1. Quare Cassander cum hostibus eorum, Acarnanibus, arma jungit, XIX, 67, 3. Agrinium obsident, urbeque potiuntur, XIX, 68, 1. A Philippo, Cassandri duce, in summas angustias rediguntur, XIX, 74, 3 sqq. Cum Antigono societatem ineunt, XIX, 75, 6. Ætolorum prætor Dorimachus Dodonæum templum spoliat, XVI, 9. Antiocho M. juncti, mox partes ejus derelinquunt, XXIX, 3. Amicitiam pacemque petentes Romam veniunt, XXIX, 4. Eorum legati in senatu Romano, XXIX, 9. Spes tabularum novarum omnia apud eos miscet, XXIX, 33.

Ætoliam populantur Athenienses duce Demosthene, XII, 60, 1. V. Ætoli.

Africa, V. Libya.

Agalessenses, Indiæ populum, Alexander prælio vincit, XVII, 96, 2.

Agamemnonis Argivorum regis naves quattuor Troja redeuntes tempestate ad Calydnam insulam deferuntur, V, 54, 2. Agamemnon relictos in Creta milites diris devovit, XXXIII, 11.

Agamemnonis Cilicis opera Italicis navata contra Romanos, XXXVII, 19.

Agamessus, post Butæ interitum dux Thracum in Naxo insula, V, 50, 6. Ei in connubium datur Pancratis. *Ibid.*

Agarus, Scytharum rex, ad quem Parysades, Satyri regis filius, confugit, XX, 24, 3.

Agatharchidis Cnidii de Nili incrementis sententia, I, 41, 4. Ejus liber secundus de Rebus Asiaticis laudatur, III, 11, 2. Idem de populis maritimam oram prope sinum Arabicum incolentibus, III, 18, 4 sqq. De solis occasu in meridionalibus terræ regionibus, III, 48, 4.

Agatharchus, Syracusanorum navarchus, XIII, 13, 2.

Agatharchus, Agathoclis filius in Libya interfectus XX, 69, 8. Vide *Archagathus*.

Agatharchus, Agatharchi filius. V. Archagathus.

Agathiades, Phalanthi amasius, ne hunc Lacedæmonii occiderent, effecit, VIII, 21.

Agathocles (*Syracusanus*) suis sumptibus ædem exstruxit Minervæ; sed insolentia sua in iram deæ incurrens una cum domo sua conflagravit, VIII, 9.

Agathoclis Syracusani natales, parentes, fata usque ad tyrannidis occupationem, XIX, 2-9. Ejus in Messanios expeditiones; Mylas castellum capit; mox vero reddit a Carthaginiensibus coactus, XIX, 65, 1 sqq. In Abacæninos adversantes animadvertit, 65, 6. Ei bellum inferre decernunt Agrigentini, XIX, 70, 1; sed non multo post, rebus compositis, fœdus cum eo ineunt, 71, 6. Otio fruens copias auget ad bellum, quod a Carthaginiensibus sibi illatum iri prævidet, 72, 1 sq. Messeniorum urbe per dolum potitus, exules Syracusanos, qui eo confugerant, mactat, 102, 1 sqq. Carthaginiensium in Sicilia agros vastat, castellaque expugnat, 102, 8. Centoripinos novarum rerum studiosos jugulat, 103, 4. Naves nonnullas Carthaginiensium capit, 103, 5. Missis ducibus Dinocratem et Philonidem prælio vincit, 104, 2. Carthaginienses ad pugnam lacessit, sed his prælium detrectantibus, Syracusas recedit, 104, 4. Hostem copiis prævalentem metuens, Gelam per dolum occupat; civium plerosque mactat; magnam vim pecuniæ corradit, urbique validum imponit præsidium. Jam ex adverso Carthaginiensium castra ponit, 107. Prælio commisso primum superior est, mox victus Gelam se recipit, 108, 109. Inde Syracusas reversus urbem firmat bellumque in Africam transferre molitur, 110, 5; XX, 3. Milites instruit; ne qui per absentiam ejus res novas molirentur efficit; pecunias vi et scelere corradit, 4. In Africam transjicit, 5. Copiis ad Lapicidinas expositis, naves accendit, ne refugium milites haberent, XX, 7. Qua re imitatus est Alexandrum, XVII, 23, 2. Deinde exercitum per regionem amœnissimam ducit ad Megalopolin et Album Tunetem, quas urbes expugnat et evertit, XX, 8. Copias contra hostem educens animos militum ingenioso commento auget, 11. Prælio commisso victoriam deportat castraque Carthaginiensium diripit, 12. Victoriæ nuntios Syracusas mittit, 16, 2. Supra ducentas Libyæ urbes in potestatem redigit, 17. Nova Carthaginienses clade afficit, 18, 2. Hamilcaris caput e Sicilia transmissum Carthaginiensibus ostendit, 33, 1. Archagathi filii temeritate in summum venit vitæ periculum, sed sua virtute inde se expedit, et ducto in hostem exercitu magnam edit stragem, 33, 3-34, 7. Acri deinde prælio commisso iterum victor abit, 38. Dum hostem insequitur, Numidæ castra ipsius diripiunt, 39, 2 sq. Captivos Græcos contra datam fidem mactat, 39, 4. Ophellam, Cyrenarum principem, in belli societatem allicit, 40, 1 sq. Socium, quum advenisset, perfide opprimit ejusque exercitu potitur, 42, 3 sqq. Naves spoliis refertas Syracusas mittit, quarum vero pleræque exorta tempestate demerguntur, 44, 7. Antigoni exemplum secutus regem se declarat, diademate autem non utitur, 54, 1. Uticenses rebelles perdomat, crudelissime in eos sæviens, 54, 2-55, 2. Plurimis Libyæ urbibus subactis, 55, 3, de rebus patriæ anxius in Siciliam redit, relicto in Africa Archagatho filio, 55, 5. Redux Heracleotas et Thermitas subigit, Cephalœdium expugnat, Centoripa ingressus expellitur; Apolloniam capit, 56, 3 sq. Novus contra eum libertatis vindex exsistit Dinocrates, dux exulum; Agathoclis res in deterius vergi cœperunt, 57. 2 sq.; prælio navali Carthaginienses vincit, 61, 5, sqq.; per Leptinem ducem Agrigentinos fundit, 62. Ob dupplicem victoriam sacra diis facit; ingenium regis inter pocula conspicuum, 63, 1 sqq. Cives adversantes ipsi quingentos mactat, 63, 6. Denuo in Africam transjicit, filio duabus cladibus afflicto opitulaturus, 63, 7. Castra Carthaginiensium aggressus magno cum damno repellitur, 64. Nova calamitate afficitur, 67. Cum Heraclide filio natu minori clam Syracusas reverti constituit, verum re per Archagathum filium militibus aperta, corripitur, vinctusque traditur custodiæ, 68; mox vinculis solutus evadit, 69, 1 sqq. Filios derelictos milites occidunt, et cum Carthaginiensibus transigunt, 69, 3. Agathocles eodem die et mense, quo Ophellam necaverat, filios et copias perdidit, 70, 3. In Siciliam reversi immanis erga Egestanos crudelitas, 71. Filiorum cædis certior factus, militum cognatos Syracusis per Antandrum fratrem trucidat, 72. Deficit ab eo Pasiphilus, 77, 2. Quamobrem animo dejectus, cum Dinocrate, exulum duce, transigere tentat, 77, 3. Dinocrate conditiones propositas non admittente, apud exules eum criminari studet, missisque legatis pacem cum Carthaginiensibus init, 79. Exercitum ducit contra Dinocratem, prælioque ad Torgium commisso victoria potitur; captos contra datam fidem obtruncat, 89; Dinocratem, resarta gratia, exercitus parti ducem præficit, 90, 1. Liparæis injustum bellum infert; sceleris pœnas dat, 101, 1 sqq. Corcyram a Cassandro obsessam liberat, XXI, 2, 1-3. Ligures et Tyrrhenos stipendia solvi postulantes trucidat; Bruttiorum urbem obsidere instituit, sed magno cum damno repulsus redit Syracusas, 3, 1. Dolo usus imparatos aggreditur Crotoniatas, urbem capit, cives trucidat. Cum Iapygibus et Peucetiis societatem init; redit Syracusas, 4. Iterum in Italiam transgressus Stilponem Bruttiorum agros infestare jubet; ipse Hipponiatarum urbem capit; deinde redit Syracusas, 8. Cum Demetrio rege fœdus init per Agathoclem filium, 15. Expeditionem novam in Africam molitur; Agathoclem filium successorem ipsius designat; insidiis Archagathi nepotis veneno interficitur et vivus adhuc comburitur; mortui bona publicantur et destruuntur imagines, 16. Agathoclis filia Lanassa, XXI, 4. XXII, 8, 2. Timæum historicum exilio multaverat, quare hic odio tyranni flagrans multa de eo mendacia historiis mandavit, 17. Muneribus cumulaverat Calliam; quare supra modum ab eo in annalibus laudatur, *ibid.* Agathoclis virtus, quippe qui minimis præsidiis usus maximam adeptus sit dominationem, *ibid.*

Agathocles, Agathoclis filius, a patre ad fœdus pangendum ad Demetrium regem missus, XXI, 15. Regni successor ab Agathocle patre designatus ab Agatharcho interficitur, XXI, 16.
Agathocles, Lysimachi regis f., a Thracibus captus cum muneribus ad patrem remittitur, XXI, 11.
Agathocles, archon Athen. (Ol. 105, 4), XVI, 9, 1.
Agathon Pydnæus arcis Babyloniæ custodiæ ab Alexandro M. præfectus, XVII, 75, 2.
Agathon, frater Asandri, Cariæ præfecti, Antigono obses traditur, mox e custodia a fratre eripitur, XIX, 75, 2.
Agathyrnis, regio Siciliæ, quam occupat deque se nominat Agathyrnus, V, 8, 2.
Agathyrnus, Æoli f., V, 8, 1.
Agave, Cadmi et Harmoniæ f., IV, 2, 1.
Agelas Bacchidi in regno Corinthiorum succedit, VII, 9, 4.
Agemon, patruus et tutor Telestis regis Corinthii, quem regno spoliavit, VII, 9, 5.
Agenor, pater Cadmi et Europæ, IV, 2, 1, V, 48, 5 et 78, 1.
Agesias (*Hegesias*), archon Athen. (Ol. 114, 1), XVII, 113, 1.
Agesilaus I Agida post Doryssum rex Lacedæmoniorum, VII, 8, 3.
Agesilaus II, post Agidem II rex Lacedæmoniorum, contra Persas in Asiam trajicit, XIV, 79, 1. Regiones maritimas vastat, 79, 2 sq. In hiberna Ephesum redit, 79, 3. Inter Sardes et Thybarna Tissaphernem prœlio vincit; ad mare exercitum reducit, 80, 1 sqq. Cum Tithrauste semestres inducias facit, 80, 8. Ex Asia revocatus per Thraciam, Macedoniam, Thessaliam in Bœotiam tendit, 83, 1 sqq. Ad Coroneam prœlium committit; vulneratus Delphos transportatur, 84, 1 sqq. Studiis et moribus ab Agesipoli collega dissidet, XV, 19, 4. Ejus frater Teleutias, XV, 21, 2. Summus belli dux creatus, XV, 31, 3, in Bœotiam movet; prœlium oblatum aversatur; agros vastat, 32. In Peloponnesum redit, 33, 4. Iterum in Bœotiam movens pari Marte cum Thebanis pugnat, XV, 34, 1 sq. In Tegeatarum fines irruptionem facit, XV, 59, 4. Tacho regi dux est mercenariorum, XV, 92, 2. Prudenti ejus consiliis non obtemperat Tachos, 92, 3. Ægyptum Tacho regi recuperat; domum rediens in itinere moritur, XV, 93, 2 sqq.
Agesilaus, ab Antigono legatus in Cyprum missus, XIX, 57, 4; 59, 1.
Agesipolis I, Pausaniæ patri in regno Lacedæmoniorum succedit, XIV, 89, 1. Argivorum agros vastat, XIV, 97, 5. studiis et moribus dissidet ab Agesilao collega, XV, 19, 4. Contra Olynthios bellum gerit, XV, 22, 2; moritur, 23, 2.
Agesipolis II, post patrem Cleombrotum I rex Lacedæmoniorum, per unum tantum annum regnat; succedit Cleomenes frater, XV, 60, 4.
Agis I, post Eurystheum rex Lacedæmoniorum, VII, 8, 3.
Agis II, post Archidamum II rex Lacedæmoniorum, 27 annis regnum tenet, XII, 35, 4. Copias contra Argivos educit; inducias facit 4 mensium, XII, 78, 3. Redux vix supplicium effugit 78, 6. Argivos ad Mantineam vincit, 79, 4 sqq. Deceleam in Attica occupat, XIII, 9, 2. Ex Decelea profectus Athenas subito impetu infestat; repulsus, vastata Attica, in Peloponnesum regreditur, XIII, 72. Cum Pausania Atticam invadens sub mœnibus Athenarum castra ponit, XIII, 107; 2. Spartam urbem prudentia sua servat, XV, 82, 6.
Agis III, Archidamo patri in regno Lacedæmoniorum succedit; regnat 15 annis, XVI, 63, 2; novem annis, XVI, 88, 4 et XVII, 63, 3. Pro Dario Codomanno expeditionem in Cretam facit, ubi pleraque oppida Persarum partes sequi cogit, XVII, 48, 1 sq. In prœlio contra Antipatrum cadit, XVII, 63, 3 sq.
Agis, Pæonum rex, e vita decedit, XVI, 4, 2.
Agis, Ptolemæi I dux, Cyrenæos rebelles domat, XIX, 79, 2.
Aglaia, Amythaonis uxor, mater Melampodis et Biantis, IV, 68, 3.
Aglaia, Charopi uxor, mater Nirei, V, 53, 2.
Agrestes, Africæ populus, III, 31. Cf. Cynamolgi.
Agreus i. q. Aristæus, IV, 81, 1.
Agrigentini post victoriam Himerensem magna captivorum copia potiti, adhibent eam ad publicorum monumentorum (templorum, cloacarum, piscinæ) exstructionem agrique culturam, XI, 25, 3 sqq. Post victum a Syracusanis Thrasydæum tyrannum, populare imperium restituunt, pacemque ab Hierone impetrant, XI, 53, 5. Auxilia mittunt Syracusanis contra Thrasybulum, 68, 2. Agrigentini Hieronis tempore urbe pulsi in patrias sedes redeunt, 76, 4. A Ducetio pœlio victi Motyum castellum ei tradere coguntur, 91, 1 sq. Mox impositum præsidium ejiciunt, et cum Syracusanis conjuncti Ducetium prorsus debellant, 91, 5. Bellum movent Syracusanis; ad Himeram vincuntur, XII, 8. Agrigentini Atheniensium socii, XIII, 4, 2. Selinuntios, quot eorum captivitatem effugerunt, humanissime excipiunt, 58, 3. Adventante Hannibale et Himilcone, opes ex agris in urbem comportant, 81, 3; eorum divitiæ, 81, 4 sqq. Agrigentinorum ditissimi Gellias et Antisthenes, XIII, 83, 84. Ab Hannibale obsessis operam navat Dexippus Lacedæmonius, XIII, 85, 3. Auxilia ferunt Syracusani, XIII, 86, 4 sqq. Agrigentini duces oppidanos ignaviæ vel proditionis accusant, in eosque animadvertunt, XIII, 7, 4 sqq. Fame pressi, relictis in urbe senibus, Gelam fugiunt et deinde Leontium urbem inhabitandam a Syracusanis accipiunt, XIII, 89. A Dionysio deficiunt, XIV, 88, 5. Syracusanorum exulum suasu bellum contra Agathoclem suscipiunt; Geloos et Messanios sibi adjungunt; Acrotatum Lacedæmonium imperatorem arcessunt, XIX, 70, 1 sqq. Acrotatum tyranni in modum se gerentem magistratu abdicant, et bellum cum Agathocle componunt, XIX, 71. Imperium Siciliæ sibi vindicare tentant; misso Xenodico duce Gelam, Ennam, Erbessum, Echetlam, Camarinam et Leontium in libertatem vindicatas sibi adjungunt, XX, 31, 2 sqq. Xenodico ab Agathoclis ducibus victo, ab incœptis desistunt, XX, 56, 3. Iterum prœlio funduntur a Leptine Agathoclis duce, XX, 62. Carthaginiensium præsidium habent, ne Phintias urbe potiatur; id deinde exturbant, urbemque dedunt Pyrrho, XXII, 10, 1. Ad societatem armorum eos adducere studet Hanno, XXIII, 1, 2. Ager eorum a Cleone Cilice servorum ductore vastatur, XXXIV, 11, 3.
Agrigentinus taurus, XXXII, 25.
Agrigenti opulentia, templorum magnificentia, XIII, 81, 4; 82. Ab Hannibale et Himilcone urbs obsidetur, XIII, 85; capitur et evertitur, XIII, 90. Agrigentum tenet Sosistratus, XXII, 8, 4. A Romanis capitur, XXIII, 7, et 8, 3. Post naufragium Romanorum a Carthalone Carthaginiense occupatur et inceditur, XXIII, 18, 1. Cf. Agrigentini.
Agrinium, urbs Acarnaniæ, XIX, 67, 4. Ab Ætolis capitur, XIX, 68, 1.
Agrippa, post Tiberium rex Latinorum, VII, 3, a. 9.
Agrippa Furius, consul Rom. (Olymp. 85, 2), XII, 30, 1.
Agrippa Curtius Chilo, consul Rom. (Ol. 85, 3), XII, 31, 1.

T. Agrippa Menenius, consul Rom. (Ol. 87, 1), XII, 37, 1.
Agrippa Menenius, tribun. militar. cons. pot. (Ol. 91, 3), XIII, 7, 1.
Agrostis, planta Ægypti, I, 43, 1.
Agylla, Etruriæ urbs, cujus agros populatur et templum in navalibus situm expilat Dionysius Syracusanus, XV, 14, 3 sq.
Agyrinæi annua Herculi sacra facienda curarunt; pro his monumenta heros reliquit : lucum Herculeum, Geryonis lucum et fanum Iolai, IV, 24, 2 sqq. Eorum tyranni Agyris, XIV, 28, 6, et Apolloniades, XVI, 81, 4. Primi ab Phintia deficiunt, XXII, 2, 3. Partem agri Ameseli urbis expugnatæ iis dedit Hiero, XXII, 13, 1.
Agyris, Agyrinæorum tyrannus, fœdus cum Dionysio facit, XIV, 78, 6. Contra Magonem ei auxiliatur, XIV, 95, 3 sqq. Cf. XIV, 9, 3.
Agyris (?), rex in Cypro insula, Persarum socius, quem Evagoras interfecisse dicebatur, XIV, 98, 2.
Agyrium, urbs Siciliæ, patria Diodori, I, 4, 3; XIV, 9, 2. A Magone oppugnatur, XIV, 95.
Agyrrhius, dux Athen. in Thrasybuli locum substituitur, XIV, 99, 5.
Ajacis (*Oileo nati*) patria Naryx in Locride, XIV, 82, 8.
Ajax, Telamonis et EribϾ f., IV, 72, 7. Ejus sepulcrum in Troade honorat Alexander, XVII, 17, 3.
Αἰγίοχος, Juppiter nominatur in Oraculo, quo Ægarum urbem condere jubetur Perdiccas I, VII, 17. Nominis origo, V, 70, 6.
Aimnestus, Ennæorum tyrannus, a Dionysio dominatu ejectus civibus ad supplicium datur, XIV, 14, 6 sqq
Alaban, fluvius Siciliæ, IV, 78, 1 [XXXVI, 4, 2. V. Alba].
Alæsa, Archonidea, urbs Siciliæ Erbitæorum colonia, XIV, 19, 2.
Alæsini in Sicilia initio belli Punici primi Romanis sese dedunt, XXIII, 4.
Alalcomenia, urbs Bœotiæ, XIX, 53, 6.
Alba Silvius, rex Latinorum post Latinum Silvium, VII, 3 a, 8.
Alba Longa ab Ascanio condita, VII, 3, 3.
Alba flumen, quod postea Tiberis vocatum, VII, 3, 3.
Alba (Alabon?), fluv. Siciliæ, XXXVI, 4, 2.
Albæ puellæ quæ a Pythia dicantur, XXII, 11, 5.
Albanis bellum infertur a Tullo Hostilio, VIII, 22.
Albanus lacus, in quem cum domo universa mersus est Amulius Silvius, VII, 3 a, 11.
Albanus carcer, XXXI, 9, 1.
L. (*M.*) *Albinius*, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 102, 2), XV, 51, 1.
F. Albus (*L. Æmilius?*), tribun. militum cons. pot. (Ol. 101, 3), XV, 41, 1.
Albus murus in Ægypto, XI, 74, 4, et 77, 2.
Albus Tunes, urbs Libyæ ab Agathocle capta evertitur, XX, 8, 7.
Alcæus, primum Herculis nomen, I, 24, 4; IV, 10, 1.
Alcæus, dux Rhadamanthi, a quo Parum insulam accipit, V, 79, 2.
Alcæus poeta, Pittaci Mytilenæi inimicus, IX, 12.
Alcæus, archon Athen. (Ol. 89, 3), XII, 73, 1.
Alcamenes post Teleclem rex Lacedæmoniorum, VII, 8, 3.
Alcathous a Tydeo interficitur, IV, 65, 2. Ejus filia Eribœa, IV, 72, 7.
Alce, Olympi ex Cybele filia, quæ ipsa etiam Cybele dicitur, V, 49, 3.
Alcestis, Peliæ f., Admeti Thessali uxor, IV, 53, 1. VI, 6, 6.
Alcetas, post Aeropum rex Macedoniæ; ei successit Amyntas I, VII, 16, 5.
Alcetam, Epiri regem exulem, in regnum reducere tentat Illyrii, XV, 13, 2. Cum Atheniensibus societatem iniit, XV, 36, 5.
Alcetas, Arymbæ filius, post Æacidam rex Epiri, pater Alexandri et Teucri; ejus contra Lyciscum Cassandri ducem bellum, XIX, 88. Facta pace cum Cassandro amicitiam jungit, XIX, 89, 1; ab Epirotis una cum duobus filiolis, Eione et Niso, trucidatur, 89, 3.
Alcetas, frater Perdiccæ, copiarum dux sub Eumene imperatore militat, XVIII, 29, 2. Post necem fratris Perdiccæ, a Macedonibus capitis damnatur, XVIII, 37, 2. In Pisidia ab Antigono prœlio vincitur; Termessum confugit; occiditur; cadaver ejus Antigono traditur, XVIII, 44-46, insepultus abjectus a Termessensium juvenibus honorifice sepelitur, 47, 3.
Alcibiades Periclem rationes pecuniarias reddere coactum consiliis suis adjuvat, XII, 38, 3. Cum exercitu Argivis se adjungit, XII, 78, 1. Argivorum turbas intestinas componit, XII, 81, 3 sq. Ut bellum Siciliense suscipiatur populo suadet, XII, 84, 1. Ipse dux eligitur una cum Nicia et Lamacho, 84, 3. Alcibiade auctore Hermas omnes una nocte truncatas esse suspicio est, XIII, 2, 5. Ad causam dicendum domum revocatur; fugam arripit; capitis damnatur; Spartam profectus Lacedæmonios ad bellum contra Athen. restaurandum excitat, XIII, 5. Spartæ Syracusanis patrocinatur, XIII, 7, 2. Cum Agide in Atticam se confert, XIII, 9, 2. Prohibito Pharnabazo, ne Phœnicum classem Lacedæmoniis auxilio mittat, patriæ gratiam et redeundi veniam consequitur, XIII, 37, 2 sqq. In Samum ad Atheniensium exercitum venit, XIII, 41, 4 sq. Theramene adhortante in patriam recipitur, 42, 1 sq.; ex Halicarnasso et Meropide magnam prædam congerit; militum benevolentiam in Samo sibi conciliat, 42, 3. Ex Samo in Hellespontum navigans ad Mindari cladem prope Dardanium promontorium multum confert, XIII, 46, 2, sq. Cum Thrasybulo et Theramene Lacedæmonios magna clade afficit, XIII, 50 sq. Ex Pharnabazi provincia ingentem prædæ vim congerit, XIII, 64, 4. Cum Thrasyllo Lampsacum munit; deinde cum eodem Therameni se adjungit Chalcedonemque oppugnat, XIII, 66, 1 sqq. Thraciæ et Chersonesi incolas in partes suas trahit, XIII, 66, 3; Selybria proditione potitur; Therameni iterum se adjungit cum eoque Byzantium capit, 66, 4 sqq. Post subactas urbes Hellesponti cum collegis Athenas redit; magno applausu excipitur; ejus ingenium, virtus, oris suavitas, XIII, 68 sq. Totius exercitus summus imperator creatur, XIII, 69, 3. Ejus expeditio in Andrum, Con et Rhodum, 69, 4 sq. Ad Notium classem in ancoris sistit; cum navigiis nonnullis Clazomenas trajicit; interea Antiochus, cui classem commiserat, contra mandata Lysandrum aggressus prœlio vincitur; Alcibiades, hoste novum prœlium recusante, Samum versus navigat, XIII, 71. Cumæos injuste aggreditur, XIII, 73, 3 sq. Ab his apud populum Athen accusatur; simul aliorum criminationibus oppressus classis imperium Cononi tradere cogitur, 73, 6 sqq. Pactyen in Thraciam abscedit, 74, 2. Atheniensium ducibus ad Ægos potamos cum classe sistentibus auxilia offert; verum conditiones ab eo propositæ repudiantur, XIII, 105, 3 sqq. Phanabazi insidiis necatur, XIV, 11.
Alcidas, dux Lacedæmoniorum auxilio mittitur Mytilenæis ab Atheniensibus obsidione pressis, XII, 55, 5.
Alcidas, Spartanus, classis prætor in Corcyra, XV, 46, 2.
Alcidice, Alei filia, uxor Salmonei, mater Tyrûs, IV, 68, 1.
Alcimenes, Iasonis et Medeæ f., IV, 54, 1.

Alcimus, Demetrii Poliorcetæ dux, in Rhodi obsessione cadit, XX, 98, 9.
Alcinous, Phæacis f., ad quem Ulysses venit, IV, 72, 4.
Alcippe Amazo, IV, 16, 3.
Alcisthenes Laco, Phocensium dux, ad Narycem prœlio a Bœotis vincitur, XIV, 82, 8.
Alcisthenes, archon Athen. (Ol. 102, 1), XV, 50, 1.
Alcmæon, Amphiarai et Eriphylæ f., dux Epigonorum, IV, 66, 3. Matrem interficit, IV, 65, 7.
Alcman, poeta, Musas Cœlo et Terra genitas ait, IV, 7, 1.
Alcmene, Electryonis et Eurydices f., ex Jove mater Herculis, IV, 9, 1; V, 64, 6. Postrema mortalium, quas Juppiter amavit, IV, 14, 4. Cum Hercule Tirynthe migrat in Pheneum Arcadiæ urbem, IV, 33, 2. Post mortem pro dea a Thebanis colitur, IV, 58, 6.
Alcyone, Atlantis in Libya regis f., III, 60, 4.
Alcyone, Eurysthei soror, cui vim inferre tentavit Homadus Centaurus, IV, 12, 7.
Alector, Elidis rex, socium regni assumit Phorbantem, IV, 69, 2.
Alegenor, Itoni f., pater Clonii, IV, 67, 7.
Aleos, Arcadiæ regulus, pater Auges, quam ab Hercule stupratam Nauplio tradit, IV, 33, S sq.
Aleria, urbs Corsicæ, V, 13, 3, *ubi nunc legitur corrupte : Calacis.*
Alesa, urbs Siciliæ, a Mamertinis occupatur; eam sibi adjungit Hiero, XXII, 13, 1.
Alesia, urbs Celtica ab Hercule condita; primus eam subegit Cæsar, IV, 19, 2; V, 24, 2.
Aletes Corinthi regnum accipit ab Heraclidis, VII, 9, 2; quam diu et ipse et posteri ejus regnaverint, *ibid.*
Aleuadæ Larissæi, Alexandrum Macedonem contra Alexandrum Pheræum tyrannum auxilio advocant, XV, 61, 3. Philippi ope, Thessaliæ tyrannos debellant, XVI, 14, 2.
Aleüs, Alcidices pater, IV, 68, 1.
Alexander, rex Corinthiorum, Agemonis successor, VII, 9, 5.
Alexander I, post Amyntam I rex Macedoniæ, cui succedit Perdiccas II, VII, 16, 5.
Alexander II, Amyntæ II patri in regno Macedoniæ succedit; per unum tantum annum regnat, XV, 60, 3. Ab Aleuadis contra Alexandrum tyrannum advocatus, Larissa et Cranone potitur, XV, 61, 4 sq. A Ptolemæo Olorita interficitur, XV, 71, 1.
Alexander Spartanus in finibus Tegeaticæ regionis cum Argivis prœlians cadit, XV, 64, 2.
Alexander, Olympiadis frater, post obitum Arymbæ Molossorum regnum a Philippo rege obtinet, XVI, 72, 1. Ejus cum Cleopatra nuptiæ, 91, 4 sqq.
Alexander, Pheræorum tyrannus, Polydorum fratrem jugulat, eique succedit per annos undecim. Ab Aleuadis et Alexandro II Macedonum rege Larissa ejicitur, XV, 61, 2 sqq. Contra eum Thessali arcessunt Pelopidam, qui Larissam occupat, 67, 4. Pelopidam et Ismeniam capit; ab Atheniensibus auxilia petit; hostem in angustias adigit, 71, 2 sqq. Ejus in Scotussæos facinus impium, 74, 1. Duobus prœliis victus subactas urbes reddere Thessalis cogitur, 80. Cycladas insulas bello infestat. Atheniensium ducem Leosthenem vincit; Chares contra eum mittitur, 95, 1 sqq. A Thebes uxoris fratribus Lycophrone et Tisiphono necatur, XVI, 14, 1.
Alexander III Magnus, in prœlio ad Chæroneam primus hostium aciem perrumpit, XVI, 86, 3. Cædis paternæ auctoribus punitis, ac patre sepulto, humanitate subjectorum sibi benevolentiam conciliat, XVII, 2, 1 sq. Hecatæum in Asiam mittit, qui Attalum regno insidiantem e medio tolleret, 2 3 sqq. Græciæ civitates defectionem molien es, omnes brevi ad obedientiam reducit, 3. Thessalos et Amphictyones comitate sibi adjungit; et Atheniensibus perterritis, in senatu Corinthio summus Græciæ imperator designatur, 4. Thraces, Pæones et Illyrios rebelles perdomat, 8, 1. In Thebanos defectores exercitum ducit; urbem obsidet, capit, exscindit; incolas in servitutem vendit, 8, 2—14, 4. Decem oratores, qui populum contra ipsum excitassent, ab Atheniensibus sibi dedi postulat, 15, 1. Demadis prudentia reconciliatur, 15, 5. De expeditione in Asiam suscipienda deliberationem instituit; sacra, ludos, convivia ante profectionem celebrat, 16. In Asiam trajicit; in Troade copias recenset; faustis ominibus beatur, 17. Minervæ sacra facit, 18, 1. Ad Granicum e regione hostilis exercitus castra ponit, 19, 1. Prœlium committit; sua manu Spitrobatam concidit; in summum venit vitæ periculum; funduntur, fugantur hostes, 19, 3—21, 6. In Lydiam movens Sardes capit, 21, 7 Miletum, quo Persæ profugerant, in ditionem accipit; classem prudenti consilio dissolvit, 22. Halicarnassum oppugnat, tandemque capit; omnique litorali Asiæ ad Ciliciam usque potitur, 24-27. In morbum incidit, quo liberatur a Philippo Acarnane, 31, 4 sq. Alexandrum Lyncestem suspectum redditum custodiæ tradit, 32, 1. Parmenionem Cilicias portas occupare jubet, 32, 2. Issum occupat, 32, 4. Prœlio ad urbem commisso victor abit, castris et familia regia potitus, 33-36. Ejus in Darii matrem, uxorem et liberos benignitas, 37, 3—38, 7. Darii legatos de pace ineunda missos re infecta dimittit, 39, 1 sq. Exercitu recreato, Ægyptum petentem ab urbe arcere conantur Tyrii, 40, 1 sq. Tyrum post septem mensium obsessionem capit, 40, 3—46, 5. Herculi Tyrio sacra facit, urbique regem dat Abdalomymum, 46, 6. Gazam obsidenti Græcorum legati auream coronam ob Issensem victoriam afferunt, 48, 6. Gaza potitus in Ægyptum movet, quam absque Marte in ditionem accipit, 49, 1. Ad Ammonis templum proficiscitur. In itinere Cyrenensium legati cum corona donisque occurrunt, 49, 2 sq. Quæ responsa ei dederit Jovis Ammonii sacerdos, 51. In Ægyptum regressus Alexandriam condit, 52, 1 sqq. In Syriam pergit, 52, 7. Veniunt Artaxerxis legati amplissimas pacis conditiones offerentes; accipiendas esse censet Parmenio; Alexander repudiat, 54, 1 sqq. Uxorem Darii defunctam splendidissimo funere honorat, 54, 7. Tigrim transit, 55, 3 sqq. E regione Persarum castra ponit, 55, 6, somno profundo correptus quiescit, 56, 1 sq. Aciem instruit, 57; prœlium ad Arbela committitur; vincunt Macedones, 58, 1—61, 3. Magna præda locupletatus Babylonem tendit, ubi ab incolis benigne exceptus provinciarum recens occupatarum ordinat administrationem, 64, 3 sqq. Novas ex Europa copias accipit. In Sittacenam profectus exercitus rationes denuo constituit; ultro movet; Susarum arcem ei tradit Abuletes satrapa, 65. Matre et liberis Darii Susis relictis, Pasitigrim transgressus Uxianæ urbibus potitur, 67. Persiden versus tendens quum vi per Susiades petras penetrare magna cum suorum clade frustra tentasset, captivo duce usus transitûs custodes circumvenit et concidit, 68. Hinc Persepolin contendenti Tiridates urbem se traditurum per literas pollicetur. Obviam fiunt Græci captivi fœde mutilati, quorum infortunium generoso rex animo sublevat, 69. Persepolin militibus diripiendam concedit, 70. Ipse arcis thesauris potitur, 71, 1. Victoriam festis conviviis celebrat, inter quæ ebrius et Thaidis exhortatione impulsus regiam incendit, 72. Reliquis Persidis urbibus subactis in Darium movet; quem vero a Besso jam necatum invenit,

73, 1. Lacedæmonii ad eum legatos mittunt, qui delictorum veniam petant, 73, 6. Oratione et donis ad continuandam secum expeditionem milites adducit, 74, 3 sq. In Hyrcaniam progreditur ejusque oppida subigit, 75, 1 sqq. Mardorum terram occupat et pervastat. Optimus regis equus a Mardis furto abductus, sed mox restitutus, 76. In Hyrcaniam regressus Thalestri, Amazonum reginæ, prolem excitare studet; Persarum regum mores luxumque æmulari cœpit, 77. Satibarzanem et Bessum bellum moventes opprimit. Dranginam petit, 78. Conspiratione in regem facta et per Cebalinum aperta, insidiarum auctores morte mulctantur; inter hos Philotas, Parmenio, Alexander Lyncestes, 79-80. In Arimaspos s. Euergetas ducit; his et Gedrosiis Tiridatem præficit; contra Satibarzanem denuo bellum moventem mittit Erigyum et Stasanorem; ipse Arachosiam subigit, 81. Paropamisadarum regionem occupat, 82. Superato Paropamiso, urbes duas condit; in Bactrianam movet contra Bessum, quem captum Darii cognatis ad supplicium tradit, 83. *** (*Lacuna. Vide summarium græcum libri XVII*, § 19-34. *Excidit narratio de Alexandro multos milites in terris aqua desertis amittente; Branchidas Græcorum proditores puniente; contra Sogdianos, Scythas, Bactrianos rem gerente; de Clito a rege interfecto; de Callisthenis interitu; de expeditione contra Nautacas; de Alexandro Rhoxanen, Oxyartis filiam ducente* (Cf. XVIII, 3, 3); *excidit denique prima pars narrationis de expeditione in Indiam.*) Massacorum regina Alexandro se dedit; A. mercenarios Massacorum contra datam fidem trucidat, 84. Aornum Indiæ rupem occupat, 85. Aphricæ Indi exercitum et elephantos in fidem accipit; Mophis, Taxilis filius, se regnumque tradit Alexandro, qui regnum ei restituit, XVII, 86. Bellum contra Porum, 87, 1—89, 1; post reportatam victoriam Soli sacra facit. Classem sibi parat; duas urbes condit. Poro ob virtutem regnum restituit, 89, 3 sqq. Embisarum regem ad imperata faciendum cogit, 90, 4. Hephæstionem contra Porum, Pori nuper devicti nepotem, mittit; ipse Adrestas et Cathæos subigit; Sopithæ regnum in fidem accipit, 91. Item regnum Phegei, 93, 1. Ad Hypanin usque progressus etiam Præsiorum et Gandaridarum terras in potestatem redigere parat, 93; sed refragante exercitu summopere fatigato, ab incœpto desistit, 94 (Cf. II, 37, 3); positis expeditionis monumentis, ad Acesinen fluvium redit, ubi classem et novas e Græcia copias invenit; urbes ad fluvium conditas Nicæam et Bucephalam nominat, 95. Ad confluentes Acesinæ et Hydaspis progressus, Siborum terram invadit et subigit; Agalessenses prœlio vincit, 96. In Indi et Hydaspis confluentibus in summum vitæ periculum incidit, 97. In Oxydracas et Mallos arma movet; quorum urbem oppugnans vulneratur; e hostium manibus a Peuceste eripitur, 98-99. Pro restituta salute grates diis reddens, sacra et convivia instituit, 100, 1. Iter Oceanum versus continuans, obvios populos subigit: Sambastas, Scodras, Massanos(apud quos Alexandriam urbem condit), Musicani, Porticani et Sambi regna, 102. Hamarteliam oppugnat; cujus urbis incolæ telis veneno tinctis utentes magna Macedones calamitate afficiunt; antidotum regi per somnum offertur, quo tum alios tum Ptolemæum sanitati restituit, 103. Ad Oceanum provectus sacra facit, Oceano et Tethyi aras exstruit. (Potanam urbem ad Indum fluvium condit, III, 47, 9.) Retro movet ad Tauala oppidum; classem sub Nearcho oram legere jubet usque ad Euphrati ostia; ipse terrestri itinere pergit. Arbitas subjicit; inde a finibus Oritidis exercitu tripartito omnia vastat, et novam urbem Alexandriam condit, 104. Magno cum labore desertas Gedrosiæ et Carmaniæ regiones peragrat, 105. In lætiores terras delatus exercitum recreat; duces improbos castigat; provinciarum præfectis jubet, ut conductitium militem exauctorent; Salmunte, urbe maritima, morantem convenit Nearchus, 106. Susas profectus Statiram ducit; Drypetim dat Hephæstioni, 107, 6. Susis triginta millia juvenum Persarum ad artem bellicam exercitatorum recipit, 108, 1. Ludis Olympicis edictum promulgat, quo exsulibus redeundi in patriam venia data (Cf. XVIII, 8, 2 sqq.); milites ætate jam provectiores militiæ sacramento absolvit, in seditiosos severe animadvertit, 109. Dimissorum numerum novis augmentis explet; Susis profectus venit Ecbatana, ubi Hephæstion moritur, cujus corpus Babylonem deferri jubet, 110; Cossæos debellat, 111, 4 sqq.; contemtis Chaldæorum vaticiniis Babylonem intrat, 112. Legatos gratulandi causa undique convenientes admittit, 113. Hephæstioni funus adornat omnium splendidissimum, 114, 115. Otiosam et luxuriosam vitam amplectitur; instans mors prodigiis proditur, 116. In comissatione apud Medium Thessalum mero supra modum se onerat; in morbum incidit; moritur; morientis verba (Cf. XVIII, 1, 4); annulum Perdiccæ tradit, 117. A nonnullis Antipatri opera pharmaco letali rex necatus dicitur, 118, 1 sqq. Funus curandum datur Arrhidæo, XVIII, 3, 5. Mandata, quæ Cratero rex dederat, post mortem ejus a ducibus antiquantur, XVIII, 4, 1 sqq. Alexandri corpus Alexandriam deportatum; loculi et currus descriptio, XVIII, 26-28. Alexander M. Rhodum urbem maxime coluit, ita ut testamentum de toto regno illic deponeret, XX, 81, 3. Alexandri animi altitudo, XXX, 21, 3, 4. Ejus filius Alexander, XIX, 105, 2. Hercules, XX, 20, 1.

Alexander Lyncestes, Alexandri M. comes, literis Olympiadis regi suspectus redditus custodiæ traditur, XVII, 32, 1 sqq. Conspirationis in regem accusatus Macedonum judicio capitis damnatur, 80, 2.

Alexander, Alexandri M. filius, una cum Roxane matre interficitur, jussu Cassandri, XIX, 105, 2.

Alexander, Ætolorum prætor, in Thessaliam expeditionem suscipit, absente Antipatro, XVIII, 38, 1.

Alexander, Polysperchontis filius, Phocioni suasor est ut Piræeum occupet, XVIII, 65, 3. Ad Piræeum castra metatur, 65, 5; 68, 3. Urbibus Peloponnesi inhiat, XIX, 35, 1. Isthmum contra Cassandrum præsidiis munit, 54, 3. Cum Antigono societate inita, in Asiam transjicit, 60, 1. Ab Alexione Sicyonio interimitur, 67, 1. Ejus uxor Cratesipolis, *ibid.*

Alexander, Macedo, Demetrii Poliorcetæ dux, noctu per fossam Rhodum urbem ingressus, a Rhodiis deprehenditur, XX, 94, 5.

Alexander, filius Cassandri et Thessalonices, frater Antipatri, Demetrium auxilio arcessit, ab eoque interficitur, XXI, 7.

Alexander, Alcetæ regis Epirotarum filius, XIX, 88, 3.

Alexander, Pyrrhi e Lanassa filius, XXII, 8, 2.

Alexander Bala, rex Syriæ, Antiochiæ præfecturam Hieraci et Diodoto tradit, XXXIII, 3. Ejus fuga et mors. Datum ei oraculum, XXXII, 10.

Alexandri Zabinæ, Syriæ regis, in captos defectores clementia, XXXIV, 35. Ejus sacrilegium et fuga, in qua capitur, XXXIV, 28.

Alexandria, urbs Ægypti, I, 50, 7. Ejus origines et incrementa, XVII, 52.

Alexandria ad Paropamisum ab Alexandro M. condita, XVII, 83, 1.

Alexandria, in Sodrarum et Massanorum regione ab Alexandro condita, XVII, 102, 4.
Alexandria in Oritide regione Indica ab Alexandro condita, XVII, 104, 8.
Alexandria, urbs Troadis, XXIX, 7.
Alexandrinorum in Ægypto dux Hegelochus, XXXIV, 20.
Alexias, archon Athen. (Ol. 93, 4), XIII, 104, 1.
Alexion, Sicyonius, Alexandrum, Polysperchontis f., interimit, XIX, 67, 1.
Algidus, urbs Italiæ, XII, 24, 4.
Alicyæorum regio in Sicil. XXXVI, 3, 4.
Alicyæi in Sicil. ad Romanos deficiunt, XXIII, 5.
Alilæi Arabes, III, 45, 6.
Alium (?), Elidis oppidum, XIV, 17, 8.
Allifæ, Samnitum urbs, a Marcio consule (Ol. 117, 4.) capiuntur, XX, 34, 2.
Aloeus Otum et Ephialten mittit, qui Iphimediam uxorem a Thracibus Naxum abreptam reducerent, V, 51, 1. 50, 6.
Alope, urbs Locridis, XII, 44, 1, ad quam Locrenses prælio vincit Cleopompus, XII, 44, 1.
Alpes (per) viam exercitui suo stravit Hercules, IV, 19, 3. Ex iis defluit Rhodanus, V, 25, 4.
Alphaterna Nuceria a Romanis deficit, XIX, 65, 7.
Alpheus, in Elide fluv., IV, 13, 3; 14, 1.
Althæa, Œnei uxor, fratrum cædem moleste ferens, Meleagrum filium diris devovet, IV, 34, 5. Ejus mors, *ibid.*
Althæmenes, Catrei f., ne patris occisor existat, ex Creta migrat Camirum in Rhodo insula; sed ibidem filium quærens noctu appellit pater, quem ignarus interficit filius, ut oraculo erat prædictum, V, 59, 1 sqq. Jovi Atabyrio templum in Rhodo ins. condit, V, 59, 2. præ mærore ob cædem patris moritur, V, 59, 4. Pro heroe a Rhodiis colitur, *ibid.*
Aluminis metalla in Lipara insula; in Melo, V, 10, 2.
Alyzæi, in bello Lamiaco Atheniensium socii, XVIII, 11, 1.
Amalthea Ammoni parit Bacchum, III, 68, 2.
Amaltheæ cornu, regio in Libya, III, 68, 3.
Amaltheæ cornu quid significet, IV, 35, 4.
Amalthea capra, V, 70, 3. Ab ea Juppiter audit αἰγίοχος, V, 70, 6.
Amara palus in Libya, XVII, 49, 7.
Amasis, Ægypti rex, homo superbus; bello eum petit et regno pellit Actisanes, rex Æthiopum, I, 60.
Amasis quomodo rex Ægypti factus sit, I, 68, 3 sqq. Vir justus et æquus, exercitus favore pollet, 68, 5. Cypri oppida subigit; regnat 55 annis, 68, 6. Legumlationi operam navavit, 95, 1. Ad eum Elei legatos mittunt, 95, 2. Polycratis tyranni amicitiam et fœdus respuit, 95, 3. Ejus sepulcrum Cambyses diruit. X, 13, 2.
Amathusii in Cypro insula a Persis auxilia petunt contra Evagoram, XIV, 98, 2. Eorum princeps Seleuco obsides dare cogitur, XIX, 62, 6.
Amazonum in Asia nationis initia. II, 44, 2 sq. Sedes ad Thermodontem et Themiscyra urbs; mores et instituta, II, 45; Martem et Dianam colunt, II, 46, 2. Regnum ad Syriam usque extendunt. Regnante Hippolyta, a Hercule vincuntur (Cf. IV. 16.); ultima eorum regina Penthesilea ad Trojam ab Achille interfecta, II, 46, 3 sq. Amazonum in Atticam expeditio, IV, 28. Earum regina Thalestris Alexandrum M. convenit, XVII, 77, 2.
Amazones Libycæ, ob summam antiquitatem in dubium vocatæ; earum species erant Gorgones, III, 52. Gynæcocratia; virorum inter eas servilis conditio; sedes earum in Hespera insula, III, 53. Hinc profectæ sub Myrina regina bellum movent Atlantiis, Gorgonibus, 54; Africæ reliquis populis, Syris et Cilicibus, populis ad Taurum, insulis maris Ægei, 55, 1 sqq. Ab Hercule delentur, III, 55, 3.
Amazoneum Athenarum, IV, 28, 2.
Ambicæ, Siciliæ castellum, XX, 89, 3.
Ambraciotæ, Lacedæmoniorum socii in bello Peloponnesiaco, XII, 42, 4. Lacedæmonios in Acarnaniam advocant, XII, 47, 4. Magna clade afficiuntur, XII, 61; cum Acarnanibus in gratiam redeunt, et Lacedæmoniorum præsidium in urbem recipiunt, 60, 5 sq. A Lacedæmoniis deficiunt, XIV, 82, 3. Aristarcho suadente, Macedonum præsidium urbe ejiciunt, XVII, 3, 3. Eos legatione et promissis demulcet Alexander, XVII, 4, 3.
Ameselus, urbs Siciliæ, ab Hierone expugnata, XXII, 13, 1.
Amestris, Oxyartæ filia, Crateri, postea Lysimachi uxor, XX, 109, 7.
Amilcar. V. Hamilcar.
Aminias Atheniensis, frater Æschyli poetæ, prœlio Salaminio virtutis palmam aufert, XI, 27, 2.
Aminias, archon Athen. (Ol. 89, 2), XII, 72, 1.
Aminias, Rhodiorum dux, urbem a Demetrio obsessam defendens cadit, XX, 97, 7.
Amisus in Cappadocia a Cassandri duce Asclepiodoro obsidetur, XIX, 57, 4. A Ptolemæo, Antigoni legato, liberatur, 60, 2.
Ammon, Libyæ rex, III, 68, 1. A Saturno prælio victus, in Cretam fugit, ubi ducta Creta rex insulæ factus est, III, 71, 2. Panchæorum gentem debellat, eorum urbes Doam et Asterusiam solo æquat, V, 44, 7.— Ammonis oraculum a Baccho institutum, III, 73, 3. Cambysæ adversus templum Jovis Ammonis expeditio X, 13, 3. Oraculi antistites corrumpere tentat Lysander, XIV, 13, 5. Templum adit Alexander M., XVII, 49, 7; 51. Templi descriptio, XVII, 50, 3 sq. Oraculum Ptolemæum I uti deum venerandum esse Rhodiis respondet, XX, 100, 3.
Ammoniacæ in Libya regionis natura, situs, templa, memorabilia, XVII, 50.
Ammonius, princeps Marathenorum, XXXIII, 5, 1.
Ammosis, rex Ægypti, pyramidis auctor, I, 64, 13.
Amphalces, Antiphatæ et Zeuxippæ f., IV, 68, 5.
Amphiaraus, Hypermnestræ et Œclis filius, IV, 68, 5. Œclis pater, 32, 3. Cum Adrasto de regno contendit; Eriphylen ducit, quæ invitum adegit, ut cum Polynice Thebanam expeditionem susciperet, 65, 6. Mandatum, quod Alcmæoni filio relinquit, *ibid.* Vitæ finis, 65, 9.
Amphictyonis, tribus Thuriorum, XII, 11, 3.
Amphictyones Lacedæmoniis ob occupatam bello Leuctrico Cadmeam, Phocensibus propter sacros agros opere rustico excultos multam irrogant, XVI, 23, 2 sq. De bello communiter contra Phocenses gerendo decretum faciunt, 28, 4. Suffragii jus, quod antea Phocenses habuerant, Philippo tribuunt, 60, 1. Communi omnium decreto Alexandrum summum Græciæ ducem designant, XVII, 4, 2.
Amphilochi Romanorum decreto ab Ætolorum societate disjunguntur, XXXI, 10, 3.
Amphimacho Mesopotamia et Arbelitis ab Antipatro assignantur, XVIII, 39, 6; XIX, 27, 4.
Amphinome, Iasonis mater, a Pelia ad cædem poscitur; se ipsa interficit IV, 50, 2.
Amphinome, Peliæ f., uxor Andræmonis, IV, 53, 1.
Amphion, Centaurus ab Hercule occisus, IV, 12, 7.
Amphion (*Iasi filius*) Thebanus, pater Chloridis, IV, 68, 6.
Amphion et Zethus (*Jovis et Antiopes filii*) Thebarum urbem exstruunt, XIX, 53, 5.

Amphipolia (ἀμφιπόλια) Jovis Olympii, magistratus annuus Syracusanorum, XVI, 70, 6.
Amphipolim 10,000 hominum coloniam deducunt Athenienses, XI, 70, 5 (XII, 32, 3; XXXI, 10, 7). Urbs a Brasida capitur, XII, 68, 1 sq. Brevis urbis historia, *ibid.* Ad eam prælium commissum, quo Brasidas et Cleon duces ceciderunt, XII, 74, 1 sq. Civitatem suis legibus uti jubet Philippus, XVI, 3, 3. Ea potitur Philippus, XVI, 8, 2. Ab Aristonoo, præfecto Olympiadis, Cassandro traditur, XIX, 50, 8.
Amphissenses in bello Peloponnesiaco Lacedæmoniorum socii, XII, 42, 4. Ab Onomarcho imperata facere coguntur, XVI, 33, 3.
Amphitryo Tirynthe pulsus Thebas migrat, IV, 10, 2. Ejus formam mentitus Juppiter, IV, 9, 4.
Amulius Silvius post Agrippam rex Latinorum; ejus impietas et supplicium, VII, 3. a., 10. VII, 4.
Amulius, Procæ Silvii filius, Numitoris frater natu minor, post obitum patris regnum usurpat, VII. 3. a., 12. A Romulo et Remo interficitur, *ibid.*
Amyntas I post Alcetam rex Macedoniæ, cui successit Alexander I, VII, 16, 5.
Amyntam, filium Philippi, in regnum reducere constituit Sitalces Thracum rex, XII, 50. 3. (*Philippus ille filius fuit Alexandri I, frater Perdiccæ II, quem in parte quadam superioris Macedoniæ regnasse suspicatur Spanhemius. Inde quum Perdiccas frater eum expulisset, filium ejus Amyntam in paternam possessionem restituere Sitalces annixus est.*)
Amyntas II, Pausaniam Macedoniæ regem interficit; eique succedens regnat 24 annis, XIV, 89, 2. Amyntas, Philippi pater, regnum amittit; Thessalorum ope recuperat, XIV, 92, 3. Olynthiis bellum infert; a Lacedæmoniis auxilia accipit, XV, 19, 2. Fœdus cum Iasone Pheræo jungit, XV, 60, 2. Amyntas, Arrhidæi f., e vita decedit; ejus filii Alexander, Perdiccas et Philippus, XV, 60, 3, Ptolemæus Olorita, XV, 71, 1.
Amyntas, e Macedonia exul ad Darium fugit; post cladem ad Issum cum mercenariis Pelusium transjicit, urbeque potitur; deinde contra Memphites pugnans cadit, XVII, 48, 2 sqq.
Amyntas ab Alexandro Gaza potito in Macedoniam mittitur, ut novas copias colligeret, XVII, 49, 1.
Amyntas, dux Rhodiorum, naves nonnullas Demetrii Poliorcetæ demergit, XX, 93, 5.
Amyntas, Macedonum dux, ab Ariarathe rege Cappadociæ interficitur, XXXI, 27, 5.
Amythaon, Cretheiet Tyrûs f., IV, 68, 3. Ex Aglaia Melampodis et Biantis pater, IV, 68, 3. Ejus filia Perimela, Antionis uxor, IV, 69, 3.
Anacalyptra, munera sponsalia, pro quibus Proserpinæ donata Sicilia insula, V, 2, 3.
Anacharsis Scytha, sapientia sua tumidus, Apollinis oraculum consulit, IX, 5. Idem apud Crœsum, IX, 26.
Anagnitis bellum inferunt Romani, XX, 80, 4.
Anaphas, Artamnis filius, unus ex septem viris Magi interfectoribus. Ei Cappadociæ principatus conceditur. Filium habet cognominem. XXXI, 19, 1 et 2.
Anaphas, Anaphæ filius, rex Cappadociæ; ejus filii Datames et Arimnæus, XXXI, 19, 2.
Anapus, fluvius ad Syracusas, XV, 13, 4.
Anaxagoras, rex Argivorum, Megapenthis filius, IV, 68, 3.
Anaxagoras, physicus, Euripidis magister, I, 7, 7. Ejus sententia de causis incrementorum Nili fluvii, I, 38, 4. Periclis præceptor; impietatis accusatur, XII, 39, 2.
Anaxander, dux Lacedæmoniorum, a Thebanis capitur, XVI, 39, 6.
Anaxarchus philosophus, comes Alexandri M., cui ingressum in urbem Babylonem suadet, contemtis Chaldæorum vaticiniis, XVII, 112, 4.
Anaxibius, Byzantiorum navarchus, XIV, 30, 4.
Anaxicrates, militum dux sub Cimone militans prælio contra Megabyzum in Cilicia commisso cadit, XII, 3, 4.
Anaxicrates, archon Athen. (Ol. 118, 2), XX, 45, 1
Anaxilaus, Rhegii et Zancles tyrannus, moritur Ol. 76, 1; XI, 48, 2; post eum pro filiis nondum adultis regnum administrat Micythus, XI, 48, 2. Qui, hortante Hierone, tutelæ rationes a Micytho exigunt, XI, 66, 1 sq. A Rheginis et Zanclæis regno ejiciuntur, XI, 76, 4.
Anaximenis Lampsaceni historici ætas XV, 76, 4. Temporis spatium, quod historiæ ejus complectuntur, XV, 89, 3.
Anaxis, Bœotus, Hellenicorum auctor, quousque historiam suam perduxerit, XV, 95, 4.
Anchises, Capye genitus, ex Venere pater Æneæ, IV, 75, 5.
Ancus Martius, rex Romanorum, permagni fecit L. Tarquinium, juvenem optimum, VIII, 31.
M. Ancus (?), tribun. mil. cons. potestate (Ol. 95, 2), XIV, 38, 1.
P. Ancus, tribun. mil. (Ol. 102, 1), XV, 50, 1.
Andræmon, Leontei frater, uxorem ducit Amphinomen Peliæ f., IV, 53, 1.
Andreas, lanius Sicyonius, postea patriæ tyrannus, VIII, 26.
Andreus, dux Rhadamanthi, a quo Andrum insulam accipit, V, 79, 2.
Andriorum in Thracia coloniæ, XII, 68, 5.
Androbazus, dux Paropamisadarum, Eumeni se adjungit, XIX, 14, 6.
Androcles, Æoli f., V, 8, 1. Cf. Pheræmon.
Androgeon, Minois II et Pasiphaes f., IV, 60, 4. Ab Ægeo ad OEnoen in Attica occiditur, IV, 60, 4.
Androgynis ut medicina adhibita post virilium eruptionem. Pro infaustis portentis habiti et vivi cremati, XXXII, 10, 3 sqq.
Andromachus, pater Timæi historici, in Tauro colle Tauromenium condit, XVI, 7, 1. Tauromenii princeps Timoleontem benigne excipit, XVI, 68, 7.
Andromeda, Cephei f., et Perseus gignunt Electryonem, IV, 9, 1.
Andromenes, Corinthius, Olympionica (Ol. 119), XX, 91, 1.
Andronicus, Olynthius, Antigoni dux, XIX, 59, 2, consiliarius Demetrio adjungitur, 69, 1. Tyri præsidio præfectus, urbe a Ptolemæo capta, clementer a victore habetur, XIX, 86.
Andronicus, Seleuci filii interfector, ipse quoque interfectus est, XXX, 7, 2.
Andronicus, Persei regis satelles, a quo post cladem ab Æmilio Paullo acceptam Thessalonicam ad navalia cremanda mittitur; nec tamen paret mandato, XXX, 13.
Andrus ins. a Rhadamantho Andreo datur, V, 79, 2. Eam oppugnat Alcibiades; Thrasybulum ibi cum militum manu relinquit, XIII, 69, 4 sq. In libertatem insulam vindicat Ptolemæus, XX, 37, 1.
[*Aneorestus*,] Gallorum rex a Romanis victus se ipse jugulat, XXV, 13.
L. Anicius (*de Gentio rege*) triumphat, XXXI, 9, 7.
Animalia e luto nascentia videre est in Ægypto, I, 10, 3 et 6. Animalia mirabilia in insulis incognitis Oceani meridionalis, II, 58, 2.
Anio, dux Rhadamanthi, a quo Delum accipit, V, 79, 2.

Anius, Apollinis et Rhœûs f., in Delo a patre discit artem divinandi, V, 62, 2.
S. *Anius*, tribun. militum consularis (Ol. 99, 3), XV, 20, 1.
Annus magnus annorum novem, II, 47, 6.
Anonyma insula quædam felicissima, in alto Oceano Libyæ objecta, V, 19, 20.
Anseres Junonis Capitolium servant, XIV, 116.
Antæus meridionali Ægypti parti ab Osiride præficitur, I, 17, 3. Nomen dedit Antæi vico in Ægypto, I, 21, 4. Ab Hercule (in Libya) Osiridis ætate occisus, I, 21, 3. IV, 17, 4; 27, 3.
Antæi vicus in Ægypto, ubi Isis Typhonem pugnâ stravit, I, 21, 3. Unde nomen habeat, *ibid.*
Antalcidas Lacedæmonius pacem cum Artaxerxe facit iniquis conditionibus, XIV, 110, 2.
Antander, frater Agathoclis tyranni, XIX, 3, 3. Syracusis ab Agathocle in Africam trajecturo præficitur, XX, 4, 1. Syracusarum urbem dedendam Hamilcari censet, at pervincit contraria sententia Erymnonis Ætoli, XX, 16, 1. Cognatos militum, qui Agathoclis filios in Libya interfecerant, trucidat, XX, 72. Historias Siculas scripsit, XXI, 16, 5.
Antandrus, urbs Troadis, quo Mytilenæi post urbem patriam ab Atheniensibus captam confugere. Ea potiuntur Aristides et Symmachus, Athen. duces. Impositum præsidium Antandrii Lacedæmoniorum ope ejiciunt, XIII, 42, 4. Cf. XII, 72, 2 sqq.
Anthemio, Atheniensis, Anyti pater, XIII, 64, 6.
Anthredon, apis in Hyrcania, XVII, 75, 6.
Anticles, Atheniensis, Olympionica (Ol. 110), XVI, 77, 1.
Anticles, archon Athen. (Ol. 113, 4), XVII, 110, 1.
Antidotus, archon Athen. (Ol. 82, 2), XI, 91, 1.
Antigenes, archon Athen. (Ol. 93, 2), XIII, 76, 1.
Antigeni Susiana provincia ab Antipatro assignatur, XVIII, 39, 6.
Antigenes, Argyraspidum dux, Eumeni se adjungit, XVIII, 59, 3. Eum ad defectionem excitant Seleucus et Pytho, XIX, 12, 1 sqq. Ab Antigono supplicio afficitur, XIX, 44, 1.
Antigenes Ennæus, cujus servus fuit Eunus, XXXIV, 1, 5, a quo, servorum fugitivorum duce, necatur, *ibid.* § 15.
Antigoniam, ad Orontem fluvium exstruit Antigonus, XX, 47, 5; postea urbe a Seleuco destructa, cives ejus in Antiochiam transducuntur, *ibid.* et XXI, 1, 6.
Antigonis tribus in honorem Antigoni reliquis decem ab Atheniensibus adjicitur, XX, 46, 2.
Antigono Pamphylia, Lycia et Phrygia Magna provinciæ a Perdicca assignantur, XVIII, 3, 1. A Perdicca insidiis petitus, cum Demetrio filio ad Antipatrum confugit, 23, 4; 25, 3. Regii exercitus imperator creatus, Eumenem et Alcetam debellare ab Antipatro jubetur, 39, 7. Eumenem prœlio vincit, 40. In Noris castello obsessum in suas partes trahere frustra studet majora jam appetens, 41, 4. Præsidio ad castelli oppugnationem relicto, contra Alcetam et Attalum tendit, 41, 7. Utrumque in Pisidia debellat, 44-46. Ex Pisidia in Phrygiam movent; de Antipatri morte certior factus, spes altas concipit, 47, 4. Summa rerum potiri studens legationem ad Eumenem mittit, 50. Ejus cum Arrhidæo contentio, 52, 3 sq. Contra Clitum in Lydiam profectus Epheso potitur, 52, 6. Pecuniam regiam e Cilicia in Macedoniam transvehendam intercipit, 52, 7. Convenit eum Cassander, cui subdolum præstat auxilium, 54, 3. Eumeni invidens Argyraspidas ab eo alienare studet, 62, 3 sq. Clitum Polysperchontis navarchum classe exuit, 72, 8; maris et Asiæ imperium affectans contra Eumenem totus se convertit, 73, 1, stimulante etiam Seleuco, XIX, 13, 5. Postquam superiorum provinciarum satrapæ Eumeni se adjunxerant, insectione intermissa, majorem exercitum colligit, 15, 6. Ejus uxor Stratonice, 16, 4. E Mesopotamia in Babyloniam progressus, inita cum Seleuco et Pythone societate, denuo contra Eumenem movet, 17, 1; ad Copratem fluvium summum in discrimen venit, 18, sqq. Mox per Cossæorum gentem cum magna suorum clade in Mediam ducit, 19; ibi exercitum recreat, novisque militibus auget, 20; in Persiam movet; Macedones ad defectionem adducere studet, vano conatu, 24, 4; 25, 1 sqq. Eumenis strategemate fallitur, ipse fallit Eumenem, 26. Acie instructa, prœlium initur acerrimum; cujus anceps exitus, 27-31. Exercitum in Mediam reducit, 32. Suscepto per deserta itinere, Eumenem ex improviso opprimere instituit, sed hostis, consilii certior factus, rem eludit; prœlium committit; Eumenem vincit; Argyraspides ad eum deficiunt, captumque imperatorem tradunt, 37-43. Eumenem cum aliis ducibus supplicio afficit; in Media hibernat, 44. Pythonem trucidat, Mediæque satrapem Orontobaten, exercitus ducem Hippostratum constituit; in Persiam tendit, 46. Ibi regio honore afficitur; Asiæ provincias inter amicos distribuit; magnam Susis pecuniæ vim corradit, 48; Susis Babylonem profectus a Seleuco rationes proventuum exigit; recusat Seleucus et sibi metuens ad Ptolemæum aufugit, 55, 1 sqq. Chaldæi Antigono ob Seleucum e manibus dimissum mortem prædicunt, 55, 7. Ptolemæum, Lysimachum et Cassandrum contra ipsum a Seleuco excitatos missa legatione placare studet; Babyloniæ satrapam Pythonem constituit; ipse in Ciliciam movet, 56, 3 sqq. Conveniunt eum Cassandri et Lysimachi legati; quibus re infecta regressis, bellum paratur a Ptolemæo, Cassandro et Lysimacho, 57. Ipse necessaria procurat, 57, 3 sqq.—Tyrum obsidet, navesque construit, 58. Quattuor Rhodi principes amicitiam cum eo jungunt, 59, 1. Cappadociam recuperat; cum Zibœte, Bithynorum rege, et Astacenis et Chalcedoniis, porro cum Polysperchonte ejusque filio Alexandro societatem jungit, 60. Publico decreto Cassandrum pro hoste habendum declarat; Alexandrum in Peloponnesum ablegat, ipse Tyrum profectus urbe potitur, 61. Classem ex Hellesponto et Rhodo adductis navibus augent Themison et Dioscorides, 62, 7 sq. Ejus duces Theodotus et Perilaus vincuntur a Polyclito, duce Ptolemæi Lagi, 64, 5. Ad Ecregma cum Ptolemæo rege colloquium habet, 64, 8. Ejus dux Dioscorides Aristotelem Lemno insula ejicit; Ptolemæus, alter Antigoni dux, in Caria Eupolemum, Cassandri ducem, opprimit, 68, 3 sqq. Relicto in Syria Demetrio filio, cui quattuor consiliarios adjunxit, in Phrygiam progreditur, Mediumque navarchum e Phœnice arcessit, 69. Dux ejus Pausanias in Thraciam missus a Lysimacho vincitur, 73, 6 sqq. Telesphorum in Peloponnesum mittit, ut Græcorum urbes in libertatem vindicet, 74, 1. Cum Asandro, Cariæ præfecto, fœdus facit; sed hoc mox deficiente, Cariæ urbes in libertatem vindicat, 75, 1 sqq. Cum Ætolis et Bœotis societatem init. 75, 6. Cum Cassandro colloquium habet, nullo successu, *ibid.* Ptolemæum ducem in Græciam contra Cassandrum mittit, 77, 2. Ipse ad Hellespontum contendit in Macedoniam transiturus, sed retardatus in Propontide milites in hiberna distribuit, 77, 8. Ptolemæi in Græcia res gestæ, 78, 2 sqq. Seleucus Babylonem recuperat et Nicanorem vincit; quare multi ex Antigoni militibus ad eum transeunt, 92, 4. — Antigonus e Phrygia movens cum Demetrio castra jungit, 93, 4. Syria et Phœnice recuperatis, contra Arabes Nabatæos expeditionem suscipit, misso primum Athenæo, et post hujus cladem Demetrio filio, qui, Petra frustra

oppugnata, pacem cum Nabatæis facit, 94, 1; 95, 1—97, 6. Pacem improbat Antigonus; e bitumine lacus Asphaltitis reditus sibi parare studet irrito conatu, 100, 1 sqq. De Seleuci in regnum reditu certior factus, Demetrium in Babyloniam mittit, qui Babylonem urbem capit, absente Seleuco, XIX, 100, 4 sqq. Antigonus pacem facit cum Cassandro, Lysimacho et Ptolemæo, hac conditione, ut ipse toti Asiæ præsit, Græci vero suis legibus vivant, XIX, 105, 1. Ptolemæus dux in Peloponneso rem gerens deficit; item Phœnix ad Hellespontum subsistens. Contra hunc Antigonus mittit Philippum filium, XX, 19, 1 sqq. Ptolemæus rex denuo bellum infert. Contra ducem ejus Leonidem ablegat filium Demetrium, qui hostem in Cilicia vincit, 19, 5. Plures Antigono urbes Ciliciæ adimit Ptolemæus rex cum exercitu in Asiam profectus, 27, 1 sqq. Cleopatram Alexandri M. sororem per dolum Antigonus interficiendam curat, 37, 3 sqq. Demetrium in Græciam mittit ad urbes ibi in libertatem vindicandas, 45, 1. Honores ab Atheniensibus ei decreti, 46, 1. Ligna ad navium constructionem, et frumenta Atheniensium populo subministrat, 46, 3. Demetrium in Cyprum contra Ptolemæi duces trajicere jubet, 46, 5. Ptolemæo ad Cyprum a Demetrio devicto, regis titulum assumit et cum filio victore communicat, 53, 2. Phœnix filius natu minimus moritur, 73, 1. Demetrium ex Cypro advocat, *ibid.* In Ægyptum expeditionem suscipiens, ipse terrestres copias ducit, Demetrium classi præficit, 73, 2 sqq. Mox re infecta in Syriam revertitur, 74-76. Rhodios a conjunctione cum Ptolemæo abstrahere studet frustra; bellum iis infert, misso cum classe Demetrio, 82. Filio mandat, ut quibus posset conditionibus pacem faceret cum Rhodiis, 99, 1. Contra eum fœdere se jungunt Cassander, Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus, 106. Exercitum ducit contra Lysimachum, qui Asiam invaserat; illo prœlium detrectante, discessum est in hiberna, 108-109. Rex Asiæ potentissimus nimia appetens prœlio ad Ipsum commisso regnum perdit vitamque, XXI, 1.

Antigonus, Ptolemæi I dux, Rhodiis a Demetrio obsessis frumentum advehit, XX, 98, 1.

Antigonus Doson, Demetrii, filius, tutor Philippi V. Macedonum regis (qui Demetrii II filius fuit), cujus nomine Macedoniæ regnum per novem annos administrat, XXV, 18.

Antimachus poeta, III, 55, 7; quando floruerit, XIII, 108, 1. De Lycurgo a Baccho punito laudatur, III, 65, 7.

Antiochenses. In eos sævit rex Demetrius Sidetes, XXXIII, 5.

Antiochia, Syriæ urbs, ad Orontem a Seleuco condita, XXI, 1, 6. Traducuntur eo cives Antigoniæ, XX, 47, 6. Urbis prætura ab Alexandro Bala Hieraci et Diodoto datur, XXXIII, 3.

Antiochides, archon Athen. (Olymp. 86, 2), XII, 34, 1.

Antiochis, Antiochi Magni filia, uxor Ariarathæ Cappadociæ regis, XXXI, 19, 7. Duos inscio marito pueros supponit. *Ibid.*

Antiochus, Herculis filius ex Phylantis, Dryopum regis, filia captiva susceptus, IV, 37, 1.

Antiochus, Syracusanus historicus; quod temporis spatium historiæ ejus comprehendant, XII, 71, 2.

Antiochus, Atheniensis, navis prætoriæ gubernator, absente Alcibiade, contra mandata ejus prœlium contra Lysandrum ad Notium committit cladeque afficitur, XIII, 71.

Antiochus I. Soter, Seleuci I (*Nicanoris*) f, uxorem habet Stratonicem Demetrii filiam, XXI, 20. Seleuci ad eum in Media versantem literæ, *ibid.*

Antiochus II. *Deus*, rex Syriæ, Stratonicem filiam Ariarathæ, Ariamnis filio, Cappadociæ regi, jungit matrimonio, XXXI, 19, 6.

Antiochus III, Magnus, Lysimachiam urbem instaurat. Romanorum legati jubent, ut decederet urbibus, quæ in Ptolemæi ditione fuissent. Quid iis responderit, XXVIII, 14. Ejus legati in senatu Rom.; datum iis responsum, XXVIII, 15. Antiochi milites nondum indicto bello Romanorum socios aliquot ad Delium prope Chalcidem fanum truncant, XXIX, 1. Chalcide nuptias celebrat, exercitumque corrumpi patitur, XXIX, 2. Urbibus Thessaliæ ad Romanos deficientibus, Ætolisque moras trahentibus, in magnis hæret angustiis, XXIX, 3. Hannibale consiliorum omnium socio utitur, *ibid.* Ad Myonnesum *a Lucio Æmilio Regillo* victus, Lysimachia urbe hosti relicta, in Asiam sese recipit, XXIX, 5. Suis doctus calamitatibus modeste agere in rebus prosperis didicit, XXIX, 6, 3. Heraclidem ad consulem Romanum mittit cum pacis conditionibus, XXIX, 7 et 8. Quibus legibus pax data sit, XXIX, 10. Templum Jovis s. Beli in Elymaide expilat, XXIX, 15. Cf. XXVIII, 3.

Antiochus IV. Epiphanes, Antiochi Magni filius, rex Syriæ. Ejus mores XXIX, 32, XXXI, 16. Legatos Romam mittit Ptolemæum *Philometorem* utpote injustum sibi bellum inferentem accusaturos, XXX, 2. Ægyptios vincit. Ejus humanitas, XXX, 14. Cetera vir bonus haud laudando strategemate Pelusio potitur, XXX, 18. Ejus de Ægypto occupanda consilia, XXXI, 1. A senatu Romano jubetur a bello contra Ptolemæum absistere, XXXI, 2. Magnificos ludos celebrat *ad Daphnen in Syria*, XXXI, 16. A populo Romano alienissimus comiter excipit Tib. Gracchum legatum, XXXI, 17. Templum Judæorum aramque et libros sacros profanat, adeoque totam religionem abolere studet, XXXIV, 1, 3 sqq.

Antiochus, filius Alexandri Balæ, regis Syriæ, XXXII, 10, 1.

Antiochus VI. Sidetes s. Pius, Demetrii Soteris filius, rex Syriæ, Hierosolyma obsidet et in fidem accipit, XXXIV, 1. Respondet Arsacis legatis. Exercitum contra eum educit Arsaces, XXXIV, 15. Animus ejus fortis. XXXIV, 16. Ab Arsace victus cadit. Luctus populi, XXXIV, 17. Primus eum in pugna reliquit Athenæus dux, *ibid.* § 2.

Antiochus VIII. Cyzicenus, Antiochi Sidetæ filius, rex Syriæ, homo ineptus, XXXIV, 34.

Antiochus. V. Eunus.

Antion; Periphantis et Astyageæ f., ex Perimela gignit Ixionem, IV, 69, 3.

Antiope, Amazo, capta ab Hercule Theseo datur, IV, 16, 3. Cum Theseo contra Amazones prælians cadit, IV, 28, 4.

Antiphemus et Entimus Gelæ conditores, VIII, 25.

Antipho, archon Athen. (Ol. 90, 3), XII, 80, 1.

Antipater, archon Athen. (Ol. 97, 4), XIV, 103, 1.

Antipatri in deliberatione de bello Persis inferendo datum Alexandro consilium, XVII, 16, 2. Macedoniæ administrator ab Alexandro in Europa relinquitur, 17, 5. Dum Memnonem et Thraces rebelles domare studet, Lacedæmonii in ipsum bellum suscipiunt; 62, 4 sq. Igitur rebus in Thracia pactione compositis, in Peloponnesum movet, ubi prœlio hostes fundit, 63, 1 sq. Missi ad eum post acceptam cladem Lacedæmoniorum legati, 63, 5. Copiarum supplementa Alexandro in Asiam mittit, 65, 1. Filii opera letale pharmacum Alexandro M. bibendum dedisse a nonnullis creditur, 118, 1 sqq. Bellum ei inferunt Athenienses eorumque socii duce Leosthene, XVIII, 8 sqq. Prœlio victus Lamiam confugit, 12; ibique obsidetur, 13, 1 sqq. Cum Ptolemæo fœdus contra Perdiccam jungit, XVIII, 14, 2. Obsidione liberatus in tutum se recipit, XVIII, 15, 6. Exercitus ejus novis co-

piis a Cratero e Cilicia adductis augetur, 16, 4 sq. Græcos prælio vincit, 17, 5. Cum singulis Græciæ civitatibus pacem facit, exceptis Atheniensibus et Ætolis, 17, 8; Atheniensibus de pace legatos mittentibus, bellum componit, Athenis præsidium imponit et rempublicam ordinat, 18, 1 sqq. Cratero Philam filiam in matrimonium dat, 18, 7. Nicæam filiam ducit Perdiccas, 23, 3. Cum Cratero Ætolos debellare cœpit, 24. Ab Antigono de Perdiccæ molitionibus edoctus pacem cum iis componit; de societate jungenda ad Ptolemæum legatos mittit; Craterum in Asiam contra Perdiccam proficisci jubet, 25, 1 sqq. In Asiam trangressus ab Eumene prœlio vincitur, 29, 3. Neoptolemus, Eumenis dux, ad eum deficit, 29, 6; Craterum ut contra Eumenem pugnaret relinquit, ipse contra Perdiccam in Ciliciam tendit, 29, 7. Post Pythonem et Arrhidæum regum curator creatur, 39, 3. Provincias denuo partitur, 39, 5 sqq. Antigonum regii exercitus ducem designat, eique imperat, ut Eumenem et Alcetam debellet, 39, 7. Cassandrum filium Antigono chiliarchum adjungit, *ibid.* Demadem supplicio afficit; in extremo vitæ limine regum curatorem Polysperchontem designat, eique Cassandrum filium chiliarchum adjungit, 48.

Antipater, Alcetæ dux, ab Antigono captus e custodia elabi conatur; frustra, XIX, 16.

Antipater, Cassandri filius, Thessalonicen matrem occidit, ipse a Demetrio occiditur; ejus frater Alexander, XXI, 7.

Antipater post Meleagrum regnum Macedoniæ tenuit per dies quadraginta quinque, XXII, 4.

Antipater, Cappadox, Timothei, Orophernis amici, fraude inter tormenta exspirat, XXXI, 20.

Antipater, dux Alexandri Zabinæ, a rege deficit, capitur, pœna eximitur, XXXIV, 22.

Antiphates, Melampodis et Iphianiræ f., ex Zeuxippe pater Œclis et Amphalcis, IV, 68, 5.

Antiphilus, Atheniensium dux in Leosthenis locum suffectus, XVIII, 13, 6. Macedones in Thessalia prœlio vincit, 15, 7. Ab Antipatro vincitur, XVIII, 17, 6.

Antiphon, Sophili filius, Rhamnusius, primus pro mercede orationes judiciales composuit. *Fragm. dub.* III.

Antiphus et Phidippus, Thessali filii, Herculis nepotes, Coûm reges, in ditione habent Calydnam et Nisyram insulas, V, 54, 1.

Antissa, Lesbi urbs, a Thrasybulo proditione capitur, XIV, 94, 4. Ea potitur Memnon, XVII, 29, 2.

Antisthenis philosophi ætas, IV, 76, 4.

Antisthenes, Agrigentinus, vir ditissimus, XIII, 84, 1 sqq.

Antisthenes, Demetrii Poliorcetæ navarchus, ne Salaminiorum naves cum Ptolemæi classe se conjungant impedit, XX, 50, 1.

L. Antistius, tribun. mil. cons. pot. (Ol. 102, 2), XV, 51, 1.

M. Antonii pax cum Cretensibus, XL, 1.

Anubis, Osiridis in itinere comes, galea ex pelle canina tectus I, 18, 1. Deus cur canino capite repræsentetur, 87, 2.

Anxur, in Italia, postea Terracina vocata, Volscorum urbs, a Romanis expugnatur, XIV, 16, 5.

Anytus, Anthemionis filius, Messeniis in Pylo a Lacedæmoniis obsessis auxilio mittitur; proditionis accusatus primus pecunia judices corrumpit, XIII, 64, 6. Socratem impietatis accusat; capitis damnatur, XIV, 37, 6.

Aornus, Indiæ rupes, olim ab Hercule, postea ab Alexandro M. oppugnata, XVII, 85, 2 sqq.; 96, 2.

Apelles, Syracusanorum dux, Tyrrheniam et Corsicam vastat; Æthalia potitur, XI, 88, 5.

Apelles, pictor celeberrimus, XXVI, 1.

Apenninus mons, XIV, 113, 1.

Apes auricolores in Ida monte Cretensi, V, 70, 5.

Aphetæ, Magnesiæ urbs, XI, 12, 3.

Aphidna, urbs Atticæ, IV, 63, 3.

Aphrices Indus, exercitus dux, a suis occiditur; occisi caput ad Alexandrum defertur, XVII, 86, 2.

Aphrodisias, Thuriorum urbis platea, XII, 10, 7.

Aphrodisias, urbs Ciliciæ, XIX, 64, 5.

Apis taurus Osiridi sacer, I, 21, 9. Cultus ratio, I, 85.

Apollo Ægyptius, Jovis et Junonis filius, Saturni, secundi Ægyptiorum regis, nepos, I, 13, 4. Osiridis frater et in itineribus comes, 17, 3. Lauri repertor, *ibid.* Musagetes, 18, 4.

Apollo Græcorum, Jovis filius, V, 72, 5. Ejus artes et inventa, 74, 5. Cum Marsya certamen, V, 75, 3. III, 59, 2, sqq. Eximie colitur ab Hyperboreis, II, 47, 2; quos nono quoque anno adit, II, 47, 6. Arcu donat Herculem, IV, 14, 3. Jovi succensens Cyclopes interficit; mortali servire cogitur, IV, 71, 3. Apollo apud Admetum, VI, 6, 6. Niobes filios occidit, IV, 74, 3; citharam pulsat in Cadmi nuptiis, V, 49, 1. Molpadiam et Parthenum, Staphyli filias, servat, iisque divinos honores comparat, V, 62, 4. Rhodiis jubet, ut Phorbantem Thessalum in communem insulæ possessionem arcessant, V, 58, 4. Vide etiam *Oracula Delphica*. Apollinis gesta columnæ aureæ in Panchæa insula Mercurius inscripsit, V, 46, 7. Apollinis ex Stilbe filii Lapithes et Centaurus, IV, 69, 1; V, 61, 3; ex Coronide Æsculapius. IV, 71, 1; V, 74, 6; ex Sinope Syrus, IV, 72, 2; ex Cyrene Aristæus, IV, 81, 1; ex Rhœo Anius, V, 62, 2. Apollo Telchinius apud Lindios, V, 55, 2. Philalexander, XVII, 46, 6. Sarpedonii in Cilicia templum, XXXII, 2. Ejus fanum ad Xanthum Lyciæ fluvium a Lyco Telchine exstructum, V, 56, 1. Fanum in Leuca urbe, XV, 18, 1. Apollinis Pythii statua, Theodori et Teleclis opus, I, 98, 5 sq. Alia dei statua, a Gelois prope urbem posita, ab Himilcone Tyrum transmittitur, ubi postea Tyriis magnæ calamitatis auctor exstitit, XIII, 108, 2.

Apollodorus, archon Athen. (Ol. 87, 3), XIII, 43, 1.

Apollodorus, archon Athen. (Ol. 107, 3), XVI, 46, 1.

Apollodorus Amphipolita Babyloniæ præfectus ab Alexandro M. constituitur, XVII, 64, 5.

Apollodorus, archon Athen. (Ol. 115, 2), XVIII, 44, 1.

Apollodorus Cassandreæ tyrannidem affectans, scelere conjurationem firmare studet, XXII, 7, 1 sq. Tyranni sævitia, *ibid.* Consiliario utitur Calliphonte Siculo, *ibid.*

Apollodorus, grammaticus Atheniensis; eum sequitur Diodorus in definiendis spatiis inter Trojanam epocham et reditum Heraclidarum et primam Olympiadem interjectis, I, 5, 1. Citatur de Euripidis ætate, XIII, 103, 4; de Antimachi poetæ temporibus, XIII, 108, 1.

Apolloniam Illyriæ urbem capit Cassander, XIX, 67, 6. Obsidet Glaucias, Illyriorum rex; obsidionem solvit Acrotatus Lacedæmonius, XIX, 70, 7. Apollonia Cassandri præsidium expellunt Corcyræi, urbemque Glauciæ, Illyriorum regi, tradunt, XIX, 78, 1. Apolloniæ incolæ Cassandrum arma contra ipsos moventem prœlio fundunt, XIX, 89, 2.

Apollonia, Siciliæ urbs, Leptinis dominatu pressa, a Timoleonte in libertatem vindicatur, XVI, 72, 3. Capitur ab Agathocle, XX, 56, 4.

Apollonia, urbs Cretæ, a Cydoniatis occupatur, XXX, 13.

Apolloniades, Agyrii tyrannus, a Timoleonte pellitur, XVI, 82, 4.

Apollonides, unus ex Eumenis ducibus, ad Antigonum deficiens magnæ cladis Eumeni auctor est, XVIII, 40, 5 sq.

Apollonides, dux Cassandri, Argis præfectus, Stympha-

lum expugnat; Argivos rebelles opprimit et trucidat, XIX, 63, 1.
Apollonides Tegeata, Olympionica (Ol. 118), XX, 37, 1.
C. Aponius Motylus Samnita, ab Italis bello Marsico consul creatur, XXXVII, 2, 6.
Appia via, quæ Roma Capuam usque ducit, a Appio Claudio strata, XX, 36, 2.
Marius Appius (*M. Valerius Maximus,* Liv.) tribun. mil. (Ol. 96, 2), XIV, 82, 1.
Appius. V. Claudius.
Apries 22 annis, Ægypti rex, I, 68, 1. In Cyprum et Phœniciam felicem expeditionem facit, *ibid.* Contra Cyrenen et Barcen egressus infelix est, 68, 2. Contra Amasin ducem defectorum prœlians vivus capitur ac strangulatus perit, 68, 5.
Apsephion (?), archon (Olymp. 77, 4). V. Phædon.
Apseudes, archon Athen. (Ol. 86, 4), XII, 36, 1.
Apsias, fluvius Italiæ, VIII, 25, 2.
Apteræi in Creta ad Berecynthum montem, V, 64, 5.
Aquila Nilus dicitur ob undarum vim et impetum, I, 19, 2.
Aquilam Thebæi in Ægypto colunt, I, 87, 9.
L. Aquilius, tribun. mil. cons. (Ol. 100, 1), XV, 23, 1.
Sp. Aquilius, tribunus plebis, XI, 68, 7.
C. (*Mn.*) *Aquilius* bello servili in Sicilia finem imponit, XXXVI, 10. A Mytilenæis vinctus traditur Mithridati. Ejus virtus, XXXVII, 27, 2.
Arabum in Ægyptum invasionibus murus a Sesostri opponitur, I, 57, 4. Gens libertatis amantissima, II, 1, 5. Arabes Thamudeni, III, 44, 6. Debæ, III, 45, 3. Alilæi et Gasandi, III, 45, 6. Carbæ et Sabæi, III, 46, 1. Arabibus bellum infert Myrina, Amazonum regina, III, 55, 4. Arabes Nabatæi; eorum mores, instituta, terra, etc., XIX, 92, 2 sqq. Contra eos ab Antigono mittitur Athenæus, 94, 1, qui primum ad Petram eos opprimit, deinde vero ingenti clade afficitur, 95, 1 sqq. Data ad Antigonum epistola Athenæum criminantur; Antigono se purganti et amicitiam simulanti haud fidunt, 96, 1 sq. Non multo post Demetrius contra eos exercitum ducit; Arabes Petram frustra oppugnanti persuadent, ut acceptis donis copias abducat, 96, 4, 97, 6. Arabes sibi subjecit Sesoosis, I, 53, 3.
Arabiæ situs, II, 48, 1. Arabiam *desertam* incolunt Nabatæi, prædonum populus, 48, 2 sq.; magna ibi rupes et lacus bitumen gignens, 48, 3 sq.; palmæ; balsamum, 48, 9. Arabiæ *felicis* (De qua cf. V, 41, 1-3; VI, 2, 4) plantæ odoriferæ et fructiferæ, II, 49; III, 46. Aurum apyrum, II, 50, 1; pecora, 50, 2; struthocameli, 50, 3 sqq.; camelopardales, tragelaphi, bubali, 51; serpentum multitudo, III, 47. Lapides : crystallus, smaragdus, beryllia, etc., 52, 1 sqq., de earum generatione. Arabiæ felicis urbs regia Sabæ, III, 47, 4. Regum ibi conditio, *ibid.* Civium divitiæ, III, 47, 5 sqq. Arabes Scenitæ s. pastores versus meridiem; mercatores et agricolæ versus Syriam. Animalia hujus regionis, elephanti et cameli, 54. Arabiæ ora ad sinum Arabicum describitur, III, 42, sqq. Arabiæ in oceano insulæ tres beatissimæ, V, 41, 3 sq.
Arabicus sinus fossa cum Nili ostio Pelusiaco conjunctus, I, 33, 8. Sinus descriptio, III, 38 sqq.
Arachosiam subigit Alexander M., XVII, 81, 4. Arachosiæ princeps Sibyrtius, XVIII, 3, 3.
Aracus, Lacedæm. navarchus, cui adjungitur Lysander, XIII, 100, 8.
Aradiorum scelus in Marathenos, XXXIII, 5.
Aratus De Astris laudatur, IV, 80, 1.
Araxes, fluvius Asiæ, ad quem primæ Scytharum sedes fuisse dicuntur, II, 43, 2.
Araxen in Perside fluvium ponte jungit Alexander, XVII, 69, 1.
Arbaces, Medus, dux Sardanapalli, ad evertendum Assyriæ regnum excitatur a Belesi Babylonio, II, 24, 1. Sardanapalli mollitiem suis oculis videt, II, 24, 4. Cum Belesi et Arabum rege conspirat, 24, 5. Medis et Persis ut a rege deficiant auctor est, 24, 6. Tribus prœliis a Sardanapallo vincitur, 25, 1, 3, 6. Ei se adjungunt Bactriani; regios noctu oppressos fundit; regem in urbe obsidet, II, 26, 1 sqq. Tertio anno Ninum capit; rex creatur, II, 27. Ejus erga Belesyn indulgentia, II, 28, 5.
Arbianes, Medorum rex, II, 32, 6.
Arbela, Persidis vicus, XVII, 53, 4. Prœlium ibi commissum, 58-61.
Arbelitis Asiæ provincia Amphimacho ab Antipatro assignatur, XVIII, 39, 6.
Arbitæ, Indiæ populus, ab Alexandro subactus, XVIII, 104, 4.
Arcades, perpetui Herculis comites, IV, 36, 5. Reditu Heraclidarum sedibus non pelluntur, VII, 9, 1. Inter eos turbas et cædes excitat Lycomedes Tegeata. Pars Spartam migrantes Lacedæmoniis expeditionis in Arcadiam suscipiendæ auctores sunt, XV, 59. Lacedæmonios ad Orchomenum fundunt; cum Argivis et Eleis societatem ineunt; ex Bœotia advocant Epaminondam et Pelopidam, 62. Spartam oppugnant; magna præda locupletati in Arcadiam revertuntur, 65. Messenen instaurant, 66, 1. Sub Lycomede duce Pellenen Laconiæ urbem expugnant, XV, 67, 2. Thebanos denuo in Peloponnesum arcessunt, 68, 1. A Lacedæmoniis prælio vincuntur, XV, 72, 3. Megalopolin condunt, 72, 4. Cum Eleis de Triphylia certant. Atheniensium auxilia expetunt, 77, 1 *sqq.* Pisatis contra Eleos auxiliantur, XV, 78, 2. Propter bellum contra Eleos inter se dissidere cœperunt; in duas partes abeunt, quarum unam Tegeatæ, alteram Mantinenses ducunt, XV, 82, 1 sqq. (v. Mantinenses et Tegeatæ). Post prælium ad Mantineam communem pacem sanciunt; verum anno post novi tumultus, quos componit Pammenes dux Thebanorum, 94, 1 sqq. Soli Græcorum Philippum Græciæ principem facere recusant, nec Alexandro parere volunt, XVII, 3, 4.
Arcadia, Castellum Zacynthiæ, XV, 45, 3.
Ascanius, Æneæ f., Albam condit; Latinorum regnum tenet annos 38, VII, 3 a, 1 et 2. Ejus filius Julius, ejus frater Silvius, *ibid.*
Arcas, tribus Thuriorum, XII, II, 3.
Arcesilaus, Archilyci s. Areilyci f., Bœotorum ante Trojam dux, IV, 67, 7.
Arcesilaus, Catanæ urbis præfectus et proditor, XIV, 15, 1.
Arcesilaus IV, rex Cyrenarum, Delphicum oraculum consulit, VIII, 30.
Arcesilaus, Mesopotamiæ præfectus, XVIII, 3, 3.
Archagathus (vel Agatharchus), Agathoclis tyranni filius in prælio cum Hannone et Bomilcare commisso dextrum cornu ducit, XX, II, 1. In Libya Lyciscum ducem in altercatione interficit; qua temeritate patrem seque ipse in summum adducit periculum, XX, 33, 4 sqq. A patre in Libya relictus initio rem prospere gerit per Eumachum ducem, 57, 4 — 58, 6; deinde vero duplici clade afficitur nec non a sociis deseritur, 60, 61. Fugam, quam pater meditabatur, copiis aperit, 68, 3; a militibus trucidatur, 69, 3.
Archagathus (*aut debet esse vel Agathocles vel Agatharchus, ut legitur XXI,* 3, 2; [ita ut tyrannus duos filios habuisset, quorum alter Archagathus in Libya interfectus, alter Agatharchus, de quo nostro fragmento sermo] : *aut retinendus Archagathus, sed tum non de*

filio Agathoclis tyranni, sed de nepote ejus cogitari necesse est. Sed hic tyranni nepos item modo Archagathus modo Agatharchus nominatur), Agathoclis filius; a quo, absente patre, stipendia solvi flagitant Ligures et Tyrrheni, XXI, 3, 1.

Archagathus, Archagathi filius, Agathoclis tyranni nepos, Agathoclem, Agathoclis filium, e medio tollit, XXI, 16, 3 et 7.

Archeanactidæ quamdiu Bospori Cimmerii imperium tenuerint, XII, 31, 1.

Archedemides, archon Athen. (Olymp., 79, 1), XI, 70, 1.

Archelaus, post Agesilaum rex Lacedæmoniorum, VII, 8, 3.

Archelaus, Macedonum rex, Pydnæos rebelles in potestatem redigit, XIII, 49, 1 sq. Apud hunc Euripides poeta diem obiit, XIII, 103, 4. Moritur rex, XIV, 37, 5. Jovi Musisque ludos scenicos instituit, XVII, 16, 3.

Archelaus, Tyri urbis præsidio a Perdicca præfectus, Attalum, Perdiccæ navarchum, comiter excipit, XVIII, 37, 4.

Archelaus, a Demetrio Babylone ad expugnandam arcem relinquitur, XIX, 100, 7.

Archestratus, unus ex decem ducibus, quos in Alcibiadis locum Athenienses suffecere, XIII, 74, 1.

Archias Corinthius Actæonem puerum amatum vi ex patria domo abducere tentat, sed conatibus excidit, VIII, 3.

Archias, archon Athen. (Ol. 90, 2), XII, 78, 1.

Archias, archon Athen. (Ol. 108, 3), XVI, 59, 1.

Archias, comes Demetrii Syriæ regis, XXXI, 18.

Archidamus II, Zeuxidami filius, rex Lacedæmoniorum, Leotychidæ successor; regnat ann. 42. (476-434 *a. Chr., quum deberet esse*, 469-427), XI, 48, 2. Inter terræ motus cives prudentia sua servat, XI, 63, 5. Vita excedit; succedit Agis II, frater, XII, 35, 4. Archidamus rex Lac. Platæas oppugnat, XII, 47, 1, sq. Denuo Atticam pervastat, XII, 52.

Archidamus III, Agesilai II f., rex Lacedæmoniorum, Cleombroto ad Leuctra castra metato auxilia adducit, XV, 54, 6. Philomelum Phocensem clam pecunia adjuvat, XVI, 24, 2. Tarentinis contra Lucanos operam navaturus, in itinere Lyctiorum urbem in libertatem vindicat, XVI, 62, 4; in Italia prælio cadit; regnavit an. 23; succedit Agis III filius, XVI, 63, 1 sq. Archidamus in Italia eodem die cecidit, quo Græci ad Chæroneam pugnaverunt, XVI, 88, 3.

Archilycus (*Areilycus*), Itoni f., pater Prothoenoris et Arcesilai, IV, 67, 7.

Archimedes in peregrinatione ad Ægyptios machinam ad aquas e fodinis metallicis hauriendas invenit, V, 37, 3, I, 34, 2. Machinæ, quibus Syracusas a Romanis obsessas tuetur, XXVI, 18. Ejus mors, *ibid.*

Archippus, archon Athen. (Ol. 115, 3), XVIII, 58, 1.

Architeles, pater Eurynomi, quem Hercules interfecit, IV, 36, 2.

Archon, Babyloniæ præfectus, XVIII, 3, 3.

Archonides, Herbitæorum in Sicilia princeps, Ducetio Corintho reduci se adjungit, XII, 8. Alæsam Archonideam condit, XIV, 16, 1 sqq.

Archylus Thurius, sub Dionysio in bello contra Carthaginienses militans, XIV, 52, 5; primus Motyæ murum conscendit, 53, 5.

Archytæ, Tarentini Pythagorei, iræ temperantis exemplum, X, 7, 4.

Areilycus, v. Archilycus.

Ardea, urbs Italiæ, XII, 34, 5. Eo coloniam mittunt Romani, XII, 34, 5.

Ardoatus, rex Armeniorum, cujus ope Ariarathes Cappadox in regnum restituitur, XXXI, 19, 5.

Areopagitæ Dædalum capitis damnant, IV, 76, 7

Areopagi potestas imminuta, XI, 77, 6.

Arethusa in Ortygia Syracusarum insula fons in Dianæ gratiam a Nymphis productus, V, 3, 5. Ejus pisces sacri, V, 3, 5, XXXIV, 9.

Aretas, Nabatæorum rex, XL, 4.

Areus I, Cleomenis filius (*esse debet : Acrotati filius, Cleomenis II nepos*), Cleomeni II in regno Lacedæmoniorum succedit, XX, 29, 1.

Arevaci, populus Hispaniæ, XXXI, 42.

Argæus, Perdiccæ I in regno Macedoniæ succedit; ipsum excipit Philippus I, VII, 16, 4.

Argæus, post expulsum Amyntam II duobus annis regnum Macedoniæ tenet, XIV, 92, 4. Postea id occupare studet ope Atheniensium, XVI, 2, 6. A Philippo prœlio vincitur, XVI, 3, 5 sq.

Argæus, Ptolemæi I amicus, in Cyprum ad occidendum Nicoclem regem mittitur, XX, 21, 1.

Argeus, Centaurus ab Hercule occisus, IV, 12, 7.

Argeus, unus ex ducibus Agrigentinis, quo tempore urbs ab Himilcone obsidebatur, XIII, 87, 5.

Arginusæ, insulæ inter Cumam et Mytilenem; prœlium ad eas commissum, XIII, 97 sqq.

Argiope, Teuthrantis f., Telephi uxor, IV, 33, 12.

Argivas mulieres sanat Melampus, IV, 68, 3. Argivorum rex Anaxagoras Melampo duas regni partes concedit, *ibid.* Argivorum reges quot annis regnaverint, VI, 6, 8. Argivi post reditum Heraclidarum coloniam in Cretam aliasque insulas deducunt, V, 80, 3. VII, 11. Carano duce expeditionem faciunt in Macedonum fines, VII, 16, 1. Eorum legatio ad publicum conventum Græcorum in Isthmo habitum missa, et datum ei responsum, XI, 3, 4 sq. Mycenæos pugna vincunt, urbem eorum diruunt, cives in servitutem abducunt, 65. Societate cum Atheniensibus inita, Lacedæmonios ad Tanagram vincunt, 80, 2. Cum Corinthiis, Thebanis et Eleis fœdus faciunt ad tutandam contra oppressores libertatem; iisque a sociis summum belli imperium committitur, XII, 75. Fœdus cum Atheniensibus faciunt, 77, 2. Bellum movent Trœzeniis Lacedæmoniorum sociis, 78, 2. Contra Spartanos copias educunt; inducias quattuor mensium pangunt; quare plebs ducibus irascitur, 78, 3 sqq. Solutis induciis, arma movent in Arcadiam, Orchomenum expugnant, ad Mantineam magna afficiuntur clade, 79. Cum Lacedæmoniis pacem fœdusque faciunt, 80, 1. Intestinis turbis laborant, 80, 2 sq. Denuo infestantur a Lacedæmoniis; Orneis Lacedæmoniorum præsidium et exules ejiciunt, 81. Contra Lacedæmoniorum mandata profugos Athenienses benigne excipiunt, XIV, 6, 2. Cum Bœotis, Atheniensibus et Corinthiis societatem contra Lacedæmonios ineunt, 82, 1. Corinthum occupant, 92, 1. Argivorum agros vastat Agesilaus, 97, 5. Seditione et cæde immensa scytalismo facta affliguntur, XV, 57, 3 sqq. Cum Arcadibus societatem ineunt, 62, 3. Phliasios obsidentes duobus prœliis vincuntur a Charete Atheniensi, 75, 3. Cum Lacedæmoniis contendentes ad Orneas funduntur, XVI, 34, 3. Artaxerxi suppetias mittunt, duce Nicostrato, 44, 2. Alexandro M. parere recusant, XVII, 3, 5.

Argo navis unde nomen habeat, IV, 41, 3. Neptuno deo in Isthmo ab Iasone consecratur, IV, 53, 3.

Argolas collis, ad quem Thessali a Phocensibus vincuntur, XVI, 30, 4.

Argonautarum numerus; et nomina clarissimorum, IV, 41, 2 sq. (Hercules, IV, 15, 4; Orpheus, IV, 25, 3); Athon et Samothracen prætervecti tempestate deferuntur ad Sigeum promontorium, ubi Hesionen, Laome-

dontis f., liberat Hercules, 42. Inde profecti denuo tempestate agitantur, sed ventos placat Orpheus, 43, 1 sq. In Thraciam progressi duo regis Phinei filios ob novercæ criminationes crudelissimo supplicio affectos vindicant, 43, 3 sqq. In Pontum profecti appellunt ad Chersonesum Tauricam, ignari hic more barbarorum advenas immolari, 44, 7. Noctu Colchidem appellunt; Medeæ consilia sua aperiunt et opem virginis sollicitant, 46, 3. Hac adjuti vellus rapiunt; insequentes regis milites prœlio fundunt, ipsumque Æetem occidunt, 48, 1 sqq. In reditu tempestate obruuntur, quam iterum precibus suis placat Orpheus, 48, 6. Glaucus marinus per duos dies navem comitatur, ac Herculi et Dioscuris vaticinia edit, *ibid.* Ad ostia Ponti in terram egressi aras diis ponunt et vota faciunt, 49, 2. In Troadem reversi ob Hesionen equasque recusatas pugnam ineunt cum Laomedonte, quo occiso regnum Priamo traditur, 49, 3 sqq. Ex Troade in Samothraciam profecti vota diis exsolvunt, 49, 8. In Thessaliam reduces, post interfectum Medeæ insidiis Peliam, regiam occupant, 52, 4. Cum Iasone in Isthmum profecti Argo navem Neptuno consecrant, 53, 2. In patrias discessuri novum fœdus in futuros casus jungunt, et ludorum Olympicorum institutionem Herculi committunt, 53, 4. — Timæi aliorumque de reditu Argonautarum per adversum Tanaim, Oceanum occidentalem et mare Mediterraneum narratio; ejus sententiæ argumenta, 56, 3 sqq. — Tertia reditus ratio indicatur, 56, 7.

Argos, Peloponnesi regio. Huc ex Ægypto venit Danaus, I, 28, 2; Licymnius et Tlepolemus Heraclidæ, IV, 58, 5. Argis in Rhodum fugit Tlepolemus et Butes, V, 59, 5 et 6. Argos fugit Themistocles ostracismo Athenis ejectus, XI, 55, 3. Argos Cassandri in partes abit, XIX, 54, 3.

Argos, urbium Græcarum antiquissima, I, 28, 2 sq.

Argous, portus Æthaliæ insulæ, ab Argo nave nominatur, IV, 56, 5.

Argus, Argo navem construit; navigationis socius, IV, 41, 3.

Argyraspidæ in prælio ad Arbela, XVII, 57, 1. Sacramento se Eumeni obligant, XVIII, 58, 2 et 59, 3. Ad defectionem eos permovere student Antigonus et Ptolemæus, XVIII, 63, Seleucus et Pytho, XIX, 12, 1 sq. Eorum ætas et virtus, 41, 2. Ad Antigonum deficiunt, eique Eumenem tradunt, 43, 7 sq. Ex iis turbulentissimos Antigonus Sibyrtio tradit ad interitum, XIX, 48, 3.

Aria, Asiæ regio, XVII, 105, 7. Satibarzane auctore, ab Alexandro deficit, XVII, 81, 3. Stasanori ab Antipatro, XVIII, 39, 6. Cf. 3, 3; deinde Evito, ac post hujus mortem Evagoræ ab Antigono assignatur, XIX, 48, 2.

Ariadne, Minois II et Pasiphaes f., IV, 60, 4. Theseum adjuvat; ab eo abducitur in Naxum, ubi Bacchus sibi eam uxorem deligit, 61, 5 sq. A Theseo in Naxo relinquitur; a Baccho in Drios montem ducitur, V, 51, 4. Mater Œnopionis, V, 84, 3. Ariadnæ sertum, Vulcani opus, VI, 4.

Ariadnæ mons in Cappadocia, XXXI, 34.

Ariæus, Arabum rex, societatem facit cum Nino Assyrio, II, 1, 5.

Ariamnes I, Datamæ filius, rex Cappadociæ, XXXI, 19, 2. Pater Ariarathæ et Holophernis, quorum ille in regno succedit, *ibid.*

Ariamnes II, Ariarathæ III filius natu maximus, rex Cappadociæ, affinitatem contrahit cum Antiocho Deo; regnum cum Ariarathe filio communicat, XXXI, 19, 6 et 7.

Ariani, Ariæ regionis incolæ, II, 37, 6. Eorum legislator Zathraustes, I, 94, 2.

Ariarathes I, Ariamnæ f., rex Cappadociæ; fratris Holophernis amore insignis; Persis contra Ægyptios auxiliatur; pater Ariarathæ et Arysæ, XXXI, 19, 2 et 3.

Ariarathes II, Ariarathæ I filius, rex Cappadociæ, ab Eumene, Perdiccæ duce, prœlio victus cadit, XXXI, 19, 4, 1. Succedit filius, *ibid.* Cf. XVIII, 16, 3.

Ariarathes III, Ariarathæ II filius, regno a Macedonibus occupato, in Armeniam discedit. Postea avitum regnum recuperat. Tres habet filios, ex quibus succedit Ariamnes II, XXXI, 19, 5 sq.

Ariarathes IV, Ariamnæ II filius, rex Cappadociæ una cum patre regnat; Stratonicen, Anthiochi Dei f., ducit, XXXI, 19, 6. Ejus filius Ariarathes V, *ibid.*

Ariarathes V, Ariarathæ IV f., rex Cappadociæ, Antiochi Magni filiam Antiochidem ducit, quæ duos marito filios, Ariarathen et Orophernen, supposuit, deinde vero ipsa enixa est filias duas et filium Mithridatem, cui postea Ariarathæ nomen inditum, XXXI, 19, 7.

Ariarathes puer ab Antiochide Ariarathæ V supponitur, XXXI, 27, 7.

Ariarathes VI, *Philopator*, filius Ariarathæ V (initio Mithridates appellatus fuit; v. Mithridates), rex Cappadociæ, patris amore, literarum studio aliisque virtutibus insignis, XXXI, 19, 7. Magnificas patri exequias adornat, 21. Mithrobuzanem in regnum restituit, 22. Legatos mittit Romam cum amplis muneribus, 28. Ut Romanis gratificaretur, nuptias cum Demetrii Soteris sorore recusat, *ibid.* Ab Oropherne regno ejicitur, 32.

Aricia, urbs Latinorum a Latino Silvio condita, VII, 3. a., 6.

Aridæus (*Ariæus*), copiarum dux Cyro militans, XIV, 22, 5; 24, 1.

Aries (Κριός), Phrixi pædagogus, IV, 47, 5.

Arimaspi Scythæ, II, 43, 5.

Arimaspis, postea Euergetis nominatis, Tiridatem præficit Alexander M., XVII, 81, 1.

Arimnæus, Anaphæ filius, rex Cappadociæ, XXXI, 19, 1.

Arimnestus, archon Athen. (Ol. 91, 1.), XII, 82, 1.

Ariobarzanes, Phrygiæ et parti Mysiæ et Cappadociæ imperans, ab Artaxerxe deficit, XV, 90, 3. Regni anno vicesimo sexto diem obit; in regno succedit Mithridates filius, XVI, 90, 2. Ejus imago, XVII, 17, 6.

Ariobarzanes transitum per Susiadas petras contra Alexandrum M. defendit, XVII, 68, 1 sqq.

Aripharnes, Thatensium rex, Eumelum in vindicando sibi Bospori regno adjuvat, XX, 22, 4 sqq.

Ariphron, pater Xanthippi Atheniensis, XI, 27, 3.

Arisba, Troadis urbs, a Dercyllida capitur, XIV, 38, 3.

Aristæus, Apollinis et Cyrenæ filius, nutriendus datur nymphis, a quibus apum, olivarum, lactis culturam didicit, IV, 81, 1 sq. Pluribus nominibus appellatur, *ibid.*; in Bœotiam profectus Autonoen, Cadmi f., ducit, ex qua Actæonem tollit, 81, 3; in Ceum insulam vectus Græciam pestilentia liberat, 82, 1 sq. Relicta ibi sobole in Libyam revertitur; inde Sardiniam adit, ubi Charmum et Callicarpum filios procreat; postea in Siciliam aliasque terras profectus ubique beneficiis suis homines afficit; post mortem deus colitur, 82, 2 sqq. VI, 2, 2. — Magister Bacchi, cui primus, ut deo, sacra facit, III, 72, 1.

Aristagoras, Milesius, Amphipolim coloniâ frequentat, XII, 68, 1.

Aristander, sacrificus in Alexandri exercitu, XVII, 17, 6.

Aristarchus Ambraciotis auctor est, ut Macedonum præsidium urbe ejiciant, XVII, 3, 3.

Aristazanes, dux Persarum in Ægypto, collega Nicostrati; regis amicus, XVI, 47, 3.

Aristides, dux Atheniensium in pugna Plataica, XI,

29, 4. Cum Xanthippo eligitur, cui consilia sua de amplificanda republica Themistocles aperiat, 42, 2. Cum 30 navibus comitatur Pausaniam, 44, 2; socios a Pausania alienatos in suas partes trahit comitate et justitia, 44, 6. Ejus virtus Pausaniæ nequitiæ opponitur, 46, 4; maris imperium obtinet, 46, 5. Communis sociorum ærarii in Delo constituendi auctor, 47, 1. Rationibus stipendiariis præfectus munere suo tam præclare fungitur, ut *Justi* cognomen abstulerit, 47, 2. Cf. XXVI, 1.

Aristides, dux Atheniensium cum Symmacho Lesbios rebelles perdomat (Ol. 89, 2), XII, 72, 3.

Aristippi philosophi ætas, XV, 76, 4.

Aristo, archon Athen. (Ol. 81, 3), XI, 86, 1.

Aristo, archon Athen. (Ol. 89, 4), XII, 75, 1.

Aristo, gubernator Corinthius invento suo Syracusanorum classi victoriam comparat, XIII, 10, 2 sq.

Aristo, Cyrenææ seditionis auctor, civium ditissimos trucidat, urbisque imperio potitus, contra exules pugnat, XIV, 34, 4.

Aristo Crateri ossa ad sepulturam tradit Philæ, XIX, 59, 3.

Aristo ad exploranda sinus Arabici litoralia a Ptolemæo mittitur, III, 42, 1.

Aristobulus, rex Judæorum, Cn. Pompejum circa Damascum castra habentem convenit, XL, 2.

Aristocrates, unus ex decem ducibus, quos post Alcibiadem ab imperio remotum Athenienses crearunt, XIII, 74, 1. Supplicio afficitur, XIII, 101, 5.

Aristocrates, archon Athen. (Ol. 95, 2), XIV, 38, 1.

Aristocrates, Lacedæmonius, Zacynthiis auxilio mittitur, XV, 45, 4.

Aristocratis Rhodiorum in bello adv. Cretenses prætoris indoles, XXXI, 37.

Aristodamidas, Meropis f., Phidonis pater, VII, 15.

[*Aristodemus*] Malacus Cumarum in Italia tyrannus quomodo imperium sibi comparaverit, VII, 10.

Aristodemus, archon Athen. (Ol. 107, 1), XVI, 37, 1.

Aristodemus Milesius Antipatri mortem nuntiat Antigono, XVIII, 47, 4. Ab Antigono in Peloponnesum mittitur, ut societate cum Alexandro et Polysperchonte inita bellum Cassandro inferat, XIX, 57, 5; 60, 1; Ætolos ad auxiliandum Antigono adigit; tum in Peloponnesum impetu facto in Ætoliam redit, 66, 1.

Aristogenes, unus ex decem ducibus, quos Athenienses crearunt post remotum ab imperio Alcibiadem, XIII, 74, 1. Capitis pœnam metuens fuga quærit salutem, 101, 5.

Aristogiton et Harmodius Pisistratidarum tollunt tyrannidem, IX, 1, 4. Aristogitonis virtus, X, 16.

Aristolochus, Atheniensis, Olympionica (Ol. 109), XVI, 69, 1.

Aristomachen, Syracusanam nobilissimam, uxorem ducit Dionysius tyrannus, XIV, 44, 7.

Aristomachus, Cleodæi f., Temenis pater, a quo descendit Caranus secundum Theopompum, VII, 15.

Aristomedes Eudemo in regno Corinthiorum succedit, VII, 9, 4; ejus filius Telestes, VII, 9, 5.

Aristomenes Messenios ad secundum bellum Messeniacum cives impulit, XV, 66, 3. Ejus virtus, VIII, 10 sqq.

Aristomenes, tutor Ptolemæi Philometoris, cicutam bibere cogitur, XXVIII, 13.

Aristonico Asiæ regnum sibi vindicanti servi se adjungunt, XXXIV, 25.

Aristonous, ab Olympiade cum exercitu contra Cassandrum mittitur, XIX, 36, 4. Amphipolim tenet, 50, 3; Crateuam, Cassandri ducem, vincit, 50, 8; post captam Olympiadem urbem tradit, *ibid.*; a Cassandro necatur, 51, 1.

Aristophanes comicus laudatur, XII, 40, 6.

Aristophanes, archon Athen. (Ol. 112, 2), XVII, 49, 1.

Aristophon, archon Athen. (Ol. 112, 3), XVII, 62, 1.

Aristophylus, archon Athen. (Ol. 90, 1), XII, 77, 1.

Aristoteles sive Battus, a deo Cyrenen condere jubetur, VIII, 29.

Aristoteles, Lacedæmonius, mercenariorum Dionysio militantium dux, XIV, 78, 1.

Cyrnus Græcis dicitur Corsica insula, V, 13, 3. Cyrnus insula ab Rhadamantho datur Enyeo (*nisi potius urbem Cariæ dicere debebat Diodorus*).
Cyrnus, urbs Chersonesi Cariæ, a Cyrno condita, V, 60, 5.
Cyrnus, ab Inacho ad Io quærendam missus, desperato in patriam reditu, in Chersoneso Carica consedit, ibique regnum adeptus Cyrnum urbem condit, V, 60, 5.
Cyrus Persa Astyagen vincit, II, 34, 6. Quo anno regnum Persarum obtinuerit, IX, 23. Regis virtutes, 24. Mulus a Pythia nominatur, utpote natus matre Medica, patre Persico, 31, 3. Cyri ad Crœsum legatio, 31, 4. Ei Crœsi consilia prodit Eurybatus, 32. Crœsum victum benigne habet, IX, 2, 33, 34. Quid responderit legatis Lacedæmoniorum, IX, 36, 1. Post debellatos Babylonios orbis terrarum imperium affectat, X, 12. In expeditione quadam frumenti penuria pressum sublevant Arimaspi, propterea Euergetæ postmodum nominati, XVII, 81, 1. A Scythis captus in crucem agitur, II, 44, 2. A Persis patris nomine invocatur, IV, 30, 1. Ad Cyrum genus referunt reges Cappadociæ, XXXI, 19.
Cyrus junior, Darii filius, Lysandrum pecuniæ vi in bello contra Athen. gerendo sublevat, XIII, 70, 3; 104, 4. Provinciarum maritimæ oræ princeps, Artaxerxi fratri bellum inferre molitur; Clearchum Spartanum copiarum ducem constituit, XIV, 12, 8. Aliam expeditionem simulans bellum in fratrem instruit; auxilia accipit a Lacedæmoniis; copiarum numerus, ducum nomina, 19. Ad Tarsum usque progressus, Syennesin, Ciliciæ principem, in partes suas trahit, sed ab hoc consilia ipsius regi Artaxerxi clam aperiuntur, 20, 1 sqq. Milites, quem in finem expeditio suscepta sit intelligentes, seditionem movent, quam ægre Cyrus placat, 20, 4 sqq. Syriæ portis superatis, classem Ephesum remittit; ipse cum pedestri exercitu ad fines Babyloniæ pervenit, 21. Exercitum contra eum educit Artaxerxes; prœlium in campis Babyloniis committitur; Cyrus fratrem vulnerat; ipse letali vulnere ictus cadit, 22 sq.
Cythera ins. a Nicia in potestatem redigitur, XII, 65, 8; 80, 5. Conon ea potitur, XIV, 84, 4.
Cytinium, urbs Doridis, IV, 67, 1; XI, 79, 4.
Cytus, Jovis et Himaliæ f., V, 55, 5.
Cyzicus ab Atheniensibus ad Lacedæmonios et Persas deficit; ab ea tributum exigit Thrasybulus, XIII, 40, 6. A Mindari et Pharnabazi copiis capitur, 49, 4. Clades Lacedæmoniorum ad Cyzicum, 50 sq. Obsidione pressæ auxiliatur Timotheus Atheniensis, XV, 81. 5. A Memnone Rhodio frustra oppugnatur, XVII, 7, 8. Ab Arrhidæo obsidetur, quem Cyziceni repellunt XVIII, 51. Fimbriæ in Cyzicenos crudelitas, XXXVIII, 8, 3.

D.

Dactyli Idæi ad Idam Cretæ montem habitant, V, 64, 3. De numero eorum sententiæ, *ibid.* Ephorus eos a Trojano Ida in Europam (i. e. Cretam) sub Minoe venisse, inque Samothracia artes suas præstigiaque exercuisse dicit, *ibid.* § 4. Dactylorum inventa, 64, 5. Dactylorum unus Hercules ludos Olympicos instituit, 64, 6. A Dactylis, secundum nonnullos, oriundi sunt Curetes, 65, 1.
Dædalea opera in Sardinia, IV, 30, 1.
Dædalidarum demus in Attica, IV, 76, 7.
Dædalus Ægyptum adiit, I, 61, 3. Labyrinthum in Creta exstruxit ex imitatione Ægyptii, *ibid.* et 97, 5. Dædalus Ægyptius propylæorum Vulcani in Memphi urbe architectus, statuâ honoratus est, 97, 6. — Dædalus, Metionis f., Atheniensis, architectus et statuarius sollertissimus, per invidiam Talum ex sorore nepotem interficit; capitis ab Areopago damnatus in Cretam fugit, IV, 76. Dædalus bovis machinam ad explendam Pasiphaes libidinem construit, IV, 77, 1 sq.; Minotauro labyrinthum concinnat, 77, 4; ob Minois iram cum Icaro in Siciliam ad Cocalum fugit, 77, 5; opera ab eo in Sicilia confecta, 78; bellum ob receptum Dædalum a Minoe Siculis illatum, 79, 1 sqq. Ex Sicilia in Sardiniam ab Iolao arcessitur, IV, 30, 1.
Dæmones s. Genii orientales in Rhodo vocantur Neptuni filii, V, 55, 7.
Daimenes Motyæus post Motyæ expugnationem a Dionysio in crucem agitur, XIV, 53, 5.
Dalis, Panchææ ins. urbs, V, 45, 2.
Damas, nobilis Syracusanus, Agathoclem ad dignitatem militarem provehit, XIX, 3, 1 sqq.
Damascus, urbs Syriæ, XVII, 32, 3; XIX, 100, 5; XL, 2.
Damis, Megalopolitanus, patria a Polysperchonte obsessa, vim elephantum ingenioso invento inutilem reddit, XVIII, 71, 1 sq. Arcadiæ præfectus a Cassandro constituitur, XIX, 64, 1.
Damonis Pythagorei virtus, X, 4.
Damon, Centoripinorum princeps, fœdus cum Dionysio pangit, XIV, 78, 6.

Damon, Thurius, Olympionica (Ol. 101); XV, 36, 1. (Ol. 102, 1), XV, 50, 1.
Damophilus, Rhodiorum dux, naves aliquot Demetrii demergit, XX, 93, 2.
Damophilus, Ennensis, crudelitate sua servos ad defectionem bellumque heris inferendum adigit, XXXIV, 1, 10; 2, 34 sqq. Sævitiæ pœnas dat, 1, 14. Filia ejus humanitatis suæ præmia refert, 2, 39.
Damoteles, Rhodiorum prytanis, in bello contra Demetrium gesto cadit, XX, 98, 9.
Danae, Acrisii f., ex Jove parit Perseum, IV, 9, 1.
Danaus ex Ægypto Argos proficiscitur, I, 28, 2. In Rhodo ins. Minervæ templum condit, V, 58, 1. Ammonis templum condidisse fertur, XVII, 50, 2. Judæos Ægypto expulsos in Græciam ducit, XL, 3, 2.
Dandes, Argivus, Olympionica (Olymp. 77), XI, 53, 1.
Danubius, fluv. Galliæ, V, 25, 4.
Daphnæus, dux Syracusanus, auxilio mittitur Agrigentinis, XIII, 86, 4; Pœnos in fugam vertit, 87, 1 sq. A Dionysio e medio tollitur, 96, 4.
Daphne, Tiresiæ f., deo Delphico ab Epigonis consecratur, IV, 66, 6. Sibylla vocata; multa suppeditavit Homero, *ibid.*
Daphnis, Centaurus ab Hercule occisus, IV, 12, 7.
Daphnis, Mercurio et nympha natus, in amœna convalle Heræorum montium rei pastoritiæ cultor, fistulæ, et carminis bucolici inventor; ab irata nympha visu orbatur, IV, 84.
Dardanorum regionem peragrant Galli, XXII, 11, 3. Injustum iis bellum infert Philippus, XXVIII, 2.
Dardanium, Troadis promontorium, XIII, 45, 6.
Dardanum urbem, quæ postea Troja vocata, condit Dardanus, IV, 75, 1; V, 48, 2; XIII, 45, 3.
Dardanus, Scytharum rex, pater Idææ, IV, 43, 4. — Dardanus, Jovis ex Electra filius, in Samothrace educatur, V, 48, 2. In Asiam profectus Dardanum urbem condit, *ibid.* E Batea pater Erichthonii, V, 75, 1.
Darius I Hystaspis, rex Persarum, fossam a Neco Ægypti rege cœptam ulterius producit, I, 33, 9. Ejus in concione sacerdotum Ægyptiorum dictum, 58, 4. Sextus Ægyptiorum legislator, 95, 4. *Divi* nomine ab Ægyptiis honoratur, *ibid.* Copiarum a Dario in Scythas ductarum numerus, II, 5, 5. Zopyri ope Babylonem capit, X, 17, 2. Expeditionem in Europam parat, 17, 5. Post cladem Marathoniam novum bellum parans morte intercipitur, XI, 2, 2. Ejus filia Mandane, 57, 1. Filius Achæmenes, 74, 1.
Darius, Xerxis I regis filius, Artabani machinatione ab Artaxerxe fratre occiditur, XI, 69, 2.
Darius II, Nothus, Xerxi II Sogdiano in regno Persarum succedit; regnat 21 annis, XII, 71, 1. Lacedæmonios pecunia sublevat, XIII, 36, 5 et 70, 3. Post regnum 19 annorum moritur, 108, 1.
Darius III Codomannus, Arsani filius, a Bagoa in regnum evehitur, XVII, 5, 5. Bagoam supplicio afficit, 5, 6. Ejus virtus in bello contra Cadusios ab Artaxerxe gesto spectata, 6. Contra Alexandrum exercitum colligit; inter duces habet Memnonem Rhodium, 7, 2. Exercitus ad Granicum castra metatur, 18, 4. Vincitur, 19—21. Regis gener Spithrobates, 20, 2. Uxoris frater Pharnaces, 21, 3. Quum exercitus Miletum, deinde Halicarnassum se recepisset, Memnonem summum belli ducem constituit, 23, 5. Bellum ex Asia in Europam transferendum statuit; sed Memnone mortuo, ausis excidit, 29, 4. Deliberationem de belli gerendi ratione instituens Charidemum optima consulentem neci tradit; ipse exercitum ducit, 30. Babylonem militem convenire jubet, 31, 1 sq. Concitatis itineribus in Alexandrum movet, 32, 4. Prœlio ad Issum commisso vincitur; mater, uxor, duæ filiæ et filius in hostis potestatem veniunt, 33—36. Ipse fuga salutem quærit, 37, 1. Babylonem reversus per literas pacis conditiones Alexandro offert; quibus repudiatis majores denuo copias colligit, 39. Pro eo in Cretam expeditionem facit Agis rex Lacedæmoniorum, 48, 1. Exercitu probe instructo, Babylone profectus Ninum versus tendit, ibique ad Arbela vicum castra ponit, 53. De pace ad Alexandrum legatos mittit, qui re infecta redeunt, 54, 1 sqq. Inter hæc uxor ejus diem obit et magnifico funere ab Alexandro honoratur, 54, 7. Ad conflictum se parat, 55, 1. Prœlium committit, vincitur, pulveris densitate adjutus persequentibus fuga se subducit, 58, 1—61, 1. In superiores provincias se recipit; Ectabanis novum exercitum congregat, 64, 1 sq. Otium ad instaurandum bellum sibi parare studet, 65, 5. (Darii matrem et filias Susis relinquit Alexander, 67, 1.) Celeritate hostis præpeditus Bactra fugit; a Besso satrapa per dolum necatur, 73, 2. Expirantem invenisse, cædemque se ulturum promisisse ei fertur Alexander, 73, 4. Regis fratrem Oxathrem corporis custodem facit Alexander, 77, 4. Filiam majorem Statiram uxorem ducit, minorem Drypetim dat Hephæstioni, 107, 6.
Dascon, sinus Siciliæ ad Syracusas, XIII, 13, 3.
Dascon, castellum Siciliæ, XIV, 72, 3.
Datames, Cappadociæ satrapa, ab Artaxerxe deficit; Mitrobarzanem proditorem ulciscitur; per insidias interficitur, XV, 92, 2 sq.
Datames, Anaphæ filius, rex Cappadociæ, XXXI, 19, 2.
Datis, Persarum dux, gente Medus, legationem Athenas, ut Persis se dederent, mittit, X, 26. Ad Marathonem vincitur, XI, 2, 2.
Daunia a Romanis vastatur, XIX, 10, 2.
Debæ Arabes III, 45, 3. Eorum cameli et fluvius aurifer, *ibid.*
Deballus, Licharis filius, Eurybiadæ pater, inter majores Carani numeratur a nonnullis, VII, 15.
Decelea Atticæ ab Agide occupatur et munitur, XIII, 9, 2.
Decelicum bellum, XIII, 9, 2.
Decemviri legibus scribendis a Romanis creati, XII, 23, 1. Eorum historia, XII, 24, 1 sqq.
Decimæ Herculi apud Romanos votæ, IV, 21, 4.
Acylius Decius (*L. Aquilius*), tribun. m. c. p. (Ol. 100, 1), XV, 23, 1.
P. Decius, consul Rom. (Ol. 110, 4), XVI, 89, 1.
P. Decius, consul Rom. (Ol. 117, 2), XIX, 105, 1.
P. Decius, consul (Ol. 118, 1), XX, 37, 1.
Decius, Q. Fabii Maximi collega, pro patria se devovet, XXI, 7.
Decii Jubellii tribuni Romani sævitia in Rheginos; quomodo sceleris pœnam luerit, XXII, 1.
Deos primi omnium coluere Æthiopes, III, 2, 2. Deos apud se natos esse contendunt Atlantii, Oceani accolæ, III, 56, 2. Cretenses, V, 64, 1. Euemeri de diis doctrina, VI, 2.
Deidamia, Bellerophontis filia, ex Evandro mater Sarpedonis, V, 79, 3.
Deidamia, Æacidæ regis Epirotarum f., Pyrrhi mater, XIX, 35, 5.
Deiphobus, Hippolyti f., Herculem Iphiti cæde pollutum purgat, IV, 31, 5.
Deipyle, uxor Tydei, IV, 65, 3.
Dejanira Amazo, IV, 16, 3.
Dejanira, Œnei f., ab Hercule in matrimonium petitur, IV, 34, 1. Ei vim inferre tentat philtrumque relinquit Nessus, 36, 4 sq. Ex Hercule mater Glenei et Hoditæ,

37, 1. Tunica philtro tincta Herculem perdit; ipsa suspendio vitam finit, 38, 1 sqq.
Dejoces, Medorum rex, vir justitia insignis, VIII, 16.
Deliis summopere favent Hyperborei, II, 47, 4. Delii Laconismi rei ab Atheniensibus urbe ejiciuntur; a Pharnace Adramytium incolendam accipiunt, XII, 73, 1. Iis insula ab Atheniensibus restituitur, 77, 1.
Delium in Bœotia ab Hippocrate Atheniensium duce occupatur, XII, 69, 2. Post cladem Atheniensium a Bœotis rursum expugnatur, 70, 3. Deliorum panegyris a Bœotis instituta, 70, 5.
Delium templum ad Chalcidem oppidum, XXIX, 1.
Delphos transportatur Agesilaus in prœlio ad Coroneam vulneratus, XIV, 84, 2. Ad Delphos clade afficiuntur Galli, XXII, 9.
Delphi a Gallis pressi Pythiam consulunt; datum iis responsum, XXII, 12, 2.
Delphicum fanum violant Dryopes, IV, 37, 1. Aggrediuntur Xerxis milites; servatur templum deorum præsentiâ, quam testatur inscriptio ad fanum Minervæ Pronaæ, XI, 14, 2 sqq. Delphico deo tripodem dedicat Gelo, 26, 6; Græci ad Platæas victores, 33, 2. Oraculum corrumpere tentat Lysander, XIV, 13, 3. Templum a Philomelo occupatur, XVI, 25, 3; deprædatur, 30, 1. Delphici oraculi origines, 26. Thesauri a Phocensium ducibus direpti, 56, 4 sqq. Lapideas et ligneas templi statuas Brennus dejicit, XXII, 9, 4. Templum a Sulla expilatum, XXXVIII, 5, 2. *Cf.* Oraculum.
Delphinium in Chio castellum a Callicratida Spartano occupatur, XIII, 76, 3.
Delta, Ægypti regionis, latera, I, 33, 6 sqq. Delta machinis ab Archimeda inventis rigatur, 34, 2. Ejus fecunditas, plantæ et arbores, 34, 3 sqq.
Delus insula a Rhadamantho Anioni datur, V, 79, 2. Delum ex Ægina post pugnam Salaminiam classem Græcorum ducit Leotychides, XI, 34, 2. Inde Athenas commune Græcorum ærarium transfertur, XII, 38, 2. Insula ab Atheniensibus lustratur, festumque panegyricum instauratur, 58, 6 sq. Servi in Delo rebellant, XXXIV, 1, 18.
Demadis Atheniensis dictum, X, 9. Philippum recenti victoria inflatum reprehendit; libertati ab rege redditur, ejusque amicis annumeratur, XVI, 87. Ad Alexandrum legatus missus iram regis placat, atque oratores, quos dedi Alexander postulaverat, periculis eximit, XVII, 15, 3 sq. Legatus ad Antipatrum mittitur, XVIII, 18, 2. Cum Demea filio ab Antipatro supplicio afficitur, 48, 1 sqq.
Demaratus, Spartiata, ad Xerxem profugus; ejus cum rege de Græcorum virtute colloquium, XI, 6, 1 sqq.
Demaratus, Corinthius, insignem Alexandro donat equum, XVII, 76, 6.
Demarchum, Syracusanum, Dionysius e medio tollendum curat, XIII, 96, 4.
Demareta, Gelonis uxor, aurea corona a Carthaginiensibus honoratur; Demaretium numum cudit, XI, 26. 3. Demaretæ monumentum ab Himilcone diruitur, XIV, 63, 3.
Demaretius numus. V. Demareta.
Demea, Demadis filius, una cum patre ab Antipatro supplicio afficitur, XVIII, 48, 3.
Demeter s. Gemeter (γῆ μήτηρ) cur Terra appelletur, I, 12, 4, colitur ap. Ægyptios, *ibid. Cf.* Ceres.
Demetrias tribus reliquis decem ab Atheniensibus adjicitur in honorem Demetrii, XX, 46, 2.
Demetrias, urbs Macedon., XXIX, 2. XXXI, 10, 3.
Demetrius Poliorcetes, Antigoni filius, cum patre in Europam ad Antipatrum confugit, XVIII, 23, 4. Pugnat in prœlio, quod in Paratacene Antigonus contra Eumenem commisit, XIX, 29, 4; in altero contra Eumenem prœlio, 40, 1. Uxorem habet Philam, Antipatri filiam, 59, 3. A patre in Phrygiam proficiscente in Syria relinquitur, adjunctis quattuor consiliariis, 69, 1. Pythone in Cœlesyria relicto, contra Ptolemæum movet; ad Gazam castra ponit, 80, 1 sqq. et 5. Pugnam dissuadent amici; animum addunt milites, 81. Acies instructa, prœlium, clades, 81—84. Azotum fugit, 85, 1. Cæsorum sepulturam ei concedit et regiam supellectilem reddit Ptolemæus, 85, 2. Tripoli subsistens milites undique convocat, 85, 5. Ad Myuntem prœlio vincit Cyllen, ducem Ptolemæi, 93, 1 sq. Contra Nabatæos Arabes missus Petram frustra oppugnat; acceptis donis copias abducit, 96, 4. In reditu ad Asphaltiten lacum castra ponit, 98, 1. A Patre in Babyloniam missus Babylonem urbem desertam reperiens occupat; arcem alteram expugnat, ad alterius obsidionem Archelaum relinquit, ipse mare versus redit, 100, 4 sqq. Leonidam, Ptolemæi ducem, in Cilicia debellat, XX, 19, 5. Epheso solvit, ut Græciæ civitates in libertatem vindicet, 45, 1. Piræeo potitur, 45, 3. Atheniensibus pristinam reipublicæ formam restituit, 45, 4. Munychiam expugnat Dionysiumque præsidii præfectum capit, 45, 5 sqq. Summis honoribus ab Atheniensium populo cumulatur, 46, 1 sq. Megarenses liberat, 46, 3. Senatum e sociis civitatibus constituit, 46, 5. Ut cum Ptolemæi ducibus belligeraret in Cyprum transjicit, 47, 1. Urania et Carpasia urbibus captis, ad Salaminem Menelaum ducem prœlio fundit, 47. 3. Captivos ad patrem in Syriam mittit, 47, 4. Salaminem obsidet; helepolin, ingentem machinam, construit; sed obsidionis instrumenta incendunt hostes, 48. Ptolemæo cum magna classe advenienti occurrit, prœlioque navali commisso victoriam deportat, 49, 4—52. Cypri urbibus in ditionem acceptis, victoriæ nuntium ad patrem mittit, 53, 1; qui regis titulum et honores cum filio communicat, 53, 2. Ejus contra Ptolemæum in Ægyptum expeditio irrita, 73—74. Contra Rhodios bellum, Rhodique oppugnatio, quæ *Poliorcetæ* nomen ei valuit, 83—88 et 91—99. Ingenium formæque elegantia, 92. Firmata cum Rhodiis pace, in Græciam transjicit, ibique Chalcidem liberat, Bœotisque et Ætolis sibi adjunctis ad bellum cum Polysperchonte et Cassandro se accingit, 100, 5 sqq. Sicyonem liberat, Ptolemæi præsidio ejecto, 102, 2 sqq. Prepelaum Cassandri ducem Corintho pellit. Achaiæ urbes libertati reddit, Orchomenum, Polysperchontis præsidio firmatam, expugnat, 103. Mysteriis Eleusiniis initiatur ab Atheniensibus; Larissam aliasque urbes recipit, 110, 1 sqq. In Asiam revocatus res cum Cassandro componit, 111, 1 sqq. Asiæ urbes, quas Lysimachus et Prepelaus subegerant, plurimas recuperat, 111, 3. Post prœlium ad Ipsum commissum cum Stratonice matre Salaminem fugit, XXI, 1, 4. Alexandrum et Antipatrum necat, 7. Ejus erga Thebanos rebelles et devictos clementia, 9 et 14. Agathoclem ad armorum fœdus pangendum a patre missum donis cumulat, redeuntique comitem adjungit Oxythemin, qui res Siciliæ exploraret, 15. Pellæ in Syria captivus custoditur, 20. Seleucus eum in regnum restituere vult, *ibid.* Demetrii filia Stratonice, uxor Antiochi Seleuco nati, *ibid.*
Demetrius Phalereus, Athenarum administrator a Cassandro constituitur, XVIII, 74, 3. Cassandri jussu classem in Lemnum transmittit, XIX, 68, 3. Inducias cum Ptolemæo facere et de societate legatos ad Antigonum mittere a populo cogitur, 78, 4. Archon Athen. (Ol. 117, 4), XX, 27, 1. Athenis a Demetrio in libertatem vindicatis, Thebas inde ad Ptolemæum in Ægyptum

abit, 45, 4. Demetrii de regno Macedonico vaticinium, XXXI, 10.
Demetrium, Philippi regis filium, Persei fratrem, patri reddere decernit senatus Rom. XXVIII, 15. Interfectores ejus justas solvunt pœnas, XXIX, 25.
Demetrius Soter, Seleuci Philopatoris, Syriæ regis, filius, obses Romæ comiter excipit Ptolemæum Philometorem, XXXI, 18. Ejus legati Cnei Octavii interfectores Romanis tradunt, 29, 30. Ab Oropherne, quem adjuverat, pecunia donatur, 32. Frumentum suppeditat Rhodiis, 36.
Demetrius Nicator, rex Syriæ, cui Alexandrum Balam prodit Heliades, XXXII, 10, 1. In tyrannicam crudelitatem prorumpit, suasorem et socium scelerum habens Lasthenem Cretensem, XXXIII, 4. Laodiceæ morantis luxuria, ignavia, flagitia, 9. Demetrius Antiochi Pii frater, apud Arsacen captivus, XXXIV, 15.
Demetrius, pictor, Romæ Ptolemæum Philometorem hospitio excipit, XXXI, 18, 2.
Democlides, archon Athen. (Ol. 116, 1), XIX, 17, 1.
Democriti Abderitæ de causis incrementorum Nili fluvii sententia, I, 39, 1 sq. Democritus Ægyptum adiit, 92, 2. 98, 3. Quo tempore mortuus sit, XIV, 11, 5.
Demogenes, archon (Ol. 115, 4), XIX, 2, 1.
Demoleon, Argivus, Iocli pater, V, 54, 4.
Demonax, Mantinensis, vir prudentia et æquitate clarus, Cyrenensium discordias componit, VIII, 30, 2.
Demophilus, archon Athen. (Ol. 99, 4), XV, 22, 1.
Demophilus, Ephori filius, historicus; bellum sacrum opere suo tractavit, XVI, 14, 3.
Demophilus, Agathoclis dux, Dinocratem et Philonidem, exulum duces, prœlio vincit, XIX, 104, 2 sq. Xenodicum Agrigentinorum imperatorem prœlio fundit, XX, 56, 2.
Demophon, Thesei et Phædræ filius, IV, 62, 1.
Demophon, haruspex in comitatu Alexandri, XVII, 98, 2.
Demosthenes, dux Atheniensium, Leucadem et Ætoliam populatur, XII, 60, 1. Ab Ætolis prœlio vincitur; Naupactum præsidio munit; Ambraciotas clade afficit; Acarnanum societate privatur; Athenas redit, 60, 2 sqq. Pylam occupat et munit, 61. A Spartanis obsidetur, *ibid.* Cum Hippocrate Megaris proditione potitur, 66, 2. In Bœotiam expeditionem suscipit, sed re infecta domum redit, 69, 1 sq. Cum Eurymedonte in Siciliam transmittit, XIII, 11, 1. Noctu Syracusas adortus magno cum damno repellitur, 11, 3. Reditum in patriam suadet, refragante Nicia, 12, 1 sq. Alii Demosthenis sententiæ idem refragatur Nicias, 18, 1 sq. Capitur, 19, 2; necatur, 33, 1.
Demosthenes orator Athenienses excitat, ut apertos se Philippi hostes declarent, XVI, 54, 2. Ante prœlium ad Chæroneam Atheniensium animos firmat, 84, 5. 85, 3. Post Philippi obitum, populum exhortatur ut in libertatem se vindicet, XVII, 3, 2. Cum aliis legatis ad Alexandrum missus, media via Athenas redit, 3, 7; in eum Æschinis dictum, 4, 8. Thebanos contra Alexandrum rebelles adjuvat, 8, 5. Demosthenem dedi sibi postulat Alexander; orator a Demade largitione corrupto e periculo eximitur, 15. Demosthenes ut ab Harpalo corruptus damnatur, 108, 8. In exilium abit, XVIII, 13, 6. Orator celeberrimus, XXVI, 1.
Demostratus, archon Athen. (Ol. 96, 4), XIV, 90, 1.
Demostratus, archon Athen. (Ol. 97, 3), XIV, 99, 1.
Demotion, archon Atheniensis (Ol. 77, 3), XI, 60, 1.
Demuchi septem in Thespiarum urbe; eorum origo, IV, 29, 4.
Derbices in Asia subigit Ninus, II, 2, 3.
Derceto, Syrorum dea; ejus templum prope Ascalonem urbem, II, 4, 2. Mater Semiramidis 4, 3. In piscem mutatur, *ibid.*
Dercyllidas dux a Lacedæmoniis in Asiam mittitur, XIV, 38, 2. Troadis urbes occupat; factis cum Pharnabazo induciis, Bithyniam bello infestat, 38, 3. Thraces Chersoneso expellit, 38, 6.
Dérienses in Acarnania Agrinium occupant, XIX, 67, 4.
Deucalion, pater Hellenis, IV, 60, 1. Deucalionis liberi Triopæ auxilio Pelasgos ex Thessalia pellunt, V, 61, 1. Deucalioneum diluvium, 81, 3.
Deucalion, Minois et Pasiphaes f., IV, 60, 4. Phædram sororem Theseo uxorem dat, 62, 1. Pater Idomenei, V, 79, 4.
Dexamenus, Oleni princeps, Hippolyten filiam Azani uxorem dat; nuptiis interfuit Hercules, IV, 33, 1.
Dexippus Lacedæmonius operam navat Agrigentinis ab Himilcone obsessis, XIII, 85, 2; 87, 4 et 5; 88, 7. Præsidii in Geloorum urbe præfectus, 93, 2. A Dionysio in Græciam dimittitur, 96, 1.
Dexitheus, archon Athen. (Ol. 98, 4), XV, 98, 1.
Dia (i. q. Naxus) insula, IV, 61, 5. V. Naxus.
Dia, Hesionei f., Ixioni parit Pirithoum, IV, 69, 3.
Diagoras, atheus, impietatis accusatus Athenis aufugit, XIII, 6, 7.
Diana ab Amazonibus culta, II, 46, 2. Ab Œneo neglecta aprum Calydonium mittit, IV, 34, 2. Dianæ Tauricæ advenæ immolantur, 44, 7. Diana Niobes filias occidit, 74, 3. In Sicilia eximie colitur, V, 3, 4. Ejus res gestas columnæ aureæ inscripsit Mercurius apud Panchæos, 46, 7. Diana, Ilithyiæ συνεργός, 72, 5. Puerorum nutrix (κουροτρόφος), 73, 3. Amica Britomartis, 76, 3. Tauropolus, 77, 7; Persia, *ibid.*; Cressa, *ibid.*; Ephesia, *ibid.* Dianæ fanum delphicum, XXII, 11, 5.
Dicæarchia, urbs Italiæ, IV, 22, 1; V, 13, 2.
Dicæarchus, Ætolus, Philippi regis jussu Cretensibus contra Rhodios opem fert, ac mare latrociniis infestum reddit, XXVIII, 1.
Dicæopolis, urbs Siciliæ, quæ antea Egesta nominabatur, XX, 71, 6.
Dice, Hora, Jovis f., V, 72, 5.
Dicon, Syracusanus, Olympionica (Ol. 99), XV, 14, 1.
Dicte, mons Cretæ, ubi Rhea Jovem occultat, V, 70, 2. Ad montem urbs a Jove conditur, 70, 6.
Dictynna, eadem quæ Britomartis (ubi vide). De nominis origine sententiæ diversæ, V, 76, 3 et 4.
Didyme, insula Æolica, V, 7, 1.
Diegylidis, Thracum regis, atrox crudelitas, XXXIII, 14, 15. Lysimachiam urbem in Attali ditiône incendit, *ibid.* Diegylidis filius Zibelmius, XXXIV, 12.
Diluvium ex Ponti per Hellespontum eruptione ortum, V, 47, 4. Cf. Deucalion, Samothrace, Rhodus.
Dimnus, Macedo, insidias struit Alexandro M., quibus detectis, manum sibi infert, XVII, 79, 80.
Dindyma, Mæonis Lydorum regis uxor, mater Cybeles, III, 58, 1 sq.
Dinias, Cassandri dux, Thermopylas occupat, XIX, 35, 3. Lycisco contra Alcetam auxilio venit, 88, 6
Dinocrates, dux Phocensium, XVI, 56, 3.
Dinocrates, exulum Syracusanorum dux, Carthaginiensium auxilia implorat, XIX, 103, 1; Nymphodorum ad capiendam proditione Centoripinorum urbem emittit irrito conatu, 103, 2 sq. Ab Agathoclis ducibus prœlio vincitur, 104, 1 sqq. Cum Hamilcare Syracusas oppugnat, XX, 29, 5; post necem Hamilcaris exulum cæterorumque Græcorum dux declaratur, 31, 2. Libertatis vindex contra Agathoclem exercitum ducit; sed ad justum prœlium res non devenit, 57, 1 sqq. Cum eo transigere studet Agatocles, 77, 3; sed conditiones a

tyranno propositas non admittit, 79, 1 sqq. Ad Gorgium (Torgium) prœlio ab Agathocle vincitur, victusque a tyranno copiarum dux constituitur, 89 — 90, 1.
Diocles, demagogus Syracusanus, immania de captivis Atheniensibus supplicia sumenda esse suadet, XIII, 19, 4. Ejus sententia rata esse jubetur, 33, 1. Ut sorte magistratus capessantur auctor est; novas condit leges, XIII, 33, 2 sqq. Ejus mors, *ibid.* et XII, 19, 2. Dioclis leges a Cephalo Corinthio emendatæ jussu Timoleontis, XVI, 82, 6. Cf. XIII, 35, 3. 34, 6 sqq.
Diocles, archon Athen. (Ol. 92, 4), XIII, 54, 1.
Diocles, dux Syracusanus auxilio mittitur Himeræis ab Hannibale obsessis, XIII, 59, 9; 61, 3 sq. Eos in ultimo discrimine deserit, 61, 6. Hermogenis artibus in exilium actus, 75, 5.
Diocles, Syracusanus, unus ex sexcentorum senatu, XIX, 6, 4.
Diocles, Abarum in Arabia princeps, ad quem confugit Alexander Bala, XXXII, 10, 1.
Diodori Siculi in historia scribenda consilium, I, 1—3. Triginta annos in contexendo opere suo consumsit, 4, 1. Magnam Asiæ et Europæ partem perlustravit, *ibid.* Roma urbs, ubi diutius vixit, multa ei subsidia præbuit, *ibid.* § 2 et 3. Patria ejus Agyrium in Sicilia, *ibid.* § 4. Latinæ linguæ cognitionem sibi comparavit, *ibid.* § 5. — Operis œconomia, § 6 et 7. Chronologica operis ratio, I, 5. Cur a Barbaris historiæ initium sumat, 9, 5. In Ægypto cum sacerdotibus et legatis Æthiopicis sermones instituit, III, 11, 3.
Diodorus, Atheniensis, cum præsidio a Thrasybulo et Alcibiade in Hellesponto relinquitur, XIII, 68, 2.
Diodotus, Antiochiæ ab Alexandro Bala præfectus, XXXIII, 3. *Cf.* Tryphon.
Diomedes propriis equabus devorandus objicitur ab Hercule, IV, 15, 3.
Diomedis quadrigas Olympiam missas sibi vindicat Alcibiades, XIII, 74, 3.
Diomedon, unus ex decem ducibus, quos post Alcibiadem ab imperio remotum Athenienses exercitui præfecere, XIII, 74, 1. Ad supplicium ducitur, 102.
Dion, Syracusanus, Hipparini f., Dionysii sen. secundæ uxoris frater, Dionysio juniori ob virtutes invisus et neci destinatus in Peloponnesum aufugit, et Corinthi naves militesque parat, quibus ad liberandam patriam in Siciliam transmittit, XVI, 6, 3 sqq. Minoam urbem appellit, cujus præfectus Paralus consilia ejus adjuvat, 9, 4; Agrigentinos, Geloos, Camarinæos, alios sibi adjungit, 9, 5. Absente Dionysio, Syracusarum in foro castra ponit, 10. Summo favore a Syracusanis excipitur, 11, 1 sq. Cum Dionysio de componendis rebus agit, 11, 4 sq. Per induciarum tempus repente in Syracusanos impetum facientem in fugam agit, 12. Dionysio cum thesauris clam in Italiam transgresso, quum dissidia inter Syracusanos et Dionem orta essent, hic cum mercenariis Leontium abit, 17, 4; insequentes Syracusanos fundit, victisque dat veniam, 17, 5. Arcis præsidio oppressos e summo periculo eximit, 20. A Zacynthiis mercenariis interficitur; in imperio ei succedi. Callippus, 31, 7.
Dionysiades, duæ prope Cretam insulæ, V, 75, 5.
Dionysias a quibusdam Naxus insula nominata, V, 52, 1.
Dionysias, Thuriorum platea, XII, 10, 7.
Dionysiodorus, Tarentinus, Olympionica (Ol. 100), XV, 23, 1.
Dionysiodorus, Bœotus historicus, quo usque historias suas produxerit, XV, 95, 3.
Dionysius (*Scytobrachion, Mytilenæus*), qui Argonautarum et Bacchi historias aliaque mythica scripsit, laudatur ex eoque Amazonum Libycarum historia narratur, III, 52, 3. Idem de Bacchi historia, 66, 5 sqq.
Dionysius, Hermocratis filius, Syracusanorum tyrannus. Unus fuit eorum, qui cum Hermocrate Syracusis potituro fecerunt, XIII, 75, 9. Quomodo tyrannidem occupaverit, 91—96. Hermocratis filiam uxorem ducit, 96, 4. Daphnæum et Demarchum e medio tollit, *ibid.* Exercitu collecto Gelois auxilium fert; ab Himilcone funditur, interque muros urbis se recipere cogitur, 109 sq. Geloos et Camarinæos Syracusas transducit, 111, 1 sqq. Ob acceptas clades milites seditionem movent; regiam diripiunt; uxorem tyranni crudeliter tractant, 112. Motus turbulentos Dionysius reprimit, cædibus exiliisque in adversarios sæviens, 113. Bellum cum Himilcone componit; pacis conditiones, 114. Dominatum confirmat, XIV, 7, 1 sqq. Contra Siculos, qui sui adhuc juris erant, exercitum ducit, 7, 5. Erbessum obsidere cœpit, 7, 6. Militum seditio exardet, 7, 6 sqq. Dionysius de tuenda tyrannide desperans facultatem ex urbe cum suis excedendi impetrat, 8, 4 sqq. (*Cf.* XX, 78, 2). Campanorum ope imperium recuperat, 9. In imperio firmando adjuvatur ab Aristo Lacedæmonio, 10, 3. Urbe pacata finitimas civitates subigere properat, 14, 1. Ætna potitur, 14, 2; Leontinorum urbem frustra oppugnat, 14, 3 sq. Aimnestum Ennæorum tyrannum ad supplicium Ennæis tradit, 14, 7 sq. Catanæos, Naxios, Leontinos in potestatem redigit, 15; Cum Erbitæis pacem facit, 16, 1. Carthaginiensibus bellum movere statuit, 18, 1. Urbis partem novo muro firmat, 18, 2 sqq. Hadranum sub Ætna monte condit, 37, 4. Exercitum contra eum educunt Rhegini et Messanii, sed seditione in exercitu orta, ultra pacem offerunt, 40. In bellum Carthaginiensibus inferendum magnos apparatus facit, 41 sq. Militem conscribit, 44, 1 sq. Sociorum benevolentiam captat; Messanios beneficio afficit; a Rheginis puellam in matrimonium petens repulsam fert; Doridem Locrensem et Aristomachen, Syracusanam nobilissimam, uxores ducit, 44, 3 sqq. Belli suscipiendi rationes probat Syracusanis, 45. Carthaginiensium in Sicilia bona diripienda dat; per legatos bellum indicit, 46, 1 sqq. Motyam, Carthag. coloniam, oppugnat, 47, 4 sqq. Obsidionis cura Leptini prætori demandata, ipse in reliquas Pœnorum urbes exercitum ducit, 48, 4 sq. Ad Motyæ obsidionem redit, 49, 3. Urbem expugnat, 53, 1 sq. (*Cf.* XXII, 10, 4). Syracusas redit, 53, 6. Hostium territoria vastat; Halicyæos sibi adjungit; Egestam obsidet, 54, 2 sqq. Himilcone in Siciliam transgresso, Syracusas se recipit, 55, 7. Siculis plurimis deficientibus, servos manumissos armat; mercenarios a Lacedæmoniis conducit, et castella munit; castra habet ad Taurum, 58. Leptinem Magoni navarcho obviam mittit; navali prœlio commisso Syracusani funduntur, 59, 60. Dionysius cum Himilcone manum conserere cogitat; mox mutato consilio Syracusas versus retrocedit, 61, 1 sqq. Nova auxilia ex Græcia et Italia requirit, 62, 1; 63, 4. Eo absente, Carthaginienses a Syracusanis prœlio vincuntur, 64, 1 sqq. Populi in tyrannum odium et seditio, quam cohibet Pharacidas Lacedæmonius, 64, 4 sqq. Dionysius Pœnos peste laborantes aggressus extrema clade afficit, 72—74. Acceptis 300 talentis Himilconi cum suis abeundi potestatem concedit; reliquum exercitum cum castris capit, cædit, 75. Mercenariis in ipsum exacerbatis, duce eorum Aristotele prehenso, Leontinorum civitatem donat; novos mercenarios conscribit principatus custodes; desertas urbes colonis e Græcia arcessitis frequentat; Siculorum urbes nonnullas capit, cum aliis fœdera pangit, 78. Rheginis in ipsum exacerbatis bellum inferre statuit, prius vero Tauro-

menitas Siculos debellandos censet, 87, 4 sq. Ab his repellitur et sanciatur; Agrigentini et Messanenses a Dionysio deficiunt, 88. Magonem prœlio vincit; Rhegium subito aggreditur, at repellitur, 90, 4 sqq. Contra eum Græci in Italia armorum societatem ineunt, 91, 1. Magonem ad pacem petendam cogit Agyridis auxilio adjutus, 96 sq. Tauromenium occupat, 96, 4. Contra Rheginos ducit; pugna fusus et tempestate jactatus ægre ipse in portum Messanæ refugit, 100. Leptinem a prætura classis removet, in locum ejus substituit Thearidem, 102, 4. Altera in Italiam expeditio; Helorin Græcorum ducem fundit; victis clementem se præbet; pacem et libertatem civitatibus donans magna apud omnes pollet gratia, 103 sqq. Post hæc Rhegium petit; quæ urbs pacem magno pretio redimit, 106, 1 sq. Cauloniæ cives Syracusas transfert; urbem demolitur, agrum donat Locrensibus, 106, 3. Iisdem tribuit Hipponensem agrum, 107, 2. Rheginis ob acceptam olim injuriam offensus, nova belli causa quæsita, Rhegium obsidet. 107, 3. Vulneratur, 108, 6. Quadrigas Olympiam mittit, et rhapsodos, qui carmina ipsius recitent; verum hi exploduntur, omnisque Dionysii pompa ludibrio exponitur, 109. Rhegium capit; ejus in devictos crudelitas, 111—112. Pace et otio fruens poetarum studia sectatur; Philoxenum ob oris intemperantiam in latomias conjicit, XV, 6; Platonem uti servum vendit; ob poemata Olympiæ risu excepta in furorem incidit; Leptinem et Philistum in exilium mittit, sed mox revocat, 7. Urbes ad mare Adriaticum condere marisque imperium sibi comparare instituit; eodem consilio fœdus cum Illyriis facit, iisque contra Epirotas auxilia mittit, 13, 1 sq. In Pharo insula Lissum condit; in nova colonia eodem mittenda Parios adjuvat, 13, 3. Syracusis navalia, muros, gymnasia exstruit, 13, 4. In Etruriam expeditionem suscipit; ad Agyllam urbem ditissimum fanum expilat, 14, 3 sq. Magna præda locupletatus novi belli Carthaginiensibus movendi consilia init, 14, 5. Siciliæ urbes a Carthaginiensibus abalienatas in societatem recipit; quas quum Carthaginienses reposcerent, novum bellum exardet; initio Dionysius duobus prœliis vincit, deinde magna clade afficitur; pacis conditiones, 15—17. Lacedæmoniis novem triremes auxilio mittit, quas una cum viris capiunt Timotheus et Iphicrates, 47, 7. Athenienses sacrilegii incusat, quod navibus ejus donaria Delphos portantibus Iphicrates ad Corcyram potitus esset, XVI, 57, 3. Lacedæmoniis Hispanos et Gallos milites auxilio mittit, XV, 70, 1. Denuo Carthaginiensibus bellum movet, sed conatus ejus reprimuntur; mox diem obit; succedit Dionysius filius, XV, 73. Mortis causa, 74, 1 sq. Quantum copiarum una Syracusarum urbs tyranno præbere potuerit, II, 5, 6. Phintiæ et Damonis Pythagoreorum amicitiam expetivit, X, 4. Dionysii senioris liberi, XVI, 6, 2.

Dionysius, Dionysii filius, Syracusarum tyrannus, patri succedit; 12 annos regnat, XV, 73, 5. Pacem facit cum Carthaginiensibus et Lucanis; navigationem per mare Ionium tutam sibi præstare studet; post hæc desidiæ se dat, XVI, 5. Dionem e medio tollere decernit, 6, 4. Dum ad Cauloniam versatur, Syracusas occupat Dion, 11, 3. In Siciliam reversus legatos de rebus componendis mittit et accipit, 11, 4. Syracusanos spe pacis negligentiores repentino impetu aggreditur, 11, 5; sed Dionis virtute in fugam agitur, 12. Philisto navarcho prœlio victo, Dioni regnum offert, 16, 4. Deinde relictis in arce mercenariis cum thesauris clam in Italiam aufugit, 17, 2. Nypsium cum navibus et commeatu Syracusas mittit; sed prœlio navali commisso mercenarii a Syracusanis funduntur, 18. Præsidium tyranni Rhegio a Calippo et Leptine ejicitur, 45, 9. Dionysium Syracusas reducem oppugnat Hicetas, 68, 1. Arcem tradit Timoleonti; Corinthum abit, ubi privatus homo vitam exigit, XVI, 70, 1 sq.

Dionysius post Timothei fratris obitum tyrannus Heracleæ Ponticæ, XVI, 88, 4. Moritur; succedunt filii Oxathras et Clearchus, XX, 77, 1.

Dionysius, Munychii præsidio a Cassandro præfectus, naves 20 in Lemnum expedire jubetur, XIX, 68, 3. A Demetrio victus capitur, XX, 45, 2 sqq.

Dionysus a Græcis nonnullis appellatur Osiris, I, 11, 3. I, 15. Vocis etymologia, IV, 2, 4. *Vid.* Bacchus.

Diophantus, archon Athen. (Ol. 96, 2), XIV, 82, 1.

Diophantus, Atheniensis Nectanebo militans, XVI, 48, 2.

Diophantus, Macedo Abis in Arabia habitans, Hermaphroditi parens, XXXII, 9, 2.

Dioscorides ex Hellesponto et Rhodo 80 naves Antigono adducit, XIX, 62, 7 et 9.

Dioscurorum pater Tyndareus, IV, 33, 5. Dioscuri Argonautæ, 41, 3 (Cf. VI, 6). Dioscurorum stellæ, 43, 2. Dioscuris Argonautis vaticinium edit Glaucus, 48, 6. A Celtis coluntur, IV, 56, 4. Aphidna diruta Helenam liberant, et Æthram captivam abducunt, 63, 5. Ob virtutis præstantiam Jovis filii habiti, et post mortem divinis honoribus affecti, VI, 6.

Dioscurias, promontorium Italiæ, XIII, 3, 4.

Diospolis eadem cum Thebis Ægyptiis, I, 15, 1.

Diotimus, archon Athen. (Ol. 88, 1), XII, 49, 1.

Diotimus, archon Athen. (Ol. 106, 3), XVI, 28, 1.

Diotrephes, archon Athen. (Ol. 99, 1), XV, 14, 1.

Dioxippi, Atheniensis Alexandro M. militantis, cum Corrhago Macedone in India certamen singulare; vincit Dioxippus, sed deinde Macedonum calumniis pressus manum sibi infert, XVII, 100, 2 sqq.

Diphilus, archon Athen. (Ol. 84, 3), XII, 26, 1.

Diphilus, Antigono custos arcis Babylonicæ, quam vi capit Seleucus, XIX, 91, 3.

Diphridas, Lacedæmonius, Rhodum mittitur, XIV, 97, 3.

Dium, urbs Macedoniæ, XII, 67, 1. Ibi scenicos ludos Jovi Musisque dedicatos edit Alexander, XVII, 16, 3. Urbis incolæ Pydnam migrare a Perseo coguntur, XXX, 11, 2.

Diyllus, Atheniensis historicus; de eo notitia literaria, XVI, 14, 5; 76, 6; XXI, 5.

Doa, urbs Panchææ ins., ab Ammone eversa, V, 44, 7.

Docimus, dux Alcetæ, ab Antigono capitur, XVIII, 45, 3. E custodia elabi conatur; frustra, XIX, 16.

Docimus, Antigoni dux, Miletum in libertatem vindicat, XIX, 75, 4. Ad Lysimachum deficit, XX, 107, 2.

Dodecarchia in Ægypto, I, 66; duodecim principes communi opera mausoleum ad Mœridis lacum ædificare suscipiunt, *ibid.*

Dodonæi oraculi sacerdotes corrumpere tentat Lysander, XIV, 13, 4. Quid Lacedæmoniis de exitu belli contra Arcades suscepti cecinerint, XV, 72, 3. Dodonæum templum a Dorimacho Ætolorum prætore spoliatum, XXVI, 9.

Doi Panchæa ins. ab Ammone expelluntur, V, 44, 6.

Dolopes Xerxi contra Græcos se adjungunt, XI, 3, 2. E Scyro pelluntur a Cimone, 60, 2. Heracleam urbem bello petunt, XII, 77, 4. Bello sacro contra Phocenses pugnant, XVI, 29, 1. In bello Lamiaco Atheniensium socii, XVIII, 11, 1.

C. Domitius, consul (Ol. 112, 3), XVII, 62, 1.

Domitius prudentia sua Romam magno periculo liberat, XXXVII, 13.

Dorichus, legatus Dionysii, a Syracusanis interficitur, XIV, 7, 7.

Dorienses in Hestiæotide contra Lapithas belligerantes, tertia regni parte oblata Herculis auxilium sibi adjungunt, et hostes vincunt, IV, 37, 3. Doriensium tetrapolis, 67, 1. Dorienses ad Olympum habitantes una cum Achæis nonnullis Laconiæ sub Tectamo duce in Cretam migrant, V, 80, 2. Dorienses, qui juxta Cariam habitant, quot naves Xerxi in Græciam expedienti suppeditaverint, XI, 3, 8. Dorienses Græciæ socia arma junxerunt Persis, quare agris eorum parcit Xerxes, XI, 14, 2. A Phocensibus bello petuntur; urbes eorum occupantur; Lacedæmonios arcessunt; hostes prœlio fundunt; pax, XI, 79, 4 sqq. Dorienses e Peloponneso advocati a Therone in Himera urbe civibus deserta collocantur, XI, 49, 3. Dorienses Doridis incolæ in bello Peloponnesiaco socii Atheniensium, XII, 42, 5. In bello sacro contra Phocenses pugnant, XVI, 29, 1. Eorum urbes capit Onomarchus, 33, 4.
Doriensis, tribus Thuriorum, XII, 11, 3.
Dorieus (*Anaxandridæ regis Lacedæmoniorum filius, Cleomenis frater*), Heracleam in Sicilia condit, IV, 23; X, 17. Rhodum mittitur ad turbas componendas, XIII, 38, 5. Ex Rhodo redux, cum Mindaro ad Dardanium prœlio navali vincitur, 45, 46.
Dorimachus Ætolorum prætor Jovis templum Dodonæum spoliat, XXVI, 7.
Doris, Xeneti Locrensis filia, uxor datur Dionysio tyranno, XIV, 44, 6.
Doriscus, urbs Thraciæ, ad quam copiarum recensum Xerxes instituit, XI, 3, 6.
Dorus, Hellenis f., pater Ægimii, IV, 58, 6; Tectami, 60, 1; V, 80, 2.
Dorylæum in Phrygia, XX, 108, 6.
Dorystheus post Labotam rex Lacedæmoniorum, quintus ab Eurystheo, VII, 8, 3.
Dosiades, rerum Creticarum scriptor, V, 80, 4.
Dotium in Thessalia agrum cum Deucalionis liberis partitur Triopas, V, 61, 1.
Drabescus in Thracia, XII, 68, 2.
Dracanus, mons Icariæ insulæ, in quo Bacchus natus, III, 66, 3.
Draco, qui Hesperidum mala custodiebat, ab Hercule interfectus, IV, 26, 4. Draco, vellus aureum custodiens, de præfecto templi intelligendus, IV, 47, 3.
Draconis legislatoris ætas, IX, 17.
Drangenen petit Alexander, XVII, 78, 4, 105, 7. Ejus præfectus Stasanor, XVIII, 3, 3; 39, 6.
Drangos in Asia subigit Ninus, II, 2, 3.
Drepanum in Sicilia Hamilcar muro cingit, XXIII, 9, 4. A Romanis frustra obsidetur, XXIII, 18, 1. Cf. XXIV, 1, 5 et 8, 2.
Drios, mons in Achaia Phthiotica, V, 50, 4.
Drios, mons Naxi, V, 51, 4.
Dromichætes, Thracum rex, Lysimachum prœlio captum benigne habet, et contra multitudinis furorem tuetur. Ejus temperantia, XXI, 12, 1 sqq. Cum Lysimacho pacem facit, eumque diademate ornatum dimittit, 12, 6.
Dromoclides, Athen. archon (Olymp. 76, 2), XI, 50, 1.
Druidæ, Gallorum philosophi et theologi. *V.* Galli.
Drusorum nobilitas et virtutes, XXXVII, 10.
M. Livius Drusus, juvenis genere indoleque præclarus, XXXVII, 10, 2. Ejus in senatu vox, *ibid.*
Dryopes in Delphicum fanum impios ex antiquis Hercules ejicit sedibus, agrosque Maliensibus assignat, IV, 37, 1. Partim in Eubœam migrant, ubi Carystum condunt, partim in Cyprum, partim ad Eurystheum in Peloponnesum, ubi tres condunt urbes, 37, 2.
Drypetis, Darii Codomanni filia natu minor, quam Hephæstion uxorem ducit, XVII, 107, 6.
Ducetius, Siculorum dux, cum Syracusanis conjunctus Catanæos debellat, XI, 76, 2 sq. Menænam urbem condit; Morgantinam capit, 78, 5. Siculorum urbes in unius civitatis communionem redigit; Palicen prope Palicorum fanum condit, 88, 6. Ætnam occupat; Motyam capit; Agrigentinos eorumque socios Syracusanos prœlio vincit; a Syracusanis circa Nomas fugatur, 91. Viribus fractus nec inter suos tutus, supplex fugit ad Syracusanos, qui misericordia commoti Corinthum relegatum victu sustinent, 92. Corintho redit in Siciliam ut Pulchram Acten ibi conderet, XII, 8, 1 sq. Multarum turbarum Siculis auctor, *ibid.* Siculorum principatum vindicare cœpit; morbo correptus vita et ausis excidit, 29, 1.
C. Duilius, tribun. mil. cons. pot. (Olymp. 96, 1), XIV, 54, 1.
M. Duilius, tribunus plebis, XI, 68, 7.
Duodecim tabularum leges, XII, 26, 1.
Dupo, Centaurus ab Hercule occisus, IV, 12, 7.
Duris, Samius historicus, ubi historiarum initium ponat, XV, 60, 6. Laudatur, XXI, 6.
Dymæi ab Alexandro Polysperchontis filio domiti, mox in libertatem se vindicant, XIX, 66, 4 sqq.
Dyme, urbs Achaiæ, XIV, 17, 12. Ab Epaminonda in libertatem vindicatur, XV, 75, 2.
Dysnicetus, archon Athen. (Ol. 102, 3), XV, 57, 1.

E.

Ebusus s. Ebesus, urbs Pithyussæ ins., V, 16, 3.
Ecbatana, urbs Mediæ, II, 13, 5 (Cf. Semiramis), XI, 36, 7. XIV, 22, 1. XVII, 64, 1. Urbis ambitus, XVII, 110, 7. Ibi moritur Hephæstio, *ibid.*
Echecrates, Thessalus, fatidicam virginem Delphis rapit et stuprat, XVI, 26, 6.
Echemus, Tegeatarum rex, Hyllum victum occidit, IV, 58, 4.
Echestratus, post Agin rex Lacedæmoniorum, VII, 8, 3.
Echetlam, Siciliæ castellum, expugnat Xenodicus, dux Agrigentinorum, XX, 31, 5.
Echinades insulæ, VIII, 17.
Ecnomum collem Sic. occupant Carthaginienses, XIX, 104, 3. Nominis origo, XIX, 108, 1. Prœlium ibi inter Hamilcarem et Agathoclem commissum, 108—109.
Ecregma, locus prope Ægyptum, ubi Antigonus cum Ptolemæo colloquium habet, XIX, 64, 8.
Edessa, urbs Pæoniæ, XXXI, 10, 7.
Edoni Thraces delent Athenienses Amphipolitanos, qui ulterius in Thraciam progredi ausi erant, XI, 70, 5. Milesios Amphipoli ejiciunt, XII, 68, 2.
Eetion, Atheniensium navarchus, prœlio navali a Clito Macedone vincitur, XVIII, 15, 9.
Egesta, urbs Siciliæ, XII, 82, 3. Eam oppugnat Dionysius, XIV, 48, 5. Agathocles transfugis habitandam concedit, mutatoque nomine Dicæopolin nuncupat, XX, 71, 6. Ab Appio Claudio frustra oppugnatur, XXIII, 3.
Egestanæ thermæ Herculis in gratiam a Nymphis aperiuntur, IV, 23, 1.
Egestani cum Selinuntiis bellum gerentes superiores abeunt, V, 9, 3. Cum Lilybæis de agrorum finibus belligerant, XI, 86, 2; item cum Selinuntiis; prœlio victi, quum Syracusani, Agrigentini et Carthaginienses subsidia præbere nollent, auxilium implorant Atheniensium, XII, 82, 3 sqq. Hi tributum ab iis exigunt, XIII, 6, 1 Denuo Egestani de agris cum Selinuntiis litigantes, Carthaginienses auxilio advocant, XIII, 43, 1 sqq. A Dionysio obsessi, hostium castra incendunt, XIV, 54, 2. Ab Agathocle crudelissime tractati, ad internecionem delentur, XX, 71. Pyrrho se adjungunt, XXII, 10, 2.

Carthaginiensium imperio subjecti ad Romanos deficiunt, XXIII, 5. Servi Egestanorum rebellant, XXXVI, 5, 1.
Eion, urbs Thraciæ, Persarum jugo pressa a Cimone capitur, XI, 60, 2. A Cleone oppugnatur, XII, 73, 3.
Eion, Alcetæ Epiri regis f., ab Epirotis trucidatur, XIX, 89, 3.
Eione, urbs Peloponnesi a Dryopibus condita, IV, 37, 2.
Eioneus, Diæ pater, Ixionis dolo perit, IV, 69, 4.
Elæus (Ἐλαιοῦς), urbs Hellesponti, XIII, 39, 2; 49, 5.
Elateam, Phocidis urbem, occupat Philippus, XVI, 84, 1.
Elea, tribus Thuriorum, XII, 11, 3.
Electra, Atlantis in Africa regis f., III, 60, 4. — Electræ Atlantis filiæ ex Jove liberi, V, 48, 2. In Cadmi et Harmoniæ nuptiis offert magnæ deorum matris sacra cum cymbalis, tympanis et orgia ducentium choris, V, 49, 1.
Electrum in Basilea insula, V, 23.
Electryo, Persei et Andromedæ f., ex Eurydice pater Alcmenes, IV, 9, 1; Licymnii, 58, 7.
Electryo, Itoni f., Leiti pater, IV, 67, 7.
Electryone, Solis e Rhodo filia, V, 56, 5.
Elei de proba ludorum Olympicorum administratione Amasin consulunt, I, 95, 2. Eleorum reges Alector, Phorbas, Ægeus, Actor, IV, 69, 3. Eleorum regio sacrosancta habetur, VIII, 1. Elei, qui hucusque sparsim in oppidulis habitaverant, in unam urbem, Elin, se congregant, XI, 54, 1. Cum Thebanis, Argivis et Corinthiis armorum societatem ineunt ad tutandam contra Lacedæmoniorum et Atheniensium potentiam civitatum libertatem, XII, 75. Eleis bellum inferunt Lacedæmonii Pausania duce, XIV, 17, 4 sqq. Bellum cum Spartanis componitur, 34, 1. Cum Arcadibus societatem ineunt, XV, 62, 3. Cum Arcadibus de Triphylia certant, XV, 77, 1 sqq. De ludis Olympicis cum Pisatis disceptant; inita pugna vincuntur, 78, 1 sq. Cum Phalæci militibus contra populares infaustum bellum gerunt, XVI, 63, 4. Detrectant Alexandri imperium, XVII, 3, 5. Atheniensium socii ad Lamiam, XVIII, 11, 2. Cf. Elis.
Elephantes Indiæ Africanis præstantiores, II, 16, 4; 35, 4. Eorum descriptio, II, 42. Elephantum Libycorum et serpentum certamina, III, 10, 5 sqq. Elephantum in Æthiopia venatio, III, 26 sq. Elephantis cum rhinocerote pugna, 35, 3.
Elephantina, urbs Ægypti, I, 88, 7.
Elephantomachi Æthiopes, III, 26.
Eleusinia mysteria ab Erechtheo ex Ægypto in Atticam translata, I, 29, 3.
Eleusinia, festum, V, 4, 3.
Eleusinii de conspiratione cum exulibus arcessiti a triginta tyrannis capite multantur, XIV, 32, 4.
Eleusis, urbs Atticæ, unde nomen habeat secundum Ægyptios, V, 69.
Eleutheræ in Bœotia a Baccho conditæ, IV, 2, 6.
Eleutheria Jovi liberatori quotannis agenda decernunt Syracusani, XI, 72, 2.
Eleutherocilices unde nominati sint, III, 55, 4.
Elimiotis manus in prœlio ad Arbela, XVII, 57, 2.
Elis, Bacchi patria, III, 66, 3. Elidis partem ad Alpheum fluvium occupat Salmoneus, IV, 68, 1.
Elin urbem capit Hercules, IV, 33, 4. Ab Eleis ex sparsis oppidulis in unum congressis habitatur, XI, 54, 1. Ab Atheniensibus vastatur, XII, 43, 4. Occupat eam Telesphorus, liberat Ptolemæus, XIX, 87, 2 sqq.
Elpines, archon Athen. (Ol. 106, 1), XVI, 15, 1.
Elymaidis templum Jovi sacrum spoliat Antiochus, XXIX, 15; XXVIII, 3.
Elymas, Afrorum rex, armorum societatem cum Agathocle jungit, XX, 17, 1; deficit, occiditur, 18, 3.
Emathio, Æthiopum rex, ab Hercule occiditur, IV, 27, 3.
Embrontæum, locus inaccessus, quo steterat Agathoclis Syracusani domus fulmine incensa, VIII, 9.
Embisarus, Indicæ regionis rex, cum Poro contra Alexandrum pugnat, XVII, 87, 2. Ad imperata faciendum cogitur, 90, 4.
Emodus, mons in finibus Indiæ, II, 35, 1.
Empedionis Selinuntii gratia apud Carthaginienses, prudentia, meritum in patriam excisam, XIII, 59, 3 sq.
Empedoclis Agrigentini versus laudatur, XIII, 83, 1.
Enchelenses Spartos debellant, XIX, 53, 5.
Endius Spartanus de pace impetranda Athenas mittitur; oratio ejus coram populo habita, XIII, 52.
Engyum, oppidum in Sicilia a Cretensibus conditum, IV, 79, 5. Tyrannide premitur a Leptine; liberatur a Timoleonte, XVI, 72, 3.
Ennæ in Sicilia prata raptam videre a Plutone Proserpinam, V, 3, 1. Ennam proditione capit Dionysius, XIV, 78, 6. In libertatem vindicat Xenodicus, dux Agrigentinorum, XX, 31, 5. Hamilcar ea potitur, XXIII, 9, 4. A Romanis proditione capitur, 9, 5. A Rupilio recuperatur, XXXIV, 1, 21. Cf. XXXVI, 4, 3.
Ennæorum tyrannus Aimnestus a Dionysio civibus ad necem traditur, XIV, 14, 6 sqq.
Ennatarini (*Hemicharini ?*) in Sicilia urbem Romanis tradunt, XXIII, 18, 1.
Enneadecaeteris, Metonis cyclus, XII, 36, 2 sqq.
Entella, urbs Siciliæ, a Campanis occupatur, XIV, 9, 9. Oppugnat eam Dionysius, XIV, 48, 5; 61, 6. Ab Hannone obsidetur, XVI, 67, 3.
Entellina (*Entella*), Sic. urbs, XXIII, 8, 2.
Enyeus, dux Rhadamanthi, a quo Cyrnum accipit, V, 79, 2.
Eordæi contra Orestarum regem bellum gerunt, VII, 16, 2.
Epænetus, Ptolemæi I navarchus, cum Agide duce contra Cyrenæos mittitur, XIX, 79, 2.
Epaminondas, archon Athen. (Ol. 87, 4), XII, 46, 1.
Epaminondæ Thebani præceptor Lysis Pythagoreus, X, 11, 2; XVI, 2, 3. Epaminondas exercitus imperator; copias contra Lacedæmonios educenti prodigia objiciuntur; fauces ad Coroneam occupat, XV, 52. Cleombrotum in Phocidem discedentem persequitur, prœlioque ad Leuctra commisso vincit, 53-56. Cum Pelopida expeditionem in Peloponnesum suscipit, 62, 4 sq. Agmine quadripartito in Laconiam irrumpit, 63, 4. Spartam oppugnat; præda ditatus in Arcadiam redit, 65. Messenen instaurat, 66, 1. Alteram in Peloponnesum expeditionem facit; copias aditus defendentes disjicit, 68. Trœzeniorum et Epidauriorum agris vastatis, Phliuntem et Sicyonem subigit; Corinthum frustra oppugnat, 69. Ut gregarius militans, in Thessalia Thebanorum exercitum in magnum adductum periculum servat, 71, 6. Cur antea ei imperium abrogatum, 72, 1. In pristinam dignitatem jam restituitur, 72, 2. In Peloponnesum cum exercitu mittitur, 75, 2. Achæos in partes suas adducit, *ibid.* Cives suos hortatus, ut maris imperium capessant, Chium, Byzantium alias urbes Thebanis adjungit, 78, 4 sq. Tegeatis auxilio missus, Spartam urbem repentino impetu opprimere instituit, 82, 5 sqq. Mox a conatu destitit, 83, 5. Mantineam aggressurus, obviam prodeunt hostium exercitus; prœlio ad urbem inito vincunt Thebani, cadit Epaminondas; morientis verba, 84-87; encomium, 88.
Epeunactæ seditionem Lacedæmone movere impediti, jubente deo in Italiam proficiscuntur, ubi Tarentum urbem condunt, VIII, 21.

Ephesum frustra oppugnat Thrasyllus, XIII, 64, 1. Ibi classem congregat Lysander, XIII, 70, 2; 104, 3. Ephesii a Lacedæmoniis deficiunt, XIV, 84, 3. Potitur urbe Antigonus, XVIII, 52, 7; Prepelaus, XX, 107, 4; recuperat eam Demetrius, 111, 3.
Ephialtes, v. Otus.
